133

5754


TOMVS TERTIVS

COMMENTARIA SVPER PRIMAM SECVNDAE

D. THO. PER R. P. F. GREGORIVM MARTINEZ SEGOVIENSEM.

ORDINIS PRAEDICATORVM, MAGISTRVM THEOlogiæ, & Regentem primarium ſtudiorum inſigniũ, Cœnobij Sancti Pauli, & Collegij Sancti Gregorij Valliſoletani, & ſanctæ Inquiſitionis Conſultorem.

ILLVSTRISSIMO, AC REVENDISSIMO D. D. F. Dominico Pimentel, ex Oxomenſi, nunc Cordubenſi Epiſcopo, Catholicæ Maieſtatis à Conſilijs, eiuſdemque apud SS. Vrbanum VIII. Oratori.



BIBLIOTECA PROVINCIAL DE NAVARRA

CVM PRIVILEGIO.

Valliſoleti. Ex Officina Sancti Pauli.
Anno M.C.D.XXXVII.



APPROBATIO ORDINIS.

LIBRVM hunc à sapientissimo P.M. Fr. Gregorio Martinez elucidatum, materiã de Gratia, & de Legibus continentem iussu R. A. P. N. Prouincialis, magna cum diligentia, & sedulitate euoluimus, in quo nihil contrarium Fidei, aut Sanctorum dictis inuenimus, quin potius multa Theoremmata & Conclusiones eiusdem Fidei, & Sanctorũ dictis, expositioni germana. Opus sane pulchrum erudite, & subtiliter elaboratum, quod doctrinam nostri Angelici Doctoris in omnibus continet, & redolet; eandemque denique accutissime interpretatur, (& quod raro conceditur) succinte, simulque perspicue disponit; quapropter dignum censemus, quod typis mandetur, & continuo in omnium Theologorum oculis, manibusque versetur. Datis in Regali Conuentu Sanctæ Crucis Segouiensis, octaua die Decẽbris, anni millesimi sexcentesimi vigesimi noni.

Fr. Gabriel Rodriguez
Magister.

Fr. Bernardinus Osorio
Præsentatus.

LICENCIA DE N. M. R. P. PROVINCIAL.

EL Maestro Fr. Diego de la Fuente Prouincial de la Prouincia de España de la Orden de Predicadores, doi licencia al P. M. Fr. Gregorio Martinez morador de nuestro Conuento de Sãta Cruz el Real de Segouia, para que auiendo presentado al Consejo Real su tercer tomo de la Prima Secundæ, y guardando en todo las pracmaticas destos Reynos sobre la impression de los libros, le pueda imprimir, por quanto ha sido visto y aprouado por hombres graues y doctos desta nuestra Prouincia, a quien cometi la censura y aprouacion deste libro. En fè de lo qual lo firmè de mi nombre en nuestro Conuento de Santa Ana de Beluis y Diziembre 29. de 1629.

Fr. Diego de la Fuente
Prior Prouincial.

CENSVRA PATRIS FRATRIS IOANNIS PONCE DE LEON, ex sacra Minimorum sancti Francisci de Paula Religione, Supremæ Inquisitionis Calificatoris, Visitatorisque Generalis omnium Bibliothecarum Castellæ, ac Regnorum Catholicæ Maiestatis ex commissione Regalis Concilij sanctæ ac Generalis Inquisitionis.

DE mandato D.D. Doctoris Ioannis de Velasco, & Azeuedo, in hac Matritensi Curia Vicario Generali, vidi librum super tertiam partem 1. 2. sancti Thomæ, & talis respondet mirifice inchoatis, in prima respondet complemento totius partis Angelici Doctoris, & quod vnum sufficeret respondet sibi. Parum est nihil ofendisse quod ofendat, & sacris dogmatibus, vel moribus obsonũ in illo contenta sunt digna præconijs, & cum pietate eximia, & sapientia minime fucata diligentia operosissima complectuntur, quidquid ad veram cognitionem sacræ Theologicæ iubare potest, ego vero semper omnia laudo, & in hoc opere (cuius Auctor est R. P. M. F. Gregorius Martinez ex illustrissima S. Dominici Religione Collegij Vallisoletani toto terrarũ orbe literis, ac virtutibus celeberrimo Regens, ac sanctæ Inquisitionis Calificator, & sacræ Theologiæ eximij professor) laudo in rebus moralibus securitatem, in Theologicis, ac speculatiuis maiestatem, subtilitatem, elegãtiam, orthodoxamque doctrinam Catholicæ, ac Romanæ Ecclesiæ, conformem, quamobrem vtilissimum iudico, vt tanquam doctus, pius, eruditus, & dignus studiosorum, & doctorũ manibus teratur, & quam tocius prodeat in lucem. Datum Matriti in hoc Cõuentu sanctæ Mariæ de la Victoria Ordinis Minimorum sancti Francisci de Paula, die 28. Ianuarij anno Domini 1631.

F. Ioannis Ponce de Leon Supremæ Inquisitionis Calificator.

APPROBATIO.

DE mandato supremi Senatus Regiæ Maiestatis, attente vidi librum in 2. 2. S. Thom. continentem materiam de Legibus, & Gratia, Auctore Reuerendo admodum, & doctissimo viro P. M. F. Gregorio Martinez sacri Ordinis Prædicatorum; in quo nihil inueni Ecclesiasticæ doctrinæ dissonum, & rectis moribus contrarium; sed potius Auctor (vt solet) mira claritate, & profunde satis, veritates SS. PP. amplectitur, mentem Augustini, & S. Thom. accurate proponit, & contrarias sententias subtiliter impugnat: opus certe tanto Auctore dignum. Quare iudico posse, & debere pro communi vtilitate typis mandari. In hoc nostro Collegio S. Cirilli Discalceatorum Carmelitarum Complutensis Academiæ, nonis Febr. anno Domini 1633.

F. Thomas à S. Vincentio.

LICENCIA.

EL Licenciado Don Iuan de Velasco y Azeuedo del Cõsejo de su Alteza, y su Vicario General de Madrid. He hecho ver este libro intitulado 3. tomo sobre la 1. 2. de Santo Thomas, y no tiene cosa contra la Fé y buenas costumbres; y por lo que a mi toca se puede imprimir. Dada en Madrid a 8. de Agosto de 1631. años.

Licenciado Velasco y Azeuedo.

Por su mandado
Diego de Ribas.

IL-

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.D.F.

DOMINICO PIMENTEL OLIM OXOMENSI, nunc Cordubensi Episcopo, ex Ordine Prædicatorum assumpto, & Cæsareæ Maiestatis Philippi IV. à Consilijs, & eiusdem apud SS. Vrbanum VIII. Nuntio & Legato.

Suus Conuentus Sanctæ Crucis Regalis Segouiensis, vbi sacram Religionem vnde fuit assumptus est professus, æternam fœlicitatem.

QVOD omnem hominẽ naturæ instintus, & lumen quod super nos ab eius Auctore est signatum docet, ac demonstrat: quod sapientia quæ desursum est reuelat, & diuina non semel, sed iterum, atque iterum, clamitat, & ostendit, neminem rationis cõpotem, & fide diuina instructum poterit latere. Patrum gloriam; coronam, & lætitiam ex filiorum honestate, nobilitate, & sapientia desumi, augeri, & crescere rationis lumen ostendit, litteræ sacræ nobis reuelant. Hinc illa apud Salomonem tã commendata, quam repetita sententia. *Filius* (inquit Prou. 10. & 15.) *sapiens lætificat Patrem, filius vero stultus mœstitia est matris suæ.* Hinc rursus cap. 17. *Corona senum filij filiorum.* Verum abnuere non possumus quod Spiritus Sanctus mox testatur: *Gloriam filiorum Patres eorum:* à Patribus enim nobilitatem, ab his gloriam, & honorem filiorum nulla est adeo barbara quæ ignoret, aut aggrestis natio quæ diffiteatur. Sed in hoc ipso mira

agnoscitur vicissitudo,&adinuicē glorificāt,&glorificātur, honorant,& honorātur, exultant, & lætandi vberē materiā exibent.dum etenim conscius est filius Patris coeuam gloriam,antiquum honorem, & recte factorum celebritatem ad ipsum deriuari & pertinere;& quod sicut sanguinis,& naturæ est particeps, ita honoris & gloriæ est hæres; non potest non illorum celebritatem nominis, famæ claritatē, & inclitam gloriam suam reputare,& potius exultare in hæreditata nobilitate,& gloria,quam in diuitijs multis posset in uanum exaltari, aut supra modū extolli, non ignarus quoniam *melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ.* Et quid ni Pater glorietur in filijs? quid ni suā gloriam illorū reputet exaltationem? *In filijs suis agnoscitur vir*, scriptum legimus Ecclesiastici 11.*Et sicut arbor* (ait Chrisost. hom.45. in cap. 23.Matth.)*in fructu cognoscitur, & fructus per arborē demonstratur;sic parentes cognoscuntur in filijs,filij per parentes.* Et nō secus ac fructus arboris naturam; filius Patris exprimit mores,redolet virtutem, participat gloriæ, & honoris fragrantiam. Firma enim manet illa Domini sententia: *Omnis arbor bona bonos fructus facit,mala autem arbor malos fructus facit.Non potest arbor bona malos fructus facere,neque arbor mala bonos fructus facere.* Non igitur mirum Patrem in filij sapientia lætari,in honestate gaudere,in exaltatione exaltari. Si gloriari oportet filios in Patrum nobilitate, antiquitate, celebritate,& hisce similibus;quam vberem copiam,quam in immensum exultandi,& gloriandi in Domino oportunitatem nacti sunt,qui de Patre gloriantur Dominico? Si gloria filiorū Patres eorum; tanti Patris vndique magni gloria, non erit filiorū abundans gloriatio?&si quilibet eiusdē Religionis sacræ habitū gestans,& sub ipso Deo militans, eius filius dicitur,& est:qui in Conuentu isto eiusdē P. B. manibus,opere & industria primo (& sic primus in Hispania) fundato,eius præsentia illustrato, eiusdemque pijssimo cruore rigato,& si sic fas est loqui,fœcundato,in Religione Prædicatorum sunt nati,nutriti;educati, & ad illuminandū mundum quasi fulgentissima luminaria accensi, & per ignominiam Sanctæ Crucis (cuius titulo ab ipso Patre est insignitus,& exaltatus) nobilem istā ignobilitatem amplectentes,

lucent

lucent quasi Stellæ in Ecclesiæ firmamento; poterunt ne vt insipientes redargui si Dominici gloriam, honorem, & exaltationē propios reputent prouentus, & incrementa, & inter propia ipsorum insignia numerarint? Si rursus filius sapiens lætificat Patrem; an non lætificare me debuit filiorum, quos in Christo genui sapientia tanta? & vt plerosque (vtpote non facile, aut exiguo epistolæ numerabiles) silentio occultem, SS.P.M.Fr.Gregorij Martinez huius libri Auctoris sapientia cui ignota? & si mihi vt matri non credendum, operibus eius qui dictis meis fidē nō adhibent, credant. Ipsa enim testimoniū perhibent de illo. Et quidem testimoniū quod credibile factū est nimis. *Et si corona senum filij filiorum*; & vt ingeminat cap. 23. Prou. idem Sālomon, *Exultat gaudio Pater iusti, qui sapientem genuit lætabitur in eo, gaudeat Pater tuus & mater tua exultet quæ genuit te*: quæ est mea corona, quæ (Illustrissime Domine) te talem ac tantum mærui habere filiū? lætandi in te, non iam de sola sapientia queo, sed de Patrum tuorum nobilitate nobilis, de eorum excellentia excellens, ipsorū fama illustris, tua ipsius honestate sancta, tua prudentia directa, prouidentia aucta, & exaltata in Domino iubilare valeo. Et quis sic poterit similiter gloriari? Lætitiæ copiam qualiter dissimulem, cur non manifestē? Cur non iubilis & canticis aperiam? Sed heu miseram vitā! Heu vallis lacrimarum propiū fructum! *Risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat.* Dum enim ad complementū gloriæ, & exultationis meæ coronam, cœptū perficit opus Magister & filius meus Fr. Gregorius Martinez mors inexorabilis, illi vitā eripuit, meumque gaudium temperauit. Sed nunquid extinxit? Absit quod nos tristemur sicut & cæteri quispem non habent. Imò & consolamur inuicem quoniā reposita est illi corona iustitiæ; & quod tantorū laborū prę-mia percepturus migrarit, in Domini misericordia confisi nobis pollicemur. Quid ni extingueret lætitiā de sapiente filio, quando in te neque in enarrabilem sapientiā excludit Patrū in explicabilis celsitudo, neq; nobilitatis altitudo impedit, sed auget Pastoralem solicitudinem, neque hæc perturbat Religionis austerum, & obseruantiæ Patrū haud dissimilem obseruantiæ sanctæ rigorem? Libens fateor quod

tan-

tanti Patris præsentia non potuit non meũ fletum pro morte tanti filij temperare. Sed heu præsentia absens! Tẽperare potuit, pœnitus consolare non valuit. Temperauit quia superstes es, (vtinam per multa sæcula) non pœnitus consolata est, quia absens: non modo quia ad Episcopalem dignitatem licet reluctans est à nobis ablatus, sed quia longissimæ peregrinationis est (propia spernens & pro cõmunibus Regni vtilitatibus parui faciens) iter aggressus. Quam lubens id quod de matre Tobiæ iunioris cum ipse moram faceret causa nuptiarum, sacra refert historia, & dicta vsurpo, & facta pro posse exequor. *Flebat* (inquit sacer textus Tobiæ 10.) *irremediabilibus lacrymis, atque dicebat. Heu me! fili mi, vt quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculũ senectutis nostræ, solatium uitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis.* Elogia quæ Annæ Tobiæ filij amor naturalis inspirauit intellectum, & mouit maternum affectum, verisima naturæ & gratiæ in te vno operatio in me facit gratanter, & glorianter repetere. Quid quod oculorum meorum lumen nuncupem; cũ sapientiæ tuæ lux vbique luceat, vbique splẽdeat, vbique illuminet? Quid quod baculum meæ senectutis appellem quando non modo domus ista, sed amplissima Hispaniæ Prouincia Prædicatorum Ordinis, Episcopatus Oxomensis olim, & nunc Cordubensis suæ sapientiæ arbitrio commissus, tuæ prudentiæ gubernio directus, tuæ charitatis zelo sustentatus sit, & tutatus? Nunquid non te solatiũ vitæ, & spem posteritatis dicere possem, si in memoriam reuocarem, quæ in mundo reliquisti vt ad vexillum Crucis cõuolares? sed hæc non memoranda, neque ad longũ recensenda iudico. Quando in te non talem Patrum progeniem habuisse, sed potius pro Christo spreuisse laus est. Maluisti enim abiectus esse in domo Dei, quam magnificari in tabernaculis mundi huius. Solum ergo quod sequitur totis præcordiorum affectibus repetere non grauabor: *Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis.* Sed quod solamen tam iustæ poterit adhiberi querelæ? Quod solatium inueniri? Non aliud nisi illud quod efficax fuit vt pia illa mater cessaret flere, & taceret. Vox vtique non modo

veri-

veridica,ſed prophetica Tobiæ dixit enim ei: *Noli flere ſaluus perueniet filius noſter,& ſaluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod Angelus Dei bonus commitetur ei,& bene diſponat omnia quæ circa eum gerũtur, itaut cum gaudio reuertatur ad nos.* O verbum bonum, verbum cõ ſolatorium,ſermo iucunditate plenus,dignus omni acceptione. Audiuimus te iam reuertere ad terram tuam, ad matrem,& ſponſam tuam, vtinam te ſanum & fœlicẽ videant oculi noſtri,vtinam cum gaudio reuertaris, vtinam cum Regis acceptione:hoc enim de tua prudentia æquum eſt expectare. *Acceptus eſt* (inquit Salomon Prou. 14.) *Regi miniſter intelligens,iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.* Et gaudium tuum noſtrum reputabimus,& exaltationem tuam noſtram prouectionem. Etſi enim translatus,non tamẽ ablatus: etſi abſens corpore.non tamen ſpiritu & ſolicitudine curans indeſinẽter quæ circa nos ſunt,neque mirum quod tuam noſtrã reputemus gloriam,nam vt in ſimili ad Hildebertum Turonenſem Archiepiſcopum reſcribit Bernardus epiſt. 123. *Scripta gloriæ tuæ,imò & meæ ſatis libenter accepi,vir totius reuerentiæ,tenens in illis vnde te non in merito glorificem, & ipſe nõ in merito glorier. Siquidẽ gloria noſtra hæc eſt tuæ ſublimitatis dignatio,tua noſtra reputatio paruitatis.* Hæc S. P. Bernardi verba toto affectu vſurpantes, quæ ipſe de litteris nos de muneribus & gloria à te accepta geſtiẽtes,tibi aliqualiter qualeſcunque gratias rependere cupientes;&ſi impares debito, non tamen ingratas vt ſperamus ex voto & affectu; opus hoc quod à filio mater hæreditario iure obtinuit,filio & Patri pia mater pro filiorum honore ſolicita tranſmittit, vt ſub tui nominis patrocinio lucem aſpiciat. Vt librum tranſmittentes illius paginis noſtrum vtcumque affectum pãdamus: & ſi hoc parum videtur reſtat vt cum Bernardo concludamus: *Verum tamen quod ſum tuum eſt, & ſi quid melius Dei vnquam munere fuero tuum fore confidito Reuerendiſsime,atque amandiſsime Pater.*

PRO

PROLOGVS AD LECTOREM.



VEMADMODVM natura fit, vt quo in imum locum concussa, & compressa vnda vi detinentis adstringitur, tanto libera in cælsiorem extollatur, & redundans eleuetur; ita & sapiētia (in hoc vndæ non dissimilis, ipso attestante sapiente Prou. 18. *Aqua profunda verba exore viri, & torrens redundans fons sapientiæ*) & si quandoque vt victrix coronata decrescat, quandoque (ne vt pluries dicam) occulta quadam vi euenit vt fiat multo immunita excellentior abiecta, & tanto eleuatior, quanto in infimam aduersitatis sedem detenta. Ad hoc existimarim vtique designandum illa apud Theologos scita, nec non & trita differentia inter intellectum, & voluntatem deseruit; quod hæc allecta, & demulta, omnemque vim abhorrens in suum velle prorumpit; ille tamen quasi suo obiecto luctans, illud ad se trahens, vexatione acuitur, & fatigatione roboratur, Euangelico acclamante Propheta, *Vexatio intellectum dabit*. Quis enim putet Phœbū, Appollinem in quam sapientiæ Deum, cum iam sui plaustri in Occasum dirigat equos ab inimica sepeliri nocte, quæ radiorum suorum præstantiam, & claritatē retinens eos videtur ab illa quasi in profundam abysum demergi? Sed ecce ex inde quanta luminaria accendit, æmulam in pulcritudine ipsam noctem cum die constituentia. Quis non cum Eccles. cap. 3. dicat: *Ignem ardentem ab aqua extingui*? Tamen si minor ipso igne aqua in quantitate existat, non paruum sui ardoris reperitur incentiuum: sicut apparet in fornace artificis. Quid imbidia sapientiæ inimica, nisi nox Solis sepulcrum, aqua, sapientiæ lumen, & micantem flammam volens absumere & extinguere? Sed vtique Solem sapientiæ huius noctis non vincit malitia: aqua ista quando apparenter officit, tunc deficit ipso quem intendebat consumere, igne consumpta. Neque hæc suprema sapientiæ laudum de æmulatione triumphare inimica. Quandoquidem (vt in aquæ fornacis similitudine persistam) æmulantis capacitas, quam æmulati sapiētis minor existat. Quis enim non sciat paupertatem imbidiam commitari? Prouerb. 18. *Qui alijs inuidet egestas superueniet ei. Quo enim careat quisque imbidet*, vt testis est Cicero ad Atticum cap. 6. & de Sapientiæ inuido teste ipsa increata sapientia, Sap. 1. *Neque cum imbidia tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ*. Quid igitur suis conātibus debilis, & vacuus proficiet inimicus? Quid si ægris & lyppis illius oculis odiosa lux, quæ puris est amabilis? Cernentibus conspicuis obtutibus clara est, & quæ nunquam marescit sapientia, pertua, & patens, pandens iter coram illis. Cuius appotissimam reperies similitudinem in columna illa ignea populum Israeliticum per vastissimam deserti solitudinem deducente: quæ vt narrat sacra pagina Exod. 14. Aegyptijs inimicis atræ noctis obscuritatem præseferens, filijs Israel splendidissimos lucis radios emitebat. Sint igitur & appareant labores, & indefessæ vigiliæ meæ tenebrosæ ægrotantibus, & caligantibus oculis insipientium, & inuidentium; namque puris vtique apparebunt clara & perspicua. Neque sua mihi item aduersantia tella fulgentissimi illius iubaris B. Thomæ radiorum tella (quibus ego decertor) infringent: istis neque aduersitate deuictus, neque deffectu præmij deficiens toto pectore perpetuo dimicabo; firmam & certam spem in permanentis vitæ remuneratione constituens, non in peritura præsenti, vbi plus cui minus habet datur contra Domini sententiam Matth. 13. dicentis, *Habenti dabitur*.

SV-

Suma del priuilegio.

TIENE priuilegio el Padre Maestro Fr. Gregorio Martinez para imprimir vn libro intitulado *tertius thomus in primam secundæ*, por diez años, como consta de su original, despachado en Madrid à veynte y dos de Março de mil y seyscientos y treynta y tres años. Ante Iuan Lasso de la Vega.

TASSA.

YO Francisco de *Arrieta* escriuano de Camara de su Magestad, y vno de los que en el su Consejo residen: certifico, y doy fee que auiendose visto por los señores del dicho Real Consejo vn libro intitulado tercero tomo sobre *la prima secundæ de Sancto Thomas*, compuesto por el Maestro Fray Gregorio Martinez de la Orden de Santo Domingo, que con licencia de los dichos señores fue impresso, tassaron cada pliego de ciento y nouenta y seys que tiene el dicho libro, à quatro marauedis, y medio: que al dicho respecto monta ochocientos y ochenta y dos marauedis, y a este precio, y no a mas mandarõ se vendiese el dicho libro. Y que esta tassa se ponga al principio de cada libro de los que se imprimieren, y para que dello conste di el presente. En Madrid à dos de Septiembre de mil y seyscientos y treynta y siete años.

Francisco de Arrieta.

ERRATAS

ERRATAS.

FOLIO 3. columna 2. allactus, legendum allatus, fol. 5. c. 2. conforme, l. conformem, f. 10. c. 1. sine magister, l. magistro, f. 12. c. 2. non longe à fine, cuirantur, l. cuitantur, f. 14. c. 2. non longe à fine, vt Regi, l. vt regi, f. 23. c. 2. eorum, l. seorsum. ibidē habētē, l. habēte, ibi. sessorias, l. señorias. f. 25. ante mediū, c. 2. enim in primus, l. enim primus, f. 29. c. 1. vidantur. l. videātur, f. 141. c. 1. sine terra, l. terræ. f. 142. c. 2. sine Episcopos Lompaniæ, l, Episcopos Lampaniæ, ibidem intelli. l. intelligi, f. 200. c. 2. sine tenetiam, l. sententiam. f. 274. c. 2. circa finem si illi, l. si ille, f. 275. c. 2. non longe à fine appetente. l. apetente, f. 293. c. 2. vniuersum, l. vniuersam, f. 307. c. 1. quod Sichius, l. quod Stichius, f. 318. c. circa finem pro Missa, l. promissa, f. 337. c. 1. ante finem fratrem, l. faciem, f. 147. c. 1, in pœna, l, in pœnam, c. 2. in medio geminis, l. gemnis, f. 348 c. 1. medio deficiente, l. defendente. f. 369. c. 1. in medio necessarium, l. necessariam, ibidem in fine nomis, l. nominis. f. 372. c. 1. c. 1. sine tantum, l. tantam, ibi. quies, l. qui est. c. 2. fine fuctura. l. futura, f 464. c. 1. fine supositi, l. suppositi, c. 2. fructuabat, l. fluctuabat. f 497. c. 1. sine stellas rores, l. stilas roris, f. 631. c. 2. nosse, l. posse, f. 703. c. 2. medio pacta, l. pacto, f. 759. c. 2. fieri gratis, l. fieri gratis ostendat, ibidem donos, l. donas, f. 772. circa principium amius, l. amplius.

Con estas erratas concuerda con su original, en san Pablo de Valladolid, 6. de Iunio de 1637.

El M. F. Raphael Manso.

COM-

COMMENTARIA SVPER PRIMAM SECVNDAE, DIVI THOM. ANGELICI DOCTORIS.

QVAESTIO LXXXX.

De principijs exterioribus actuum humanorum, scilicet de legibus.

1. *Not.* PRO introductione huius materiæ. Primò notandum, quam rectè procedat Diu. Thom. nam cum in hac prima secundæ intendat agere de homine, prout in Deum, per proprios actus ordinatur, necessum fuit post humanorum actuum cõsiderationẽ, de principijs illorũ tractare, quę sunt in duplici differẽtia, alterũ quidẽ principium est intrinsecũ, vt virtus respectu actus boni, vel vitiũ respectu actus mali, alterum autem est principium extrinsecum, vt Deus respectu actus boni, & Demon respectu mali: cum ergo Diu. Thom. supra, iam egerit de principijs intrinsecis: nimirum de vitijs, & virtutibus, & similiter de altero principio extrinseco, quod est Deus: tãdẽ in hac 12. tũ etiam 1. part. quæst. 151. & quæst. 114. restabat agere de altero principio externo actus boni: nimirum de Deo, qui vtique ad actum bonum dupliciter concurrit, primo quidem per legem præcipiendo, quid faciendum sit, aut quid non faciendum, nã
Rom. 3. vt ait Apost. ad Rom. 3. per legem cognitio peccati, & cap. 7. peccatum non cognoscerem, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret non concupisces. Secundò autem modo Deus est principium extrinsecum actus boni, adiubando liberum arbitriũ hominis per gratiam, vt bene operetur. De Deo, isto secundo modo agit Diu. Thom. à quæstio. 190. vsque in finem, primo autem modo agit hic à quæst. 90. vsque ad quæst. 108. De qua materia aliquamtulum etiam agit, Magist. 3. distin. 37. & cum illo Doctores ibid. copiosè autem Alex. 3. part. quæstion. 26. vsque in finem, Guillel. Paris. lib. de legib. Gerson lib. de potest. Ecclesiæ, & origine legum, D. Anton. 1. part. tit. 11. Castro duobus lib. de lege pœnali, Soto lib. 1. & 2. de iust. & iure, iuris periti, lib. 1. institution. Plato scripsit decem dialogos de legibus, Cicer. librostres, sed omnibus melius Diu. Thom. hic.

Magister Alex. Guillel. Gerson. D. Anton. Castro. Soto. Plato. Ciceron.

2. *Not.* Secundò not. materiam de legibus communem esse Theologis, & Philosophis moralibus, & iurisperitis, licet diuersa ratione procedant: nam Philosophi morales, & iurisperiti agunt de legibus, quatenus ordinant nos in communem pacem Reipublicæ: eodẽ enim fine, vterque agit de legibus, cum iurisperitus appendix sit Philosophi moralis, licet alter agat in cõmuni, alter vero in particulari: Philosophus enim agit de legibus in communi, indagando naturam, & proprietates legum, iurisperitus vero agit in particulari inquirendo sensum legum, Theologus autẽ de

legibus agit, quatenus ordinant nos, ad vltimum finem supernaturalem, & claram Dei visionem. Quapropter iuris periti, & morales Philosophi, solum considerãt leges conditas, ab hominibus, vt habetur lege prima, ff. de constitutionibus principum, Theologus verò, præcipuè considerat legem diuinam, à Deo conditam, secundario verò leges humanas. Quatenus Legislatores Deo subduntur, & leges illorum ad finem supernaturalem Dei, conducere possunt. Ex quo sequitur, contemplationem Theologicam legum, altiorem esse alijs. Hæc diximus contra Vazquez, in præfatione huius materiæ, asserentem omnes prædictos agere de legibus, sub eadem ratione formali, nostram tamen doctrinam tenet Medina, & Lorca hic.

Med. Lor.

3. Not.

Tertiò nota, pro intelligentia, quid nominis, quod lex sumitur, tripliciter. Primò stricte, pro constitutione scripta, facta à Principe, cum consensu populi. In quo distinguitur à prægmatica, quæ fit à solo Principe, vel consilio Senatus. De quo Isidor. lib. 5. Ethi. capit. 3. Secundò sumitur propriè, & in communi vsu, pro præcepto imposito communitati ab eo, qui potest leges condere, siue illud sit scriptum, siue non, siue à solo habente authoritatem, siue cum consilio fiat. Tertiò sumitur lex, large, siue pro necessitate naturæ, vel instinctu illius. Sic enim lex naturæ vocatur, de quo Ciceron. 3. tuschu. Diu. Hieronym. supr. capit. 7. Eccles. Lex etiam vocatur, quod lege mandatur. Ioan. 7. nemo ex vobis facit legem. Lex etiam vocatur liber, in quo scribitur lex, Lucæ 10. in lege, quid scriptum est? & sic altera pars sacræ Scripturæ, vocatur lex, vt distinguitur à Psalmis, & prophetis. Hic ergo tantum agitur de lege, secundo modo.

D. Isidor.

Cicer.

D. Hier.

Ioann. 7.

Luc. 10.

4. Not.

Quartò nota, non omnium esse concordem sententiam, à quo ethimologia, nominis, desumatur. Sumitur enim, secundum Ciceron. lib. 1. de legibus, ab eligendo, quia leges præcipiendo, docent nos rectè eligere, secundum D. Thom. deribatur ab aligando. Lege enim, quis velut vinculo ligatus manet, & consonat Ier. 2. à sæculo confregisti iugum, rupisti vincula, dixisti non seruiam, vbi ad litteram loquitur de transgressione legis. Secundum Isidorum autem deribatur a legendo, quia leges scriptis dantur, vt publicæ fiant, & hac ratione. Exod. 19. fulgure, & tonitro, & clangoa tubæ, data est lex aliàs deribationes, & multiplex nomen quo lex in sacra Scriptura solent appellari, videte in Medina, & Lorca, hic & Salas tract. 14. disput. 1. sectio. 1. & 2.

Cicero.

D. Thom.

Ier. 2.

D. Isidor. Exod. 19.

Medin. Lorc.

ARTICVL. I.

Vtrùm sit aliquid pertinẽs ad rationem.

Prima conclusio est affirmatiua. Secunda conclusio, intellectus inconditione legum, pendet amotione voluntatis.

DVBIVM I.

Vtrùm lex essentialiter pertineat ad intellectum, an vero ad voluntatem?

1. Sent.

IN hac re, est prima sententia, asserens legem esse actum elicitum voluntatis, hanc tenuit Almain, tract. 3. moral. cap. 2. Castro lib. 1. de lege pœnali, c. 1. Duran. 1. dist. 24. quæst. 2. & Suar. lib. 1. de legi, cap. 5. n. 34. & alij plures, quos citat Salas, tract. 14. disput. 1. sect. 5.

Alm. Castro. Duran. Suar. Salas.

Quæ sent. probatur primo, Psal. 142. Doce me facere voluntatem tuam (id est legem tuam,) & Psal. 102. Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel volũtates suas (id est præcepta sua,) & Ps. 39. Incipite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam (id est legem tuam) vnde subditur, & legem tuam in medio cordis mei, & 1. Macha. 1. Det vobis Deus, cor omnibus, vt collatis eum, & faciatis eius voluntatem (id est vt seruetis eius legem) & Matth. 6, fiat voluntas tua (id est seruetur lex tua,) idem insinuatur Luc. 22. non mea voluntas sed tua fiat, Matth. 7. & 12. qui fecerit voluntatem Patris mei, &c. Ioann. 4. meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.

1. Arg. Psal. 142. Psal. 102. Psal. 19. 1. Mac. 1. Luc. 22. Matth. 7. & 12. Ioann. 4.

Secundò arg. nam omnes proprietates legis, & quę dicũtur de illa pertinẽt ad voluntatem: ergo & ipsa lex. Patet consequentia, quia per proprietates cognoscitur substantia rei. Antecedens vero probatur, quia proprietates legis sunt, esse regulam, & mensuram humanorum actuũ, illuminare, & dirigere subditos, similiter, & ordinare, quæ ad bonum commune expediunt.

2. Arg.

ſpediunt. Item mouere,& applicare ſubditum ad exercendam operationem, item obligare,vetare,permittere,punire. Hæc autem omnia ad voluntatem pertinent,vt patet diſcurrendo per ſingula,imprimis enim D.Thom.ſupra quæſt.4.art.4.quæſtio.19.art.9.& 22.quæſt.96.art. vlt. & quæſt.104.art.1. Ait diuinam voluntatem,eſſe primam regulam, & menſuram actionum humanarum. Voluntatem autem humanam,eſſe ſecundam regulam,& idem docet Diu.Anſelm.lib.de voluntate Dei,parum à principio. Item Anſelm. loco citato,aſſerit,ad voluntatem pertinere,dirigere ad finem,quia cum voluntas reſpiciat finem,conſequenter,& ad ipſam pertinebit,ad finem dirigere. Quod etiam ordinare ad voluntatem pertineat, aſſerit D.Thom.1.part.quæſt.107.art.1.aſſerens vnum Angelum,per ſuam voluntatem ordinare ſuum conceptum ad alium, & de ordinatione,quidem legis. Patet,id eſſe verum,quia ordinatio,vel eſt relatio ad finem,& vt dicebamus,id pertinet, ad quod pertinet reſpicere finem, qualis eſt voluntas, Aut verò ordinare eſt, quaſi quodam loqui Principem,indicando propriam voluntatem:certum eſt autem,(vt iam diximus) locutionem ſpiritualem ad voluntatem pertinere,vt eſt videre in Angelis. Similiter,quod ad volũtatem pertineat,mouere.& applicare,manifeſtum eſt (vt ſup.diximu,) cũ demotiuo voluntatis ageremus,ad illampertinere mouere,& applicare,ad exercitium operationis. Tãdẽ,quod obligare, vetare, &c. pertineãt ad voluntatem,eſt manifeſtum,quia intellectus ſolum oſtendit conueniẽtiam, vel diſconuenientiam,& ea quæ in obiecto reperiuntur. Nullam autem neceſsitatẽ,vel obligationem,habet inferre,niſi volũtas, quod & aſſerit,c.omnis autem lex, diſt. 3.& l.legis virtus,ff.de legibus,& in Regno Hiſpaniæ,l.5.tit.2.part.2.

3. *Arg.* Tertiò arg. condere legem,eſt actus iuriſditionis,vt infra dicetur. Sed iuriſditionis,actus eſt voluntatis,& nõ intellectus: ergo. Probatur minor:quia actus iuriſditionis eſt vſus Dominij,vſus autem,actus eſt voluntatis(vt ſup.dictum eſt.)

4. *Arg.* Quartò arg.quia condere legẽ eſt actus iuſtitiæ legalis, ſed iuſtitia legalis pertinet ad volũtatẽ:ergo & lex. Quia vbi eſt virtus debet eſſe,& actus illius. Maior vero probatur,quia Princeps cõdẽdo legẽ, debet reſpicere bonum commune (vt infra dicetur,)hoc autem ad iuſtitiam legalem pertinet.

Secũda ſent. eſt Palacios,in 3.d.23.diſ 2. *Sentẽ.*
pu.1.§.diſputatio introducta,& Greg.in *Palacios.*
1.d.vlt.q.1.Becani in ſumma Theologię *Greg.*
tom.2.tract.3.c.1.q.1.& Lorca diſp.1. *Becani.*
quod lex ſimul ad intellectum, & volun- *Lorca.*
tatem pertineat. Inquit enim Lorca,quod ad legem tria requiruntur. Primum, ordinare,ſecundum obligare,tertium applicare,& intimare. Primum ergo, & tertium, ad intellectum pertinent. Secũdum autẽ, ad voluntatem. Vnde ad vtramque potentiam pertinet lex:licet principalius ad intellectum,quia in duobus dependet ab illo,& ſolum in vno à voluntate,& quia illa duo potiora ſunt. Item fundamentũ huius ſententiæ eſt,quia Ariſ.7.Poli,c.14. *Ariſ.*
videtur reducere legem ad intellectum,& 10.Ethi.c.9.ad voluntatem. Quapropter videtur, ad vtramque pertinere, & idem videtur aſſerere D.Auguſt.lib.22.contra *D.Aug.*
Fauſtum,cap.27.vbi definiens peccatum, quod ſit dictum,vel factum,vel concupitum,contra legem,ſuper addit,legem Deĩ eſſe,aut rationem,aut volũtatem diuinã.

Tertia ſententia eſt aliorum,legem eſ- 3.*Sentẽ.*
ſe,aut actũ intellectus,aut volũtatis ſeor- *D.Aug.*
ſum:ita vt dequolibet verificari poſsit, eſſe legem,& fundamentum, eſt locus proxime alla ctus ex D.Aug.

Quarta ſent.vera,explicabitur in deci- 4.*Sentẽ.*
ſione dubij.Pro intelligentia huius dubij *Nos.*
notandum.Aliud,ſupponi in hoc dubio, & aliud inquiri,ſupponitur enim, legem ad partem rationalem pertinere,cum enim ratio legis ſit obligare,tantum autem pars rationalis ſit capax obligandi,& recipiendi obligationem,tantum ad partem rationalem,lex pertinere poteſt. Cum autem pars rationalis,duo includat,vt ſæpe notabimus,& intellectum,& voluntatem,merito inquiritur,ad quem potentiam illarũ pertineat. Ex quo ſequitur,quod ſi aliquando lex tribuitur,alijs quam rationi, non eſt propriè loquendo. Vt eſt illud ad Rom.7. Videò aliam legem in mem- *Rom.7.*
bris meis,repuguantem legi mentis meæ, vt enim explicat Diu. Thom.hic ad 1.loquitur de participatione legis,quæ etiam in membris reperi poteſt. Aut loquitur de lege,in larga acceptione,quatenus inclinatio naturalis,etiam vocatur lex,& bruta dicuntur habere ſuas leges. Similiter, ſi ſcriptura vocarur lex, eſt quatenus ſignum legis,non autem,quia formaliter,& propriè ſit lex, quidquid in oppoſitum ſentiat Gab.in 3.diſt.37.quæſt.vni.a.1. *Cõtra Gab.*
& Salas tractat.14.diſputation.1.ſectio. *Salas.*
5.in fin.

Concl. Conclusio sit, quod lex, essentialiter est aliquid, existens in intellectu Legislatoris, & non in voluntate illius. Hanc docet Diu. Thom. hic incorp. & ad 1. & 2. & Conrado, Cai. Medina, & Soto, 1. de iustitia, & iure, quæst. 1. art. 1. Alensis 3. part. quæst. 26. D. Anton. 1. part. tit. 4. cap. 10. Turrecremata, cap. officium, distin. 3. in princip. Valentia, disput. 7. quæstion. 1. puncto 2. Vazquez disp. 49. capit. 2. & disput. 150. cap. 3. & 4. Molina in concordia, quæst. 23. art. 1. disputat. 2. §. hæc tamen sententia, & omnes sequuntur, Magist. 1. distin. 45. cap. 7. & 8. & 9. Et probatur primo, Prob. 8. per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperant, &c. Nota illud verbum decernunt, quod ad intellectum pertinet. Item Psal. 18. præceptum Domini lucidum illuminans oculos Psal. 24. Dulcis, & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in via (id est legem ostendentem viam, vt explicat Genebrardus, cum Hæbreis) idē docet dum ait, eodem Psalmo. Legem statuit ei in via, quam elegit, & Psalm. 26. Legem pone mihi Domini in viā tuā, & Psalmo 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, omnia enim ista ad intellectum insinuant legem pertinere. Secundò probatur authoritate Sanctorum, nam sic docet Clemens Alexan. lib. 1. stroma, prope finem, Basilius in capit. 1. & 3. & 8. Isai. Damas. lib. 4. cap. 23. D. Chris. serm. de Fide, & lege naturę, Gregor. Nazianz. carmine. 15. Theodoretus super illud, Psal. 18. Lex Domini immaculata, D. Ambros. Epist. 20. ad Horontianum lib. 5. Epistolarum, & Augustin. lib. 1. de libero arbitrio, cap. 6. id ipsum tenent, Philosophi morales, Cicero. tribus libris de legibus, & Plato. in politico. Arist. 10. Ethi. cap. 9. & 6. Ethi. cap. 10. & 1. Elencho. cap. 12. Tertiò probatur ratione, quia lex consistit in eo, quod sit regula, vt communiter ab omnibus aceptatur, & habetur l. 2. ff. de legibus. Sed esse regulam pertinet ad intellectum: ergo. Probatur minor, nam regulare, est ad finem rectum, actionem humanam dirigere. Hoc autem aliquid rationis est. Aut secundò probatur, eadem minor, nam esse regulam actionis humanæ, est quod actio humana sit bona, inquantum ei conformatur. Sed esse bonam, actionem humanam, consistit in eo, quod rationi conformetur: ergo rationi conuenit esse regulam, & ad rationem pertinebit lex, quæ rationem regulantem importat. Quartò probatur, lex inducit obligationem, sed voluntas Legislatoris, non inducit obligationem, sed aliquid pertinens ad intellectum eius: ergo lex non ad voluntatem, sed ad intellectū pertinet. Minor probatur. Primò, quia voluntas Legislatoris, solum dicit desiderium, non autem præceptum: ergo non obligat, quia præceptum, & non desiderium Legislatoris, habet obligare. Secundò probatur, & amplius explicatur, quia lex consistit in Imperio faciendi, vel non faciendi aliquid, sed Imperiū est actus intellectus, vt supra docuimus, quæst. 17. & 6. Ethi. cap. 10. ergo. Tertiò probatur eadem minor, quia stante lege, ex parte intellectus, etiamsi Legislator nollit, vt obliget, nihilominus obligat, & non stante lege, ex parte intellectus, etiā si vellit obligare, non obligabit, vt contingit in voto, quod si fiat, etiam nollentem obligat, etsi non fiat, etiam vollentem non obligat: ergo voluntas, non habet obligare, sed aliquid pertinens ad intellectum.

leg. 2. ff. de legibus. *Psal. 24.* *Genebrar.* *Psal. 26.* *Psal. 118* *D. Clem.* *D. Basil.* *D. Dam.* *D. Chris.* *D. Greg. Nazian.* *Theodor.* *D. Amb.* *D. Aug.* *Cicero.* *Aristot.* *Plato.*

Ad 1. argum. à principio respondetur, quod licet lex, ad intellectum pertinear, quia tamen præluponit actum voluntatis, & ab illa habet motionem intellectus, ad imperandum per legem, ideò lex multoties nominibus ad voluntatem pertinētibus significatur, licet in voluntate non consistat. *Ad 1. Argumen. 1. sententi.*

Ad 2. arg. respond. negando minorem, ad primam partem illius, respondetur. Aliter voluntatem diuinam esse regulā actionis humanæ, & aliter intellectus, vel ratio illius, voluntas quidem, est regula, quatenus, vt actio humana sit bona, debet voluntati diuinæ esse conformis, intellectus autem est regula dirigens, actiones humanas in finem, per modum illuminantis, & præcipientis, in quo consistit ratio legis. D. Thom. ergo, & Anselmus asserūt voluntatem diuinam esse regulam primo modo, non secundò. Ad secundam partē etiā dicitur, quod ordinare in finem per modum electionis pertinet ad volūtatem, ordinare vero per modū directionis importat discursum, & pertinet ad rationem, & in tali directione cōsistit lex, nō autē indirectione, & ordinatione electiua. Ad alterā partem de motione, respondetur. Quod mouere, quo ad exercitium operis, est proprium voluntatis, mouere autem, per modū Imperij, & cuiusdam quasi coactionis, est quid pertinens ad intellectum. Ad vltimam partem respondetur, quod *Ad 2. Argumen.*

ad

ad intellectum medio iudicio, solum pertinet illuminare de conuenientia obiecti, mediante vero Imperio (vt infra dicetur) ad ipsum pertinet necessitare, & obligare subditum.

Ad 3. argumen. Ad 3. argumen. respon. vsum importã tem exercitium operis, pertinere ad volũtatem (vt supra diximus,) vsus autem iurisditionis, & dominij, fit mediante imperio pertinente ad intellectum, vt dictum est, quæstion. 17.

Ad 4. argumen. Ad 4. arg. resp. virtutem existentem in vna potentia, posse elicere actum in alia, vt religio existens in voluntate, elicit actum orationis in intellectu, & fides existens in intellectu, elicit actum confessionis fidei in ore. Bene ergo poterit iustitia legalis elicere in intellectu actum Imperij, in quo lex consistat.

Ad arg. 2. & 3. Senten. Ad fundamentum secundæ, & tertiæ sent. resp. legem consistere nõ posse essentialiter, nec in actu intellectus, & voluntati simul, quia nequit explicari, qualiter illi diuersi actus componantur inter se, ad integrandam vnicam essentiam, nec etiã potest in illis seorsum, vel disiunctiuè cõsistere, quia essentia debet esse, quid determinatum. Si autem Arist. modo explicat legem per aliquid intellectus, modo autẽ per aliquid voluntatis, ideò est, quia vt diximus, licet consistat in intellectu, præsuponit tamen actum voluntatis. D. Aug. autem disiunctiue loquitur, quia non intendit definire, in quo consistat lex, sed in quo consistat peccatum, quod sit contra legem, siue lex pertineat ad intellectũ siue ad volũtatem, neutrũ ibi determinat, quia inquolibet consistat peccatũ semper est contra legem.

Dub. II.

Vtrùm lex sit actus intellectus, qui est iudicium, an vero actus qui est Imperium, distinctus à iudicio?

1. Senten. Lorca. IN hac re, est prima sententia, quam tenet Lorca, hic disputation. 1. concl. 2. legem esse actum intellectus, qui est iudicium, quo Princeps iudicat de conuenientia obiecti præcepti per legem.

Arg. 1. Hæc sententia probatur primo, ex Arist. 1. Elencho. c. 12. asserente legem esse opinionem multitudinis, & Platone in Dialogo minoe, asserente legem esse sententiam, siue opinionem, & D. Thom. quæst. 91. art. 3. asserente, legem esse dictamen rationis. Certum est autem opinionem, sententiam, & dictamen, ad iudicium intellectus pertinere. *Ex Arist. & D. Th.*

2. Arg. Secundò arg. nam de ratione legis est, esse regulam, actuum humanorum, vt diximus. Sed esse regulam consistit in iudicio rationis: ergo & lex in tali iudicio consistit. Minor probatur, quia actum esse regulatum, nihil aliud est, quam rectæ rationi esse conforme, recta autem ratio, consistit in iudicio practico, de conuenientia, & honestate operis.

3. Arg. Tertiò arg. nam secundum Arist. tres sunt tantum operationes intellectus, videlicet, simplex apprehensio, compositio, & discursus. Sed lex, nec est simplex apprehensio, nec discursus: ergo erit compositio; nẽpe iudicium, quod pertinet, ad propositionem iudicatiuam.

4. Arg. Quartò argu. si lex in alio actu consisteret, maxime in Imperiò, sed in isto nõ consistit: ergo consistit in iudicio practicto rationis. Minor probatur, quia præter iudicium practicum, nullus est actus, qui sit Imperium: ergo in illo non potest consistere lex. Antecedens probatur, nã tale Imperium distinctum à iudicio, vel est actus, qui necessario, sequitur ad electionem, aut qui libere sequatur, neutrum illorum: ergo talis actus, non est. Prima pars. Minoris probatur, nam si necessario sequeretur, non esset necessaria virtus prudentiæ ad Imperandum, quia virtus ponitur ad vincendam difficultatem, nulla autem est difficultas in hijs, quæ necessario consequuntur, & hoc esset contra Aristot. ponentem prudentiam ad Imperandum opus post electionem. Secunda pars minoris, etiam patet, nam si talis actus libere sequeretur post electionem: tunc alius actus voluntatis, requireretur ad determinandum intellectum ad Imperandum, contra Diu. Thom. ponentem Imperium immediate post electionem.

5. Arg. Quintò argu. Actus imperij, si aliquid est, est quædam locutio, habens rationem tantum signi legis: ergo non consistit in tali imperio lex. Antecedens probatur, maxime in Deo, quia tale imperium non est impulsus actibus ad extra circa subditum, vt impleat legem, nec aliquid aliud intelligi potest, quod sit;

amplius,quam quædam manifestatio suæ voluntatis per modum signi, & locutionis.

2. *Senten. Vazquez. Valentia. Salas.* Secunda sententia est, Vazquez, & Valentia citati, & Salas hic. 14. disput. 1. section. 6. quod lex consistit in Imperio rationis. Asserit tamen Imperium non distingui à iudicio, sed esse ipsum iudicium, vt simul importat desiderium, vt talis res fiat ab inferiori. Itaque non desiderium, vt cumque est lex, sed cum connotatione personæ desiderantis. Si desiderans sit inferior, expressio desiderij est oratio, & deprecatio. Si autem desiderans sit amicus, vel æqualis, desiderij expressio, est suasio, si autē expressio desiderij, sit personæ superioris ad inferiorem, tunc tale iudicium imperans, vel desiderium exprimens, est lex.

Not. Pro intelligentia nota, quod lex dupliciter consideratur. Primo in actu, quando actualiter instituitur, secundò permanēter, transata iam conditione legis. Supponitur ergo, legem in actuali conditione, esse actum rationis, per cuius conformitatem, vel dissonātiam, actus præceptus, est bonus, vel vetitus malus. Eo enim ipso, quod hoc sit dissonum tali actui rationis Legislatoris, est malum. Atque adeo talis actus est lex. Inquiritur ergo, quia actus sit iste an iudicium, de conuenientia obiecti, an vero Imperium de hoc faciendo, vel non faciendo? postea autem explicabitur, in quo cōsistat lex, permanēter post sui conditionem.

1. *Concl.* Prima conclusio, lex non consistit in actu intellectus, qui est iudicium de conueniētia obiecti (vt vollebat Lorca.) Hæc probatur clarè, quia stante iudicio Legislatoris de conuenientia operationis, si illā non iubeat, nec præcipiat, secundum omnium sententiam, subditus non tenetur facere talem operationem: ergo tale iudicium, non est lex. Patet consequentia, quia si esset lex, teneretur subditus operari conformiter ad illud iudicium, siquidem oppositum esset malum, cum esset contra legem, videlicet contra illud iudicium.

Secundò probatur, quia actus in quo lex consistit, licet sit intellectus, & non voluntatis, præsupponit tamē actum voluntatis, vt fatetur etiam ipse Lorca, sed iudicium nō præsupponit actum voluntatis, nec electionem illius, sed potius præsuponitur ad electionem: ergo in tali iudicio lex non consistit.

2. *Concl.* Secunda conclusio, lex non consistit in actu Imperij, qui sit idem cum actu iudicij, solum superadente expressionē desiderij Legislatoris (vt volebat Vazquez) Hæc in primis probatur, sicut præcedēs, quia cum Vazquez, non distinguat, Imperium à iudicio, coincidit in sua assertione, cum priori opinione. Specialiter tamē cō tra ipsum probatur. Quia illud iudicium, cū expressione desiderij, æqualis ad æqualē, vel inferioris ad superiorē, non esset lex, sed persuasio, vel deprecatio: ergo etiam si sit superioris ad inferiorem nō erit lex. Patet consequentia, nam ratio personæ, est quid extrinsecum, & accidentale, & solum potest habere rationem circunstantiæ: ergo ex illa solū, non distinguitur oratio, à lege, vel persuasione. Antecedēs patet, nam immutata operatione, potest mutari persona, de subdita in superiorem, & è contra: ergo est, quid accidentale, nō varians essentialiter operationem, ridiculum enim esset, quod per solam mutationem status personæ, mutaretur actio, & eadem numero modo esset lex, modo oratio. Secundò probatur, quia vt dicebamus conclusione prima, etiamsi Legislator exprimat desiderium prædictum, si non iubeat, non obligat: ergo non consistit lex in manifestatione talis desiderij. Si respondeatur, cum Vazquez non consistere legem, in manifestatione desiderij, vt cumq; sed in manifestatione superioris, vt superioris formaliter. Contra quia non potest intelligi qualiter exprimatur desiderium superioris formaliter, nisi præcipiendo: ergo supra iudicium expressiuum desiderij, aliquid debet super addi nēpe Imperiū, qui sit actus distinctus à iudicio, vt statim dicemus. Tertiò probatur, nam desideriū Legislatoris ex se non obligat, vt fatetur Vazquez: ergo nec expressio desiderij, quia expressio affectus non addit obligationem, supra ipsum affectum. Conf. quia expressio desiderij, sicut & ipsum desiderium pertinent ad voluntatem, cū ergo iste author asserat, legem non pertinere ad voluntatem, sed ad intellectū, qualiter asserit consistere in expressione desiderij? sed vel pertinebit solum ad iudicium, vt volebat Lorca, vel ad Imperium, vt statim dicemus; nec valet, quod pertineat ad iudiciū, vt super addit expressionem talis desiderij, quia tunc formaliter ad voluntatem reducit legem, cum desiderium, & expressio eius ad voluntatem pertineat. Quartò probatur, quia expressio volūtatis, & desiderij, non sufficit ad votum, vt cōmuniter dicitur 2.2. quæstion. 88. articul. 1. vbi videatur

contra Vazquez.

Solutio. Vazquez. Impug.

videatur Raphael dela Torre. Ergo nec sufficit ad legem, patet consequentia: quia non minus requiritur ad obligationem legis, quam voti, cum votum sit, quædam lex particularis, quam sibi imponit vouens.

3. Concl. Tertia conclusio, lex consistit in actu intellectus, qui est imperium distinctus à iuditio. Hæc est D. Thom. hic & omniũ discipulorum eius, & patet, quia lex semper nominatur nomine imperij, iusionis, & præcepti, vt est videre, l. 1. ff. de legib. & l. legis virtus, ff. eodem titulo, item impositio legis semper est, hac forma verborum, fac hoc, hæc autem imperium important, & non solum iuditium, vel expræssionem desiderij, qualiter autem huiusmodi actus imperij sit distinctus à iudicio, ad longum explicuimus contra Vazquez, supra quæst. 17. art. 1. etsi contra istam cõclusionem facias argumen. quia vt diximus supra quæst. 71. art. 6. dub. 2. intrinsece mala, & prohibita, quia mala, habent malitiam formalem, ante imperium; per hoc, quod subsequantur ad iuditium, & ab illo habeant dissonantiam, ante quod iuditium, solum habebant malitiam radicalem. Ergo lex non cõsistit in imperio; sed in iuditio practico, quia ante legem, peccatum formaliter esse non potest, cum in tantum sit peccatum in quantum contra legem, quia vbi non est lex, nec præuaricatio.

Obiectio.

Solutio. Respondetur, quod lex consumata, & essentialiter completa, consistit in imperio, in coata tamen in iuditio practico, ad esse ergo peccatum formaliter, nec sufficit malitia radicalis, quam habet ante iuditium practicum, nec requiritur, quam habet post imperium, sed sufficit, & requiritur, subsequi ad practicum iuditium, etiãsi antecedat ad imperium, & ideò dicuntur huiusmodi peccata, prohibita quia mala, quia malitia illorum præcedit prohibitionem, & præceptum consistens in imperio, dicitur tamen omne peccatum contra legem, quia ad minus sequitur post legem in coatam consistentem in iuditio practico.

2. Solutio. Vel secundo resp. quod vt ibi diximus ex mente nostra in fine dubij, lex est actus liber in Deo, & consequenter malitia formalis eorum, quæ dicuntur intrinsece mala, libere dependet à Deo cum talis malitia sit posterior ad legem, cum autem iuditium practicum in Deo, de disconuenientia talium actuum, sit actus necessarius, imperium autem sit actus liber, consequenter dicendum est, legem non consistere in iuditio practico, sed in imperio, & posterius ad illud, se habere malitiã formalem illorum actuum, solum autem dicũtur prohibita, quia mala, quia malitia radicalis præcedit prohibitionem, & præceptum, & imperium, non autem, quia formalis malitia præcedat. Qualiter autem lex, & prohibitio sit actus liber absolute, ex suppositione tamen necessarius, dicetur infra quæst. 91. art. 2. dub. 2.

4. Concl. Quarta conclusio, licet lex in actu imperij prædicto consistat essentialiter, cõnotat tamen iuditium practicum ex parte intellectus, & electionem rectam ex parte voluntatis. Hæc conclusio potius eget explicatione, quam probatione: vnde notandum. Quod vt colligitur, ex Arist. 6. Ethicor. cap. 10. & ex D. Thom. supr. quæst. 17. art. 3. ad 1. intellectus, & volũtas, in suis actibus, sic se habent inter se, quod primo voluntas intendit finem absque vlla consultatione, quia vt ait Diu. Thom. supra quæst. 14. art. 2. de fine nulla est consultatio. Deinde progreditur intellectus per eubulliam ad consultandum de medijs aptis ad talem finem. Deinde per sinesim iudicat determinatè, quod illorum sit medium aptius, & conuenientius. Deinde voluntas eligit tale medium, & vltimo intellectus imperat ad executionem talis medij. Hæc enim omnia necessaria sunt, quia posita intentione finis, cum sine medijs obtineri non possit, necessum est de medijs consultare, & quia stat, rectè consultum fuisse de medijs, & non recte iudicare de aptiori, ideò ponitur iuditium rectum determinans, quod nam sit aptius, & quia stat recte iudicare de medio aptiori, & ex aliqua causa eligere peius, ideò ponitur recta electio de medio iudicato, vt aptius. Tandem vt opus exequatur ponitur Imperium. Hac ergo via progreditur legislator in conditione legis. Primo enim intendit bonum commune subditorum per legem. Deinde consultat, quæ nã lex erit aptior ad tale bonum. Deinde iudicat omnibus attentis hanc legem in particulari esse aptiorem. Deinde sequitur electio huius legis volens istam condere, ex his omnibus, tandem determinat per Imperium, & præceptum, vt hæc lex obseruetur. Consistit ergo essentia legis in hoc præcepto, & Imperio, licet connoret, & supponat necessario iudicium prædictum ex parte intellectus, & electionem iam assignatam ex parte voluntatis. Etsi contra facias arg. quia in Deo supremo Legislatore talis volun-

Aristot. D. Thom.

Obiectio.

tas non procedit: ergo nec in alijs legislatoribus, quia eadem est, ratio antecedens vero probatur, quia talis volũtas in Deo, nec est efficax, nec inefficax; ergo nulla est talis. Prima pars, patet, quia si esset efficax subditi in faliuiliter exequerentur legem, secunda etiam pars est manifesta, quia inefficax voluntas Dei, non sufficit ad condendam legem, siquidem & talem voluntatem habet in his, quæ consulit, & non præcipit.

Solutio. Respon. etiam in Deo præcedere prædictam voluntatem, illamque esse efficacem, non quidem impletionis legis subditorum, sed conditionis, & institutionis ipsius legis. Itaque efficaciter vult condere legem, non autem efficaciter vult à subditis obseruari legem, est enim obiectum illius efficatiæ conditio legis, non autem obseruantia eius. Vtrũ autem etiam respectu legis naturalis præ supponatur voluntas, infra dicetur.

Corol. Ex dictis in hac conclusione sequitur legem esse actum intellectus practici, & non speculatiui, nam Imperium in quo lex consistit pertinet ad prudentiam gubernatiuam, secundum D. Thom. 2.2.q. 47.art, 11. prudentia autem ad intellectũ pertinere est certum.

5. Conclusio. Quinta cõclusio, lex habitualiter permanens, semel condita à Legislatore est aliquid reale morale, hanc ponimus contra Becanum, tom. 2. tract. 3. q. 1. cap. 1. num. 5. & 9. Asserentem legem solum esse obiectiuè in intellectu Legislatoris, & subditorum. In quam sententiam, etiam inclinat Lorca hic disput. 2. circa fin. Nostram tamen conclusionem, tenet Soto 1. de iustit. & iure, q. 1. art. 1. concl. 2. Et probatur clare, nam hæc est diuersitas inter intellectum speculatiuum independẽtem à voluntate, & practicum præsupponentem illam, quod facta ab illo, solum manent obiectiuè in intellectu, secundũ esse rationis facta, tamen ab isto manent realiter moraliter quandiu non retractantur. Vt patet in voto promissionis eundi compostellam, & in peccatore transacto actu peccati, in quo manet fixa voluntas realiter bono commutabili, quandiu per pœnitentiam non retractatur. Item patet nam lex transacto actu Legislatoris, habet effectus reales, quales sunt obligare, regulare, & dirigere: ergo est aliquid reale, quia ens rationis effectus reales habere non potest. Verum est tamen esse reale morale, non physicum, qualiter autem esse morale sit aliquid reale cõtra physicum, & contra ens rationis, diximus supra. Ex quo sequitur, quod etiã mortuo Legislatore perseuerat lex in suo robore, quandiu non retractatur à successore, quia in ratione Legislatoris formaliter est idem, successor & mortuus, quandiu per successorem non retractatur voluntas mortui. Secus est in præceptis prælati particularis pereuntibus cum eis à quibus sunt imposita, quia non habent firmitatem legis.

Contra Becanum, & Lorcam.

Soto.

Ad primum argum. à principio resp. Aristotel. & Plat. non sumere rigurose opinionem, sed prout hæc etiam Imperio conuenire possunt, aut loquuntur radicaliter de lege, ut enim explicuimus lex supponit iudicium, & in illo radicatur. Similiter D. Thom. loquitur præsupositiue consistere in dictamine quia formaliter, ipse palam loquitur in isto art. consistere in Imperio, & per locum expressum, in quo ex professo agit de hac re, alia loca dubia debent explicari, mentem enim D. Thom. fugiunt quærentes loca dubia nolentes plana aspicere. *Ad 1. argum.*

Ad secundum argum. resp. legem esse regulam moralẽ, quatenus per recessum ab illa, actus efficitur malus, actus autem malus non efficitur per recessum, & quia non conformetur iudicio Legislatoris, sed per hoc, quod non conformatur Imperio eius, vt diximus. Vnde regula moralis non est iudicium, sed Imperium, & in illo lex consistit, quatenus Imperando inducit obligationem per modum directionis. Vtrumque enim lex habet, dirigere coercendo, & propterea Deut. 33. vocatur ignea lex, quia sicut ignis, habet illuminare dirigendo, & comburere coercendo, & obligando. *Ad 2. argum.* *Deut. 33.*

Ad tertium argum. respondet Cordubalib. 2. q. 10. quod secunda operatio intellectus, nempe compositio, & iudiciũ, diuiditur in ostensiuum, & præceptiuũ, quale est Imperium hanc solutionem impugnat Vazquez disput. 49. cap. 3. nu. 13. sed in illam incidit, docẽs Imperium non esse distinctum à iudicio, vt diximus ex mente illius. Melius tamen respõdetur cum Medina supr. q. 17. artic. 1. & Soto 1. de iustit. q. 1. art. 1. quod Arist. in illo loco assignat operationes intellectus speculatiui. Intellectus autem practici, alius est actus prædictus Imperij qui formaliter, vt ait Soto iudicatibus non est, sed iudicium præsuponit iuxta iam dicta. *Ad 3. argum.* *Cordub.* *Vazquez. 2. solut.* *Medina.* *Soto.*

Ad quartum argumen. respon. Quod Imperium sequitur post electionem necessario *Ad 4. argum.*

sario ex suppositione, & in sensu composito: quia non stat electio, & non sequi imperium absolutè tamen, & in sensu diuiso libere sequitur, quapropter stante electione nulla est difficultas, vt imperiū eliciatur, nec ponitur prudentia ad vincendā dificultatē, quæ sit post electionē, sed ponitur, vt eliciat imperiū, & auferat dificultates imperādi præsuppositas, benè cōsultando per eubulliam, benèque iudicando per synesim. Itaque ad eliciendum imperium absolute dificile, ponitur prudentia, quæ per sibi virtutes ministras tollit dificultates præuias, vt tandem eliciat proprium actum, non autem necesse est ad virtutem necessariam, quod dificultates proximè se habeant ad elicientiam proprij actus.

Ad 5. argum. Ad quintum argum. resp. quod locutio vocalis nō est lex, sed signum illius esse potest. Locutio autem mentalis præceptiua, est ipsa lex, etiam in Deo manēs, quæ postmodum per alia tamquam per signa explicari potest.

Articul. II.

Vtrùm lex ordinetur semper ad bonum commune?

Conclusio est affirmatiua.

Dub. I.

Vtrùm conclusio sit vera?

1. arg. PROBATVR quod non primò, nam multæ sunt leges, tantum bonum particulare personæ respicientes: ergo non est de ratione legis respicere bonum commune. Antecedens patet de lege tuendi propriam vitam, & de lege elargiendi eleemosinam, & de lege correctionis fraternæ, quæ ex eo non obligat, cum non est spes emendæ, quia solum bonum emendæ respiciebat. Patet etiam in lege viduarum, pupillorum, orphanorum, minorum, seruorum, militum, & multis alijs, de quibus videre est per totum titulum de testamentis, & cap. qui militare possunt, & de re militari lib. 12. & ff. & c. de minorib. & ff. ad Senatus, & in l. 1. ff. de constitutionib. Principum, patet etiam in priuilegio, quod est lex priuatæ personæ, vt habetur, capit. priuilegium, dist. 3. ex Isidoro 5. ethimo capit. 18. patet etiam in lege tributorum, & vectigalium quæ solum particularem personam Principis respicit.

2. arg. Secundò principaliter arg. multoties bonum commune vergit in damnum multorū: ergo nō semper lex debet bonū cōmune respicere, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, & ideo dicitur de regulis iuris in sexto, regula locupletari, quod non licet aliquos locupletari, cum aliorum detrimento, antecedens verò probatur. Nā lex quæ conueniens est vni ciuitati, vel communitati potest alijs communitatibus, esse nociua, & lex perscriptionis, quæ vtilis est ei cui aplicatur dominium, ledit verum dominum rei.

3. arg. Tertiò arg. nam si lex respicit bonum commune: ergo post latam legem cessante bono communi, non obligabit lex, cō sequens est falsum ergo, sequela patet nā si cessat bonum commune non erit lex, si lex essentialiter respicit bonum commune: minor verò probatur, quia cessante fine legis non cessat lex, vt si lex prohibeat cōmunicationem Sarracenorum ne mores corrumpantur, etiam si quis periculum corruptionis morum non patiatur tenetur lege.

4. arg. Quartò argum. lex inutilis obligat, ergo non est de ratione legis esse vtilem bono communi, nam si de ratione eius esset talis vtilitas, illa cessante non esset lex, antecedens verò probatur, quia communis sententia docet, legem obligare si bono communi, non sit nociba, inutilis autem nociba non est.

Confirmat. Confirmatur nam lex captionibus plena valet, ergo à fortiori inutilis, antecedens probatur, lege vnica in princip. cap. de caduc. tollend. & l. inuidiosa, §. 1. & l. per quam dura, & l. prospexit, ff. qui & à quibus, & l. 1. §. initium, ff. de postuli, vbi eleganter Acursius, & Tiraquel. & Baldus l. non omnium, ff. de legibus, & l. de quibus, ff. eodem.

1. Concl. Prima conclusio, lex necessario debet respicere bonum commune, hanc docet expresse D. Tho. hic ex Isidoro, 2. ethimol. cap. 10. & 5. ethimol. c. 21. & refertur, cap. erit autem lex. dist. 4. vbi ait erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secūdum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro com-

D. Thom. *D. Isidor.*

communi ciuium vtilitate conscripta, sequuntur D. Thom. omnes auctores, tam moderni, quam antiqui, quos latissime affer Salas tract. 14. disp. 1. section. 8. & hanc veritatem docuit Concilium Tolle tanum, 8. cap. 10. & D. Basil. initio Prober. Chris. 2. Cor. 4. imo & Aristot. 1. rethor. cap. 4. & 3. ethic. capit. 7. & 8. & 5. ethic. cap. 1. & 4. Polit. cap. 1. & libr. 5. cap. 9. & 10. & lib. 6. capit. 2. & 7. & 10. ethic. cap. 9. Plato, dialog. 1. de legibus, & dialogo politico, & Cicer. 2. de legib. & primo de inuentione, & in vatinium. Et ratione D. Thom. Probatur primò, nam lex ponitur, vt regula rationis, ex parte principij actuum humanorum, sed principium actuum humanorum, est vltimus finis: ergo lex si ponitur ad regulandum ex parte principij, habet respicere vltimum finem, habentem rationem principij. Tunc vltra, sed finis vltimus est bonum commune: ergo lex respiciens finẽ vltimum, respicit bonum commune. Minor probatur, nam si loquamur de voluntate absolute. Finis vltimus, & fælicitas eius est bonum in communi, si loquamur de volũtate Christiana, finis vltimus eius est æterna fælicitas visionis Dei, quæ bonum commune est omnium si autẽ, de voluntate considerata Politice, & vt pars ciuitatis, vltimus finis eius, est bonum cõmune ciuitatis. Secundò probat D. Th. quia pars ex natura sua ordinatur ad totum, cum ergo quilibet homo politice cõsideratus sit pars Reipublicæ, ad bonum commue totius Reipublicæ debet ordinari: ergo lex regulans hominem secundũ istum progressum, sic debet illam regulare, vt ad bonum cõmune ordinetur. Hæc ratio in tantũ conuincit vt Aug. 19. de ciuit. cap. 16. asserat, etiam pacem domesticam, ad pacem communem Reipublicę debere ordinari, inquit enim; ita fiet, vt lege ciuitatis, præcepta sumere pater familias oporteat, quibus domum suam sic regat, vt sit paci acommodata ciuitatis. In phy sicis etiam patet, quod pars primo, & per se respicit bonum commune, anteponendo illud proprio particulari bono, vt oculus primo attendit ad bonum totius hominis, quam prospiciat bono proprio, & aqua oblita sui commodi, consistentis in descensu, ascendit propter bonum commune totius vniuersi, ne detur vacuum. Tertiò probatur à magister: Medina, nam minister conformari debet, ei qui sibi tribuit potestatem, & ad commodum illius, & voluntatem debet attendere; sed Legislator est minister Reipublicæ, ab illaque habet authoritatem, vt infra dicetur: ergo in conditione legis, ad bonum, & vtilitatem Reipublicæ, cuius est minister, debet respicere, condendo legem. Confirmatur nam lex, & potestas spiritualis ex eo respicit, & ordinat ad bonum diuinum, vt vltimum finem, quia talis potestas a Deo est collata, iuxta illud Esai. 51. lex à me exiuit, & iudicium in lucem populorum requiescet, & Sap. 6. cum essetis ministri Regni eius, &c.

Salas. *Concil. Tolletan.* *D. Basil.* *D. Chris.* *Arist.* *Plato.* *Cicero.* *D. Thom.* *D. Aug.*

Obiectio. Vazquez.

Hac ergo conclusione sic probata, & aceptata ab omnibus insurgit Vazq. disput. 151. c. 3. nitens contra omnes euertere verum sensum D. Tho. inquit enim D. Thomam, & Isidorum, non intendere bonum commune esse finem legis, sed declarare personas subditas legi, nõ esse tantum vnam singularem, sed totam communitatem, vndè idem est dicere legem respicere bonum commune, ac dicere legem communitati, & non personæ particulari esse imponendam, fundamentumque Vazquez est huiusmodi, quod lex condenda sit inutilitatem totius Reipublicæ, & non personæ particularis, expresit Isidorus in illa particula, quod lex debet esse honesta, & iusta, nam si inutilitatem Legislatoris conderetur, iusta non esset: ergo cum super adit legem debere esse pro communi bono, & non pribato, aliam conditionem legis, quam prædictam voluit exprimere, & alia esse non potest, ni si quod lex communitati debet imponi, hoctamen non obstante veritas, & omnium sensus est Isidorum, & D. Thom. loqui de fine legis, quod sit bonum, & vtilitas Reipublicæ, & non personæ particularis, & in hoc sensu explicat glossa verba Isidori, de mente etiam D. Thom. nullus dubitare potest, qui solum etiam gramaticaliter ipsum legerit. In prima enim ratione ex eo probat legem respicere bonum commune, quia debet respicere finem vltimum, qui alius non est nisi bonum totius communitatis: ergo de fine legis loquitur, & nõ de personis lege astrictis, & in fronte articuli incipit hijs verbis: videtur, quod lex non ordinetur ad bonum cõmune sicut ad finem. Quid clarius, quam quod de fine legis instituat quæstionem? & ad secundum ait, particularia referri posse ad bonum commune, non cõmunitate generis, vel speciei, sed communitate causæ finalis, secundum quod bonum commune dicitur finis cõmunis, & passim in articulo nomen finis

Resolutio.

assu-

assumit, non autem assumit inore communitatem, vel singularitatem personæ subditæ legi, patet etiam intentio Doctoris sancti, non esse, quam intēdit Vazquez, nam infra q.96. art. 1. ex professo agit. Quibus imponenda sit lex, communitati, aut personæ particuli: ergo de hoc non agit in præsenti, nam alter articulus esset superfluus. Et ratio illius articuli id conuincit, nam ex eo probat D. Thom. legem esse imponendam communitati, & non personæ priuatæ, quia cum ex Isidoro, lex respiciat bonum commune, communitati debet imponi lex, vt sic finis, & ea quæ ad finem sunt, proportionētur. Ecce qualiter aliud sentit esse, quod lex respitiat bonum commune; & aliud quod imponatur communitati, quia vnum probat per alterum: sentit ergo hic, quod lex respicit bonum commune, vt finem, cum Isidoro, & ex hoc probat in illa, q.96. art.1. quod lex communitati debet imponi. Fundamentum autem Vazquez, in contrarium nullius est momenti. Sepè enim, quod implicite ponitur in vna particula, explicatius ponitur in alia. In illa enim particula, quod lex sit honesta, & iusta, etiam in confuso continetur, quod non feratur lex, nisi ab habente authoritatem, quia alias iusta non esset, & nihilominus ponitur hoc clarius in alia particula, asserente legem debere ferri, ab habente authoritatem: sic ergo hic. Vnde Diu. Thom. q.95. art.3. vnam particulam ab altera distinguit. quod lex sit iusta, & honesta, & quod ad bonum commune debeat ordinari.

Solutio ad arg. Tazquez.

2. Concluſ. Secunda conclusio, tantum requiritur, quod lex ex parte ipsius, respitiat bonum commune, extrinseca autem intentio Legislatoris, nihil interest. Nam si Legislator intendat bonum commune lex autem potius sit destructiua illius, nulla est. E cōtra autem si Legislator intendat bonum commune destruere, si tamen lex quam protulit ex se respitiat, & conducat, ad bonum commune, valida est talis lex, vt patet assimili, nam quocumque animo iudex particularis ferat sententiam, si est iusta tenet, si autem iniquitatem contineat nulla est. Sententia autem est quædam lex particularis, atque adeo eadem ratio est de lege cōmuni. Similiter patet, in ministro confitiente, vel conferente Sacramentum. Si enim veram materiam, & formam apponat: verum conficit Sacramentum, non obstante quacumque mala extrinseca intentione illius, vt si propter vanam gloriam, illud confitiat. Et certe nostra conclusio videtur manifesta sententia D. Augustini. lib.1. de libero arb. cap.5. dicentis, lex quæ tuendi populi causa lata est, nullius libidinis argui potest, siquidem ille qui tulit, si iusu Dei tulit, ex pers omnis libidinis, id agere potuit. Si autem illa cum aliqua libidine hoc statuit, non ex eo fit, vt ei legi cum libidine obtemperari necesse sit, quia bona lex, &c.

D. Aug.

Ex dictis sequitur. Tantum attendendum esse, vtrùm ex obseruantia legis, sequatur bonum commune necne, vt obliget, vel nō obliget, qua propter si rex imponat tributa iusta, consumenda in defensionem Reipublicæ, & necessariæ sustentationi Principis, etiam si hoc faciat deprauato animo redigendi subditos in pauperiem, lex obligabit, & tenentur tributa soluere, similiter si condat legem ne pecuniæ à Regno extrahantur; obligat, etiam si hoc iubeat, fine abaritiæ. Secus est si imponeret vectigalia iusta, & necessaria, ad defensionem Reipublicæ, animo tamē cōsumēdi illa in propriā vtilitatem, tunc enim nō tenētur vectigalia soluere, quia bonum commune, quod est finis legis non sequitur, & non præcisse, quia intentio Legislatoris sit mala, & contraria, similiter si Legislator condat legem, vere conducentem ad bonum commune, etiā si illam condat animo præiudicandi personæ particulari, lex est valida. Secus est quod quando lex instituitur, cum damno particularis personæ, non solum permisso, sed etiam intento, non solum in punitionem personæ, sed etiam in odium illius, præsumitur solum apparenter, proui dere bono communi, in re tamen illud nō respicere. Et sic manet locus appellationis, tali particulari personæ, & vt possit dolum in contrarium reclamare. Et in hoc sensu, intelligendus est Bartol. lege omnes populi, ff. de iustit. & iure, q.5. n. 53. Panormit. in rubric. de constitutio. num.2. Phelin. cap. cum omnes, de constitutionib. num.5. & alij iurisperiti asserētes, legem statutam in damnum particularis personæ, ex odio illius, esse iniquam, & inualidam, vtique quod talis præsumi potest, & sic de illa esse appellationem, tā quam de non prospiciente bono commune, si autem semel constet, bono communi esse vtilem, etiam si ex odio Legislatoris particularem personam noceat, lex valida est. Etsi contra facias argumentum, nam si votum fiat praba intentione vouētis non est validum, vt siquis voueat elee

Corol.

Bartol.

Panorm. Phelin.

Obiectio

mosi-

mosinam propter vanam gloriam, vt dicitur 2.2.q.88.art.1. Ergo similiter in casu conclusionis, quia & votum, lex quædam est particularis, quam sibi vouens imponit. Respondetur. Primò quod in voto malitia vouentis, vel potest in volui in ipsa materia voti, ita vt materia promissa sit mala, vel potest talis malitia esse extrinseca, exemplum primi, est in casu argumẽti, exemplum autem secundi, esse potest in casu, quod quis animo fruendi diuitijs, vel voluptatibus voueat Religionem militarem; si primo modo se habeat, votum validum non est, quia materia voti non consistit, nempe bonum: si autem se habeat secundo modo votum est validum, quia illa intentio extrinsece se habet, & materia promissa manet bona, similiter ergo in casu dubij. Si malitia Legislatoris destruat consistentiam boni communis, quod est finis legis, lex non est, si autem bonum commune permaneat intentum per legem, malitia Legislatoris, legem nõ destruit, quia extrinsece se habet, quod aliter solet dici, quod cum malitia Legislatoris nõ destruat bonũ cõmune, quod intenditur per legẽ, ideo per talẽ malitiã nõ destruitur lex. Cum autem malitia vouentis in prædicto casu, destruat bonum ipsius vouentis, quod intenditur per votũ, ideo factum votum ex tali malitia, non est validum.

Solutio.

Ad 1.arg. 1. Solutio. Nauarr. Salas.

Ad 1. argum. à principio, multa solent responderi, vt videre est in Nauarro de finibus, num. 28. & 29. Salas tract. 14. disput. 1. section. 8. distinguit de bono communi, quod aliud sit commune secundum se totum, ita vt nulla persona particularis habeat dominium illius, nec in totum, neque in partem, vt sunt pascua communia; aliud est bonum commune secundum se totum, pertinet tamen secundum partes ad personas particulares, & huiusmodi est honor, & diuitiæ, multorum sunt bonum commune Reipublicæ, & tamen secundum partes pertinent ad personas particulares: ad legem ergo non requiritur respicere bonum commune primo modo, sed sufficit secundo modo, & talia sunt enumerata in argumento. Secundò respondet Lorca, hic disp. 2. quod in casibus argumenti materia proxima est bonũ personę particularis, finis autẽ vltimus est bonũ cõmune, quod ex his particularibus cõsequitur. Tertiò tamen clarius respondetur, legem respicere primo, & perse, bonũ commune, per accidens autem se habet, quod cedat in bonum, vel in detrimentũ personæ particularis, siue enim sequatur bonum, siue malum particulare, si sequitur bonum commune, est lex, sin autẽ minimè; quapropter dum consequitur bonum commune, si per accidens sequatur, & quasi secundario, bonũ personale, gaudeat, si autem detrimentum illud patienter sustineat: quia vt dicitur capit. scias 7. q. 1. plurimorum vtilitas vnius vtilitati præferenda est; si autem in cap. locupleta ti, de regulis iuris in, 6. habetur non esse quosdam locupletandos cum detrimento aliorum, intelligitur nisi aliàs expediat bono communi: in casibus ergo argumenti clare patet, qualiter non solum bonum personale, sed etiam bonum commune sequatur, periret enim Respublica si quilibet particularem vitam non deffenderet, similiter magnum bonum commune est ne pauperes egeant, ad euitanda latrocinia, & famem, & pestem: similiter apparet quantum bonum commune sit, tueri pupillos, viduas, milites, de quibus locuntur iura; si autem leges personales nuncupantur, ideo est quia respiciunt bonum commune mediante bono personali, (vt diximus), in quo distinguntur ab alijs, quæ solum respiciunt bonum commune sine bono personæ. De priuilegio dicimus nõ esse legem, vndè nihil interest tantum respiciat bonum personæ, licet Suarez lib. 1. cap. 7. asserat, etiam priuilegium esse legem, infra tamen, q. 96. art. 1. explicabimus in quo differat, priuilegium, præceptum, & sententia, à lege. De tributis etiã manifestum est, regibus concedi ad bonũ commune tuendum, & non tantum attendendo ad commoditatem ipsius Principis. De correctione etiam fraterna, patet etiam, qualiter resultet bonum cõmune, quia sic euirantur vitia, quæ Reipublicæ maxime nociua sunt. Etsi contra facias argum. nam si nõ est spes emendæ non tenetur, quis ad correctionem fraternam: ergo finis correctionis tantum est bonum particulare, & non commune. Respondetur, effectum immediatum esse emendam, hæc autem ordinatur ad bonum commune; cum autem cessante emenda istius, bonum commune non obtineatur, ideo potest cessare à correctione, non quia solũ cessat emenda, sed quia cessante emenda cessat consecutio boni communis, obtinendum per ipsam. Secundò respondetur. Præceptum correctionis esse affirmatiũ, & non semper obligare: etsi aliquando quis excussatur, est quando emenda non speratur, itaque tunc non cessat lex,

2. Solut. Lorca.

3. Solutio.

Obiectio.

1. Solut.

2. Solutio.

&

& præceptum correctionis, sed excussatur ab illo.

Ad 2.arg. Lorca. Salas. Ad 2.arg.respond.cum Lorca hic, disput.2.& Salas loco citato, licitum esse cõdere legem conducentem ad bonum commune, cum aliquali detrimento particularium, & lex in contrarium allata, iam explicata manet: lex ergo perscriptionis iusta est, quia sequitur bonũ commune, nimirum quod cessent lites, & quod vnicuique sit cura suorum bonorum, & ne desserantur per multum tempus. Ad illud autem plurium communitatum, respondetur, quod plures communitates, vel possunt esse, partes perse, vnius Regni, vt plures ciuitates, sunt perse partes vnius Regni, aut verò possunt esse partes per accidens, vt plura Regna, sunt partes vnius Monarchiæ, quatenus per accidens coniuncta sunt hæreditate, vel iusto bello, sub dominio vnius Principis. Loquendo de prioribus non dubium, quin lex sit iusta, si expediat toti Regno, etiam si disconueniat vni, vel alteri ciuitati, quia sic cõparatur quælibet ciuitas respectu Regni, sicut quilibet ciuis, respectu suæ ciuitatis: verum est, quod si potest ciuitas damnificata, excipi à lege communi, sine nocumẽto graui totius Regni, Rex debet illam excipere: loquendo autem de posterioribus, dicimus. Tunc non posse institui legem, in damnum vnius Regni, propter vtilitatem aliorum, quia quodlibet Regnum est quodam totum, & non pars, vndè nullum debet pati damnum propter aliud, debet enim tunc idem Rex considerari, ac si essent plures Reges: & sicut vnus Rex, nõ grauaret notabiliter suum Regnum, nisi tantum secundum regulas charitatis, vt subueniret bono communi alterius, ita nec idem Rex grauare debet vnum Regnum, vt alteri subueniat, quia debet se gerere, ac si essent plures Reges, siquidem per accidens coniunguntur in vno Rege. Non negamus aliquantulum posse pati vnum pro altero, quia ratione compositionis Monarchiæ, aliqualem vnitatem habent, & rationem partis, respectu totius, negamus tamen, graue nocumentum debere subire: & etiam si loquamur de Regno præcipuo, cui alia adiuncta sunt, vt de Regno Castellæ, respectu Aragoniæ, vel Flandriæ, &c. Aliquale maius nocumentum debet subire, ad cõseruationem aliorum, quia ei authoritas magna accrescit, quod respectu aliorum sit quasi caput; non tamen grauiter debet damnum subire, cum notabili nocumento, & destructione sui, vt alijs subueniat, non enim ipsum debet periclitari, vt alia conseruentur, quod quidem attenter in hoc Regno, debet cõsiderari.

Ad 3.arg. Ad 3.arg.respond.quod cessante fine legis in communi, etiam cessat lex, vt si verbi gratia, sit lex non venandi feras in tali pago, ne segetes illius pagi conculcentur; si successu temporis non sint segetes, sed fiat silua, cessat lex prohibens venationem: si autem finis legis in communi persistat, etiam si cesset respectu personæ particularis, non ideo cessat lex, nec persona particularis, excussatur à lege, vt in casu argumenti: & patet etiam in testamento minus solemni, quod ex iure est inualidũ, quia multæ fraudes oriri possunt ex oppositio: licet ergo ex aliquo testamento minus solemni, nullum in conueniens sequatur, nihilominus testamentũ est nullum, quia finis legis cessat in isto, sed non absolutè respectu omnium, & iste debet conformari alijs, similiter matrimonium clandestinum, anullatur propter multa inconuenientia, quæ licet cessent in isto, nihilominus matrimonium non valet, quia non sufficit defficere in isto, finem intentum legis, attendit enim lex, ad id quod regulariter, vt in plurimum contingit, vt habetur in leg.iura, ff.de legib. & in leg.ea quæ raro.ff. de regulis iuris, hoc enim expedit bono communi, vt vna particularis nõ differat ab alijs, sed in obseruantia legis sit connexio, & non sit disiunctio partis à toto, & quia de facili quis posset fingere, vel præsumere finem legis, in illo cessare, vt sic legem euaderet, quod esset maxima perturbatio in Republica.

Ad 4.arg. Ad 4.arg.respond.legem inutilem, nõ esse legem, nec obligare, vt habetur ex Isidoro capit.erit autem lex, dist. 4. vbi inter alias conditiones, ponit, vt lex sit vtilis, & cap.cor Episcopi, dist.68.& ca. omnia, dist.12.vndè lex inutilis abijciẽda est, Nec tenetur quis illi obedire seclusso scãdalo, quia est lex iniusta, sine causa priuãs hominẽ sua libertate, quæ adeò pretiosa est: lex enim libertate priuat, cõstringendo vitas, vt habetur lege, leges sacratissimæ, C.de legib. & leg.1.§.quæ onerandæ, ff.quarum rerum actio non datur; imò lex quãdam seruitutem inducit, quæ morti comparatur, vt habetur leg.seruitutem, ff.de regulis iuris, & leg. libertas, ff. de statu hominum: hæc autẽ onera adeò grauia, imponere, inutiliter, & sine causa, iniustum est: non tamen censenda est lex

inutilis,

inutilis, quia in isto, vel in illo, cesset finis, & bonum commune (vt diximus) solutione præcedenti, solutioque ista communis omnium est, tam antiquorum, quam modernorum. Notandum tamen, quod si quando conditur lex est inutilis, postea autem, fit vtilis, quando aduenit vtilitas, consurgit obligatio legis, censetur enim adhuc moraliter, persistere voluntatem Legislatoris, quasi nouiter imponentis legem, nec requiritur de nouo illam condere, sicut contingit in matrimonio, non valido ex aliquo defectu, adueniente enim quod defficiebat, validum fit, si cætera in mobilia manent, nec sunt retractata, etiã si à principio valida non fuissent, quia nõ retractata censentur mòdo moraliter fieri, adueniente quod defficiebat: è contra autem, si quando instituitur lex est vtilis, postea autem defficit vtilitas, cessat lex; si autem vtilitas iterum reddeat, iterum, & lex obligat, quia non retractata lex, semper existit ex parte Legislatoris, vnde semper obligabit, si non sit defectus vtilitatis. Quapropter illa cessante cessat obligatio legis, & illa redeunte, lex quasi reuiuiscit. Sed quid erit dicendum si lex ex vna parte est vtilis, & ex alia inutilis? obligabit? necne? Soto 3. de iustit. q. 4. art. 5. ad 1. tenet partem affirmatiuã. Castro autem 1. de lege, capit. 1. §. postquam, in deffinitione legis, videtur tenere partem negatiuam. Melius tamen dicẽdum, quod si omnibus pensatis, plus sit nociua, quam vtilis, lex est nulla, si autem plus vtilis, quam nociua, lex est valida, quia ex maiori parte, & à toto genere debet iudicari: subditus autẽ debet esse omnino certus, esse plus nociuam legem, vt non obediat, quia si dubius sit, debet illã seruare, in isto enim casu loquitur, capit. erit autem lex, dist. 4. vbi Gracianus ait, non esse liberum iudicare, de legibus, sed debere iudicare secundum ipsas. Ad confirmat. Respondetur. Etiam legem captiosam, non obligare secluso scandalo, quia iniusta est, & perse loquendo licitũ est ab illa appellare, quia si in iure prohiberur talis appellatio, ideo est, quia communiter lex præsumitur iusta, & non captiosa. Sic intelligitur lex, si qua pœna, ff. de verbor. obligation. de statuto autẽ iniusto, cõtra particularem personam, appelatio est licita, vt docet Iasson leg. 1. num. 1. ff. de legibus, & ex l. 1. §. solent, ff. quando appellandum est, & l. quam graues, C. de censib. lib. 11.

Not.

Dub. 1. Sent. Soto. Castro.

2. Sent. Verior.

Ad conf.

Iasson.

Dub. II.

Vtrùm princeps possit condere legem, in bonum particulare ipsius, sine vtilitate, & commodo Reipublicæ, & Regni?

HOC dubium, ita bene tractat Medina, vt non pudeat nos fere in totum, illum transcribere, quia dignum, vt ommittantur ab ipso dicta nõ iudicamus.

Pars ergo affirmatiua. Probatur primo. Ex illo 1. Reg. 8. Hoc est ius Regis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facie que sibi currus, & equites, & præcursores quadrigarũ suarũ, & constituere aratores agrorũ suorũ, & messores segetũ, ac fabros armorum suorum; filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas, &c. Quid clarius, quã quod Rex habeat, ius vtendi sibi subditis in propriam vtilitatem? Paret etiam Lucæ 22. Reges gentium dominantur eorum, & potestatem exercent inter illos, non autem sic inter vos. In hoc loco videtur assignare differentiam inter potestatem Regiam, & potestatem Ecclesiasticam, quam ipse condebat: quod potestas Regia sit dominatiua, & consequenter tota in vtilitatẽ ipsis Regis potest conuerti, quia res suo domino debet fructificare: in Ecclesiastica autem non ita, sed in bonum subditorum debet ministrari. *1. Arg.*

Secundò argum. Nam iure gentium habetur, quod victores domini sint victorum, ergo ad minus in Regnis bello captis, Rex poterit condere leges, tantummodo conducentes in propriam vtilitatem. Confirmatur. Nam, & Arist. 1. Polit. & lib. 3. cap. 10. asserit, quasdam esse nationes, ita barbaras, vt Regi non possint, nisi principatu despotico, & ad nutum, & voluntatem Regis, quod acceptat D. Tho. 3. de regimine Principum. Propter arg. posita: tenent hanc sententiam aliqui iurisperiti, vt Decius consil. 252. & 269. vt refert Aragon. 2. 2. q. 62. art. 3. dub. 2. §. fuerunt nonnulli Principum. Nihilominus sit. *2. Arg.*

Cõclusio. Asserere quod Principes habeãt dominium subditorum suorum, & rerum ipsorum, ita vt possint conuertere ea in propriam vtilitatem, & instituere leges *Conclus.*

in

in proprium commodum, dogma est pestiferum, & omnibus modis execrandum.

D. Thom. Hanc latissime probat D. Thom. 3. de regimine Principum cap. 11. & lib. de eruditione Princip. cap. 3. & 2. 2. q. 22. art. 2. ad 3. & in primis ex illo

Deut. 17. Deut. 17. Cũ constitutus fuerit Rex non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus, non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, nec argenti, aut auri immensa pondera, &c. Ne elabatur cor eius in superbiam super fratres suos, & lõgo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel.

Not. Nota illud verbum, fratres suos, vt doceat subditos non esse seruos, sed fratres tractandos: & nota illud, & longo tempore regnet, nam hac de causa status tiranorum non est durabilis. Patet etiam

Eccech. 34. Eccech. 34. Vę pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis: & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ęgrotũ non sanastis: quod contractum est, non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et cap. 46.

Eccech. 46. Non accipiet princeps de hæreditate populi, nec de possessione eorum, sed de hæreditate sua dabit filijs suis. Patet etiam 3. Reg. 21. vbi Achab. & Iezabel vxor eius infœlicissima morte perierunt, eo quod vineam Naboth subditi illorum per violentiam vsurparunt. Quid clarius, quam quod regibus non liceat regimen in propriam vtilitatem conuertere, sed in bonũ subditorum? Patet etiam ex Concilio 8.

Conc. Tol. Tolletano. ca. 10. vbi Reges Gothorum Christiani, in sui institutione iurabant in hũc modum. Erunt actibus iudices, vita

Arist. modesti, non respicientes proprij iura cõmodi, sed consulentes patriæ egenti: Arist. tot. perpetuo id docet 8. ethic. cap. 10. & 11. ait esse legitimum Regem, qui bona subditorum præcipuè intendit ne subditos grauet, & qui laborat, vt subditi studiose operentur. Et 3. Polit. in principio, docet, assignans rationem prædictorum, quod Regnum non est propter Regem, sed Rex propter Regnum, ad hoc enim Reges instituti sunt, vt bonum Reipublicæ defendant, & tueantur, & qui propriũ commodum intendunt, tirani sunt, non

D. Bern. Reges: vnde D. Bern. lib. de consideratione ad Eug. Parui delectique animi est deditis, non profectum quærere subditorũ, sed quæstum proprium. Nom mediocris est vox illa Apostoli, non requiro datũ, sed fructum, indecens est valde Principi voluntate pro lege vti, non est maior domino suo, qui ait, non veni facere voluntatem meam, non minus delecti, quam elati animi est, veluti rationis expertis, non pro ratione, sed pro libito agere, nec iudicio agi, sed appetitu. Quid tam vetitale, & tam indignum vtenti ratione, quam viuere vt pecus? Quis in te rectorem omnium tantam contumeliam naturæ humoris in iuriam inferat sic? degenerando, generale opprobrium fecisti tibi proprium. Psalmo 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Quid tam indignum tibi, quam vt totum tenens non sis contentus toto, nisi minutias quasdam, atque exiguas portiones, ipsi, & tibi creditæ vniuersitatis, tãquã non sint tuæ sattagas nescio quomodo adhuc facere tuas? Vbi etiam memini esse vollote, parabolæ Nathan. de homine, qui centum oues habens, vnam quę erat pauperis concupiuit, &c. Item D. Au-

Psal. 48.

D. Aug. gust. de Verbis Domini, exponens illud Matth. reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, inquit. Igitur, quod Cesar præcipit, ferendum est, quod imperat, tollerandum, sed fit intollerabile, dum prædam exacto res accumulat; & infra. Hoc summi potest de prætoribus, cũctisque rectoribus, qui cumque enim sibi stipendia publice deuita consequitur, si amplius quærit, tanquã calumniator, & concussor, sententia Ioannis condemnatur. Et 6. de ciuit. capit. 11. ait. Quando Legislator prætermisso cõmuni bono, proprium quærit, tiranus est.

D. Basil. Et D. Basil. initio prob. ait. Tiranus à Rege difert, quod ille suaipsius, quomodocũque, & vndecumque respicit, ac tuetur, hic subditis consulere, tantum quærit. Patet etiam ex lege vltima, codice si contra ius, vel vtilitatem publicam. in qua sic habetur. Omnes cuiuscumque maioris, vel minoris administrationis, vniuersæ nostræ Reipublicæ iudices monemus, vt nullum rescriptum, nullam pragmaticam, sanctionem, nullam sacram admonitionem, quæ generali iuri, vel vtilitati publicę, aduersa esse videatur, in disceptationem cuiuslibet litigij, patiatur proferri: & tandẽ patet, quia nullum aliud discrimen assignari potest inter legitimum Regem, & tiranum, nisi quod ille respiciat bonum cõmune, iste verò ad suam tantum vtilitatẽ attendat, & hoc vtinam attenderent, qui

Regi-

Regibus assistunt, cum enim Theorice, & in communi id ipsum nobiscum doceant, & fateri teneantur, in praxi tamen, & in particulari suo proprio commodo decepti, de facili adducũtur, vt tributa, quæ nullatenus in commodum commune cedunt, sed tantum particulare Principis ab ipsis approbentur.

Ad 1.arg. Ad 1.arg. à principio resp. Ibi non explicari, quæ iuste à Rege fiant, sed quæ à Regibus communiter iuste, vel iniuste solent fieri, vt sic populus à petitione Regis terreretur. *D.Hier.* Vt explicat Diu. Hieron. sup. cap. 3. Osseæ in illa verba. Ipsi regnauerunt, & non ex me. *D.Cipr. Caiet.* Et Diu. Ciprianus lib. 8. epistolarum, epist. 9. & Caiet. Loco citato in argumento, vbi notat ideo dictum esse ius Regis, vt insinuaret non esse absolutè ius, sed quod Reges intendũt *Luc. 22.* sua malitia introducere. Ad illud Lucæ 22. Respond. ibi potius damnari regimen gentium tanquam tyranicum, à quo volebat Christus Dominus suum Vicarium longe recedere: vel si appellat Reges dominos, non loquitur de dominio despoti *Ad conf.* co, sed politico. Ad confirmationem respond. aliam esse rationem de Regnis bello iusto captis, aut de nationibus omnino barbaris, quæ aliter gubernari nõ possunt, atque de Regnis eligentibus Regẽ, qui per hæreditatem succedat, de quibus hic loquimur.

Articul. III.

Vtrùm ratio cuiuslibet sit factiua legis?.

Conclusio sit. Condere leges pertinet ad totam multitudinem, vel ad personam publicam, totius multitudinis curam habentem.

Dub. I.

Vtrùm sint, & fuerint legitimi, & veri Reges in mundo?

1.Sent. Iudæ Galilei. Anabaptist. Trinitariorum. IN hac re (vt colligitur ex D. Hieron. ad Titum 3.) fuit quidam Iudas Galicus negans potestatem Regiam, cuius etiam fit mentio act. 5. & tempore Christi ait Clemens 3. stromat. quosdam secutos fuisse hunc errorem. Bellar. etiam tomo 1. lib. 3. de laicis, cap. 2. ait Anabaptistas, & Trinitarios tenuisse, non licere Christianis esse magistratus, nec habere prætoria, aut tribunalia, aut ius gladij, & istos esse ministros falsi Christi, Christus enim uerus nullos tales ministros patitur. *Mat. 17.* Hæc sent. prob. primo, Matth. 17. vbi loquens de tributo reddendo principibus asserit Christus suos fideles à tali tributo *1.arg.* esse liberos his verbis. Ergo liberi sunt filij. Quia vt ibi ait D. Hieron. pro nobis crucem sustinuit: & tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij Regis à vectigalibus immunes sumus. Item Lucæ 22. Reges gentiũ *Luc. 22.* dominantur eorum, non sic erit inter uos. Et ad Rom. 13. Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, 1. Corint. 7. *Rom. 13. 1. Cor. 7.* Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum, 2. Corin. 8. Vnus Dominus Iesus *2. Cor. 8.* Christus, ad Ephes. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Et *Ad Ephes. 4.* in symbolo Nizeno. Et in vnum Dominum. Et Genes. 1. Dicitur faciamus hominem ad imaginem, &c. Vt præsit volatilibus cœli, & dominetur piscibus maris, &c. Non dicitur, vt dominetur hominibus, quia vt inquit Aug. 9. de ciuitat. cap. 15. Rationabilem animum factum ad imaginem suam nolluit Deus nisi irrationabilibus dominari: vnde primi iusti, pastores magis pecorum, quam Reges hominum constituti sunt. Et D. Greg. 21. motal. cap. 11. & 2. pastoral. cap. 6. Existimat ex peccato prouenire, vt homines hominibus dominentur, post peccatum enim mulieri dicitur, sub viri potestate eris. Quapropter hæc dominatio mala videtur, tanquam effectus peccati, & introducta per tyrannidem: vnde primus, qui hanc dominationem, & Regnum politicum introduxit, fuit Cain, Genes. 4. vt *Gen. 4.* notauit Diu. Augustin. 15. de ciuitat. Dei, capit. 1. & post dilubium Nembrot, Genes. 10.

Secundò arg. quia in statu gloriæ, Reges aliorum dominantes non sunt, nec fuerunt inter Angelos viatores, nec inter homines fuissent in statu innocentiæ: ergo solum, vt effectus peccati introducta est potestas Regia. Confirmatur. Quia *Conf. 1.* Deus iratus concesit filijs Israel Regem, quem placatus non concederet, vt patet, 1. Reg. 8. ergo mala est talis potestas con- *1. Reg. 8.* cessa, & permissa tanquam mala. Confir- *Conf. 2.* matur secundò. Nam etiam si hæc potestas fuisset necessaria populo Iudaico, tan

2.arg.

quam

quam puero, & imperfecto; vt sic existeret, & educeretur sub pedagogo, vt
Ad Gal. 4. ait ad Galatas 4. capit. nobis tamen sui dominatio necessaria non est, quia perfecti sumus, & vnctio docet nos de om-
1. Ioan. 2. nibus, 1. Ioann. 2. Confirmatur tertio.
Conf. 3. Nam plura sunt inconuenientia, & nocumenta Reipublicæ secuta ex tali potestate Regia: ergo non est admittenda, quia si admitti deberet esset propter bonum commune ipsius Reipublicæ. Antecedens vero probatur in Cain, Gen. 4. & Genesi. 6. De filijs Principum accipientibus diuersas vxores corruptisque omni scelere, quorum causa dilubium immisit Dominus: multique alij Reges numerari possent, qui causa ruinæ Reipublicæ extiterunt, & ex omnibus Regibus Israel nullus extitit bonus.

Concluſ. Conclusio tamen sit de Fide tenendum esse potestatem Regiam esse bonam, fuisseque, & modo esse multos veros, & legitimos Reges. Hanc docet
D. Thom. Diu. Thom. opuscul. 20. de regimin. Princip. libr. 2. capit. 1. Et cum illo Du-
Durand. rand. de origine iuris, quæstion. 1. Pa-
Parisiensis. risiensis de Papali, & Regia potestate, capit. 1. & Bellarmin. loco citato, Victo, relectio. de potestat. ciuili, numero 3. Salas disputation. 7. section. 1. Et pa-
Salas. tet Proberuior. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decer-
Prob. 8. nunt, & ex illo ad Tit. 3. Admone illos Principibus, & potestatibus subditos esse. Ad Roman. 13. Omnis ani-
Ad Tit. 3. ma potestatibus sublimioribus subdita
Ad Rom. 13. sit. Et 2. Petri 2. De his videtur re-
2. Petr. 2. seruatos fuisse in iudicium cruciandos, quod dominationem spernerent. Item patet, quia Dominus hanc potestatem Regiam instituit in populo Iudæorum, vt patet Deuteronom. 17. Vbi ponun-
Deut. 17. tur conditiones pro Regibus futuris, eumque Regem iubet constitui, quem Dominus elegerit de numero fratrum eorum, elegitque ipse Dominus in Regem Saul, 1. Reg. 9. & Dauid capit. 16. &
1. Reg. 9. & cap. 16 Ieroboan. 3. Reg. 11. & Iehu. 4. Reg. 9. Tantique sunt habiti apud Deum, vt
3. Reg. 11 etiam dij appellati sint. Psalm. 81. Deus
4. Reg. 9. stetit in Synagoga deorum. Ex quibus
Psal. 81. hoc desumitur arg. Quia si Reges instituti sunt à Deo, præcipiturque eis obedire, vtique Reges legitimi sunt, quia Deus aliàs cooperaretur ad malum illorum illos instituendo, nec præciperet illis obedire, cum eis obedientia non esset debita, si legitimi non essent. Nec valet solutio hoc fieri ad redimendam propriam vexationem, quam Reges inferrent, si eis obedientia non præstaretur, non inquam valet, quia ad Roman. 13. Postquam obedientia Regum commendatur subinfertur, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, & necessitatē subditi estote. Quid clarius, vt innotescat ex conscientia esse debitam obedientiā Principibus? Quod non esset si legitimi Reges non existērent. Nec valet, etiam solutio aliorum hoc habere verum respectu Regum extra Ecclesiam, nam in Ecclesia in sacra Scriptura habetur perfecta libertas, quæ cum subiectione Regum stare non potest; non inquam, etiam hoc valet, quia locus allatus ex Diu. Paulo, etiam fidelibus loquebatur existentibus in Ecclesia, & fideles, etiam edocebant orare pro Regibus, 1. Timot. 2. Et ad fideles, etiam instituebat sermonē Christus Dominus, Matth. 22. cum dicebat. Reddite ergo, quæ sunt Cessaris Cessari, & Ioann. 4. Non præcipit regulo ad fidem conuerso, vt Regnum renuntiaret. Et Actorum 13. Pro consul Sergius Paulus, non deposuit magistratum, nec vnquam Reges, & Imperatores ad fidem conuersi iussi sunt potestatem Regiam relinquere, cum etiam multi illorum essent sanctissimi. Vltimo ratione optima probatur, nam homines congruenter, & vtiliter in communitatibus, & ciuitatibus congregati sunt, sed communitas sine vno gubernatore non bene regitur, ergo illum habere est necessarium. Mai. patet Eccles. 14. Melius est duos esse simul, quam vnum, habent enim emolumentum societatis suæ, & subdit. Si quispiam præualuerit contra vnum duo resistunt ei, & funiculus triplex difficile rumpitur. Et quidem Cicero, libro de amicitia, & libro de finibus, & Aristotel. 3. polit. capit. 4. Hac ratione docuerunt hominem esse animal ciuile, & ei melius esse dum communitas fuerit plurium. Minor verò probatur Proberuior. 11. Vbi non est gubernator corruit populus, vnde Iudicum vltimo enumerans multas calamitates, quas perpessus est populus subdit rationem in illo tempore non erat Rex in Israel, sed vnusquisque, quod sibi bonum videbatur id faciebat. Et certe id adeo experientia constat, vt non sit necesse plu-

Solutio im. prę. *Rom. 13.* *2. Solutio impug.* *Matt. 22.* *Ioan. 4.* *Actor. 13.* *Cicerō. Arist.* *Prob. 11.*

ra verba consumere, & hac ratione, etiam in communitate parua vnius domus, etiam necesse est vnum caput recognoscere. Quapropter Genesi. 3. Subiecit mulierem viro dicens sub viri potestate eris. Et ad Titum 2. Mulieres subditæ sint viris suis. Et 1. Corinthiorum 9. Docet obedientiam famulorum. De hoc plura videantur in Diu. Thom. libr. de regimine Principum, capit. 1. Et Diu. Hieronym. supra ad Tit. 2. Irenco libro 4. capit. 70. & 71. Tertulian. apolog. capit. 31. Chrisostom. hom. 34. sup. 1. ad Corinthios. Et Diu. Augustin. lib. 4. & 5. de Ciuitat. fere per totum, & epistol. 54. ad Mazedonium. Diu. Anselm. sup. ad Roman. 13. Diu. Basil. in constitutio. Monaster. capit. 23. Et denique etiam Diu. Thomas, 1. part. quæstion. 96. articul. 4. Vbi docet etiam in statu innocentiæ, si durasset fore politicum principatum.

Gen. 3. *Ad Tit. 2.* *1. Cor. 9.* *D. Thom.* *D. Hier.* *Irenæus.* *Tertul.* *D. Chris.* *D. Aug.* *D. Anse.* *D. Basil.* *D. Thom.*

Ad primum argumentum à principio respond. in illo loco Matth. 17. Christum Dominum loqui de se ipso, & ad hoc adducit exemplum, quod filij aliorum Regum non sunt tributarij, vnde à fortiori hoc debere intelligi de se ipso, cum sit filius naturalis Regis Regum, & ipsius Dei, non autem alios fecit essemptos à tributo, sed potius docuit illos tributarios in alio loco Matth. 22. dicens. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, vt habetur, etiam in capit. magnum 11. quæstion. 1. & in capit. duo sunt, quæstion. 6. distinction. Vel secundo respond. Christum non intendere omnes fideles esse essemptos à tributo Regum, sed solum Discipulos eius, & eorum successores, qui sunt Ecclesiastici, quos aliqui existimant ex hoc loco immunes esse iure diuino à tributis Regum, vt bene notat Bellarmin. libr. de essemptione clericorum, capit. 1. disputation. 5. Et in hoc sensu intelligendus, etiam est Diu. Hieronym. quod solum de Ecclesiasticis loquatur, qui liberi sunt, & à tributo, & obedientia Regum. Ad locum autem Lucæ 22. non comdemnare Christum Dominum iustum, suauem, & paternum modum dominandi Regum, sed tyrannum, qui in secularibus esse solet, quia vt inquit D. Augustin. 5. de Ciuitate, capit. 12. Rex non à regnando, vel dominando, sed à regendo, & consulendo dictus est, & libro 19. capit. 14. Iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed prouidendi misericordia, & præcipue id docet debere seruare Prælatos circa clerum, iuxta illud 1. Petri 5. Nec dominantes in clerum. Aut vero his verbis docet Prælatos Ecclesiasticos præcipue mansuetudine gregem debere regere, iuxta illud 1. Petri 5. Pascite, qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coacte, sed spontaneæ secundum Deum, nec turpis lucri gratia, sed voluntarie, nec dominantes in clerum, sed forma facti gregis, &c. Aut vero intendit suos Discipulos à cupiditate regnandi cohibere, non quia mala, sed quia perfectior est via humilitatis, quam dominationis. Ad illud autem Romanor. 13. Respond. Tantum loqui de debito pæcuniarum, suadens, quam cito quis possit soluat, superaddit autem nisi, vt inuicem diligatis, quia hoc debitum nunquam exacte solui potest. Ad illud 1. Corinthior. 7. Respond. Intendere, quod nullus, ita curet hominibus placere, & seruire, vt Dei obliuiscatur; non autem dominium hominum in seruos negat, cum ad Galat. 5. doceat seruum non debere quærere libertatem. Ad illud autem, quod solus Deus Dominus vocatur. Respond. Debere intelligi de dominio absolute, quatenus Deus est Rex regum, & Dominus dominantium: non autem huic contradicit esse in hominibus dominium deriuatum à Dei Dominio. Ad illud Genesi. 1. Respond. Probabile esse, etiam Adam fuisse institutum Regem humani generis, & similiter Noe post diluuium, vt docet Bellarmin. vbi supra, certum est autem in natura humana fuisse potestatem instituendi Regem supra homines, etiam si Deus expresse tantum fecerit hominem Dominum irrationabilium; si autem Diu. Gregor. ait hanc potestatem introductam fuisse per peccatum loquitur de potestate despotica, non de politica, & si loquitur de politica intelligitur quantum ad vim punitiuam, quia in statu innocentiæ nec essent peccata, nec punitio illorum, non autem loquitur quãtum ad vim directiuam, quia tunc etiam iuniores minus experti deberent Regi à superioribus, quin etiam inter Angelos hæc præfectura reperitur, vt patet Matth. 12. Vbi Beelcebub appellatur Princeps dæmoniorum,

Ad 1. ar. Mat. 17. *2. Solutio.* *Mat. 22.* *Luc. 22.* *D. Aug.* *1. Petr. 5.* *1. Petr. 5.* *Rom. 13.* *1. Cor. 7.* *Ad Gal. 5.* *Gen. 1.* *D. Greg.* *Mat. 12.*

& Apo-

Apoc. 12. & Apocal. 12. in illis verbis insinuatur dum dicitur, Michael, & Angeli eius. De quo videatur Diu. Dionisius, *D. Dion.* capit. 9. de cœlesti Hierarch. & Diu. Gregor. homil. 34. super Euang. itaque hæc potestas superioritatis non fundatur in hominis culpa, sed in eius natura, cum sit animal sociabile, societas autem multorum, sine regimine vnius, non recte conseruatur: quapropter non existimo verum, quod Cicero ait 1. de inuentione, fuisse tempus in quo homines more bestiarum vagarentur, per suassosque fuisse à viro sapiente in communitate viuere. Hoc ipsum dicendum est de muliere, quod etiam in statu innocentiæ esset sub viri potestate, non despotice, sed politice: neque quantum ad punitionem, sed quantum ad directionem. De Cain, etiam dicimus fuisse electum in Regem à Republica: si autem ipsi postea, vt alij tyranice gubernarunt, non propterea detestandus est status regius, *D. Thom.* quia vt inquit Diuu. Thom. opusc. 2. de regimine Princip. libro 1. capite 6. Deterius est in Republica nullum esse gubernatorem, quam illum esse tyranum.

Ad. 2. ar. Ad 2. argum. respondet. Quia (vt dictum est) etiam in statu innocentiæ, & in Angelis viatoribus fuit principatus: dato autem non fuisse, adhuc tamen in natura lapsa est necessarius propter duritiem ciuium, vt bonum faciant. Vtrùm autem expediat gubernari communitatem per Principem, vel per magistratus, vel per totam communitatem, alterius est negocij. Videatur Salas tractat. 14. disputation. 6. section. 1. Nobis sufficit potestatem dominatiuam esse necessariam, hoc, vel illo modo, quolibet enim modo gubernetur sunt maxima inconuenientia, sed maiora sunt si non potestate dominatiua gubernentur, quæ etiam locum haberent in Christiano populo, cum non simus confirmati in gratia, qualiter autem fideles liberi appelentur, dicetur infra.

Dub. II.

Vtrùm in Republica sit potestas, condendi leges ciuiles?

PARTEM negatiuam tenent multi hæretici, vt Vbaldenses, vt refert Diu. Anton. 4. part. Theologal. titul. 11. capit. 7. §. 2. Hunc sequuntur Anabaptistæ, Lutherus, Caluinus, vt refert Bellarmin. libr. 4. de Romano Pontifice, capit. 15. & lib. 3. de membris Ecclesiæ, capit. 9. Licet isti non absolute negent Reges, sed obligationem legum illorum. Fere eundem errorem sequuntur Begardi, & Beguini, excipientes quosdam ad libitum ab obligatione legum. 1. *Sent.* *Vbaldenses.* *Anabapt.* *Lutherus.* *Caluini.* *Begardorum.* *Beguinorum.*

Hæc ergo sententia probatur primo, *Arg. 1.* locis sacræ scripturæ, vt ex illo Matth. vltimo. Baptizate omnes gentes docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Nulla alia dixit seruanda, nisi quæ Christus mandauit, ex illo Deuteronom. 4. Non addetis ad verbum, quod ego loquor vobis, nec minuetis ex eo. Et idem repetit capit. 12. non ergo licet aliam legem ad Diuinam addere. Et ex illo Isaiæ 33. Dominus iudex noster, Dominus legiser noster, vbi insinuat alium Legislatorem præter Deum non esse. Quod, & repetitur Iacobi, 4. cap. Vnus est Legislator, & iudex, qui potest perdere, & saluare. Et ex illo Isaiæ 29. Timuerunt me mandatis, & doctrinis hominis: quod, & repetit Matth. 7. Vbi viderur reprehendere obseruantes mandata, & præcepta hominum.

Secundo arguitur. Nam in lege Euangelica prædicatur libertas fidelibus, sed leges faciunt illos seruos, quia lex à religando dicitur (vt supra diximus): ergo non stat cum libertate Euangelica institutio legum. Maior probatur. Ex illo Ioann. 8. Si filius vos liberauit verè liberi eritis, & ad Galatas 5. Confirmans fideles in fide ait. State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Et ad Galatas 2. Nec Titus compulsus est circuncidi, sed propter falsos fratres, qui volunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu. Et 2. Corintior. 3. Vbi autem Spiritus Domini ibi libertas. *2. Arg.*

Tertiò arguitur. Nam lex Euangelica suauior, & tolerabilior est, quam antiqua, sed si in illa deberent institui leges positiuæ certe esset intolerabilior, ergo. Maior patet Matth. 11. Iugum enim meũ suaue est. Et Act. 15. Quid tẽtatis imponere iugũ super ceruices discipulorũ, quod necnos, nec patres nostri, portare potuimus? *3. Arg.*

tuimus? Minor verò probatur, nam leges ciuiles,& posſitiuæ,plures,& graviores ſunt, quam in lege Moſayca contineantur,vt patet comparando volumina legis canonicæ, & ciuilis cum Leuitico, & Deuteronomio, quod deteſtans Auguſtin.ait epiſtol.119.capit.19. Ipſam tamen Religionem,quam pauciſsimis,& manifeſtiſsimis celebrationum Sacramẽtis, miſſericordia Dei eſſe liberam volluit ſeruilibus præmunt oneribus, vt tollerabilior ſit conditio Iudæorum, qui,etiam ſi tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen ſarcinis non humanis præſſumptionibus ſubijciuntur.

Concluſt Concluſio tamen ſit de Fide, quod in Republica eſt poteſtas ferendi leges ciuiles.Hanc tenet contra Lutherum.Caſtro, verbo,lex,hæreſi 3. Driedo lib.1.de libertate Chriſtiana,capit.1.Roſen. artic. 27.Soto lib.1.de iuſtit. quæſt.6.art.4. Diu.Anton.4.part.Theol.tit.11.capit. 7.§.2. Eſtque communis vſus Eccleſiæ has leges ſeruare, & oppoſitum damnatur in bulla Leonis X.Et patet primo,ex illo Prouerbior.8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.Et Iſai.10. Væ qui condunt leges iniquas, cõdere ergo leges iuſtas nõ condemnat, ſed virtualiter approbat. Et ex illo ad Rom.13.Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, & ex illo. Qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit.Et ad Hæbr.vltim.obedite Prælatis,& eis ſubiacete,& ex alijs locis allatis dubio præcedenti.Secundo probatur ratione Diu.Thom.infra quæſt.95.art. 1. Nam ad obtinendam tranquilitatem, & pacem in Republica,& ad ſecuritatem rerum,& poſſeſsionũ,& honoris,&c.Maxime neceſſarium eſt coercere audaciam improborum, illoſque ſupplitio refrenare, hæc autem ſine legibus fieri non poſſunt,ergo neceſſaria eſt poteſtas condendi leges.Nec valet ſolutio, quod ad hæc omnia eſt lumen,& inclinatio naturæ ad bonum rationis, quapropter non eſt neceſſaria lex ciuilis ſuperaddita:non(inquam) hæc ſolutio valet, quia licet homo hanc inclinationem naturalem habeat, ad perfectionem illius neceſſaria eſt diſciplina, ſicut licet ſit naturalis inclinatio ad ſubueniendum propriæ neceſsitati, eſt nihilominus neceſſaria ars faciens tegumenta,&c. Quibus propriæ neceſsitate ſubueniatur; ſed hæc diſciplina haberi non poteſt niſi mediis legibus,ergo. Probatur hæc minor, quia cum multi ſint male educati,& ad malum proni,& alij iubenes, & experientia carentes, ab alio hanc diſciplinam per legem debent accipere.

Caſtro. Driedo. Roferſ. Soto. D. Anto. *Prob.8. Iſai.10.* *Rom.13.* *Hæb. vlt.* *D. Thom.* *Solut.* *Impug.*

Confirmatur. Quia licet natura diſponat de rectitudine vitæ, & morum, pœnaſque taxet tranſgreſſoribus, aut hæc ignoratur, aut non timetur, quia ad alteram vitam reſeruatur, aut quia confiditur, quod per pœnitentiam poſtmodum deleatur, ergo vt efficaciter homines retineantur à delictis, neceſſariæ ſunt leges,ſupplicium præſſens infligentes, & malitiam ignoratam reuelantes. Tertiò probatur, quia homo non ſolum debet viuere, vt perſona particularis, ſed ciuiliter etiam, vt pars Reipublicæ, vnitas autem Reipublicæ ſine legibus eſſe non poteſt, ergo. Minor patet, quia ſicut corpus neruis compagitur, parteſque eius ad vnitatem reducuntur, ſic & Reſpublica legibus gerentibus vicem neruorum, vt docet Cicero pro Clientio his verbis. Ciuitas ſine lege,vt corpus ſine mente, ſuis partibus, vt neruis, ac ſanguine,& membris vti non poteſt. Quarto probatur, quia(vt patet ex dubio præcedenti) poteſtas Regia,& dominatiua ad gubernandum eſt licita, & bona, ſed pars huius poteſtatis ciuilis eſt facultas ad leges ferendas,quia aliàs recte gubernare non poſſent, ergo hæc poteſtas debet admitti. Si reſpondeatur ad hoc ſufficere Principum, & gubernatorum arbitria ſecundum caſus occurrentes, & non requiri leges permanentes: contra arguitur ex Ariſtotel.10.ethicor.capit.9.& 11.& 12. Aſſerente melius gubernari Rempublicam legibus, quam per hæc arbitria, quia in caſu occurrente, ſæpe gubernator ducitur odio, vel amore, nec tunc repente poteſt omnibus occurrentibus conſulere,& ſic nihil tutum, & ratum eſſet, & anſa præberetur litibus: melius ergo hijs prouidetur per leges,mature,& conſulto, & præuie conditas, permanentes pro omnibus caſibus occurrentibus, vt iudex à recto tramite deuiare non poſſit. Tandem hæc eſt in concuſſa veritas recepta à Philoſophis lumine ſolum naturæ ductis, vt patet ex Platone 9. de legibus ſic dicente. Neceſſe eſt leges hominibus ponere, nam ſi ſine his vixerint, nihil à feris atrociſsimis differre apparet: quia nullius hominis

Cicero. *Solut.* *Impug. ex Ariſt.* *Plato.*

inge-

ingenium, ita natura institutum est, vt quæ ad publicum vitæ humanæ bonum conferunt, sufficienter cognoscat, & si cognouerit, vt optimum, id quod nouit semper agere possit, ac vellit: & Cicero pro clientio ait. Fons æquitatis mens, & animum, & consilium, sententia ciuitatis posita est in legibus, non modo aduersus Tyrannidem in legibus innocentiæ præsidium est, sed & magistratibus aduersus vulgi importunitatem, hic tanquam æneus murus quidam est. Et pro Cecina ait, maior hæreditas venit à legibus, quam à quibus bona illa relicta sunt; nam vt perueniat ad nos fundus testamento alicuius fieri potest, vt retineamus, quod nostrum factum est, sine iure ciuili non potest, etenim hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuique possit esse, quid suum, aut quid alienum sit. Et 3. de legibus ait. Nihil est tam aptum ad conditionem naturæ, quam lex sine qua, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gẽs, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Videatur etiam Aristot. 10. echicorum, capit. 9. & 1. Polit. vbi ait: quod sicut homo si est virtutibus prædictus, est optimum animalium, ita si sit à lege, & iustitia alienus est pessimum omnium. Videatur etiam, 1. rethoric. capit. 4. & 3. Politic. capit. 6. Item Demosthenes apud Stouæu sermon. de rep. aiebat legem esse animã ciuitatis. Et Heraclius Ephesius aiebat, non minus ciues pro legibus pugnare debent, quam pro mœnibus ciuitatis, quia sine legibus incolumis esse nõ potest: vndè Seneca aiebat, quod lex, est virtus armata. Nec valet responsio hæreticorum, totum hoc cessare in Republica Christiana per libertatem Christianorum: non inquam valet, quia Christiani non desinunt esse ciues politici, ac per consequens legibus egent, vt ciuiliter gubernentur, libertas autem Christianorum qualis sit, explicabitur in solutionibus argumentorum: & certe si hæc potestas ferendi leges non esset in Republica, Ecclesia hoc prohibuisset, vel ad minus consuluisset Regibus, vt non facerent, quod vsque adeo non fecit, sed potius multis in locis approbauit. De quo videatur Augustin. 19. de ciuitat. capit. 17. & Bellarm. 3. de laicis, capit. 9. & 10. Ex dictis sequitur, licitum etiam esse iudices instituere, illosque licite publica iudicia exercere, nam alias frustra leges instituerentur, si non essent iudices illas exequẽtes: quapropter iudex lex viua solet dici, quia nimirum mortua, & sine vtilitate esset, executione iudicis non accedente, etiam in causa sanguinis, & priuatione vitæ: & quidem multa sunt loca sacræ scripturæ in quibus tribunalia, & sententiæ capitis instituuntur, & approbantur, vt Genes. 9. Exod. 21. Leuit. 24. Matth. 26. Apocalipsis 13. Videatur D. August. tract. 112. in Ioann. & Diu. Ciril. 11. in Ioann. cap. 35. Videatur Bellarm. vbi supra cap. 12. & 13. & Salas disput. 7. tractat. 14. sect. 1.

Cicero.

D. Aug. Bellar.

Gen. 9. *Exod. 21.* *Leuit. 24.* *Mat. 26.* *Apo. 13.* *D. Aug.* *D. Ciril.*

Ad 1. argum. à principio respond. Ad illud Matth. vltimo, quod ibi loquitur de lege Dei, & Euangelica, non autem de lege humana, & ciuili; itaque ad esse bonum Christianum sufficit, & requiritur seruare, quæ Christus mandauit, requiritur autem ad esse bonum ciuem, seruare etiam leges humanas, & ciuiles, quia alia est ratio boni viri, & alia boni ciuis, vt sæpe repetit Aristot. imo & hoc est mãdatũ Christi, vt leges humanę seruentur, quia suadens obedientiam Principum, mediate, & leges ciuiles ab ipsis impositas iubet obseruare, Ad illud Deuteronom. 4. respond. Ibi loqui de lege scripta, non autem de Euangelica, lex enim scripta disposuit, tam spiritualia, quam politica, & iudicialia, vndè non opus erat aliquid addere, lex autem Euangelica disponit, quę pertinent ad spiritualia, non autem iudicialia, & politica, vnde opus est leges ciuiles instituere. Secundo respond, etiam in lege scripta multas leges humanas fuisse superadditas, & à Deo approbatas, vt patet 1. Reg. 30. de remanentibus ad sarcinas. Et Esther. 9. de ieiunio, & 1. Machab. 4. de fæsto expiationis: dicit autem nihil superaddendum, vtique contrarium, & destructiuum eorum quæ præcipiebantur, præter illa autem illis illæsis manentibus, non prohibetur alias leges humanas instituí. Ad illud Isai. 33. respondet. Non excludere alios iudices, & Legislatores: sed asserit Deum esse iudicem, & Legislatorem, vt prospiciat opera nostra, & illa remuneretur. Ad illud Iacobi 4. respondet. Quod vt patet ex contextu loquitur de iudicio temerario internorum, & vt ab his fideles reprimat, asserit Deum solum esse iudicem, quia de occultis Deus solus potest iudicare; vnde nihil ad nostrum propositum. Ad illud Isai. 24. respondetur.

Bellar. Salas. *Ad 1. argum.* *Mat. vlt.* *Ariſt.* *Deut. 4.* *2. Solut.* *1. Reg. 30* *Eſter. 9.* *Macha. 4.* *Iſai. 33.* *Iacob. 4.* *Iſai. 24.*

tur.Condemnare leges, vel consuetudines humanas in quas,& contrarias diuino præcepto,vt illud Christi Domini indicat.Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras?aut loquitur de quibusdam inutilibus,aut de ritibus quibus nimium attendentes Iudæi legem Dei deserebant, vt nimia lotio manuum,Baptisma calicũ, &c.de quibus
Marc. 17 Marc.17.

2.Arg. Ad 2.arg.resp.in lege noua,primo esse libertatem à peccato: vnde
Ioan. 8. Ioann.8. præmisserat. Qui facit peccatum,seruus
Rom.6. est peccati,& sic loquitur ad Roman. 6. Cum serui essetis peccati,liberi fuistis iustitiæ,&c.& ad
*Colos.*1. Colos.1.Quia eripuit nos de potestate tenebrarum. Secundo etiam est libertas à iugo veteris legis præmentis nimio terrore,& pœnis ad sui obseruantiam,qua ratione illa lege ligatos seruos appellat,Diu.Paul.ad
Galat. 4. Galat.4.Quo modo iterum conuertimini ad infirma,& egena elementa quibus denuo seruire vultis,& capit.5.Nollite iterum iugo seruitutis contineri, solutos autem ab ista lege appellat liberos,ad
Et cap. 5.
Et cap. 2. Galat.2. Nec Titus compulsus est circuncidi, sed propter falsos fratres,qui volunt explorare libertatem nostram,quam habemus in Christo Iesu. Item etiam est libertas, quatenus in lege veteri,ceremonijs,& signis parum intellectis,& vmbra ignorantiæ, quasi in vinculis tenebantur astricti,modo autem vberior,& clarior diuinorum est cognitio,quod explicuit ad
Galat. 3. Galat.3.sub lege concluſi custodiebamur in eam fidem,
2.Cor. 3. quæ reuelanda erat. Et 2.Corint.3.ait mentes iudæorum bellamine tegi,nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes,in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Item etiam est libertas in lege noua à concupiscentia,& impulsu illius, non ita furente, iuxta illud,
*Rom.*8. Ro.8. Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Et rursus.Lex Spiritus vitæ in Christo Iesu liberabit me à lege peccati,(id est à pugna concupiscentiæ)omni hac libertate gaudemus in lege noua, non autem illa, quam intendunt hæretici per essentionẽ à lege humana ciuili.

3.Arg. Ad 3.argum.respondet.aliud esse loqui de Republica Ecclesiastica,quantum ad Regimen Ecclesiasticum, & leges canonicas:aliud verò quantum ad regimen, & leges ciuiles. Modo non loquimur priori modo,sed infra erit sermo, vbi etiam explicabitur qualiter lex Euangelica sit suauior,& leuior. Sed tantum agimus de regimine ciuili, & hoc dicimus non esse abollitum per legem gratiæ: sed adhuc manere potestatem in Republica condendi leges ciuiles, si autem numero tot fuerint, vt commode obseruari non possint,non erunt leges, sed abusus potestatis ferendi leges, & hunc abusum per multiplicitatem legum condemnat, D.Aug.loco citato.

Dub. III.

Vtrùm persona particularis possit condere leges,an verò solum pertineat ad Rem publicam,vel personam publicam curam habentẽ Rei publicæ,leges ferre?

IN hac re,Vazquez super istum artic. asserit omnem legem positiuam, tantum posse condere Rempublicam, vel personam publicam:lex autem naturalis (inquit ille)nullatenus condita est, vel à Republica, vel à persona publica,sed ex vi sua,& suapte natura habet rationem legis, non ab aliquo conditæ. Quia licet Deus iubeat obseruare legem naturæ, qua ratione illam frangere,est Deum offendere,hoc (inquit) tantum est consequenter, quia antecedenter ad tale præceptum est lex suapte natura,quam postmodum Deus iubet obseruare. *Sent.* *Vazquez.*

Prima conclusio. Omnis lex in vniuersum,siue positiua,siue naturalis, debet esse condita,vel à Republica,vel ab eius curam,vel vices habente. Hanc docet Diu.Thom.hic. Et Isidorus libr. 5. Ethimol.cap.10.vt refertur in cap. lex, distinction.2.vbi sic ait.Lex est constitutio populi,secundum quam maiores natu, simul cum plebibus aliquid sanxerunt.Et Clem.Alexandrinus lib.1.stromat.cap.14.potestatem ferendi leges appellat Imperatoriam,& Regiam. Et Plato in dialogo de Regno ait,potestatem ferendi leges ad dignitatem Regiam pertinere.Et Philo de vita Moysi in principio ait officiũ esse Regis iubere quę oportet *1.Conclus.* *D. Thom.* *D. Isidor.* *Cle.Alex.* *Plato.* *Phil.*

tet fieri, & vetare, à quibus decet abstinere, & ratio Di. Thom. pro hac conclusione est manifesta, quia vt supra diximus, lex respicit bonum commune, tanquam finem: ergo ad illum pertinet condere legem, ad quem pertinet talem finem respicere, sed bonum commune, vt finem tantum respicit, vel ipsa Respublica, vel eius curam habens (cuius est proprius talis finis): ergo solum ad Rempublicam, vel eius curam habentem pertinet leges instituere. Hæc ratio, non solum probat de lege positiua, sed etiam de lege naturali, quia hæc etiam est vera lex, vt dicetur contra Vazquez, quæst. 9. art. 2. respicit quę bonum commune totius generis humani, qua ratione omnes homines obli-
D. Thom. gat vt docet Diu. Thom. quæst. 94. art. 4. Vnde, & personam publicam auctorem sui debet habere, nempe Deum, qui omnibus melius est persona publica prospitiens bono communi, cum ab ipso omnis alia publica authoritas deriuetur. Qua ratione, & huius legis transgressores offensiones sunt Dei, vt actoris illius. Nec
Solut. Vazquez. impug. valet solutio Vazquez, prohibitionem Dei habere se consequenter ad legē naturæ ex propria ratione, prius habentem rationem legis. Non inquam valet, quia tunc lex naturalis ante prohibitionem illam positiuam, non esset lex, nec peccatum contra illam, vt sic formaliter, quia lex est iussio, & peccatum est contra legem, vnde si iussio, & prohibitio consequitur, prout in illo priori, nec esset lex, nec peccatum contra illam. Imo sequeretur Deum posse facere, vt contra illam agere non esset intrinsece malum: siquidem posset non apponere illam iussionem, vel prohibitionem consequentem, qua non stante non esset peccatum, siquidem, vt diximus prohibitione non stante, actio contraria peccatum non est, siquidem in eo cōsistit esse peccatum, vt sit actio prohibita, dicendum ergo præcedere iussionem, vel prohibitionem Dei ad legem naturæ, vt sic, & ipsa lex naturæ sit à Deo, & persona publica prospiciente bono communi, qualiter autem sit intrinsece malum, quod lege naturæ prohiberur, si supponitur ad legē prohibitio, manet explicatum, supra art. 1. dub. 2.

1. Not. Ex Medina, & Lorca. Pro clariori tamen intelligentia huius conclusionis. Not. 1. cum Medina, & Lorca hic disputation. 2. nomine personæ publicæ, & vices Reipublicæ gerentis, non intelligi tantum, eum, qui a Respublica authoritatem habet participatam, sed quemcumque iuste præsidentem, & posidentem Regnum, siue iure belli, siue alio titulo, siue quia à Deo potestatem accepit: vt Christus potestatem habuit condendi leges in tota Ecclesia, quia vt dicitur Psalm. 2. Constitutus sum Rex ab eo super Sion montem Sanctum eius (idest Ecclesiam), & similiter Summus Pontifex, qui à Christo, & non ab Ecclesia potestatem habet communicatam. Et ipse Deus, tamquam supremus Legislator omnibus leges potest imponere, licet à nulla creatura recipiat potestatem, sed potius, vt diximus ab illo sit omnis potestas. Dicuntur ergo huiusmodi personæ publicæ, & gerere vices Reipublicæ quatenus illam, vt verum caput representant, & cura illius eis incumbit.

Secundo not. etiam cum Lorca, quod *2. Not. Cum Lorc.* cum ait Diu. Thom. disiunctiue leges ferre, pertinere ad Rempublicam, vel eius vices gerentem, non intendit, quod semper Respublica, eorum, vel princeps se ersum posit condere legem, quia postquam Respublica constituit sibi Regem, & illi contulit propriam potestatem, iam Respublica non potest leges instituere, sed hoc pertinet ad Principem inquem suam transtulit potestatem. Sed hoc disiunctiue posse fieri ait Diu. Thom. propterea, quod sunt Respublicæ sine Rege. Como las sefforias. Et sunt Respublicæ Regē habētes: pertinet ergo legescōdere, ad Regem in Republica habentem Regem, vel ad Rempublicam ipsam, non habēntem Regem, & hoc regulariter etiam est intelligendum, siquidem regulariter, vbi est Rex, tunc Respublica totam suam ei contulit potestatem. Vbi autem Respublica non totam Regi contulit potestatem, sed limitatam, vtendus est illa iuxta limitationem, qua sibi potestas est collata à Respublica, vt contingit in Catalonia, in qua Rex ex sua institutione, leges non potest condere sine Comite ipsa Respublica, & in Comicijs generalibus, vt patet ex lib. constit. titulo 14. constitutione prima. Quia cum Rex libere instituatur à Republica, potest institui iuxta conditiones Reipublicæ placitas, quas ipse Rex tenetur seruare. De quo videatur Molina, tomo. 3. de iustitia, disputation. *Molina Corol.* 580.

Ex dictis sequitur cū Medina, & Lorca, disp. 2. qualiter sit intelligēdum, quod dicitur l. 1. ff. de legibus. Leges esse prudentum virorū consulta, & quod dicitur

Solonem contuliſſe leges athenienſibus. Iſti enim officium Legislatoris non exercuerunt, ſed vt prudentes docuerunt, vt Cõſulti, quid expediret Reipublicæ, hoc autem legis rationẽ tantum habuit per aceptationem Reipublicæ, habentem rationem inſtitutionis legum. Sicut etiam patet in Concilio: quæ enim ab illo ſtatuuntur, non habent rationem legis niſi per confirmationem Pontificis, & Concilium ſolum habet rationem conſultantis. Faciliter etiam intelligitur, qualiter Reſpublica poſsit ſibi ipſi leges imponere. Conſideratur enim Reſpublica dupliciter, primo, vt includit omnes collectiue in vnum. Secundò, vt continer omnes diuiſiue. Primo modo imponit leges, ſibi, conſideratæ ſecundo modo, quia totius collectionis eſt imperare, omnibus, & ſingulis perſonis diuiſiue ſuntis, ipſius communitatis, ad quos quidem ſic diuiſiue conſideratos pertinet legem impoſitã implere.

2. Concl. Secunda concluſio, poteſtas quæ requiritur, & ſufficit ad condendum leges, eſt poteſtas iuriſditionis ſuprema, qualis eſt in ipſa Republica, non habente Regem, vel in ipſo Rege, vel Principe non habente ſuperiorem. Pro intelligentia huius concluſionis. Notandum ex Couarruuias reg. peccatum, part. 2. §. 9. numer. 8. aliam quidem eſſe poteſtatem dominatiuam aliam verò iuriſdictionis. Dominatiua eſt illa quæ fundatur in dominio, & iure proprietatis, vel quaſi proprietatis, qualis eſt domini inſerutum; viri in vxorem, patris in filium. Poteſtas verò iuriſdictionis fundatur in dominio, & iure politico, & vt deffinit gloſſa, lege 1. verbo, poteſt, ff. de iuriſdictione omnium iudicũ. Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſsitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ, intereſt autem magna differentia, inter vtramque poteſtatẽ, quod dominatiua regulariter eſt circa priuatas perſonas, vel partes, imperfectæ cõmunitatis, & quandoque oritur ex iure naturæ, per originem, vt in patre reſpectu filij. Et aliquando etiam à natura ſuppoſito pacto, vt in viro reſpectu vxoris, aliquando etiam ex iuregentiũ, vt in domino reſpectu ſerui capti in bello. Aliquando verò ex ſolo contractu humano, vt in domino reſpectu ſerui ſe vendentis, & in Religioſo voto ſolemni ſe aſtringente. Poteſtas autem iuriſdictionis reſpicit cõmunitatem perfectam, vt ipſam. Gubernet ex quo ſequitur poteſtatem dominatiuam, vt in plurimum reſpicere proprium commodum, poteſtatem autem iuriſdictionis reſpicere bonum commune. Item ſequitur poteſtatem iuriſdictionis eſſe maiorem, quia reſpicit maius bonum, quia ratione amplius ſe extendit, quam dominatiua: quia dominus non poteſt occidere ſeruum, vt puniat, bene tamen iudex, quia propter bonum commune, poteſt aliquis etiam vita priuari. Hoc ergo ſuppoſito dicimus in concluſione, quod ad condendas leges, nec ſufficit, nec requiritur poteſtas dominatiua, ſed requiritur, & ſufficit poteſtas iuriſdictionis. Hoc quidem colligitur ex cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitutionibus, vt ibi notant Doctores, & cap. ſolitæ, de maioritate, & obedientia, & cap. duo ſunt, & cap. bene quidem 96. diſt. & Bartolus lege 1. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & Baldus lege omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, & lege quibus, ff. de legibus. Illam docet Diu. Thom. hic ad 2. aſſerens, requiri poteſtatem coerciuam ad condendum leges. Coactio autem actus eſt poteſtatis iuriſdictionis, & ſolut. ad 3. ait præcepta parentum non habere rationem legis, ſentit ergo non ſufficere poteſtatem dominatiuam, ſed requiri poteſtatem iuriſdictionis. Idem ſentit Ariſtot. 10. ethi. cap. vltimo, dicens, patris præceptio vires non habet, neque neceſsitatem, neque vllius omnino vnius viri, niſi ſit rex, vel aliquis talis, lex autem vim habet cogentem. Idem docet Soto 1. de iuſtit. quæ t. 1. art. 3. Valentia diſputation. 7. quæſt. 1. punto 2. Salas diſput. 2. ſection. 9. Et ratione manifeſte probatur concluſio. Quia lex reſpicit Rempublicam, vt cui imponitur, & bonum commune, vt finem quem intendit: ergo ad illum pertinet condere legem, cui incumbit bono communi totius Reipublicæ prouidere. Talis autem eſt ſolus ille, qui habet poteſtatem iuriſdictionis, vt patet ex differentia poſita inter poteſtatem dominatiuam, & poteſtatem iuriſdictionis: ergo ſolum ad habentem poteſtatem iuriſdictionis pertinet leges condere. Confirmatur. Quia legem ſtatuere eſt actus potiſſimus gubernationis: ergo ſolum pertinet ad poteſtatem gubernatiuam, talis autem eſt poteſtas iuriſdictionis, ergo ad illam ſolum pertinet leges inſtituere. Notandum tamen pro clariori intelligentia, quod poteſtas iuriſdictionis eſt duplex alia ſuprema, reſidens in Principe, includens virtutem imperan-

Not. ex Couarru. *Bartol.* *Bald.* *D. Thom.* *Ariſt.* *Soto.* *Valentia.* *Salas.* *Corol.* *Not.*

perandi, & cohercendi, & non solum dicendi ius. Alia vero est inferior residens in iudicibus, quæ licet includat Imperium, & vim coercibam ad executionem sententiæ, & iuris dicti, tamquam ministri exequentis legem, non tamen includit Imperium absolutè ad stringendi, qua via voluerit, non attenta lege. Vnde non appellatur imperialis, nisi solum potestas iurisdictionis, residens in Principe, vt patet lege ea quæ, ff. ad municipalem, & lege imperium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, quia hæc solum habet absolutè imperare, & in cap. quid culpatur 23. quæst. 1. Appellatur legitimum imperium: pertinet ergo leges instituere, non ad potestatem iurisdictionis inferiorũ iudicum, sed ad potestatem iurisdictionis Principis superiorem, & imperialem, simpliciter habẽtem vim coerciuam, omnia enim ista continentur in illa vna potestate suprema, neque sunt diuersæ potestates, vt aliqui falsò existimant.

1. Cor. Medina. Ex dictis sequitur, primo vt notat Medina hic, quod præceptum est, quid superius ad legem, omnis enim lex est præceptum, sed non omne præceptũ est lex, quia præceptum Domini, & patris, vt patet ex dictis lex, non est, cum vere sit præceptũ obligans in conscientia.

2. Cor. Secũdò sequitur, Reges formaliter, vt Reges non habere potestatem dominatiuã, sed iurisdictionis, qua ratione non possunt irritare vota, sicut potest Dominus pater, vel maritus, licet alia ratione potestas eius, sit excellentior, quatenus leges condere potest.

Dub. IV.

Vtrùm potestas condendi leges, sit ex natura rei, in aliqua persona particulari, an verò solum sit, ex natura rei, in republica, in particularibus autem, vt in Regibus, & alijs sit solũ participata per specialem commissionem.

1. Arg. PRIMVM probatur. Primò, nam Adam fuit Rex, ex natura rei: ergo. Antecedens est, D. Christ. hom. 34. super 1. ad Chorint. his verbis, dicens: Ex vno Adamo omnes homines formatos, & procreatos, vt significaretur subordinatio, ad vnum Principem. Et ratione probatur, quia si Adam, non fuisset caput politicũ per potestatem gubernatiuam, ad quã pertinet condere leges, non fuisset deributum peccatum eius ad posteros.

2. Arg. Secundò arg. quia qui edificat ciuitatẽ vel fundat Regnũ, ex natura rei est Princeps illius: ergo ex natura rei habet potestatem condendi leges, ad gubernationem eius. Antecedens probatur in Romulo, qui ex eo, quod edificauit Romam, fuit Princeps, & Legislator eius, vt ait Cornelius Tacitus, 3. Annalium. Et patet etiam, in Cain Gen. 4. fuit enim in primus, qui ciuitatem fundauit, & ex eo primus Rex illius.

3. Arg. Tertiò arg. Nam iure sanguinis progenituræ, sunt Reges fratrum successorum, & eodem titulo successores habent ex natura rei hæreditatem Regni: ergo. Antecedens, docet Carrerius tract. de primogenitura, lib. 2. quæst. 13. & glos. cap. denique, verb. *Regesuo*, 7. quæst. 1. Ait filium Regis, iure post patrem futurũ Regem, & cap. cæpit, verb. *Rex*, 24. quæst. 1. filium Regis Regem vocari debere, qua ratione Diu. Gregor. 3. Dialog. cap. 21. Herminigildum filium Leouigildi, adhuc viuẽtis vocat Regem.

1. Concl. Prima conclusio, in nullo homine singulari, fuit, vel est potestas condendi leges, ex natura rei, sed tantum in collectione, & communitate. Hanc ponimus contra quosdam Canonistas, quos refert Suarez lib. 3. de legi. cap. 2. num. 3. *Suar.* Asserentes hanc potestatem, collatam fuisse adeò, ex natura rei alicui supremo Principi, à quo per successionem, est deriuata, & permanet in aliquibus principibus determinatis. Nostram tamen conclusionem, docet D. Thom. infra quæst. 97. art. 3. ad 3. *D. Thom.* asserens. Nullum Principem habere potestatem legislatiuam, nisi quam ei contulit cõmunitas, & idem insinuat, hic dicens: solum habere hanc potestatem rempublicam, vel eius vices gerentem, idem docet D. August. 19. de ciuit. cap. 15. *D. Aug. Gen. 1.* afferens illud Gen. 1. Faciamus hominem, vt præsit piscibus maris, &c. Non dixit, vt præsit hominibus, vt significaret, hanc potestatem, non introduci, cum natura, in aliquẽ singularem hominẽ. Qua ratione ait, Duran. de Origine iurisdict. quæst. 1. Consulto non statim à principio creationis, in *Duran.* cæperunt Reges, vt appareret hoc nulli,

ex natura rei conuenire, sed vt dicitur Ec
Eccl. 15. clef. 15. Reliquit Deus hominem in manu
consilij sui. Hoc est sub proprio regimi-
ne, vt null⁹ alijs, tunc præsideret. Et sic cõ
muniter dicitur, quod ex natura rei, omnes
homines nascuntur liberi, quia ex natura
rei, non potest designari magis vnus præ-
fectus, & alter subditus, quam è contra.
Nec aliqua ratio, id probans potest affer-
ri, denique istam sententiam sequntur gra
Diu. Tho. uiores Doctores, cum D. Thom. Soto, 4.
Soto. de iust. quæst. 4. art. 1. §. hic autem, Cai.
Caiet. Apolog. de authoritate Papæ, cap. 10. ad
Victoria. 2. Victoria relect. de Potest. ciuili, nu. 5.
Duran. & 6. & 7. Duran. lib. de Orig. iurisd. quæ
Ioan. Par. stio. 1. Ioan. Parisie. Dominicanus, tract.
de Papali, & Regia potestate, cap. 1. Ca-
Castro. stro, 1. de lege pœnali, cap. 1. §. postquã,
Bellar. Bellar. tom. 1. lib. 3. de laycis, cap. 6. Co-
Couuarr. uarr. in practic. cap. 1. concl. 1. nu. 2. &
Nauarr. Reg. peccatum, part. 2. §. 9. n. 6. Nauarr.
cap. nouit de iudicijs, notab. 3. num. 85. &
Valent. 119. Valent. disput. 7. quæst. 1. punct. 1.
Molin. §. 2. Molin. tom. 1. iust. tract. 2. disp. 22.
Not. Notandum tamen, nom necommunitatis,
non intelligi multitudinem hominum, si-
ne ordine, & vnione morali, sed quatenus
speciali voluntate, & communi consensu,
in vnum corpus politicum cõueniunt, vt
mutuo se iubent in ordine ad finem vnũ,
qui est bonum commune. In hac ergo cõ-
munitate residet potestas condendi leges,
ex natura rei, taliter, quod etiamsi ipsi vel-
lent, non habere talem potestatem, nihilo
minus haberent illam, quia velle, sic in cõ
muni viuere, & non habere talem potesta
tem regiminis politici, est velle repugnan
tia. Quia vnum ex natura rei claditur in
alio Restat autem examinare quæ sit talis
communitas, in qua hęc potestas resideat,
quia non vna, sed plures sunt communita-
tes.

2. Concl. Secunda conclusio, hæc potestas. Pri-
mò fuit in toto genere humano, ex natu-
ra rei, & forsitam modo durat. Hanc poni-
mus contra aliquos, hoc negantes (in-
quiũt enim,) quod cum ad condendas le-
ges requiratur communitas conuenientiũ
in vnum corpus politicum, mutuo se con-
iungentium, & iubantium, ad consecutio
nem vnius finis politici, & hæc societas,
& conuenientia in vnum corpus politi-
cum, numquam fuerit in tota collectione
humani generis, ante diuisionem, & con-
stitutionem Regnorum, ideò numquam
talis potestas condendi leges, intelligitur
in humano genere ante diuisionem diuer
sarum reipublicarum, nec videtur conue-
niens talem potestatem ponere, quia vt
Arist. ait, Arist. 7. polit. cap. 4. Copiosa ciuitas
difficile gubernatur, Regnum difficilius.
Totum autem mundum vno regimine Re
gi, impossibile apparet. Quapropter Diu.
D. Aug. Augustin. 5. de ciuit. cap. 9. colligit, ex Ge
nes. 4. Cain fuisse primum Regem ante dil
lubium, post dillubium autem Nẽbrot, vt
colligitur Gen. 10. vt intelligatur statim
Gen. 10. à principio, diuissam esse potestatem gu-
ernatiuam, per republicas, & numquam
in toto humano genere consedisse. His ta
men, non obstantibus, nostra conclusio ap
paret vera, quia sicut antequam respubli-
ca, hæc vel illa eligat Regem, in quẽ trans-
ferat potestatem condendi leges, intelligi
tur ipsa respublica sufficienter vnita, vt in
se præhabeat potestatem condendi leges,
quam in Regem electum transfert, etiamsi
tunc non sit adeo perfectum, vnum cor-
pus politicum, sicut postea sub vno Rege
electo, & legibus institutis: ita in toto hu
mano genere, in quo erat potestas diui-
dendi respublicas, per diuersos Reges, &
Principes, intelligitur hæc potestas se gu
bernandi per leges, licet hanc distribuãt,
per diuersas communitates. Secundò pro
batur, cum genus humanum esset in par-
uo numero, non requirente, propter pau
citatem diuisionem Regnorum, erat legi-
bus gubernabile, sed non potest assignari,
in quo esset, tunc talis potestas, nisi in to
to humano genere: ergo. Conf. per acci-
dens erat toti humano generi, quod post
modum in diuersas respublicas diuidire-
tur, sicut modo, per accidens est isti reipu
blicæ, verbi gratia, Castellæ, quod in alia
Regna genus humanum, sit diuissum, sed
modo propter hanc rationem, in hac repu
blica est potestas condendi leges, indepen
denter ab alijs, (siue enim consistant, siue
destruantur manet eadem potestas, in hoc
Regno:) ergo idem dicendum de humano
genere, ante diuisionem plurium Regno-
rum, quod in illo esset tales potestas, inde
pendenter à tali diuisione. Sicut enim mo
do hoc Regnum eget suo regimine, siue
sint, siue non sint alia Regna: ita totum ge
nus humanum, tunc existens in aliquo
numero egeret regimine, etiam si non
adeo multiplicaretur, vt egeret diuisione.
Conf. rursus, quia si modo deficerent om-
nia Regna, & respublicę nominatæ, & ma
neret genus humanum in numero sufficiẽ
ti egens regimine, nõ ideò defeciisset pote
stas talis regiminis, sed hęc nõ posset assig
nari, in isto, vel illo Regẽ, ista vel illa re-
publica particulari omnibus, sic deficien-

bus;

bus: ergo maneret tunc in toto genere humano, non per nouam concessionem: ergo quia ex natura rei conuenit ipsi humano generi. Vtrum autem genus humanum, hanc potestatem exercuerit, vtrumque probabiliter dici potest. Cum enim tam paruo tempore duraverit genus humanum, non diuisum, quia statim Cain incepit diuisionem, forte non aliquæ leges institutæ sunt, ante diuisionem. Aut etiam dici potest, etiam tunc institutas fuisse leges, quas modo vocamus iura gentiũ, quæ omnes respublicæ, & Reges, tenentur obseruare, nec illa abrogare possunt, potest enim quælibet respublica, sibi peculiares leges instituere, non tamen contrarias iuri gentium, quod est ex totius humani generis, cui omnes respublicæ particulares debent esse subiectæ. Nec contrarius est D. Thom. 2. 2. quæst. 57. art. 3. dicens ius gentiũ esse institutũ naturali ratione, quasi deductum extra naturale. Quia per hoc non intendit, non esse legem ab humano genere institutam, sed quod sit lex a Deo coniuncta iuri naturæ, quod quasi sapiat ipsum ius naturæ, in quo differt à legibus alijs particularibus Regnorum, quæ non ita iuri naturæ coniunguntur sed remotius se habeant (vt infra dicetur.) Nec potest adhuc fieri argumentum, quia communitas totius humani generis, numquã in vnum est congregata, vt ista iura conderet. Faciliter enim respondetur, non ad hoc necessariam fuisse congregationem, & institutionem formalem, & scriptam, sicut modo leges instituuntur, sed sufficere concordiam implicitam omnium, siue ante, siue post diuisionem Regnorum. Nec etiam vallet dicere, hoc potius esse cõsuetudinem continuatam, quam legem. Non inquam valet, quia si ius gentium, tantum esset consuetudo, posset abrogari inqualibet republica, & oppositũ institui, quod fieri non potest, respectu iurisgentium, & sic amplius robur habet, quam consuetudinis, nempæ legis ad minus implicitè, institutæ à toto humano genere.

Dub.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

3. Concl. Tertia conclusio, potestas condendi leges, est ex natura rei, inqualibet communitate perfecta, alteri non subordinata, vt est Regnum, vel communitas veneta, vel Genuensis, alteri non subiecta. Hæc ab omnibus recipitur, quia cum totum genus humanum vnico regimine gubernari non possit, rei natura poscit, vt diuideretur, vt sic faciliter gubernaretur. Vnde si ex natura rei diuiditur, natura rei id poscente, consequenter inqualibet republica potestas gubernatiua, ex natura rei manere debet, quia cum sit communitas alteri non subiecta, & totum perfectum in se, non est à quo alio habeat, hanc potestatem, nisi à se ipsa. Nam si ab alio haberet illi subijceretur, & non esset totalis respublica, & vnum corpus politicum in se ipso perfectum, & vt proprius loquar, hæc potestas in particularibus communitatibus, totalibus, & perfectis, non est alia ab ea, quam ex natura rei habet totum genus humanum, vt se gubernet, quia sicut ex natura rei est, vt non possit gubernari, nõ diuisũ: ita est ex natura rei, vt potestas gubernatiua diuisa sit. Vndè istæ particulares potestates, nõ est aliud, quã ipsa potestas humani generis diuisa, per partes, sicut & ipsũ humanũ genus per partes diuisũ est.

4. Concl. Quarta conclusio, hæc potestas condendi leges immediate est collata à Deo ipsi communitati, non per aliam specialiorem voluntatem, quam per voluntatem producendi ipsam communitatem: ita vt talis potestas, ramquam propria passio, creationem, vel productionem cõsequatur. Hãc docet Cai. tom. 1. opusc. 2. de potestate Papæ, part. 2. cap. 10. ad 2. Soto, 1. de iust. quæst. 1. art. 2. Victor. relectione, de hac materia, Couuarr. cap. 1. practicarum. Duran. lib. 1. de orig. iurisdictio. q. 1. Driedo 1. de liber Christiana. c. 15. Castro 1 de lege pœnali, ca. 1. Molin. tract. 2 de iust. disput. 26 & 27. Salas, tract. 14. disput. 7. sectio. 2. Et imprimis, quod hæc potestas sit in republica, collata à Deo, patet Rom. 13. non est potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt, vel vt habet textus Græcus, & Syriacus, quæ autem sunt potestates à Deo, ordinatæ sunt. Et rursus, qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, & 1. Petri 2. subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter Deum, (hoc est, quia potestatem accepit à Deo,) & Prob. 8. per me Reges Regnant. Idem habetur. Dan. 2. & 4. & Isai. 44. & 45. & Ioann 19. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Et ratione id manifestum est: nam actus huius potestatis, excedit facultatem naturæ, secundum se, vt est punitio malefactorum, vsque ad mortem, cum Deus solus sit Dominus vitæ, & mortis. Similiter, quod leges obligent in conscientia, non potest esse precisse ab hominibus. Similiter vindicare in iurias, quod proprium est Dei, iuxta illud Deut. 32. & Eccles. 28. Mihi vindictam. & ego retribuam: ergo hæc potestas collata est à Deo, cuius virtute,

Cai. *Soto.* *Victoria.* *Couuarr.* *Duran.* *Driedo* *Castro.* *Molin.* *Salas.* *Rom. 13.* *Prob. 8.* *Ioann. 2. & 4.* *Dan. 2. & 4.* *Isaiæ 44. & 45.* *Ioann. 19.* *Deut. 32.* *Eccles. 28*

tute, id efficere poſsint. Quod autē à Deo conferatur immediate, etiam patet. Quia cum reſideat hæc poteſtas in tota communitate, non mediat aliquis inter ipſam, & Deum, quo mediante à Deo participet, hanc poteſtatem. Etſi contra arguas, quia mediat voluntas ipſorum hominum, qua voluerunt ſe in vna communitate congregare, & mediante, hac voluntate habet cō munitas telem poteſtatem: Reſpondetur illam voluntatem ſe congregandi in vnū corpus polyticum, mediare vt conditionem, non autem, vt cauſam efectiuam talis poteſtatis, & poſita illa conditione à Deo immediatè confertur, talis poteſtas, vt quod vir ſit caput mulieris, eſt à Deo, dependet tamen, vt à conditione, ex voluntate ipſorum coniugum ſe copulantium, per matrimoniū. Similiter à Deo eſt, quod pater habeat dominium ſupra filium, licet præcedat vt cōditio, liber acceſſus viri ad fœminam, ad generationem. Similiter à Deo eſt, & iure diuino debetur reuerentia Calici conſecrato, dependet tamen, vt à conditione à voluntataria conſecratione. Etſi rurſus arguas, quia hæc poteſtas, ſequitur formaliter ad eſſe congregatam communitatem: ergo, ſi voluntas humana eſt cauſa congregationis, etiam eſt cauſa poteſtatis conſecutæ, ad eſſe congregatam. Reſpondetur, non ſequi talem poteſtatem, ad eſſe congregatam, vt ad cauſam, ſed vt ad conditionem, vt ad cauſam enim ſequitur, ad eſſe hominem politicum, & ſotiabile, quod eſt à Deo, & habet ex natura rei. Requiritur autem, vt conditio, vt habeat politicam poteſtatem, vt de facto alijs incommunitate à ſocietur. Vnde ſequitur, ad eſſe congregatam ex voluntate, vt ex conditione, à Deo autē vt cauſa.

Obiectio.

Solut.

Obiectio.

Solutio.

2. Pars cō cluſ.

Altera pars concluſionis, quod hæc poteſtas, non ſit collata, per aliam ſpecialem Dei voluntatem, quam per voluntatem creandi, & producendi homines, patet. Quia ſi alia ſpecialis eſt, non innoteſceret nobis, niſi per reuellationem, quæ talis, non extat: tantum ergo cognoſcimus communitatem habere talem poteſtatem, inquantum cognoſcimus Deum feciſſe homines ſociabiles politice, & conſequenter feciſſe illos habiles, vt ſe gubernent: itaque, ſi per poſsibile, vel impoſsibile, Deus ageret ex neceſsitate naturæ, nullam habens voluntatem conſequentem ad creationem hominum, ſolum per illam productionem hominis, conferret talem poteſtatem, quia licet hæc poteſtas ſit, quædā participatio poteſtatis legislatiuę diuinæ, nō tamen per actionem formaliter legislatoris, conſequentem ad creationem, ſed per illam voluntatem creandi, habet homo, & eſſe hominem, & eſſe polyticum, & poteſtatem polyticam ſe gubernandi. Ex his ſequitur clare vltima pars concluſionis, quod hæc poteſtas, ad naturam ſociabilē cōſequatur, tamquam propria paſsio, quia illud habet rationem paſsionis, quod ſine noua actione, ſequitur ad productionem, ſuæ formę, & quod poſita forma impediri, non poteſt, vt non ſequatur. Huiuſmodi eſt hæc poteſtas, quæ naturaliter ſequitur ad collectionem communitatis, & impediri non poteſt, quia vt diximus, vellit nollit communitas, hanc habet poteſtatē. Qualiter autem illa poſsit priuari, vel a ſe abdicare, vel illam poſsit in Regē, vel Principem delegare, cum ſit paſsio eius, ſtatim dicetur.

Quinta concluſio reſpublica, & communitas, poteſt delegare, & conferre ſuā poteſtatem condendi leges, Regibus, & Priucipibus, imò illam tenentur conferre alicui, vel aliquibus particularibus, vt ſic gubernetur. Prima pars, patet, quia quicū que habens poteſtatem ordinariam, ſiue iure diuino, ſiue iure naturæ, illam poteſt pro ſuo libito, alteri delegare: cum ergo dictum ſit, hanc poteſtatem cōuenire reipublicæ, ex natura rei, nulli dubium illam, cui voluerit, poſſe communicare. Secunda etiam pars, patet. Quia reſpublica tenetur, vti hac poteſtate, prout ſibi videbitur magis expedire, ad bonam gubernationem, ſed maximè ad hoc expedit, aliquem, vel aliquos particulares deſignare, quibus ſuam poteſtatem conferat: ergo ad id tenetur. Minor probatur, quia maxima confuſio eſſet expectare ſingulorum ſufragia, vt leges inſtituerentur: ergo vt vene gubernetur reſpublica, maximè expedit ſuam poteſtatem alicui, vel aliquibus particularibus conferre. Etſi contra facias argumentum. Quia quod quis habet, vt propriam paſsionem, alteri communicare non poteſt, vt riſibilitatem, &c. Sed dictū manet hanc poteſtatem, dimanare in republica, ad modū propriè paſsionis, ex propria hominum, & communitatis productione: ergo illam nulli communicare poterit, ſed neceſſario in ſe ipſa reſpublica retinebit. Reſpondetur propriam paſsionē eſſe duplicem, alteram phyſicam, alteram moralem, phyſica alteri communicari nō poteſt, vene tamen illa, quæ moralis eſt, & moraliter conſequitur, qualis eſt prædicta poteſtas ſe gubernandi, per leges, ſicut

5. Concl.

Obiectio.

Solutio.

&

& libertatem, sibi naturalem, potest quis ex aliqua causa à se abdicare, & fieri seruum. Vel aliter dicitur conuenire reipublicæ, ex natura rei potestatem condendi leges, & se gubernandi absolutè loquendo, non autem conuenit determinatè, ex natura rei, sic vel alio modo se gubernare, sed hoc manere in voluntate reipublicæ, vt se gubernet, vel regimine Monarchicho, transferendo potestatem in vnũ Regem, aut Principem, vel regimine Aristocratico, transferendo hanc potestatem in paucos optimates, vel regimine democratico transferendo, hanc potestatem in plures explebe. Quapropter ex eo, quod absolute conuenit reipublicæ, potestas se gubernandi, ex natura rei, potius sequitur, vt in sua potestate sit, determinare hunc, vel alium modum se gubernandi, etsi maluerit eligere, sibi Reges, & Principes habentes talem potestatem, ex commissione ipsius reipublicæ, vt patet, ex multis iuribus, quæ videntur in Salas, tract. 14. disput. 7. sect. 11.

2. Solutio.

6. Concluſ. Sexta conclusio regulariter, & cõmuniter, Reges, & Principes, & quicũque alij Legislatores particulares, habent potestatem condendi leges mediate, vel immediatè, proxime, vel radicaliter, ab ipsa republica. Hanc tenet D. Thom. hic & quæst. 97. art. 3. ad 3. Cai. opusc. de Potestate Papæ, part. 2. cap. 2. & 10. Soto, 1. de iust. q. 1. art. 3. Bellar. 3. de laycis, cap. 6. Valentia, disput. 6. quæst. 1. punct. 2. §. 2. Molina de iust. tract. 2. disput. 23. Victoria relect. de Potest. ciuili, num. 7. & relect. 1. de Potest. Ecclesiæ, quæst. 3. nu. 2. est quę communis inter iurisperitos, l. 1. ff. de cõstitutionibus Principum, & l. 2. ff. de origin. iuris, & cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & ibi Panormitanus, & alij. Hæc conclusio clarè sequitur, ex dictis, nam si hæc potestas condendi leges, nulli personæ particulari conuenit, ex natura rei, sed tantum communitati, consequens est, quod quælibet persona particularis debeat illam participare à republica, quia quod est per participationem tale, reducitur ad id, quod est per se tale. Diximus autem, quod regulariter, hoc habet verum, quia aliqui fuerunt Reges, qui immediate receperunt à Deo, hanc potestatem, vt Dauid, & Saul, immediate sunt à Deo constituti Reges, licet vncti à Samuele, & acceptati à populo. Reliqui autẽ à republica habent potestatem, siue immediatè per electionem, siue mediatè, per hæreditatẽ, quia respublica elegit primum progenitorem, & successores illius. Qui autem iure velli iusti, introducti sunt, etiam instituti sunt à republica, ad minus per voluntatẽ rationalem, quam tenentur habere, & multoties introitus fuit per tyrannidem, continuatio autem est per virtualem electionẽ, non resistendo, per multa tempora.

D. Thom. Caiet. Soto. Bellar. Valent. Molin. Victor.

Panor.

Ex dictis sequitur, primò potestatẽ Regiã esse ex iure humano, proximè, & formaliter, quando autem in sacra Scriptura dicitur, hanc potestatem esse à Deo, intelligitur tanquam à primo authore illius potestatis, à quo deribata est ad rempublicam, & ex republica ad Reges. *1. Coroll.*

Secundò sequitur, quod semel translatã potestate ad Regem, non manet Regnũ superius ad Regem, sed Rex superior ad Regnum: quapropter non est in potestate reipublicæ, acceptare, vel non acceptare leges conditas à Rege, sed illi irrogatur iniuria, si non acceptentur, nisi intraditione authoritatis fuerit, per modum pactus aliqua reseruatio in republica, ad conditionem legum. (vt supra diximus.) Si autem traditio potestatis fuit absoluta, respublica absolutè obedire tenetur. Verũ est, quod si à republica lex non acceptetur, siue iuste, siue injuste, successores non obligat, quia per non receptionem, manẽt excussati, tamquã per contrarium vsum, quã uis priores peccauerint talem vsum introducentes. Eo vel maximè, quod Princeps videns, & tacens, reuocare videtur. Hæc doctrina de legibus Ecclesiæ est manifestior, quia cum talis authoritas, non habeatur à communitate: nullatenus potest resillire ab obedientia legis conditæ, sicut nec à conditione legis diuinæ, propter eãdem rationem, quia Deus in conditione legis à subditis, non dependet. *2. Coroll.*

Ad 1. arg. à principio resp. nullum fundamentum esse, vt asseratur, Adamũ fuisse Regem, quia tunc nulla erat necessitas, cum in paruo numero esset genus humanum. Si autem fuit Rex, non fuit ex natura rei, sed ex peculiari Dei priuilegio, quod non repugnat dictis, quod autẽ peccatum ex Adamo deribetur, nõ fuit, quia esset ex natura rei caput, & Rex, sed ex pacto, ad hoc facto, vt supra diximus, cum de originali ageremus. *Ad 1. arg.*

Ad 2. arg. resp. Romulum non etiã fuisse Regem titulo fundationis, sed quia sic receptus est à populo. Verum est illũ potuisse, non recipere, ad habitationem suæ ciuitatis, nisi admitteretur in Regem, & ita forte etiam contigit in Cain, nisi vellis ipsum per tyrannidem introductum in Regem, *Ad 2. arg.*

gem,vt asserit Ioseph,1.antiqui,cap.2.

3.Arg. Ad 3.arg.respon. titulum progenituræ,non esse sufficientem ad esse Regem, tunc enim essent,quasi infiniti Reges, & magna esset confusio,si mulier ad vnum, & vir ad alium Regem pertineret. Et certe progenitores minus sunt apti ad regimen politicum,quia communiter ex amore filiorum delicta manerent impunita.

Dub. V.

Vtrùm condere leges,solum pertineat ad communitatem, non subiectam alteri cõmunitati,& ad Regẽ,vel Principem gubernatorẽ illius?

1.Sent. QVANTVM Ad communitates,est in hac re. Primasent. asserens,quamcumque communitatẽ, etiam subiectam,vt est ciuitas,posse leges condere,quæ municipales,seu ciuiles appellari solent, ita tenet Sylvester, verb. *Lex*,quæst.4.& Marcus Burgensis,de pace,l.1.Taur.num.485.& Gregor. Lop. l.12.tit.1.part.1.colliguntque suam sententiam,ex l.omnes populi, ff. de iust. & iure,& ex §.1.& 2.instit.de iure nat. & gent.& ciuili,addit tamẽ Greg.Lop. talẽ communitatem,non posse taxare pœnam contra trangressores talium legum; quantum vero ad Principes,& dominos communitatum.

Sylvest. Burgen. Gregor.Lopez. Arg.

2.Sent. Secũda sent.est, asserẽs Principes subiectos,vt sunt Marquiones,& Comites,&c. ex populi,siui subiecti consensu,posse leges condere. Hanc tenet Lorca disp.13. difficultate,1.& Azeuedo,lib.2. commẽtario. Legum Hispaniæ in prœmio,ad tit. 1.num.11.Auend.de exequen.mandatis Regijs,cap.5.Ioann.Garcia,l.8.noueRecop.tit.11.& alij,quos ipsi citant. Et quãtum ad dominos extraneos aliorum Regnorum,idem tenet etiam Salas tract.14. disput.7.sect.13.

Lorca. Azeued. Auend. Garcia. Salas.

1.Arg. Hæc senten. probatur. Primò, quia si propter aliquam rationem,tales Domini, non possent leges condere,maximè,quia non sunt supremi, sed subiecti Regibus, sed hæc ratio est nulla:ergo. Probatur minor,quia etiam Episcopi sunt Principes, in Ecclesia subiecti alteri,vt Papæ,& nihilominus in suis Episcopatibus possunt leges condere.

Secũdò probatur,quia huiusmodi Dominipossunt præcipere suis subditis, sed tale præceptum habet veram rationem legis:ergo. Minor probatur, quia est præceptum,impositum communitati,in ordine ad bonum commune, ab habente authoritatem,& iurisditionem: ergo habet rationem legis. Patet ista consequentia, quia vt ait Baldus l.omnes populi, ff. de iust.& iure,quantum quis habet de iurisditione,tantum habet de authoritate condendi legis.

2.Arg. Bald.

Prima conclusio communitates, & opida Regibus subiecta,non habent potestatem condendi leges. Tum ex iure positiuo id prohibente. Tum etiam, ex natura rei:hæc est communis,quam amplectitur, etiam Lorca,loco citato,& Vazquez disput.153.cap.2.& 3. & Salas, tract.14. disp,7.sect.14. Et prima pars probatur, quantum ad communitates subiectas Regni Hispaniæ,exordinationibus Hispanię, lib.7.de Recop.tit.1.l.8.vbi expresse prohibetur populis totius Regni, ne aliquas leges instituant,etiam cõducentes,ad bonum commune ipsorum,nisi prius ad Regem defferantur,& ab illo confirmentur, pro omnibus autem huiusmodi communitatibus,cuiuscumque Regni. Probatur secunda pars conclusionis, quia in tantum est potestas condendi leges in republica, inquantum est congregatio politica,egẽs politico regimine per leges,quod ex natura rei innullo singulari homine potest reperiri, quapropter necessum est,vt in ipsa met republica, ex natura rei reperiatur, sed hæc ratio non currit respectu communitatum subiectarum:ergo in illis,non est talis potestas. Minor patet, quia ad regimen politicum istarum communitatũ subiectarum potest assignari communitas suprema totius Regni, in qua ex natura rei reperitur talis potestas, aqua inferiores gubernari possint:ergo superflue, etiam ex natura rei, assignabitur hæc potestas in prædictis communitatibus inferioribus. Secundò probatur,omnes istæ communitates faciunt vnitatem polyticam vnius Regni:ergo & vnam tantum habẽt potestatẽ polyticam regiminis per leges. Patet consequentia,quia ex vnitate polytica oritur,tanquam ex conditione potestas regiminis per leges. Conf.& explicatur,potestas legislatiua, respicit, vt proprium subiectum totalem communitatem, sed hæc tantum est communitas Regni alteri non subiecta:ergo in illa tantum residet hæc potestas. Minor probatur, quia

1.Concl. Lorca. Vazquez. Salas.

aliæ

aliæ communitates inferiores sunt partes, absolutè vnius Regni,& tantum sunt,totum secũdum quid. Conf.secũdò a simili, rerum naturalium,licet enim quelibet res in se sit quodam totum , tamen eo ipso, quod alteri coniungitur ad compositionem tertij,amittit proprium esse totius,& non habet aliud,quã totiuscuius est pars: ergo in politicis similiter,licet aliqua ciuitas,secundum se,esset quodam totũ habens sufficientem potestatem ad sui regimen,eo ipso,quod efficitur pars polytica vnius Regni, non retinet aliam potestatem legislatiuam,quam totius Regni. Cõfir.tertio,quia sic se habent opida subiecta alicui ciuitati, sicut ciuitates subiectæ vni Regno,sed opida non habent aliam potestatem regiminis, quam sit potestas ciuitatis,ad regenda opida, sui subiecta: ergo nec ciuitates habent aliam potestatem legislatiuam,ad sui regimen , quam sit in toto Regno,ad gubernationem ciuitatũ, sui subiectarum.

2.Concl. Secunda conclusio, Principes subiecti vt Marchiones, Comites, &c. non habẽt potestatem condendi leges,nisi ex speciali commissione Regum,quibus subdũtur eis committatur , hanc tenet Soto , 1. de iust.& iure,quæst.1.art. 3. & Vazquez, disput.153.cap,3.nu.36.& Suar.libr.3. de legibus,cap.9.num.5.& alij quos ipsi referunt,& hanc magis videtur a probare Salas,vbi supra. Et probatur primò,ex lege si imperialis,C.de legibus,vbi solum Imperatori declaratur conuenire condere leges,& specialiter pro Regno Hispaniæ habetur,in l.12.tit.2.part.2.vbi hoc expresse habetur. Nec valet solutio Lorca,quod tantum intendant leges prędictę tales Principes habere hanc potestatem, subordinatam Regibus,non autem, quod illam non habeant,non inquã valet, quia tunc ante illas leges haberent , illã maiori tatem condendi leges,si ibi tantum fit restrictio,& subordinatio,ad superiores Reges,quod tamen numquam auditum est, talem habuisse,vel exercuisse talem potestatem. Secundò probatur,ratione manifesta,contra Lorca,quia vt diximus , conclusione præcedenti,respublicæ subordinatæ,quibus isti Principes subiecti dominantur,non habent authoritatem condendi leges,vt fatetur ipse Lorca: ergo nec Principes,& domini talium communitatum,patet consequentia,(quia vt supra diximus,)Princeps non habet potestatẽ cõdẽdi leges,ex natura rei,sed ex cõmissione reipublicæ,cui præsidet:ergo. Si ipsa respublica,cui præsidet Marchio, vel Comes,non habet hanc potestatem,qualiter ex commissione illius,illam habebit Princeps,& dominus talis reipublicæ ? Tertiò probatur,quia in vno corpore,vnum tantum caput simpliciter debet esse, sed vnũ Regnum est vnum corpus polyticum: ergo quantum ad regimen,vnum tantum,caput simpliciter debet esse,quod possit cõdere leges,quale est Rex: alij autem sunt capita,secundum quid , quantum ad alia, quæ ad regimen conducunt,non autẽ quãtum ad conditionem legis,quod ad caput simpliciter,debet pertinere.

Soto. Vazquez. Suarez.

Solutio. Impugn.

Ad fundamentum primæ sent.ex l.12. Resp.ibi non loqui de communitatibus, subiectis vni Regno,sed de communitatibus,non subiectis,& ab istis asserit posse leges condi,vt assignet differentiam à iuregentium , quod à nulla communitate, etiã nõ subiecta habet robur,sed vt supradiximus a tota multitudine humani generis. *Ad arg. 1.Sent.*

Ad 1.arg.2.sent.resp.de Episcopis esse peculiarem rationem, quam assignabimus, infra cum egerimus,de potestate Ecclesiastica. *Ad 1. & 2. sent.*

Ad 2. arg. resp. istos Principes posse præcepta imponere,talia tamen præcepta, leges non sunt, quia non sunt perpetua, sed spirant cum morte illorum,nec ad hoc sufficit,quæcumque iurisdictio,sed requiritur iurisdictio suprema , & contra hoc, non est Baldus , sed potius illud insinuat, dicens: quod qualis est iurisdictio,&c, insinuans,non quamcumque iurisdictionẽ sufficere,sed requiri supremam. *Ad 2.arg*

Dub. VI.

Vtrùm Imperator possit condere leges,totum mũdum obligantes.

IN Hac re,est prima sent.asserens Imperatorem esse vniuersalem dominũ totius Orbis , & consequenter posse condere leges totum Orbem obligantes. Hãc tenet tota schola Itallorum,Bart.Baldus,Cinus,Aluer.Paulus,Angelus,Aretinus,Salicetus,in l.1.C.de summa Trinitate,& l.bene à Cenone, C.de quadrien. præscript.& Hostien. Ioann. Andræas, Anton.de Butrio, Panor. cum glos. cap. per venerabilẽ,qui filij sint legitimi,Bart. in l.hostes,ff.de captiuis , num.7. asserit oppositum *1.Sent. Bart. Bald. Cinus. Aluer. Angel. Aretin. Salicet. Butrius. Panor.*

Glossa: Medicis. Hæc sent. probatur.

oppositum esse hæreticum, & idem sentit Sebastianus de Medicis, tract. de legibus, part. 1. quæst. 18. num. 6. & 7. Hanc sententiam probant, ex l. 1. C. de raptu virg. §. sim autem, & l. rem non nouam, C. de iudicibus, & l. 1. C. de summa Trinit. & l. si duos. §. 1. ff de excuss. tutor. & l. generaliter, C. de Episcop. & Clericis, & l. 2. cap. de iuram. calum. & l. iubemus, C. de testamen. §. quam vt exul, & l. 1. §. cum autem, C. de vsucapio. vbi expresse Imperator asseritur dominus totius Orbis, & c. in apibus, 7. quæst. 1. cap. conuenior, 23. quæstion. 8. cap. quo iure, dict. 8. & cap. futurum, 12. quæst. 1. & cap. solitæ, de maior. & obed. asserit Pontifex duo esse luminaria magna in Ecclesia, videlicet dignitatem Pontificalem, & Regiam, vt altera præsit spiritualibus, altera temporalib⁹, & cap. duo sunt, dist. 96. asseritur alteram esse Imperialem, alteram verò Pontificiam: ergo, sicut Pontificia in spiritualibus est generalis toti mundo: ita & Imperialis in temporalibus. Quod autem hoc sit de fide apparet, Luc. 2. exit ædictum accessare Augusto, vt describeretur vniuersus Orbis, vbi ostenditur supra totum Orbē Imperare, & Feria 6. Hebdomadæ sanctæ fit oratio, pro Imperatore, vt illi Deus subijciat omnes Barbaras nationes, & D. Thomas 3. de Regim. Princip. capit. 3. asserit Christum esse dominum totius Orbis, & eius vices gerere Augustum cessarem.

Lucæ.

Not.

Prointelligentia huius quæstionis nota, quod cum potestas sit duplex alia dominatiua, alia verò iurisdictionis, hic non dubitamus Imperatorem nullatenus habere potestatem dominatiuam, supra totum Orbem, nec patrimonium Ecclesiæ esse Imperatori subiectum, nec de bonis particularium, tanquam dominum posse disponere ad libitum, de quo latè Victoria relect. de indis. part. 1. num. 26. & Bartol. & alij iuristæ, quos ipse refert. Sed dubitamus de potestate iurisdictionis requisita ad leges condendas. Vtrum hanc potestatem habeat supra totum Orbem, vt leges obligãtes totũ Orbē posit instituere.

Victoria. Bart.

2. Not.

Secũdò not. quod licet à principio, imperium in cæperit per tyranidem in Iulio cessare, vt testatur Sueton. in cessa, capit. 77. postea tamen respublica hanc potestatem tribuit Augusto Cessari, successori Iulis Cessaris abunculi sui, vt asserit Põponius, l. 2. ante §. post originem, ff. de origine iuris, Vlpianus, l. 1. ff. de constit. Princip. & Aurelius, Archadius, l. vnica, ff. de officio præfecti prætorio, Iustinianus, l. 1. §. cum enim antiqua lege, ff. de vetere iure enucleando, Alphonsus IX. Hispaniæ Rex, l. 2. tit. 1. part. 2. Quia propter successores Iulij Cesaris legitimi sunt Imperatores, quod & docet D. Hieron. Matth. 22. sup. illud reditè ergo, quæ sunt cesaris cesari, & Aug. libr. 50. homi. hom. 48. Si enim verus Imperator nõ esset, non præciperet Christus ei tributũ dare, nec valet intelligentia, Bellar. 5. de Pont. cap. 2. §. quod verò. Quod Christus loquatur conditionaliter ex responso illorum, interrogauit enim, cuius est imago hæc? & illis respondentibus Cessaris. Tunc ait reditè ergo, &c. Ac si dicat si est Cessaris, vt vos dicitis reditè Cessari, non inquam valet, vt constat ex Luc. 15. & omnibus interprætibus, ex hoc loco probantibus tributum esse debitum Regibus, quia & Christus iussit tribui Cessari, si autem conditionaliter tantum loqueretur, non probaretur intentum, quia conditionalis, nihil ponit in esse. Restat autẽ his suppositis examinare vtrum hæc legitima iurisdictio Imperatorum extendatur ad totum Orbem, an verò solum ad certas Prouintias, quarũ sit Princeps Imperator.

Iustinian. Alphon. D. Hier. Matth. 22. D. Aug. Contra Bel iar. Arg. Luc. 15.

Prima conclusio Imperator, nõ habet iurisdictionem supra totum Orbem. Vndè, non potest condere leges obligantes totum Orbē; bene tamen obligantes Prõuintias, sui subditas. Hanc conclusionem tenet Victoria relect. 5. de indis. part. 1. num. 24. Soto, 4. de iust. quæst. 4. art. 2. & 4. dist. 25. quæst. 2. art. 1. Turrecremata, cap. in apibus, 7. quæst. 1. Couuarr. Molin. tract. 1. de iust. disput. 24. vsque ad 30. Salas tract. 14. disput. 7. section. 7. Vazquez disp. 153. cap. 2. num. 12. & vt ipse ait est communis, inter omnes Iuristas, Hispanos, Gallos, Germanos, & vltra Mõtanos, quos refert Salas loco citato. Et prima pars conclusionis. Patet, quia Scithia, & Regna Indorum, tam Orientis, quam Occidentis, numquam Imperio Romano fuerũt subiecta, & multa alij populi, vt patet l. mercatores, C. de comerciis, & l. Romanis, C. de eunuchis, itẽ Hispaniæ, & Gallia, hanc subiectionem, non habent de Hispania, patet cap. Adriani, 63. dist. & cap. etsi necesse, de donatio. inter virum, & vxorem, & cap. super Specula, de priuilegijs, & cap. nobit, de iudic. & aliaquę refert Couuarr. Reg. peccatũ, part. 2. §. 9. patet etiam leg. 15. tit. 1. part. 1. & tit. 4. part. 3. & tit. 14. part. 3. & l. 1. tit. 22. & l. 1. Tauri, & l. 2. Tauri, idem habetur in legibus fori, l. 8. tit. iudicum, & l. exordiente,

1. Concl. Victoria. Soto. Turrecrem. Couuarr. Molin. Salas. Vazquez. 1. Pars. Prob. Couuarr.

exordiente titulo legum. Idem statutum est à Rege Alphonso, in quadam lege ordinamenti ædita compluti, & confirmatum à Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabeth. Et adeò hoc necessariũ visum fuit primis Regibus Hispaniæ, vt pena capitis plectẽdum dixerint, qui in iudicio leges Imperiales allegauerit, vt ait Oldradus consi.69.colu.13. Palacius, Rubius, cap.per vestras, colum.4, de donatio. inter virum, & vxorem, Greg. Lopez, lege 6.tit.4.p.2. & alij multi, quos refert Burgos de Paz, ad legem 1. Taur. num. 513. & Salas loco citato, sect. 8. de Gallia, etiã patet, non esse subiectam Imperatori, vt docet Tiraquellus, de iure primogen. quæstio. 17. opin. 4. num. 20. Castaldus Sebastianus à Medicis. Azor, Victoria, Vazquez, citati à Salas, & Hostien. Panor. Felinus, cap. nouit, de iud. tit. de appellat. §. nunc tractamus, Bart. l. hostes, ff. de captiuis, Baldus, cap. 1. de pace iure iurãdo firmanda, & expresse. cap. per venerabilem, qui fi ij sint legitimi. Item Regnum Angliæ, Poloniæ, Neapolis, Siciliæ, Sardiniæ, & Vngariæ, subiecta nõ sunt, vt probat Azor. 2. tom. lib. 9. cap. 14. quæst. 4.

Oldra. Greg. Lopez. Burgos de Paz. Salas. Tiraq. Medicis. Victoria. Azor. Vazquez. Hostien. Panor. Felin. Bart. Bald.

2. Pars cõclus. Secunda pars conclusionis, quod Imperator, non possit condere leges obligantes totum Orbem patet, ex priori parte, quia vt supra diximus, ad condendas leges requiritur potestas iurisdictionis suprema in Legislatore, si ergo Imperator, hanc potestatem iurisdictionis non habet supra totum orbem, consequenter, nec leges potest condere obligantes totum Orbem.

3. Pars cõclus. Tertia etiam pars conclusionis est manifesta, quia si quilibet supremus Princeps potest cõdere leges in sua republica, vt diximus, ex cõmissione ipsius reipublicæ, quia adhoc eligitur in Regem, & Principẽ, vt rempublicam gubernet, cuius gubernatio præcipua est per legem, cum Imperator habeat supremã potestatẽ in sua republica, sine dubio leges poterit condere. Et hoc fit clarum ex legibus allatis pro prima sentẽtia, insuper l. 3. & fin. C. de legibus, l. 12. Hisp. tit. 1. p. 1. & l. 2. tit. 1. p. 2. & insinuatur, l. 1. C. de sum. Trin. & l. fi. C. de ediffi cijs priuatis, & l. omnib⁹, ff. ad Trebellia.

Not. Notandũ tamẽ, rempublicam cui potest Imperator imponere leges, nõ esse illam solũ, cui ipse immediatè præsidet vt Rex, sed etiã omnes illas Prouintias habentes Reges, vel Duces, vel quoslibet alios gubernatores, subditos ipsi Imperio, quia cũ huiusmodi subiecti sint Imperatori, licet aliàs sint Reges, vel domini absoluti, pecuniam cudentes, cum sint subditi Imperio, vel quia instituti sunt Reges ab Imperatore, vel quia alio titulo illi subijciuntur, tenentur leges Imperatoris seruare, quia si ipsi leges condere possunt, hoc est, non contrarias legibus Imperatoris, quas imprimis tenentur seruare, quia forsitam à principio ab Imperatore titulũ Regium, hac cõditione subiectionis ad Imperium, receperũt. De quo Vazq. disp. 153. c. 2.

2. Concl. Secunda conclusio, etiã in casu occurrẽte, de quo nulla extat lex Hispaniæ, non obligat Hispanos, lex Imperialis cõdita circa illum casum. Bonũ tamen consilium est iudicẽ talem legem Imperialẽ consulere ad iudiciũ pro ferendũ, & aduocati possunt in tali iudicio prædictas leges Imperiales allegare. Prima pars cõclusionis ponitur, contra Anton. Gom. l. 1. Taur. & Burg. de Paz, ibidem asserentes cõtrariũ. Nostram tamẽ conclusionẽ tenet Didac. Perez in præm. ordin. Rega. q. 3. Greg. Lopez, l. 5. tit. 1. p. 1. & lib. 6. tit. 4. Didacus Castillo, l. 1. Taur. Matien. l. 2. tit. 5. lib. 5. nouæ Recõp. & Vazq. & Salas, sæpe citato loco. Et ratio est manifesta, quia si hoc Regnũ, nullatenus est subditum Imperio, nullatenus tenebitur eius legibus, etiam in casu in quo deficit propria lex. sicut nec deficiente lege in Lusitania tenetur ad legẽ Castellæ. Sic enim se habet Hispania, ad imperiũ, sicut quodlibet Regnũ ad aliud Regnũ, cui nõ subijcitur. Et sic quantum, ad obligationem, in illo casu cẽsendum est, nullam esse legem. Secunda tamen pars conclusionis, etiam patet, quia cũ in illo casu iudex teneatur cõsulere dictamẽ rationis, & naturę, nullo medio melius poterit illud consulere, quam consulẽdo legẽ Imperialem, quam cõsilio virorũ prudentum ius naturæ speculantiũ Imperatores condiderunt. Vndè in tali casu recurrere debet iudex, ad talẽ legem non vt obligantẽ, & præcipientẽ. sed vt bene cõsulentẽ, sicut & teneretur quemcumq; bene de iure naturali illuminantẽ audire, & sequi, quia in iure cessareo explicantur multa, quæ ad ius naturale pertinent, in illoque multæ regulę generales cõtinẽtur, ad cognoscendam naturam contractus, & sensum verborum, quæ in testamentis, & instrumentis publicis, & in legatis testamẽtorum, & in decretis, & rescriptis Principũ solent esse in vsu, & ad arbitriũ pœnarũ, quæ multis delictis in nostris legibus, nõ taxantur, & vt in casib⁹ in nostris legibus, nõ expresis à similipossint iudices procedere, & per hoc cõponitur cõtrouer

Contra Anton. Gom. Burgos. Illã tenet Perez. Castillo. Matien. Vazquez & Salas.

sia orta ex diuerso modo loquendi nostrarum legum, aliquando enim in eis continetur, attendendum esse ad leges cessareas, quãdo in nostris, nõ determinatur, quid sit faciendum, vt Alphonsus XI. lege compluti ædita. & l. 1. Tauri, confirmata, præcipit, vt leges cessareæ, & Imperatorum in studijs explicentur, & sui subditi earum scientia polleant, & propter eam honorentur, & Reges Catholici pragmatica sanctione ædita Barcinonæ anno 1493. Præcipiunt, nequis crearetur iudex, nisi prius decem annis iuri ciuili operam dederit, & lib. 2. ordinamenti, lege 11. titul. 2. permittitur istarum legum vsus. In istis enim loquitur, quando Regni lex non extat, esse optimum ad leges cessarias recurrere, tamquam ad regulam modo explicato, non autem, tamquam ad quid obligatorium, isto enim modo intelligendæ sunt aliæ leges prohibentes iudicium, secundum ius cessareum. Idem prorsus dicendum est, in causis Ecclesiasticis, quando lex Ecclesiastica, non extat, recurrendum esse modo prædicto ad cessareas, non tamquam ad legem, sed tamquam ad regulam vtilem, sicut è contra quando in ciuilibus lex non extat optimum cõsilium est recurrere ad ius canonicum inspiciendo, quid determinet, circa Ecclesiasticos inconsimilibus, quia & circa temporalia inordine ad spiritualia Ecclesia potestatem habet condendi leges obligantes suos subditos.

Alphon.

2. Concl. Tertia conclusio, Hispanus celebrans aliquem contractum in alia Prouintia subdita imperio, tenetur illum celebrare, secundum leges imperiales illius Prouintiæ, etsi aliqua lys exorta fuerit, & iudiciũ deferatur etiam ad iudicem Hispanię, tenetur iudicare, secundum leges cessarias, illius Prouintiæ in qua fuit celebratus cõtractus. Et idem dicendum est, dum exorta fuerit lys, de aliqua fundo, vel possessione, tenetur enim iudex etiam Hispaniæ iudicare, secundum leges Prouintiæ. In qua est fundus, quia istæ sunt conditiones afficientes ipsam rẽ, de qua litigatur. Hæc patet, ex lege fin. tit. 14. part. 1. & hoc docet Bartolus, ex lege 1. numer. 14. C. de sum. Trinit. & ex lege an in totum, C. de ædificijs priuatis, & ex lege venditor, §. si constat, ff. communia prædio. quem etiã sequitur Gregor. Lopez, l. vltim. tit. 14. part. 1. & habetur, lege 1. §. & cum lex, C. de rei vxor. & l. 1. ff. de fundo dotali, & alij multi iuristæ, quos citat Bartol. & Salas tract. 14, disput. 7, sect. 9.

Bart.

Greg.

Ad arg. 1 sent. Ad fundamentum ergo primæ sententiæ respon. quod vt patet ex dictis, Imperator, nullatenus est dominus totius Orbis, etsi aliquis, vt Imperator Antoninus, sibi tribuit, hoc nomen, est arrogantia, si autem in locis allegatis, hoc asseritur fit locutio, per synecdochem assumendo partem pro toto, quia magna pars Orbis Imperio erat subiecta, aut etiam dicitur cessarem iussisse describi vniuersum Orbem, hoc est totam illam Regionẽ, modus enim loquendi est sacræ Scripturæ totam Regionem proximam, vniuersum Orbem appellare, Matt. 27. Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, cum non fuerint, nisi in illa regione, & Acto. 21 Agobus profetabat famẽ futurã in vniuerso Orbe terrarum, ad Rom. 1. Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo, nomine enim totius mundi tota illa Regio nuncupatur. Aut etiam Imperator dicitur dominus totius Orbis, quatenus peculiaris protector Fidei, & Ecclesiæ est in vniuerso Orbe, habens vellus contra quamcumque nationẽ indefensionem Fidei, & Ecclesiæ, & hac etiam ratione potuit nuncupari alterum brachium Ecclesiæ, & alterum luminare propter specialem confederationem, cum sede Apostolica, & propter protectionẽ prædictam, non autem, quia vniuersalis ut Dominus, vt latè iam diximus.

Dub. VII.

Vtrùm quando fœmina habet Regnũ, per hæreditatẽ, tunc si nubat habeat vir eius potestatem legislatiuam, an vero maneat in ipsa fœmina, etiam nupta?

1. Sent. IN Hac re est prima sententia, asserens, tunc potestatem legislatiuam, & regimen Regni, simul pertinere ad virum, & vxorem: ita vt neuter, sine altero possit leges condere. Hãc tenet Lorcã hic disp. 13. difficultate 2. & Ioan. Lupus de Palacios, Rubios, tract. de retentione Regni Nauarræ, part. 5. §. 5. quod probat ex lege 3. tit. 15. part. 2. Secundo ex eo quod in Hispania contigit, cum Regina Elisabeth matrimoniũ duxit cũ Ferdinãdo, sic enim pactũ est, vt simul gubernarẽt, & in negocijs chirographũ darẽt legesq; cõderent, & monetam, vtriusque imagine impressa cuderent. Item tertiò probatur, ex

Lorca. Rubios. Palacios.

1. Arg. 2a Arg.

3. Arg.

ex eo, quod matrimonium est, quædã societas, vt docet Leo Papa, epist. 90. ad rusticum, cap. 4. & refertur, cap. cum societas 27. quæstion. 2. & alij, quos adducit Salas, tract. 14. disputat. 7. Section. 11. non autem perfecta societas esset inter virum, & vxorem, si regimen, quod fœmina habet per hæreditatem viro per matrimonium non communicaret: ergo dicendum est simul ad vtrumque pertinere.

2. Sent. Secunda sententia est asserens, ad solam vxorem potestatem Regiam, & legislatiuam pertinere. Hanc tenet Suarez lib. 3. de legib. cap. 9. num. 10. Vazquez disputation. 146. num. 33. & Salas, vbi supra, & adducit Baldum, cap. significauit, de rescript. num. 3. Decium, & Alciatum, l. 1. C. de in ius vocando, Tiraquellum, tractat. de nobilitat. cap. 18. num. 39. Gregor. Lopez, l. 9. tit. 1. part. 2. & l. 3. verb. *Basta que sea casada*, num. 15. eadem part. Marcum de Burgos de Paz, in præemio legum Tauri, num. 15.

Suarez. Vazquez. Salas. Baldus. Decius. Alciat. Tiraq. Greg. Lopez. Burgos de Paz.

1. Arg. Hæc sententia probatur. Primò, Regnum non habet rationem dotis: ergo gubernatio illius, non pertinet ad maritum. Consequentia patet, quia ratione matrimonij solum pertinet ad maritum gubernare, & disponere de his, quæ pertinent ad mulierem per modum dotis. Antecedens verò probatur à Baldo, vbi supra, & Siculo, libr. 19. de rebus Hispaniæ. *2. Arg.* Secundò probatur, quia Regnum habet se, vt patronatus annexus personæ, cui incumbit præsentationes facere, &c. Sed mulier vere retinet patronatum, & ad ipsam pertinet præsentare, & alia facere, quę ad patronatum pertinent, etiam viro renitente: ergo idem dicendum est de Regno. Minor verò definita est in nouis Rotæ decisionibus, decisione 422. & id docet glossa verbo, suffragium, in fin. & Tiraquellus, in l. connub. glos. 5. nu. 221. & glos. 9. articul, .num. 1. & Matienço, ad legem 2. glos. 1. num. 9. tit. 3. libr. 5. *3 Arg.* nouæ Compila. Tertiò probatur, quia in casu relato de Rege Ferdinando Quinto, & Regina Elisabeth, non opus esset, vt Regina cõsentiret, vt Rex gubernaret, si ad ipsum, & non ad ipsam Regnum, & regimen illius pertineret, quod refert Marcus Siculus, vbi supra. Quartò probatur, quia vt supra diximus potestas condẽdi leges, habetur ex commissione Regni, & communitatis, sed Regnum hanc potestatem, non tribuit marito, sed vxori, quã voluit esse Regni hæredem, cum primum instituit, vt etiam fœmina per hæreditatem Regnum posideret: ergo illa, & nõ vir eius, habet talem potestatem.

Pro intelligentia quæstionis nota. Primò in casu dubij maritum Regem appellari, & tali nomine gaudere, vt patet ex vsu, & quia sic definitur, l. 9. tit. 1. part. 2. & lege si autem vxor, collat. 4. in authent. de consulib. & l. mulieris, C. de dignitatib. lib. 12. & colligitur, ex cap. ex parte, de foro competenti. Vbi è contra definitur, etiam vxorem Regis, Reginam debere appellari, sicut & vxor Imperatoris, Imperatrix nuncupatur, in l. Princeps, ff. de legib. & l. vene Azenone, C. de quadrien. præscipt. Quapropter hæc non est quæstio de nomine, sed de re ipsa. Vtrùm potestas Regia resideat in illo casu in solo marito, vel sola vxore, vel in vtroque. Secũdò not. fœminam, non esse incapacem iurisdictionis politicæ, vt habetur, cap. ex parte, 2. de priuilegijs. Aliàs enim irrationabile esset statuere, vt ad fœminam per hæreditatem Regnum deueniret. Si autẽ l. 3. tit. 15. part. 2. definitur vt si fœmina in pupillari ætate Regnum hæreditario iure obtinuerit, tutores Regni administrationem habeant, vsque ad ipsius Reginæ matrimonium, non ideò intenditur illam, numquam Regimen habere, ita vt ante matrimònium tutores sint Regni gubernatores, & post matrimoniũ maritus eius. Sed intenditur, quod quandiù pupilla est gubernent tutores eius, censetur autem pupilla, vsque ad matrimonium: namsi nõ nuberet cessaret tempus pupillare in vigesimo quinto anno, & tunc etiam non nupta gubernaret, quia si numquam nuberet, non ideò à Regni regimine excluditur.

Not. 1. *2. Not.*

Prima conclusio, in casu dubij potestas legislatiua, non pertinet ad maritum, & vxorem simul, nec diuisiue seorsum, nec complexiue simul. Hanc tenent Authores secundæ senten. & quos citabimus, concl. sequenti. Prima pars conclusionis, patet quia rationi naturali repugnat, vt in eodem Regno insolidum sint duo Reges, sicut nec in eodem corpore duo capita, vel duæ animæ, vel duo corda, Rex enim anima caput, & cor est Regni, vt ait Seneca, & latè Tiraquellus, tractat. de iure primogen. quæstion. 4. numer. 14. Secunda pars conclusionis etiam patet, quia si ad vtrumque simul complexiue pertinet, hæc potestas, multoties bono communi prouideri non poterit, vt si inter se, non conueniant, quid agendum sit. Si respondeatur, cum Lorca, tunc standum es- *Solutio. Lorca.*

Impug. se iusioni Reginæ. Contra quia, hoc est incidere, in secundam opinionem, quia sic semper impletur iusio Reginæ, & non Regis, nisi reginæ conformetur, & sic est ponere in illa, solum potestatem Regiam, quia ipsa semper faciet, quod voluerit.

2. Concl. Montall. Secunda conclusio, durante matrimonio ad solum maritum pertinet potestas Regia, & legislatiua. Hanc tenet Montalbus, l. 9. tit. 1. part. 1. & facit etiam, l. 2. ff. de Reg. iuris, in l. autem 9. prædicta sic habetur. *Verdaderamente es llamado Rey aquel que con derecho gana el señorio del Reyno, è puede ser ganar con derecho en estas quatro maneras. La primera quando por heredamiento hereda los Reynos el fyo mayor, &c. La tercera es, por casamiento, y esto es, quando alguno casa con dueña, que es heredera del Reyno, &c. Si lo ganan los Reyes en alguna de las maneras, que suso diximos, son dichos verdaderamente Reyes.* Si respondeatur cum contrarijs, ex hac lege tantum colligi maritum nominari Regem, non autem, quod in ipso sit potestas Regia, sicut & vxor Regis Regina appellatur, licet potestatem Regiam, non habeat. *Solutio.*

Impug. Contra arguit, quia pari ratione dicitur esse Regem per hæreditatem, & per matrimonium, sed per hæreditatem, non solum appellatur, sed est vere Rex: ergo etiam per matrimonium. Item, quia ex hac lege non probaretur hæredem esse Regem, amplius, quam maritum Reginæ hæredis: siquidem eodem modo loquitur de vtroque. Item, quia dicitur esse verè Regem, quod amplius est, quam Regis solum habere appellatio em. Item dicitur esse Regem, *por derecho*, quod idem insinuat. Secundo probatur conclusio, quia quando in iure aliquid expressum non est, per consimilem determinationem legum debet iudicari. Vt habetur ex lege non possunt, ff. de legibus. Sed quid in hac re, sit certum, non habetur expresse ex aliqua lege: ergo ex consimili debet determinari. Sed respectu dotis maritus est dispensator, & gubernator, & non mulier, licet in ipsa dominium dotis retineatur: ergo licet Regnum, non habeat in totum rationem dotis, vt probatur supra, habebit se tamen admodum dotis, quantum ad hoc, quod maritus sit gubernator illius. Tertiò probatur conclusio, contra lumen rationis est, quod caput non dominetur, sed maritus est caput mulieris: ergo mulier non debet dominari in Regnum, quia & in virum dominaretur. Minor patet, ex illo Genes. 3. Sub viri potestate eris, & quia vir est caput vxoris, 1. Corint. 11. Ideò, non permittitur mulieri loqui, sed subditam esse viro suo, cap. 14. & 1. Timo. 2. Non permittitur docere, nec dominari in virum. De quo videatur lege 2. ff. de Regulis iuris, & ibi Vlpianus. Si respondeatur, hæc debere intelligi, quantum ad regimen EAchonomicum familiæ, non autem quantum ad regimen polyticum, sic enim fœmina esse potest caput etiam viri sui. *Vlpian. Solut.* *Impug.* Contra arguitur, quia regimen EAchonomicum in familia Regia, maximam coniunctionem habet, & dependentiam à regimine polytico Regni: ergo ad eundem debet pertinere vnum, & alterum, aliàs enim, qualiter Regina poterit attendere ad bonum regimen Regni, si in sua domo disponere non poteit, quantum ad filiorum educationem, & apparatum familiæ, & alia, quæ cum facultate Regni debent cõmensurari. Confirmatur, quia tunc maritus non posset disponere, quæ ad familiam pertinent, quia proliuito vxor reclamaret, id ad regimen Regni, non expedire, & sic semper voluntas vxoris, etiam in regimine familiæ impleretur. Similiter, nec vxorem, nec filios corripere posset maritus, si vxori non placeret, quia ad hoc Regia potestate abuteretur. Item, nec maritus vxorem in adulterio deprehẽsam permisione legis occidere posset, quia non censendũ est legem permittere, vt subditus, ex aliqua causa suum Principem occidat, & tunc peioris conditionis esset Rex, quam sutor in zelo sui honoris.

Ad primum arg. primæ sententiæ respondetur, in illa lege 3. Tantum statui, vt tutores gubernent, vsque ad matrimonium Reginæ, & non amplius, quia iam cẽsetur nupta ad annos pubertatis peruenisse, vt possit gubernare, vel ipsa, vel maritus, vel vterque, quia de hoc nihil determinat illa lex, vnde nihil contra nos. *Ad 1. Argum.*

Ad secundum arg. respondetur, potius ex illo casu probari cõtra illam sententiam, quia pro bono pacis fuit pactum, vt vterque gubernaret. Quapropter, non ad vtrumque regimen pertinebat, aliàs pactum, non esset necessarium, sed cum ad alterum illorum pertineret regimen, in hoc fuit pactum, vt alterum in consortium regiminis admitteret. Quinam autem illorum, hanc potestatem haberet, diximus conclusione secunda, esse virum, & illum dicimus admisisse vxorem ad *Ad 2. Ar*

ad regimen, & non è contra, quia tamen ex hac solutione, adhuc sequitur ex nostra sententia, illud pactum fuisse iniquum, & contractus naturæ, secundum quod ad virum, tantum pertinet, & incommoda allata pro nostra sententia sequerentur, ideò. Secundò melius respond. illud pactum fuisse tantum in honorem reginæ, vt simul, cum Rege Chyrographũ daret, & imago vtriusque in moneta cuderetur, non tamen, quod regimen, & potestas esset in Regina, sed tantum in Rege. Quapropter in casu dissensionis sentẽtia Regũ erat validæ, Reginæ autẽ nullius momenti. Vndè Rex semper retinebat robur, & vires ad bonam gubernationem.

2. Solutio.

Ad 3. argum. Ad 3. arg. respondetur, quod ex societate matrimonij, non sequitur Regni regimen ad vtrumque pertinere, sed ad vnum tantum, sicut & regimen aliorum, quorum vxor est domina, quia licet illa dominium, non amittat, gubernatio tamen est apud virum, quia caput est mulieris, vt dictum est.

Ad 1. argum. 2. Sent. Ad 1. arg. secundæ sent. resp. quod licet Regnum, non habet rationẽ dotis (de quo poterat esse sua difficultas,) tamẽ quãtum ad hoc, quod à marito debeat gubernari, habet rationem, quasi dotis, & contra hoc nulla lex afferri potest.

Ad 2. argum. Ad 2. argumen. resp. quod Iuspatronatus retineri potest ab vxore, etiã quãtũ ad vsum, quia sine prejudicio iuris naturalis, & sine prejudicio potestatis viri supra vxorem, & supra familiam, regimen autẽ Regni retineri non potest, sine hoc præiudicio, vt diximus in secunda conclusione.

Ad 3. argum. Ad 3. arg. resp. quod cum vtrumque sit probabile, & regimen pertinere ad maritum, aut etiam ad vxorem, optimè potuit Regina intendere ipsam habere gubernationem, & ad compositionem vtriusque facere pactum prædictum, quia nos, non dicimus nostram sententiam esse euidẽtem, & oppositam, non esse probabilem, Reginaergo opinionem probabilem potuit intentare, nos autem opositam illius probabiliorem censemus, vt ostendimus, secunda conclusione.

Ad 4. argum. Ad 4. arg. resp. Regnum voluisse vxorem esse hæredem Regni, quantum ad futuram successionem, & quãtum ad regimen ipsa inupta, non autem, quod durante matrimonio, ipsa, & non maritus gubernaret, quia intendit tradere regnum fœminæ, cum conditionibus iuris naturæ, ius autem naturæ est, vt durante matrimonio maritus gubernet.

Secunda pars, tractatus de Potestate legis Ecclesiasticæ.

Dub. I.

Vtrùm in Ecclesia sit potestas ferendi leges Ecclesiasticas?

1. Sent. Hæretic. IN Hac re fuit sententia Hæreticorum asserentium partem negatiuam. Hãc tenent omnes Hæretici citati in prima parte, huius tractat. dub. 2, Et Præter illos Marsi. de Padua, lib. 6. cui titulus defensor pacis, & Ioann. Vbicheph. vt constat ex Conc. Constan. Sesio. 8. articul. 38. Asserẽte Epistolas decretales esse Apocriphas stultosq; esse, qui illis studeant, & Ioann. Hus, vt patet in eodem Concil. Sesion. 15. art. 15. Asserens obedientiam Ecclesiasticam esse inuentionem Sacerdotum, Melancton. in confessione Augustiana, art. 28. & in Apologia.

Padua. Vbicleph. Ioan. Hus. Melanc.

Arg. Hæc sentẽtia probatur, ab istis Hæreticis eisdem locis sacræ Scripturæ, quibus in illo dubio 2. citato huius articuli, nitebantur probare, non esse potestatem færendi leges ciuiles, quapropter hic solum addemus, in hoc dubio, quæ specialia sunt ad potestatem ferendi leges Ecclesiasticas.

Concl. Conclusio ergo sit de Fide. Quod in Ecclesia est potestas ferendi veras leges obligantes in conscientia. Hanc elucidant eleganter omnes Catholici, Scholastici. Soto 1, de iust. quæst. 6. art. 4. Victoria, relectio. 1. de potestate Ecclesiæ, Medina, 12. quæst. 95. art. 1. & Ioann. de Medina, C. de penit. tract. 3. quæstio. de necessitate ieiunij. D. Anton. 2. part. tit. 18. Adrianus, quodlib. 6. Rophensis contra Lutherum, Turrecremata, 2. sum. cap. 45. Driedo. 1. de liber. Christiana, à c. 1. vsque ad 9. Castro, de leg. pœna, cap. 4. & lib. 6. cõtra Hæres. verbo, Ecclesia, Hæresi, 3. Valentia, disput. 7. quæst. 5. punct. 2. & 7. Vazquez, dispuc. 152, cap. 2. Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 6. Bellar. 4. de Pontifice, cap. 16. & generaliter Theologi, 2. dist. 44. & in 4. dist. 16. & 18. Canonistę tit. de constit. & dist. 15. & 96. Sebastianus de Medicis, tract. de leg. p. 1. q. 8. Turrianus, 1. pro Can. Apostol. capit. 27. & libr. 4. pro Epistol. Pontificum, cap. 16. Lorinus, Actor. 15. Et probatur primò,

Soto. Victor. Medin. D. Anton. Adrian. Turrecre. Driedo. Castro. Vazquez. Azor. Bellar. Medicis. Turrian. Lorin.

ex sacra Scriptura, Matth. 16. Tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcumque ligaueris, &c. Imprimis clauis significat Principatum, cum apud Dominum vrbis, vel domus clauis habeatur. Et sic
Esa.22. intelligitur Esai.22. Dabo claues domus Dauid, super humerum eius. Hoc est dabo imperium domus Dauid, &c. Et Apo-
Apoc.1. calips. 1. Habet claues mortis, & inferni hoc est principatum mortis, & inferni. nomen etiam alligandi potestatem legislatiuam importat, iuxta illud Matth.
Matt.22. 23. Alligant onera grauia, & importabilia, idest leges incomportabiles imponunt, vt explicat Diu. Hieronim. Matth.
Matt.18. 18. Dicens ego, tibi dabo claues, & quod cumque ligaueris, &c. Potestatem legislatiuam pertinentem ad Principes Petro tribuit, vt in Ecclesia cuius instituitur caput, leges possit condere. Item probatur
Matt.16. ex illo, Matth. 16. Pasces oues meas.
D.Hier. quod verbum pasce in Græco. Idem est, quod Rege, & apud Hæbreos, pro eodem
Psal.22. habetur pascere, & Regere. Vndè Psal. 22. Dominus Regit me, in Hæbreo legi-
Psal.79. tur Dominus pascit me, & Psalm. 79. Qui Regis Israel intende, in Hæbreo legitur. Qui pascis: Cum ergo regimen sit per leges. (vt supra diximus.) Idem est pasce oues, Rege oues, atque legislatorem, ad regimen ipsum instituere. Item probatur
Luc.10. Luc. 10. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit, quod non solum intelligitur, quantum ad doctrinam, sed etiam quantum, ad præcepta, vt communiter ibi explicant Doctores, &
D.Cipria. D.Basil. Diu. Ciprian. lib. 4. Epistol. 9. Diu. Basil. in constitutio. Monaster. cap. 22. & 23. Item
Ioan.20. Ioann. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hoc est cum eadem potestate, vel ad idem opus, & ministerium, vt explicat
D.Chrisf. Theophi. D. Chrisost. & Theophi. Sed ministerium Christi fuit legislatoris: ergo hanc potestatem tribuit suis Discipulis. Minor
Psal.2. patet Psalm. 2. Dabo tibi gentes hæreditatem, & possessionem tuam terminos ter
Esai.33. ræ, Reges eos in virga ferrea, & Esai. 33.
Conc.Triden. Ipse est Rex noster ipse est Legifer noster, & sic definitur in Conc. Triden. Sessione. 6. Canon. 21. Christum non solum
Ioann.15 Mat. vlt. venisse in Redemptorem, sed etiam in legislatorem, quia vt ipse, ait Ioann. 15. & Matth. vltim. Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra. Quapropter Regnum Christi est perpetuum, vt dicitur Luc 1. Regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius, non erit finis vtique, quia ipso ascendente relicturus erat in Ecclesia potestatem Regiam, & legislatiuam in suis Vicarijs.

Secundò principaliter probatur conclusio, Apostoli de facto condiderunt leges, & imposuerunt præcepta multa: ergo adhoc habebant potestatem, & consequenter successores eius ad quos authoritas Apostolica deriuatur. Consequentia patet. Quia nullus audebit dicere, nisi impudentia hæretica Apostolos vsurpasse potestatem, quam non haberent. Antecedens verò probatur, 1. Corint. 4. Vultis
1.Cor.4. in virga veniam ad vos? nomine autem virgæ lex, & præceptum Intelligitur, vt diximus Psal. 2. Reges eos in virga ferrea, cũ enim lex habeat, & dirigere, & punire, ideò additectionem, vocatur virga, ad punitionẽ autem appellatur ferrea, videatur
D.Chrisf. Chrisf. 1. Cor. 7. & Aug. 1. cõtra epist. Par-
D.Aug. meniani, c. 1. & 2. de consensu Euang. c. 30. item 2. Cor. 13. Absens scripsi, vt nõ præsens durius agam: ecce qualiter comminatur per potestatem, quam vtique, vt necessum erat exercere solebat. Itẽ Acto.
Acto.15. 15. statuitur lex ab omnibus in vnũ Apostolis cõgregatis his verbis, visum est Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorũ & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Nomine oneris præceptum significat, & asserit nihil vltra. &c. Vt insinuet amplã habere potestatem ad amplius præcipiendum, tantũ autem tũc velle præcipere sub mortali (hoc enim vocat ueceſſarium) vt abstineant, &c. Non solum hoc præceptum obligabat exterius propter scandalũ, sed etiã in secreto, quia per hoc voluerũt eradicare superstitionem gentiũ de comestione auium. laqueo compræhensarũ, vt notabit D. Th. vel quia hæc tamquam pre-
D.Thom tiosa dijs sacrificabantur, vt asserit Turria-
Turrian. nus 1. procan. c. 5. & lib. 6. cõsti. Apost. Clementis c. 12. & 20. Aut ad copulationẽ Iudeorum, & gentiũ, vt ait Medin. q.
Medin. 95. art. 1. Aut etiam hæc prohibita sunt, vt ocasio tolleretur redeũdi ad idolatriã. Fornicatio autem licet iure diuino sit prohibita, quia tamẽ hoc nõ erat omnibus notum lege positiua præcipitur. Bene enim potest lege humana præcipi, aliàs lege diuina præceptũ, & vt hoc notescat, nõ solũ declarare, quę lege diuina prohibita erãt, sed etiã præcipere, vt fornicatio, & suffocata, & immolata propter scãdalũ, & ideò asserit Cõciliũ visum est Spiritui Sãcto & nobis, vt manifestũ fiat præter præceptum diuinũ, super addi humanũ, istud autẽ præ-

ceptum

ceptum Dei dolot 1.Cor.8.& 10. cessauit Procorintis, vel quia ex dispẽsatione Apostolorum, non fuit eis promulgatũ, vel quia non extabat causa illius superstitionis, qua ratione, nec iam nostris temporibus extat.

Tertiò principaliter probatur conclusio, quia Ecclesia etiã hanc potestatẽ exercuit condendo legem prohibentem vigamũ ordinari, sumendo inicium, ex Paul. 1.Cor.8.& c.10.1.Tim.2. Pleniq; sunt Canones Apostolorum, cõcilia, decreta, & decretales, & clementinæ, & extrauagãtes præceptorum, quæ à Deo non sunt imposita, clare enim D.Paul. distinguit inter præcepta à Deo, & præcepta ab Ecclesia, 1.Cor.7.& 11.& 1.Thess.4.& 1.Tim. 3.& ad Titum 1. Quartò probatur cõclusio, ex Concilijs in quibus hæc veritas est definita in Conc. Colt. Sess. 5.& 8.& 13. & in Bulla Leon. X. contra Luther. art. 27. Quæ Bulla habetur tom. 5. Conc. & in Trid. Sess. 6. Can. 20.& Sess. 7. Can. 8. & in Conc. Vienensi, relato in Clement. ad nostrum. de hæreticis, & in Conc Calcedonen. actio. 5. & in Conc. Romano, sub Hilar. 1. Can. 1. & in 6. Synodo, act. 4. & in 8. Synodo, act. 1. & in Tolletano, 3. Can. 1. & in Florentino invnione armenorũ. Quintò probatur authoritate Sanctorũ, nam id docet Aug. epist. 154. & lib. 32. cõtra Faustum, c. 13. & ser. 42. & 46. de verbis domini, Tertull. in apoleg. c. 9. Orig. 8. contra Celsum, Ciril. Ierosolimitanus, catechesi. 4. Euseb. 4. hist. c. 1. insi. Cipria. lib. 1. epist. 3. & 11. libr. 4. epist. 9. Cris. 2. de Sacerdotio, & epist. 1. ad Innocen. & ho. 70. ad Pop. Damasus. c. violatores, 15. q. 1. D. Ber. lib. de præcepto, & dispen. Sextò probatur ratione, nã supremi Principes, & gubernatores habent potestatem legislatiuã, sed in Ecclesia sunt etiã supremi Principes, & gubernatores: ergo etiam in Ecclesia est potestas legislatiua. Maior est Aris. 7. poli, c. 6.& 9.& Plato, 2. de repu. & 8. de legibus, & supra patuit, cum de potestate ciuile ageremus. Minor verò, patet Matth. 23. Rom. 13. 1. Petri 2.& 5. ad Ephes, 4.& 1.Cor. 12. & maxime hoc patet de Summo Pontifice, ex c. quanto, de translat. & c. 1. vt Ecclesiastica beneficia, & c. Imperator, & c. duo sunt, dist. 96.& c. quoniam. dist. 10. Quapropter Sumus Pontifex, & Imperator appellantur duo luminaria, & Papa appellatur luminare maius, in c. nouit, de iudicijs, & c. duo sunt, 12, q. 1. Acproinde dicitur superiorem, non agnoscere super terram, in cap. patet, & c. nemo, & c. aliorum, & cap. cuncta per modum, 9. quæst. 3. Et sic solutus est ab omni lege, vt videre est ex multis iuribus, & Iuristis, quos citat Salas tract. 14. disputat. 8. Sesion. 1. Septimò probatur, quia sic se habet Ecclesia, ad finem sepernaturalem, sicut respublica ciuilis, ad finem naturalem, sed in republica ciuili, non sufficit lex naturalis, ad finem naturalem, sed vltra requiruntur leges humanę, (vt supra diximus:) ergo in Ecclesia, nõ sufficit lex diuina, ad finem supernaturalem, sed vltra necessariæ erunt leges humanæ. Eo vel maximè, quod in multis lex diuina præcipit in communi, vt de confessione communione, &c. Et sic necessaria est lex humana Ecclesiastica determinans tempus, aut locum talis præcepti diuini. De quo D. August. epist. 118. c. 6. Alia multa adduci possent, ad probationem huius conclusionis, quæ diximus, dubio 2. huius art. de lege ciuili. Quia proportionabiliter loquendum est de lege ciuili, & Ecclesiastica, sed ne eadem repetamus, ibi videantur: qualiter autem cum huiusmodi legibus Ecclesiasticis, stet simul libertas Christiana, vide loco citato, & in Medina, infra quæst. 95. art. 1. Vbi optimè loquitur, de hac quæstione, explicans qualiter, etiam legibus humanis superadditis, adhuc lex Euangelica suauior est, tum quia in lege veteri, secundum Rabi, Moysem erant ducenta, & decem & octo præcepta affirmatiua, secundum numerum membrorum hominis. Trecenta autem, & sexaginta quinque præcepta negatiua, secundum numerum dierum anni, cessantibus ergo tot præceptis cæremonialibus, & solum moralibus, remanentibus, superadditis solum præceptis Fidei, & Sacramentorum, lex Christi suauior mansit. Verum est superadidisse Christum præcepta perfectissima dilectionis, humilitatis, pacientiæ, beneficientiæ, inimicorum, vetase que explicitè motus internos concupiscentiæ, & alia difficilima huiusmodi, quia antiquos vt parbulos, nos autem, vt perfectos habere voluit. Nihilominus, adhuc lex nostra iugum suaue est, quia est lex gratiæ, qua omnia facilitantur, lex enim per Moysem, gratia autem in lege noua per Christum facta est, & Spiritus Sanctus, qui dedit legem scriptam, non tabullis, minus quam cordis nostri, cum sit vnctio facit suauem implectionem præceptorum, amor enim, & Charitas omnia suffert, & parum apparere facit etiam difficilima. Eo,

1.Cor.8. & cap.10. *2.Cor.7. Et cap.10. Et cap.11 1.Thes.4 1.Tim.3. Ad Tit.1 Concil.Cõstan. Bulla Leonis. Concil.Triden. Concil.Vienen. Concil.Calden. Concil.Roman. Cyril. Tolletan. Floren. D.Aug. Tertul. Ieros. Cessa. Ciprian. Chris. Damas. D.Ber. Arist. Plato. Matt.23. Rom.13. 1.Petr.2. & 5. Ad Ephe. 4. 1.Cor.12* *Salas.* *D.Aug.* *Medina.*

vel maximè, quod iam lex nostra, non vtcumque onus, sed iugum est, in quo ad portandum duo copulantur, quia vt ait Paulus, non ego solus, sed gratia Dei mecum, imò & ipse Christus nobis, comfert pondus, & amplius super ipsum, quã super nos tum exemplo suæ patientiæ. Tum etiam per Spiritum Sanctum adiubans infirmitatem nostram, auxilia vberrima conferendo, ratione quorum opus virtutis magis Dei est, quam nostri, quia nihil operatur homo, quod nõ faciat Deus, vt faciat homo, & multa Deus in homine faciat ad bonam operationem, quæ homo non facit, cum tamen integrum præmium vellit esse nostrũ, licet opus fuerit vtriusque, quia vt ait Aug. in hoc maximè Dei misericordia resplendet, quod nostra vult esse merita, quæ ipsius sunt dona.

D. Aug.

2. Concl. Secunda conclusio, hæc potestas Ecclesiastica (præter ciuilem) ad condendas leges, etiam fuit in puris naturæ, & in natura integra, & in statu legis naturæ, post lapsum, & in l. scripta. Hanc docet Victoria, relect. 1. de potest. Eccles. quæst. 3. & 4. Prima pars probatur clarè, quia solum lumine naturæ cognoscitur immortalitas animæ, & finis, in altera vita consequendus: ergo in ordine, ad hunc finem præter potestatem ciuilem ordinatam ad finem naturalem societatis, & communitatis, in hac vita requireretur, etiam potestas gubernatiua, & legislatiua in ordine, ad finẽ alterius vitæ. Secundò etiam probatur, quia virtus moralis religionis pertinebat ad statum puræ naturæ: siquidem tunc cognosceretur lumine naturæ Deum esse colendum, aliàs enim non redargueret Paulus, solo lumine naturali prædictos, quod Deum, non sicut Deum glorificassen, si solo lumine naturæ ipsum colendum non cognoscerent. Hac enim solaratione manifestat illos inexcusabiles, quia habent opus legis scriptum in cordibus suis: ergo ad talem cultum rectè, & ordinatè, & reuerenter faciendum necessum erat ministros instituere, & ritus, & cæremonias statuere, omnesque ad talẽ cultũ obligare, leges imponendo, & oppositum faciẽtibus pœnas taxando. Secunda pars conclusionis est manifesta, quia in statu innocentiæ erat clarior cognitio prædictorum, ac per consequens, natura rectificata melius de necessarijs, ad prædictum finem debebat prouidere. Tertia etiam pars, patet, quia in lege naturæ, etiam post lapsum naturalia integra permanserunt, & lumen naturæ, licet sit obscuratum, non tamẽ ablatum. Quapropter, & prædicta cognitio, in illo statu remãsit, & consequẽter potestas ad condẽdũ leges de huiusmodi, & ex sacra Scriptura Sacerdotes tunc fuisse colligitur, Gen. 4. colligitur Abel fuisse Sacerdotem, quia vt ait Paulus ad Hæb. 11. acceptum sacrificium Deo abtulit, & hoc asserit Aug. lib. 5. ad Orosium, item Melchisedech, erat Dei Sacerdos, vt habetur Gen. 14. ita vt Psal. 109. & ad Hæbr. 6. Christus dicatur Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. Et denique, vt multi asserunt in illo statu omnes primogeniti erant Sacerdotes, & per tempus, etiam simul erat potestas ciuilis, & Ecclesiastica, quia idem erat Rex, & Sacerdos. Alio vero tempore vna ab altera potestate erat separata; itaque licet aliqui asserãt ex speciali instinctu Dei, institutam fuisse hanc potestatem in statu innocentiæ, & postea derinatam fuisse ad statum naturæ lapsæ, melius tamen dicitur: hanc ex natura rei habere communitatem, & illam tribuisse pro sua voluntate aliquibus institutis in Sacerdotes, & ministros specialis cultus Dei proporcionati illi statui, & hoc à deò apparet verum, quod etiam ipsi Gentiles falsos Deos adorantes, pro compẽrto haberent instituendos esse Sacerdotes, & ordinandum cultum, ad hoc suadente ipsa natura, latè prosequitur Alex. ab Alexan. 2. dierum genial, c. 8. & Tiraq. & D. Tho. quæst. 99. art. 3. Quarta pars de statu legis scriptæ, est contra aliquos asserentes, tunc Sacerdotes posse imponere præcepta in iudicio, iuxta illud Deut. 17. qui superbierit nollẽs obedire Sacerdotis imperio moriatur, non tamen posse condere leges, & statuta perpetua, quæ per mortem illorũ, non spirarent, quia cum tot essent leges à Deo, nollùit aliàs à Principibus imponi, & hoc insinuat illud Deut. 4. non addetis verbum, &c. & Matth. 15. vbi traditiones seniorum repræhenduntur, hoc tenet D. Chrys. super hũc locum hom. 52. Nostra tamẽ pars cõclusionis probatur, quia multæ huiusmodi leges inueniuntur conditæ in illo statu, vt patet Hæster. 9. Iudit. vlt. 1. Reg. 10. Deut. 4. & 5. & 12. & ratio probans, hãc potestatem in alijs statibus, etiã probat in isto, videatur Valent. disp. 6. q. 5. punct. 7. Bellar. 4. de Ponti. cap. 16. & præ omnibus D. Th. ad Gal. 1. lect. 3. vbi hoc probat ex illo paternarũ mearũ traditionũ emulator existẽs. Verũ est hanc potestatem, nõ adeo esse amplã, & excellentem, sicut in lege Euãgelica collata est, de quo Sal. tract. 14. disp. 8. sect. 2. in fin.

Victoria. 1. Pars probat.

2. Pars probatur.

Gen. 4. Ad Heb. 11. Gen. 14. Psal. 109. Ad He. 6.

Alex. Tiraq. D. Thom.

Deut. 17.

Deut. 4.

D. Chris.

Hæster. 9. Iud. vlt. 1. Reg. 10. Deu. 4 & 5. & 12. Valen. D. Thom. Salas.

Dub. II.

Dub. II.

Vtrùm potestas Ecclesiastica condendi leges, collata sit à Deo aliquibus personis in particulari?

1.Conc. PRIMA conclusio. Hæc potestas immediate fuit collata Petro à Christo

Matt.16. Domino, hęc est de Fide ex illo Matth.16. Tibi dabo claues Regni cœlorũ, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cœlis. Habere enim claues principatum significat, & potestatem more ciuitatum, quarum claues Principi traduntur in recognitionem potestatis illius. Et idem insinuat verbum ligandi, & soluendi, quod pertinet ad potestatem iu

Ioan. 21. risdictionis, patet etiam Ioann. 21. Pasce oues meas, pascere enim idem est, quod re

Psalm. 2. gere, vt patet Psal. 2. Reges eos in virga ferrea, vbi in Hebreo habetur pasces eos,

Isai.44. &c. Et Isai. 44. Qui dico Ciro pastor meus

2. Reg. 5. es tu, id est Princeps meus. Et 2. Reg. 5. Tu pasces populum meum Israel, & eris Princeps super eum, pro eodem accipit pascere, & regere vt Princeps, & certe in Greco illud verbum pasce oues significat, idem quod pascere regendo, & præsidendo, sed de vtroque loco Mat. & Ioan.

Bellarm. videatur Bellarm. 1. de Pontific. cap. 10. Et de inceps, qui eleganter explicat ex illis potestatem iurisdictionis Diui Petri.

2.Concl. Secunda conclusio. Hæc potestas, etiam fuit collata, cæteris Apostolis immediate à Christo Domino supra totam Ecclesiam, non tamen, tam perfecta fuit in illis sicut in Petro, hæc ponitur contra Tur

Contra Turrecrematã & Iacobarium. recrematam, 2, sum. cap. 54. & Iacobariũ 10. de Concilijs, art. 7. Asserentes talem potestatem Apostolos habuisse immediate à D. Petro, nostram tamen conclusionẽ

Victoria. Caietan. Soto. D. Bonau. Albert. Durand. Bellarm. Suarez. Salas. tenet Victoria, relect. 2. de potestat. Eccles. q. 2. num. 9. Caiet. tract. de authoritate Papæ, & Concilij, cap. 3. Soto, 4. d. 20. q. 1. art. 2. D. Bonau. Albe. Dur. & alij, 4. d. 18. & 20. & Bellarm. vbi sup. cap. 23. Suarez, 3. p. tom. 4. disp. 16. sect. 3. num. 30. Salas tract. 14. disp. 8. sect. 3. & alij quos ipse citat, & probatur, Mat. 18.

Matt.18. Quæcumque ligaueritis, &c. Vbi eodem modo loquitur omnibus, atque locutus fuerat Petro: quapropter si in consimilibus verbis hanc potestatem tribuit Petro similiter contulit eisdem verbis cæteris Apostolis. item Ioan. 20. Sicut misit me pa

Ioan. 20. ter, & ego mito vos, id est cum eadem potestate, tamquam mei Vicarios, & Legatos, vt explicatur 2. Cor. 5. Pro Christo

2. Cor. 5. legatione fungimur, item Matth. vltim.

Matt. vlt. Eundes in mundum vniuersum, &c. Vbi non solum tribuit potestatem doctrinæ. sed etiam regiminis, iuxta illud 2. Corint.

2. Cor. 11. 11. Instantia mea, quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum, quod etiam hanc potestatem non à Petro, sed à Christo Apostoli habuerint immediate, videtur clare docere, Diu. Paul. 1. Cor. 4. & 2. Cor.

1. Cor. 4. 10. & 13. & 1. Thes. 4. & ad Gal. 1. Vbi

2. Cor. 10. & 13. statim, vt fuit conuersus non venit Ieroso-

Ad Thes. 4. limam, sed abijt in Arabiam, vbique prædicans, & Ecclesiam gubernans, tamquã

Ad Gal. 1. qui immediate à Christo potestatem acceperat. Post annos autem tres venit Ierosolimam conferre, cum Apostolis suam doctrinam, vt conferret, nõ vt ab eis, vel à Petro licentiam, vel potestatem (quam iam sine ipsis consultis exercuerat) acciperet. Patet etiam in Matthia, qui à Deo electus per interuentum orationum Apostolorum, statim annumeratus est vndecim Apostolis, tamquã equalẽ habens potestatem à Christo eligente, quia nulla alia mẽtio fit de potestate illius, & enumeratione inter alios, quam quod à Deo sit electus. Videturque hæc conclusio haberi, cap. loquitur dominus 24. q. 1. ex D. Ciprian. lib. de vnitate Ecclesiæ, & capit. in nouo

Ciprian. 21. ex Anacleto epist. ad omnes Episcop.

Anacl. Italiæ. Secundò probatur conclusio, ratione, Apostoli immediate sunt electi à Christo ad dignitatem Apostolicam, sed ad illam expectat potestas gubernatiua supra totam Ecclesiam: ergo hanc habent immediate à Christo, à quo habent immediate dignitatem Apostolicam, maior patet Luc. 6. Elegit duodecim ex ipsis, quos

Luc. 6. Ioan. 6. & Apostolos nominauit, Ioann. 6. Nonne ego vos duodecim elegi? Minor verò probatur ex gestis Pauli, qui 1. Cor. 5.

1. Cor. 5. 6. 7. 11. & 14. ex communicat, & capit. 6. & 7. & 11. & 14. Leges constituit, quod non faceret si per dignitatem Apostolicam id facere nõ posset, item patet, quia dignitas Apostolica est suprema in Ecclesia, vt patet ad Ephes. 4. Quosdam quidem posuit in Ec-

Ad. Eph. 4. clesia primũ Apostolos deinde Prophetas, de quo videatur D. Thom. 1. Corint.

D. Thom. 12. Quapropter ad ipsos debet pertinere potestas gubernatiua, quia vt supra diximus, potestas gubernatiua, & legislatiua ad supremos gubernatores pertinet. Et si

Obiect. fiat arg. quod fuerunt Apostoli ante consecrationem electi, quia consecrati sunt
Conc. Tri. in cœna, vt docet Concil. Trid. session. 22. cap. 1. Ergo ad dignitatem Apostolicam, non pertinet talis potestas, quia non est dicẽdum habere illam antequã essent
Solutio. Sacerdotes. Resp. Potestatem iurisdictionis posse haberi ante consecrationem, vt patet in Episcopis, & ipso Sumo Pontifice. Secunda pars conclusionis. Quod hęc potestas non sit tam perfecta in alijs Apostolis, sicut in Petro patet, quia in Petro fuit, vt in capite, & in alijs, vt membris, non enim solum fuit caput Petrus aliorũ,
D. Cipr. sed etiam Apostolorum, vt docet D. Ci-
D. Aug. prian. loco citato, & Aug. tract. 123. in Ioann. & 1. de pacientia Christiana, cap.
D. Hier. 17. D. Hieron. 1. contra Iouinia, D. Leo
D. Leo. serm. 3. Assumptionis suæ, & patet ex illo pasce oues meas, nomine enim ouium Apostoli significantur, cæteri enim agni sunt quibus Apostoli, vt paruulis lac dederunt, dicitur ergo Petro pasce agnos meos, & rursus pasce oues meas, quia ad illum pertinet non solum agnos, sed & oues Apostolorum pascere, tamquam omnium caput. ad cæteros, verò Apostolos pertinet pascere solum agnos, non autem oues: quapropter, nec supra Petrum, nec ad inuicem habent potestatem, Petrus autem supra omnes, vndè potuit illos cogere ad Concilium, vel ex causa potestatem restringere, vel factum ab alijs disoluere. Quapropter errauit glos. ca. in nouo 21.
D. Cipr. asserens Petrum electum fuisse ab Apostolis, & D. Ciprian. Asserens omnes Apostolos habuisse parem potestatem, intelligendus est, quantum ad extensionem supra totam Ecclesiam, non autem comparatione ad inuicem, quia vt diximus, habuit Petrus supra reliquos Apostolos, & gesta illorum, non autem è contra.

3. Concl. Tertia conclusio. Hanc potestatem nõ habuerunt septuaginta duo Discipuli,
Victor. Bellar. hanc docet Victoria relect. 2. de potest. Eccles. q. 2. nu. 12. & Bellarm. 1. de cler. cap. 14. & patet. Quia quando Apostolis tribuit hanc potestatem soli erant, & septuaginta aberant vtique, vt denotaret solis Apostolis tribuere hanc potestatem, item probatur, quia multi ex septuaginta, etiam post ascensum Christi manserũt Leuitæ, vt patet Acto. 4. & 8. Non autẽ credendum est tribuere Christum potestatem, ita amplam, quibus Sacerdotiũ non parabat, si enim Apostolis prius tribuit hanc potestatem, fuit per modum incoationis, tendens ad consecrationem Sacerdotum, quam postea consumauit.

Quarta conclusio. Sumus Pontifex, qui & Papa, habet potestatem legislatiuam, supra totam Ecclesiam immediate à Christo Domino, hæc est de Fide, definita in Conc. Florent. session. vlt. & in Lugdunensi, cap. vbi periculum, de election. §. cæterum, Bonifatius, cap. vnam sanctã, de maiorit. & obed. & in Trid. sessio. 24. cap. 7. Anaclet. epist. 3. ad omnes Episc. cap. 3. vt refertur cap. 2. Sacrosancta Romana 22. Leo 1. serm. de anniuersario Assumptionis suæ, Athan. Epist. ad Felicem Papam, Christ. 2. De Sacerdo. Estque cõmunis consensus Ecclesiæ, & patet ex locis quibus probauimus potestatem collatam fuisse Petro, quia in illis non solum fit sermo ad personam Petri, sed ad officium, & successores illius, vt est videre in omnibus Catholicis interprætibus. & sic explicantur ab Anacleto loco citato, & Gelasio cap. quamuis 22. & Innocent. 1. Epist. 26. ad Concilium Mileui, quæ est 93. inter Epist. D. Aug. & refertur capit. quoties 24. q. 1. & cap. nouit de iudicijs, & cap. quanto, & ca. licet, videantur plura in Bellarm. 2. de Pont. cap. 12. Et ratione probatur, quia regimen Ecclesiæ est Monarchicum, cum debeat esse perfectissimum, & tale sit Monarchicum, sed Monarchia, vt supra diximus regit mediante vno capite: ergo tale assignandum est in Ecclesia, & nullum aliud assignari potest nisi Papa. Quod autem hanc habeat immediate à Christo patet, quia non potest assignari, à quo alio, non quidem ab Ecclesia, quæ nullam talem potestatẽ habet, vt infra explicabitur, nõ etiã à D. Petro, quia tunc esset Vicarius Petri, & non Christi immediate, appellatur autem semper successor Petri, sed Vicarius Christi, ergo à Christo immediare habet potestatem, itaque ad esse hunc hominem Papam, & concurrit Ecclesia eligendo. Et D. Petrus designando suam Sedem esse Romanam, quia nisi eligatur Episcopus Romanus, non erit successor Petri: sic tamen electus successor Petri in Sede Romana, non ab Ecclesia eligente, nec à Petro Sedem designante, sed à Deo immediate habet potestatem illam conferente successori Petri, Ecclesia tamen eligẽs, & Petrus Sedem designans concurrunt materialiter ad esse successorem, & in hoc sensu intelligendus est Adrianus Papa Epist. ad Imperatores, vt refertur in septima synodo generali, actione 2. Dicens ab ipso Redemptore mundi beato Petro

4. Concl. *Con. Flor.* *Lugdun.* *Bonifat.* *Trid.* *Anaclet.* *D. Leo.* *D. Atha.* *D. Chris.* *Anaclet.* *Gelas.* *Innocent.* *D. Aug.* *Bellar.* *Adrian.*

Apos-

Apostolo principatus, ac potestas data est, vt per eũdem Apostolum Catholica, & Apostolica Ecclesia Romana, vsque actenus tenet principatum, & potestatis
Corol. authoritatem, & ex dictis sequitur. vt postea dicemus Papam, nec à Concilio, nec à Cardinalibus, nec ab vllo alio dependere ad legem ferendam, & quomodocumque à prædictis latam posse reuocare: qua propter decepti sunt multi Canonistæ asserents Papam, non posse legem ferre sine cõsilio Cardinalium, quia prior est potestas Papæ Cardinalibus, quos ipse iure humano constituit, & prius non dependet à posteriori, item quia talis dependentia nullibi insinuatur in sacra Scriptura, sed absolute, & sine dependentia Petro, & successoribus eius confertur.

5.Concl. Quinta conclusio Episcopi habeãt potestatem legislatiuam in sua diœcesi immediate communicatam à Christo Domino subordinatam, tamen Sumo Pontifici,
Mat. 18. prima, & secunda pars simul probatur, ex illo Matth. 18. Quæcumque ligaueritis, &c. In quibus non solum loquitur cum Apostolis, sed etiam cum successoribus eorum, vt diximus, etiam de Petro, non enim aliter loquitur, cum Petro, atque cũ cæteris Apostolis, vt verba ad Petrum intelligantur de eius successoribus, & nõ verba tacta ad reliquos Apostolos. Item etiam ex illo cic Ecclesiæ, vbi nomine Ecclesiæ Episcopi significantur, in quibus residet potestas excommunicandi,
Ioan.Pap. quapropter Ioannes Papa, cap. visis 16. q.2. excommunicationem appellat fœlicem Episcopi mucronem, & idem docet
D.Aug. Aug. lib. de correp. & grac. cap. 15. vt refertur, cap. corripiantur 24. q. 3. item etiã
Actor. 20 ex illo acto. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei,
Ad Ephes. 4. item ad Ephes. 4. Dedit quo dam Apostolos alios Prophetas, alios pastores, vbi
D.Hier. per pastores intelligit Episcopos, D. Hie
Conc. Tri. ronym. item ex Conc. Trid. sessio. 23. can. 6. Dicente in Ecclesia esse Hierarchiam diuina ordinatione institutã, quæ constat ex Episcopis Præsbiteris, & ministris. Secundo probatur conclusio au-
D. Dion. thoritate sanctorum, nã id docet D. Dionisi. de Ecclesias Hierarc. cap. 6. Cipria.
D.Bern. lib. 3. epis. 6. ad Rogatianum, D. Bern. 3. de consideratione ad Euge. Tertiò probatur authoritate Theologorum principalium illam asserentium, nam illam tenet
Victor. Petr. de So to. Victor. relect. 11. de potest. Eccles. q. 2. principali, à num. 27. Petrus de Soto, q. 2. de confes. Domin. Soto, 4. d. 18. q. 4. art. 2. & d. 21. q. 2. art. 4. & d. 22. q. 2. art. 1. con. 2. Maior 4. d. 17. q. 2. Castro 2. de iusta hære. puni. capit. 24. Vazquez hic disp. 152. cap. 3. num. 28. Salas tract. 14. disp. 8. sect. 4. Lorca disp. 12. Quartò probatur ratione. Episcopi sunt Principes Ecclesiæ, sed vt supra diximus, ad Principes supremos pertinet potestas legislatiua, ergo etiam ad Episcopos, maior patet ex illo Psal. 44. Constitues eos Principes super omnem terram, vbi secundum communem explicationem loquitur de Apostolis, & successoribus eius, qui sunt Episcopi, sup. quem locum videatur D. Thom. Dicens Apostolos. & Episcopos vocari Principes, quia habent potestatẽ gubernandi Ecclesiam, & dicuntur constituti à Christo, non à se ipsis, iuxta illud Ioann. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quintò probatur. Episcopi sunt successores Apostolorum, ergo habẽt potestatem, quam sui prædecessores, & ab eodem communicatam. hoc enim est alteri succedere, nam si à Priori haberet potestatem, & non ab eodem, à quo illam habebat Prior, non esset successor Prioris, sed Vicarius eius, antecedẽs verò probatur, ex Concilio Florentino, in instruc. armen. & Trid. sessio. 23. cap. 4. & Anacleto cap. in nouo 21. Vrban. 1. cap. videntis 12. q. 1. Vrban. 2. cap. quorum vices 28. & Aug. in illud Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Sextò probatur. Quia in Asia, & Africa multi sunt Episcopi, quos Papa non creauit, quibus tamen protestas prædicta non est denegãda, item quia si à Papa potestatem haberent posset illam auferre pro libito, & absque causa, quod nullus somniauit. Item mortuo Papa cessaret potestas Episcoporum, quos creauit contra communem consensum Ecclesiæ, item à posteriori patet, quia Papa Episcopos appellat fratres, qua si ab eodẽ Christo potestatem recipiant, si enim à Papa potestatem haberent, filios appellaret. Diximus autẽ hanc potestatẽ habere in sua diœcesi, & non in toto mũdo, quia nõ sunt successores quã ũ ad dignitatem Apostolicam, sed quantum ad Episcopalem. Iurisdictio autem, supra totũ orbem Apostolis conueniebat ratione dignitatis Apostolicæ, quæ ab illis deriuata non est. Vltima pars conclusionis, quod hanc potestatem Episcopi habeant subordinatam Papæ patet, quia si vt diximus secunda conclusione, etiam Apostoli habuerunt illam sub ordinatam Petro

Dom. Sot. Maior. Castro. Vazquez. Salas. Lorca. *Psal. 44.* *D. Thom.* *Ioan. 15.* *Conc. Flor. Trid. Anacleti. Vrban. D. Aug. Psal. 44.* *2. Pars cõclus.*

à for-

à fortiori Episcopi ipsi Papæ, vt Papa possit restringere, vel reseruare, vel reuocare, prout oportuerit, & sibi visum fuerit. Et si contra facias arg. Quod licet Episcopi sint Principes, sunt tamen subiecti, vt modo diximus, ergo non habent potestatem legislatiuam, patet consequentia, quia hac ratione supra diximus, Comites, & Marchiones, & alios Principes subiectos, legislatores non esse in Republica ciuili. Resp. Illos Principes seculares non habere talem potestatem, quia nullus eis com.sit illam, nec Rex, nec Respublica, quæ solum supremis Principibus iam cõtulit, assignauimus autem qualiter Episcopi habeant talem potestatem à Christo immediate, licet Papæ subordinatam,

Obiectio.

Solutio.

Contraria sen.

D.Bon. Albert. Ioann.Medin. Cordub. Couarr. Gabriel. Valentia. Suar. hac sent. p. 6. n.& 2.

Sed contrariam sententiam. Tuentur auctores, etiam graues, D.Bonau. & Albertus supra citati, Cai. tom. 3. opusc. 1. c. 3. §. si autem, & capit. 4. §. authoritates, Ioann. de Medin. C. de confes. q. 39. Cordub a lib. 4. q. 14. Couarr. reg. peccat. p. 2. §. 9. à num. 6. Gabriel lect. 43. sup. can. Valencia disp. 1. q. 1. de obiecto fidei, pũto 7. Suarez 3. p. tom. 4. disp. 25. sect. 1. & tom. 5. disp. 1. sect. 2. n. 7. & l. b. 4. de legib. cap. 4. à num. 2.

1. Arg.

Hanc sententiam probant primo ex illo Num. 11. Quod spiritus Moysis cõmunicatus est septuaginta senioribus, quod explicat D. Leo de potestate deribanda à Papa alijs Prælatis, epist. 88.

2. Arg.

Secundo, quia regime Ecclesiæ est Monarchicum, & debet reduci ad vnum caput, quod non fieret nisi omnis potestas manaret à Papa.

3. Arg.

Tertiò, quia si non deribatur à Papa, vndè habebit ille Episcopus ista opida, & alius alia, maiorem, vel minorem districtum? Quartò, quia Papa non posset talẽ potestatem Episcoporum auferre restringere, aut mutare. Quintò, quia non est locus sacræ Scripturæ, ex quo probetur, quia si id probaretur ex illo, Matth. 18. Quæcumque ligaueritis, &c. Etiam probaretur Episcopos habere potestatem supra totum orbem, quam in illo loco contulit Apostolis. Sextò, quia Papa increandis Episcopis, vtitur hijs verbis, prouidemus tali Ecclesiæ de tali persona, & præfecimus eam in patrem, & pastorem, comitentes ei administrationem in temporalibus, & spiritualibus. Septimò, quia id docet Ciprian. lib. de vnitate Eccles. & D. Leo ser. 3. Assumptionis suæ, & epis. 89. ad Episcopos Vienenses relata, capit. ita dominus, 19. dist.

4. Arg.

5. Arg.

6. Arg.

His tamen non obstantibus, nostra sententia firmiora habet fundamenta, & ista arg. facilem habent solutionem. Ad primum resp. & similiter ad secundum, tantum probare Papam esse primum caput, cui alia subordinantur, & à quo possunt moderari, & limitari, vt diximus non autem, quod ab illo immediate habeant potestatem. Ad Tertium resp. Papam posse determinare subditos, & populus Episcopatus, quod pertinet ad materiale iurisdictionis, Formaliter autem iurisdictio, est à Deo illam efficiente, & idem contingit in parrocho respectu Episcopi, designare enim sacerdotem huic parrochiæ, nõ est illi tribuere iurisdictionem, sed materiã, circa quam exerceat iurisdictionem, quã habet parrochus iure diuino. Ad quartũ resp. Sufficere subordinationem Episcoporum, vt Papa possit restringere authoritatem illorum, vel reuocare ex causa, vt dictum est. Ad quintum resp. Ex illis locis colligi potestatẽ Episcoporũ, non esse supra totum orbem, quia non succedunt in Apostolatu, sed supra suam Diœcesim, cui designantur Episcopi, quia in Episcopatu succedunt, vt dictum est. Ad Sextũ resp. Merito Papam vti illis verbis, vt Episcopus sit certus, quia cum tantũ sit probabile habere potestatem immediate à Christo, si hoc non esset in re verum sequeretur in re non esse Episcopum, si à Papa non institueretur, vnde ad certitudinem Episcopalis authoritatis, sic illis verbis instituitur. Ad septimum resp. Illos Doctores sanctos tantum intendere subordinationem Episcoporum Papæ, tamquam primo capiti, non autem ab illo habere potestatem immediate, etsi fuerint oppositæ sententiæ, alios Doctores sanctos pro nostra attulimus, quem non intẽdimus amplius, quam probabiliorem ostendere, sed de hoc amplius agere pertinet, ad 2.2.q.1.art.10, Tantum aduerte, quod rationibus, & authoritatibus quibus probauimus authoritatem Episcoporum, non manare à Pontifice, sed immediate à Christo, manet etiam probatum, quod vt probabilius eligit, Salas tractat. 14. disp. 8. sect. 4. in fine. Quod Episcopi instituti à Petro, & successores eius habent potestatem à D. Petro, instituti, autẽ ab alijs Apostolis habeat potestatem ab alijs Apostolis, & hoc sibi videtur facile, & nihil contra illud militare, sed certe nõ facilitatem, sed veritatem inquirimus, & nullum est fundamentum ad illud asserendum, & argumenta facta, vt non sit potes-

Resolut.

Ad 1. ar.

Ad 2. ar.

Ad 3. ar.

Ad 4. ar.

Ad 5. ar.

Ad 6. ar.

Salas impug.

tas

tas Episcoporum à Papa, sed à Christo, probant quod nec à D.Petro, nec alijs Apostolis quorum sunt successores, & non Vicarij.

3.Corol. Ex dictis in hac conclusione sequitur primo, Episcopum de iure diuino leges posse ferre circa quamcumque rem, etiam grauissimam, nisi sit reseruatum ad Papã, vel sit contra bonos mores seruatos in tota Ecclesia ratione cuius esset scandalum oppositum facere, vel sit in re, in qua spetialiter resplendet authoritas Papæ, quia communiter dicitur Episcopum posse in sua diœcesi, quod Papa in tota Ecclesia, de facto tamen res grauiores reseruatæ sunt ad Papã, cap.1.de translat.Episc.& cap.maiores de batis.& cap. quoties 24. q.1.videatur gloss.cap.1.de conse.d.3. & Inocent.cap.vestra de locato, Felinus capit.quod super his, de maiorit.& obed. Bartolus, l.omnes populi, ff.de iust.& iure. Causæ autem grauiores, vt constat ex iuribus allegatis, sunt quę pertinent, ad Fidem, & translationes Episcoporum, & Sectarum mutationes, & sanctorum canonizatio, ex cap.1.& 2. de reliquijs, & bene sanct. & aprobatio alicuius Religionis, ex cap.vlt.de Relig.Dom.& cap.vnico, eodem tit.in 6. Et constitutio impedimẽti, etiam non dirimentis matrimonium, vt docet Nauarro.lib.3.consil.26. de reg. num.8. Nec clericis tributum imponere, ex cap.prohibemus, de censib. Neque cõgregare sinodum particularem ad reuocãdum quod factum est in sinodo generali, ex cap.nec licuit 11.& cap.de liguribus 23.q.5. Similiter, nec potest concedere laicis vsum calicis, aut Sacerdoti, vt nubat, quia contradiceret obseruantiæ totius Ecclesiæ in scandalum illius.

Gloss. Felinus. Bartol.

2.Corol. Secundò sequitur Episcopum, nõ posse statuere legem contra ius commune, sicut enim in Republica ciuili, quæ exempta est, vt Genuensis, potest condere legem contra ius commune, quia illi non est subiecta, Princeps autem Imperatori subiectus contra ius commune, legem non potest condere, ita in Republica Ecclesiastica, cum Episcopus, vt diximus habeat potestatem subordinatam Papæ, ideo contra ius commune, & Põtificium legem cõdere non potest, quia hoc esset circa superiorem, potestatem exercere derogando legem illius statuendo contrariam. Item quia eo ipso, quod Papa statuit legẽ pro tota Ecclesia virtualiter impedit potestatem Episcopi, ne contrarium præcipiat, licet explicite id non declaret. Et hoc nostrum Corolarium communiter, tenent Iuristę, & Canonistę, ex multis iuribus, quę congerit Salas disp.8.sect.6. Verum est, quod iusta causa interueniente, potest in iure communi dispensare, & oppositum præcipere, quia tunc censetur interpretatiua voluntas Papæ, vt sic fiat, vt communiter, etiam docent Canonistæ, Inmola cap.fin.de transact. Alexand.& Iass. leg. omnes populi, ff.de iust.& iure. Sicut etiã ex iusta causa potest Episcopus minuere pœnitentiam impositam à Papa, vt habet gloss.cap.tempora plenitudinis 26.q.7. quia vt habet Aris.5.ethi.cap.10.& D. Thom.2.2.q.102.artic.1.ad 2. Epicheya in omni materia verbis literalibus legis, non astringitur, intelligendum tamen si ad Papã, non sit facilis aditus, aliàs enim, non recte interpretatur voluntas Papæ, vt ab alio in sua lege dispensetur.

Aris. *D. Thom.*

3.Corol. Tertiò sequitur. Episcopum posse absolute leges condere per se solum, etiam si regulariter illas, non instituant nisi consensu sinodi, hoc pãret ex cap.cum omnes de constit.& ibi Felinus, & Archidiaconus, & cap.1.de consecrat.dist.3. Quia cũ Episcopus non habeat potestatem à capitulo, vel sinodo, sine illis per potestatem à Christo poterit concedere leges, si autẽ aliqui sunt canones requirentes consensum capituli, vel loquuntur in causis eiusdẽ capituli, vel in crimine, tunc enim duo adiuncti debent esse Episcopo, ex Trid. sesion.25.decreto de reformat.cã.6. vel in aliquo casu particulari, vt ad iudicandum, qui sint idonei, ex Trid.sesion.23. de reform.cap.7.& 8. Vel etiam aliquãdo iubetur, quod Episcopus aliquid faciat, ex consilio capituli, ex quo tenetur capitulum audire, sed non consilium sequi, sine illo enim poterit facere, quod voluerit, & forte hoc intendit Rosella, verb.ex communicator, §.1.& Ioann. Andræas, cap.2.de constit.lib.6. Panormitan.cap. consuetudinis, de consuetud.& cap.2.de constit.& cap.fin.in 6.de officio legis, & ca.nouit.de his quæ fiunt à Prelato, & capit.ad audientiam, de clerico non residente, & Decius, cap.cum omnes, de constit. Asserentes requiri consensum capituli, vt Episcopus legem ferre possit.

Trid. *Rosella.* *Ioa. And.* *Panorm.* *Decius.*

Sexta conclusio. Cardinales neque simul in Collegio, neque quilibet seorsum potest ferre leges supra totam Ecclesiam, aut extra proprium territorium, neque viuente Papa, neque in sedeuacante. sed ea tantum possunt facere, quæ ad electionẽ Sumi Pontificis fuerint necessaria, prima

6.Concl.

pars

pars patet, quia authoritas condendi leges, supra totam Ecclesiam tantum collata est à Christo Petro, & successori illius, Sede etiam vacante non sunt successores Petri, sed electores successoris illius: qua propter, tales, leges instituere nō possunt, & hoc patet ex Clement. 5. in Concilio Vienensi, de quo videatur Panormitanus. cap. eunte de sent. & re iudic. & cap. cura, de iure Patron. & Sebastianus Medicis, tract. de leg. part. 1. q. 10. vbi alios plures affert, quia hæc est communis opinio Theologorum, & Canonistarum. Dixi tamen leges extra territorium facere non posse, quia in suo territorio habent potestatem Episcopalem, ex capit. his de maiorit. & obed. & cap. quærelam de electio. & cap. cū te, de re iudicata, super quę loca, id ex presse tenent Panormitan. & Ioann. Andræas. Qualiter autē sit in Cardinalibus potestas ad ēligendum Papam, vide in Medicis loco citato.

Panorm. *Ioa. And.*

7. Concl. Septima conclusio. Primates Patriarchę, & Archiepiscopi in sua diœcesi possunt, ex iure diuino leges condere, non autem in diœcesi suffraganeorum, nisi illa tā tum exercere, quæ sibi lege sunt concessa, prima pars patet, nam in sua diœcesi sunt Episcopi, vndē id possunt, quod quilibet Episcopus in sua diœcesi, secunda autem pars, quod extra suam diœcesim non possint. Probatur, quia respectu aliarum tantum sunt superiores iure humano, ergo tā tum possunt, quod sibi lege humana positiua concessum est, & ita determinatur, in cap. conquestus 9. q. 3. & capit. duo simul, de officio ordinarij, & cap. nullus primas 9. q. 3. & cap, sicut olim, de accusationibus. Ex lege autem habent in tota Prouincia sibi subiecta (vt ait Medicis supra citatus) Concilium Prouintiale congregare, ex cap. quod dicis, dist. 16. & suffraganeum potest excommunicare, ex cap. 1. de iudic. Et totam Prouinciam visitare de negligentia suffraganeorum, vt docet Panormitanus, in cap. cum dilecti, de election. Causaque ad illum deuoluitur per appellationem. ex cap. conquestus citato, quia est ordinarius quantum ad hoc totius Prouinciæ, ex cap. 39. q. 2.

8. Concl. Octaua conclusio. Abbates seculares essemti, vt olim Vallisoletanus, & alij Prælati habentes potestatem ordinariam, quasi Episcopalem ad excommunicationem, & interdictum, & suspensionem possunt, etiam leges condere in sua diœcesi, quia in illa sunt quasi Episcopi: quapropter idem dicendum est de illis, atque de Episcopo. De Abbatibus autem Monachālibus dicendum est negatiue, sicut de alijs Prioribus aliarum Religionum, & tātum possunt facere statuta pro suo tempore, quæ conducant ad bonam gubernationē domus, non autē leges permanentes, quia non habent potestatem, quasi Episcopalem, sicut habent Abbates seculares essemti, verum est etiam Abbates Monachales habere aliquam, quasi figuram Episcopalem vtentes vaculo, & mitra facientesque ordinationes minores, habentesque Sedem immediatam Episcopis, vt latè tractat Sebastianus de Medicis tract. de leg. part. 1. q. 15. sed hoc non sufficit ad potestatem legislatiuam, sed requiritur potestas quasi Episcopalis ad minus, quæ in huiusmodi Abbatibus Monachalibus non reperitur.

Nona conclusio. Legatus Sumi Pontificis potest condere leges, in sua Prouincia, pro huius declaratione nota, quod triplex est legatus Papæ, primus à latere, qui licet possit non esse Cardinalis, vt patet, ex cap. per tuas, de maiorit. & obed. & cap, si ergo 8. q. 1. De facto legatus à latere solum est Cardinalis, ex cap. ad eminētiam, de sent. excommun. de quo Medicis, & Panorm. cap. excommunicatis, de officio legati, & Baldus, & Decius, capit. dilecti, de appellat. Alius autem est legatus constitutus, nimirum cui committitur officium legationis ad tēpus in certa Prouincia, ex cap. placuit 7. quæst. 1. Alius vero est legatus, natus seu natiuus, qui habet officium legati annexum suæ dignitati, ex cap. 1. de officio legati, & cap. 1. de appellat. de quibus Hostiensis in summa de officio legati, dicimus ergo in conclusione legatum quicumq; ille sit leges posse condere in sua Prouincia durantes, quā diu à Papa, vel ab habēte equalem authoritatem non reuocentur, vt docet Hostiē sis loco citato, Iason leg. omnes populi, ff. de iustit. & iure, & Bartol. ibidem, & Medicis, tract. de legib. part. 1. q. 11. Panormitan. & alij cap. fin. de officio legati, Silbester, verbo lex 54. & sic statuit, Inocentius III. cap. fin. de officio legati, & patet ex ca. ex rescripto, de locato. Et ratio est manifesta, quia legatus habet potestatem ordinariam, ex ca. legatus, de officio legati in Sexto, ergo potest leges cōdere sicut hac ratione potest, & Episcopus. Quapropter de legatis dicendum est eodem modo leges, non posse condere contra ius commune, & à fortiori, quam Episcopi, quia isti habent potestatem ex

9. Concl. *Not.* *Medicis.* *Panorm.* *Bald.* *Medicis.* *Bartol.* *Iason.* *Hostiens.* *Panorm.* *Silbest.* *Inocent.*

iure

iure diuino, licet subordinatam legati, omnino emanantem à Papa: quapropter nullatenus poterunt contra ius commune, quod est voluntas Papæ instituentis legatum, poterunt tamen in iure communi, ex causa dispensare sicut dictum est de Episcopis. Ex quo etiam sequitur legatum, nõ posse (etiam si sit à latere) transferre Episcopum, ex vno Episcopatu ad alterum, vel vnam Ecclesiam Cathedralem alteri subijcere, vel instituere primatũ, vel duos Episcopatus vnire, aut vnum diuidere, vt constat ex cap. nisi specialis, de officio legati, de quibus videatur Decius, cap. pastoralis, de appellat. Et ratio est iam dicta, quia hæc omnia cõtra dicunt iuri communi, vel vniuersali consuetudini Ecclesiæ.

Decius.

Not. Notandum tamen potestatem vnius legati respectu alterius legati, non esse sicut potestas vnius Episcopi respectu alterius, istæ enim nullam habent interse dependẽtiam. Potestas verò legatorum illam habent, quapropter adueniente legato à latere, cessat potestas alterius legati, vt expresse statutum est à Greg. IX. in cap. volentes, de officio legati. Ex dictis sequitur legatum posse suam authoritatem delegare, ex cap. fin. de officio legati, quia cum eius potestas sit ordinaria, cum sit delegata à primo Principe, consequenter poterit illã delegare, defectu autẽ huius, sub delegatus delegare non potest. Vtrùm autem Summus Pontifex possit legatum instituere, cum plena potestate supra totam Ecclesiam, alterius est negocij, quod enim est certum, est nec solitum esse, nec expedire, quia tota Ecclesia debet regi ab eo, qui in moribus instituẽdis errare nõ possit, & talis solus est Papa, cui specialiter assistit Spiritus Sanctus, vt in huiusmodi errare non possit, & præcipue circa canonicationem sanctorum, & definitionem rerum Fidei, circa hæc enim plenariam potestatem concedere nulli poterit, sed tantum per modum consultationis, vt postmodum rediant ad Papam confirmanda, vel anullanda, plura alia delegatis, vide in Salas tract. 14. disp. 8. sect. 11.

Greg. IX.

Dubij resolutio.

10. Concl. Decima conclusio. Generales, & Prouintiales Religionum in suis capitulis, ex maioris partis consensu, leges pro suo ordine, vel Prouincia condere possunt, vt constat ex vsu, & priuilegijs concessis ordinibus ad talia capitula congreganda, & in illis statuenda, quæ oportuerint pro bona gubernatione, dummodo cõtra ius cõmune nihil statuant, quia vt diximus, nec Episcopi habentes potestatem, ex iure diuino id possunt facere, quanto magis Prælati Religionum habentes potestatẽ manantem à Papa. Vtrùm autem extra capitulum, tales, leges condere possint, venãdum est ex vniuscuiusque ordinis constitutionibus, & regula à Papa confirmata, illud enim dicendum est habere potestatis à Papa, quod in regula à Papa confirmata continetur. *Dub.*

Quod autem maiorem habet dificultatem erit examinare materiam istorũ præceptorum, an Prælati Religionũ possint præcepta imponere de rebus extra regulam, vel constitutiones. Partem negatiuã tenet Gerson lect. 4. alphabeto 62. litera R. corol. 13. D. Bonau. 2. d. 4. art. 5. q. 2. Durand. q. 4. Cartusianus, q. 5. Anton. 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 9. & 13. Turrecrem. ex posit reg. Sancti Benedicti, titul. 45. Corduba in cap. 6. reg. Sancti Francisci, q. 10. punto 6. Rodriguez tom. 2. regula, q. 22. art. 6. & q. 45. art. 4. & tom. 3. q. 19. art. 3. Tolletus tract. de 7. peccat. mort. cap. 16. Valentia 2. 2. disp. 7. q. 3. punt. 2. Nauarr. cap. nullam 18. q. 2. ad 6. arg. & cap. statuimus 19. q. 3. num. 23. Siluester. verbo, Religio 6. q. 6. Panormit. cap. literas de restit. spoliat. Inocent. cap. veniens, de iur. iur. & vnus pro omnibus D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. & q. 186. art. 9. & quodli. 10. art. 10. & in 2. d. 4. q. vlt. Quæ sententia probatur efficaciter, nam Prælatus Religionis tantum habet potestatem supra subditos, in quantum subditi per votum illi sunt subiecti, sed nõ se subiecerunt per votum, nisi secundum regulam: ergo tantum Prælatus potest eis præcipere secundum regulam. Maior, patet, quia Prælatus non haberet iurisdictionem in istum, v. g. nisi professus esset hant Religionum, quod eleganter tradit D. Bern. lib. de præcep. & dispen. cap. 8. & Clemens V. Clementina exiui de paradiso. Minor verò probatur, tum quia aliquãdo sic exprimitur in professione, promito obedientiam secundum regulam, & constitutiones &c. Vt fit in ordine Prædicatorum. Tum etiam, quia vt ait D. Th. 2. 2. loco citato. Etiam si id non exprimatur sub intelligitur, quia si profitetur hãc Religionem, dum ait se promitere obediẽtiam intelligitur illam promitere secundum regulam, & constitutiones huius Religionis: quapropter si præter regulam huius ordinis præcipiatur, non est præceptum, quia cum præter regulam iste nõ venerit consequenter, nec Prælatus potest præcipere. Oppositam sententiam tẽ

Dub.

Pars neg.

Gerson.

D. Bon.

Durand.

Cartusian.

D. Anton.

Turrecre.

Cordub.

Rodrig.

Tollet.

Nauarr.

Siluest.

Panorm.

Inocent.

D. Thom.

Et prob.

Sent. affir. mat.

net

Panorm. Hostiens. Ioa. And. Trid. Pius V. Gre. XII.

net Panormitanus, cap. super eo de regularibus, & ibidem Hostiensis, & Ioann. Andreas, cap. Ioann. eodem titul. & id probant ex eo quod Conc. Trid. sessione. 25. cap. 5. de regularibus, & Pius Quintus in bulla edita, anno 1562. & in alia edita anno 1569. & Greg. XIII. anno 1572. In posuerunt præceptum monialibus de perpetua clausura, quam tamen non professæ fuerant. Pro concordia tamen vtriusque opinionis, quæ forte non contrarie sunt. Notandum. Quod aliquid potest esse contentum in regula, vel formaliter, vel virtualiter, aut verò nullo modo. Rursus nullo modo contentum potest conducere, per modum reformationis ad obseruantiam regulę, & professionis, aut verò habere se omnino disparate. Dico ergo, quod si continetur formaliter, vel virtualiter, cadere potest sub præcepto, si autem nullo modo continetur, si conducat ad obseruantiam regulæ, similiter potest esse materia præcepti, & talis fuit clausura monialium, quia cum non caste viuerent ad obseruantiam castitatis promisæ necessarium fuit clausuram præcipere, si verò ex vna parte in regula nullo modo continetur, & alias ad obseruantiam professionis non conducit, materia præcepti non est, quia tantum vouit obedientiam Religioni in ordine, ad suam professionem & regulam.

Not. Resolut.

1. Corol.

Ex dictis sequitur, quod in Religione Dominicana, vbi constitutiones ad nullam culpam obligant. Nihilominus Prælatus potest sub mortali præcipere, quæ ad obseruantiam professionis conducũt. quia & ipsæ constitutiones ordinis, hanc Prælatis tribuunt potestatem: quapropter, qui vouit viuere secundum regulas, & constitutiones in hoc manet subiectus, vt teneatur obedire sub mortali, si sic Prælatus præcipiat. Si autem Prælatus multa præcepta imponat, aut vtilia, & de leuibus non conducentibus ad obseruantiam suæ professionis, talia præcepta, valida non sunt. Quia multitudo præceptorum, est contra ipsas met constitutiones, mandantes, vt Prelati caueant, à multitudine præceptorum; ne laqueum animabus imponant, si autem de leuibus sunt ad professionem non conducentes, similiter ex doctrina tradita valida non sunt, quid enim interest, ad obseruantiam professionis, amplius quam aquam, per feneſtras non effundere, aut quod qui scopit cellam, aporiatur ante portam non remaneant, & alia huiusmodi, vt Prælati de istis audeant sub mortali præcepta imponere?

2. Corol.

Secundò sequitur, quod si fiat reformatio, alicuius ordinis, tunc attendendum est, quod si reformatio excedat rigorem suæ regulæ, non tenetur ad talem reformationem, si autem sit, vt ad rigorem regulæ colapsæ fiat redditus, tenetur reformationi obedire, ad primum quidem, non tenetur, quia tantum professus est illam regulam; vndè ad amplius obligari non potest, ad secundum autem tenetur, cum talis reformatio non excedat regulam, quã professus est, quapropter, qui professus est ordinem mendicantium, non tenetur obedire, si ei præcipiatur perpetua clausura, quia hoc est excedere suam regulam, & professionem; imo contradicit intento suæ professionis, quod non contingit in clausura monialium, quæ potius iuuat ad intentum professionis suæ, quod potissime consistit in castitate seruanda, intentum autem mendicantium potissime consistit, in eo quod saluti animarum attendant, quod quidem per clausuram perpetuam impeditur. Et idem dicendum est si regula antiqua ex beneplacito Pontificis sit moderata, vel iam consuetudine antiqua possessionem relaxationis obtinuit, tunc enim, qui sic stante relaxatione profitentur, non tenentur obedire, si ad rigorem antiquum præcepto reducantur, quia est à limite professionis Religiosum extrahere; quapropter satis Religiosè, & prudenter in Ordine Prædicatorũ, profitenti intimatur, se non professurum regulam, & constitutiones, quatenus in hoc tempore, vel loco seruantur. sed quatenus scriptæ sunt, vt sic quolibet tempore, sine reclamatione subditorum, possit à Superioribus obseruantia Religionis, ad melius reduci. Etsi contra prædicta fatias arg. Quia Papa potest præcipere, etiam quæ in lege diuina non continentur formaliter, aut virtualiter, vel quæ ad obseruantiam illius non conducunt, ergo similiter Prelati Religionum in ordine ad suam regulam. Respondet. primò. Parem rationem esse de Papa, in ordine ad legem diuinam, quam quis profitetur in baptismo, atque de Prælato Religionis in ordine ad regulam, quam quis ex speciali voto professus est, licet verum sit non pertinere ad nostrum iudicium; vtrum quod præcipitur conducat ad obseruantiam legis diuinæ, vel regulæ professæ, si de hoc sit dubium, sed in dubijs standum est pro Prælato præcipiente, si autem res non sit dubia recurrendum est

Obiectio

1. Solut.

ad

2.Solut. ad doctrinam prædictam. Secundò. resp, Prælatum Religionis (vt dictum est) tantum habere iurisdictionem ex vi professionis subditi: quapropter tantum se extẽdit potestas eius quantum votum subditi, potestas autem Papæ collata est à Christo absolute, & tam ampla, vt ad istas angustias non sit recurrendum.

11.Concl. Vndecima conclusio. In tota Ecclesia, & communitate, & cetu fidelium, non est potestas legislatiua. Hanc conclusionem ponimus contra Petrum Martium hæreticum, asserentem potestatem gubernatiuam, & legislatiuam, esse in tota Ecclesia, & non in Sumo Pontifice, vel alio Episcopo. Et contra Cardinalem Camaracensem, Gersom, & Almain, tractat. de potest Ecclesiæ, Nicolaum Casanum, tractat. de concordia canonica, lib. 2. cap. vlt. Abulensem, Matth. 18. q. 108. & Florentinum, & Panormitanum, cap. significasti, de electione. Asserentes, quod licet talis potestas sit in Papa, est etiam in tota communitate Ecclesiæ. Quod probant ex illo Matth. 18. si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus, potestas ergo est in Ecclesia. Itẽ ex modo loquendi 1. Cor. 5. & Acto. 15. Vbi ad præcipiendum, Apostoli semper loquuntur in plurali quasi nomine totius Ecclesiæ. Item, quia Respublica ciuilis, habet potestatem ciuilem, vt supra diximus. Ergo & Ecclesiastica Respublica, habebit potestatem Ecclesiasticã, quia non minoris est dignitatis communitas Ecclesiastica, quam ciuilis. Item quia in sede uacante, destituta esset Ecclesia regimine, si ipsa ad hoc potestatẽ non haberet. Nostra tamen conclusio est Victoriæ relect. 2. de potest. Ecclesiæ. q. 1. num. 4. & q. 2. num. 7. Molina tom. 1 iust. tract. 2. disp. 21. & patet 1. Cor. 12. Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum auditus, vbi odoratus? nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit, primum Apostolos, secundo Prophetas, &c. Vbi Apostolus, non vult omnes esse oculos, vel ad omnes regimen quasi oculorum pertinere. Quod & confirmat Concilium Trident. sess. 23. capit. 4. Asserens Ecclesiasticam Hierarchiam confundere, qui omnes vult esse Sacerdotes, vel ad omnes potestatem spiritualem pertinere. Secundò probatur, quia talis potestas solum conuenit cui data est à Christo, sed hæc potestas generalis non collata est communitati, sed Petro, & successoribus eius, sicut & Apostolis supra totam Ecclesiam, & successoribus eorum pro vniuscuiusque diœcesi, ergo tantum est in Papa supra totam Ecclesiam, & nõ in tota cõmunitate. Minor probatur, tũ, quia ex nullo loco sacræ Scripturæ id constat, tũ etiam, quia tunc tota cõmunitas esset Christi Vicarius, & non Papa, cuius oppositũ definitur, contra Vbicleph in Concilio Constantiensi, sess. 8. & in bulla Martini V. quæ habetur sess. vlt. Tertiò probatur, quia tunc etiam mulieres, sicut & viri, haberẽt talem potestatem, cum etiam sint de cẽtu, & communitate Ecclesiæ, contra D. Paulum, 1. Cor. 14. & 1. Tim. 2. prohibẽtem, mulieres docere, vel dominari in viros. Ad primum autem arg. in oppositum facile resp. Nomine Ecclesiæ, intelligi Prælatos, quibus postea dicit, quæcumque ligaueritis super terram erunt ligata, &c. Ad secundum arg. resp. Non loqui de multitudine Ecclesiæ, sed de multitudine Cõcilij, de qua statim dicemus, quam habeat potestatem. Ad tertium arg. resp. Quod cum ex natura rei, nullus sit Rex, vt diximus, oportuit potestatem legislatiuam ciuilem, esse in Republica, quam postea ad bonum regimen ipsa Respublica contulit Regi: cum autem potestas legislatiua Ecclesiastica sit tradita à Christo Domino Petro, & successoribus eius, nõ oportuit Rempublicã Christianã, prius talẽ potestatem legislatiuã habere, de quo videatur Bellar. 2. de Rom. Pontifici, c. 9. & Moli. 2. iust. tract. 1. disp. citata. Ad quartũ arg. resp. Quod sede uacante, cum sit potestas, ad statim eligendum Papam, non opus fuit ad breue tempus, Rempublicam Ecclesiæ habere potestatem legislatiuam, cum pro tunc antiquis possit gubernari.

Contra. Pet. Mar. & Card. *Almain. Gerson. Casan. Florent. Panorm.* *Arg. pro sent. istorũ 1.* *Arg. 2.* *Arg. 3.* *Arg. 4.* *Nostram conclus. tenet Victor. Molin.* *Trid.* *Conc. Cõst.* *1. Cor. 14.* *1. Tim. 2.* *Ad 1. arg.* *Ad 2. arg.* *Ad 3. arg.* *Bellarm. Molin.* *Ad 4. arg.*

Duodecima conclusio. Concilium generale, etiam rite congregatum, representans vniuersalem Ecclesiam, nullo modo potest condere legem obligãtem Papam. Hæc conclusio pendet ex eo, vtrùm Concilium sit supra Papam. Nam si supra illũ est legibus poterit illum astringere, si autem minime, cum ad ferendam legem requiratur potestas iurisdictionis, & superioritatis, supra illum cui imponitur lex, vt supra diximus. Partem ergo affirmatiuam, quod sit supra Papam, tenent absolute omnes hæretici huius temporis, præsertim, Hamel Magnus, lib. 3. cap. 3. Prolegomenorũ, & ex Catholicis Cardinalis Camaracensis, & Gerson. tract. de potest. Ecclesiæ, & Nicol. Cusan. tract. de cõcordantia Canonica, libr. 2. capit. vltim. Panormitan. capit. significasti, de electione, & ibidem Cardinalis Florentinus, & Abu-

12.Concl. *Dub. Pars affir.* *Hæretici Hamel Mag. ex Cathol. Cardin. Gerson. Cusan. Panorm. Florent.*

Abulens. Abulensis, Matth. 18. quæst. 108. Ocam.
Almain. in dialiogis, Almain. de potestat. Ecclesiæ, capit. 10, & in 3. d. 24. quæst. vltim.
Aliaco. dub. 6. Petrus de Aliaco, & Soto, 4. d.
Soto. 20. quæst. 1. artic. 1. ad 2. Partem vero
Pars neg. negatiuam, quod Concilium non sit supra Papam, tenet Diu. Anton. 3. part.
D. Anton. hist. titul. 22. capit. 10. §. 4. & in summ.
Turrecr. Theo. part. 2. tit. 3. §. 11. Turrecremata
Caiet. secundo summæ, capit. 77. Caietanus tomo 1. opus. 1. de comparatione Papæ, & Concilio, præcipue, capit. 12. & 22. quæstion. 11. artic. 1.
Ferrar. Ferrar. 4. contra gent.
Bañez. cap. 76. Banez 2. 2. quæst. 1. art. 10. dub.
Aragon. 2. not. 3. Aragon, & Valentia ibidem,
Valent. Nauarro libr. 1. consi. titul. de constitut.
Nauarr. consilio 1. num. 4. Eman. Rodriguez, 1.
Rodrig. part. summæ, capit. 154. verbo, lex, num.
Bellarm. 8. Bellarmin. 2. de concil. capit. 14. & Sa-
Salas. las tractat. 14. disputat. 8. section. 14. & alij plures quos ipse refert. Et hoc iam nostris temporibus est adeo certum, vt Bañez asserat oppositum esse periculosum, nam in Concilio Florentino sub Eugenio IIII. & Lateranen. sub Leone X. Deffinita est hæc sententia, etsi non est expressa hæresis, ideo est, quia fuit facta appellatio huius Concilij Agalijs, quia non interfuerunt propter Bella, & Parisienses ideo tenent oppositum. Quam sententiam nos libenter aceptamus, & illa supposita, probatur efficaciter nostra conclusio, nam Papa habet supremam authoritatem in Ecclesia, ergo nullus potest ei præcipere, quia vt diximus ad præcipiendum requiritur superioritas in præcipiente, antecedens probatur. Nam Papa legitimus potest congregare, vel non congregare, vel inceptum Concilium disoluere, & iam disoluto in legibus eius dispensare, aut illas abrogare, quia aliàs in sufficienter esset prouisum regimini Ecclesiæ, si stante oportunitate, & necessitate non posset Papa in huiusmodi legibus dispensare, vsque ad aliud Concilium, difficiliter congregandum: ergo Papa supremam authoritatem habet, etiam supra Concilium, patet ista consequentia, quia lex non potest abrrogari, vel in illa fieri dispensatio, nisi à Superiori, à quo facta est, vel ab alio Superiori ad ipsum Legislatorem. Ex quo sequitur, nec etiam ipsum Papam posse subijcere se ipsum Concilio, vt legibus astringatur, potest quidem Papa renuntiare Pontificatum, vt deffinitur capit. 1. de renuntiation. in 6. Et tunc maneret subiectus legibus, permanente tamen, in officio se ipsum subijcere non potest, quia vt legibus quis subijciatur, debet esse inferior, vt diximus, Papa autem officium retinens inferior esse non potest. Quapropter remanens Papa, non potest se subijcere, vt legibus astringatur, prima enim Sedes à nemine iudicatur, vt habetur capit. mandastis 2. quæst. 4. & capit. nunc autem, 21. distint. & capit. si Papa, 40. dist.

Tertia decima conclusio. Concilium generale, etiam legitime congregatum, nisi ex comissione, vel confirmatione Papæ, non habet potestatem condendi leges supra totam Ecclesiam. Hanc docet Diu. Thom. opusc. 9. contra impugnāt. Religio. capit. 4. & Turrecremata 2. sum. capit. 71. & Valentia supra citatus. Et probatur quia semper Concilia petierunt confirmationem legum à Papa, & constat nouiter ex Concilio Trident. sesion. vltima, de confirmatione petenda, & ex bulla Pij IIII. Confirmantis Concilium, hanc autem confirmationem Concilium non peteret, si non esset necassaria. Secundo probatur, quia hanc authoritatem, Concilium non habet ab vniuersali Ecclesia, quia illam vniuersalis Ecclesia non habet, vt diximus, & nemo potest conferre potestatem, quam non habet: Nec etiam habet illam à Christo Domino, quia ex nullo loco sacræ Scripturæ, id probari potest, ergo talem potestatem non habet. Si respondeatur habere talem potestatem ex se ipsis, Episcopis simul in vnum Concilium concurrentibus. Contra arg. quia nullus Episcopus, potest suam diœcesim, alteri Episcopo subijcere, ergo ex tali conuenientia in vnum, non resultat potestas in toto Concilio, vt possit totam Ecclesiam imperare. Confirm. primo, quia si aliqui Episcopi desint, Prouinciæ illorum non obligantur legibus Concilij, ergo Concilium non habebat potestatem supra totam Ecclesiam. Confirm. secundò, quia statuta aliqua lege à Concilio, potest quilibet Episcopus pro sua diœcesi, in illa dispensare, vel illam abrogare: ergo non habebat vim talis lex ex Concilio, sed ex Episcopo illius diœcesis. Itaque conuenientibus decem Episcopis, v. g. pro aliqua lege facienda, obligat subditos illorum decem Episcoporum, quatenus pro rata quælibet diœcesis tenetur obedire suo Episcopo, non autem quia ex societate extraneorum, sit aliqua vis in lege, ad ligandos subditos huius Episcopi, quapropter tantum

3. Conc. *D. Thom.* *Turrecr.* *Valent.* *Conc. Tri.* *Pius IIII.* *Solut.* *Impug.*

tum durabit lex in isto Episcopatu, quantum voluerit proprius Episcopus: quapropter, per accidens est consortium aliorum Episcoporum, ad obligationem legis in hoc Episcopatu. Tertiò probatur, quia facta tali lege, à toto Concilio, est in manu Papæ confirmare, vel abrogare illam, quia aliàs non esset supremum caput, ergo frustra ponitur talis potestas in Concilio, sine confirmatione Papæ: ad quid enim talis potestas quæ sine confirmatione subsistere non potest?

Contra tenet Cai. & Victor. Contra istam tamen conclusionem, tenet Caietan. & Victoria, 5. relect. 2. de potestat. Ecclesiæ, quæst. 1. principali, numer. 1. distinguens duplicem potestatem alteram imperfectam, qualis esset in statu naturæ, & lege veteri, alterâ perfectam, qualis est in lege noua, ad aperiendum spiritualiter Regnum cœlorum, dicunt ergo hanc tribuisse Christum Petro solum, supra totam Ecclesiam, illam vero etiam manere in Ecclesia sine dependentia à Papa: sed forte Caietan. & Victoria, non dissentiunt à nostra sententia, quia forte solum intendunt, tempore schismatis, vel sedeuacantis, vel

Concordantur cum Cocil. Papæ hæretici, habere hanc potestatem ad sui regimen, & bonam conseruationem, vt explicabitur conclusione sequenti, non autem quod stante legitimo Papa sine dependentia ab illo possint

Obiectio. leges condere, totam Ecclesiam obligantes. Videtur tamen stare contra nostram conclusionem, cetera synodus damnans errorem Photij asserentis id facere per datam nobis potestatem in Spiritu Sancto, primo, & Magno Pontifice nostro, &c.

Solutio. Respondetur tamen, vt constat ex Historijs, Concilium ad hoc habuisse comissionem à Papa.

Obiectio. Obijcitur etiam Concilium Constantiense sessione 5. Vbi expresse asseritur hanc potestatem habere Concilium, & idem repetitur in Con

1. Solutio. Caiet. cilio Basilien si. Respondetur tamen. Martinum Quintum confirmasse acta illius Concilij, quantum ad res Fidei, non autem alia decreta, vnde illud argumentum robur non habet, Concilium autem Basilienſse numquam fuit confirmatum. vt

2. Solut. Turrecr. notat Caietan. capit. 8. Secundo respondetur cum Turrecremata, libr. 2. capit. 99. Concilium tantum loqui de actis, in ordine ad eligendum certum Pontificem tempore schismatis, (quod tunc erat) ad quod potestatem habet Concilium, vt statim dicetur. Ratione etiam obijcitur, quia

Obiectio. Papa est pars Concilij, & Ecclesiæ, Concilium autem est totum representans vniuersalem Ecclesiam, vt habetur capit. ajecta, & capit. pudenda 24. quæst. 1. & capit. maiores, de baptismo, ergo si Papa habet talem potestatem à fortiori Concilium. Respondet. Quod si Papa esset pars, *Solutio.* in eo quod est habere potestatem, & esset partialis gubernator, probaret argumentum, sed non est pars, sed totum, ipse enim totaliter habet talem potestatem, & nullatenus Concilium, vt diximus. Ex dictis sequitur existentes in Concilio, non esse iudices, sed consultores, ideo enim Concilium congregatur, vt rebus melius inspectis. consultatione habita, à Papa determinentur, & hoc maximam vtilitatem habet, vt Concilium congregetur.

Quarta decima conclusio. Concilium *14. Concl.* generale, rite congregatum, tempore schismatis, vel sedisuacantis, vel Papa existente hæretico, habet potestatem precipiendi, & instituendi, pro illo tempore, quæ necessaria sunt, ad declarandum verum Pontificem, vel deponendi vnum, vel plures, & alium eligendi, pro bono communi, & tranquilitate Ecclesiæ, non autem quæ acta fuerint per modum legis durant, etiam Papa existente, nisi ab illo confirmentur, vt diximus conclusione præcedenti. Hanc conclusionem docet Caietan. tomo 1. opus. 1. de authoritat. Papæ, & Concil. capit. 16. §. Concilium perfectum, & capit. 18. §. in tertio euentu. Victoria relect. vltim. de potestate Ecclesiæ, part. 1. quæst. 2. num. 18. & Bellarmin. 2. de concil. authoritat. capit. vltim. Valentia 2. 2. disputat. 2. quæst. 1. punto 7. §. 45. ad 6. principale. Dubium autem est, quo iure Concilium tunc habeat talem potestatem? Victoria existimat, quod iure naturæ, quia non peioris conditionis est Ecclesia, quam Respublica ciuilis, quæ in consimilibus casibus, habet plenam potestatem eligendi, vel deponendi Regem, si ad tranquilitatem, & bonum commune expedit: quapropter Concilium Constantiense prætermisso iure Canonico, Cardinalibus, adiunxit alios electores, quod facere non potest nisi vtendo iure communi, nam etiam si Cardinales consensetint, sine consensu tamen illorum, id posset facere, quia vt diximus conclusione præcedenti, quantum ad hoc Ecclesia habet potestatem (quam Victoria appellabat imperfectam) & quam haberet in statu naturæ, & lege veteri. Alij au- *2. Sent.*

Caiet. *Victor.* *Bellarm. Valentia.* *Dub. 1. Sent. Victor.*

tem cum Salas tractat. 14. legibus, disputat. 8. section. 14. Dicunt hanc potestatem, simul esse de iure naturæ, & de iure diuino positiuo, quia potestatem imperfectam, quam habet ex iure naturæ, Deus auxit tribuendo potestatem coerciuam per censuras, ad exequendum, quod in hac parte iusserint. *Salas.*

15. Concl. Quinta decima conclusio. Concilia nationalia, & prouintialia, & sinodalia possunt potestate ordinaria instituere leges pro sua natione, vel Prouincia, vel diœcesi, absque speciali licentia, vel confirmatione Papæ. Pro huius conclusionis intelligentia, notandum præter Concilia generalia facta pro tota Ecclesia, esse aliud Concilium nationale, celebratum sub Patriarca, vel primate, alicuius nationis, interuenientibus Episcopis illius nationis, vt patet capit. de Concilijs, 18. dist. & cap. penult. 92. dist. Aliud vero est Cõcilium prouintiale, celebratum sub Archiepiscopo, cum assistentia suffraganeorum Episcoporum, vt patet ex eisdem, capit. Aliud vero est Concilium sinodale, quod celebratur ab Episcopo, cum assistentia clericorum, & parrochorum suæ Diœcesis. De his ergo dicimus posse leges instituere, pro suo territorio, sine speciali authoritate, vel confirmatione Papæ, quod asserimus contra Gratianum, dist. 18: asserentem, huiusmodi Concilia congregari ad correctionem, non autem ad instituendum leges. Nostram tamẽ cõclusionem, docet Turrecremata. dist. 18. in prin, & communiter Canonistæ, capit. regula. distinct. 3. videatur Hostiensis, tit. de constitut. & Medicis tractat. de legi. part. 1. quæst. 9. habeturque expresse, capit. Catholica, dist. 11.

Not. Cõtra Gratianum.

Conclusionem tenet Turrecr. Hostien. Medicis.

Diuersitas tamen est inter Doctores in assignando, vnde habeant hæc Concilia prædictam potestatem, aliqui enim asserunt, quod præsupposita potestate ordinaria, cuiuslibet in sua diœcesi resultat illa potestas supra totam Prouinciam, vel Metropolim, ex communi pacto conuenientium in tali Concilio. Sed certe hoc stare non potest, quia ex hoc sequæretur facere non posse legem obligantem totam Prouinciam, quia nullus alteri suam diœcesim subijcere potest, & tunc solum esset lex cuiuscumque supra suam diœcesim, quam pro tempore quolibet abrogare posset, vt dicimus de Concilio generali supra totam Ecclesiam, etsi aliquis in tali Concilio, non generali, non ad effect pro sua diœcesi lex facta non haberet robur, siquidem non erat cum illo factum pactum.

Dub. 1. Sent. impug.

Dicendum ergo talem potestatem esse ex iure positiuo, vt patet ex illo, capit. Catholica, & ex Concilio Trident. session. 24. decreto de reform. cap. 2. & Concil. Cartagin. 4. capit. 21. & Concil Toller. 3. capit. 18. Concilium vero sinodale habet potestatem à quo illam habet Episcopus, quia in sinodo, vel extra potest Episcopus leges condere pro sua diœcesi, etsi in iure sunt aliqua loca, in quibus videtur negari talem potestatem istorum concilio rum intelligenda sunt quantum ad vim obligandi totam Ecclesiam, non autem quantum ad proprium territorium, vt autem totam Ecclesiam obligent, egent confirmatione Papæ. Non quacumque aprobatione, sed aprobatione extensiua, intendens ad totam Ecclesiam extendere, quia si solum aprouentur, vt intra propriã Prouinciam maneant, non ideo totam Ecclesiam ligant, nisi in determinatione rerum Fidei, quia tunc idem est confirmare talia decreta, & toti Ecclesiæ, vt vera proponere. Quæ autem Cõcilia istorum confirmata, sint, & qualiter sufficiat confirmatio implicita, vide in Bañez 2.2. quæst. 1. artic. 10. dub. 3. & Cano. 5. de locis, capit. 4. *Resolut.* *Conc. Tri. Carthag. Tolletan.* *Bañez. Cano.*

16. Concl. Sexta decima cõclusio. Capitulum Ecclesiæ Cathedralis viuente Episcopo, nõ potest condere legem aliquam, nec obligantem populum, nec pertinentes ad ipsum capitulum; sed tantum potest statuta facere pertinentia ad regimen ipsius capituli, vel administrationem facultatum, vel eorum quæ pertinent ad mensam capitularem, & distributionem illorum, in sede autem vacante potest, tam in ordine ad populum, quam ad ipsum capitulum facere aliqua statuta per modum legis tantum duratura pro vacante. Prima pars conclusionis patet, quia cum Episcopus sit caput, tam populi, quam ipsius capituli, ideo capitulum sine Episcopo, nullatenus legem huiusmodi poterit condere, quia sine capite corpus, vel pars corporis quale est capitulum operari non potest. & hoc quidem definitum est ab Honorio Tertio, capit. cum consuetudinis, de consuetudine, his verbis: authoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque Episcopi vestri cõsensu immutatis Ecclesiæ vestræ cõstitutiones, & cõsuetudines aprobatas, vel nouas, etiã inducatis, si quas forte feceritis irritas decernẽtes. Secũda etiã pars cõclusionis est manifesta ex

1. pars conclus. prob. *Honor.* *2. pars conclus. prob.*

ex vsu, in administratione enim suorum facultatum, capitulum cum suo Decano disponit, nec in hoc Episcopus se intromittit, & ad huiusmodi paruaDecanus est caput capituli. Et sic componitur qualiter Decanus dici possit caput capituli, cum Episcopus caput sit totius populi, etiam ipsius capituli, vt patet. cap. nouit de his, quæ fiunt à Prælato. Decanus enim tantum est caput ad congregandum capitulum, & ad proponendum, quæ tractanda sunt, & alia huiusmodi parba, vt dictum est. Ex hoc manet concordia inter graues auctores, quorum alij asserunt, capitulum sine consensu Episcopi non posse facere statuta, vt Archidiaconus, capi. Catholica, distint. 11. Inocentius, cap. cum omnes, num. 2. & Panormitanus, num. 4. Decius num. 20. de constit. alij verò dicunt talia statuta posse facere, vt Siluester, verbo, lex, quæst. 4. ex cap. cum accessissent, de constit. nam primi auctores debent intelligi de lege perfecta, illam condere non posse. Secundi verò loquuntur de aliquibus statutis pertinentibus ad facultatem ipsius capituli, vt dictum est. Tertia verò pars conclusionis probatur, à Nauarro, libr. 1. cons. 7. de officio iudic. ordi. ex capit. his quæ, & capit. cum olim de maior. & obedient. videatur etiam consilio 28. num. 1. & cons. 30. num. 2. de tempor. ordin. & Gutierrez libr. 1. quæstionum Cano. cap. 11. num. 10. qui id probat ex Trident. sessio. 24. capit. 18. de reformatione. Deuoluitur enim potestas ad capitulum in Sedeuacante, ac per consequens potest sicut Episcopus pro regimine leges condere. Nec valet arg. Quod in sede uacante Papæ, non potest Ecclesia, vel Concilium, vel Gongregatio Cardinalium leges statuere: ergo nec capitulum Cathedralis cuius inferior, & minor est authoritas. Respondetur enim quod authoritas Papæ tantum est à Christo Domino collata Papæ, vnde illo defficiente, non est à quo prædictis communicetur, vsque ad electionem alterius Papæ, vacante autem sede Episcopi, est Papa, qui possit capitulo talem potestatam tribuere, & sic illam habet ex iure: quapropter in sedeuacante, non potest ad libitum, quæcumque statuta, per modum legis facere, sed secundum dispositionem iuris tribuentis talem potestatem, nimirum tantum necessaria ad regimen, pro tempore vacantis spiratura statim, atque fuerit Episcopus, nec potest statuta Espiscopi mortui rebocare. Licet possit si expediat illa non seruare. nec potest dispensare, cum illegitimo, ad ordines saltem maiores, nec ad beneficium simplex. nec reuerendas dare ad ordines, nisi ob causam beneficij curati, & alia huiusmodi, quia potestas hæc datur ad necessitatem in sedeuacante, & non ad destructionem, qualis esset, si absolute capitulum de omnibus posset disponere. De Ecclesia vero Collegiata proportionabiliter dicendum est in grauioribus, omnino ab Episcopo dependere, & nihil graue sine eius licentia posse determinare.

Concordia inter Doct.

Archid. Inocent. Panorm. Decius. Siluest.

Pers conc. prob.

Nauarr.

Gutierr.

Conc. Tri.

Obiectio.

Solutio.

Decima & septima conclusio, aliq; sunt Congregationes, vel communitates, quæ leges in ordine ad pertinentes ad illam communitatem possunt instituere. Sic tenet Siluester, verbo, lex, quæst. 4. loquẽs de aliquibus communitatibus clericorũ, vt sunt Collegia, vel Doctorum, vt sunt Vniuersitates, & ad hoc affert, cap. ex literis, de constit. & Rosella, verbo, excommunicator, §. 4. cum Panormitanus, capit. cum omnes, de constitut. & cum Felino eodem capit. & fauet, lex per iniquum, Codic. de iurisdict. omnium iudicum. Loquens de aliquibus consimilibus communitatibus secularibus, sed quia sunt aliqui moderni oppositum asserentes, quia potestas ferendi leges (inquiunt) supponit iurisdictionem, & istam habere non possunt huiusmodi communitates, nisi ex iure positiuo deriuatam à Papa, de qua non constat. Ideo pto intelligentia nostræ cõcluvonis. Notandum, quod aliquis potest habere iurisdictionem ab alio dupliciter primo, vt à superiori, vt à Papa, v.g. Secundò ex pacto, quia alter vult se subijcere ei, aliquo pacto interueniente: sic ergo huiusmodi communitates habent iurisdictionem, supra personas illius communitatis, ex pacto, cum patrono, vel fundatore, ideo enim fundauit patronus talem Vniuersitatem, vel Collegium, quia talis communitas se ei subiecit sub iuramento seruandi statuta illius, & quoties aliquis talem communitatem intrat tale iuramentum præstat obediendi tali communitati, & Rectori illius, propter alimenta, & honorem receptum ex ingressu talis communitatis. Si autem ab Episcopo, vel Papa petitur confirmatio istarum confraternitatum, Collegiorum, vel Vniuersitatum, non est, vt ab ipso iurisdictio obtineatur, quia sine ipso ex pacto potest esse iurisdictio prædicta, sed vt fiat examem, & à probatio à Superiori, quod in fundatione talis communitatis, vel statutorum illi-

17. Concl.

Siluest.

Roscella. Panorm. Felinus.

Not.

lius, nihil continetur contrarium Apostolicis, vel Episcopalibus præceptis, aut iuri communi. Videatur Victoria, relect. 1. de potestate Eccles. propos. 3. num. 3. & relect. 2. q. 1. propos. 3.

Victoria.

Corol. Ex dictis sequitur, quod in capitulis generalibus, vel prouintialibus duplici via possunt leges instituui, & ratione voti, quo quis se subiecit Prælatis, & ordine, & ex quo Prælatus adquisiuit iurisdictionem, & secundo authoritate Papæ tribuentis Religionibus talem potestatem, vt præcipiant omnibus suis subditis, maxime in capitulis, vt conueniens fuerit bonæ gubernationi, qua ratione, etiam nouicij tenentur obedire præceptis Prælatorũ non ex voto, siquidem non sunt professi, sed ex authoritate Papæ ea enim ratione, qua illos priuilegio eximit à Prælatis secularibus, & extra ordinem eos subiecit Prælatis Religionis, & potestatem Prælatorum, ad extra commutauit Pontifex in potestatem Prælatorum, ad intra Religionem aliàs enim nouicij, vt oues sine pastore manerent, si nullus eis posset præcipere, neque Prælatus extra ordinem ex priuilegio Religionis, quo gaudet nouitius. Neque Prælatus Religionis, quia per votum non se subiecit. Dicendum ergo, quod ex Papa, & quia ipse volens ingredi Religionem, & gaudere priuilegio illius, se subiecit Prælato Religionis pro tempore nouitiatus, quo tempore eximitur à Prælato seculari, ideo manet subiectus præcepto Prælati Religionis.

Dub. III.

Vtrùm potestas legislatiua Ecclesiastica sit in homine peccatore, vel hæretico.

1. Sent. Hæreti. Et Arm. IN hac re est prima sententia. Hæreticorum asserentium potestatem legislatiuam, siue ciuilem, siue Ecclesiasticam, non manere in peccatore, & quantum ad potestatem Ecclesiasticam, sequitur istam sententiam Armacanus libr. 10. de quæst. Armeno. capit. 4. Hæc sent. probatur. Quia talis potestas est donum Dei supernaturale, & collatum ad regendam Ecclesiam Dei sponsam in edificationem illius, ergo non est credibile manere in inimico Dei Ecclesiam destruente, à quo Dei dona debent à moueri.

Arg.

Secunda sentent. est, quæ specialiter asserit peccatum hæresis destruere talem potestatem, etiam in Sumo Pontifice, licet auctores huius sententiæ diuisi sint inter se, quidam enim asserunt Pontificem hæreticum statim amittere potestatem Pontifitiam, etiam si hæresis sit occulta, sic docet Turrecremata in summ. part. 2. capit. 20. Siluest. verbo, schismatici, num. 3. & verbo, Papa, num. 4. & Paludanus libr. de Ecclesiastica potestat. citatus à Turrecremata, idemque videtur docere Cyprian. lib. 2. epistol. 6. ad magnum, & Ambros. 1. de pœnitent. capit. 2. Beda Mat. 18. & Celestinus 1. epistol. ad Clerum Constantinopolitanum. Alij vero asserunt amittere potestatem. si hæresis sit manifesta, non vero si sit occulta, etiam per accidens sic docet Vbaldensis, tom. 1. libr. 2. cap. 9. & 11. Driedo 4. de Eccles. dogmat. capit. 2. part. 2. sentent. 2. & 7. Cano. 4. de locis, capit. 6. ad 12. Et ratio istorum est, quia ad retinendam potestatem requiritur esse membrum Ecclesiæ, quia debet esse caput, hæreticus autem manifestus, nullatenus est membrum: quapropter nullatenus potest esse caput, nec habere talem potestatem, occultus autem, cum in estimatione omniũ appareat fidelis sufficit ad esse membrum aliqualiter, & esse caput visibile, & sic habere talem potestatem ad exterius regendam Ecclesiam, imo ad regimen internum sufficit exterius apparere membrum, & caput, quia alias omnia essent in certa quantum ad salutem, etiam animarum, si propter hæresim occultam potestas legislatiua amitteretur, alij autem adhuc istam sententiam alia via sustinent, asserentes hæreticum occultum retinere partem potestatis, & amittere partem, retinet quidem potestatem ad absoluendum, ad dispensandum, ad definiendum res Fidei, & conferendum beneficia, & Episcopatus, & alia necessaria ad quę si potestas non remaneret, multa inconuenientia sequerentur, amittit tamen potestatem quantum ad alia non sic necessaria, & quantum ad scientem ipsum esse hæreticum, qui vtique ad vsum potestatis illius non deberet confugere.

2. Sent. *1. Modus.* *Turrecr.* *Silues.* *Palud.* *D. Cipr.* *D. Ambr.* *Beda.* *Celestin.* *2. Modus.* *Vbaldens.* *Driedo.* *Cano.* *Arg.*

Hæc autem sent. absolute posita. Probatur primo argum. Posito, quia Papa hæreticus est extra Ecclesiam, nec est membrum illius: ergo non potest esse caput, nec habere potestatem prædictam.

1. Arg. pro 2. sent.

Secundò arg. Quia potestas Pontifitia fundatur supra Fidem, iuxta illud Matth.

Arg. 2.

16.

16. Super hanc petram, &c. Ergo deffitiente Fide, talis potestas manere non potest.

3. Arg. Tertiò arg. Quia sic videtur haberi in iure canonico determinatum, cap. sicut, capit. quod autem, cap. acatius, cap. audiuimus, cap. omnis, cap. didicimus 24. quæst. 1. Confirm. ad tit. 3. hæreticum hominem de vita ergo Pontifici hæretico, non vt capiti debemus coniungi.

4. Arg. Quartò arg. Quia si stante hæresi Papæ, manet eius potestas nullum remedium, manet ad prædictum damnum euitandum, ne Ecclesia praue ab hæretico gubernetur, quia cum talis potestas sit suprema, nulla erit ad ipsum cohibendum stante tali potestate in illo.

1. Concl. Prima Conclusio, propter peccata quantumcumque grauia, & multiplicata non amittitur potestas à Prælato, quantumcumque iniquissimo. Hæc est deffinita in Concilio Constantiensi, & patet ex illo Matth. 23. Super Cathedram Moysi

Matt. 23. ascenderunt Scribæ, & Phariſæi, omnia quæcumque dixerint vobis facite, quod secundum explicationem Sanctorum, nõ solum de Iudeis, sed etiam de Prælatis Ecclesiæ venit intelligendum, de quo videatur Diu. Ciprian. lerm. de bapt. Secundò

D. Cipr. probatur ratione, nam hæc est differentia inter gratias gratis datas, & gratiam gratum facientem, quod ista facit, & importat sanctitatem, illæ verò minime, sed cum mortali compatiuntur, cum ergo potestas prælatorum sit gratis data, secundum illud alios quidem fecit pastores, & Doctores, etiam in peccatore conseruabitur talis potestas. Confirm. quia maiora dona qualis est Fides spes, &c. Cum peccato cõ seruantur, licet sint initium iustificationis, quanto magis potestas, quæ cum iustificatione connexionem non habet. Secundò probatur. Quia cum de gratia, & sanctitate certitudo esse non possit, secundum illud nemo scit, vtrũm odio, vel amore dignus sit, consequenter, nec certitudo esse posset de potestate, & omnia quæ ex tali potestate dependent manerent in certa, & facile quis ab obedientia Prælati eximeretur, si de suo Prelato peccatum præsumeret, vel fingeret pro malitia.

2. Concl. Secunda conclusio, etiam propter peccatum hæresis non amittitur potestas Põtificia donec ab Ecclesia deponatur. Hãc tenet Caiet. tomo 1. opus. 1. de potestat. Pap. capit. 18. vsque ad 22. Soto 4. d. 22.

Cai. Soto cano. quæst. 2. art. 2. cano. 4. de locis, capit. 2. & capit. vltim. ad 12. Victoria relect. 1. de potestat. Ecclesiæ, num. 6. Turrecremata in summ. part. 2. capit. 19. Siluester, verbo, confessor 1. quæst. 19. & 20. Ricardus 4. d. 18. art. 3. quæst. 1. & Panormitanus capit. veritatis, de dolo, & contum. Et probatur primò de hæresi occulta, nam cum Ecclesia sit visibilis, & caput eius visibile non perditur potestas capitis per inuisibile, & occultum, quia alias, vt diximus res essent in certæ, & maxima inconuenientia orirentur. Secundò probatur, de hæresi publica, quia non assignari potest ius diuinum, nec humanum, quo tali potestate priuetur, ergo illam retinet. Tertiò probatur, quia si illam amitteret non posset illam recuperare, nisi per nouam electionem, consequens autem est falsum, quia multi resipiscentes in suis officijs, sine noua electione remanserunt, vt patet capit. maximum 9. quæst. 1. & capit. causas cuiuslibet 2. quæst. 1. Quartò probatur, quia huiusmodi hæretici publici ab Ecclesia, publica sententia sunt depositi, ergo signum est potestatem ante depositionem non amisisse, antecedens patet ex Concilio Constantinopolitano, 1. Ephesino 1. & Calcedonensi, & ex aalijs. nec Diu. Thom. contrarius est 2. 2. quæst. 39. artic. 3. Vbi ait potestas iurisdictionis non immutabiliter ad hæret. vnde in schismaticis, & hæreticis non manet, quia vt explicat Caiet. opus. 1. capit. 22. citato, loquitur Diu. Thom. quantum est ex meritis hæretici, non verò de facto, quo vsque deponatur, vt dictum est. Verum est, quod antiquitus hæreticus publicus, cum esset excommunicatus consequenter erat suspensus, & sic multoties loquitur de illo, aput Sanctos sicut de non habente potestatem. Post Concilium autem constantiense, & extrauagantem, ad euitanda scandala, etiam publicus hæreticus tolleratur, vsque ad nominationem, vel depositionem, & hoc quidem loquendo de Prælatis inferioribus, nam de Papa cum excõmunicatus esse nõ potest omnino, nunc & antea potestas retinetur, vsque ad depositionem, si autem quæras qualiter Papa à suprema potestate deponi possit. Respondetur, quod sicut electio est conditio, vt à Deo tribuatur potestas, ita depositio, vt à Deo auferatur solum conditio est, & non causa, quia sicut eligi, ita & deponi, est ab Ecclesia, sed sicut collatio potestatis est à Deo in electione, ita priuatio potestatis in depositione.

Victor. *Turrecr.* *Silbest.* *Ricard.* *Panorm.*

Concilium Constantinopoli. *Ephesin.* *Calcedonẽse.*

Explicatur D. Th. à Cai.

Not.

Ad.1.ar. 2.Sent. Ad primum argum.primæ sentent. respond. Potestatem esse donum, non habens conexionem,cum gratia pertinereque ad regimen externum, vel internum aliorum,quapropter, etiam in peccatore remanere potest sicut,& alia dona.

Ad 1.ar. 2.Sent. Ad primum argum. secundæ sentent. respond. Hæreticum etiam publicum ante depositionem ratione characteris baptismi,& externo vsu,& cultu Sacramentorum,habere sufficientem vnionem, ad retinendam potestatem.

Ad 2.ar. Ad secundum argum.respond. Fidem Petri fuisse fundamentũ,vt ei & successoribus eius potestas Pontifitia conferretur, non autem necessaria est Fides cuiuslibet successoris Petri, vt in ipso potestas sit,sed remanet quo vsque deponatur.

Ad 3.ar. Ad tertium argum. respond. Illa loca non declarare hæreticum non esse Papam,sed causam legitimam illum deponẽdi. *Ad conf.* Ad confirm. respond. Paulum ibi non loqui de censura,nec de amissione potestatis,sed loquitur de euitatione cõsorcij, & communicationis generaliter, quatenus nocibum est,cum hæretico conuersari:quia vt ipse ait hæresis serpit, vt cancer,& hac ratione fugienda est,etiam nõ *Ad 4.ar.* stante censura excommunicationis. Ad quartum argum. respond. Quod licet in Ecclesia potestas maior non sit, est tamen potestas ad deponendum per modum conditionis, vt diximus,quatenus posita depositione à Deo aufertur potestas illius.

Dub. IIII.

Vtrùm potestas ciuilis sit subordinata potestati Ecclesiasticæ?

PRO intelligentia huius dubij præsupponendum potestatem Ecclesiasticam legislatiuam præstantiorẽ, & dignio rem esse potestate ciuili, vt docet D. Thom.opus.20.de reg.prin.capit.4. Bernar.4.de consi.Nazianz.oratio.17.Ambros.libr.de dignitat. Sacerdot.capit.2. Chrisost.3.de Sacerdotio, homil.83.& homil.83.in Mat.& homil.3.ad pop. & Leo epistol.23. Et non quidem præstantior est potestas legislatiua Ecclesiastica, quia supernaturalis sit, quoad substantiam, quia hæc est differentia inter illam, & potestatem absoluendi à peccatis concedẽdi indulgentias, excommunicandi, & effitiendi Sacramenta ad causandum characterem,& gratiam per illa, quod ista potestas,etiam in laico conficiente Sacramentum matrimonij, vel baptizate (etiam in fideli) est supernaturalis,quoad substantiam. Potestas verò legislatiua, quoad substantiam supernaturalis nõ est, quia si Deus instituisset Sacramenta, & alia ad cultum supernaturalia, & non decreuisset potestatem legislatiuam,circa illã vtique communitas,vel Princeps secularis ex auctore naturæ talem potestatem haberet,vt determinaret modum, & regimen seruandum circa illa, est tamen huiusmodi potestas aliqualiter supernaturalis; primo quia de facto collata est Ecclesiæ à Christo Domino auctore supernaturali illam auferendo à secularibus principibus. Quia licet isti in directe ad finem secularem possint de sacris disponere,directe tamen ista potestas pertinet ad Ecclesiasticos, ita vt istis exercentibus hoc munus, nullatenus seculares se possint ad illud exercendum intromittere,sed solum in casu omisso ab Ecclesiasticis, istis autem circa spiritualia disponentibus omne statutũ, vel ordinatio secularis cessat. Secundò hæc potestas,supernaturalis est ex parte finis,quia ad finem supernaturalem ordinatur in edifficationem corporis Christi,vt ait ad Ephes. 4. Tertiò supernaturalis est hæc potestas ex parte materiæ,circa quam versatur,quia circa res spirituales exercetur. Quartò est supernaturalis ex parte subiecti, quia potestas ciuilis potest esse in non baptizato Ecclesiastica verò minime,nec propterea est in certa,quia sufficit certitudo moralis de baptismo,item potestas ciuilis plenaria potest esse in fœmina,non verò Ecclesiastica licet aliqualis possit esse, & quod in contrarium dicitur de Ioanne VIII.Papam fuisse,& fœminam,fabulosum est. Vtrùm autem vir laicus possit habere hanc potestatem Pontificiam, si in Pontificem eligeretur in certum est. Pro comperto autem haberi debet non debere vti tali potestate ante susceptionem ordinis:quapropter,si aliquando aliqui mere seculares in Episcopos sunt electi,munus ante susceptionem ordinis numquam legitur exercuisse. Si ergo potestas Ecclesiastica his titulis supernaturalis est sine dubio dignior debet appellari, quam potestas secularis, quæ omnino est profana,vt ait Gelasius Papa epistol. ad Anastasi-

Ad Ephes. 4.

Dubium resoluitur.

Gel. Pap.

nastasium Imperatorem, vt refertur capit. duo sunt 96. distinction. Et in super hanc etiam præstantiam habet amplitudinis, quod ad totum orbem extēdatur in Christianos, cum nulla potestas ciuilis hanc amplitudinem habeat, vt notauit D. Thom. 2. sentent. in fine. Hanc excellentiam potestatis Ecclesiasticæ Doctores Sancti miris exemplis declarauere. Greg. Enim in initio pastoralis comparat potestatem Ecclesiasticam auro, regalem verò plumbo, & Inocentius III. Ecclesiasticam Soli, regalem vero lunæ, vt patet capit. solitæ, de maioritat. & obedient. & Bonifat. VIII. in extrauag. de maiorit. & obedient. Ecclesiasticam vocat gladium spirituale, regalem vero corporalem, idem ait Bern. 4. de considerat. Nazianz. oratione 17. hoc supposito.

D. Thom. *D. Greg.* *Inoc. III.* *Bonifatio XIII.* *D. Bern.*

In hac re fuit error Marsilij de Padua, quem refert Turrecremata 4. summ. part. 2. capit. 37. Asserentis Papam posse iudicari puniri, & deponi ab Imperatore, si in suo officio defficiat, fuit etiam error Nili asserentis, libr. de primatu Papam posse iudicari à Concilio Episcoporum, Calbinus autem 4. institut. capit. 7. §. 19. & hæretici huius temporis asserunt vtrũque, Papam, & Imperatori, & Concilio subiectum esse.

Sent. Marsil. de Padua. *Nili.* *Calbin.*

Probatur primo hoc esse verum. Nam in lege veteri potestas Sacerdotalis erat subiecta regali, ergo etiam in Ecclesia, nã videtur eadem ratio antecedens vero patet, 3. Reg. 2. vbi Salomon deposuit abiatar, & loco illius creauit Sadoch, imo in historijs constat Papam ab Imperatoribus, aliquando fuisse depositum.

1. Arg.

Secundò probatur. Nam Imperator habet plenam potestatem in ordine ad finem temporalem, ergo etiam in ea, quæ necessaria sunt ad huiusmodi finem, sed aliquando spiritualia conducunt ad finem temporalem, sicut & temporalia ad finem spiritualem, ergo sicut hac ratione potestas Ecclesiastica, sibi subjicit temporalia ad spiritualia, ita potestas Regia subijciet, sibi spiritualia in ordine ad temporalia, & consequenter personas Ecclesiasticas, in quibus est talis potestas Ecclesiastica.

2. Arg. *Concl.*

Conclusio tamen sit. Quod non solum Papa non est subiectus potestati secularium Principum, sed quod absolute Principes seculares, & potestas illorum subiecta est potestati Ecclesiasticæ, non solum Papæ, sed etiam Episcoporum, nisi alias ex priuilegio essent exemti, & immediate subiecti Papæ, hanc docent D. Thom. 2. sentent. in fine, Cai. apolog. pro Pontifice, capit. 13. ad 8. Soto 4. d. 25. quæst. 2. art. 1. Victoria relectione 2. de potestate Eccles. Henricus, quodlib. 6. quæst. 3. Turrecremata 2. summ. capit. 39. & capit. 113. Vbaldensis 2. doctrinalis, capit. 76. & moderni, & quidem hoc probatur primo, ex Bonifatio in extraua gant. vnam sanctam. de maiorit. & obed. & Bernard. 4. de consid. & Gelasio Episcop. ad Anastasium, & Concilio Sinuesano, vt refert Nicolaus Papa, epistol. ad Michaelem, & Concil. Romano, sub Silbestro can. vltim. & sinodo Romana sub Sixto III. capit. 5. & quinta sinodo generali, sub Simacho, & Concilio Romano, sub Adriano II. & sinodo 8. gener. actione 10. can. 21. & ex alijs quos refert Salas disputat. 8. section. 21. Et ratione probatur primo, nam Episcopi maxime Papa sunt pastores. Principes vero seculares sunt oues ergo isti ab illis debent Regi, & eis esse subiecti.

D. Thom. *Cai.* *Soto.* *Victoria.* *Henric.* *Turrecr.* *Vbaldensis.* *Bonif.* *D. Bern.* *Concilium Sinuesanũ Romanum* *Sinod. 5. & 8. gen.*

Confirm. quia Ecclesia est vnum corpus, vt patet 1. Cor. 12. & ad Roman. 12. ergo vnicum caput debet assignari, qui est Papa in tota Ecclesia, & Episcopus in sua Diœcesi: ergo Principes seculares cũ sint mẽbra huius corporis, capiti scilicet pastori Ecclesiastico, debẽt esse subiecti, & sic constat, Imperatores multoties, vt subditos fuisse à Papa excommunicatos, vt Inocentius Arcadium excommunicauit propter Chrisostomum, & Ambrosi. Theodosium. Secundò probatur, nam absolute tẽporalia ordinantur ad spiritualia, & non è contra: quapropter temporalia non cadunt sub merito absolute, nisi quatenus vtilia sunt ad spiritualia, & ad vitam æternam: ergo potestas temporalis debet sub ordinari spirituali, & non è contra.

Ex quo sequitur primo, quod in temporalibus non conducentibus ad spiritualia, Princeps secularis, non est subiectus Papæ, & si in his calumniam à Papa patiatur, potest se armis defendere, & Papam agressorem impugnare.

1. Corol.

Secundò sequitur, quod si ad finem spiritualem conducat Papa potest obligare, etiam per excommunicationem Principem secularem ad defensionem Fidei contra hereticos, & propagationem illius, vt docet August. epistol. 50. ad Bonifatium, & 5. de ciuit. capit. 24. Leo epistol. 75. ad Leonem Augustum, Gregor. libr. 2. epistol. 61. ad Mauritium. Item potest Pa

2. Corol. *D. Aug.* *D. Leo.* *D. Greg.*

pa obligare Principem secularem, vt condat aliquam legem, vel aliquam reuocet, prout expediens ad finem spiritualem iudicauerit: quapropter, si duæ sint leges cõtrariæ altera ciuilis, & altera Ecclesiastica. per Ecclesiasticam manet nulla ciuilis, & reuocata, vt patet in lege perscriptionis. Non enim debet seruari lex Imperatoria de perscriptione, in Codice de perscriptione, sed Ecclesiastica, capit. finali, de perscriptione. Si autem ad finem supernaturalem, non conducat, non potest Papa sua solum libertate legem ciuilem annullare, quia potestas ciuilis solum est subiecta Ecclesiasticæ in ordine ad finem spiritualem, ita docet Bern. 1. de consideratione.

D. Bern.

Ad. 1. ar. Ad primum argum. respond. Aliquos tenuisse, etiam in veteri lege potestatem Regiam fuisse subiectã Sacerdotali, quia

1. Solut.

Leuit. 4. Leuit. 4. præcipitur offerri pro Sacerdote nobiliorem victima, quam pro Rege, vt

Theod. notauit Theodoretus, quæst. 1. in Leuit.

Philon. Philon. libr. de victimis, vbi affert illud num. 27. quod ad verbum Pontificis, tam populus, quam Princeps egredi præcipiebatur. Sed melius resp. cum Diu. Thom.

2. Solut.

D. Thom. opus. 20. de regi. princi. libr. 1. capit. 14.

Abulensis. quem sequitur Abulensis. 3. reg. 1. quæst.

D. Bon. 28. & Bonau. 4. d. 24. Cordubalib. 4. q.

Cordub. 1. arg. 2. §. ad vltimum, Victoria, relect.

Victoria. 1. de potest. Eccles. Turrecremata 2. sum.

Turrecr. capit. 96. ad 4. obiectionem, & Salas hic

Salas. disp. 8. sect. 22. in illa lege potestatem, Sacerdotalem fuisse subiectam regali, vt colligitur, 2. Paralip. 19. Vbi Iosaphat præcepit Amarias Sacerdos, & Pontifex in omnibus, quæ ad Deum pertinent præsidebit: porro Zacharias super opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. Colligitur, etiam ex loco adducto in arg. de Salomone. Si autem rationem quæras quare in illa lege sic esset. Resp. Fuisse ex imperfectione illius legis cuius promissiones erant temporales: quapropter in ipsa potestas temporalis præeminebat, quapropter Regnum illorum vocabatur Sacerdotale, modo autem Sacerdotium vocatur regale, 1. Petri 2. Regale Sacerdotium, nimirum, quia tunc præeminebat Regnum modo autem præeminet Sacerdotium, ita D. Hieron. 1. contra Pelag. & epist.

2. Paralip. 19.

1. Petr. 2.

D. Hier.

D. Aug. 1. ad Dardanum, August. q. 33. in num.

Not. & lib. 19. contra faustum, capit. 31. Nota tamen nos non asserere Regem esse superiorem, quasi possit munera Sacerdotis

2. Paralip. 26. exercere punitur enim Ozias 2. Paralip. 26. Quia thus voluit adolere, quod erat officium Sacardotis, & in materia doctrinæ, & institutione Religionis ad Sacerdotes mittebantur, Deut. 17. Dicimus tamen Sacerdotem non habere iurisdictionem, & potestatem supra Regem, sed è contra ratione dicta, & idem erat in lege naturæ, nisi forte esset eadem persona Rex, & Sacerdos, quod verius iudico. Modo tamen in Ecclesia potestas Ecclesiastica superior est, etsi contra factum est ab Imperatoribus, vt dicitur in arg. hoc factum est per iniuriam.

Deut. 17.

Ad secundum arg. resp. Quod licet secundum se, ita posset contingere, ex institutione tamen Christi potestas ciuilis subiecta est Ecclesiasticæ, & nullatenus potest Princeps secularis condere legem circa spirituualia, etiam in ordine ad temporalia, nisi ex licentia Papæ, vel ipso tacente, vel contemnente (monito) prouidere de necessarijs in huiusmodi, quia tunc virtualiter committit talem dispositionẽ Principi seculari, ipso tamen renitente, nullatenus potest talem legem condere Princeps secularis.

Ad. 2. ar.

Ex dictis sequitur, quam falsus sit error Brẽcij quẽ secutus est Henricus VIII. & Elisabetha Reges Angliæ, quod potestas Ecclesiastica sit aput Reges, & quilibet Rex simul sit Papa in suo Regno, & Summus Pontifex solum in terris, sibi subditis temporaliter, habeat potestatem Ecclesiasticam, & nullatenus supra alios Reges; quia licet in lege naturæ, simul esset potestas Sacerdotalis cum regali, & idem esset Rex, & Sacerdos, in lege tamen scripta separata est vna ab altera, & hoc manifestius est in lege gratiæ, vbi Christus hãc potestatem non regibus, (qui nondum erant ad Fidem conuersi) sed piscatori Petro, & eius successoribus cõtulit, Ioa. vlt. Dicẽs pasce oues meas, quod & propheta tum est Psalm. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram, patres vocat Apostolos filios autem successores illius, vt explicat D. Hieron. de quibus etiam 1. Corin. 12. & ad Ephes. 4. Deus posuit in Ecclesia primum Apostolos, deinde prophetas, tum pastores, & Doctores, nullam mentionem faciens de Regibus, sed de alijs à Christo nominatis, quos (vt dicitur Act. 20.) posuit Deus Episcopos regere Ecclesiam Dei, vt notauit Damasc. oratione de imaginibus. Videatur Ignatius epis. 7. ad Smirnenses, Chrisost. hom. 83. in Matth. Greg. 14. mora. cap. 19. & lib. 4. epistol. 31. ad Mauritium, Aug. Psal. 98. Nicolaus

Corol. Contra Henricum Octauum.

Ioan. vlt.

Psal. 44.

D. Hier. 1. Cor. 12. Ad Ephes. 4.

Actor. 20.

Dignat. D. Chrisost. D. Greg. D. Aug.

laus I. epist. ad Michaelem Imperatòrem,
Gelasius. Gelasius epist. ad Anastasium Imperatorem. Qui loculentissime tractant qualiter in lege gratiæ Christus Dominus, vtramque potestatem separauerit, & hanc doctrinam vsque hodie omnes Pontifices, & Reges (præter Anglicanos, & hæreticos huius temporis) sine aliqua hesitatione receperunt. Videatur Salas hic.
Salas.

Art. IIII.

Vtrùm promulgatio sit de ratione legis?

Prima conclusio. Promulgatio est necessaria, vt lex habeat vim obligandi. Secunda conclusio. Deffinitio legis colligitur ex articulis prædictis, quod sit quędam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam habet communitatis promulgata. Tertia conclusio. Promulgatio extenditur in futurum, per firmitatem scripturæ, ideo enim secundum Isido. lex à legendo dicitur, quia scripta est.

Dub. I.

Vtrùm promulgatio sit de ratione, & essentia legis?

1. Sent. IN hac re est prima sententia. Quod promulgatio, ita est necessaria, quod pertineat ad essentiam legis, & essentia legis ante promulgationem, nullatenus sit, nec obligatio eius. Hãc tenet Medina
Medina. hic, & Vazquez disp. 155. capit. 2. num.
Vazquez. 16. & Suarez lib. 1. leg. cap. 11. num. 6.
Suarez. & Castro lib. 1. de lege pena. ca. 1. Et hæc
Castro. sent. probatur primo, ex D. Thom. hic asserente, quod vt lex virtutem habeat obligandi oportere, vt promulgetur, ergo promulgatio pertinet ad essentiam legis probatur consequentia, nam essentia legis nõ
1. Arg. est sine vi obligandi, ergo si vis obligandi non est sine promulgatione, consequenter nec essentia legis. Et propterea Diu. Thom. posuit in deffinitione legis illam particulam, promulgata, quia existimauit promulgationem pertinere, ad essentiam explicatam per deffinitionem.

2. Arg. Secundò arg. lex est essentialiter præceptum Principis formaliter, vt Princeps; sed non est actus, vel præceptũ formaliter, vt Principis, nisi media promulgatione, ergo nõ est lex essentialiter nisi media promulgatione. Minor probatur. Quia Princeps formaliter est persona publica respitiẽs bonũ commune, & regimen publicũ, hoc autem facere non potest, nisi media promulgatione publica suorum mandatorum.

3. Arg. Tertiò arg. Quia si promulgatio non pertinet ad essentiam, sequitur quod ante promulgationẽ est essentia legis, & obligatio, quæ clauditur in essentia legis: consequens autem est falsum, & contra omnes nullus enim asseruit legem ante publicationem obligare. Nec valet solutio, quod licet sit essentia, defficit tamen conditio publicationis ad obligationẽ. Nõ inquã valet, quia tunc sequeretur, quod si quis etiam priuatum scire, talem legem, sine publicatione communi, obligaretur. Quid enim interest, quod non sit publica manifestatio, si ipse scit legem, & ipsa sine publica manifestatione habet essentialem rationẽ legis? ergo si stante scientia particulari legis, non obligatur, ideo erit, quia ante promulgationem, adhuc non est lex, nec habet vim obligandi.

2. Sentent. Secunda sent. asserit esse de essentia legis aliquam externam denunciationem, non tamen publicam, & solẽnem promulgationem, sed istam tantum esse ex dispositione iuris humani, & non ex natura rei ipsius legis. Hãc tenent multi ex Societate Iesu, vt citat Salas tract. 14. disput. 12. sect. 1. & citant pro se Siluest. verbo, lex, q. 6. & Panor. cap. 1. de postul. Prælat. n. 9. & 10. & Angel. verbo, lex, q. 12. & Siluam, tit. de beneficijs, q. 22. & Ludouic. Gomez in procœmio ad reg. Chãcell. q. 2.

Multorum ex Societate, qui citant Silu. Panorm. Angel. Siluam. Gomez. Sent. prob.

Et probatur, quia regulæ Chancellariæ habent rationem legis, & tamen non sunt solemniter promulgatæ, sed solum in Chancellaria denuntiatæ: ergo solemnis promulgatio solum requiritur ex dispositione iuris humani. Item Inocent. III. in illo, cap. 1. de postul. Præl. expresse ait, vt quis teneatur ad obseruantiam legis. Sufficere si sciat solemniter esse editam, aut publice promulgatam, ergo facta denuntiatione legis, v. g. in consilio, vbi fuit edita sufficit ante publicam promulgationem, secundum Inocentium.

3. Sent. Tertia sent. est media, promulgationem quidem solemnem, nec esse de essentia legis, nec tam extrinsecam, quod solum ex dispositione iuris humani requiratur, sed esse conditionem requisitam ex natura rei. Auctores autẽ huius sent. inter se sunt diuisi,

1. Modus explicandi

uisi, aliqui enim asserunt esse conditionē ex natura rei adeo intrinsecam essentię, vt nullatenus essentia legis sine tali conditione promulgationis esse possit, vt aprehensio intellectus tantum est conditio ad actum voluntatis, & obscuritas in Fide. Tamen sunt modi, & conditiones adeo intrinsecæ, vt nullatenus sine illis essentię esse possint, etiam de potentia Dei absoluta. Alij verò (vt Salas loco citato) asserūt esse quidem conditionem ex natura rei, non tamen essentialiter, quia Deus sua potentia posset sine promulgatione facere, vt lex obligaret, & essentiam legis retinere, sicut aplicatio ignis ex natura rei requiritur ad comburendum, non tamen essentialiter, quia sine aplicatione posset Deus facere ignem comburere, & in moralibus, etiam ex natura rei est impedimētum matrimonij in primo gradu, vel cum aliàs nupta, vel cum errore personæ, tamen Deus posset in huiusmodi aliter disponere.

2. Modus explicandi

Sent.prob. 1. Istam sententiam quantum ad id in quo conueniunt; nimirum promulgationem tantum esse conditionem. Probant ex D. Thom. hic asserente promulgationem esse aplicationem legis, aplicatio autem certum est tantum esse conditionem, vt patet in exemplo ignis.

2. Prob. Secundò probatur, quia lex essentialiter est actus prudentię Principis. Promulgatio autem externa nequit intelligi qualiter intret essentiam actus interioris intellectus, ergo tantum potest asignari, vt conditio legis essentialiter consistentis in actu intellectus Principis præcipientis. Pro decisione sit.

Concluſ. Prima conclusio promulgatio legis, & notitia illius, est omnino necessaria ad legem, & obligationem illius. Hanc aceptant generaliter omnes Doctores, tam antiqui, quam moderni, cum D. Th. hic Sumistę, Canonistę, & Legistę, omnes quos ad longum citat Salas loco citato. Videatur Cai. Cōrad. Med. hic, Sot. 1. de iust. q. 1. art. 4. con. 1. Castr. 1. de leg. pen. cap. 1. Nauarro consi. 1. de const. q. 1 nu. 3. Rodriguez tom. 1. q. reg. q. 6. art. 3. & q. 11. ar. 1. & habetur in lege leges, C. de legib. Vbi Iustinianus sic ait, leges sacratissimę, quæ constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præcepto earum manifestius intellecto, prohibita declinent, & faciant præcepta, & in authē tica, vt factæ nouę constitutionis dicitur. tunc leges valere, cum in communi factæ sunt manifestæ. Secundò probatur. Ratione D. Th. quia lex est regula humanarum actionum, sed regula esse non potest, nisi ad regulatum aplicetur, ergo lex ad actiones humanas debet aplicari, non autem aliter aplicatur, quam per publicationem, & notitiam eius, qui secundum talem regulam debet operari, ergo talis publicatio, & notitia est necessaria. Conf. & explicatur. Quia lex necessario includit præceptum, nequit autem intelligi præceptū, sine intimatione ei cui præcipitur: ergo talis intimatio est necessaria. Tertiò probatur experientia, quia quicumque legislator, facta lege curat de promulgatione, nec existimat obligare, quandiu retinet in scrinio: ergo intimatio est necessaria. Conf. quia etiam Deus quamcumque legem, etiam à se conditam voluit promulgari, naturalē quidē, per lumen rationis, scriptam autē in mōte Sina, Euangelicam verò in die Pentecostes, ergo promulgatio necessaria est. Ex quo patet singularitas Vazquez, qui hic, & q. sequenti. Asserit vniuersaliter esse verum de lege positiua, siue diuina, siue humana, quod sit necessarium promulgari, de lege autem naturæ, & lege æterna, id negat, sed. D. Th. de omni lege loquitur, & solut. ad 1. loquitur, de lege naturali, & q. sequenti, art. 1. expresse loquitur de lege æterna, & ratio eius de omni lege concludit, *Conto a Vazquez.*

2. Concl. Secunda conclusio. Intimatio, & promulgatio non est equalis in omni lege, sed diuersa requiritur in lege naturali, & æterna, & in lege positiua diuina, vel humana, in lege quidem naturæ sufficit promulgatio per lumen rationis interna, iuxta illud Psal, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultis tui, quod apertius asserit ad Rom. 2. Ipsi sibi sunt lex, qui ostēdūt opus legis scriptū in cordibus suis, ecce qualiter asserit scripturā internā cordis, & intimationē per lumen rationis sufficere ad legem naturalem. Ex quo sequitur, quod statim atque quis peruenit ad vsum rationis, obligatur lege naturali, si autem aliqua in aduertentia inuincibilis interueniat, vel ignorantia, vt quod simplex fornicatio non sit peccatum excusatur quidem, sed nō de obligatur, sicut qui ex ignorantia inuincibili celebrat contra ctum irritum iure naturæ, excusatur, sed non de obligatur. Sufficit enim, quod lumen naturæ sufficienter ex se manifestet cuicumque, quod est de lege naturæ, vt maneat obligatus, nec requiritur externa, & publica denuntiatio communis, nihil enim interest ad obligationē huius, quod inti- *Rom. 2.* *Corol.*

intimatio fiat communis, etiam alijs. De lege autem positiua diuina dicimus posse intimari interne per reuelationem alicui, & tunc teneri ad talem legem, etiam si alijs non fiat manifesta, verum est potius talem reuelationem debere dici præceptum, quã legem, quia lex dicit præceptum cõmune positum communitati: quapropter de facto Deus legem positiuam communẽ semper externa, & publica promulgatione intimauit, vt patet Exo. 20. Populus enim audiebat voces videbatque flammam, mõtemque fumantem, tuba sonante, ad promulgationem legis scriptæ. Similiter legẽ Euangelicam externe intimauit Apostolis, & per hoc statim post mortem Christi obligauit, vt dicitur 3. p. q. 66. art. 2. Quia per mortem eius cessauit lex antiqua. etsi non obligaret noua maneret homo, tunc sine lege, poterat ergo quis excusari vnã, vel alteram obseruando obligatione, tamen tantum tenebatur ad legem nouã, hac tamẽ promulgatione Apostolis facta, Christus non contentus aliam solemnem instituit fieri, in die Pentecostes, dũ factus est repente de cœlo sonus, &c. Coram omni multitudine, & natione, vt omnibus publicaretur, sicut omnes obligabat, absolute tameu lex Euangelica, ante hanc solemnem publicationem, per illam factam Apostolis obligabat. De lege autem humana positiua, siue ciuili, siue Ecclesiastica, dicimus requiri promulgationem solemnem externam, & publicam, nec sufficere manifestari in consilio, vel in particulari vni, vel alteri: quapropter, etiã Senatores, qui in consilio legem conditam audierũt, non tenentur eam seruare ante publicam promulgationem, quia ante illam non est lex, sicut & sententia prolata non obligat ante publicationem, quia ante illam reuocari potest, quod non esset si iam valorem haberet non publicata. Et ratio differentiæ est, quod cum Deus sit Dominus omnibus modis, potest denuntiare, & intimare homini suam legem, quomodo voluerit, siue interius, siue externus, siue solemniter, siue nõ solemniter. Princeps autem humanus, vt diximus est persona publica in condendo legem, vnde non vt persona particularis, sed vt publica, per publicam, & solemnem promulgationem debet suam legem intimare.

Exo. 20.

3. Concl. Tertia conclusio. Solemnitas publicationis requisitæ ad obligationem legis, nõ est determinata ex natura rei, sed hoc dependet ex vsu, & more, & determinatione Reipublicæ. Romani enim pro solemnitate promulgationis, legem in Senatu proponebant, vt tamquam iusta approbaretur, postmodum Trino Nundino scripta pro Rostris proponebatur, vt si cuipiam non iusta videretur in conuenientia proferret in medium, de quo Biuas 4. de tradendis discipli, & Cicero Philipica 5. & orat. pro Lucio Flaco, & iam iste, vsus cessauit habeturque modus publicationis, vt timpanis, & tubis buccinantibus clamante præcone populo intimetur. & in Ecclesia vsus publicationis est, vt bullæ publicentur in campo floro, & vnum exemplar ponatur in columna illius campi, & alterum ad Balbas Petri, & Pauli, & in alijs Republicis aliæ solemnitates obseruantur, hoc tamen situm debet esse, vt publicatio sit solemnis.

Biuas. *Cicero.*

Quarta conclusio publicatio solemnis, neque est de essentia legis, neq; per oppositũ, aliquid tam extrinsecum, quod solũ sit de iure humano requisita, sed est necessaria ex natura rei ipsius legis, tamquã modus illius, nec solum tamquam modus, & cõditio naturalis extrinseca, vt est aplicatio ignis ad comburendum, sed tamquã modus, & conditio intrinseca in suplebilis, etiam à Deo, qui est modus ipsius essentię, & sine quo essentia esse non potest, vt obscuritas in Fide, vel aprehensio ad motionem voluntatis. Prima pars. Quod solemnis promulgatio, non sit de essentia legis probatur per fundamenta, secundæ, & tertiæ sententiæ. Et in super, quia de essentia rei tantum est genus, & differentia, promulgatio autem, nullatenus potest dici, quod sit genus, vel differentia, & per consequens, neq; quod sit de essentia. Secũda pars, quod non sit, quid extrinsecum tantũ à iure humano, probatur efficaciter ex primæ sententiæ, licet enim non probent esse de essentia, probant tamẽ non esse aliquid tam extrinsecum, sicut intendit secũda sententia. Vnde remanet tertia pars, quod talis promulgatio sit modus, ex natura rei conueniens essentię legis. Quarta etiam pars, quod non sit tantum modus naturalis extrinsecus, sicut aplicatio in igne, etiam probatur. Quia si tantum esset, vt aplicatio tunc ante promulgationem, vere esset essentia legis completa, & tunc ante illam promulgationem, quis absolute teneretur ad legẽ, & solũ excusaretur, quia non cognoscit illam. Et tunc rursus, qui illam quomodolibet sciret teneretur illam obseruare, quod est contra prædicta, & cõtra omnes, si ergo ante publicationem nõ solum excusatur, sed etiam non tenetur publi-

4. Concl.

1. Pars probat.

2. Pars probat.

3. Pars probat.

publicatio non tantum erit modus extrinsecus, sed etiam intrinsecus essentiæ: quapropter ante promulgationem, nec est obligatio in actu secundo, neq; in actu primo, sed vt sit obligatoria in actu primo requiritur solemnis promulgatio, vt autem obliget in actu secundo est necessaria particularis cognitio huius, quia ista non state excusatur. Vnde ista cognitio particularis legis, est sicut aplicatio extrinseca ad ignem ad comburendum, in actu secundo: promulgatio autem solemnis pertinet ad obligationem in actu primo, tanquam modus intrinsecus ipsius legis. Ad arg. primæ sent. iam patet probant enim, sine publicatione solemni non stare essentiam legis, sed non probant publicationem esse de essentia legis; quia ad hoc sufficit publicationem esse modum intrinsecum essentiæ legis.

Ad arg. 1. Sent.

Ad arg. 2. Sent.

Ad fundamentum autem secundæ sent. Resp. Quod regulæ Chancellariæ non sunt propriæ leges, sed quædam statuta, vt patet, quia cessant mortuo Pontifice donec à successore confirmentur, quapropter ordinarij in sede vacante de beneficijs etiam reseruatis possunt disponere: vnde non est necessaria amplior publicatio ad huiusmodi. Vel dicitur esse leges tantum pertinentes ad officiales Chancellariæ, vt instructiones illorum datę à Pontifice, & sic sufficit in Chancellaria publicari, videatur Gomez in prefatione ipsarum reg. & Rebuf. in praxi beneficiali, & adit. ad reg. Chancell. in princip. Ad illud autem ex Innocentio III. Resp. quod illa particula, aut, potest summi, vel copulatiue, vt patet, l. cum quidam, C. de verb. signifi. vel expositiue, vt patet ex gloss. in l. penul. ff. de actio. empt. & vtroque modo nihil contra nos, quia si summatur copulatiue asserit requiri vtrumque, & scire esse editam solemniter, & publice promulgatam, si autem summatur ex positiue, explicat editionem solemnem consistere in publicatione, & sic potius asserit nostram doctrinã. Videatur Decius cap. 1. de postul. prælat. & Nauarro in sum. cap. 23. nu. 40. in fin. & consil. 1. de constit. q. 1. num. 3.

Dub. II.

Vtrùm ad solemnem promulgationem legis, tam ciuilis, quam Ecclesiasticæ sufficiat incuria Principis publicari, an vero requiratur fieri promulgationem, etiam in diuersis Prouincijs, & diœcesibus?

IN hac re est prima sententia asserens sufficere quamcumque legem, siue ciuilem, siue Ecclesiasticam publicari incuria Principis, hanc tenet Siluester, verb. lex, §. 6. Rosella, num. 8. Armilla. nu. 11. Panor. cap. nouerit de sent. excommun. num. 3. Gom. in procemio ad reg. Chancellar. q. 2. §. 4. & Vazq. disp. 156. cap. 2. & Lorca disp. 18. Et probatur, quia illa est sufficiens promulgatio, & solemnis, per quam omnibus moraliter potest innotescere, sed publicata lege incuria potest moraliter omnibus innotescere, ergo talis promulgatio sufficit minor patet, quia incuria maxime Romana cohabitant ex omnibus partibus Reipublicæ, ergo per illos facile diuulgabitur ad absentes. *1. Sent. Siluest. Rosella. Armill. Panorm. Gomez. Vazquez. Lorca. Arg.*

Secunda sent. asserit requiri ad sufficientem solemnẽ promulgationem legis fieri publicationem legis ciuilis in præcipuis ciuitatibus per totũ Regnum, & legis Ecclesiasticæ per vniuersas diœceses, vt in omnibus possit obligare. Hanc tenet Cai. & Medina hic. dub. 1. post 2. con. & dub. vlt. con. 5. & Conrado ad 2. Soto cap. de iust. q. 1. art. 4. §. at vero, de Sumo Pontif. Palacios 3. d. 37. dis. 1. §. didicisti, Dec. cap. cognoscentes, quod est 2. de constit. in lectura 2. num. 44. vbi citat Innocentiũ, & Aldrobandin. in additionibus ad Decium, lit. B. & Angelus, verbo, lex, num. 13. Armillanum 11. Molina tract. 2. de iust. disp. 195. & probabile reputat Beccanus, tom. 2. tract. 3. cap. 6. q. 6. concl. 3. *2. Sent. Caiet. Medin. Conrad. Soto. Decius. Aldrob. Angel. Molin. Beccan.*

Hæc sententia probatur, contraria ratione atque præcedens, quia non est sufficiens publicatio in sola curia, nec de facili potest omnibus innotescere, nisi à Metropolitanis per Prouincias, & ciuitates præcipuas fiat publicatio. Et secũdo, quia in authentica, vt factæ nouæ constitutiones, constit. 5. quæ inter nouellas Iustiniani est constitutio 66. Sancitur, constitutiones nouas non valere, quo vsq; per Metropolitas palam factæ sint. Nec valet respondere, authenticam loqui de legibus Imperatorijs. Non inquam valet, quia cap. 1. de noui operis nũtiatione statuitur, quod in causis Ecclesiasticis seruetur ius ciuile, si aliàs non sit dispositio iuris Canonici. cũ ergo in iure canonico, non sit statutum aliquid *1. Arg. 2. Arg. Solutio impugn.*

aliquid determinatum, circa publicationem solemnem legis Ecclesiasticæ, si sit facienda in sola curia, vel non. Videtur, quod authentica sit obseruãda, quia par ratio videtur de vtraque, & in publicatione Concilij Trid. id videtur manifestum, ex eo enim multis in partibus, vel Prouincijs nõ censetur obligare, quia in illis non fuit facta publicatio.

2.Sent. Tertia sent. est media asserens leges Pontificias sufficere promulgari in Curia Romana, leges autem ciuiles requiri publicari in singulis Prouincijs, & insignioribus ciuitatibus. Hanc etiam affirmat Sil

Siluest. Ioa. And. Panorm. Rosella. Valent. Suarez. Azor. Arg. uester, verbo, lex, q.6. Ioan. Andr. & Panorm. cap. nouerint, de sent. excom. sum. Rosella, verb. lex. & Valent. hic disp. 7. q.5. punt. 5. Suarez lib. 3. de leg. cap. 16. num. 13. & lib. 4. cap. 15. nu. 3. Azor lib. 5. institutionum moralium, cap. 3. q. 2. & 3. Primam partem de legibus Ecclesiasticis, probant ex praxi Curiæ Romanæ, secundam autem partem de legibus ciuilibus, probant ex authentia iam aducta.

1.Not. Pro intelligetia dubij not. primo, quod licet, vt iam diximus promulgatio legis debeat esse solemnis, non tamen in tantum dilatata, vt fiat omnibus, & singulis personis, ita vt nulli lateat, sufficit enim, vt fiat promulgatio in communi, & tunc quidem si alicui lateat ex ignorantia inuincibili excusabitur, siue lex sit naturalis, siue diuina, siue humana, siue persona ignorans sit tustica, siue literata, siue promulgatio sit antiqua, siue noua, excusabitur inquã, quoad forum internum, licet quoad externum excusatio iuris non admittatur, imo & quoad aliquos effectus, etiam interueniente ignorantia inuincibili lex suã vim retinet, v.g. posita lege de requisitis ad matrimonium, etiam si lex ignoretur matrimonium non valet, si talia tequisita non aponantur. Vtrum autem ignorantia inuincibili interueniente, non solũ aliquis in particulari excusetur, verum etiam dicendum sit, quod nõ obligetur. sublite manet, Panormitanus, enim & Ioannes Andræas, cap. cognoscentes, de constitut. & Baldus, lege leges sacratissimæ, C. de leg. & Caiet. hic, arbitrantur tunc legem non obligare, sed Medina hic, con. 3. Melius dicit illum obligari lege, licet per ignorantiam excusetur ab illa, quia aduenientescientia nullus negabit illum manere obligatum, & certe per scientiam nulla de nouo imponitur obligatio, imo ex eo colligitur legem obligare, etiam ignorantes, licet excusentur, quia alios effectus habet lex quos nos haberet, nisi lex etiam stante ignorantia vim obligatiuam retineret, v. g. si est lex irritans contractus, si quis celebretur est nullus, etiam si lex ignoretur, similiter in casu posito matrimonij stante lege irritante matrimonium clandestinum, etiam si lex ignoretur tale matrimonium est nullum, similiter facta lege de non renunciãdo Nouitium, amplius quam ante duos menses à professione, si aliàs fiat, renuntiatio est nulla, etiam si talis lex ignoretur, similiter facta lege rebocatoria priuilegij, etiam ignorata, priuilegio non gaudet, nec factũ tenet, vt siquis ignoret rebocatum priuilegiũ de confitendo Sacerdote, Sacerdoti etiã non exposito in Concilio Tridentino, si confiteatur Sacramentum non tenet, licet excusetur à nouo peccato, itaque aliud est legem obligare, & aliud à lege excusari, stat enim legem obligantem non imputari ex ignorantia inuincibili, vt ergo lex obliget sufficit promulgatio facta in communi: manet tamen explicandum, in præsenti qualiter sit publicanda in communi in curia solum, vel in Prouincijs, &c.

Dubiolum 1.Sent. Panorm. Ioa. And. Baldus. Caiet. 2.Sent. Medin.

Secundò not. Quod lex est duplex alia Ecclesiastica, alia ciuilis, & Ecclesiastica, alia Pontifitia Papæ, alia vero Episcopalis, vel alterius inferioris ad Papam, vnam tantum Prouinciam gubernans. Siquidem loquamur, de lege Episcopi certum est sufficere promulgari in Sinodo, vel in Ecclesia Cathedrali, exinde enim facile dibulgatur per totum Episcopatum. Sic docet Soto, 1. de iust. q. 1. art. 4. post 3. con. Medina hic, con. 3. Siluester, verbo lex, §. 12. Turrecremata, cap. in istis, d. 4. q. 3. super illa verba, leges instituuntur cum promulgantur, Nauarro consil. 1. de consti. q. 4. num. 16. & multi Iuristæ, quos refert Salas tractat. 14. disp. 12. sect. 2. Vnde solum remanet discutiendum, de lege Pontifitia Papæ. Lex etiam ciuilis est duplex, alia Imperatoria, & alia regalis. Et ista adhuc duplex, alia regum subiectorum Imperatori, alia verore gum, qui Imperatori subiecti non sunt. Rursus non subiecti, alij sunt Reges tantum vnius Regni, & vt vocant vnius coronæ, alij vero plurium Regnorum, & plurium coronarum, isti quidem tenentur publicare suam legẽ in quolibet Regno seorsum, & non sufficit in curia tantum vbi resident, v.g. vt lex obliget Lusitanos debet publicari in Lusitania, & in Aragonia ad Aragonenses, & in Neapoli ad Neapolitanos, &c. Et tantum remanet difficultas,

2.Not. Soto. Medin. Siluest. Turrecr. Nauarr.

vtrũm

vtrùm sufficiat publicatio in curia cuiuscumque Regni, vel requiratur fieri in diuersis Prouincijs,& ciuitatibus,eiusdem Regni, sicut dubitamus,de regibus habentibus tantum vnam coronam. Oppositum, huius asserit Salas loco citato, quod sufficiat de potentia absoluta publicatio legis Matriti, vt obliget Neapolitanos, Siculianos, Lusitanos, & quoscumque subditos Regis aliorũ Regnorũ. Sed fallitur, quia illa non censetur publica,& solemnis promulgatio respectu extraneorum, nec ita facile potest venire in cognitionem illorũ, vt dicatur moraliter sufficiens promulgatio, remanet ergo discutiendum de lege Papæ,& Imperatoris,& Regum non subiectorum Imperio: vtrùm leges illorum sufficiat promulgari in curia cuiuscumque Regni,& coronę: an requiratur, etiam in ciuitatibus cuiusque Regni publicari.

3. Not. Tertiò not. quod vt supra diximus, de publicatione legis requisita, possumus loqui dupliciter. Primò ex natura rei qualis publicatio requiratur, vt sit solemnis. Secundò ex iure positiuo, licet enim ex natura rei non requiratur, tam extensa promulgatio potest ius disponere, vt amplior fiat,& tunc lex non obligabit ex promulgatione sufficienti ex natura rei, nisi fiat quæ iure positiuo præcipitur, vt in Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reformat. posita lege. circa matrimonium clandestinum præcipit, vt promulgetur in singulis diœcesibus,& parrochijs, si ita non fieret, lex non obligaret: tãquã insufficiẽter promulgata ex dispositione iuris. Tãdẽ aduerte, nõ loqui hic de legibus reuocatoris,& irritantibus,&c. Sed præceptiuis, & ordinatiuis. Conc. Tri.

1. Concl. Prima conclusio, ex natura rei sufficit, quamcumque legem promulgari in curia Papæ, vel cuiusque Regni,& coronæ, vt sit obligatoria. Hanc probat fundamentum primæ sent. quia tali promulgatione facta, faciliter peruenit in cognitionẽ omnium, cum in curia resideãt, ex omnibus partibus Regni, & non amplius requiritur ex natura rei, quam vt taliter solemniter promulgetur, quod de facile omnibus possit innotescere.

2. Concl. Secunda conclusio, lex Pontificia Papæ, tam ex natura rei, quam ex iure positiuo sufficit, vt in Curia Romana publicetur. Hæc conclusio ponitur contra secundam sent. sed probatur clare, quia ex natura rei non equiritur amplior publicatio, quam in curia, vt patet ex prima conclusione,& quia aliàs dicendum esset Papam errare in iure naturæ, volentem tantũ suas leges publicari Romæ, quod nullus audeuit dicere, sed ex iure non constat requiri ampliorem publicationem, ergo illa sufficit. Minor patet, quia potius constat ex iure illam publicationem Romæ factam sufficere. Vt patet ex Sixto IIII. determinante suas leges de male promouentibus, & promotis obligare Romæ publicatas. Sixt. IIII.

Et Pius IIII. Idem determinauit de legibus factis in Concilio Tridentino ab eodem confirmato, vt Romæ publicatis obligarent. Secundò probatur, quia stilus, & consuetudo Ecclesiæ,& Curiæ Romanæ est, vt semel promulgata lege Romæ obliget vbique. Vt testatur Nauarro, cõsil. 1. de constit. quæst. 4. nu. 19. & Ioan. Andræas citatus, affert reuocationem sententiæ latæ à quodam Episcopo contra decretalem, cupientes, de elect. lib. 6. editam à Nicolao III. Et promulgatam tantum Romæ, etsi aliquando lex Pontifitia maiorem publicationem indiget, ipsi Pontifices id præcipiunt, vt diximus de lege matrimonij clandestini,& constat de constitutionibus Sixi Quinti, de celebratione diuersorum Sanctorum, quas præcepit diuersis in locis publicari: quapropter, cum id non præcipitur manet firmum solam publicationem Romę sufficere. Tertiò id est manifestum in bulla Cœna Domi, quæ tantum Romæ publicatur,& nullus audebit affirmare, obligatione illius, non omnes astrictos manere. Pius IIII. Nauarr. Ioa. And. Not.

Notandum tamen hanc conclusionem, debere intelligi de legibus Pontificijs pertinentibus ad totam Ecclesiam, nam quæ specialiter pertinent ad Religiosos, sufficit publicari in eorum capitulis generalibus, etiã si in curia nõ publicẽtur, ad quid enim esset necessarium publicari in curia, & secularibus notificari si seculares nõ obligat? sed si pro omnibus Religionibus est statutum in capitulo generali, omniũ debet notificari, etsi in aliquo non notificetur, in illa Religione nõ obligabit, si autẽ solũ pro vna Religione sit statutũ, sufficit notificari in capitulo generali illius Religionis hoc est manifestum, ex vsu, in ordine enim Prædicatorũ, quam plurima sunt statuta Pontificia publicata in nostris generalibus capitulis, & sine cõtrouersia nos omnes censemur astricti, & ratio est manifesta, nam si lex lata à nostro generali sufficit publicari in capitulo generali, & Prouincijs, etiã si aput seculares, non innotescat, à fortiori statutum Papæ factũ pro Religione tantum; quia Papa, est eminens generalis cuiuscumque Ordinis.

Tertia

3.Concl. Tertia conclusio, lex Imperatoris, ad solemnẽ promulgationẽ requirit, vt in omnibus prouintijs publicetur, & non sufficit, ex dispositione iuris, tantũ in Curia Imperatoris publicari. Hæc est cõtra Authores primæ sententiæ, maximè cõtra Vazquez, & probatur. Primò congruenter à Iuristis, quia Imperator, nõ habet Curiã stabilem, & immobilem, sed facile, ex vna in alteram partem transfertur, vndè non potest esse certa, & vniuersalis promulgatio, si tantum fiat in Curia. Item, quia sub Imperio militant, valde distantes prouintiæ, ad quas vt notitia legis perueniat amplior requiritur promulgatio, quam in Curia. item, quia ad Curiam imperatoris non est generalis concursus regnorum subiectorum imperio, vt per residentiam eorũ, qui sunt in Curia alijs possit innotescere. Sed apertè probatur conclusio, ex authentica, vt facta nobæ constitutiones, vbi expresse hoc determinatur. Si respondeatur cum Vazquez, illam authenticam, solum loqui in materia testamentorum, sub hoc tenore: sancimus igitur ex illo nostras cõstitutiones, quæ pro testamentis sunt, valere ex quo in communi factæ sunt manifestæ, in prouintijs, autem, ex quo directè per Metropolytas palam factæ sunt, &c. Vndè non debet authentica ad materiam aliarum legum extendi. Contra arguitur, quia licet in textu solum habeatur, sermo de testamentis, in rubrica tamen ponitur generaliter pro omni materia legis, vt promulgatio fiat in omnibus prouincijs.

Solutio Vazquez. Impug.

Not. Ex Suar.

Pro cuius intelligentia notandum, cum Suarez libr. 3. capitul. 16. num. 10. quod vt constat ex mente multorum Iurisperitorum, quando aliquid ponitur in rubrica iuris ciuilis, maiori cum generalitate, quam in ipso textu litteris nigris sit expressum, dummodo ipsi rex tui non sit contrarium, extendi debet sensus textus iuxta generalitatem rubricæ, quia pro comperto habetur rubricam fuisse simul factam, & æditam ab Imperatoribus condentibus leges ipsius textus, quod in iure Canonico, non ita est verum, quia rubrica habet solam rationem commentarij, & non rationem textus, sicut in iure ciuili ratione prædicta: cum ergo in rubrica, authenticæ prædictæ, fiat sermo generaliter, consequenter non est restringenda, solum ad materiam testamentorum, de quibus loquebatur textus, determinatio enim materiæ posita in textu est, quasi per modum exempli ad præceptum generale posi tum in rubrica, aut quia materia testamentorum fuit motiuum, ad condẽdam legem generalẽ, ideò exprimitur in textu, & hæc explicatio habet fundamentum in secũda parte ipsius, authenticæ vbi loquens de dilatione duorum mensium, intelligitur generaliter de omni lege, vt posteà dicemus: ergo idem dicendũ est, quãdo loquitur de publicatione, etiam si specialis sermo fiat, expressus de testamentis: confirmatur etiã ex tatione ibi assignata ad iustificationem legis, dũ dicitur, cur enim culpabimus eos qui positas nostras ignorauerint constitutiones? cum ergo ratio sit generalis in omni lege, & decisio authenticæ generalis de uetetesse. Ex dictis sequitur leges regales subditorum ad imperium eodem modo debere promulgari, pro omnibus prouintijs, cũ teneantur leges imperiales, & illam authẽticam obseruare, nisi in aliquo Regno illorum contraria sit consuetudo Sita, vel priuilegium obtentum.

4.Concl. Quarta conclusio, leges principũ, qui imperio non subduntur sufficit promulgari in Curia. Hæc patet. quia cum huiusmodi Principes, non sint subiecti Imperatori, non obligat illos, authẽtica citata, & in iure non est alia lex, qua ad ampliorẽ promulgationem teneantur, inde est quod sufficiat promulgatio requisita, ex natura rei, quam diximus, non ad amplius se extendere, quam quod in Curia cuiuscumque Regni, & coronæ fiat, quia si ex natura rei, sufficit vt fiat in Curia Romana pro tota republica Christiana, quãto magis sufficiet fieri in Curia Regia pro toto Regno minori rota Ecclesia. Verum est hoc debere intelligi, nisi aliàs sit aliqua peculiaris consuetudo, quæ seruanda erit, quia nos loquimur, ex natura rei, & ex iure. Quapropter in Hispania aliquando promulgatio fit in Curia solum, aliquando etiam ex mandato Regis fit promulgatio, etiam per præcipuas ciuitates, vt patet de pragmatica nuper facta, de reductione pecuniæ, loquendo autem ex natura rei, & ex iure sufficit, vt diximus, fieri in Curia. Etsi cõtra facias arg. quia in Hispania est admissum ius imperiale, vbi ius Regni, nihil disponit: ergo obligabit authentica siquidem non est speciale ius Regni. Respondetur, in causis iudicandis, per leges, hoc esse verum, quod debeãt iudicari per ius imperiale, vbi nõ fuerit lex Regni, sed in promulgatione legũ nihil statutũ est, & sic debet stari iuri naturæ, vel consuetudini, vel particulari dispositioni Regis, vt dictum est,

Not.

Ad fundamenta secundæ sent. quaterenus militant contra nostram doctrinam, *Ad 1. 2. sentent.* respondetur,

respondetur, quod vbi tantũ est vnica res publica, vt est Ecclesiastica, & ciuilis, sub vna tantum corona, vbi communiter conueniunt in Curia ex omnibus partibus illius reipublicæ, sufficiens est promulgatio in Curiã, ex natura rei, si aliàs non aliter disponatur, vel consuetudo.

Ad 2. arg. Ad secundum, iam patet qualiter authẽtica solum sit, pro legibus Imperatorijs, & regibus imperio subiectis, non autem, pro alijs non subditis, & licet non sit speciale ius canonicum, est tamen specialis consuetudo, vt Romæ fiat publicatio, vt authentica non sit seruanda.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respon. quod si Concilium Triden. in aliquibus prouintijs, non obligat, non est defectu publicationis, sed quia in illis non est lex recepta, requiritur autem acceptatio legis, vt infra dicetur, & docet Nauarro supra quæst. 8. num. 32.

Dub. III.

Vtrùm leges reuocatoriæ eandem promulgationem requirant, atque aliæ leges, an vero maiorem, & minorem.

Not. PRO Intelligentia tituli notandum, quod lex reuocatoria potest esse duplex. Prima reuocatoria alterius legis, vel consuetudinis, secunda vero reuocatoria alicuius priuilegij de, vtraque ergo procedit dubium,

De 1. sensu est. 1. Sent. In hac re, circa primum, de lege reuocatoria alterius legis, vel consuetudinis, est prima sententia asserens legem reuocatoriam, non egere promulgatione, sed statim atque Legislator, dicit etiam occulte se reuocare legem, manere reuocatam. Hanc tenet Corduua libr. 5. quæstion. 36. post 3. conclusionem, & Medina hic ad 1.

Corduua. Medina.

1. Arg. Hæc probatur primò à Corduua, quia plus requiritur, ad contrahendum, & edifficandum, quam ad destruendum: ergo licet ad constructendam legem requiratur promulgatio tamen ad destruendam, non requiretur.

2. Arg. Secundò probat Medina, quia permanentia legis, tantum dependet a voluntate Legislatoris: ergo si voluntas eius sit, quod cesset, & non obliget, lex statim cessabit, & tantum poterit obligare, ex conscientia erronea, quia quis existimat legem, adhuc permanere. Cõfirmatur, quia si Princeps condat legem voluntate non obligandi, non obligabit, nisi ex conscientia erronea, quia præsumitur velle obligare: ergo similiter si vellit cessare obligationem, cessabit, & tantum obligabit ex conscientia erronea. *Conf.*

Secunda sentent. est Vazquez disputatio. 156. cap. 4. num. 25. & Azor, tom. 1, lib. 5. cap. 3. quæst. 7. talem legem reuocatoriam debere publicari, sicut & aliæ leges, & aliàs non est valida reuocatio, sed præcedens lex in suo robore manet. *2. Sent. Vazquez. Azor.*

Hæc sentent. probatur, quia reuocatio, est quædam lex: ergo vt sit valida debet publicari, sicut & aliæ, quia publicatio est de essentia legis. *1. Arg.*

Secundò probatur, quia lex debet reuocari, per easdem causas, per quas introducta fuit, sed introducta est, per promulgationem: ergo per illam debet reuocari. Confirmatur, nam lex reuocata consistit in suo robore, & essentia, per promulgationem (vt diximus:) ergo quandiù non destruitur promulgatio, non destruitur lex, sed promulgatio publica, non destruitur, per reuocationem secretam: ergo non destruitur lex, nisi per reuocationem publicam, & promulgatam. *2. Arg.* *Conf.*

Sed pro intelligentia huius primæ partis dubij, notandum, quod reuocatio alicuius legis potest, dupliciter fieri. Primò instituendo legem contrariam, & præcipiendo oppositum, quod prius. Secundò modo, solum reuocando, & annullando l. gem præcedentẽ ex in conuenientibus in vẽtis in obseruatione illius, vel quia apparet non iusta, relinquendo illam materiam, acsi numquam fuisset posita lex de illa. Hoc supposito. *Not.*

Dico primò, quod si abrrogatio sit, hoc secundò modo, non requirit promulgationem, quia vt probat, prima sententia, reuocatio dependet ex sola voluntate Legislatoris, & tunc ipsa reuocatio, non est lex, quæ egeat promulgatione, & in hoc sensu vera sunt posita in probationibus primæ sententiæ. *1. Concl.*

Dico secundo, si reuocatio vnius legis fiat, per legem, & præceptum contrarium, tunc probabiliter posset dici, quod talis reuocatio licet in ratione legis, & præcepti non habeat vigorem, ante promulgationem, bene tamen in ratione reuocationis. Quapropter facta, lege reuocatoria, ante publicationem illius, non obligat, lex reuocata ex sola *2. Concl.*

voluntate

voluntate reuocantis, non egentis promulgatione, nec obligat lex reuocans quâtum ad id, quod præcipit defectu promulgationis, & in illo interuallo ante publicationem nulla illarum obligat, licet ex cõscientia erronea teneatur ad reuocatam, quousque publicetur reuocans: sed probabilius, & verius dicitur, tunc reuocationẽ esse coniunctam præcepto contrario, & secundum rectam voluntatem Legislatoris, non esse reuocatam vnam, quousque promulgetur altera: per hæc duo dicta faciliter concordatur, vtraque sent. & respon. ad arg.

Ad 1. Argum. 1. Sent. Ad primum arg. primæ sent. respond. quod si reuocatio sit pura destructio legis minus requiritur ad reuocationem, quia non requiritur publicatio eius, vt dictum est, sed si reuocatio, & destructio vnius sit simul constructio alterius legis, & præcepti non minus requiritur ad reuocationem quia & ipsa est cõstitutio. Et rursus in moralibus illud principium, non est vniuersa interverum, quod minus requiratur ad destructionem, quam ad constructionem rei, quia ad faciendum matrimonium sufficit consensus viri, & fœmine, & hoc non sufficit ad matrimonium destruendum.

Ad 2. Argum. Ad secundum resp. similiter probare de pura reuocatione non autem, quando reuocatio simul est contrariæ legis institutio, & per hoc etiam patet. Ad conf.

Ad 1. Argum. 2. Sent. Ad primum arg. secundæ sent. respond. Proba. e nostrum secundum dictum, & nõ impugnare primum.

Ad 2. Argum. Ad secundum arg. resp. plura requiri, ad consistentiam rei, quã ad desitionem illius communiter loquendo: requiritur ergo ad consistentiam legis, & volũtas Principis, & promulgatio: ad desitionem autẽ sufficit defectus, cuiusuis illorum, siue publicationis, siue voluntatis: cum ergo est pura reuocatio deficit voluntas requisita, & sic lex deficit. *Ad conf.* respon. legem manere in suo robore, per publicationem non adæquate, quia etiam requiritur volũtas Principis, sed inadæquate, vnde ablata voluntate, etiam manente publicatione, non manet lex si est pura reuocatio, vt diximus.

De secundo sensu est 1. Sent. De secundo etiam, puncto difficultatis, videlicet de reuocatione priuilegij, est etiam varius modus dicendi. Aliqui enim asserunt non requiri promulgationem reuocationis, vt priuilegium maneat reuocatum, quia cum priuilegium, solum dependeat ex voluntate concedentis, mutat. & reuocata eius voluntate manet, etiam reuocatum priuilegium, etiam si per ignorantiam reuocationis inculpabiliter, quis priuilegio vtatur. Alij asserunt necessariam esse publicationem reuocationis priuilegij, vt maneat reuocatum. Et hanc dicit Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæstion. 6. esse sententiam communem Iurisperitorum specialiter autem, citat Panormit. & Felin. cap. 2. de constit. Soto, 1. de iust. quæstio. 1. art. 4. Medina. Hic & Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 395. Valen. hic disput. 7. q. 5. puncto 5. In explicando autẽ, quæ publicatio sit necessaria, etiam inter se Doctores, maximè dissidẽt: nam aliqui dicunt sufficere fieri publicationem in curia Romana, sicut diximus de legibus Ecclesiasticis. Hanc tenet Lorca, hic disput. 18. & alij moderni. Alij vero asserunt requiri promulgationem reuocationis, non solum in Curia, sed etiam in diœcesibus, & in singulis ciuitatibus. Hanc tenet Soto, & Medina, citati, & alij qui sequuntur ipsos. Denique alij asserunt, non sufficere publicari in curia, vel diœcesibus, vel ciuitatibus, sed debere reuocationem notificari ipsi priuilegiato, & quousque illi innotescat, non est priuilegium reuocatum, vt si priuilegium erat concessum priuato homini, illi debet esse nota reuocatio, et si pro loco erat concessum pro loco debet notificari reuocatio, similiter, si erat concessum collexio, vel eius curam habentibus, vel si erat concessum diœcesi, vel Prouintiæ, vel Regno, cui concessum erat debet esse nota reuocatio. Hãc tenet Nauarro tract. de indulgen. not. 32. n. 28. Corduua, lib. 5. quæst. 36. con. 3. Sylvest. verb. indulg. quæst. 5. dict. 8 & Armill. n. 6. & Azor loco citato, & Vazq. disp. 156. cap. 4. ait in tantum esse necessariam notitiam priuilegiati, quod illa requiritur, & sufficit, quia quocumque modo veniat in notitiam eius manet priuilegium reuocatum, adunt tamen hoc debere intelligi, nisi expresse ille, qui reuocat ante notitiam reuocationis eam valere pronuntiauerit, vel nisi aliter Pontifex expresserit.

Diuersus modus Doctorum in explicanda ista sententia.

Nota. Sed pro intelligentia notãdum, nos posse loqui dupliciter. Primò, ex natura rei, quid necessario requiratur, vel sufficiat ad valorem reuocationis. Secundò, ex benignitate, & dispositione iuris, si requiratur, & qualis promulgatio requiratur.

1. Concl. Prima conclusio, reuocatio ex natura sua, non requirit promulgationem, sed solum dependet ex voluntate reuocantis, non amplius volentis, valere id quod reuocat. Hæc patet, nam si in absentia procuratoris ad matrimonium reuocetur facultas ad contrahendum, etiam ipso procurato-

curatore nesciente, tũc matrimonium per procuratorẽ cõtractũ est nullũ, vt patet l.si penituerit, ff. de ritu nuptiarũ: ergo reuocatio ex natura sua vt valeat nõ indiget, vt notificetur ei, cui fit reuocatio, itẽ posita lege excõmunicationis pro aliquo delicto, si Pontifex sua voluntate, etiam non publicata reuocet talem excommunionem, tunc qui patiatur illud delictum, nõ incurrit excommunicationẽm, pro sua enim voluntate potuit Pontifex reuocare illam, imò postquam illam incurrerit potest illum absoluere ipso nesciente, quanto magis facere vt illam, non incurrat: ergo reuocatio ex natura sua publicatione, nõ indiget. Item probatur ad hominem: nam contrarij asserunt necessariã esse publicationẽm, ad reuocationem, nisi Põtifex aliter ordinauerit, vel expresserit se velle vãlituram, etiam ante notificationem: ergo ex voluntate Pontificis dependet, quod notificetur, & non requiritur, ex natura rei, nam aliàs faceret contra ius naturæ, si vellet non publicatam vallere, & non esset verum, quod asserunt contrarij requiri publicationem, nisi Pontifex explicuerit suam voluntatem, vt valeat ante promulgationem.

2. Concl. Secunda conclusio, publicatio tantum est requisita, ad valorem reuocationis, ex dispositione, & benignitate iuris, quapropter vt bene ait Sayrus in Thesauro cas-

Sayrus. suum, tom. 1. lib. 5. cap. 5. numer. 13. Inspiciendum est ad tenorem iuris concedentis, vel reuocantis, vt constet qualis publicatio, vel non publicatio requiratur, aliquando enim sufficit publicatio reuocationis in Curia Romana, vt reuocatio facta

Conc. Trid. in Concil. Trident. Sessio. 23. cap. 15. de reformatio. de consuetudine ante habita, quod clericus etiam sæcularis posset eligere, siui confessarium, etiam non exposito ab ordinario. Publicata Romæ vallet, ita vt etiam si ignoranter hoc fiat, Sacramentum non teneat: similiter reuocatio reseruationis excommunicationis proabortu

Gregor. XIIII. factæ à Sixto Quinto, promulgata Romæ iussu Gregorio XIIII. vallet, ita vt statim quis à confessario ordinario possit absolui. Similiter patet in reuocatione indulgentiarum, accidente anno 50. vel 25. facta per extrauagã. Quemadmodum deponit, & Romis. inter communes, quæ solum promulgata est Romæ, similiter Paulus Quintus reuocauit omnes indulgentias, & facta publicatione Romæ sufficit. Nec requiritur publicatio Romæ formalis, sed sufficit virtualis, vt reseruatio facta in Bulla Cenæ Domini, post annum cessat ex vsu, sine formali reuocatione. Quapropter quotanis noua Bulla publicatur, quasi præcedens reseruatio non valeat, quapropter, quod in sequenti Bulla, non exprimitur reseruatum, pro reuocato habetur, etiamsi in præcedenti Bulla reseruatũ esset, vt patet in reseruatione excommunicationis legentium libros magorum, facta à Pio Quinto in Bulla Cæne. Post modum enim Gregor. XIII. & alij sequentes Pontifices talem reseruationem in Bulla Cenę, non expresserunt, sed nec formaliter reuocauerunt, & hoc tantum sufficit, vt talis reseruatio Pij Quinti, non subsistat, aliquando vero requiritur ex dispositione iuris, vt reuocatio publicetur, per prouintias, & aliquando, vt etiam ipsi priuilegiato notificetur. Primum constat ex vsu, reuocatio enim Bullę cruciatæ fit, per omnes ciuitates, & opida, ita vt si in isto loco, non sit reuocata possit quis eligere cõfessarium virtute Bullæ annalis, etiamsi in alio loco Bulla noua sit publicata, quousque in hoc opido publicetur, quia in hoc opido præcedens Bulla non reuocatur per publicationem nouæ in alio loco, sed per publicationem in isto si præcedentis Bullæ annus, non est completus, promulgata autem in isto loco Bulla noua, manet reuocata antiqua, etiamsi annus non sit expletus. Secundum autem, quod aliquãdo ipsis personis priuilegiatis debeat esse nota, reuocatio ex iure. Probatur, quia acta à Procuratore absenti, quandiù sibi non cõstat, de reuocatione procuratoris valida sunt, vt probat Felin. cap. ex parte decani, de rescriptis, & glossa cap. fin. de Procuratoribus, verbo, ignorem, in 6. & colligitur, ex l. si forte, ff. de officio præsidis prouintiæ, & ex l. si mãdasse mihi, ff. mãdati, & Panormit. cap. 2. de constitution. Istis enim in locis semper requiritur, vt fiat notificatio ipsi priuilegiato, vt reuocatio facta sit valida.

Ex dictis sequitur, quod in casibus in quibus non requiritur notitia reuocationis, qui priuilegio vtitur ignorans reuocationem, licite facit ex ignorantia inuincibili, sed non valide, quia priuilegium, iam est nullum, quando verò ex iure requiritur publicatio, quandiù reuocatio, non est nota cui debet fieri notificatio, licite, & valide vtitur priuilegio, quia nõ habet effectum reuocationis, qui ad ipsam notificationem, quam ipsum ius præcipit fieri ipsi priuilegiato, videatur, Suarez, capit. 40. num. 4.

Corol.

Dub. IV.

Vtrùm vt priuilegium, valeat, debeat notificari ipsi priuilegiato?

2. Sent. Bart. Azor. Innocen. Hostien. Archid. Beroi. Felin. Panor. Ioan. Andreæ. Inmol.

IN Hac re est prima sententia, asserens priuilegium statim valere, vt conceditur ante notitiam priuilegiati. Hanc tenet Bart. l. omnes populi, ff. de iust. & iure, q. 5. §. 2. & l. penul. C. de decurionib⁹, lib. 10. & illam tribuit Azor, tom. 1. libr. 5. c. 5. q. 5. Innoc. Hostie. Archid. Beroi, & Felin. Panor. Ioann. Andr. Inmol.

1. Arg.

Hæc sent. probatur, quia fauores magis sunt ampliã li, quàm odia, quia hęc potius sunt restringenda, sed abrrogatio priuilegij, quæ est odium valet a die reuocationis, vt patet ex l. penul. C. de decurio. lib. 10. ergo à fortiori priuilegium a die concessionis debet valere.

2. Arg.

Secundò arg. quia eadem est ratio de priuilegio, & de legato in testamẽto, quia vtrũque fit in utilitatem eius cui datur, sed legatũ aquiritur ab absenti, & ignoráte, l. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eorũ, qui sub tutela, vel cura sunt, & l. cũ pater, §. surdo, & l. legatũ ita, ff. de leg. ergo idẽ dicẽdũ est de priuilegio. Cõf. quia si in testamẽto seruo libertas detur, statim etiã ipso ignoráte manet liber: ergo.

3. Arg.

Tertiò arg. quia cum confertur beneficiũ absenti non potest fieri reuocatio, vel collatio alteri, quousq; inotescat beneficiato, & constet ipsum, non acceptare, vt patet c. si tiui absenti, de præben. in 6. & cap. 1. eod. lib. & tit. censetur, nulla ex communicatio, lata in priuilegiatum à Papa, etiã ipso ignorante: ergo priuilegium valet, ante notitiã priuilegiati. Cõf. quia hæc sent. videtur confirmata, à Rota decis. 14. part. 2. num. 2.

2. Sent. Ferre præcedentium

Secunda sen. est oppositа: nimirũ, quod priuilegiũ non valet, nisi post notitiam, & acceptationem priuilegiati. Pro hac citantur fere idem, qui pro præterita, ab Azor loco citato, & illã tenet Panor. c. 2. de constit. §. dubitatur, n. 21. & patet text. in c. 1. de concess. præb. lib. 6. & l. qui absenti, ff. de adquir. possess. & l. absenti, ff. de don.

Arg.

& istam asserunt esse communem sententiam Iuristarum, & probant ex l. absenti, ff. de don, & l. qui absenti, ff. de adquiren. possess. & l. fi. & ibi glos. verb. præstitis, de consuli, lib. 12. Et ratio legũ est, quia quã diù priuilegiato, non notificatur, nõ præsumitur consensus eius necessarius ad effectum priuilegij. Conf. quia priuilegiũ est lex priuata, vt dicit Cicer. 3. de leg. Isido. 5. ethi. c. 18. vt refertur, c. priuilegia, dist. 3. ergo debet notificari priuilegiato, quia de ratione legis est publicatio, eis quibus ponitur lex, vt iam diximus.

Conf.

3. Sent. Verus diuersus modus explicandi est, Ioann. Andr. Inmol. Decij.

Tertia sent. est media, & verâ, quod aliquando requiritur priuilegium notificari priuilegiato, aliquando verò, id non requiritur, in assignanda autem regula, quando debeat notificari, quando verò non, est dissonuenientia doctorum. Nam Ioann. Inmol. c. 2. de constitut. col. 3. ait quod si priuilegiũ concedatur, per modum legis, vel statuti, non requiritur notitia priuilegiati, si autem per modum rescripti requiritur talis notitia, Inmol. reprehendit Decius c. 2. de constit. nu. 17. & in 1. lectur. nu, 43. Quia potius, quando conceditur per modum legis erit requisita notitia, quia vt diximus lex requirit promulgationem. Sed certe Decius, in hoc fallitur, quia Inmol. excludit requisitã esse notitiã priuilegiati in particulari, quando conceditur per modum legis, quia sufficit publicatio cõmunis requisita ad legẽ, quando autem conceditur, per modũ rescripti, tunc dicit requiri notitiã particularẽ priuilegiati, quia est lex particularis, & eget publicatione particulari.

1. Regula.

2. Reg. Sylvest. Illam sequitur Vazq. cum limitatione.

Secũdã regulam constituit Sylvest. verb. priuilegiũ, q. 16. loquens subdistinctione, quod priuilegiũ, vel cõceditur ad petitionẽ partis per se, aut per tertiam personã procuratoris, aut vero secũdo modo cõceditur ex proprio motu, aut ex petitione alteri⁹ ignoráte priuilegiato. Si quidẽ, primo modo cõcedatur, nõ est necessaria notitia priuilegiati, sed valet à die concessionis, quia iam est virtualis consensus priuilegiat in ipsa petitione. Secundò autẽ modo est necessaria notitia priuilegiati, nec vallet à die concessionis, quia non cõstat formaliter, nec virtualiter de consensu priuilegiati, Vazq. autem disp. 156. c. 2. n. 3. Sequitur hanc regulam limitãdo priorem partẽ, quod debeat intelligi, nisi priuilegiũ sit, per modum dispensationis, tunc enim etiã ad petitionẽ partis concesso priuilegio, non valet, quousq; veniat in notitiã priuilegiati, quia tunc lex in qua dispensatur retinet suas vires, quousque notificetur, & acceptetur dispensatio, quapropter si facta dispensatione ad matrimoniũ contrahẽdũ, cũ cõsanguinea intra quartũ gradũ, quis contrahat, ante notitiã dispẽsationis matrimoniũ est nullũ: secus esset facta abrrogatione legis, tunc enim etiam ante notitiã illius, si quis, tunc cõtraheret, licet

peccaret factum, tamen teneret, quia in re, nõ est impedimẽtũ sufficit enim publicatio communis ad reuocationem legis, licet ex ignorãtia illius, tũc peccaret, & sic limitata sententia Sylueſtri, inquit Vazquez essẽ communem omnium Iuriſtarum.

3. *Regula verior, & proillanot.* Tertia tamen regula verior est prænotãdo, quod priuilegia sunt induplici differentia, alia, quæ solum dependent ex voluntate cõcedẽtis, vt quod Petrus nõ possit excõmunicari ab Episcopo. Vel quod seruus maneat liber, alia verò sunt, quæ etiam voluntatem priuilegiati requirunt, vt priuilegium beneficij, vel priuilegium indulgentiarum, &c. Quando ergo priuilegia sunt primi generis valent à die concessionis, quia tunc iam est voluntas concedentis, & nõ amplius requiritur, & hoc probant argumenta, & casus, de quibus loquũtur loca allata pro prima sentẽtia, quãdo vero priuilegia sunt, secundi generis, requiritur notitia priuilegiati, quia sine tali notitia, non potest stare voluntas illius, verum est sufficere volũtatem virtualem, vt dictũ est. Quapropter, si quis existimãs concessum esse priuilegium, etiamsi euidẽter, non cognoscat, si tamen ita est esse concessum, valet ante maiorẽ notitiã, quia illa sufficit ad voluntatem virtualẽ acceptantẽ priuilegium, & istam partem probant argumenta, & casus, de quibus loquũtur loca allata pro secũda sententia, in illis enim agitur, de priuilegijs requirentibus voluntatem priuilegiati, & ideò in illis locis requiritur notitia ipsius priuilegiati, & ante illam dicuntur priuilegia, non valere.

Dub. V.

Vtrùm ad substantiam, & essentiam legis humanæ, sit necessaria humana publicatio, quam vsque adeo explicuimus, an verò suppleri possit, & sufficiat promulgatio diuinitus facta, per reuellationem?

1. *Sent. Moderni.* IN Hac re, quidam modernus asserit reuelactionẽ diuinã nõ sufficere, quia promulgatio debet esse proportionata, & secundum hominum morem, quod nõ habet reuelatio diuina.

2. *Sent. Sala.* Secunda secunda sententia est, Salas tract. 15. disputatio. 12. sect. 9. distinguit enim, quod si prælatus, tantum interius præcipiat, & non manifestet exterius præceptum, etiam Deo reuelante, nõ obligat tale præceptum, bene autem, si tale præceptnm exterius esset manifestatum, quia non potest habere rationem præcepti, nisi manifestetur, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 80. art. 1. & in 4 distin. 38. quæst. 1. art. 1. Soto, 4. de iust. quæst. 5. art. 1. ad 1. & lib. 7. quæst. 2. art. 1. ad 1. *D. Thom.* *Soto.*

Vera tamen resolutio est, quod si prælatus etiam interiorem habeat voluntatem præcipiendi, & Deus id reuellet, publicatio Dei sufficit ad obligationem, quia publicatio requiritur, vt conditio ad obligationem legis, & ideò interius præceptum non obligat. secundum D. Thom. sed reuelatio Dei est melior, & certior publicatio, quam humana, & quam ipse Prælatus facere posset verbis, vel signis, vel median te præcone: ergo posita tali reuelatione, nihil deest, vt talis lex, vel præceptum obligare possit. Et conf. quia si lex Euangelica, per Angelos, apud indos publicaretur, non minus obligaret, quam si per homines. quia vt ipsi notitiam habeant, idem & melius est per Angelos, quãm per homines fieri: ergo similiter in nostro casu, & experientia id constat in raptibus sanctorũ, quod præcipientibus aliquid Prælatis, etiã interius illis Deo reuelante obediunt: ergo sufficit reuelato Dei, vt etiã præceptũ internum Prælati obligare possit. *Concl.* *D. Tho.*

Dub. VI.

Vtrùm sit de substãtia, & essentia legis humanæ esse scriptam, & non solũ in voce fieri publicationem eius?

IN hac re Turrecrẽ. c. lex, dist. 1. & alij Iuriſperiti, quòs refert Azor lib. 5. moralium, inst. c. 2, q. 4. tenent partẽ affirmatiuã. Et hanc probãt ex Isidor. libr. 5. ethi. vt refertur c. lex, dist. 1. vbi ait, quod lex differt à consuetudine, in hoc quod cõsuetudo est ius, non scriptũ, lex autem est scriptum ius, & alia multa iura adducit Azor, vbi hoc asseritur, quod D. Tho. 2. 2. quæst. 57. art. 1. ad 2. confirmat: dicens, quod si ius in scriptum redigatur vocatur lex, & Arist. lib. rethor. ad Alex. Ait lex est cõmunis ciuitatis cõsensus, qui scriptis præcipit quomodo vnumquodque agendum sit. Conf. quia cum sit eadem ratio, de priuilegio, & de lege, & priuilegium debeat *1. Sent. Iuriſtarũ. Arg.* *Conf.*

debeat esse in scriptis, non apparet, ratio quare etiam lex, id non requirat.

Not. Pro intelligeatia supponendum optimum, & consuetum modum ferendi leges positiuas esse in scriptis. Sic enim facilius conseruantur, iuxta naturam suam, secundum quam sunt stabiles, & perpetuæ, quã si solum voce proferantur, etsi ad veram intelligentiam legis aliqua verba expendere est necesse, & formalia verba considerare, melius hoc fit. si lex sit scripta, quam si solum verbis fuerit prolata. Et hoc probant arg. primæ sent. posita in principio: non ergo dubitamus, hoc esse melius, sed si sit omnino necessariũ, ita vt lex essẽtialiter requirat esse in scriptis.

Concl. Conclusio est negatiua sufficit enim ad essentiam legis esse probatam, & solemniter publicatam, ita vt testibus de illa possit constare, iuxta supra dicta, etiãsi in scriptis non maneat. Hanc tenent cõmuniter Theologi, & Iurisperiti, quos citat Azor, vbi sup. & Suar. lib. 1. de legib. c. 11. n. 8. & lib. 3. c. 15. n. 3. habetur quæ expresse in iure multis in locis, § sed & quod cõstitutũ est, insti. de iure naturali gentium, & ciuili, vbi dicitur: quod cumque ergo Imperator, per epistolas constituit, vel cognoscens decreuit legem esse constat. Indifferenter asserit esse legẽ, per epistolas inscriptis constitutũ, vel aliàs verbis decretum, & c. 1. de iure iurãdo, in 6. dicitur, nisi iuramenta statuta, & consuetudines Ecclesiarum scripta, aut non scripta inuiolabiliter obseruare, &c. Ecce ad valorem statutorum, non requiritur esse scripta, & c. institutionis, 25. q. 2. Sic dicitur, institutiones nostræ, decreta, siue quæ scripto decernimus, siue quæ in nostra præsentia videntur esse disposita. &c. Ecce non scripta vocari decreta, & cap. consuetudo, dist. 1. Dicitur, non differre, quod lex scriptura, hac tatione consistat, quoniam ratio legem commendat, quid clarius? Et ratione probatur conclusio, quia tota essentia legis explicata in eius definitione à Diu. Tho. Saluatur, sine scriptura, per hoc precise, quod sit ordinatio, & imperium Principis, licet tãtum voce promulgetur: ergo non pertinet ad essentiam legis esse scriptam. Secundò probatur, quia vt ait Diu. Tho. in arg. sed contra, ex cap. in istis, dist. 4. tunc leges instituũtur, cum solemniter promulgantur, sed ad solemnem promulgationem clamante præcone, non est necessarium legem esse scriptam, imò multoties post solemnem promulgationem scripturæ mandatur, ne obliuioni tradatur: ergo esse in scriptis, nõ est de essentia legis. Tertiò probatur, quia lex Euangelica est vera lex, & tamen non requirit necessario esse scriptam, sed sufficit esse incordibus, & in memoria hominũ: ergo esse scriptã, nõ est de ratione legis. Maior est de Fide. Minor vero probatur, Hier. 31. feriã domui Israel, & domui Iuda fædus nouũ, dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribã eam, vbi ad litteram loquitur, de lege Euangelica, quod explicans Paul. ad Hæbr. 8. & 10. ait hãc esse prærrogatiuam noui Testamenti, vt non atramento, sed spiritu imprimatur in cordibus hominum, videatur Theophil. 2. ad Cor. 3. super illud non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, & Aug. lib. 15. contra faustum, cap. 4. & D. Tho. 3. part, quæst. 42. art. 4. vbi ait Christum non scripto, sed verbo suam tradidisse doctrinam, & multo tempore lex Christi obligans mansit, sine scriptura, vt tradit Ireneus, lib, 3. contra hæreses, cap. 1. & Chrisost. hom. 1. in Matth. Et patet nam Testamentum nouum cæpit scribi Octauo anno post mortem Christi, vt docet Theophi. in præfact. ad Matt. vbi ait Matthæum primum Euangelistarum scripsisse anno Octauo post mortem Ghristi, cũ tamen per illos octo annos lex Euangelica obligaret, vt probat Iren. ibi. Ex dictis sequitur legem solemniter promulgatam, etiam non scriptam valere, non in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori, quia vt constat ex locis iuris adductis, scriptura solum requiritur ad memoriam, non autem ad essentiam, & obligationem legis.

Theologorum, & Iurisparum. Azor. Suarez.

Hier. 31.

Ad Hæb. 8. & 10.

Theophil. 2.

D. Aug.

D. Thom.

Iren.

D. Chrisost.

Theophil.

Corol.

Dub. VII.

Vtrùm leges tam Pontificiæ, quam ciuiles Imperatoriæ, vel regales obligent statim, atque solemniter sunt promulgatæ, an vero aliquis lapsus temporis sit expectãdus ad sui obligationem?

IN Hac re est prima sententia asserens generaliter de omni legi (de qua quæritur) obligari statim à puncto solemnis promulgationis. Hãc tenet Vazq.

1. Sent. Vazquez.

Lorca. *Gloss.* disput.158.cap.3,&Lorca disp.18.glos. cap.2.seu hoc consultissimo,de rebus Ecclesiæ,non alienandis,in 6.& cap.cũ singula,de præbendis,16.lib.6.& cap.fin. ne clerici,vel monachi,verb.mensiũ,Bartol.vt facta noua constit,cap.1.num.6.& l.omnes populi,quæst.3.ff.de iust.& iure, Bald. Perusianus tract. de statutis,§. ignorantia,num.2.Decius de const.cap. 2.nu.16.in 1.lectura, Sylvester, Angel. Rossela,verb.lex, Armilla, verb. constitutio,num.8.Castro de lege pœnali, cap. 1.& alij quos refert Salas disp.12.sect.3.

Bart. *Bapt. Persian.* *Decius.* *Sylvester.* *Angel.* *Rossella.* *Armilla.* *Castro.*

1.Arg. Hæc sent.probatur,primo ex cap.1.de concess.præb.libr.6.qui est quasi expositio,authenticæ citatæ,& ex Bulla Pij IV. Vbi loquens de Concil.Triden.ait à publicatione Concilij facta Romæ cæpisse, ibi decreta seruari,& Romæ transgressores legum Pontificum puniuntur statim à publicatione,etiam ante tempus duorũ mensium,vt testatur Nauarro cons.1.de constit.quæst.14.num.18.& Innocentius III.c.1.de postul.prælat.ait vt quis teneatur lege sufficere solemniter esse edita,vt publicè promulgata.

2.Arg. Secundò arg.quia vt dicitur cap.cum contingat de officio iudic.Frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus. Si ergo ante duos menses,quis sciat legem promulgatam,ad quid expectat duos menses? Item vt dicitur cap.eum qui,de reg.iuris.in 6.qui certus est certiorari vlterius, non oportet: si ergo statim à publicatione,quis est certus de lege,quam maiorem certitudinem expectat post duos menses?

Conf. Conf.quia vt dicitur,l.fin.ff. de decretis, ab ordine faciendis,pœnæ aduersus scientes parate sunt: si ergo ante duos menses, quis est sciens,consequẽter subiacebit pœnæ legis,quia seruus sciens volũtatem domini,& non faciens vapulabit: vt ait Christus Dominus,acproinde incurrit culpã, quia pœna propter culpam,tantum imponitur.

2.Sent. Secunda sent.asserit leges statim obligare à puncto promulgationis solemnę in foro conscientiæ,expectandum tamen ad tempus duorum mensium.vt lex obliget, in foro exteriori,& quoad pœnas. Hanc tenet Soto, 1,de iust.q.4.art.4.§. ad hoc primum.

Soto.

3.Sent. Tertia sent.asserit legem sufficiẽter promulgatã statim obligare in curia,vbi promulgatur,quia nulla est necessitas temporis expectandi. Non tamen statim obligat omnes subditos,sed successiue, prout per diuersas partes territorij lex publicatur, nec taxari debet tempus duorum mensiũ, sed quod moraliter fuerit necessarium, vt sic notitia legis successiue diffundatur. Hanc tenet Medina hic,con.5.in 1.documento,& illam sequitur Suarez, lib.3. de legib.cap.17.à num.5.

Medina. *Suarez.*

4.*Sent.* Quarta sent.asserit nullam legem obligare,etiam facta solemni promulgatione ante duos menses,sed post illos,concedũtur enim indutię illius temporis,vt subditi,quasi præparentur ad obseruantiam legis. Hanc tenet Nauarro in manuali, cap. 23.n.44.licet postea cõs.1.de cõstit.quęstio.4.nu.17.& 18.Dicat hoc esse. ex iure,quia ex consuetudine, in Curia Romana,etiam ante duos menses, quis obligatur,etiam pœnis.ad legem. Illum,sequitur Valentia,hic quæst.5.punct.5.disput.7. Vecanus,tom.2.suæ sum.tract.3.cap.6. quæst.7.con.2.Henricus,tract.de sinod. art.2.num.69.Turrecremata,cap.4. Tabiena,verb.lex,num.25.& alij, quos refert Salas loco citato.

Nauarro. *Valent.* *Beccanus.* *Henrric.* *Turrecre.* *Tabiena.*

Arg. Hæc sententia probatur.Ex illa authẽtica sæpe citata, vbi hoc tempus duorum mensium assignatur,ad obligationem legum,post illarum promulgationem.Dicere autem,cum Vazquez,quod in illa authentica solum loquitur, de testamentis, non valet,quia vt supra diximus, licet in textu loquatur,de testamentis , tamen in rubrica loquitur generaliter,& Pius IV. in Bulla confirmationis Concilij Trid.cõcedens tempus ad obligationem illius, ait & iure etiam communi sanccitum est, vt constitutiones vim,non nisi post certum tempus obtineant,&c. In toto autem iure communi,non habetur alius locus designans tempus,nisi illa authentica: sentit ergo Pontifex illam authenticam ad obligationem,cuiuslibet legis concedere tempus duorum mensium. Dicere etiam,quod illa authentica habebit valorem pro legibus Imperatorijs,non autem pro Pontificijs,vel regalibus ab Imperatore exemptis,etiam non valet,quia quãdo in iure canocino,vel Hispanico in aliqua materia, non est determinatum,quid sit faciendum, standum est iuri communi Imperiali,ex ipsa dispositione iuris Pontificij , & Hispanici.Dicere etiam,vt supra diximus,de promulgatione,hoc habere verum in materijs iudicandis: Quod si lex Põtificia,vel Hispanica non sit,debeat iudicari iure cõmuni,non autem intelligendum de promulgatione ipsius legis. Non valet,quia licet in iure canonico,vel Hispanico,non sit determinatum tempus. Debet tamen determina-

Solutio. *Vazquez.* *Impug.* *Alia solutio.* *Impugn.* 3.*Solu.io.* *Impugn.*

si(desitiente lege determinante.)secundū prudentiam,nulla tamen, maior esse potest,quam seruare legem imperialem consilio tot Iurisperitorum conditam: ergo illa erit seruanda,non per modum legis obligantis,sed per modum exemplaris sequendi. Notandum tamen,quod Authores istius,quartæ sententiæ, non eodem modo assignant pro termino obligatorio legis tempus duorum mensium: nam aliqui assignant illud pro termino vltimo, vt amplius ignorantia allegari,non possit;itaq; scientes legem statim obligantur,ignorantes autem,vsque ad duos menses, & non amplius tollerantur,& sic Salas loco citato. Alij verò assignant,illud tempus pro termino proximo,ita vt ante duos menses nullus obligetur,nec sciens,nec ignorans legem,post duos autem menses scientes obligantur,ignorantes autem tollerantur, secundum tempus prudentiale requisitum, ad sciendum,successiue secundum distantiam Prouintiarum.

Not.diuersimode explicare istā sent. authores illius.

Not.

Pro intelligentia huius dubij notandum,idem esse assignare tempus necessarium,ad promulgationem,& ad obligationem legis:nam semel sufficienter promulgata obligat. Item notandum,quod supra diximus, aliud esse loqui, ex natura rei, aliud vero ex dispositione iuris. Si quidē in iure designetur tempus ad obligationē legis,nulli dubium,quod lex ante illud tēpus non obliget(verbi gratia)cap.cū singula,de Præbendis,in 6.statuitur,vt religiosi habentes duos prioratus, alteri intra mensem renuntient,& in Conc.Trid.Sess.24.cap.1.statutum est, vt lex Deirritatione matrimonij clādestini,vim habeat post triginta dies à publicatione facta in Parrochia,& in constitutione Sixti V. de male promobendis,& promotis ad ordines.Habetur vt hæc lex in vrbe obliget,post quim decim dies extra vrbē autē citra Alpes,post quatuor mēses,vltra Alpes,post nobem menses,& cap.fin.ne Clerici,vel Monach.refertur quædam constitutio Alexan.III.facta in Conc. Turonensi,vt nisi religiosi exeuntes de claustris, ad audiendas leges,vel physicas intra duorum mensium spacium,ad claustrū reddirent essent excommunicati, & Honorius III.in cap.noberit,de Sent.excommunicationis,excommunicat eos, qui de cætero seruare fecerint statuta ædita constitutiones,& consuetudines inductas,cōtra libertatem Ecclesiæ,nisi ea de capitularibus suis,intra duos menses, post huiusmodi sententiæ publicationem fecerint à moueri,& cap.cum singula, de Præbendis,lib.6.taxatur tempus vnius mensis,& cap.autem,1.§.nec obstat,de concessione Præbendæ,in 6.Statuitur,quod lex, constitutio,vel mandatum,nullos ad stringit, nisi postquam ad notitiam peruenerit eorumdem,aut nisi post tempus,infra quod ignorare, minime debuisset. Quod quidem tempus esse duorum mensium, explicat glos.ibi verb.post tempus,& in Lusitania,1.ordinat.2.§.10. statutum est, vt lex promulgata in Curia obliget post sex dies,in toto autem Regno, post tres menses. Dubium autem est, quando ex iure, non est determinatum tempus,an sit seruāda illa,authentica duorum mensium, non solum in Imperio,sed etiam in Ecclesia,& in Regnis Imperio,non subiectis.An vero standum sit iuri naturæ, etsi ex natura rei statim post publicationem lex obliget,vel aliquod tempus,secundum prudēdentiam sit expectandum iuxta diuersitatem sententiarum supra.

Alex.III

Sixtus V.

Conc.Tri.

Gloſſa.

Prima conclusio, leges Imperiales pro toto Imperio,& sibi Regnis subiectis,nō obligant,nisi post duos menses à solemni promulgatione in Curia: itaque non solum ignorātes excussantur,vsque ad duos menses,sed nec scientes obligantur,vsque ad illud tempus,quia totum illud tempus reputatur,inter requisita,ad solemnē promulgationem ex dispositione iuris communis, per illam authenticam sæpe citatam,quæ vt diximus supra, & explicabimus in 4.senten. Generaliter de omnibus Imperialibus legibus,& sibi subiectis debet explicari. Quapropter ante duos menses,cum secundum dispositionem iuris,nō sit completa solemnis promulgatio, nec etiam est obligatio: quæ solemnē promulgationem præsupponit. Ex quo sequitur falsam esse secundam sententiā Soto,quod intra duos menses, illę leges obligent in conscientia,licet nō in foro exteriori. Quia in conscientia lex,non obligat ante solemnem promulgationem,& non est solemniter promulgata,vt diximus,ex dispositione iuris ante duos menses. *1.Conc.*

Secunda conclusio,leges Pōtificiæ,vel ciuiles Regum Imperio, non subditorum designantes tempus, ante illud non obligant,si tamen tempus,non designant,non est expectandum ad duos menses,sed statim facta promulgatione in Curia habent obligare,vel secundum consuetudinē publicationis,in quolibet Regno. Prima pars conclusionis est manifesta, nam cum lex obliget,ex voluntate Legislatoris,si Le- *2.Conc.* *1.Pars probatur.*

gislator vellit obligare tali tempore tran sacto, ante illud non obligabit, quia dilatio illius temporis, vt diximus, conclusio ne præcedenti, interrequisita, ad solemnem promulgationem computatur. Secũda vero pars probatur, quia si tempus non

2. Pars probatur. assignatur, non est quare ad duos menses, sit expectandum, cum illa authentica, nõ subiectos Imperio, non obliget, cum solum habeat vim in causis iudicandis, non lege Ecclesiastica, vel Regni determinatis ex acceptione ipsius Ecclesiæ, vel Hispaniæ Regni, non autẽ est acceptata pro publicatione, vel obligatione legum, quãtum ad hoc, enim standũ est, vel dispositioni legi Ecclesiæ, vel Regni essempti, vel cõsuetudini, vel aliàs recurrẽdũ est, ad ius naturæ, quid ex natura rei requiratur, ad promulgationẽ, & obligationẽ legis: cũ ergo vt supra dixim⁹, secluſſa determinatione temporis, per ipsam legẽ Ecclesiæ, vel Regni essempti, ab Imperio, vel secluſſa alia consuetudine, sit solemnis promulgatio, ex natura rei, quæ fit in Curia Romana, vel in Curia Regia, cuiuslibet coronę, (si plures sint eidem Regi subditæ,) consequenter statim facta solemni promulgatione est obligatio ipsius legis. Et certe hanc conclusionem probant efficaciter argumẽta, & fundamenta primæ sententiæ. Quæ confirmãtur, quia multoties in ipsa lege exprimitur, quando promulgatur, quod ex tunc obliget, & non est dicendum Legislatorem hoc vane dicere, si tempus necessario sit expectandum ad obligationem. Nec valet solutio Suarez, quod ex

Solucio Suarez. impug. tunc incipiat obligare aliquos, licet non omnes, vt videbimus conclusione sequenti. Dicere etiam, cum alijs quod ly extũc, æquiualet, ac si diceret, quod ex tunc computatur tempus posset, quod debeat obligare, est voluntaria, & sine fundamento dictum.

3. Concl. Contra Suarez. Tertia conclusio, leges Ecclesiasticę, & regum non subiectorum Imperio, statim atque promulgantur in Curia, vel vt consuetudo habet, obligant omnes subditos, tam scientes, quam ignorantes: itaque nõ successiue obligant, prout successiue peruenit lex in notitiam subditorum, sed statim omnes simul. Hanc ponimus contra Suarez, & probatur: nam esset maximum disturbium, & occasio litium, si non omnes simul obligaret lex, quis enim discuteret, quando cæpit obligare, vnum & nõ alterum? & quia lex æqualiter ponitur pro omnibus. Vndè, æqualiter omnes debet

Obiectio. obligare. Etsi contra facias argumentum,

Solutio. quia iniquum videtur obligare ignorantes. Respondetur, quod lex solemniter publicata, per accidens, ab aliquibus ignoratur, & tunc dicendum est, illos excussari, per ignorantiam si sit invincibilis, non tamen, non obligari, sicut quamtumuis expectetur, tempus duorum mensium manebit lex multis ignota, quos non dicẽdum est, legem non obligare, sed per ignorantiam invincibilem excussari: ita simili ter dici potest post sufficientem solemnem publicationem omnes obligari, & multos ex ignorantia excussari. Et per hoc etiam *Contra 4. sentem.* constat falsam esse sententiam eorum, qui in quarta sententia dixerunt, post duos menses legem obligare successiue, prout in remotas partes diuulgatur. Ad hominẽ, enim arguitur contra illos: namsi completis duobus mensibus, adhuc prolongatur obligatio, pro ignorantibus. & tantũ obligat scientes legem, quare non dicitur, idẽ à puncto publicationis, vsque ad terminũ duorum mensiũ, quod statim obligat sciẽtes, & successiue ignorantes, prout in notitiam illorum venerit, vt volebat Suarez, sicut ergo propter inconuenientia posita dicimus, quod statim omnes obligat, licet aliqui excussentur ex ignorantia: ita dicẽdum est de lege cessarea completis duobus mensibus. Omnes pariter obligare, licet *Dub.* ex ignorãtia multi excussentur. Si autem inquiras quot nam tempus debeat pertrãsire, vt ignorantes, etiam nõ excussentur. Respondetur, quod ad excussationem in *Respon.* foro conscientiæ, nullum est tempus determinatum aliqui enim breuis, imò tempore possunt esse inexcussãbiles, si possent de facili scire, & alij longo tẽpore trãsacto possunt excussari invincibiliter, ii circunstantijs attentis scire moraliter non potuerunt, & similiter in foro exteriori, secundum circunstantias. Alij alijs diuersimode excussationem habebunt, ad arbitrium iudicis, secundum probationes. De quo videatur Felin. c. 2. de constit. nu. 7. *Felin.* Decius lectura 1. nu. 18. aliàs 39. & Pa- *Decius.* nor. ibidem Sylues. vbi sup. & Nauarro. *Panor.* Quare ridiculum est, quod ait glossa, cap. *Sylues.* proposuisti, dist. 82. teneri subditos, secũ- *Nauarr.* dum canones scire leges, intra sex menses post publicationem, quod probat ex c. decernimus 18. dist. nõ enim est tempus determinatum. ad sciendas leges, sed alij in breuiori alij in maiori tempore tenentur, iuxta qualitatem personæ temporis, & loci. Vndè Felinus, Beroius, & alij in illo, c. 2. de constitutionibus, prædictam glossam, non admittunt.

Etsi

Obiectio. Etsi contra prædictam conclusionē arguas, ex D. Thom. hic ad 2. dicente legē obligare, in quantum eius promulgatio in omnium notitiam per se, vel per alios peruenire potest, vbi 1. c. explicat, quod moraliter possit in omnium notitiam peruenire: ergo non obligat statim lege promulgata, quia non potest statim moraliter

Solutio. in omnium notitiam peruenire. Respondetur, quod Diu. Tho. non dicit, nō obligare, quousque perueniat in omnium notitiam, sed quousque possit, &c. Semel autem lege promulgata in curia potest moraliter in omnium notitiam venire, quia vt supra diximus in curia resident ex omnibus Regni partibus, per quos notitia legis

Obiectio. potest faciliter diuulgari. Etsi rursus arguas contra istam solutionem, ex capit. 1. de concessione Præbendarum, in 6. Vbi dicitur lex, seu constitutio, & mandatum nullos ad strictum, nisi postquam ad notitiam peruenerit eorumdem: ergo non solum requiritur posse, sed de facto peruenire ad notitiam omnium, quod non fit statim lege promulgata.

Solutio. Respondetur intelligendum esse, ignorantes non adstingi, quoad imputationem, quia vt diximus, excusantur, non autem intelligitur, quantū ad obligationem, ad hoc enim sufficit facta promulgatione posse moraliter, in notitiam omnium peruenire. Etsi aliquod tempus expectandum est post publicationem, secundum prudentiam, non est ad obligationem, sed ad imputationē, vt non admittatur excusatio, & idem omnino dicendum est, de legibus irritantibus contra actus, & per hæc patet ad fundamenta contraria posita in sententijs oppositis.

Quæst.91.De Legum diuersitate.

Articul. I.

Vtrùm sit aliqua lex æterna?

Prima conclusio est affirmatiua. Secunda conclusio, lex æterna est promulgata, ex parte Dei promulgantis.

Dubium.

Vtrū prima conclusio sit vera?

1. Arg. PROBATVR Quod non primò: nam lex requirit necessario subditos, quibus imponatur lex, sed ab æterno non fuerunt subditi, quia mundus, & omnis creatura facta est in tempore: ergo nulla est lex æterna. Maior patet, quia lex dicit Imperium, non autem potest esse Imperium, nisi sint subditi, quibus imperetur: ergo, Conf. quia lex dicit rationem mensuræ, vt supra diximus, sed nihil est ab æterno, quòd possit mensurari: ergo æterna lex esse non potest. *Conf. 1.* Minor probatur, quia ab æterno, tantum est actio ad intra Dei, illa autem lege mensurari non potest, quia propriè loquendo nullus, sibi legem imponit: ergo. Conf. secundò, quia ex eo Deus, non est ab æterno dominus, sed in tempore, quia non est ab æterno creatura, cui dominetur: sed in tempore: ergo eadem ratione, neque ab æterno erit lex. *Conf. 2.*

2. Arg. Secundò arg. namsi in Deo esset lex æterna, maxime, quia in Deo est ratio Regens, & gubernans vniuersum, quæ in Deo est æterna, vt ait D. Tho. in articulo. Sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia ratio gubernans vniuersum vniuersaliter respicit creaturas rationales, & irrationales, & in animatas, sed respectu inanimatorum lex dici, non potest: ergo. Probatur ista minor, quia in animata incapacia sunt præceptorum. Conf. quia vt dixit D. Tho. quæst. præce. art. 1. lex est regula humanorum actuum: ergo respectu inanimatorum, in quibus actus humani, nō sunt, lex esse nō potest, quod & asserit Aug. quæst. 74. in Leui. & habetur in cap. mulier, 15. quæst. 1. irrationalia esse incapatia legis, imò & Paul. 1. Cor. 9. Idē asserit dicēs, nūquid de vobus cura est Deo? scilicet cura legislatiua, nā de lege loquebatur præcipiente, non alligari os vobi trituranti. *Conf.*

3. Arg. Tertiò arg. nam lex propriè dicta dicit actum practici intellectus supponentis actum voluntatis, vt diximus quæstio. 90. art. 1. Sed ab æterno, non est in Deo actus intellectus practici, supponens diuinam voluntatem, qui possit esse lex: ergo ab æterno propriè loquendo, non est lex in Deo. Probatur minor, quia si aliquis actus talis assignari posset, qui esset lex. Maximè, hoc dictamen, non est mentiendum, promissum est seruandam, peccata sunt punienda, isti autem actus, non sunt intellectus practici supponentis actū voluntatis, siquidem non sunt actus liberi, sed omnino necessarij.

4. Arg. Quartò arg. si aliquid posset in Deo assignari, quod sit lex æterna est idea, sed idea solum Metaphorice, & in propriè

potest dici, quod sit lex: ergo non est lex æterna propriè in Deo. Maior videtur D. Tho. in art. quia lex (inquit) in Deo est ratio gubernatiua, & nō potest assignari alia ratio regiminis, nisi idea. Minor vero probatur, quia idea tantum dicit cognitionē, & iudicium, etiam respectu possibilium lex vero dicit imperium, quod esse non potest, nisi respectu futurorum: ergo idea nō est lex.

5. Arg. Quintò arg. quia si aliquid est in Deo lex æterna, maxime illius prouidentia, sed ista non potest esse lex propriè loquendo: ergo in Deo propriè loquendo, non est ex æterna. Minor patet, & maior probatur, quia lex secundum Diu. Tho. Hic, est ratio gubernationis rerum, existens in Deo, tamquam in Principe vniuersali, eo dem autem modo definit prouidentiam, 1. part. quæst. 22. art. 1. dicens, quod prouidentia est ratio ordinandorum in finem in Deo præexistens: ergo sunt idem.

6. Arg. Sexto arg. nam de ratione legis est promulgatio, vt iam diximus, sed nulla lex in Deo potuit promulgari ab æterno, quia ab æterno nulla fuit creatura, cui promulgari posset: ergo ab æterno nulla est lex in Deo.

Sent. Vazquez. In hac re propter hoc vltimum arg. aliqui absolutè negant in Deo esse legē æternam, quia sine promulgatione lex esse nō potest. Vazquez autem in hoc art. legem æternam in Deo concedi, illam tamen dicit non distingui ab idea, quapropter (inquit) methaphoricè, & nō proprie est lex, quia lex propriè imperiū includit, in idea autem imperium non clauditur, nec præceptum, *Molina.* Molin. etiam, 1. part. quæst. 22. art. 1. nititur confundere legem æternam, & ideam, & diuinam prouidentiam. Ac per consequens, non esse propriè legem æternam in Deo, *Suar.* Suarez vero lib. 2. de legib. cap. 2. nu. 11. distinguit de lege æterna, quod alia sit circa irrationalia, alia verò circa rationalia, primam ait esse legem tantum methaphorice, secundam autē propriè esse legem, & sic explicat illud Prober. 8. Legem ponebat aquis, ne transirēt fines suos, legem (inquit) appellat inclinationem naturalem aquæ collatam, ne vltra proprios terminos transgrediatur, iuxta illud Iob 38. Vsque huc venies, & nō procedes amplius, & Psal. 103. Terminū posuisti, quem non transgrēdientur, &c. Et hanc sequitur *Salas.* Salas disp. 4. sect. 3.

Not. Pro intelligentia huius dubij est notāda diuisio legis, quod alia sit temporalis in tēpore incipiens, & alia æterna, de qua diuisione D. Tho. in hac quæst. & sequentibus, & Alex. 3. part. quæst. 26. mēb. 1. & 3. Angel. Syluester, Tabien. Armilla, verbo, lex. Soto, 1, de iust. quæst. 3. art. 1. D. Anton. 1. part. tit. 11. cap. 1. §. 4. Valent. hic, disput. 7. quæst. 2. punct. 1. Sayrus, 3. Thesaur. cap. 2. Prima quidem lex notissima est, & illam esse creatam est manifestum, nulla enim creatura est ab æterno, nec aliquid diuinum cepit in tempore, etsi in opinione Arist. mundus foret ab æterno lex creata æternitātem accidentaliter, & extrinsece participaret, secunda autem lex, quam vocamus æternam, a Deo non distinguitur, sed est ratio ordinās ipsius Dei quæ cum Deo identificatur, & de hac agimus, hic cum D. Thom. & interprætibus eius, vtrùm sit vere, & propriè lex, & in quo consistat. *D. Thom. Alensis. Sylvest. Tabien. Armilla. Soto. D. Anton. Valen. Sayrus.*

Secundò not. quod lex æterna, adhuc summitur dupliciter, primo large, vt extē ditur ad omnia, tam rationalia, quam irrationalia, prout omnia à diuina sapiētia in propios fines diriguntur. Sic loquitur August. lib. 1. de lib. arbitrio, capit. 5. & 6. & lib. 83. q q. quæst. 27. & 5. de Ciuit. cap. 11. Vbi eleganter de hoc loquitur. De ista loquitur Dauid Psal. 148. Prober. 8. Iob 28. Sap. 8. & 14. & Hester, 13. & alia quæ adducit Salas disp. 4. sect. 3. Secundò modo summitur strictè, prout importat rationem diuinæ sapientiæ ordinantis rationalium operationes in suos fines, sic loquitur de lege æterna, Cicer. lib. 1. & 2. de legibus, sic illam definiens, est (inquit) æternum quidam, quod vniuersum mūdum regit Imperandi prohibendique sapientia, & infra, lex vera, atque Princeps apta, ad iubendum, & ad vetandum ratio est recta summi Iouis, sic etiam accipitur ab Aug. *D. Aug.* lib. de Vera Religio. cap. 30. & 9. de Ciuitat. cap. 22. & 1. de lib. arb. c. 1. Dicēs lex æterna est summa ratio cui obtemperandū est, & infra ea est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima, & lib. 22. contra faustū cap. 27. lex æterna (inquit) est ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturæ conseruari iubens, & turbari vetans: loquimur ergo hic de lege æterna, prout ad rationalia & irrationalia extenditur. *2. Not.* *Cicer.*

Tertiò not. quod lex æterna, sic vniuersaliter sumpta potest considerari dupliciter. Primò, quantum ad ea, quæ importat actiue, ex parte Dei, & quod formaliter est in illo. Secundò, quantum ad ea, quæ importat passiue ex parte creaturæ, vt quod creaturæ intimetur, & promulgetur, & ei imperetur, quantum ad ea, quidem quę se tenent; *3. Not.*

tenent ex parte Dei, æterna est, sicut & ipse Deus, cum quo identificatur; quantum ad illa autem, quæ se tenent ex parte creaturarum, temporalis est; & non æterna, quia quando, id quod requiritur ex parte creaturæ est aliquid reale, tantum dicitur esse in tempore, vt creator, vel dominus, quando verò est aliquid rationis habens tantum rationem termini, vel obiecti, dicitur esse æternum, vt scientia visionis æterna est, & prædestinatio, &c. Cum ergo intimatio, imperium, & promulgatio legis sit quid reale, ex parte creaturæ, tantum hæc dicuntur esse in tempore, quando illud temporaliter fit in creatura: merito ergo dubitamus (si lex complete, includit aliquid temporale, vt imperium promulgationem, &c. Incomplete autem habet aliquid æternum, nimirum, quod se tenet ex parte Dei) vtrum absolutè sit dicenda lex æterna, vel tẽporalis, & sufficiat illud æternum in completum, ad legem, vt sit vere, & propriè lex ab æterno, & sic dicenda sit lex æterna.

1. Concl. Prima conclusio, in Deo est formaliter & propriè lex æterna. Hæc est cõtra Vazquez, & probatur, in Deo vt in principe supremo ab æterno est ratio diuinæ sapiẽtiæ gubernatrix omnium actionum, & motuum creaturarum in bonum commune totius vniuersi, sed in hoc, vt diximus quæstio. præcedenti, consistit ratio legis: ergo ab æterno in Deo est lex æterna. Conf. quia vt etiam diximus, ratio legis cõsistit in eo, quod sit regula, & mensura inferiorum, & subditorum in ordine ad bonum commune, sed ratio diuinæ sapientiæ est regula, & mensura omnis creaturæ in ordine ad bonum commune totius vniuersi: ergo ratio diuinæ sapientiæ ab æterno existens in Deo propissime est lex æterna. Secundò probatur, lex creata debet esse indefectibilis in dirigendo subditos ad finẽ legislatoris, sed hanc indefectibilitatem, & rectitudinem habere non potest ex se, quia omnis creatura ex se est defectibilis: ergo supponenda est aliqua lex per essentiam immutabilis, per quã lex creata stabiliatur, quia quod est tale per accidens debet reduci ad id quod est per essentiam tale, ista autem nequit esse, nisi in Deo: ergo in illo ab æterno aliqua lex per essentiam debet reperiri.

2. Concl. Secunda conclusio, lex æterna, secundũ quod vniuersaliter respicit omnes creaturas, tam rationales, quam irrationales omnes illas gubernando, & dirigendo in bonum commune vniuersi est verè, & propriè lex, & non solùm per metaphoram. Pro intelligentia huius notandum, quod sicut in Deo, licet ex parte obiecti formalis, non sit, nisi vna scientia, vt dicitur, 1. part. quæst. 14. art. 9. & vna tantum prouidentia adæquate respectu omnium creaturarum, vt dicitur 1. part. quæst. 22. art. 2. Nihilominus ex parte obiecti materialis ratione distinguitur prouidentia communiter sumpta, vt se extendit, etiam ad irrationalia, à prouidentia speciali, circa creaturas rationales, quę est prædestinatio, & ista intelligitur perfectior, & maior licet illa simpliciter, & propriè sit prouidẽtia: ita similiter lex æterna formaliter, ex parte obiecti formalis est, vna tantum omnia gubernans, & ad bonum vniuersi diri gens, tam rationalia, quam irrationalia ex parte tamen obiecti materialis ratione distinguitur, lex æterna cõmuniter dicta respectu omnium creaturarum, à lege æterna specialiter dicta, vt gubernatrix est creaturarum rationalium; & licet ista sit perfectius lex, illam tamen dicimus, simpliciter, & propriè esse legem. Hæc conclusio sic explicata est D. Thom. tam hic quam quæstio. 93. art. 4. & 5. Et sic illam ponimus contra Vazquez, & Suarez. Et probatur primò ratione D. Tho. illo art. 5. quia in tantum creaturis rationalibus potest impoNi lex, in quantum Legislator potest eis imprimere, quandam regulã, quæ sit principium agendi, secundum rationem, sed etiam Deus creaturis irrationalibus imprimere regulam suarum operationum, tribuẽdo eis principia intrinseca consentanea ad agendum, secundum naturam earum: ergo etiam creaturis irrationalibus imponit legem, quæ propriè sit lex, idem enim facit in creatura rationali regula moralis, ad directionem actionum moralium, ad finem rationalem, atque regula naturalis, & inclinatio impressa ab authore naturæ, ad actiones naturales in ordine ad finẽ naturalem, quapropter sicut primum sufficit ad rationem legis propriè: ita & secũdum, licet non tam ad perfectã rationem legis, vt dictum est. Secundò probatur, lex propriè dicta est, quædam ordinatio rationis in bonum commune, ab eo qui habet curã communitatis promulgata, sed totum hoc reperitur, etiam respectu creaturarum irrationalium in Deo: ergo etiam respectu illarum est in Deo lex æterna propriè dicta. Minor est manifesta, ex dictis conclusione, prima, quoniam ratio sapientiæ diuinæ omnem creaturã ordinat ad bonum commune vniuersi. Quod autem etiam irrationalibus

Nota

Contra Vaz quez, & Suarez.

nalibus fiat promulgatio. Probatur, quia ad directionem suarum operationum, vt diximus, non minus facit impressio inclinationis naturalis, quam faciat in creaturis rationalibus impressio regulæ moralis. Quapropter, sicut ista respectu rationalium: ita & illa respectu irrationalium est sufficiens promulgatio. qualiter autem respectu omnium rationalium, & irrationalium sit facta, cuilibet suo modo promulgatio ab æterno dicetur infra, in hoc dubio. Tertiò probatur, ex notabili posito in ista conclusione, quia licet prouidentia sit perfectior respectu rationalium, tamen etiam respectu irrationalium est propriè prouidentia: ergo licet lex æterna sit perfectior lex, respectu rationalium, erit tamen propriè, lex etiam respectu irrationalium eadem enim videtur ratio, præsertim cum lex æterna sit ratio prouidentiæ, vt ait D. Tho. quæst. 93. art. 1. & art. 5. ad 3. (mò secundũ Vazquez,) cum lex æterna non distinguatur à prouidentia.

3. Concl. Contra Vazquez.

Tertia conclusio. lex æterna in Deo, non est, idem quod idea, sed ratione ratiocinata (qualiter quæ in Deo sunt distingui possunt) distinguuntur. Hęc etiam est contra Vazquez, D. Tho. & naturã idearum, & legis æternæ non intelligẽtem. Et probatur, nam idea est in Deo, per modũ artis, & principij operandi, & per modũ exemplaris rei faciendæ, vt ait D. Thom. 1. p. quæst. 15. art. 1. lex vero est in Deo, per modum rationis gubernantis, & dirigentis creaturas in finem vniuersi, vt ait hic D. Tho. & quæst. præcedenti: ergo ratione distinguuntur, & non sunt idem, patet ista consequentia, quia non est idẽ producere rem, & illam productam in finem dirigere, sed vnum præsupponitur ad alterum, prius enim intelligimus rem esse productam, post modum autem ad finem ordinari, quapropter idea vt principium faciendi rem præsupponitur, ad legem dirigentem rem, ad finem vniuersi intentum à Deo, vt Legislatore. Item idea est etiã possibilium, lex autem solum est futurorum præsentium in æternitate. & consequẽter actus liber, sicut prouidentia, & prædestinatio, quia supponunt actum diuinæ voluntatis de productione rerum, quas per legẽ, & prouidentiam, & prædestinationem in finem dirigit Deus, vt dictum est.

D. Thom.

4. Concl. D. Thom. Contra Vazquez.

Quarta conclusio. lex æterna non est, idem quod prouidentia, sed etiam ratione ratiocinata distinguitur ab illa. Hæc est contra Molinam citatum, est tamẽ expressa Diu. Tho. quæst. 5. de verit. art. 1. ad 6. his verbis. Prouidentia in Deo propriè, non nominat legem æternam, sed aliquid ad legem æternam, consequens, lex enim æterna est considerandain Deo, sicut accipitur in nobis principia operabilium naturaliter nota, in quibus procedimus in cõsiliando, & eligendo, quod est prudentiæ, siue prouidentię. Vndè, eo modo se habet lex intellectus nostri, ad prudẽtiam, sicut principium in demonstratione, & similiter etiam in Deo lex æterna, non est prouidentia, sed prouidentię, quasi principiũ. Vndè conuenienter legi æterne atribuitur actus prouidentiæ, sicut & omnis effectus demonstrationis principis in demonstrabilibus attribuitur, hæc sanctus Tho. quid clarius? Videatur, tamen Suarez, lib. 2. de legib. cap. 3. num. 12. Lorca, hic disput. 5. memb. 1. Qui optime expendunt loc. cum D. Tho. inquiunt enim, quod sicut in nobis sindereſis, & prudentia distinguuntur quod sindereſis est habitus primorum principiorũ practicorum in cõmuni, prudentia vero est operationum, quæ comparantur ad prædicta principia veluti conclusiones applicando in singulari materia principia præhabita, per sindereſim: ita in Deo lex æterna constituit, velut generales regulas, secundum quas res omnes debeant operari, & moueri in finem: prouidentia vero, est ratio applicans prædictas regulas generales, rebus & actibus in particulari: quapropter lex importat directionem in communi ad finem prouidentia vero importat directionem in particulari, cuiuscumque rei singularis, secundum quod neque gutta oris extra prouidentiam, manet. Ex quo sequitur, quod sicut conclusiones attribuũtur principijs, & effectus prudentiæ sunt etiam effectus sindereſis, ita similiter effectus prouidentiæ sunt, etiam effectus legis æterne: non ergo est confundenda, lex æterna cum prouidentia diuina, vt volebat Molina. Etsi contra facias arg. quia multoties Deus, per suam prouidentiam operatur, præter legem: ergo nõ omnis effectus prouidentię attribuitur legi æternæ. Antecedens probatur in omnibus miraculis (verbi gratia) lex est de continuo motu solis, & aliquando per specialem prouidentiam, præter legem quieuit. Respondetur, quod cum lex æterna sit vniuersalissima, & prouidẽtia (vt dictũ est) sit, quid particulare, quod fit, per prouidentiam præter legem ex vna parte, fit secundum legem ex alia parte, lex enim ex vna parte dicit, quod Sol continuo moueatur, ex alia tamen parte dicit orationes sanctorum

Suar. 92. Lorca.

Obiectio.

Solutio.

tum si debito modo fiant fore ex audiendas, quando ergo ad instantiam orationis Iosuæ stetit sol, hoc factum est per diuinam prouidentiam, præter legem exprio ri parte consideratam, tamen secundum legem ex posteriori parte sumptam, vndè numquam prouidentia egreditur limites generales, legis æternę, propter suam amplissimam latitudinem.

3. Concl. D. Thom. contra Vazquez.

Quinta conclusio, lex æterna ab æterno est promulgata promulgatione sufficienti, vt simpliciter, & absolutè ab æterno dicatur lex, & lex æterna. Hæc est expressa Diu. Thom. hic ad 2. quem sequũtur omnes eius Discipuli, super hunc art. & Soto, lib. 1. de iust. & iure, quæstion. 7. articul. 2. & Suarez, libr. 2. de legib. capit. 1. numer. 9. & Salas, hic disputio 2. sectio. 1. contra Vazquez. Qualiter autem ab æterno, sit promulgata, cum ãb æterno, non essent subditi, quibus promulgaretur, explicat Diu. Thom. per distinctionẽ positam, not. 3. Quod licet, non sit promulgata passiue, ex parte subditorum (hæc enim promulgatio facta est in tempore) est tamen promulgata actiue, ex parte Dei proponentis illam, quia licet ab æterno creaturæ, non sint, secundum propriam mensuram temporalem, tamen sunt præsentes realiter in æternitate, quia vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt Roman. 4. quod licet Lyra, Orig. & Anselm. explicent de vocatione gentium, quæ apud Iudæos reputabantur, quasi non essent, literaliter tamen intelligitur de vocatione non entium, explicans virtutem creandi, & imperandi, infallibilem effectum habentem postea suo tempore, vt explicat Chrisost. & Theophylatus, ibi & Genebrar. Psalm. 143. versu 4. & Theodoretus, quæstion. 9. in Gen. Hæc ergo præsentia rerum in æternitate, licet non sufficiat, ad promulgationem passiuam, ex parte rerum, quæ necessario fit, in tempore, quando de facto creaturæ rationales recipiunt lumen rationis, & irrationales inclinationem naturalem, tamen sufficit ad promulgationem, ex parte Dei, sic enim fit propositio legis in ordine ad creaturas in æternitate præsentes, quod ex parte Dei, non amplius requiratur, sed tantum ex parte creaturarum, vt in propria mensura producantur, vt talem promulgationem, per lumen rationis, vel inclinationem naturalem recipiant, non enim ad sufficientem promulgationem legis essentialiter requisitam, est necessarium, quod actualiter à subditis percipiatur, sed quod quantum est ex parte Legislatoris publicantis possit percipi, sicut (v. g.) si lex solemniter in curia publicetur, etiam omnibus aures claudẽtibus, lex manebit publicata: verum est ad obligationẽ legis actualem requiri notitiam, & sic lex æterna obligare incipere, cum per lumẽ naturale passiue intimatur. Sed adhuc remanet explicandum, qualiter etiam, ex parte Dei, etiam creaturis non percipiẽtibus ab æterno fiat promulgatio. Ad quod respondet D. Tho. sequentibus verbis, etiã solut. ad 2. promulgatio legis fit verbo, & scripto, & vtroque modo lex æterna habet promulgationem, ex parte Dei promulgãtis, quia & verbum diuinum est æternum, & scriptura librivitę est ęterna. Sed ex parte creaturæ audientis, aut inspicientis nõ potest esse promulgatio æterna. sed cõtra responsionem D. Th. insurgit Vazq. Dupliciarg. Primò, nam Verbum diuinũ est, quid personale, & productio eius solũ pertinet ad Patrem, ratio autem legis, & progatio eius, est quid essentiale, ad omnes enim tres personas pertinet esse Legislatorem, legemq; promulgare: ergo nõ fit promulgatio per Verbũ, nec hoc sufficit ad rationem legis. Secundò, nam liber vitæ, nihil aliud est, quã æterna Dei sciẽtia, in qua solũ metaphorice creaturæ dicũtur scriptæ. etiam antequam sint, cũ ab æterno cognoscãtur: ergo nõ verificatur propriè, per hoc legem æternam scripto esse promulgatam. Ad primum istorũ dicitur, non illud latuisse D. Th. ipse enim q. 93. art. 1. sibi oppossuit hoc arg. & respondet, quod licet Verbũ diuinum producatur a solo Patre repręsentat tamẽ omnes rationes essentiales conuenientes tribus personis, vndè in ipso per istã repręsentationẽ cõmunem, promulgatur cõmuniter lex æterna, ab omnibus tribꝰ personis. Itaq; licet solus pater producat Verbum, in ipso tamen Verbo à solo Patre producto intelligunt tres personę quidquid in Deo, & extra Deum est, secundum omnipotentiam eius, repręsentatio ergo Verbi, non vt personaliter terminat intellectionem patris, sed vt essentialiter terminat intellectionẽ, trium personarum habet rationem legis promulgatæ ex parte Dei, videatur Contra. hic ad 2. Vel dicitur secundò, quod quando D. Th. ait fieri promulgationem, Verbo, & scripto, per ly Verbo, non intelligit personaliter, secundã personam, sed essentialiter ipsam intellectionem Dei (siue sit acceptio propria, vel in propria) ac si diceret fieri promulgationem Verbo, & scripto, hoc est locutione.

Rom. 4.

D. Chrisost. Theophyl. Genebr. Theodor.

Explicatur amplius conclusio, ex D. Tho.

1. Obiectio Vazq.

2. Obiectio

Ad 1. respon. 1. ex D. Thom. & Contra.

2. Solutio.

cutione, & scriptura, locutio autē in Deo, etiam est ipsa essentialis intellectio, licet non sit dictio productiua Verbi. Hæc autem locutio, quā vocat Verbū, communis est trib⁹ personis. Tertiò dicitur, quòd licet arg. probet promulgationē tātū fieri à Patre, quia Verbū à solo illo producitur, tamen dicēdum est, legem esse à tribus personis, quia promulgatio videtur sonare productionem, lex autem dicit repræsentationem in Verbo, per modum regiminis fiendorum, quā repræsentationē, diximus esse communem, & ob illam tres personæ dicēdę sunt Legislatores, sicut si tres simul imperiū prę sidentes cōderēt legem, etiam si ab vno tantū promulgaretur omnes tres nihilominus essent legislatores.

3. Solutio.

Ad 2. obiectionem, resp. ex D. Thom.

Ad 2. arg. Vazq. resp. quod libertas sumitur, dupliciter. Primò formaliter pro mente diuina, in qua sunt prædestinati, & media ad salutem illorum. De quo D. Th. 1.p, q.24.art.2.& q.7.de veri.art.6.& in 3.d.31.q.1.ar.2. Secundò modo sumitur, materialiter pro mente diuina, in qua omnia permanenter repræsententantur, sic ergo est lex æterna scripta in libro vitæ, hoc est in cognitione permanenti Dei, qua ratione methaphorice vocatur scriptura, inquit ergo promulgationem fieri Verbo, hoc est locutione, & scripto, per manēter, in libro vitæ, hoc ēst in mente Dei, quod sufficit ad promulgationem ex parte Dei, & vt lex dicatur æterna. Tandem autē arguit Vazq. cōtra prædicta, quia si hoc sufficit, vt lex dicatur æterna, etiam lex Moysi dicetur æterna, quia ab æterno fuit in mente Dei, & libro vitæ. Resp. tamen, legem Moysi esse temporalem importare q; actionem transeuntem, & promulgationē passiuam, quapropter est in tempore licet ab æterno sit cognita eius promulgatio, & tonitrua, & sonitus tubæ, &c. sicut & creatio in tempore est facta licet ab æterno cognita, & per hæc faciliter, patet solutio ad argumenta posita à principio.

Obiectio Vazq.

Solutio.

Ad 1. arg. à principio

Ad 1. arg. à principio, cum prima conf. resp. sufficere subditos fuisse in æternitate vt in mensura superiori ad promulgationē ex parte Dei, licet requiratur esse in propria mensura, ad promulgationem passiuā ex parte creaturarum, & similiter dicitur, de ratione regulæ. Ad 2. conf. resp. quod esse dominum importat actionem transeūtē creationis, quæ in tempore fit, lex autē dicit aliquid permanens in Deo ab æterno, vt dictum est.

Ad 2. arg.

Ad 2. arg. resp. ex dictis constare qualiter, etiam sit lex æterna respectu irrationaliū, licet nō tāperfecte, sicut respectu rationaliū, & hoc probat cōfirmatio argumēti.

Ad 3. arg.

Ad 3. arg. resp. illud dictamen diuinum per modum iudicij esse necessarium, & sic non esse legem, habet tamen rationem practicam, prout dirigitur ad creaturas illas regulando, & dirigendo ad finem vniuersi, & sic est quid liberum, & præsupponit actum voluntatis in tempore exequēdum & sic habet tationem legis.

Ad 4. arg.

Ad 4. patet qualiter lex distinguatur ab idea. Ad 5. qualiter distinguatur à prouidentia, &c. Ad 6. qualiter ab æterno habeat lex æterna promulgationem, vt sic omni ex parte habeat propriam rationem legis.

Art. II.

Vtrùm sit in nobis aliqua lex naturalis?

Prima conclusio est affirmatiua. Secūda conclusio, lex naturalis, nihil aliud est, quam lumen rationis naturalis impressum à diuino lumine, vel à lege æterna participatum in creatura rationali. Tertia conclusio ad 3. participatio legis æternæ, quę est in creatura irrationali, non est lex vere, & propriè, sed solum per similitudinē.

Dub.

Vtrùm lex naturalis vere, & propriè sit lex, & in quo ratio talis legis consistat?

1. Sent. Vazq.

IN Hac re est prima sentētia Vazquez hic disp. 150. c. 3. n. 11. & alijs multis in locis, quæ refert Salas disp. 5. sect. 1. & alij, cum illo quos etiam citat Salas, asserunt legem nāturalem esse ipsam naturā rationalem, antecedenter ad omnem potētiam, & actum, vel habitum illius, & consequenter asserunt legem naturalem, non esse propriè legem, quia natura ipsa nō propriè dici potest lex, cū hęc propriè debeat esse ratio regulans, vt dictum est.

1. Arg.

Hæc sententia probatur primò, nā sunt aliqui actus intrinsecè boni, & alij intrinsece, & necessario mali: ergo antecedenter ad quamcumque potentiam, & lumē rationis habent talem bonitatem, vel malitiā. Antecedens patet in actu amoris Dei, qui intrinsece, & necessario est bonus, & in actu odij illius, qui intrinsece, & necessario

rio est malus, & alijs huiusmodi: consequẽtia verò etiam est manifesta, quia quod intrinsece, & necessario, & essentialiter est tale à nullius positione dependet: tunc vltra, sed esse actum malum essentialiter est per deuiationem à lege, iuxta illud ad Roman. 4. Vbi non est lex, nec præuaricatio: ergo antecedenter ad omnem potentiam, siue intellectus, siue voluntatis debet assignari lex naturalis, ex cuius deuiatione talis actus sit malus, nulla autem assignari potest tunc nisi ipsa natura rationalis. ergo illa erit lex naturalis, & per diformitatẽ, vel conformitatem, ad ipsam naturam rationalem erit, talis actus intrinsece bonus, vel malus. Confirmatur, nam ex eo creaturæ possibiles, & essentiæ rerum, non dependent ex aliquo iudicio practico, vel libero Dei, sed habent se, antecedenter ad illud, quia essentiæ rerum sunt necessariè ex ipsa connexione terminorum: ergo in moralibus, quæ necessaria sunt, & ex connexione terminorum nota, vt bonum est faciendum, malum fugiendum, non dependent ex aliquo iudicio practico, & libero etiam diuino, sed antecedenter ad illud, per conformitatem, ad naturam diuinam, vel humanam sunt huiusmodi nota, aut intrinsece bona, vel mala.

Conf.

2. Arg. Secundò arg. si lex naturalis consistit in iudicio, vel dictamine, vel præcepto: ergo posset Deus facere, quod talia peccata intrinsece mala, non essent peccata, & quod sine peccato, quis illa posset patrare, & quod vnus peccaret, illa patrando alius verò non, imò posset Deus huiusmodi mala amare. Sequæla probatur, quia tale iudicium practicum, vel imperium cum sit liberum potest Deus non habere, tunc ergo talia non erunt peccata, quia tunc non esset lex, & peccata necessario debẽt esse contra legem. & sic qui illa patraret, non peccaret: etsi auferẽt tale præceptum circa vnum, & non circa alium peccaret vnus & non alter, etsi tunc mala non sunt nec peccata Deus poterit illa amare, iuxta illud nihil odisti eorum, quæ sunt, vtique nisi malum, & peccatum.

2. Sent. Secunda sent. est aliorum asserentium legem naturalem esse ipsum intellectum, & voluntatem humanam in quibus consistit ratio humana, & consequenter legẽ naturalem, non esse propriè legem, quia intellectus, vel voluntas impropriè tantũ lex dici possunt: cum ipsæ potentiæ, rationem regulæ, & præcepti, non habeant.

Arg. Hæc sententia probatur ex D. Th. hic asserente legẽ naturalẽ esse impressionem diuini luminis, iuxta illud Psal. 4. Signatũ est super nos lumẽ vultus tui, & q. 109. ar. 1. a d. 1. ait omne verum à Spiritu Sancto esse, saltẽ sicut ab infundente naturale lumẽ, & solut. ad 2. ait ipsum lumẽ naturale animæ insitũ, est illuminatio Dei qua illustramur ab ipso, ad cognoscẽdũ, ea quæ pertinent ad naturalẽ cognitionem, itaq; secundum D. Th. lumen naturale est lex naturalis, lumen autem non est aliud, quã ipsa potentia. vel quo potentia intellectus constituitur, sicut lumen oculorum pertinet ad substantiam ipsius potentiæ visiuæ, item supra q. 71. art. 6. ait regula voluntatis humanę duplex est vna proxima, & homogenea, sicut ipsa humana ratio, alia remota s. lex ęterna, quę est quasi ratio Dei ergo secũdũ D. Th. ipsa ratio humana quę est ipsemet intellectus est lex naturalis.

Tertia sent. asserit legem naturalẽ esse habitum superaditum intellectui, quo bonũ à malo discernimus, & consequenter etiã non esse propriè legẽ, quia quæ de ratione legis sunt, habitui cõuenire nõ possunt. Hanc tenet Alen. 3. p. q. 27. membr. 2. D. Bona. 2. d. 39. art. 2. q. 3. ad 5. Hæc probatur, quia lex naturalis est quid permanens difficile mobilis ex natura sua: ergo est habitus, patet cõsequentia, quia nihil permanẽs potest assignari, nisi ipsa natura, vel intellectus, vel habitus: cũ ergo natura ipsa, vel potentia intellectus, lex esse non possit, quia lex debet esse quid impressum, natura autem, vel intellectus, nõ sint aliquid impressum, sed impressum debet esse aliquid supra naturã, vel intellectũ, remanet quod sit habitus superaditus, & impressus ipsi potẽtiæ intellectus, qui forsitam, secundum prædictos Authores est synderesis, & habitus primorum principiorum moralium, vt quod bonum sit faciendum malum verò fugiendum.

3. Arg.

Alen. Arg.

Quarta sent. asserit legem naturalem esse iudicium, quo iudicatur aliquid esse bonum, vel malum nullo ad iuncto, vel interueniente præcepto, sed solum indiciũ indicans, & manifestans malitiam, vel bonitatem intrinsecam actuum, sine eo, quod præcipiat, vel prohibeat tales actus est lex naturalis, itaq; sicut lux manifestat colores, non tamen illos facit, ita lex naturalis ostendit malitiam, vel bonitatem actuum, qui intrinsece sunt boni, vel mali, non tamen præcipit, vel prohibet huiusmodi actus, quia ex se sunt boni, vel mali, & vitandi, sine interventu talis præcepti, quapropter inferunt Authores, huius

4. Sent. Gregor. Salas. Perez.

sententiæ,quod stante hoc iudicio rationis iudicante, & manifestante, etiam si Deus per impossibile,non esset, vel non præciperet, vel non prohiberet tales actus,ex vi talis iudicij rationis tales actus essent peccata, & contra legem naturalem,vel boni conformes ad illam, quapropter,lex naturalis solum dependet à Deo vt ab efficiente, & prima omnium causa,non tamen vt à Legislatore, vel præcipiente,solum enim ex eo, quod à Deo producatur in esse,tale iudicium ex se ipso habet rationem legis naturalis, & consequenter isti asserunt legem naturalem, non esse propriè legem, quia vt sit propriè lex debet esse præceptum, quod in tali iudicio indicante, non includitur. Hanc sententiam tenet Gregor. Arimi. in 2.distin.34.quæstion.1:artic.2,& Salas disputation.5.section.4. & Perez certam.8.Scholas.part.2.numer. 88. & alij plures ipsum sequentes, quos refert Suarez,lib.2.de leg.cap.6.num. 3.

1.Arg. Hæc sententia probatur primò, quia si aliquod præceptum faceret, quod illud iudicium esset lex naturalis,vel esset præceptum hominis ad alium hominem, vel ad se ipsum, vel Dei ad homines,nullum istorum est:ergo nullum tale præceptum requiritur. Prima pars minoris probatur,quia præceptum hominis, ad hominem,est lex humana,& non naturalis. Secunda pars etiam patet,quia imperium respectu suarum operationum in homine, non est lex,hæc enim respectu alterius debet esse. Tertia verò pars probatur, quia secluso imperio,& præcepto Dei,actiones contra iudiciũ naturale rationis sunt peccata,& contra legem:ergo non constituitur lex per tale præceptum.

2.Arg. Secundò arguit. etiamsi aliquis inuincibiliter ignoraret præceptum Dei, per hoc solum,quod sciret se facere contra iudicium naturale rationis peccaret, & reprehensione esset dignus,& ille actus cõtra iudicium esset materia confessionis:ergo per hoc solum est peccatum, quia est contra illud iudicium,etiam non interueniente præcepto,quia ex tali ignorantia est,ac si tale præceptum non esset.

3.Arg. Tertiò arg.nam illud præceptũ Dei requisitũ,vt iudiciũ sit lex naturalis,vel est actus necessarius,vel liber in Deo, neutrum istorũ,ergo sine tali præcepto illud iudiciũ est lex naturalis,prima pars minoris probatur:tũ quia in Deo nullus actus est necessarius circa creaturas:tum etiam, quia voluntas in Principe,non est lex, ni si sit volũtas libera. Secũda verò pars etiã probatur:tum,quia si esset actus liber, nõ posset constare,nisi per reuelationem, & sic communiter,quia non est talis reuelatio,nullus peccaret commitendo prædictos actus intrinsece malos. Tum etiã,quia si esset actus liber,iam non esset lex naturalis,sed positiua quæ sit libera voluntate Principis.

5.Sentẽ. Lorca. Quinta sententia asserit legem naturalẽ esse ipsa præcepta,& res, vel actiones naturæ rationali debitas,quatenus à ratione apræhenduntur:itaque sicut lex humana promulgatione completur(vt supra diximus)ita lex naturalis completur apræhensione præceptorum naturalium, ipsa enim apræhensio præceptorum est quædam promulgatio legis naturalis, & sicut promulgatio necessario requisita in lege humana est promulgatio solemnis,promulgatio autem facta isti in particulari est per accidens:ita & apræhensio debita naturæ rationali in ordine ad agenda est essentialis legi naturali, apræhensio autem huius,hic & nunc,est accidentalis tantum requisita ad vsum. Hanc tenet Lorca disput.6.sed certe,necisse modus dicendi assignat propriam rationem legis naturalis.

1.Not. Pro intelligentia huius dubij, notandum, quod vt supra diximus, lex æterna duo includit alterum actiue ex parte Dei, alterum passiue ex parte creaturæ,quantũ ad illud,quod importat ex parte Dei est æternum,& actus Dei,& ipse Deus,& est lex æterna,quantum vero ad illud, quod importat ex parte creaturæ rationalis,est temporalis,& lex naturalis,est tamen difficile explicare,quid sit illud, quod ponit in creatura rationali,in quo consistat vera,& propria ratio legis naturalis, vt patet ex multiplici modo dicendi posito ad hoc explicandum.

2.Not. Secũdò not.quod in homine est impressum à Deo,& lege æterna,illud erit lex naturalis,in ordine ad quod quæ intrinsece sunt bona,sunt bona,& quę intrinsece mala,sunt mala & peccata,hoc supposito sit.

1.Concl. Prima conclusio lex naturalis,non est ipsa natura rationalis antecedenter,ad intellectum,& voluntatem,vt volebat Vazquez. Hæc est Diu. Thom.quæst.91.articul.1.ad 2.& articul.2.& quæstion.94. articul.1.Soto,1.de iust.quæstion.4.articul.1.D.Anton.1.par.titul.13.cap.1. Cai.Conrado,Medin,q.90.& 91.& 94. Gabr.3.distin.37.q.1.art.1.Ricar.art.1. quæst.1.Valent.disp.7.quæst.4.puncto 1.Azor,lib.6.cap.1.quæstion.1.Suarez lib.2.

D. Thom. Contra Vaz quez, illã tenet Soto. Conrrado. Medin. Ricard. Valen. Azor. Suarez

Loroa. lib.2.de leg.cap.5.& Lorca hic, disp.6. Et probatur primò, lex naturalis semper appellatur lumen rationis, quo discernimus, quid sit bonum, & quid sit malũ, sed lumen rationis pertinet ad intellectum: ergo non est ipsa natura antecedenter ad intellectum. Antecedens patet, ex D. Tho. locis citatis, & etiam ad Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, huiusmodi legem non habentes ipsi, sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Ecce legem vocat Scripturam in corde: nimirum aliquid superadditum, vt scriptura supra cor (siue nomine cordis intelligas intellectum, & voluntatem, siue ipsam naturam) superaditum est, ad cor, & non est ipsa natura, sic etiam loquitur Augustin. 2. confes. cap. 4. Lex tua Domine scripta est in cordibus hominum, quam nec ipsa delebit iniquitas, indelebilem vocat legẽ a cor de. Vnde distinguit legem a corde, a quo deleri non potest, & libr. 2. de serm. Domini in monte, ait nulla anima est, quę ratiocinari possit in cuius conscientia, non loquatur Deus. Quis enim legem naturalem in cordibus scribit, nisi Deus? legem appellat loquelam Dei in conscientia, loquela autem, & conscientia ad intellectũ pertinet, & non est ipsa natura, & Cicero. 2. de legi. Ait perfecta lex est cum in homine est perfecto, & in mente sapientis. Secundò probatur ratione conclusio, nã proprij effectus legis naturalis, naturæ ipsi conuenire non possunt: ergo ipsa natura non est lex, patet, consequentia, nam proprij effectus legis debent conuenire ei, quod est lex. Antecedens verò probatur: nam proprij effectus legis sunt dirigere, illuminare, esse regulam, & obligare, &c. ista autem non ipsi naturæ immediate, sed mediante intellectu possunt conuenire, non enim ante intellectum aliquod præceptum in ipsa natura inueniri potest. Confirmatur, quia si lex solum sumeretur, per conformitatem, vel difformitatem ad ipsam naturam, intellectus autem solum esset aplicatio ad rationem legis, sequeretur, quod etiam natura brutorum esset lex naturalis, sequela patet, quia etiam sunt actiones conformes, vel difformes ad naturam brutorum, si ergo sufficit hæc cõformitas, vel difformitas, ad naturam etiã in brutis natura eorum erit lex. Si respondeatur, requiri conformitatem, vel difformitatem ad naturam rationalem. Contra arg. quia hoc est voluntarie dictum à Vazquez, si enim antecedenter ad rationem per illam deformitatem ad naturam est lex, quid interest esse rationalem naturam, vel irrationalem? Item quia hæc fuga non haberet locum in natura diuina rationali, tunc enim, per conformitatem suarũ actionum ad propriam naturam dicetur natura diuina, respectu sui lex naturalis, nihil enim interest dicere, cum Vazquez, quod actiones diuinæ se ipsis sunt rectę, ac per consequens natura diuina, respectu illarum, non est lex: non inquam interest, quia ex eo se ipsis, & necessario actiones Dei sunt bonæ, quia necessario, & se ipsis sunt conformes suæ naturę, & propriè bonitati: si ergo hæc conformitas sufficit, sua natura erit lex respectu illarum actionũ; etsi non est lex, ideò erit, quia non intelligitur aliquod præceptum in natura respectu illam actionum, sicut nec postea, per intellectum ipsius Dei.

D. Augu. Cicer. Solutio. Impug. 1. 2. Impug.

Ad primum argumentum pro prima sententia respondetur, quod in actibus intrinsece bonis, vel malis, duplex bonitas, vel malitia reperitur, altera physica, & altera moralis, & prima est fundamentum secundæ, habent ergo prædicti actus cõformitatem, vel difformitatem ad bonitatem, vel malitiam physicam in ordine ad ipsam naturam, bonitatem autem, vel malitiam, moralem, per conformitatem, vel difformitatem ad legem, & imperium intellectus, vt latè diximus, supra quæst. 90. art. 1.

Ad 1. arg. pro 1. sent.

Ad secundum argumentum respondetur, legem æternã Dei prohibentẽ intrinsece mala, vel præcipientem intrinsece bona, esse actum Dei liberum absolutè, non tamen in sensu cõpositο, potuit enim Deus creare ruram rationalem, & ejus lumen naturale, non cõdere, suppositο tamen quod illum creet necessario debet illi prohibere mala, & præcipere bona, sicut & suppositа creatione rerum necessario debet habere prouidentiam illarum, quæ tamen absolutè est libera in Deo, quapropter cessant inconuenientia posita in argumento, sed neque potest Deus libere amare mala considerata, ante legem solum, propter malitiam physicam. sufficit enim contrarietas physica, ad eius bonitatem, vt talia amare, non possit, nec producere, vel causare, sicut nec causa falsi esse potest, propter physicam oppositionem ad summam veritatem, qui est ipse Deus, consequenter, & eadem ratione, nec potest in intrinsece malis dispensare propter talem malitiam physicam intrinsecam antecedentem, ad legem fundamentalem malitiæ moralis consequenter se habentis ad legem, sed de hoc plura diximus sup. quæstio. 90. art. 1. dub. 1. & 2. ibi videatur.

Ad 2. arg.

Secunda conclusio,lex naturalis non est ipse intellectus, vel potẽtia aliqua,hæc probatur,sicut præcedens, quia effectus proprij legis intellectui,non possunt conuenire, nec enim intellectus est regula, vel præceptum,vel per se ipsum immediate manifestãs,quæ sint bona,vel mala,quæ cauenda,quæ vero prosequenda, sed necessario ad hæc aliquid superadditum intellectui debet intelligi,quo ista iudicentur,discernantur proponantur, & præcipiãtur: ergo aliquid superadditũ, & nõ ipse intellectus immediate erit lex naturalis.

Ad arg. 2.sent. Ad fundamentum autem secũdæ sententiæ respon.à D.Thom.appellari legẽ naturæ ipsum lumen rationis,& ipsam rationẽ humanam,& ipsum intellectum, nõ quidem formaliter,sed causaliter,vel fundamentaliter,quatenus intellectus est causa,vel fundamentum,vel radix eius,quod est lex naturalis,pertinens ad ipsum intellectum,vt statim explicabimus.non enim est inconsuetũ in D.Th.nomine effectus appellare ipsam causam : quia ergo lex naturalis effectus est ipsius luminis intellectus,& rationis humanæ,ideò ipsum lumẽ vel rationem humanam appellat legem.

3.Concl. D. Thom. Tertia conclusio,lex naturalis, non est habitus superadditus ad potẽtiam, vel intellectum.Hæc est Diu. Thom. quæst. 94.articul.2. & ipsum sequuntur omnes eius discipuli,& citati pro prima conclusione. Et probatur,primò , quia omnes etiam effectus legis naturalis, sæpius repetiti,habitui conuenire non possunt, & ideò non erit lex. Secũdò probatur, quia lex naturalis,nec pòtest esse habitus per se infusus,nec per se acquisitus , nec per accidens infusus : ergo nullo modo potest esse habitus. Prima pars probatur, quia non dantur habitus per se infusi congeniti,cum ipsa natura , sicut est congenita lex naturalis,præcipue habitus , qui sunt circa conclusiones,qualis est frequẽter,& regulariter,lex naturalis . Secunda pars etiam patet,quia ante quemcumque habitum acquisitum præsupponitur in homine,lex naturalis,& dictamen de bono faciendo , & malo fugiendo , secundum obligationem,& præceptum : ergo non est lex naturalis aliquis habitus acquisitus,quia tunc non esset obligatio , ante talem acquisitionem habitus. Tertia pars probatur,quia quod habitus per se acquisitus in fundatur est præpter naturam, & miraculum, & in paucioribus : cum ergo prædicta lex, sit secundum naturam, & naturalis,& in omnibus,& quod potius esset miraculum oppositum, non erit dicendum,legem naturalem esse habitum, per se acquisitum,& per accidãs infussum. Ex dictis sequitur sinderesim,nonesse legem naturalem , quia sinderesis , vel est habitus congenitus,vt docet Diu. Thom. 1.part. quæstion. 79. articul. 1. & 12. quæst.94.articul.1.ad 4.vel est ipse intellectus,vt docet Soto,vbi supra: dictum est autem,nec intellectum,nec habitum eius esse legem naturalẽ,etsi aliquando Sancti Doctores,vel Diu.Thom.sinderesim appellant legem naturalem,loquuntur in sensu causali,vt diximus de ipso intellectu.

D. Thom.

Soto.

Ad arg. 3.sent. Ad fundamentum autem tertiæ sententiæ respondetur,legem naturalem esse permanentem , & difficile mobilem , loquendo de lege naturali virtualiter,& radicaliter,vel causaliter,quatenus lumẽ naturale,vel sinderesis , ex quibus procedit iudicium,& imperium (in quibus statim dicetur consistere legem naturalem) sunt permanentia,non autem loquendo de lege naturali formaliter , quia tantum durat,quandiù formaliter est tale iudicium, & imperium.

4.Concl. Quarta conclusio lex naturalis , non solum est iudiciũ intellectus manifestãs, & iudicans de bonitate,& malicia intrinseca actuum,vt volebat quarta sententia, sed dictamen simul præcipiens regulans, & dirigens actuum bonum,& vetans malum: itaque lex naturalis.non solum est iudicatiua,sed etiam præceptiua. Hanc conclusionem tenent omnes Thomistæ præcipue Victoria,relectione de peruenientibus ad vsum rationis a num. 8. estque expressa Diu.Thom.12.quæst.71.artic.6. ad 4.vbi ait cum dicitur,quod non omne peccatum, ideo est malũ,quia prohibitũ, intelligitur de prohibitione facta,per ius positiuum,si autem referatur ad ius naturale,quod continetur,primo quidem in lege æterna,secundariovero in naturali iudicatorio rationis humanæ,sic omne peccatum est malum,quia prohibitũ,ex hoc enim ipso,quod est inordinatum iuri naturali repugnat & 2.2.q.104.artic.1.ad 2. ait voluntatem Dei esse regulam,qua regulãtur omnes rationales volũtates: ergo lex naturalis vim habet obligandi à voluntate diuina,& diuino præcepto imuiuito,in lege naturali. Secundò probatur,quia vt supra diximus , de ratione essentiali legis est præcipere bonum,& prohibere malum: ergo lex naturalis,hoc ipsum debet habere. Confirmatur , quia ideo omnis lex in Sacra Scriptura solet

D. Thom. Victoria. Valent.

appellari

appellari Dei voluntas, quia Dei præcep
Matth. 7. tum importat, Matth. septim. Non om-
nis, qui dicit Domine Domine, &c. sed
qui facit voluntatem Patris mei (hoc est
Matth. 12 legem) & Matth. 12. Quicumque fece-
rit voluntatem Patris mei, &c. & Ionan.
Ioann. 4. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem
eius, qui misit me, & Ioann. 5. Non quæ-
ro volũtatem meam, sed voluntatem eius,
qui misit me, & capitul. 6. Descendi de
Ioann. 5. Cœlo, non vt faciam voluntatem meam,
&c. Confirmatur secundò, quia sic sem-
per loquũtur Doctores sancti de lege, il-
lam per rationem præcepti, & mandati ex
D. Dama. plicantes, Damascenus, 4. Fidei, cap. 23.
D. Ambr. Ambrosio, libr. de Paradiso, capitul. 8.
Quid est peccatum, nisi diuinæ legis trans
gressio, & sacræ legis inobedientia man-
datorum, & Augustin. 22. Contra Faust-
D. Aug. tum peccatum est dictum factum, vel con
cupitum contra legem æternam, lex vero
æterna est ratio Dei, vel voluntas Dei or
dinem naturalem conseruari iubens, per
turbari vetans, & lib. de peccato. Meritis,
capit. 16. Neque peccatum erit, nisi diui-
nitus iubeatur, vt non sit. Confirmatur
tertiò, nam illud iudicium secluso præ-
cepto, non inducit obligationem, per mo
dum regulæ actus: ergo non est lex, quia
de ratione legis est obligare. Antecedens
verò probatur, quia iudicium Doctoris
ostendens rationem boni, vel mali in ali-
quo actu, non potest dici lex, & non alia
ratione, nisi quia solum ostendit malitiã,
vel bonitatem, non autem per modum su-
perioris obligat. per præceptum, ad illud
sequendum, vel fugiendum: ergo si præ-
dictum iudicium positum à contrarijs, so-
lum habet manifestare malitiam, vel bo-
nitatem actus non vero præcipere, non
habebit rationem legis. Tertiò proba-
tur conclusio loquendo de actibus pro-
hibitis lege humana, necessum est iudica-
re esse malum illos exercere, aliàs non
peccaret si iudicaret illos esse bonos ig-
norantia invincibili, nihilominus lex hu
mana, non consistit in tali iudicio requi-
sito, sed in præcepto superioris: ergo si-
militer de lege naturali, non consistit in
illo iudicio, sed in præcepto Dei relucen
te in illo iudicio, & dictamine, vt explica
bimus. Quartò probatur, quia Deus iu-
dicat, & suo iudicio manifestat, sicut æter
na lux bonitatem suarum operationum,
& nihilominus, non est lex respectu illa-
rum, quia non habet rationem præcepti
ad illas operationes: ergo non sufficit sola
ratio iudicans de bonitate, vel malitia ad
rationem legis naturalis. Si respondea- *Solutio.*
tur illud iudicium diuinum non esse legẽ *Impug.*
suarum operationum, quia non est supe-
rior ad Deum, respectu cuius possit habe
re rationem legis, quia lex est superioris
ad inferiorem. Contra quia ex hoc sequi-
tur nostrum intentum: si enim nõ est lex,
nisi per respectum ad superiorem: ergo nõ
est lex, nisi per præceptum, non enim est
respectus ad superiorem, nisi per obedien
tiam, & per consequens cum tale iudiciũ
positum à contrarijs nõ respiciat superio-
rem, nec includat præceptum illius, sed so
lum iudicet de bonitate, vel malicia, non
erit lex, sicut nec iudicium diuinum, hac
rationem, nõ est lex. Quintò probatur cõ
clusio, nam lex naturalis, est participatio
formalis Dei, vt Legislatoris, & diuinæ
prouidentię, vt prouidentia est: ergo lex
naturalis importat præceptum, & prouidẽ
tiam, respectu operationum hominis, res
pectu quarum est lex, consequẽtia patet,
nam ideò contrarij dicebant legem natu-
ralem, tantum esse a Deo efficienter, & nõ
formaliter, vt à Legislatore, quia intende
bant legem naturalem, nõ importare præ-
ceptum, at si esset participatio formaliter
Dei vt Legislatoris, præceptum deberet
importare, quia Legislator formaliter est
præcipiens. Antecedens vero probatur,
nam lex æterna passiue in homine, ideò
est lex naturalis, non autem passiue in ir-
rationalibus, quia in creatura rationali est
passiue, vt à Deo Legislatore formaliter,
non autem in irrationalibus: ergo. Pro cu *2. Not. prõ explicat.*
ius rationis declaratione nota, quod sicut
omnia creata participant diuinum lumen.
cum sint effectus illius, & omnia Deus,
per intellectum creet: alia tamen, & alia
ratione, quia irrationalia sunt effectus di
uini luminis & intellectus, solum effi-
cienter, & non formaliter, quia licet sint
effectus luminis, non sunt lux; intelle-
ctus autem rationalium est effectus lu-
minis Dei formaliter, quia sic est effe-
ctus luminis Dei, quod etiam ipse intelle
ctus habeat lumen, ad suas operationes.
Ita similiter licet rationalia, & irrationalia
sint effectus leges æternę, & diuinæ pro-
uidentiæ, aliter tamen, quia irrationa-
lia sunt effectus, quasi materialiter, tan-
quam quid prouisum, & lege æterna
gubernatum, non tamen formaliter,
ita vt ipsa irrationalia habeant ratio-
nem legis, vel prouidentiæ, rationalia au-
tem participant formaliter rationem legis
eternæ, & diuinæ prouidentiæ, quia & ip
sa ratio humana est lex, & prouidere po

test circa suas operationes. Itaque rationalia, & irrationalia passiue recipiunt legem æternam, & passiue est in vtroque. Sic enim ait Diu. Thom. legem æternam esse actiue, ex parte Dei, & passiue in creatura, tam rationali, quam irrationali: nihilominus dicimus, quod in irrationali, tantum passiue, quasi in regulato, & lege æterna gubernato in rationali autem passiue inordine ad Deum, à quo regulatur, & gubernatur, actiue tamen inordine ad proprias operationes, quia sic à Deo regulatur, & gubernatur, vt suas operationes regulet, & gubernet, & sic formaliter, lex æterna participatur à creatura rationali per modum legis: acproinde, sicut lex æterna importat præceptum: ita & lex naturalis, in qua non solum passiue, sed actiue participatur, hoc est, non solum vt gubernetur, sed vt gubernet, illud tamen præceptum imuiuitum in lege naturali, non est aliud, quam diuinum legis æternę, sed idem resplendens, & manifestatũ in lege naturali inordine ad actus naturales ab homine exercendos intrinsece bonos, vel malos.

2.Not. Item notandum, quod quando dicimus legem naturalem importare præceptum, vel imperium, & non solum iudicium, quod nomine Imperij non intelligimus actum intellectus post electionem requisitum ad opus, cum quo in sensu composito, non stat, non operari, quia est actus efficax ad operationem, de quo tractauimus supra quæstion. 17. Sed vocamus Imperium præceptum superioris, cui tenemur obedire regaliter, & polytice, cui tamen possumus si velimus, per inobedientiam dissentire peccando: hoc ergo præceptum, vel Imperium clauditur in lege naturali.

Corol. Ex dictis sequitur qualiter sit intelligendum, quod communiter dicitur, idem esse legem naturalem, & conscientiam, & idem esse facere contra conscientiam, & facere contra legem naturalem, conscientia enim sumitur, dupliciter. Primò generaliter, prout respicit, non solum futura, sed etiam præterita, quatenus etiam de præteritis remanet remorsus conscientię. De quo dicitur dum de damnatis fit sermo, quod vermis eorum, non moritur, sic loquitur de conscientia D. Thom. 1. par. quæst. 79. art. 13. & Alensis, 3. part. quæstio. 27. membro 2. art. 3. & Cicero. libr. de senectute, generaliter etiam pro ut est erronea, ista enim etiam conscientia appellatur: sic ergo conscientia, non est lex, quia lex est circa futura, & non circa præterita, & etiam lex ligat per se, conscięntia autem erronea non ligat per se, sed per accidens per ignorantiam, quamquis potest repellere, & consequenter obligationem, quæ cum non sit permanens, non potest esse obligatio legis, quæ ex se diuturnitatem importat. Secundò autem modo sumitur conscientia respectu futurorum agendorum à nobis, & sic conscientia, non est aliud, quan dictamen, cum intimatione præcepti, circa bona prosequenda, & mala fugienda in particulari: sic ergo specialiter sumpta conscientia, idem est, quod lex naturalis, & sic appellatur communiter à sanctis Doctoribus, conscientia, lex naturalis, Augustin. 2. de serm. Domini in monte, cap. 15. ait nullam esse animam quæ ratione vti possit in cuius conscientia, non loquatur Deus, quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem, nisi Deus? eodem modo loquitur Chrisost. homil. 12. & 13. ad Pop. imò & Diu. Paul. Roman. 4. Ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis contestante conscientia ipsorũ, ecce pro eodem reputat legem naturalem, & conscięntiam. Nec valet dicere, quod conscientia est idem, quod synderesis, quæ est habitus, & ideò diximus, synderesim, non esse legem. Non inquam valet, quia conscientia, non est habitus, sed actus, & dictamen actuale, cum intimatione præcepti, vt diximus, & vt docet Diu. Thom. 1. part. quæst. 79. art. 13. si autem aliquando appellatur conscientia synderesis, vel è contra, est appellando effectum nomine causæ, vel è cõtra non autem quia sint idem, vt ibidem explicat D. Thom.

D.Thom. Alensis. Cicero.

D. Aug.

D. Chrisost.

Rom. 4.

Solutio.

Impug.

D. Thom.

Etsi contra prædicta facias arg. quia lex debet esse, quid permanens, dictamẽ autem seu iudicium de bonitate, vel malitia, similiter & imperium sunt actus, non semper permanentes, non enim quis potest semper esse in actuali iudicio, vel Imperio: ergo lex non consistit in prædicto iudicio, & Imperio. Respondetur, quod si quis aliquando habuit tale iudicium, vel Imperium, remanet virtualiter semper, quod operari debet secundum legem, & hæc permanentia sufficit, ad legem, si autem numquam tale iudicium præcesserit actualiter sufficit esse in potentia synderesis, & habitus principiorum, vt absolutè dicatur esse legem naturalem, etiam si non sit formaliter, nisi quando est prædictus actus, & imperium. Vel secundo respondetur, quod sicut, ad legem

Obiectio.

1.Solutio.

2.Solutio.

legem positiuam, requiritur promulgatio solemnis communi facta pro omnibus, licet isti in particulari, non sit notificata, quamuis, ex eo, excusetur à lege: ita similiter, lex naturalis requirit dictamen, & præceptum, quod communiter, & generaliter habetur in hominibus, vt absolutè dicatur esse lex naturalis: quod autem in isto deficiat formaliter hoc dictamen, ex cuius defectu poterit excusari, non tollit esse absolutè legem naturalem, sed quia tunc sequeretur, saltem respectu huius, non esse legem naturalem, quia respectu huius nulla remaneret promulgatio, quia isti notitia aliorum prodesse non potest, & quia posset contingere, nullum hominem in mundo, pro aliquo tempore, actualiter habere tale iudicium, & nihilominus, non esse dicendum, tunc, deficere legem naturalem. Ideò melior est, prior solutio, quod tunc sit in potentia proxima, & sufficit, vt dicatur esse legem. *Obiectio.* Sed contra hoc arguitur, quia potest contingere, quod ista homo, non solum, non habeat prædictum dictamen formaliter, sed quod habeat actum contrarium, vt si ex ignorantia iudicet homicidium, vel fornicationem esse licitam: ergo tunc in illo, non erit lex naturalis, quia non potest dici habitualiter manere, vbi est actus contrarius, vt non potest dici manere habitualiter scientia, vbi est contrarius error. *Solutio.* Respondetur, quod tunc in illo, non maneret lex naturalis proximè, quantum ad illum actum singularem, sed tamen remaneret radicaliter in ratione humana, & proximè circa alias materias, quia non est admittendum posse errare, circa omnem materiam intrinsece bonam, vel malam, quamtumcumque rusticissimus sit, & sufficit manere proximè, ad alias materias, licet sit error circa vnam, sicut dicimus manere scientiam Philosophiæ in habitu, licet sit error, circa vnam singularem conclusionem, si autem per impossibile omnia ignoraret intrinsice bona, vel mala, solum esset in illo, lex naturalis radicaliter, & forsitam, non sufficeret, vt diceretur esse in illo, lex naturalis absolutè, sed cum addito, lex naturalis radicaliter: quia tamen ab omnibus, non potest deficere tale dictamen in potentia proxima illud sufficit, vt absolutè dicatur esse legem humanam, licet respectu istius recurrendum sit ad prædicta.

5. Concl. Quinta conclusio respondetur quæstionis, lex naturalis est vere, & propriè lex. Hæc est communis Thomistarum, illam docet Lorca disputation. 6. in fine, & patet ex dictis, quia est ordinatio diuinæ mentis instituens, & ordinans naturam hominis in suum finem sancita authoritate Dei, vt Legislatoris, contra quem sit offensa, dum fit transgresio illius, sitque illius promulgatio per lumen naturæ (vt dictum est) imponiturque toti communitati hominum, respicitque bonum commune, & finem totius naturæ prohibetque mala, & imperat bona, tantumque permittit in differentia (si talia esse possunt) vt fiant, & vt bona, non necessaria non fiant, continetque pœnas, & præmia, non solum extrinseca à Deo Legislatore, sed etiam intrinseca, quæ secum committantur, omni enim alia pœna cessante punit trangressores, pudore, & conscientiæ remorsu, præbet etiam præmium testimonium conscientiæ pacem, & quietem in ternam, & maximam delectationem consecutam, ex virtute, & illius operatione, quod insinuat Paulus Romanor. 2. Qui ostendunt oppus legis scriptum in cordibus suis cogitationibus acussantibus, aut etiam defendentibus, &c, ergo vere, & propriè est lex, lex naturalis, quia nihil deficit ad propriam rationem legis. *Thomistarum, & Lorca.* *Roman. 2.*

Ad primum argumentum, pro quarta sententia respondetur. Præceptum legis naturalis esse præceptum Dei ad homines, non immediatè, sed mediante dictamine intellectus, in quo resplendet tale præceptum in ordine ad actus hominis, (quia vt diximus) est præceptum Dei, passiue ex parte hominis inordine ad Deum, & legem æternam, actiue autem inordine ad proprias operationes, quapropter peccata intrinsece mala, sunt peccata inordine ad tale præceptum, resplendens in dictamine proxime loquendo, remote autem in ordine, ad præceptum Dei, se tenens ex parte legis æternæ, vt diximus, ex Diu. Thom. quapropter secluso tali præcepto dictaminis Dei, & hominis, quæ intrinsece sunt mala, essent mala physice, & fundamentaliter, non autem moraliter, & formaliter, vt diximus. *Ad 1. arg.*

Ad secundum argumentum respondetur, esse impossibile iudicare de malitia intrinseca actus vitandi, & non cognoscere implicitè, & virtualiter saltem prohibitionem, & præceptum inclusum in tali iudicio, & dictamine, & hoc sufficit ad peccandum, si talem actum commi- *Ad 2. arg.*

tat,si autem per impossibile in re esset tale iudicium,& in re non esse præceptum à Deo,& id cognosceret homo quod non est prohibitum,faceret ad malum physice, & non moraliter,quia vbi nõ est lex, nec preuaricatio,sed casus est in possibilis, vt statim dicemus,necessarium enim est Deũ prohibere intrinsece mala.

Ad 3 arg. Ad tertiũ arg.respondetur,præceptum & prohibitionem eorum,quæ intrinsece sunt mala, esse quidem actum necessarium in Deo,ex suppositione, quod creet creaturam rationalem, quia sicut non potest,non esse bonus,aut prouidentiam, non habere:ita non potest, non displicere ei malum,& non gubernare hominem in proprium finem, est autem absolutè actus liber, quia absolutè posset creaturam rationalem non producere, & hoc nõ sufficit ad esse egẽ positiuã,quia hęc est libera in Deo, & absolutè, & ex suppositione,quando enim voluit obligauit lege scripta Moysis, & quando voluit illam abrrogauit, habere autem actum necessarium ex suppositione Deum ad extra circa creaturas, nullum est inconueniens.

Art. III.

Vtrùm sit aliqua lex humana?

CONCLVSIO est affirmatiua. Hanc conclusionem probat Diu. Thom.quia sic se habẽt præcepta legis naturalis in practicis, & moralibus,sicut prima principia in specialibus, sed in specialibus ex primis principijs indemonstrabilibus deducuntur industria humana,aliquæ conclusiones, non naturaliter inditæ pertinentes ad scientiam: ergo similiter ex præceptis legis naturæ, quasi ex principijs communibus, & indemonstrabilibus,& per se cognitis, poterit ratio humana procedere,ad aliqua magis particulariter disponenda, & hæc particularis dispositio ratione humana inuenta,aliquibus conditionibus positis,erit lex humana, de hoc art.agetur, quæst.95.

(?)

Art. IIII.

Vtrùm fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam?

CONCLVSIO sic,præter legem naturalem,& legem humanam.necessarium fuit ad directionem humanæ vitæ habere legem diuinam.

Not. Pro intelligentia conclusionis notandum Diu. Thom. hic non mentionem fecisse legis æternæ,quia illam intelligit inclusam in lege naturali,cum hæc,vt diximus,non sit aliud,quam expressionem,& promulgationem legis æternæ. Dum ergo ait requiri legem diuinam,propter humanam,& naturalem,consequenter intellexit,& præter æternam inclusam in lege naturali.

2. Not. Secundo notandum,hic Diu. Thom. loqui de lege diuina super naturali,& circa super naturalia in ordine gratiæ, licet enim lex æterna, & naturalis diuina sit, & non humana, nihilominus proprius vocatur lex diuina disponens circa finem in ordine gratiæ,quia cum gratia sit ordinis diuini, lex disponens in ordine gratiæ, formaliter dicetur diuina, quia æterna,vel naturalis solum dicitur diuina ex parte legislatoris,quia est Deus.

Explicatur cum D. Thom. Necessitatem ergo,huius legis diuinæ colligit Diu.Thom.ex quatuor. Primò, quia si homo tantum dirigeretur,ad vltimum finem naturalem, non esset necessaria lex diuina supernaturalis, quia tamen propter vltimum finem naturalem respicit,& supernaturalem, ideo necessaria est lex diuina,& supernaturalis,ad directionem actuum in ordine ad hunc finem,ad quem lex naturalis ordinare,non potest. Secundò propter incertitudinem humani iudicij, præcipue circa contingentia, circa quæ diuersi diuersimode iudicant,& ideò diuersas leges condunt, vt ergo homo certo sciat, quid sit agendum, & quid vitandum necessaria est lex diuina, quæ errare non potest. Tertiò, Legislator,circa illud potest legem condere, de quo potest iudicare, cùm ergo Legislator humanus de occultis iudicare, non possit,nec etiam circa occulta legem condere,& sic necessaria ex lex diuina, etiam circa occulta. Quartò, quia vt inquit Augustin. 1.de lib.arbit. lex humana non potest omnia mala punire, & prohibere,

hibere, quia dum vellet omnia mala, auferre, multa etiam bona tollerentur, & impediretur vtilitas boni communis. De quo videtur loqui illud de zizannia, sinite vtraque crescere, ne forte eradicare vollentes zizaniam, eradicetis simul, & triticum: vt ergo nihil maneat impunitum, & non prohibitum malum, ideò necessaria fuit lex diuina omnia peccata prohibens. & omnibus illis supplicia assignans. Hæc omnia insinuauit Psalm. Lex Domini immaculata, nullam peccati maculam à probans, val admitens. Conuertens animas, quia etiam interiora habet dirigere. Testimonium Domini fidele, vtique propter certitudinem rectitudinis, & veritatis, sapientiam præstans paruulis, in quantum ordinat, & docet hominem ad supernaturalem finem, & diuinum, ad quem suis viribus, & naturæ cognitione, nec primum pedem posset emittere. Circa prædicta autem nota, quod duę rationes priores probant, vltra legem naturalem, & humanã requiri diuinam, quia nec naturalis, nec humana potest attingere vltimum finem, supernaturalem, si humana à diuina, non derriuetur, vt lex humana Pontificia. Nec etiam potest certo, & sine errore procedere, quia etiam circa naturalia, aliquando quis ex ignorantia errat, non clare irradiante illi lumine naturæ, tenebris malitiæ obcecato, lex autem diuina semper explicite, & clare, & certo clamitat, quid sit faciendum, & quid fugiendum, si ad legem attendatur, & non vellit, quis occulos claudere. Aliæ vero duæ rationes procedunt de insufficientia legis humanæ, quæ nec potest omnia, etiam interiora iudicare, nec omnia punire, non autem procedunt de insufficientia legis naturæ, quia hæc, & circa interiora versatur, & omnia habet punire, vt supra diximus, propter has ergo duas vltimas rationes, non sufficit lex humana, & propter duas priores, nec sufficit lex naturalis.

Art. V.

Vtrùm lex diuina sit, vna tantum?

CONCLVSIO sit, quod lex diuina distinguitur in legem veterẽ, & nouam, sicut perfectum, & in perfectum in eadem specie.

Conclusionem hanc docet Diu. Tho ex Apostolo ad Hæbr. septim. translato Sacerdotio, necesse est, vt etiam legis translatio fiat. Et ratione clara id manifestat: nam vbi est distinctio, ibi est numerus, vt ipse docuit, 1. part. quæstion. 30. articul. 2. Sed inter legem veterem, & nouam est distinctio: ergo et numerus, vt sint duæ leges. Minor probatur, quia licet inter vtramque legem, non sit distinctio specifica, quæ consideratur formaliter, ex bono communi, ad quod lex ordinatur, quia vtraque lex vetus, & noua, ordinantur ad bonum commune spirituale (vt dictum est,) tamen distinguuntur intrà eadem speciem, sicut perfectum, & in perfectum, sicut puer, & vir, vt ait ad Galathas 3. Comparans legem veterem puero sub pedagogo. Si autem inquiras, in quo hæc maior perfectio legis nouæ consistat. Respondet Diu. Thom. quod in tribus, Primò, quia lex vetus inquirebat spiritualem finem, maximè adhærendo bono sensibili, & terreno. Et sic Exod. 3. Inuitatur populus ad Regnum Cananæorum, quasi proposito præmio, ad obseruantiam legis. Lex autem noua totis viribus bono spirituali nitens, ad patriam anhelat, & sic in inicio suę prædicationis Christus illam proponit: dicens pœnitentiam agite apropinquauit enim Regnum Cœlorum: quam differentiam, docuit Diu. Augustin. 4. contra faustum. Secundò consistit differentia indirigendo actus humanos, secundum ordinem iustitiæ (quod est munus legis) quia lex vetus dirigebat actus exteriores, noua autem etiam, & præcipue interiores animæ, iuxta illud Matth. 5. Nisi abundauerit iusticia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum, & sic dici solet, quod lex vetus cohibet manum, lex noua animum. Tertiò consistit differentia in eo, quod lex vetus impellit ad sui obseruantiam timore, lex autem noua amore, & charitate infussa in cordibus per gratiam, quam etiam ipsa lex noua confert, cum lex vetus, solum illam figuraret, quam differentiam, assignat Augustin. contra Adamantium Manichæi discipulum, dicens: Quod breuis differentia est legis, & Euangelij timor, & amor.

Ad Hæb. 7.

Ad Galat. 3.

Dubij. Solutio ex D. Thom.

Exod. 3.

D. Aug.

(?)

Art. VI.

Vtrùm sit aliqua lex fomitis?

PRIMA Conclusio, lex fomitis in nulla creatura reperitur, tamquam in regulante, seu Legislatore, sed tamquam in subdito, & regulato.

Secunda conclusio, ista inclinatio appetitus in brutis habet impliciter rationem legis, secundum directam inclinationem, eo modo, quo in brutis, lex dici potest.

Tertia conclusio in hominibus inclinatio appetitus sensitiui, quæ est lex fomitis, non habet directè rationem legis, sed potius est deuiatio à lege rationis, & habet rationem pœne.

1. Not. Pro intelligentia doctrinæ huius ar. notandum, quod (vt supra diximus) lex æterna passiue sumpta, non solum est impressio in creatura rationali, sed etiam in irrationali, per inclinationem naturæ, licet ista respectu illius, non dicatur lex, nisi secundum quid, lex enim æterna, ex parte Dei, simpliciter est lex, tam respectu rationalium, quam irrationalium, ex parte tamen creaturæ, & passiue sumpta in creatura, est lex naturalis, & lex simpliciter: in irrationalibus autem, & in ordine ad istam, lex secundum quid.

2. Not. Secundò notandum, quod inclinatio naturalis appetitus sensitiui potest dupliciter considerari. Primò considerato appetitu sensitiuo, secundum se, & prout solus in brutis reperitur. Secundò autem modo, prout coniungitur in homine, cum ratione, si consideretur primo modo, est ad bonum sensibile absolutè, si vero secundò modo est ad bonum sensibile regulatum ratione. Vndè, sicut appetitus secundum se, respicit directe, bonum sensibile absolute: ita appetitus in homine respicit directe, bonum sensibile ratione regulatum, si autem appetitus in homine, contra rationem rebelletur, amittit quod directe habebat: nempe respicere sensibile regulatum ratione, & adquirit indirectè respicere bonum sensibile, absque regula rationis conuertendo se quasi in naturam bruti. Ista ergo tendentia appetitus à ratione exorbitantis in bonum sensibile, appellatur lex fomitis in directe, lex quia est impressio authoris naturæ. indirecte autem, quia talis impressio est, non in appetitu prout in homine, sed secundum se, quatenus amittendo subiectionem rationis reuertitur, ad propriam naturam appetitus, qualiter esset in brutis, & ideò ista inclinatio ad sensibile remota regula rationis, est pœna amissionis iustitiæ originalis retinentis appetitum in subiectione ad rationem, sicut si Rex, inquit Diu. Thom. priuet aliquem lege militari indirectè reuertitur, ad legem rusticorum, sic quipper coniunctionem ad rationem gaudebat, lege naturali, per inobedientiam, ad illam reuertitur, ad appettitum, & legem brutalem. Hoc secundum per modum pœnæ illius primi, & sic debet intelligi, quod ait Diu. Thom. Legem fomitis habere, simpliciter rationem legis in brutis, non autem in homine. Hoc asserit, non quidem comparando legem fomitis, ad legem naturalem hominis, sic enim supra dixit legem brutorum esse methaphoricè, & secundum quid legem, sed comparando legem fomitis brutorum, ad legem fomitis hominis, quia inclinatio ad sensibilia est directe in brutis, & in homine solum indirecte, quia directè prout in homine, non respiciebat sensibile absolute, sed regulatum ratione, ideo magis, simpliciter est in brutis inclinatio appetitus, ad sensibile, cum sit directe, quam in homine, in quo est in directe, & per modum pœnæ. Quapropter fallitur Vazquez, contra Diu. Thom. quod etiam simpliciter sit in homine lex fomitis, sicut in brutis. quia etiam in homine est simpliciter inclinatio ad bonum sensibile. Fallitur inquam, quia non est in homine directe, sed indirecte, per modum pœnæ amissionis iustitiæ. Et sic Diu Thom. ad tertium preuenit solutione, malitiosam impugnationem Vazquez, quam posuit, ac si Diu. Thom. non iam respondisset ad illam. *D. Thom. contra Vazquez.*

Ex dictis sequitur legem fomitis, non esse à Deo, nec esse effectum legis æternæ, vt est effectus inclinatio sensus brutorum, quia ista est bona, & sic directe dicitur lex, tamquam effectus æternæ legis fomes autem in homine est malus, & solum indirecte lex, quapropter effectus legis, non est, sed solum, vt pœna, & effectus diuinæ iustitiæ, malum enim licet vt malum à Deo non sit in ratione tamen pœnæ alterius peccati, supra diximus, ex diuina iustitia posse ordinari in finem ipsius

sius iustitiæ. Secundò sequitur intelligentia huius nominis fomes, secundum enim Calepinum, & alios Latinos fomes, idem est, quod assula, Hispaniæ, *Astilla*, excussa à ligno, dum ceditur, vel dolatur facilis ad ignem: quia ergo ex diuisione appetitus, & separatione à ratione sequitur illa inclinatio, ad bonum sensibile, cum exorbitantia ad rationem; cum qua faciliter accenditur ignis passionum, & concupiscentiæ, ideò talis inclinatio appetitus metaphorice, ad Assulam excussam vocatur fomes. Vtrùm autem fomitis lex, & lex membrorum, & lex peccati, sint idem vt insinuat Roman. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legis mentis meæ. Aut vero, sint idem non parum interest ad propositum, videatur Salas disputation. 2. sect. 10. Quod enim certum debet esse, est huiusmodi leges, ad partem sensitiuam pertinere, esseque effectum peccati, & non esse à Deo, nisi in ratione pœnæ, vt dictum est.

Dubij solutio.

1. Diuisio. Legis. Ex dictis in tota hac quæstione manet, ex Diu. Thom. liquida, & manifesta diuisio legis. In communi enim primò diuiditur lex in propriam, & in impropriam, in propria enim est lex inclinatio brutorum, & omnium irrationaliũ: ac proinde illam reseruauit D. Thom. in finem quæstionis ad art. 6. solum autem est propriè lex, quæ in creatura rationali reperitur.

2. Diuisio. Secunda diuisio est, qua diuiditur lex propria in æternam, & temporalem, siue quod idem est in increatam, & increatam, æterna quidem, & increata, est lex æterna. De qua Diu. Thom. articul. 1. & quia huiusmodi lex, tam circa rationalia, quam irrationalia est eadem ex parte Dei, qua ratione est æterna, (vt supra diximus,) ideò hæc non amplius diuiditur, sed lex creata, & temporalis est diuidenda.

3. Diuisio. Tertia diuisio est legis creatæ, & temporalis, quod alia sit lex naturalis, alia verò positiua, lex quidem naturalis, est quæ simul cum natura quasi proprietas eius est congenita, & naturalis, licet eius executio, & implectio sit libera: verum est aliquos Phylosophos legem naturalem negasse, vt refert Ciceron. lib. 1. de legib. post medium, & Augustin. 3. de doctrin. cap. 14. & Arist. 5. Ethic. capit. 7. quod quidem asserebant videntes legum varietatem, aput diuersas nationes, si enim leges essent à natura, varietatem non parerentur. Isti tamen falluntur, quia dictamine rationis naturalis, aliqua iudicantur bona, vel mala, apud quemcumque, cuiuscumque nationis, vt consona, vel dissona ipsi naturę, lex autem positiua est lex, post modum naturæ super addita, circa aliqua particularia, quæ in lege naturæ saltem explicite, non continebãtur, quia lex naturalis dictat res in cõmuni, vt quod nõ sit furandum, non fornicandum, &c. lex autem positiua. circa res singulares, & in particulari versatur: vtraque ergo, tam lex naturalis, quam positiua est diuidenda. Primo dicamus de lege naturali postea depositiua.

D. Aug, Arist.

Quarta diuisio legis naturalis est in legem naturalem ordinis naturæ, & in legem naturalem ordinis gratiæ, pro cuius intelligentia, notandum, quod tam naturalia, quam supernaturalia habent suam naturam, & essentiam, gratia etiam suam naturam habet in ordine diuino, cuius est participatio: lex ergo naturalis, hoc est conueniens connaturaliter alicui naturæ, est duplex, alia connaturalis naturæ in ordine naturæ, & alia connaturalis naturæ in ordine gratiæ, quia sicut prima comproducitur, cum natura ipsa humana, ita secunda comproducitur, simul con naturaliter, cum ipsa gratia (v. g.) sicut cum natura humana comproducitur, lumen rationis connaturale ipsi naturę: ita cum ipsa gratia comproducitur lumen Fidei connaturale ipsi gratiæ. Vndè sicut est lex naturalis in ordine, ad connaturalia naturæ humanæ: ita est lex naturalis in ordine, ad connaturalia ipsi gratiæ, licet quoad substantiam sit supernaturalis, dicitur tamen naturalis in tali ordine supernaturali. Ex quo habebis intelligentiam diuisionis status, in statum naturę, legis scriptę, & gratiæ, quod nomine status naturę, non intelligitur, solum natura in ordine naturæ, sed etiam in ordine gratiæ, vocatur autem status naturæ, quia solum habebat præcepta connaturalia, tam ipsi naturæ humanæ, quam con naturalia ipsi gratiæ & non præcepta positiua super addita, ab exordio enim mundi, numquam deffecit lumen Fidei, & lex supernaturalis, cum ab exordio fuerit homo ordinatus, ad finem super naturalem, ad quem necessaria erat huiusmodi lex supernaturalis connaturalis ipsi gratiæ, imò vt alibi diximus, ad perficiendam ipsam legem naturalem ad finem naturalem illustrando, & illuminando, etiam ad talem finem sub altiori ratione præcipiendo,

4. Diuisio.

Nota.

piendo etiam ipsa naturalia, quapropter ibidem diximus, quod peccata contra præcepta supernaturalia, etiam consequenter sunt contra naturalia, & ledunt ipsam naturam. De quo iterum redibit sermo. quæstion. 113. articul. 2. Restat ergo modo diuidere legem positiuam, quæ erat secundum membrum diuisionis præcedentis.

5. Diuisio. Quinta diuisio legis positiuæ est, quod alia sit lex positiua diuina, & alia humana, diuina quidem est illa, quæ à Deo lata est immediatè superaddita legi naturali siue naturali in ordine naturæ, siue naturali in ordine gratiæ, vt fuit (verbi gratia) lex Moysis, quantum ad ceremonialia, quia quantum ad præcepta decalogi, lex erat naturalis, iterum repetens quę lex naturalis dictabat. De hac lege positiua diuina agit, Diu. Thom. artic. 4. & ibi diximus, qua ratione, hæc lex sit necessaria. Lex autem humana est illa, nõ solum, quæ est in homine, quia etiam naturalis & diuina positiua in homine est: sed dicitur humana, quia ab homine est, vt à Legislatore proximo licet deriuata à Deo, vt Legislatore, primo, nam Angeli respectu hominum, nullatenus sunt Legislatores, quia licet sint superiores in natura, & perfectione, non tamen sunt superiores iurisdictione, quæ requiritur ad esse Legislatorem (vt supra diximus) posset enim Deus Angelis iurisdictionem supra homines tribuere, sed quod hoc fecerit, non constat.

5. Corol. Ex dictis sequitur primo legem naturalem, siue in ordine naturę, siue in ordine gratiæ, non esse speciale donum præpter donum ipsius naturæ, vel gratiæ, nam qui dat formam debet dare: & consequentia ad formam, lex vero positiua, siue humana, siue diuina, speciale donum est, quasi quid superaditum, & superueniens naturæ, quapropter per antonomasiam, lex positiua, appellatur lex, vt patet in tota Epistol. ad Roman. & status legis scriptæ absolutè appellatur status legis.

6. Corol. Secundò sequitur, legem positiuam, tam humanam, quam diuinam, non esse necessariam, simpliciter, sed ad melius esse, quia ad finem naturalem simpliciter, sufficiebat lex naturalis intra ordinem naturæ, ad finem autem supernaturalem sufficiebat lex naturalis in ordine gratiæ, ad melius autem operandum, circa finem naturalem sunt leges positiuæ humanę, & ad melius operandum, circa finem supernaturalem est lex positiua diuina, propter commoda allata, art. 4. dixi legem diuinam positiuam, tantum esse necessariam ad melius esse, loquendo absolutè de homine ordinato, tam ad finem naturalem, quam supernaturalem, nam ex suppositione institutionis Sinagogę, vel Ecclesiæ, nouæ Euangelicę, simpliciter, est necessaria lex diuina positiua, sine qua nullus salutem æternam obtinebit, in Sinagoga quidem qui Populi erant Iudaici egebant lege Moysi, in Ecclesia vero, nullus ex toto mundo, sine lege Christi saluari potest, quia vt ait ipse loquens de sua lege, qui vero, non crediderit condemnabitur.

Tertiò sequitur. male fuisse interpretatum Diu. Thom. a Suarez lib. 1. de legib. cap. 3. quod loquatur de lege diuina naturali in ordine gratiæ, in artic. 4. quia cum Diu. Thom. in art. 5. diuidat legem diuinam in legem Moysis, & legem nouam, manifestum est, in art. 4. præcedenti, non solum locutum fuisse, de lege diuina naturali intra ordinem gratiæ, sed etiã de lege diuina positiua. Restat ergo vtramque legem positiuam, tam humanam, quã diuinam diuidere. 3. Corol.

Sexta ergo diuisio, legis diuinæ positiuæ est, quod alia sit, lex Moysis, & alia sit lex Euangelica, quod est diuidere legem diuinam positiuam, in legem veterem & legem nouam, quæ diuisio, vt iam diximus, ex Diu. Thom. non est in diuersas species, sed penes perfectum, & imperfectum, sicut homo diuiditur in puerum, & virum. 6. Diuisio.

Septima diuisio, est legis positiuę humanæ, quod alia sit lex humana positiua ciuilis, & alia Canonica, legem quidē positiuam humanam omnes agnoscunt, & efficatiam eius admittunt August. 1. de lib. arbi. cap. 6. Aristo. 5. Ethic. cap. 7. & 10. Ethic. cap. 9. Plato, in dialogis, sæpe, & patet, Prober. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Vtilitatesque huius legis possuimus, artic. 3. & 4. & patet: nam lex naturalis, siue in ordine naturæ suæ, siue in ordine gratiæ, tantum dirigit per principia morum generalia, præterque respublica, ad sui gubernationem, & conseruationem eget præceptis particularibus, quæ per legem positiuam humanã debent imponi. Prima enim possuit Deus per se ipsum condendo naturã, vel infundendo gratiã, posteriora vero, per suos ministros pro diuersitate tẽporum, & ocasionũ, & nationũ: lex ergo positiua humana ciuilis dirigit per sua præcepta 7. Diuisio. D. Aug. Arist. Platon. Prob. 8.

cepta ad finem naturalem,& bonum commune temporale reipublicæ pacem,& cõseruationem ciuilem illius,lex autem positiua humana canonica,quæ in sacris Canonibus,& decretis Pontificum continetur ,dirigit per sua præcepta,ad finem supernaturalem, quæ adhuc lex duo officia habet,ad primũ externum forum pertinet,vt debitum ordinem politicum Ecclesiasticum constituere pacem, & iustitiam custodire , & omnia recta ratione moderari. Secundum vero est ordinare,ea quæ pertinent ad diuinum cultum, & puritatem Fidei,& morum. Aliæ diuisiones legum ab alijs ponuntur , quæ tamen ad prædictas reduci possunt : & in particulari aliæ sunt diuisiones legis Ciuilis, & Canonicæ,sed hic tantum agimus de legibus & earum diuisione in communi.

Quæst.92.De Effectibus legis.

Art. I.

Vtrùm effectus legis sit facere homines bonos?

Conclusio sit, proprius effectus legis est facere subditos bonos , vel simpliciter vt facit lex iuxta,vel secundum quid , vt lex tiranica, & iniqua.

Dub.

Vtrùm conclusio Diu. Thom. sit vera?

1. Arg. PROBATVR , quod non primo, lex diuina,non facit homines bonos: ergo hoc non est proprium legis,patet consequentia: nam si aliqua lex hoc haberet,maximè diuina,quæ lex est perfectior. Antecedens verò probatur , nam de lege veteri,(quæ diuina erat) dicitur Roman. 1. Lex subintrauit,vt abundaret delictum,& capitul. 4. Lex iram operatur,& capitul. 7. Nunc soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus,& non in vetustate litteræ: & infra,sine lege enim peccatum mortuum erat , sed cum venisset mandatum peccatum reuixit , & Esai. 1. Dedi eis leges non bonas: ergo lex diuina,non facit bonos , sed potius peccatores. Confirmatur , quia Christus Dominus erat subditus legi , in quantum homo, vt ostenditur, 3. part. quæst. 20. cum tamen lex illud bonum non faceret: tum quia hoc denotat imperfectionem : tum etiam,quia erat plenus gratia,in qua augeri non poterat, Conf.

Secundò arg. lex Ciuilis , non facit homines bonos: ergo hoc non est propriũ legis,quia lex ciuilis propriè est lex, & illi deberet competere , quòd est proprius effectus legis. Antecedens verò probatur,quia lex ciuilis , tantum facit bonum ciuem illam obseruantem,ad hoc enim instituitur,vt bonos ciues faciat , & hoc sonat nomen legis ciuilis: ergo non facit homines absolute bonos: nam esse absolutè bonos,est esse bonos moraliter, quod nõ facit lex ciuilis, sed tantum bonos ciues, alia est enim ratio boni ciuis,& boni viri, vt ait Diu. Thom. ad 3. & Arist. 3. Polit. cap. 3. Confirmatur,quia aliqua lex Ciuilis,tantum respicit bonum vtile,vt lex de non asportandis mercibus extra Regnum, bonũ autem vtile differt ab honesto, per quod homines dicuntur boni: ergo. 2. Arg. Conf.

Tertiò arg. actualis obseruantia legis non semper facit bonos: ergo nec lex dicenda est facere bonos , consequentia patet,quia si lex faceret bonos,media obseruantia sui,hoc deberet facere . Antecedens verò probatur,nam lex etiam Ecclesiastica,sæpe adimpletur per actum peccaminosum,vt infra dicitur,q. 100. artic. 9. qui bonum facere non potest. 3. Arg.

Quartò arg. nam lex maxime Ciuilis permittit multa mala,quæ si homo faciat, non facit contra legem,& tamen erit malus illa faciendo: ergo lex non habet absolute facere bonos,quia in illa materia, quam permittit bonos non facit. 4. Arg.

Quintò arg. quia sola lex gratiæ facit simpliciter bonos,cũ præcipiat omne bonum,& prohibeat omne malum, quapropter,cum obseruantia eius, necessario est bonitas: ergo lex ciuilis,quæ omne bonũ non præcipit,nec omne malum prohibet bonos simpliciter,non faciet,imo nec Ecclesiastica, et sic nõ erit hoc proprius effectus legis. 5. Arg.

Sextò arg,quia ad minus de lege tiranica,& iniqua verificari non potest, facere bonos,etiam secundum quid , vt vult Diu. Thom. ergo non est effectus legis facere bonos. Antecedens probatur , quia obedire tali legi est iniquum , & malum: 6. Arg.

ergo

ergo potius facit iniquos,& malos, quam bonos.

1.*Not.* Pro intelligentia notandum, quod hoc Verbum,simpliciter,vno modo significat idem quod omnibus modis, alio verò modo,idem quod absolute, vt opponitur contra secundum quid, & cum addito: duo ergo tamquam certa supponenda sunt,iuxta hanc distinctionem,primum,quod lex iniqua, non facit bonos, simpliciter,nec omnibus modis, nec absolutè,sed solum secundum quid, & cum addito,vt lex latronum, illam obseruantes,non facit,vel omnibus modis, vel absolutè bonos,sed cum addito facit bonos latrones:similiter,& leges, quæ propriè, non sunt leges, vt lex mercatorum, non facit omnibus modis, nec absolute bonum,sed cum addito bonum mercatorem. Secundum etiam supponendum, tamquam certum,non omnem legem,etiam iustam & bonam facere bonos simpliciter, idest omnibus modis. Hoc enim, tantum habet lex gratiæ inordine supernaturali,quia nullum est bonum,quod non præcipiat,& nullum malum, quod non prohibeat ad vitam æternam: & lex naturalis inordine naturæ, cuia similiter ad finem naturalem præcipit omne bonum, & prohibet omne malum, si adæquate sumantur huiusmodi leges, secundum omnia sua præcepta, non enim debemus loqui,de quolibet præcepto seorsum: nam illud sufficit facere bonum,bonitate correspondenti tali præcepto, & materiæ, quod & dicendum est de lege humana,non enim quælibet lex particularis bonum potest facere, nisi bonitate correspondente tali particulari legi,& materiæ:loquendum est ergo adequate de lege,siue ciuili,siue canonica, verùm simpliciter idest absolutè faciat bonos bonitate morali,quæ absolutè vocatur bonitas.

2.*Not.* Secundò notandum, non etiam procedere dubium de bonitate occasionata, certum est enim, quod lex occasionem præbet,& materiam ad bonitatem moralem obedientiæ,sine lege enim vera, vel aprehensa,non est obedientia.lex tamẽ, hanc bonitatem obedientiæ,non intendit,& debemus assignare, quam bonitatẽ formaliter ex seipsa,lex intẽdat,vt proprium effectum: similiter dicendum est de bonitate,& fine virtutum,quas præcipit lex,talis enim bonitas occasionata est, & non intenta à lege,quia vt dicemus faciens substantiam actus virtutis,legem implet, etiam si finem ipsius virtutis,non cõsequatur,vt contingit in eo,qui implet legem,per actum virtutis quoad substantiam,vitiatum ex fine operantis,occasionata inquam, quia qui legem implet faciendo substantiam actuum virtutum,faciliter transit ad finem honestum ipsarum virtutum. De quo Diu. Thom. & Arist. 2.Polyt.capit.6. Legislatores assuefaciendo facere homines bonos,& Gregor. 35.Moral.cap.12. Obedientia sola virtus est,quæ menti cæteras virtutes inserit, insertasque custodit vtique occasionaliter,& per assuefactionem ad opera virtutum,quibus facile est finem ipsarumvirtutum adiungere. Videatur Vlpianus, l. 1.ff.de iust.& iure,& Plato.4.de leg. Dubium ergo est si lex ex parte illius, quod formaliter præcipit,& intendit per se habeat,vt effectum proprium facere bonos legem implentes. *D.Thom, Arist. D.Greg.*

Conclusio ergo sit,quam ponit Diu. Thom.in art. quod proprius effectus legis est facere bonos subditos,quam etiam tenent omnes discipuli eius,& commentatores.super hunc art.est etiam Aristot.1. Ethic.cap.14.& 1.Polyt.capit. vltim. & primo quidem patet, ex modo loquendi sacræ Scripturæ de lege veteri, quod ad hoc sit data,vt homines Deum timeant,& à malo recedant,quod est homines bonos facere,videatur.Deut.4.& 31.n. 11. & 12.& Psalm.77. Vt ponant in Deo spem suam,vbi videatur Genebrardus,& super Psalm.118. In illa verba lex Domini immaculata.&c.& Psalm.118. Legem appellat perfectã viam iustificationum.Dei veritatem lucernam pedibus,& lumen semitis,quæ omnia bonitatem moralem importãt,videatur D.Clem.1.stromat. non longe à fine De lege,etiam Euangelica similiter loquitur,sacra Scriptura. Matth. vlt. Prædicate Euangelium omni creaturæ, quicrediderit,& baptizatus fuerit saluus erit,qui vero non crediderit condemnabitur, Ioann.6. Quæ ego locutus sum vobis spiritus,& vita sunt, & ibidem Petrus ait,quo ibimus,verba vitæ æternę habes,& capitul.7. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura flumina deuentre eius, fluent æquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu,quem acepturi erant credentes in eum,& Roman.1.Non erubesco Euangelium,virtus enim Dei, in salutem omni credenti,& Iacob 1. Suscipite insitum verbum,quod potest saluare animas vestras. Videatur Diu. Hilarius, serm. 40. vbi de lege diuina ait,legis effectus est libertas, *Concl. D. Thom. Arist. Deuter.4. & 31.nu. 11 & 12 Psal. 77. Genebr. Psal. 18. Psal. 118 Ioann. 6. Ioann. 7. Rom. 1. D. Hilar.*

bertas, est virtus, est vita molestia carens, est vera fælicitas, harum legum imperio virtus vnitur, animus disciplina impletur, domus pulchre disponitur, ciuitas optimis legibus fundatur, terra, marique otium viget, & pax: nihilque, vel in humanum, vel barbaricum dominatur, pacis omnia plena, vigent fœdera, viget scientia, viget Phylosophia, &c. De lege etiam ciuili mirabilia loquitur ad eundem effectum. Platon, libr. 34. Dialogo, 4. de legib. non longe à principio, & Dialogo, 9. ante medium. Secundo probatur conclusio ratione Diu. Thom. quia Legislator, per legem intendit subijcere sibi subditos, per actum obseruationis legis, & præcepti, sed subditum esse subiectum imperanti in obseruantia legis, & præcepti illius, est virtus, & bonum ipsius subdicti, vt patet ex Aristot. 1. Polyt. In hoc enim virtus subditi consistit, quod suo superiori subdatur: sicut virtus, & bonum irrascibilis, & concupiscibilis consistit, in eo, quod subdantur rationi: ergo lex quæ huiusmodi subiectionem intendit, bonum subditi intendit, & sic effectus legis est subditum facere bonum, sicut effectus eius est facere subiectum. Confirmatur, quia virtus subditi est esse subiectum, sed hanc virtutem intendit lex: ergo intendit subditum esse bonum, quia cum virtus bonum faciat habentem, idem est intendere virtutem subditi, quod intendere illum esse bonum. Notandum tamen ratione Diu. Thom. non procedere, de obedientia, & subiectione subditi, vt obedientia est specialis virtus, sic enim bonum obedientiæ, tantum est occasionatum, & non intentum à lege, nisi à lege ipsius obedientiæ, sed loquitur de obedientia, & subiectione generali inuiuita in exercitio cuiuslibet actus præcepti cuiuscumque virtutis ille sit, tunc enim lex subiectionem, & obedientiam intendit, hoc est, quod subditus se legi subijciendo, & parendo actum præceptum adimpleat, & hoc est bonũ ipsius subditi actũ præceptum per subiectionem ad legem adimplere. Tertiò probatur ratione collecta, ex Arist. locis citatis, quia lex respicit, & intendit bonum communè, & hoc quidem media operatione subditorum, quam præcipit lex. Hæc autem operatio bona debet esse: nam aliàs lex non esset iusta: ergo præcipiendo, & intendendo lex bonam operationem subditi ad consecutionem boni communis, simul intendit facere bonum ipsum subditum, quia vnum, quodque operatur in quantum est; & vt bene operetur bonus debet esse, idem ergo erit legem intendere, quod subditus bene operetur, & quod bonus sit. Confirmatur, quia bonum commune, ex bonitate partium, sibi cohærentium debet resultare, cum ergo subditi, sint partes bonis cõmunis, per hoc bonum commune debet resultare, quod ipsi subditi boni sint, exequẽtes legem tendentem ad bonum commune.

Plato. Arist.

Ad primum argumentum à principio respondetur, legem quidem veterem bonam esse, & ad bonum inuitare, quando autem Paulus ait, per illam abundasse delictum, loquitur occasionaliter ex fragilitate humana, quia multa iubebat, & nihil iuuabat, quapropter tot positis præceptis, ex fragilitatè, plura fiebant peccata, nec propterea Deus minus misericors in conditione talis legis, quia secũdum eius prouidentiam, hoc fuit conueniens, ad experiendam fragilitatem, & necessitatem, vt ardentius redemptionem Christi expectarent, quod insinuat Paulus sequentibus verbis dicens: Vbi abundauit delictum, super abundauit, & gratia, & sicut regnauit peccatum in morte: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum: docet ergo Deum voluisse, per asperitatem legis propria fragilitate ex perta, disponere homines per humilitatem ad recipiendam redemptionem, sicut gratiam amisserant, per superbiam. Vndè in illa propositione, lex subintrauit, vt abundaret delictum, ly vt, non importat finem legis, sed effectum, non quidem causarum à lege, sed ex fragilitate ocasione sumpra ex rigore legis, insuper, & ex superadditis à Paulo hęc fiunt plana, ait enim: quid ergo dicemus lex peccatũ est? absit sed peccatum non cognoui, nisi per legem, &c. occasione autem accepta, peccatũ, per mãdatum operatũ est in me omnem concupiscentiam, &c. lex quidè sancta, & mandatum sanctum. & iustũ, & bonum: quod ergo bonũ est, mihi factum est mors? Absit, scimus enim, quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sunt: quid clarius in Paulo ad nostram explicationem, imò verba illius explicatione, non egent nec potest retorqueri argumentum, quia etiam de lege noua, hęc possent dici, quod occasionaliter, per ipsam peccata committantur, hoc enim non valet, quia lex noua leuis, & suauis, Matth. 11. Iugum meum suaue est, & 1. Ioann. 5. Mandata eius grauia nõ sunt insuper

Ad 1. arg.

Matt. 11. *1. Ioan. 5.*

insuper,& nobis tribuit vires ad impletionem mandatorum, per Spiritum sanctum & gratiam eius nobis infusam,& fidem illuminantem,& sacramenta conferentia vires,&c. Quapropter malitię maxime arguendus est,qui hanc legem non impleuerit potius,quã fragilitatis, sicut in legeteri,& per hæc patet ad alia loca posita in

Ad conf. arg. Ad conf. resp. legem ex se facere bonum,per accidens autẽ in Christo de facto non fecit,quia ex parte subiecti bonitas,

2. Solutio. cũ esset infinita ampliari nõ poterat. Vel secundo dicitur,legem obedientiæ (v.g.) facere in Christo bonitatẽ obediẽtię,quia talis actus bonus,erat absolutè,licet ipsum bonũ ex malo,& ex contrario non faceret,quod non requiritur ad rationem essentialem legis.

Ad 2. ar. Ad 2. arg. resp. quod lex ciuilis facit bonos,nõ bonitate,simpliciter, idest omnibus modis,quia vt diximus,hoc tantũ habet lex gratiæ in ordine gratiæ,& lex naturalis in ordine naturę,sed facit bonos absolute bonitate ciuili,quæ bonitas est absolutè in suo genere,vt enim absolutè faciat bonum ciuem,non opus est faciat bonum omnibus modis, hoc est omni bonitate morali virtutis , hoc enim est facere bonum virum,& vt ait, Aristot. 3. Polyt.

Arist. cap. 3. alia est ratio boni viri , & boni ciuis, nec requiritur esse bonum virum ad esse bonum ciuem in quo possuit D. Th. ad 3. differentiam inter ciuem, & Princi-

D. Tho. pem,quod ad esse bonum ciuem,nõ requiritur esse bonum virum,requiritur autem ad esse bonũ Principem,bonum virum esse. Vndè non est alia ratio boni viri,& boni Principis, rationem cuius assignat Caietan. quia ratio ciuis est passiue se habere ad legem,ad hoc autem,vt bonæ legi ciuili sit subiectus,non requiritur esse bonum virum, etiam enim in moribus malus, potest legi ciuili obedire,ratio autẽ Principis est actiue ad legem concurrere , illam condendo,qui autem prauus est per se loquendo bona præcipere non potest: etsi aliquando bona præceperit est,per accidens,quia qualis vnusquisque est tales alios esse vult,& ad finem,quem sibi cõstituit alios conatur dirigere. Vnde in Principe virtutes monasticæ,sunt politicæ in ciue autem alia est virtus monastica a politica,quod & insinuat Eccle. 10. Væterræ cu-

Eccles. 10. ius Rex est puer,& cuius Principis mane comedunt,idest cuius Rex est sine prudentia, vt puer,& sine temperantia, curãs primò, quæ vẽtris sunt, hoc enim significat mane comedere,ecce qualiter virtutes monasticas pertinentes,ad bonum virum,enumerat requisitas,ad bonum Principem. Verum est aliquando etiam malum virum Principem bona præcipere, sed non regulariter , & illud non sufficit ad esse absolutè bonum Principem, sic intelligitur,illud Matth. 23. Quæcumque *Mat. 23.* dixerint vobis seruate,& facite , secundũ opera eorum nollite facere,licet enim mali aliquando bona præcipiebant, quia autem dixit omnia quæcumque , &c. melius dicitur,quod Pharisæi non imponebant leges ex proprio dictamine,sic enim errarent,sed proponebant legem Dei , quæ à malitia eorum,non dependebat,sicut dependet præceptum Principis ex affectu illius bono , vel malo,& hoc etiam , circa permissa,quia etiam ad permisionem requiritur bonus affectus in Principe , si enim permittit lupanaria , non est ex affectu libidis,sed potius castitatis , ne maiora peccata carnis committantur. Ad con-

Ad conf. fir. argum. respondetur , legem ciuilem etiam circa vtile facere bonos subditos, quia & vtile ordinat ad honestum,si enim (v.g.) prohibet asportari merces , vel pecunias extra Regnum est ne furta committantur,aut fraudes fiant , vel alia peccata exinopia , & indigentia fiant.

Ad 3. arg. resp. per actum malum secun-

Ad 3. ar. dum substantiam, legem etiam ciuilem impleri,non posse , quia lex iuxta de bono, saltem secundum substantiam debet esse: potest autem implere legem ciuilem , per actum secundum substantiam bonum, licet ex circunstantia malum, quia lex ciuilis,non se extendit,etiam ad circunstãtias quia hoc ad bonum commune politicum, non est necessarium,sed sufficit exerceri actus substantialiter bonos,lex enim naturalis,& diuina ad circũstãtias etiã se extendit,quia intendũt,etiam bonũ virũ facere,imò non semper,quia aliquãdo , etiã præceptum naturale impletur,per actũ bonum,secundum substantiam,& malum ex circunstantia,vt præceptũ restituendi impletur,etiamsi restitutio fiat ex vana gloria,præcepta autẽ de virtutibus supernaturalib⁹,etiã ad modũ virtutis,se extẽdũt, vt præceptũ penitẽtiæ est de dolore propter Deũ offensum,&c. ex quo intelligitur illud commune legis axioma,quod finis nõ cadit sub præcepto, intelligitur de fine extrinseco,& remoto legislatori intrinseco tamẽ ipsi actui virtutis maxime charitatis,non tamẽ intelligitur de fine intrinseco,& proximo per se intento à legislatore , quod est facere substantiam ipsius

actus

actus virtutis, hoc enim sub præcepto cadit. de quo loquitur in lege, non dubium, C. de legib. & constitutionibus, vbi dicitur comittere contra legem, qui solum verba legis amplectitur, & contra legis mittur voluntatem, & intentionem, hoc ergo præhabito ad arg. omissa prima solutione Suarez lib. 1. de legib. cap. 14. Quia non est ad propositum, nec soluit arg. respondetur primo. Quod licet lex præcipiat tãtum substantiam boni actus verificatur facere bonos, quia quod præcipit absolute est bonum ex obiecto, si quæ autẽ malitia miscetur ex circũstãtia, nõ est ex lege, sed ex malitia operantis, quod clarius dicitur legem ex parte sui facere bonos, quia bonum præcipit, si autem de facto subditus, non efficitur bonus, est ex malitia sui apponentis malam circunstantiam.

Ad 4. arg. Ad 4. arg. resp. Legem ciuilem facere bonos in eis quæ præcipit, quia vt dictum est, quod præcipit debet esse bonum, non autem facit bonos simpliciter omnibus modis, quia non in omni materia facit bonos, quia non præcipit in omni materia, in his ergo quæ non præcipit, vel permittit non facit bonos, est autem lex in his quæ præcipit, & in his bonos facit, vt dictum est.

Ad 5. arg. Ad 5. arg. patet ex dictis, legem gratiæ facere bonos simpliciter, id est omnibus modis, legem autem humanam sufficere facere bonos absolute, in materia quam præcipit, non autem in omni materia.

Ad 6. arg. Ad 6. arg. resp. Legem tyranicam facere bonos secundum quid, hoc est cum addito, v. g. bonos latrones, quod est absolute esse malos, & solum bonos bonitate apparenti, & Diu. Thom. hoc intendit, quod ita sit proprium legis facere bonos, quod ea ratione, qua est lex bonos facit, lex quidem iusta quæ vere est lex, vere bonos facit, lex autem iniqua, quæ solum apparenter, & in voce est lex, in voce, & apparenter facit bonos, vt sic appellentur boni latrones, & hanc bonitatem apparentem, & in voce appellat D. Tho. bonitatem secundum quid.

Art. II.

Vtrùm legis actus conuenienter assignentur?

CONCLVSIO est, quod legis actus, scilicet præcipere, vetare, permittere, & punire, conuenienter sunt ab Isidoro assignati.

Dub.

Vtrùm conclusio Diu. Thom. & dicta in art. verum habeant.

ARG quod non primo. Ista quatuor enumerata, à Diu. Thom. & Isidoro sunt de essentia ipsius legis, ergo male ponuntur, vt effectus illius, effectus enim posterior est ipsa essentia habente rationem causæ, antecedens vero probatur, nam vt supra diximus præcipere est essentia ipsius legis, & præcepti affirmatiui, prohibere autem est de essentia legis, & præcepti negatiui, quæ sunt duæ species legum, & præceptorum, similiter punire est de essentia legis pœnalis, & permittere est de essentia legis permissiuæ, ergo. *1. Arg.*

Secundo arg. puniere non est effectus legis, ergo male assignatur. Antecedens probatur. Quia præmiare non est effectus legis, ergo nec punire, quia cõtraria sunt, & contrariorum eadem est ratio, istud vero antecedens probatur, quia præmiare potest quælibet persona particularis, ergo præmiare non est effectus legis, solum pertinentis ad personam publicam. Si respondeatur cum D. Thom. ad 3. Quod in argumento insinuatur punitionem esse effectum legis, quia pertinet ad personam publicam non autem præmiare, quia pertinet, etiam ad quamlibet personam particularem. Contra arg. Quia etiam punire pertinet ad personam particularem, ergo hac ratione non erit effectus legis, antecedẽs probatur, quia Pater potest punire filios, vt ait Aug. epist. 159. ad Marcelinum, & refertur capit. 1. 23. quæst. 5. Et similiter magister punire potest discipulos, vt ait Boetius tractat. de disciplina scolast. & D. Thom. explicans ipsum, & Iuris Consulti lege, sed etsi quencumque, §. si magister, ff. ad legem Aquiliã, & lege item quæritur, §. si quis, ff. locati, & alijs in locis iuris quæ citat Salas disp. 3. sect. 4. item pater familias punire potest eos, qui de familia sunt, cap. ad audiendam de homicidio, cap. duo ista nomina 23. q. 4. & alia quæ citat Salas ibidem loco citato. *2. Arg.* *Solutio.* *Impug.*

Tertio arg. permissio nõ potest esse effectus legi, ergo male assignatur, antecedẽs *3. Arg.*

probatur permissio consistit in negatione præcepti, vt ait Diu. Thom. sed negatio præcepti non potest esse effectus legis, ergo nec permissio: minor probatur, tum quia negatio non habet causam, & nullius est effectus, secundum Arist. tum etiam, quia si præceptum est de essentia legis, qualiter negatio præcepti erit, effectus illius, contrarium enim essentiæ, effectus essentiæ esse non potest.

4. Arg. Quartò arg. contra id, quod ait D. Th. permissionem esse de his, quæ nec præcipiuntur, nec prohibentur, sed esse vtriusque negationem: hoc enim falsum videtur, quia quæ Deus permittit sua lege sunt prohibita, ergo permissio non est de non prohibitis. Antecedens patet, quia Deus solum permittit mala, hæc autem à Deo necessario sunt prohibita, vt supra diximus.

5. Arg. Quinto arg. contra id quod D. Thom. ait permissionem, nec esse de grauiter bonis, nec de grauiter malis, quia grauiter bona præcipiuntur, & grauiter mala prohibentur, sed esse vel de bonis leuibus, vel de leuibus malis, vel de indifferentibus ex obiecto, hoc enim falsum videtur, quia si loquamur de grauiter malis, homicidium adulteræ in fragranti delicto est permissum, & vsuræ, & fraus citra dimidium iusti precij, etiam si sit quãtitas magna: si autem loquamur de bonis, qualiter dici potest aliquod bonũ esse permissum, licet minimum, quia bonum non est materia permissionis, sed vel præcepti, vel consilij, vt fatetur D. Thom. in art, etsi materia permissionis aliqualiter bonum potest assignari, non solum hoc habebit leue bonum, sed etiam graue, quia virginitas maximum est bonum, cum tamen sit permissum.

6. Arg. Sexto arg. ad probandum esse plures, quam isti quatuor effectus legis, Nã etiã debet assignari, vt effectus illius obligatio, similiter abrrogatio, vel reuocatio alterius legis; Item inhabilitatio personę ad aliquid, item irritatio, vel anullatio contractus, item remuneratio, nam ad Legislatores pertinet remunerare opera studiosa, vt docet Plato 9. de legib. & Cicero epist. ad Marcum Brutum, Isidorus 5. ethi. cap. 19. & communiter Iuristæ, similiter, & consilium dare.

Concl. D. Thom. Conclusio tamen D. Thom. est omnino certa, quam dessumpsit ex Isidoro 5. ethimo cap. 19. & cum D. Thoma, tenent eius Interpretes, etiam moderni alias eius Impugnatores, & *Soto* 1. de iust. q. 2. art. 2. Sufficientiamque istorum effectuum, colligit D. Thom. ex eo, quod actus humani, vel sunt valde boni (vtique ad bonum commune, vt statim dicemus) & sic præcipiuntur, vel valde mali, (etiam in ordine ad bonum commune) & sic prohibentur. Aut vero sunt ex sua specie indifferentes ad bonum, vel malum commune, vel parum boni, vel mali, ad tale commune bonum, & sic permittuntur à lege, quia autem ad executionem legis requiritur in Legislatore vis coactiua, ideo ponitur quartus effectus punitio, ad cogendos subditos, vt lex obseruetur. Aliter alij probant hanc sufficientiam, quia in Legislatore est duplex potestas, altera directiua, altera vero coactiua, ad priorem requiritur præcipere, & prohibere. Ad secundã vero requiritur punire aliquando, & aliquando non punire, sed permittere, & ad istos quatuor effectus quicumque alij reducuntur, vt patebit ex solutione argumentorum.

Nota. Notandum tamen, quod quando dicitur legem habere hos quatuor effectus, nõ intelligitur de singulis legibus, & quolibet indiuido legis, nam lex præceptiua, v.g. non est permissiua: sed intelligitur in communi de lege humana, habet enim hos quatuor effectus, secundum diuersas particulares leges præcipiendo per vnam prohibendo per aliam, permittendo per aliam, & per aliam puniendo. Aut vero si hæc quatuor non conueniunt singulis generum, & cuilibet indiuiduali legi, conueniunt tamen generibus singulorũ, quia in omni lege, tam æterna, & naturali, quã positiua: tam diuina, quam humana, omnia illa quatuor reperiri possunt, secundum diuersa præcepta, & leges particulares cuius vis *generis* prædictorum, nam in quacumque prædictarum legum in communi, certum est reperiri duo priora, & præcipere, & prohibere, quia in quacumque prædictarum legum sunt præcepta affirmatiua, & negatiua, quæ sunt prohibitiones. De permissione autem, licet si sumatur de malo, non prohibito permissio, non reperiatur in lege æterna, vel naturali: quia lex æterna, & naturalis omne malum, quantumcumque patuum prohibet, tamen loquendo de permissione, vt solum dicit, nec præceptũ, nec prohibitũ talis permissio, etiam in lege naturali reperitur respectu indifferentiũ ex obiecto, maxime si forte in indiuiduo repiri possent, imo & respectu bonorũ quorũ multa, nec præcipit, nec prohibet, sed sub consilio re-

linquit

linquit non peccans faciendo, nec omittendo, in lege etiam veteri permissiones reperiuntur, etiã de malo, vt est illud Matth. 19. Ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores vestras, non enim solum loquitur de dimissione quantum ad torum, quæ aliquando est licita, sed de dimissione vxoris absolute, quæ vtique peccatum est, contra indissolubilitatem naturalem matrimonij, vt explicat Ambros. lib. 8. in Lucam cap. 16. Diu. Hieron. Matth. 5. & 19. De lege autem Euangelica dicendum est sicut de lege naturali, quia supra illam solum addit præcepta Fidei, & Sacramentorum, & licet nullum malum permittat ex parte legis naturalis, quam includit, aliqua tamen bona non præcipit, nec prohibet, secundũ partem additam ad legem naturę, qualia sunt, quæ pertinent ad consilia Euangelica, si prædicta, permissio dici possint, prout hic loquitur D. Thom. de permissione, vt est effectus legis de quo statim specialiter agemus, quia modo non discutimus propriam rationem permissionis, sed vtimur hoc nomine, prout à multis vsurpatur, de lege autem humana, siue ciuili, siue canonica certum est multa permittere, siue mala, siue parua bona, nec præcipiendo, nec prohibendo illa, & in quocumque rigore sumatur permissio. Loquendo autem de vltimo effectu, qui est punitio, lex quidem naturalis nihil malum relinquit impunitum, siue in hac vita, siue in futura. Et sic loquitur August. 1. de liber. arbit. capit. 5. & 6. dicens, legem æternam nihil mali permittere, sed omnia vindicare, etsi talis lex pœnam taxatam non habeat, ad minus iudicibus potestatem tribuit, vt arbitrariam pœnam imponant, lex autem humana, siue ciuilis, siue canonica, siue etiam lex diuina positiua vetus, compertum est in multis pœnas taxare delinquentibus. Lex autem Euangelica sicut naturalis potestatem tribuit iudicibus ad puniendum, illa tamen immediate, nullam pœnam habet taxatam: quapropter falluntur aliqui asserentes, aliquibus peccatis ex iure diuino in lege noua esse excommunionem anexam. Vtrum autem lex tantum pœnas pro delictis possit imponere, manet sub lite: mihi tamen certum est pœnas impositas in Ordine Dominicano, propter nõ peccata, nõ tantum esse ex cõuentione, & pacto cum subdito profitente, sed etiam supposita professione esse effectum legis talis instituti.

Matt. 19. *D. Ambr.* *D. Hier.* *D. Aug.* *Dubitationis solutio.*

Ad. 1. ar. Ad 1. argum. à principio resp. Præceptum, prohibitionem, &c. Si considerentur in lege quasi in actu primo esse de essentia, in actu tamen secundo esse effectus legis. Vel secũdo melius, quod nõ loqui D. Th. proprie de effectu, sed quia significantur per modum actus appellantur effectus, licet absolute ad essentiam legis pertineant.

Ad. 2. ar. Ad 2. arg. resp. Esse discrimen inter præmiare, & punire, quod præmiare, etiã magna, & præmia magni ponderis tribuere indifferenter conuenit, tam personæ publicæ, quam priuatæ, & sic non est peculiaris effectus legis, punire vero conuenit parentibus magistris, & patribus familias, si punitio fiat in leuibus, ad hoc enim, vel ex natura ipsa, vel à iure positiuo habent potestatem, de quo Bartol. lege Imperium, ff. de iurisd. omni. iudic. & lege edictum, ff. de bonor. possession. Punire autem grauiter, etiam ad mutilationem membrorum, & sententiam capitis de veniendo, tantum conuenit Principibus, vel Magistratibus, vel iudicibus ab eis habentibus potestatem, quapropter absolute punire est effectus legis, sic habetur lege illicitas, §. qui vniuersas, ff. de officio Præsid. & Diu. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 3. Quantum autem emolumenti habeat Rempublicam per legem hac vti potestate. Videatur Plato dialogo 9. & ad hoc, Deuter. 33. Dicitur igne à lex, quia & per lucem habet dirigere præcipiendo, & per calorem habet comburere puniendo.

D. Thom. *Plato.*

Ad 3. ar. 1. Solutio. Lorca. Impugnatur. Ad 3. arg. resp. Petere in quo consistat ratio permissionis, & Lorca quidem asserit, disp. 3. membro 2. Permissionem in sola negatione præcepti, vel prohibitionis consistere: quapropter non est actus legis, sed potius negatio actus legis qualis est præceptum, vel prohibitio, & non intelligit esse, quomodocumque negationem præcepti, vel prohibitionis, sed in materia capaci præcepti, vel prohibinis, nam actus incapax præcepti, vel prohibitionis non potest dici permissus, vt vene notat Suarez contra Lorca, libr. 1. de legib. capit. 15. Sed etiam hoc modo explicatus falitur Lorca, quia permissio legis liberat operantem à pœna: ergo permissio non est pura negatio præcepti, etiã in materia capaci præcepti, patet consequẽtia, nam si aliquis delinquat, etiam in materia non prohibita lege humana, si tamen sit mala ex se, debet iudex ad arbitrium illum punire, ergo pura negatio præcepti, vel prohibitionis, non est permissio liberans

rans à pœna, de qua nunc loquimur, debet ergo permissio esse actus positibus Legislatoris, quo vult pro tali delicto pœnam non infligi, hoc ipsum ordinans ad bonum commune, siue formaliter, hoc determinans per decretum, vt quod vir occidens adulteram infraganti non puniatur, siue virtualiter videns, & sciens, & nō volens tale delictū puniri. Ad arg. ergo resp. Quod permissio non est pura negatio, sed negatio præcepti, cum actu positiuo Legislatoris volentis tale delictum non puniri, & sic causam habere potest, & esse effectū legis. Et ad alteram impugnationē, dicitur quod permissio dicit negationem præcepti, & prohibitionis rei permissæ, & simul præceptum, quo præcipit Legislator iudici, vt non puniat talem rem non prohibitam, sicut posset punire aliam rē malam non prohibitam, nec tamen permissam, sed à lege omissam, habere ergo permissionem Legislatoris respectu vnius, & non præceptum respectu alterius nō sunt opposita, & eidē essentiæ permissionis possunt conuenire, & vnum esse effectum alterius, & sic rem non esse præceptam, vel prohibitam, nec pœnę subiectam, est effectus præcepti Legislatoris, hoc disponentis.

Vera solut.

Ad 4. ar. Ad 4. arg. resp. Quod permissio est duplex, alia facti, alia vero iuris, permissio facti, est cū quis potest impedire factum, & non impedit, sicut Deus permittit peccata, quia posset impedire, & non impedit, talis permissio non est effectus legis, imo talis factum est contra legē, quia quod sic Deus permittat, nec est tollere legem cōtra tale factum, nec pœnam illi debitam, sed solū est negare auxilium, quo tale factū homo vitaret, permissio autē iuris est tollere prohibitionem, & pœnam debitam delicto, & ista est effectus legis, & talis non est in Deo respectu peccatorum, quia nec tollit legem, nec pœnam, sed tantum auxilium efficax: quapropter tale factum, etiam permissum isto modo manet peccatum, & contra legem, & puniendum.

Ad 5. ar. Ad 5. arg. resp. Quod permissio est de malis leuibus, & non grauibus, non quidē ex obiecto, sed in ordine ad bonum commune, quod intendit lex, cum ergo in ordine ad bonum commune politicum, sit leue occidere vxorem adulteram infraganti, ideo licet sit graue ex sua specie, permittitur lege ciuili, & idē dicitur de vsura, & fraude citra medietatem iusti precij. Ad alteram partem argumenti de bonis, si sint materia permissionis. Resp. quod licet regulariter permissio sit de malis, aliquando tamen etiam est de bonis leuibus, & in talibus apposuit exemplum Isidorus, & cōsonat illud 1. Cor. 7. Vbi loquens de matrimonio (quod bonum est) ait: hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundam Imperium, ac si dicat, hoc autem dico permittendo non præcipiendo, & quidem loquendo de tali bono, quod est minus bonum, & impeditiuum maioris boni (qua ratione non est materia voti) formaliter possumus dicere, aliqualiter esse malum negatiue, quia minus bonum respectu maioris, etiam malum dici solet, sicut & Christus dixit nemo bonus, nisi solus Deus, vbi non loquitur absolute, sed comparatiue ad Deum, qua ratione creatura dicitur mala negatiue. Ad illud autē ex D. Thom. quod actus boni sunt materia præcepti, vel consilij, & non permissionis. Resp. quod loquitur de grauiter bonis, vel loquitur, quod sunt materia apta, vt præcipiantur, possunt tamen non præcipi, nec prohiberi, sed permitti. Ad illud autem de virginitate resp. Nō cadere sub permissione, sed sub consilio, quia ad permissionem, vt dictum est, non sufficit negatio præcepti, vel prohibitionis, sed alia iam dicta, quæ virginitati conuenire non possunt, etsi daretur, etiam virginitatem cadere sub permissione, adhuc nihil contra D. Th. quia etsi virginitas sit ex obiecto maximum bonum, in ordine tamen ad bonum commune temporale, quod respicit lex humana, parum vtilitatis, & bonitatis habet.

1. Cor. 7.

Ad 6. ar. Ad 6. arg. resp. Enumerata in arg. reducit ad prædictos quatuor effectus: quapropter sufficienter sunt numerati, obligatio enim non est specularis effectus, sed cō sequitur ad prędictos. De abrogatione alterius legis dicitur, quod si fiat per puram ablationem legis, tunc nec est lex, nec effectus legis, sed cessatio legis, si autem fiat per institutionem contrariæ legis, tunc in lege nouiter instituta reperiuntur prædicti effectus, scilicet præceptum, prohibitio, &c. Et nihil amplius. Similiter dicitur de inhabilitatione personæ, quod reducitur ad prohibitionem, idem enim est inhabilitare personam ad officium, & prohibere, vel præcipere, vt ei non conferatur. De irritatione vero contractus, etiam dicitur reduci ad prohibitionem, quia licet non semper prohibitio sit irritatio, quia multa prohibentur, quę tamen si fiant non sunt irrita, sed factum tenet, vt patet, cap. ad Apostolicam de statu regul.

& ibi

& ibi gloss. ex cap. Nos nouimus 18. q. 1. & cap. si vir, 27. dist. & cap. viduam, 2. q. 7. Tamen omnis irritatio est prohibitio super adita nullitate expressa in ipsa prohibitione, de remuneratione autem, iam diximus non esse effectum legis, quia non solum pertinet ad Legislatorem, sed etiam ad quamcumque personam particularem, imo nociuum esset Reipublicæ legi astringere remunerationem, quia si omnia ex lege deberent remunerari, cito erariũ exauriretur, & quia necessaria ad hoc non est lex, quia homines satis sine lege sunt propensi ad præmium petendum. Ad illud de consilio, dicitur non esse effectum legis, quia non pertinet ad potestatem publicam, sed quilibet particularis potest cõsiliari, sic D. Thom. in art. Potest etiam dici, consilium in superiori reduci ad præceptũ, quia qui consiliatur iudicat esse bonum, quod consiliatur, etsi superior consilium tribuens iudicat esse bonum illud quod consiliatur, quasi in proximo est ad illud impetandum, si ex consilio non fiat.

Obiectio. Etsi contra prædicta facias arg. quia D. Thom. ait: prohibitionem esse præceptum, si præceptum large accipiatur, ergo non est proprie effectus legis. *Solutio.* Resp. quod præceptum sumitur dupliciter vno modo generaliter, quia & prohibitio præceptũ est negatiuum, & permissio, vt diximus, præceptum positiuum alicuius importat, & punitio etiam sub præcepto iudici imponitur exequenda. Secundo modo sumitur præceptum, particulariter pro Imperio directo affirmatiuo actus boni, dicit ergo D. Th. prohibitionem esse præceptũ large, hoc est vniuersaliter loquendo de præcepto, proprie tamen, & non solum impropie, vel methaphorice: quapropter præceptum, sumptum particulariter est vnus ex quatuor effectibus, si autẽ sumatur generaliter omnes effectus ad vnũ, scilicet ad præceptũ reducuntur, vt dictũ est.

Quæstio 93. De lege æterna?

Art. Primus.

Vtrùm lex æterna sit summa ratio in Deo existens?

PRIMA conclusio, lex æterna nihil aliud est, quam ratio diuinæ sapientiæ, secundum quod est directiua omniũ actuum, & motionum in ordine ad vltimum finem.

Secunda conclusio, lex eterna est tantum vna.

Postquam D. Thom. egit, q. 90. de lege in communi, & q. 91. illam diuisit, & q. 92. egit de effectibus eius. Modo incipit agere in particulari de membris diuidentibus legem in communi, & sic procedit vsque ad finem huius materiæ, qui est q. 108. in ista autem agit de primo membro diuisionis, quod est lex æterna.

De prima autem conclusione plura egimus, supra q. 71. artic. 6. & q. 90. art. 1. & sic hic nec vllum verbum. De secũda etiã conclusione egimus, loco citato contra Vazquez, asserentem legem æternam esse idem cum ideis, & ostendimus qualiter distinguantur, quia idea est principium faciendi, & lex gubernandi, & idea est multiplex, quia respicit res in particulari, prout ad inuicem distinguntur, quia sic producuntur ab ideis, Lex autem æterna est vna, quia respicit omnia, quæ gubernat sub vna ratione, & ordine ad bonum commune, ad quod omnia gubernando, & præcipiendo dirigit.

Art. II.

Vtrùm lex æterna sit omnibus nota?

PRIMA conclusio, lex æterna secundum, quod est in se ipsa solum potest cognosci à Deo, vel à beatis, qui Deũ vident per essentiam.

Secunda conclusio, omnis creatura rationalis cognoscit legem æternam in suo effectu, nempe in lege, & lumine naturali, quo cognoscit principia communia moralia, hæc enim quædam est participatio, & irradiatio luminis legis æternæ.

Circa istam secundam conclusionem *Nota* notandum, non opus esse legem æternam omnibus esse notam (etiam in effectu) explicite, & in actu signato, hoc enim solum pertinet ad sapientes, sed sufficit illam cognoscere in actu exercito, cognoscendo enim principia communia moralia resplendentia in lege, & lumine naturali, simul in exercitio cognoscunt legem æternam, aqua huiusmodi deribantur.

Art. III.

Vtrùm omnis lex deriuetur à lege æterna?

PRIMA conclusio est affirmatiua. Secunda conclusio, ad 1. fomes, quatenus habet rationem legis, & in quã tum est pœna consequens diuinam iustitiam, sic deriuatur à lege æterna Dei, at vero quatenus inclinat ad peccatum, non habet rationem legis, nec à lege æterna deriuatur, sed potius contrariatur illi. Tertia conclusio, ad 2. lex iniqua, quatenus in ea seruatur aliquid de similitudine legis, propter ordinem potestatis eius qui legẽ fecit, secundum hoc deriuatur à lege æterna, omnis enim potestas à Domino Deo est, vt dicitur ad Rom. 13. Quarta conclusio ad 3. permisio peccatorũ, quę fit à lege humana prouenit etiam ex ordine legis æternæ.

Dub.

Vtrùm prima conclusio D. Th. verum habeat?

1. *Arg.* ARG. quod non. Primo lex diuina positiua, vere est lex distincta à lege æterna, vt supra diximus, & tamen non deriuatur à lege æterna, ergo non omnis lex ab æterna deriuatur, mi probatur, quia lex diuina, etiam positiua est Imperium ipsius Dei, ergo non est effectus legis æternæ, patet consequentia, quia nihil in Deo potest habere rationẽ effectus, & idem arg. potest fieri de lege naturali, cuius Imperium est immediate ab ipso Deo, vt Legislatore.

2. *Arg.* Secundò arg. lex humana est vere lex, & tamen nõ deriuatur à diuina, ergo. Probatur minor, quia si lex humana deriuaretur ab æterna haberet vim obligandi à lege æterna, & consequenter obligatio eius esset ex iure diuino, hac enim ratione lex naturalis obligat ex iure diuino, quia habet vim obligandi ex iure diuino, & lege æterna.

3. *Arg.* Tertiò arg. lex fomitis est lex, licet indirecte, vt diximus, & tamen non deriuatur à lege æterna ergo; minor probatur, quia fomes inclinat ad malum, ergo non deriuatur à lege æterna, quia Deus causa mali esse non potest.

4. *Arg.* Quarto arg. quia si omnis lex ab æterna deriuaretur, lex æterna esset magis proprie, & perfecte lex, quia, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, consequens autem est falsum, quia legi æternę, non ita proprie possunt conuenire proprietates legis supra assignatæ, ergo non à lege æterna omnis deriuatur.

Refellitur. Vazquez. In hac re in primis reijcienda est sentẽtia Vazquez asserentis, quod si lex æterna sit iudicium, & Imperium rectæ rationis in Deo, tunc nõ omnis lex à lege æterna deriuatur, quia lex naturalis (inquit ille) est ipsa natura humana, & hæc non deriuatur ab Imperio intellectus diuini, sed solum deriuabitur è lege æterna iudiciũ, & Imperium legis naturalis pertinens ad intellectum humanum, si autem lex æterna sit ipsa natura diuina, tunc omnis lex deriuatur à lege æterna, quia in naturam diuinam, etiam humana natura reducitur, sed totam supra q. 91. art. 2. egimus contra Vazquez, qualiter lex naturalis pertineat ad intellectum: & hoc suppositio non habet vires sententia Vazquez.

Concl. Conclusio ergo sit, quod vniuersaliter omnis lex creata tẽporalis, & extra Deũ deriuatur à lege æterna, & increata existente in ipso Deo. *D. Thom.* Hãc docet expresse D. Th. hic, & cum illo omnes eius Interpretes, etiam moderni, *Soto.* Soto 1. de iust. q. 3. ar. 1. & 3. *Alensis.* Alens. 3. p. q. 26. membr. 7. ar. 3. & 4. & q. 28. membr. 1. art. 5. *Palacios.* Palacios, 3. d. 37. disp. 1. §. existis, *Bellarm.* Bellar. 3. de laicis, capit. 11. *Turrecrem.* Turrecrem. cap. omnes leges, dist. 1. art. 6. *D. Aug.* Illã docuit D. Aug. lib. 1. de lib. arbitrio, cap. 6. vbi ait: nihil est in temporali lege iustum, quod ex lege æterna non deriuetur, & q. 66. in Exod. ait: lex æterna Dei est, quam consulunt omnes pię mẽtes, vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel vetent. Et lib. de vera Religione, cap. 31. ait: conditor legum temporalium si vir bonus est, & sapiens illã ipsam consulit æternam, vt secundum eius immutabiles regulas, quid sit pro tempore iubẽdum, vetandumve discernat. Videatur Tertul. in apologetico, cap. 4. *Tertul.* Cicer. Philip. 11. & 1. & 2. de leg. cum Platone. *Cicero.* Demostenes, apud Martianum, l. 2. ff. de legib. & D. Clemens 1. stroma prope fin. *Plato.* & probatur primo, *Demos.* Prob. 8. per me Reges reguant, & legũ cõditores iusta decernunt, Ioa. 19. Nõ haberes potestatẽ ad me, nisi tibi datũ esset desuper. Ro. 13. Nõ est potestas nisi à Deo & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Secũdò proba-

Prob. 8. *Ioan. 19.* *Rom. 13.*

probatur ratione D. Thom. quia omnis ratio gubernationis debet deribari à gubernatione superiori, sed ratio supremi gubernatoris est lex æterna, & gubernationes inferiores sunt leges temporales, ergo omnis lex temporalis ab æterna deribatur tamquam à causa, maior probatur, quia in naturalibus omnis motus, secundi mouentis deribatur à primo motore, & in artificialibus omnis ratio artis inferiorũ artificum manibus operantium, procedit ab arte superiori artificis superioris, & architectoris, ergo similiter omnis ratio gubernationis inferioris deribari debet à ratione gubernationis superioris existentis in Deo, par enim videatur ratio. Conf. primò. Nam quilibet gubernator inferior, gubernat vt causa secunda, ergo debet deribari potestas eius, & gubernatio à gubernatione Dei, vt à causa prima, necessario enim ad causam secundam prima debet præsuponi, & ad causam secundam gubernationis, nulla alia vt prima assignari potest, nisi gubernatio Dei per legem æternam. Conf. secundò, quia lex æterna est lex per essentiam omnis autem, alia lex est per participationem, ergo omnis alia lex in æternam debet reduci, patet consequentia, quia quod est tale, per participationem debet reducit, ad id quod est tale per essentiam, vt est manifestum. Si autem interroges qualiter aliæ leges ab æterna deribentur, & sint effectus illius. Respondetur deribari à lege æterna, vt à causa exemplari, quia omnes Legislatores ad condicionem suarum legum, legem æternam debent contemplari, illamque saltem virtualiter consulere, legem consentaneam rationi sanciendo, secundo deribantur à lege æterna aliæ leges, vt à causa efficiente physica, quatenus omnis potestas est effectus legis æternæ, & omne dictamen rectum est effectiue à dictamine, quo Deus iudicabit expediens, & à voluntate, qua voluit obligare creaturam rationalem, mediante lege naturali, vel humana, vel diuina positiua, hoc dixerim cum Salas, disp. 4. sect. 4. contra Lorca, disput. 5. membro 3. § . sed si, asserentem solũ aliàs leges deribari ab æterna, vt à causa efficienti, & non vt ab exemplari, quam imitentur.

Ad 1, ar. Ad primum. arg. resp. Quod lex diuina positiua ex parte Dei, est idem quod lex æterna, & non est effectus illius, quia in Deo non est causa, & effectus, sed omnia sunt idem, vbi non obiat relationis oppositio. Lex autem diuina positiua ex parte hominis, qua ratione est temporalis est deribata à lege æterna, & effectus illius absolute, ergo lex diuina positiua sumitur pro eo, quod est ex parte hominis temporale, & sic absolute deribatur à diuina. Hac ratione lex vetus dicitur data per Moysem, non vt Legislatorem à quo haberet vim obligandi, sed vt per aplicantem, & intimantem, & sic lex Moysis est lex à Deo, vt Legislatore, per Moysem hominibus aplicata, & intimata.

Ad 2. ar. Ad 2. arg. resp. Quod lex humana deribatur à diuina radicaliter solum, quia in hoc distinguitur à lege diuina, vel naturali, quod istæ immediate sunt à Deo, vt Legislatore, humana autem, immediate vt à Legislatore est ab homine, licet potestas humana, etiam radicaliter ad Deum reducatur: quapropter obligatio legis diuinæ positiuæ, vel naturalis est ex iure diuino, quia Legislator proximus est Deus, obligatio autẽ legis humanæ est ex iure humano, quia Legislator proximus est homo, licet remotus, & radicalis sit Deus.

Ad 3. ar. Ad 3. arg. rẽsp. Legem somitis, vt iam diximus habere rationem legis in directe, quatenus est pœna, nõ vero quatenus est mala inclinans ad malum, sic ergo deribatur à lege æterna quatenus est pœna, & lex in directe, non vero quatenus est inclinatio ad malum, quia sic non est lex sicut, & supra diximus, peccatũ in ratione pœnæ esse effectum diuinæ prouidentiæ ordinatum ad aliquod bonum, licet in ratione culpæ, nullatenus sit à Dẽo causatum, sed solum permissum permissione facti.

Ad 4. ar. Ad 4. arg. resp. Legem æternam, cum aliarum sit causa non solum effectiua, sed exemplaris, esse proprie legem omnibus alijs perfectiorem, cui competunt omnes proprietates legis, vt diximus, q. 91. ar. 1.

2. Coroll. Ex dictis sequitur, quod vt ait D. Th. 2. 2. q. 8. art. 3. ad 3. Lex æterna non potest immediate cognosci, nisi supernaturaliter, cognoscitur autem mediante lege positiua diuina, vel naturali, &c. Quatenus ab æterna deribantur.

Secundò sequitur, quod licet lex æterna sit immutabilis potest esse causa, & radix aliarum legum, etiam mutabilium immutabiliter enim, & ab æterno prẽhabet, etiam mutabilia. & temporalia, & vna cũ sit continet causaliter multiplicitatẽ iuxta illud, Sap. 7. cum sit vna omnia potest, & in se permanens omnia mutat. *Sap. 7.*

3. Coroll. Tertiò sequitur, quod licet aliquid possit subterfugere legem humanam, vel diuinam positiuam, numquam tamen potest sub-

subterfugere legem æternam ambientem omnẽ legem, & lege naturali manifestatã: quapropter lex humana, v.g. potest aliqua, etiam mala permitere, non autem lex æterna, quia humana non atingit vniuersalitatem æternæ prohibentis omne malum, imo hoc ipsum disponit lex æterna, vt minima mala quæ ipsa vetat, lex humana propter maius bonum permitat.

Art. IIII.

Vtrùm necessaria, & æterna subijciantur legi æternæ?

PRIMA conclusio. Necessaria creata subijciuntur legi æternæ. Hæc probatur, quia creata, etiam si sint necessaria subduntur diuinæ gubernationi, diuinæque probidentiæ, & causalitati, ergo & legi æternæ, antecedens est de Fide, consequentia vero probatur, quia lex æterna est ratio diuinæ gubernationis, ergo necessaria subduntur diuinæ gubernationi. subduntur etiam legi æternæ.

Secunda conclusio, necessaria quæ pertinent ad diuinam essentiam, & naturam essentialiterque sunt æterna, legi æternę non subduntur, sed potius sunt ipsa lex æterna. Hęc probatur, quia necessaria quę pertinent ad essentiam Dei non subduntur diuinæ gubernationi, neque probidentiæ, nec causalitati, ergo nec legi æternæ. Conf. quia legi humanæ non subditur ipsa natura humana, sed ea quæ ab homine aguntur, ergo similiter, legi æternæ non erunt subdita, quæ pertinent ad Dei naturam, sed quæ à Deo causantur ad extra.

Dub.

Vtrùm actiones Dei legi æternæ sint subiectæ?

1. *Arg.* PROBATVR, quod sic, primo ex D. Thom. 1.p.q.21.ar.1.ad 2. Asserẽte rationem diuinæ sapientiæ comparari, vt legem ad diuinam voluntatem, & Aug. de vera Religi. cap. 31. ait, immutabilem veritatem esse legem omnium artium, & omni potentis artificis: hoc ipsum insinuat Arist. 5. ethi. cap. 7. & Plato, & Demosten. relati à Sal. dis. 4. sec. 2.

Secundò arg. Si Deus mentiretur, vel promissa non impleret, peccaret, ergo contra aliquam legem, quia vbi non est lex, nec præuaricatio, sed non contra aliam legem, nisi contra æternam, ergo: primum antecedens probatur, quia communiter dicitur Deum teneri non mentiri, & promissa implere, &c. Ergo peccaret si id faceret, quia tum quis peccat, quando potest, & tenetur, & contra facit. 2. *Arg.*

Tertiò arg. Omnia creata regulantur lege æterna, vt statim dicemus, sed actiones Dei liberæ ad extra, & transeuntes sunt aliquid creatum, ergo regulantur lege æterna. 3. *Arg.*

Pro intelligentia notandum, quod in Deo aliqua sunt per modum naturæ, alia vero per modum actionis; rursus ea quæ in Deo sunt per modum actionis, alia sunt ad intra, vt actus notionales, alia vero ad extra, vt creatio conseruatio, &c. De his ergo, quæ pertinent ad rationem naturæ certum est legi æternæ non subdi, quia nihil prius potest intelligi in Deo, quam eius natura, & esse vt possit esse regula, vel lex ipsius naturæ, & quia vt ait D. Tho. ipsa natura, nullatenus potest intelligi subiecta gubernationi, vel probidentiæ, restat ergo dubium, de his quæ in Deo habent rationem actionis. Et quidem si loquamur de actionibus ad intra notionalibus, & productiuis diuinarum personarum, omnes conueniunt cum D. Thom. Tam eius discipuli Comentatores, quam extranei, legi æternæ non esse subiectas, quia necessitas prædictarum actionum, oritur ex ipsa natura Dei, & non ex aliquo dictamine, vel volitione quæ possint habere rationem legis respectu talium actionum. Loquendo ergo de actionibus Dei transeuntibus ad extra: est sententia Scoti 4.d.44.q.1.§. respondeo, & Maior, d. 43.q.1. in principio, & aliorum, quod huiusmodi operationes subduntur legi æternæ, & sic communiter dici solet, quod Deus operatur aliqua ad extra secundum legem ordinariam, & alia secundum legem absolutam, quod non esset verum, si tales operationes legi non subderentur: *Not.* *Sent.* *Scot.*

Conclusio tamẽt sit. quod actiones Dei liberæ, & transeuntes ad extra, prout sunt ex parte Dei, & aliquid in Deo, nullatenus subduntur legi æternæ proprie loquendo. Pro cuius intelligentia notandum, quod prædictę actiones ex parte Dei, & vt sunt in manentes in Deo sunt ipse Deus, prout vero sunt transeuntes, & aliquid ex parte creaturarum sunt aliquid *Concluſ.* *Not.*

creatum.

creatum. Dicimus ergo, quod huiusmodi actiones, prout in Deo, legi non subduntur, bene tamen prout sunt transeuntes, & aliquid in creatura, hæc conclusio est expressa D. Thom. ad 1. vbi ait, quod voluntas Dei secundū se non subditur legi, sed quantum ad ipsa quę Deus vult circa creaturas. Ecce qualiter ponit subditas legi actiones Dei ex parte obiecti, & prout sunt aliquid in creatura, non autem formaliter, prout sunt in manentes in Deo. Cū D. Thom. tenent omnes eius Interpretes, etiam moderni, & Soto 1. de iust. q. 3. art. 4. con. 1. & Alensis, 3. p. q. 26. membro 8. art. 1. & Aug. l. b. 83. q. vbi ait, qui quærit causam voluntatis diuinæ, quærit maius voluntate diuina: vtique quia causa est maior suo effectu, si ergo maius voluntate Dei esse non potest, nec causa, & consequenter, nec lex, quia lex causa est eius, quod ei subditur, & Anſ. lib. 1. cur Deus homo. expresse id docet Nisenus, libr. 6. de fato, cap. vlt. & lib. 2. cap. 15. & cap. 17. Abulensis, Matth. 22. q. 113. & q. 220. Et probatur clare, quia voluntas Dei est prima ratio omnium, sed primæ rationis non est ratio, ergo nec lex, quia lex est ratio, vt sæpe diximus. Secundò probatur, quia quod lege gubernatur est in ordine ad aliquē finem extra se, sed Deus nō habet finem extra se, ergo nec lege gubernatur: nec valet dicere, quod distinctio rationis in Deo sufficiat ad assignandum finem, & id quod agitur propter finē, quia vt late ostendimus, tom. 1. q. 1. Nullatenus dici potest proprie loquendo, Deum agere propter finem extra se, imo nec ipse respectu sui, finis dici potest. dixi autem huiusmodi actiones, non esse subditas legi proprie loquendo, quia extenso vocabulo, aliquando dicitur Deus astrictus legi, vt suæ fidelitati, &c.

D. Thom. *Soto.* *Alenſis.* *D. Aug.* *D. Anſel.* *D. Greg.* *Niſ.* *Abulenſis.*

Ad 1. arg. à principio resp. Prædictos loqui extenso vocabulo legis, non autem proprie.

Ad 1. ar.

Ad 2. arg. resp. Similiter dici Deum teneri ad aliquid, quatenus oppositum Deo repugnat, & ei est impossibile non autem, quia proprie legi subdatur. Ad illud, quod Deus peccaret si mentiretur, supra diximus materia de peccatis, impossibile esse Deum peccare, cum legi non subdatur: quapropter, etiam si per impossibile mentiretur non peccaret, licet faceret contra suam veracitatem, vel vt ibi diximus vtrumque sequeretur, quod peccaret, quia faceret malum morale, & quod non peccaret, quia non faceret contra legem.

Ad 2. ar.

Ad 3. arg. resp. ex dictis. Quod actiones liberæ Dei ex parte obiecti, quatenus sunt transeuntes in creatura subduntur legi, quatenus vero sunt immanētes in Deo, quia sunt ipse Deus, legi non subduntur: quapropter D. Tho. 1. p. q. 21. citata non dixit rationem diuinæ sapientiæ esse legem respectu diuinæ voluntatis, sed vt legem, quia aliqualiter in proprie potest vocari lex, quatenus in Deo dicitur vnum esse rationem alterius (vt patet in atributis) licet non causa, quod requirebatur ad esse legem.

Ad 3. ar.

Art. V.

Vtrùm naturalia contingentia subijciantur legi æternæ?

PRIMA conclusiio creaturæ irrationales non subijciuntur legi hominis.

Hæc conclusio patet, quia quod subijcitur legi debet recipere à Legislatore aliquid intrinsecum, quo mobeatur in finem, secundum directionem ipsius Legislatoris, sed irrationalia nihil intrinsecum recipiunt ab homine, quo in finem moueantur, ergo non subduntur legi hominis, minor patet, quia nec recipiunt Imperium, quod ipsa percipere non possunt, nec inclinationem aliquam, solum enim à Deo talem habere possunt, ergo.

Secunda conclusio, vnus homo subijci potest legi alterius hominis. Hęc etiam patet, quia vnus homo potest ponere in alio per Imperium aliquid intrinsecum, nempe regulam operandi in finem, ergo potest lege sibi alterum subijcere.

Tertia conclusio, non solum necessaria, sed etiam contingentia, & casualia subijciuntur legi æternæ: Hæc etiam patet, quia etiam irrationalibus Deus imprimit aliquid intrinsecum nempe inclinationē ad agendum, etiam ea quæ contingentia sunt, ergo etiam irrationalia, & contingentia legi æternæ subijciuntur. Pro intelligentia tamen notandum, quod quando D. Thom. art. 4. dixit necessaria esse subiecta legi æternæ, non loquitur de necessarijs secundum essentiam, sic enim solum sunt posibilia, & prouidētiæ, aut legi, subiecta non sunt, quia prouidentia circa existentia versatur, quatenus vero Deus statuit illa producere, cum necessitate physica, vel morali iam interueniente existētia

1. Not.

legi æternæ,& prouidentiæ diuinæ subij ciuntur,vt sic necessario operentur.

2.Not. Secundò notandum,ea ratione naturalia contingentia dici legi æternæ subiecta, quatenus Deus irrationalia necessitat,vt vna alteram iubet,vel impediat, & sic oriuntur effectus casuales, & contingentes respectu quidem causarum proximarum,nam respectu Dei,& illius legis, & prouidentiæ,nihil est contingens,vt dicitur,1.p.q.22.& D. Thom. hic ad 3.

Art. VI.

Vtrùm omnes res humanæ subijciantur legi æternæ?

PRIMA conclusio.Creaturâ rationalis subditur legi æternæ, non solum per modum actionis,& passionis recipiendo à Deo aliquid intrinsecũ per modum principij motiui, sed etiam per modum cognitionis.Hanc conclusionẽ probat D.Thom.quia cum homo habeat,aliquid commune cum irrationalibus,& aliquid in quo ab eis distinguitur,consequẽter vtroque modo debet legi æternæ subijci,in quantum conuenit cum irrationalibus, subditur per intrinsece receptum, per modum motiui,& in quantum ab irrationalibus distinguitur debet subijci per cognitionem.

Secunda conclusio.Boni vtroque modo subduntur legi æternæ perfecte, hanc probat, quia in bonis cognitio est perfectior super adita Fide,& sapientia,& etiã principium intrinsecum motiuum, & inclinatio ad bonum virtutis est perfectior, per additionem gratiæ,& virtutum.

Tertia conclusio. Mali vtroque modo imperfecte subduntur legi æternæ, hanc probat,quia cognitio in malis obtenebratur per passiones,& habitus peccatorum, & similiter inclinatio ad virtutem deprabatur per habitum vitiosum.

Quarta conclusio. Mali quantum minus subdũtur legi æternæ in actione,quia non agunt conformiter ad legem æternam, tanto magis subduntur legi æternæ in passione, quatenus lex æterna magis ordinat de passione in malis puniendis.

1.Dub. Sed circa prædictam resolutionem,duplex parua potest esse dubitatio. Prima quidem de damnatis,qualiter legi æternæ subdantur,cum Iob 10.dicatur. Vbi nullus ordo,sed sempiternus horror in habitat, vbi autem ordo defficit,lex esse non potest,siquidem vt sæpe dictum est lex ordinem importat.

Arg. Conclusio tamen sit,quod etiam damnati legi æternæ subijciuntur. Hanc docet D.Thom.quem sequitur Alensis 3.p. q.26.membro 8.art.4.& Comentatores eius,etiam moderni Valentia,& Salas,& colligitur Matt. 13.Colligite primum zizania,& alligate eam in fasciculos ad cõburẽdum,in eo quod dicitur alligate,&c. Significatur esse ordinem in punitione, & consequenter legem per modum passionis,vt ait D.Thom. videatur super hunc locum.D.Greg.9,moral,cap.27.& cap. 39. qui optime loquitur ad propositum, & Aug.lib.1.de lib.arbi.cap.15.& lib. Gen.ad lit.cap.5.& lib. de cathechicandis rudibus,cap.18.& lib.19.de ciuit.capit.23,& in Enchiri,capit.110.& 4.confes.cap.9.& Boetius de cõsolatione,prosa 6. Hanc veritatem explicat Alensis exemplo,nam sicut aliquis se elongans ab vna parte magis apropinquat ad aliam,ita dum aliquis magis se elongat à lege, non faciendo cõformiter ad ipsam,magis apropinquat legi patiendo, iuxta ordinem illius. Aliter explicat D. Thom. ad 3. nam per idem,per quod mouetur aliquid ad finem conseruatur in illo,vt lapis per grauitatem,per quam tendit ad centrum conseruatur in centro,sed per legem æternam mouetur ad beatitudinem operando, iuxta legem,vel ad miseriam, & damnationem operando contra legem, ergo etiam in fine,aut beatitudinis,aut damnationis conseruatur,per æternam legem in patria ordinando gloriam, & in inferno punitionem. Maior huius argumenti debet intelligi de illo,per quod mouetur physice in finem, nam moraliter non semper est verum, nam per Fidem ambulamus ad patriam,2. Cor. 5: & tamen Fides non manet in patria,quia cum venerit,quod perfectum est euacuabitur,quod ex parte est, 1.Cor.13.

Ad arg.ex illo Iob,resp.quod in inferno non est ordo in operando,quia in ordinate contra rationem,& legem naturalem operantur,nec etiam ordo dignitatis Patris,vel Filij,Domini, aut serui, Sap. 17. vna catena tenebrarum omnes erant colligati,nec etiam est ordo naturalis rerum,quia ignis cremat,& non lucet:aqua infrigidat,& calorẽ non temperat,& multa alia in ordinate in eis reperiuntur,hæc tamen omnia per suplitium ab ordinatione legis æternæ proueniunt, quia vt inquit

Concluſ. *D. Thom.* *Valentia.* *Salas.* *Matt. 13.* *D.Greg.* *D.Aug.* *Boetius.* *Alenſis.* *D. Thom.* *2.Cor.5.* *1.Cor.13* *Ad arg.* *Iob 10.* *Sap.17.*

quit Greg. illo cap. 38. Mira iudicantis equitas ordinat, vt pœna animam quasi in ordinata confundat.

2. Dub. Secunda dubitatio est de Christo Domino: vtrum etiã legi æternæ subijciatur.

2. Concl. Prima conclusio, Christus Dominus in quantum Deus legi æternæ non subijcitur. Hanc docet D. Thom. supra art. 4. ad 2. Alensis, 3. p. q. 26. membro 8. art. 2. Et probatur, quia par in parem non habet potestatem, sed Christus in quantum Deus est equalis Patri, ergo non subditur legi æternæ illius, consequentia patet, quia vt quis subijciatur legi debet esse inferior ad Legislatorem, in quo requiritur potestas supra illum, qui legi subditur: minor vero probatur ex Athanasio in simbolo, equali Patri secundum diuinitatẽ. Conf. quia inter superiorem, & inferiorẽ debet esse distincta voluntas, altera præcipientis, & altera obedientis, sed Patris, & Filij est eadem voluntas numero, quia omnia sunt vnum, vbi non obeat relationis oppositio, ergo inter Patrem & Filium non est ratio superioris, & inferioris, vt vnus subdatur legi alterius. Si autem Concilium Sirmiense relatum ab Hilario, lib. de sinodis, §. consequens autem est, & Cirilus 10. Thesauri. Asserunt Filium Dei esse subiectum Patri, secundum diuinam naturam, solum intendunt, quod secundũ naturam diuinam facit quæcumque Patri placent, non autem quia proprie Patri subijciatur. Aut secundo dicitur cum D. Th. 1. p. q. 42. art. 4. ad 1. Dici Filium subiectũ Patri non propter inferioritatem, sed propter originem, ratione cuius, quandam dignitatem agnoscimus in Patre, non tamen faciens illum maiorem; vt enim inquit Hilarius, libr. de sinodes, §. si qui faciamus, cum subiectionem in Filio ponimus, non est diminutio deitatis, sed officium pietatis (vtique ad Patrem) peculiarem authoritatem illi assignantes sine præiudicio, tamen equalitatis Filij. Absolute tamen, & proprie loquendo, non est dicendus Filius Dei secundum diuinam naturam subiectus Patri, vt asserit Basi. 4. contra Eunomium, & D. Ambros. 4. de Fide, cap. 6. & Nisenus orat. sup. 1. Cor. 15. in illa verba, subiectus erit ei, qui subiecit ei omnia. Et Hieron. epist. ad Damasum, eodem modo debet explicari, quod habetur in eodem Concilium Filium Dei obsecutum Patri in creatione, vtique quia à Patre, vt à principio habet potestatem creandi, eandem tamen cum Patre.

Concilium Sirmiense. *D. Hilar.* *D. Basil.* *D. Ambr.* *D. Nisen.* *D. Hier.*

2. Concl. Secunda conclusio, Christus vt homo est subiectus legi æternæ, imo & temporali Dei. Hanc ponimus contra aliquos modernos asserentes Christum, etiam vt hominem esse incapacem præcepti, illam docet D. Thom. vbi supra, & 1. p. q. 42. art. 4. ad 1. & 3. p. q. 2. art. 1. & cum illo omnes eius veri discipuli, & Comentatores. Et probatur ex illo 1. Cor. Cum autẽ subiecta fuerint illi omnia (s. Patri), tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus, cum autem hæc subiectio non sit secundum naturam diuinam, vt diximus erit secundum humanam. Secundo probatur, quia omnis creatura subiecta est legi æternæ, vt diximus, & constat Sap. 13. Sed Christus, vt homo est creatura, ergo subditur, vt homo legi Dei: videatur Cirilus epist. 10. id expresse asserens. Tertio probatur, Christus vt homo est obediens Patri, sed non potest esse obedientia sine subiectione, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 2. ergo vere est subiectus Patri, & legi eius: maior est de Fide, ad Phil. 2. Factus obediens vsque ad mortem, ad Heb. Didicit ex his quæ passus est obedientiã. Conf. Matth. 5. non veni soluere legem, sed adimplere: in quo subiectum esse legi insinuat. Nec aliquid facit cõtra hanc cõclusionem, quod Christus peccare nõ possit, si autem legi esset subiectus peccare posset, si talem trãsgrederetur. Quia vt diximus materia de peccatis, vt Christus subdatur præcepto (saltem moriendi) non requiritur libertas contrarietatis ad peccandum, vel non peccandum, sed sufficit libertas contradictionis ad facere, vel nõ facere, id quod præcipitur, licet in sensu composito, oppositum eius quod præcipitur, facere non possit stante præcepto.

D. Thom. *1. Cor. 15.* *D. Thom.* *Sap. 13.* *Ad Phil. 2.* *Ad Hebr. 5.* *Mat. 5.*

Quæstio 94. De lege naturali.

Art. Primus.

Vtrùm lex naturalis sit habitus?

PRIMA conclusio, lex non est habitus proprie loquẽdo, & essentialiter.

Hæc probatur, quia habitus est quo quis operatur, lex autem naturalis potius est quid factum ab intellectu, ergo non est habitus.

Secunda

Secunda conclusio, lex naturalis potest dici habitus in proprie, quatenus præcepta legis naturalis vocantur lex naturalis, & illa prehabentur habitualiter in intellectu potente aprehendere illa per lumen rationis practicæ, vel per sinderesim.

De materia huius art. in quo consistat lex naturalis videātur, quæ supra diximus quæst. 91. art. 2.

Art. II.

Vtrùm lex naturalis cõtineat plura præcepta, vel vnum tantum?

PRIMA conclusio, præcepta legis naturalis sunt plura. Hãc probat, quia præcepta legis naturalis, sic se habent in operabilibus, sicut prima principia, in demonstrabilia in speculabilibus, sed ista sunt plura, ergo & illa.

Secunda conclusio, ad 1. Præcepta legis naturæ in quantum referuntur, ad vnum primum præceptum habent rationem vnius legis naturalis. Hanc probat in corp. quia vbi sunt plura propter vnũ, ibi est vnum tantum, omnia autem præcepta naturalia, ad vnum commune reducuntur, quatenus omnis lex respicit bonum cõmune, scilicet ad hoc præceptũ, bonũ est faciendum, malũ vero fugiendũ, sicut & omnia principia speculabilia, ad vnum communissimum reducũtur, scilicet quod libet est, vel non est, vel ad istud, impossibile est, de eodem simul affirmare, & negare, ergo poterit dici, quod præceptum legis naturalis sit tantum vnum.

De pluralitate, & ordine præceptorum legis naturæ agendum est in sequentibus articulis, & ideo non amplius in præsenti.

Art. III.

Vtrùm omnes actus virtutum sint de lege naturæ?

PRIMA conclusio omnes actus virtutum, quatenus sunt studiosi pertinent ad legem naturæ. Secunda conclusio actus virtutum considerati, prout in proprijs speciebus constituuntur, non omnes sunt de lege naturæ.

Dub.

Vtrùm doctrina huius articuli sit vera?

PROBATVR quod non primo. 1. Arg.
Quia opera supererogationis, & consilij, vt dare eleæmosinam non instante graui necessitate, vel abstinentia à vino, vel à carnibus, & alia huiusmodi, sunt opera virtutum, & tamen non sunt de lege naturæ, ergo falsum est dicere omnes actus virtutum esse de lege naturæ. Minor probatur, quia illa sunt de lege naturę, quæ præcipiuntur per legem naturæ, siquidem lex naturæ est lex præceptiua, si ergo prædicta non præcipiuntur lege naturæ, non erunt de lege naturæ.

Secundò arg. quia actus virtutum infusarum, vt Fidei, spei, & charitatis, &c. Vete sunt actus virtutum, & tamen non sunt de lege naturæ, ergo, &c. Minor patet, quia natura non inclinatur ad prædictos actus naturaliter, ergo non sunt de lege naturæ. 2. Arg.

Tertio arg. præcepta legis naturæ, vt diximus supra, sunt in practicis, sicut principia in speculabilibus, & quod in speculabilibus est habitus primorum principiorum: in practicis est lex naturalis, sed in speculabilibus ad habitum primorũ principiorum, solum pertinent principia, & non conclusiones, istæ enim ad scientiã pertinent, ergo similiter ad legem naturalem solum pertinebunt principia, vt bonum est faciendum, malum fugiẽdum, &c. Quæ autem ex his deducuntur, vt conclusiones non pertinebunt ad legem naturalem, sed ad positiuam diuinam, vel humanam. 3. Arg.
Conf. quia quæ pertinent ad legem humanam, vt ieiunium Quadrageſimæ, v. g. sunt actus virtutum, & tamen non sunt de lege naturæ, quia non stante præcepto humano non obligarent, ergo non omnis actus virtutis est de lege naturæ. Conſi.

Quarto arg. non omnis actus vicij est contra naturam, ergo nec omnis actus virtutis est de lege naturę, consequentia patet, quia contrariorum eadem est ratio, antecedens vero probatur, quia aliqui actus vitiosi specialiter dicuntur contra naturam, vt sodomia, & vestialitas, &c. 4. Arg.

Quinto arg. quicumque actus virtutis ex sua ratione specifica est studiosus, ergo male 5. Arg.

male distinguit D. Thom. quod quilibet actus virtutis est de lege naturæ in ratione studiosi, licet non in ratione specifica, antecedens patet, quia virtus ex sua specie bonum facit habentem, & aliàs non erit virtus, ergo ex sua specie habet studiositatem.

Not. Pro intelligentia huius dubij notandum, aliud esse, quod aliquid sit secundũ naturam, aliud vero, quod sit de lege naturæ; primum quidem importat conuenientiam, & congruitatem ad naturam, aut inclinationem naturæ: secundum vero importat præceptum esse à natura, non ergo dubitamus de primo, quia vt diximus supra q.71.art.2. sicut omne vitium est contra naturam, ita omnis actus virtutis est secundum naturam, naturaque ad omne bonum virtutis inclinatur, de quo Damasc.3.Fidei,cap.14.ad finem, Aug. lib.83.qq.q.30.Cicero 1.de legib.& D. Thom.hic ait in nobis esse naturalem inclinationem ad agendum, secundum virtutem, & ad id adiũbat ipsa virtus: dubitamus ergo de secundo, vtrum sit præceptum naturale omnium actuum virtutum.

Conclusio. D.Thom. Conclusio ergo sit, quod doctrina D. Thom. in art. verum habet, vt patebit ex solutionibus argumentorum, quibus explicabitur doctrina articuli.

Ad 1. ar. Solutio, Vazquez. reficitur. Ad 1. arg. respondet Vazquez, Diu. Thom. loqui de actibus virtutum cadentibus sub præcepto, non vero de cadentibus sub consilio, sed certe Vazquez non loquitur ad mentem D. Tho. ex eo enim probat D. Thom. omnem actum virtutis, esse de lege naturæ, quia natura inclinatur ad omnem actum virtutis, tanquam ad conuenientem, sibi ratione suæ formæ, sicut ignis inclinatur ad calefaciendum, tãquam ad actum conuenientem rationeſuę formæ, sed sic est, quod etiam actus consiliorum sunt conuenientes naturæ ratione formæ rationalis, ergo ex ratione D. Th. etiam inclinabitur ad prædictos actus, vt studiosos, & sic erunt de lege naturæ, restat ergo soluendum arg. Secundò impug

2. Impug. natur, quia secundum Vazquez esset petitio principij in D. Thom. quia esset ac si diceret esse præcepta à natura (hoc enim est de lege naturæ) quæ sunt præcepta à

2. Solutio. vera. natura, & non probaret nisi idem per idẽ. Secundo ergo melius resp. Cum Medina hic ad 1. quod opera super erogationis, & consilij sunt de lege naturæ, licet non sit præceptum naturale illorum, quatenus sunt dispositiones, & reducuntur ad opera præcepta lege naturæ, vt enim ex actius opera præcepta impleat recte disponitur, & facilis redditur per opera consilij, qui enim eleæmosinam tribuit, etiam non grabiter necessitatem patienti, ex cõsilio, melius & faciliùs tribuet illã ex præcepto, grabiter indigenti, & qui ex consilio virginitatem seruat, melius castitatem ad alienam non accedendo seruaret. Aut tertio resp. Omnes actus virtutum esse de lege naturæ, facta distributione pro generibus singulorum, non autem pro singulis generũ, ex omni enim virtute sunt actus de lege naturæ, licet non quilibet actus cuiuscumque virtutis sit de lege naturæ, actus ergo consilij pertinent ad virtutes obligantes de lege naturæ, secundum aliquos actus, licet ipsi actus consilij de lege naturæ non sint, nec sub præcepto cadãt, v.g. virginitas cadens sub consilio, non est virtus distincta à castitate, vt D. Th. docet 2,2.in sua materia, nec paupertas à liberalitate, & magnificentia, de his autẽ virtutibus, sicut & dequaliber alia, vt vrbanitate, eutrapelia, &c. Præcepta sunt naturalia, quantum ad actus necessarios habentes intrinsecam honestatem, & solum eximuntur à præcepto actus non necessarij harum virtutum, sed liberi: hoc dixerim contra aliquos modernos asserentes, cum Caiet.2.2.q.104.art.2. solum esse præceptum de præcipuis virtutibus, vt sunt Theologales, & Cardinales.

3. Solutio. *D. Thom.* *Contra Cai.*

Ad 2. ar. Ad 2. arg. resp. Primo actus virtutum infusarum non esse de quibus, hic loquitur D. Thom. sed actus virtutum naturalium, & acquisitarum. Secũdo. resp. etiam naturam inclinari ad prædictos actus in communi, quatenus ratio etiam naturalis dictat omnem actum virtutis esse faciẽdum, vnde manifestato per Fidem hos, vel illos actus esse virtutes, etiam natura secundum illud dictamen commune inclinat ad illos in communi. De hoc vide supra tom.2.vbi ostendimus qualiter omne peccatum, etiam oppositum virtutibus infusis contrarietur naturæ, ac per consequens qualiter virtus etiam infusa aliqualiter dici possit, secundum rationem communem, secundum naturam. Tertio resp.

Solutio. 2. Solutio. *3. Solutio.* Quod vt supra diximus lex naturalis diuiditur, in naturalem ordinis naturæ, & naturalem ordinis gratiæ, actus ergo virtutum acquisitarum sunt de lege naturali ordinis naturæ, actus vero virtutum infusarum, sunt de lege naturali ordinis gratiæ.

Ad 3. ar. Ad 3. arg. resp. Ad legem naturalem pertinere ea, quæ habent honestatem ex se intrinsecam, & necessariam, & ad illa

ratio

ratio naturalis inclinat, ad legem autem humanam pertinent ea, quæ honestatem habent, & rationem virtutis ex adinuentione humana, vnde D. Thom. asserens omne opus virtutis, in quantum studiosum est, esse de lege naturæ, loquitur formaliter, & solũ dicitur formaliter studiosum, quod est tale per se, non autem quod ab extrinseco, & inuctione humana: ex quo sequitur esse de lege naturæ, non solum principia prima practica, sed etiam conclusiones euidenter illatæ ex primis principijs, quæ vlterius sunt principia ad conclusiones, quæ sunt de lege humana. Pro cuius intelligentia notandum, quod principia moralia rationalis naturæ, alia sunt communissima, quæ tantum habeãt rationem principiorum, vt v. g. bonum est faciendum, malum fugiẽdum, alia vero sunt, quæ ex istis deducuntur per euidentem consequentiam, & habent rationem conclusionum respectu priorum, & hæc adhuc in duplici differentia, alia quæ licet sint conclusiones priorum, sunt tamen vniuersalia, quia proxima sunt illis vniuersalissimis, vt præcepta decalogi. Vt dicit D. Thom. q. 100. art. 3. & 4. & 8. Alia vero sunt conclusiones particulares, & de particularibus obiectis, & remotiores ab illis vniuersalissimis principijs, vt v. g. de posito est reddendum, vsura est mala, & vagus concubitus. Istæ ergo conclusiones per euidentem consequentiam deductæ, ex vniuersalissimis principijs, pertinent ad legem naturæ, quia licet sint conclusiones respectu primorum principiorum. Sunt tamen principia respectu eorũ, quæ per discursum probabilẽ deducuntur ad legem humanam. Et sic intelligitur D. Thom. art. 2. præcedenti, quando ait ad legem naturalem pertinere solum principia, non loquitur interse, quia sic alia sunt principia, & alia conclusiones, sed loquitur in ordine ad ea, quæ sunt de lege humana, respectu quorum, ea quæ sunt de lege naturæ sunt principia, etiam si alias sint conclusiones, etsi q. 91. art. 3. ait: quæ habent rationem conclusionum pertinere ad legem humanam, vel loquitur de his, quæ tantum sunt conclusiones, & deducuntur per discursum probabilem, vt dictum est, vel etiam loquitur permissiue, quia quæ sunt conclusiones, licet sint de lege naturæ, quia tamen nõ semper ita sunt nota nobis, sicut prima principia, licet sint nota secundum se, disponit de eis lex humana, vel diuina positiua, vt omnibus sine excusatione innotescant, tamquam vtilia ad bonum commune. Doctrina tradita est D. Thom. hic art. 4. & 5. & 6. seqq. & q. 95. art. 2. q. 100. art. 2. & 3. Et omniũ illius interpretũ, etiã modernorũ, imo est Arist. 5. ethi. cap. 7. vbi ait: iustum naturale esse, quod vbique vim habet, & nõ quia videtur, vel nõ videtur, vtiq; arbitrio hominuũ nõ enim distinguit inter principia, & cõclusiones, sed si iustũ est indepẽdẽter ab arbitrio humano, ad legẽ naturalẽ ait pertinere. Et Isido. 5. ethimo. c. 4. & refertur, capit. ius naturale, dist. 1. ait: ius naturale est commune omnium nationũ, quod vbique instinctu naturæ, nõ constitutione aliqua habetur, & Tullius ait, ius naturæ est, quod non opinio genuit. Et ratio est manifesta, quia illæ conclusiones euidenter illatæ habent honestatem perse, & independentem à constitutione humana, & ante illam quodcumque ex se bonum est præceptum, & ex se malũ est prohibitum, ergo pertinent huiusmodi ad legem naturalem, quia antecedenter ad humanam non per aliam, quam per naturalem talia præcipi, vel vetari possunt. Videatur Caiet. Conrado, Medina, super D. Thom. locis citatis, & Soto 1. de iust. q. 4. & lib. 3. q. 1. art. 3. Couarr. reg. peccatum, p. 1. §. 11. num. 4. Turrecremata, capit. ius gentium, d. 1. art. 1. num. 3. etsi cõtra arguas, quia aliqua ex prædictis euidenter illatis ex primis principijs dicuntur pertinere ad ius gentium, vt patet ex leg. 1. 2. & 3. & lege omnes, ff. de iust. & iure, & lege bona Fide, ff. depositi. Respondetur. Ius gentium stricte dictum esse ius positiuum, large autem aliquando sumitur à Iuristis, etiam pro iure naturæ, & sic loquuntur iura prædicta de iure gentium, pro iure naturæ, quod apud omnes gentes irradiat.

D. Thom.

Explicatur D. Thom.

D. Thom. *Aristot.* *D. Isidor.* *Caiet.* *Conrad.* *Medin.* *Soto.* *Couarr.* *Turrecr.* *Obiectio.* *Solutio.*

Ad conf. tertij arg. resp. Ea quæ lege humana præcipiuntur esse, etiam de lege naturæ radicaliter, licet proxime tantum sint de lege humana, quia tamen præcepta denominantur à regula proxima, & Legislatore immediato, ideo præcepta humana dicuntur de lege humana, & non de lege naturæ absolute loquendo, & solum possunt dici cum adito de lege naturæ, scilicet radicaliter, & remote. Secundo resp. Quod lex naturæ inclinat ad omnem actum virtutis, secundum rationem communem honesti, lex autem humana inclinat ad illos in particulari, secundum circunstantias, quasi extrinsecas determinando per discursum in particulari, quod lex naturalis dictabat in communi, vnde alia ratione

Ad conf. *2. Solutio.*

tione pertinent ad legem humanam, & alia ad naturalem, sed de hac solutione statim dicetur Clarius.

Ad 4.arg. Ad 4. arg. resp. Quod licet specialiter aliqua peccata dicantur contra naturam, vt sodomia, & bestialitas, tamen absolutè, omnia peccata sunt contra naturam, & omnes actus virtutum de lege naturæ, de quo Latius supra tom. 2. materia de peccatis.

Ad 5.arg. Ad 5. arg. resp. Ex dictis, quod quando D. Thom. ait actus virtutum esse de lege naturæ, secundum rationem studiosi-

1. Solutio. tatis. Non vero secundum speciem actuũ, nomine speciei, intelligit substantiam actus in esse naturæ, hæc enim indifferens est multoties (vt comestio carnium) vt sit bona, vel mala, quia alicui est bona, & alicui mala. Vnde secundum substantiam, quam vocat speciem actus, non omnis actus virtutis est de lege naturæ, studiosi-tas autem, quæ substantiæ actus coniungitur, tam specifica, quam generica, est de lege naturæ, nec quælibet studiositas, sed intrinseca, quia si ab extrinseco sit talis studiositas ex institutione humana, non est de lege naturæ, quod clare videtur docere D. Thom. dicens: sed si loquamur de actibus virtuosis, secundũ se ipsos (prout scilicet in proprijs speciebus considerantur) sic non omnes actus virtuosi sunt de lege naturæ, multa enim secundum virtutem fiunt, ad quæ natura non primo inclinat, sed per rationem, & inquisitionem ea

2. Solutio. homines, ad inuenerunt quasi vtilia ad vene viuendum, hæc Diu. Thom. Secundo explicatur Diu. Thom. asserere non omnem actum virtutis esse de lege naturæ, secundum speciem, sed tantum, secundum rationem communem studiositatis, quia licet ex omni virtute sint actus de lege naturæ, non tamen quilibet actus cuiusuis virtutis est de lege naturæ, quia multi, vt diximus sunt de lege humana, si autem iecundum speciem actus virtutum pertinerẽt ad legẽ naturæ, quilibet actus cuiusuis virtutis esset de lege naturæ, habet ergo species virtutis esse de lege naturæ permissiue, quia aliqui actus eius, sunt de lege naturæ non positiue, quia non omnes eius actus sunt de lege naturæ: positiue autem secundum rationem communem studiositatis sunt de lege naturæ, quia vt statim dicemus, nulla est studiositas, quæ aliqua

D. Thom. ratione de lege naturæ non sit, hæc colligitur ex D. Th. 2.2.q.104.art. 2. & Cai.

3. Solutio. ibi. Tertio resp. Omnem actum virtutis esse de lege naturæ in ratione studiosi, quia licet multi sint huiusmodi actus de lege humana, nullus tamen illorũ est, qui de lege naturę non habeat aliquid studiositatis, quia supposito ex D. Th. Nullum actum indifferentem dari in indiuiduo, vt quilibet actus sit bonus in indiuiduo, finẽ honestum debet habere, ex perscriptione legis naturæ, aut aliam peculiarem honestatem, vt quod sit propter vitandũ scandalum, vel propter vitam tuendam, vel ad salutem, &c. sic Cai. hic. Quarto amplius explicatur. D. Th. intendere, quod lex hu- *4. Solutio* mana determinat legem naturalem in virtutibus: quapropter dici potest actus illarum, secundum rationem communem esse de lege naturæ, & secundum particularẽ esse posse de lege humana, vt de lege naturæ in communi est punire latronẽ, sed lex positiua determinat qualiter, aliquando debeat suspendi, & de iure naturali diuino est solutio decimarum. De iure autem humano est forma, & modus soluendi decimas, quapropter in primo non potest esse mutatio, vel perscriptio, vene autem in secundo, & alia in hunc modum.

Art. IIII.

Vtrùm lex naturæ sit vna apud omnes?

PRIMA conclusio. Lex naturalis, quoad sua principia communissima est eadem apud omnes, & secundum rectitudinem, & secundum notitiam.

Secunda conclusio. Quoad principia particularia, quæ inferũtur ex illis cõmunibus regulariter, & vt in pluribus est eadem aput omnes, aliquando tamen potest defficere, & quoad rectitudinẽ, & quoad cognitionem.

Dub.

Vtrùm doctrina huius articuli sit vera?

PRO decisione dico primo, sumendo *1. Concl.* legem naturalem, pro collectione præceptorum naturalium, licet illa sint multa, lex tamen naturalis dicenda est vna, non tantum vna collectione, sed etiam ordine, quatenus omnia illa, vt diximus art. 2. Ordinantur ad vnum communissimum principium, bonum est faciendum, & ma-

& malum fugiendum, aut quatenus omnia illa ordinãtur ad bonum commune, quod intendunt. Pro cuius intelligentia notandum. Quod cum in homine sit multiplex inclinatio naturalis, similiter est, & multiplex præceptum, secundum talem inclinationem, primo enim inclinatur homo cõmuniter, cum omnibus entibus ad esse, & propriam conseruationem, & per hoc habet præceptum, eorũ quæ necessaria sunt ad propriam conseruationem. Secundo inclinatur cum animantibus, ad conseruationem propriæ speciei, per comixtionem maris, & fœminæ, & per hoc habet præceptum nubendi. Tertio inclinatur, secundum peculiarem rationem hominis, qui rationalis est ad honeste viuendum secundum rationem, ordinabiliter sibi, sotiabiliter proximo, & humiliter Deo, vt ait Di. Bern. & per hoc habet præcepta omnium virtutum, vt infra dicetur. Hæc ergo plura præcepta, quia ad vnum finem ordinantur, vna tantum dicuntur lex, sicut & lex vna Moysi dicitur. & lex Euangelica vna. vt communis est modus loquendi scripturæ propter vnitatem finis.

Di. Ber.

2. Concl. Secunda conclusio, sumendo legem naturalem prohabitu, & habilitate ad iudicãdum de pertinentibus ad legem naturæ, lex naturalis est vna, & physice, & moraliter, quia per vnum, & idem lumen rationis practicæ, vel per eandẽ sinderesim de omnibus potest iudicare, licet hoc lumen in quolibet homine sit diuersum ab alio, in vnoquoque tamen est vnum, & idem.

3. Concl. Tertia conclusio. Lex naturalis proprie sumta (vt supra diximus) pro dictamine rationis, & iudicio actuali. Est quidem multiplex entitatiue, & physice, quia non potest vnico iudicio de omnibus simul iudicare, moraliter tamen vna tãtum est lex, sicut diximus de præceptis, de quibus fit tale iudicium, sicut enim licet physice, & entitatiue, secundum opinionem aliquorum, tot sint habitus in Philosophia, vel Logica, quot sunt conclusiones, nihilominus propter eandem rationem formalem obiecti dicuntur vna scientia, ita licet iudicia legis naturalis sint diuersa, quia tamen ad vnum finem rectum humanæ vitæ ordinantur, dicenda est tantum vna lex moraliter loquendo.

4. Concl. Quarta conclusio. Lex naturalis quantum ad obligationem præceptorum eadem est apud omnes, nõ enim plus, vel impluribus obligat vnam, quam alteram nationem, gentem, vel populum, vel vnum amplius, vel impluribus obligat, quam alterum hominem, sed eadem, & omnium est obligatio in omnibus per se loquendo, & secluſa ignorantia inuincibili, hac enim interueniente, quis per accidens nõ tenetur. Hanc conclusionem, tenet Diu. Thom. hic, Isidor. 5 ethimo. cap. 4. & refertur cap. ius naturale, dist. 1. Augustin. 3. de doctrin. Christ. cap. 14. Cicero 3. de repu. Cuius pulcra verba sunt hæc: vera lex, recta ratio naturæ congruens diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando, à fraudẽ deterreat, huic legi, nec abrrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrrogari potest, nec vero, aut per Senatum, aut per populum solui hac lege possumus. Nec est quærendus explorator, aut interpres alius, nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia post hac, sed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & sempiterna, & immobilis continebit, vnusquisq; erit cõmunis quasi Magister, & Imperator omnium Deus ille huius legis inuentor, disceptator, lator. cui qui nõ parebit ipse se fugiet, ac naturã hominis aspernatus, hoc ipso luet maximas pœnas, etiam si cætera supplitia effugiat, hæc Cicero satis eleganter idem Aristot. 5. ethim. cap. 7. Notandum tamen, quod vt ait Diu. Thom. Hæc conclusio intelligenda est, de præceptis legis naturæ communibus, nam si loquamur de aliquibus particularibus, etiam si regulariter sint eadem aput omnes, & illorum obligatio, tamen aliquando non ita, vt præceptum reddendi depositum est particulare præceptum naturale, obligans omnes vt implurimum, aliquando tamen aliquem non obligat, vt si dominus petat depositum ad permitiem Reipublicæ, vel gladium ad occidendum proximum, in hoc enim inquit D. Thom. distinguntur conclusiones speculatiuæ à practicis, quod illæ infalibiter semper sunt eædem: Istæ vero, cum ex contingentibus dependeant, aliquando variantur, verum est, quod si aliquantulum vellimus subtilicare possumus dicere, etiam in prædicto casu obligationem reddendi depositum esse eandem in omibus, quia & lex naturalis dictat reddendum, sine dispendio boni communis, vel proximi, vnde si modo aliquis habet depositum cuius solutio, non vergat in damnum tertij, tenetur illud reddere, etsi alius habet, & solutio vergat in damnum, non tenetur illud reddere, & vtrumque ex lege naturæ, vnde equalis est obligatio, & quod vnus reddat non

D. Thom. D. Isido. D. Aug. Cicero. Arist.

Not. ex D. Thom.

intere

interueniente damno,& alter non reddat damno interposito, & eodem præcepto, quo vnus tenetur, tenetur, & alter eisdē circunstancijs interuenientibus; vnde nō est vnum teneri reddere depositum, & alterum non teneri: sed est vni offerri circunstantias ad non reddendum, & non offerri alteri, quādo enim alteri fuerint ablatæ, eodem præcepto tenetur, sicut enim bona gubernatio aliter præcipit pro tempore belli, & aliter pro tempore pacis: & medicina, aliter pro tempore sanitatis, & aliter pro tempore infirmitatis; ita lex naturalis, aliter præcipit his interuenientibus circunstancijs, & aliter non interuenientibus, & hoc equaliter pro omnibus, est enim mutatio rerum, & ocasionum, non autem mutatio, vel inequalitas præcepti legis naturę, obligādo vnū, & non alterū.

5. Concl. Quinta conclusio, lex naturalis quantum ad cognitionem præceptorum vniuersalium eadem est apud omnes, nullus enim ignorat bonum esse faciendum malum fugiendum, &c. quantum ad cognitionem tamen præceptorum, non ita vniuersalium, non est eadem apud omnes, multæ enim nationes, & multi fuere, qui præcepta de lege naturæ particularia ignorauerunt, alij vincibiliter, & alij inuincibiliter. Hæc conclusio est D. Th. hic, & interpretum eius, & Soto 1. de iust. q. 4. art. 2. Corduba, lib. 2. q. 4. Et prima pars de præceptis communibus patet, Rom. 2. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, & Psal. 4. Quis ostendet nobis bona? signatum est super nos vultus tui Domine: quod de lumine rationis, & lege naturæ omnes Catholici Doctores interpretantur, item Rom. 2. ipsi sibi sunt lex, &c. Testimonium reddente conscientia ipsorum, item qui sine lege (vtique scripta) peccauerunt sine lege (scripta) peribunt, vtique, quia contra legem naturalem, quam ignorare nō poterant peccauerunt: vt explicat Aug. 3. de doct. Christ. cap. 14. & de hoc loquitur Isidorus citatus, & Arist. 5. ethi. cap 7. Vbi ait iustum naturale esse, quod vbique vim habet eandem, & non quia videtur, vel non videtur ea; & inferius, quod natura constat immobile est, & vim habet eandē vbiq; sicut ignis hic, & apud persas vrit. Et cōclusio patet, quia vt ait D. Th. art. 6. lex naturalis, etiam per peccatū nō potest omnino aboleri, quod etiam docet Aug. 2. confes. capit. 4. Ergo ad minus manet cognitio præceptorum communium, aliàs omino maneret destructa, quia si cognitio præceptorum communium non manet, quid manet? Secunda vero pars conclusionis, quod quantum ad cognitionem non sit eadem apud omnes, quia multi ignorauerunt talia præcepta patet, quia vt ait D. Th. in hoc art. germani existimabant furtum iniquum non esse, vt refert Iulius Cesar, lib. de bello gallico, & aput Lacedemonios eduliorū furta nō reputātur mala. Et Theodoretus 9. Græc. affect. asserit per leges lycurgi licere pueros adamare. item viros ex alienis vxoribus, & mulieres ex alienis viris filios comparare. Et apud persas nō cognoscebatur, vt malū sorores, matres, aut filias, vxores, ducere, & apud Tibarenos statutū erat seniores ex rupibus præcipites dare, & Scithę cum mortuis, viuos amicos sepeliebāt. Et apud Platonem dialogo 5. de rep. vxores habentur communes, & filij determinatos parētes non habebant. Et Mat. 15. iudei existimabant bonum, filios patribus indigentibus alimenta denegare, vt in templo offerent. Et vt refert Aug. 3. de doctr. Christ. ca. 14. Multi hæretici fuerunt negantes esse aliquid ex natura bonum, vel malum, sed tantum esse standum consuetudini huius, vel illius Prouinciæ, vt hoc vel illud reputetur bonum, vel malum: cōtra quos Cicer. 1. de leg. post medium, & Arist. 5. ethi. cap. 7. Imo & inter sapientissimos Theologos, & Iuristas, quotidie vertitur in quæstionem: vtrum hoc, vel illud sit de iure naturæ, de quo nō esset quæstio si omnium, quæ de lege naturæ sunt esset apud omnes clara cognitio, videatur Soto, & Corduba vbi supra. Tertia pars conclusionis, quod hęc ignorantia, aliquando sit vincibilis patet, Rom. 1. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum ignorantia talium præceptorum naturaliū punitur, & quia Deo culpabilis demonstratur. Quarta autem pars, quod aliquādo sit, ignorantia inuincibilis demōstrauimus, supr. q. 76. ar. 2. dub. 5. Est autē talis ignorantia inuincibilis per hoc, quod ex sufficiēti causa ignoratur; vtrū tale obiectū sit bonū, vel malū, non autē quia ignoretur vtrū sit prohibitū, vel non, quia si cognoscat esse malū, etiā si ignoraret esse prohibitū, nō excusaretur à pecato, nec diceretur ignorātia inuincibilis excusās à peccato.

D. Thom. Soto. Cordub. 1. Pars prob. Rom. 2.

D. Aug.

Explicatur D. Isidor. Et Arist.

D. Aug.

Cicero. Arist.

Soto. Cordub.

2. Pars probatur.

Art. V.

Vtrum lex naturalis mutari possit?

PRIMA conclusio, lex naturalis mutari potest, per hoc quod ei adatur, aliquid quod antea nō erat in præcepto.

Secunda conclusio, lex naturalis mutari nõ potest, per hoc quod incipiat aliquid non esse legis naturalis, quod antea erat.

Pro intelligentia notandum, ex Vlpiano tit. 1. legem mutari multipliter intelligi posse. Primo per aditionem, & sic D. Th. hic, asserit legem naturæ mutabilem esse per super aditionem legis positiuæ, non quod præceptum super aditum sit naturale, nisi tantum remote, & radicaliter, vt supra diximus, sed quia congruenter ad legem naturæ super aditur lex humana. Hæc ergo aditio non est proprie legem naturæ mutari, ad hoc enim requireretur, quod aliquid, quod non erat de lege naturæ, inciperet esse de lege naturæ. Secundo modo posset intelligi legem naturę mutari per ablationem, vel totius legis, vel alicuius præcepti illius, ita vt quid antea erat præceptum modo per abrrogationem Legislatoris præceptum non sit, hoc ergo fieri non potest, nam ad hoc requireretur, quod aliquid, quod erat de lege naturæ desineret esse de lege naturæ, quod fieri non potest, quia quę sunt de lege naturæ sunt necessaria, & intrinsece conformia, vel diformia dictamini rationis, quæ autem intrinsece bona sunt, nũquam possunt non esse præcepta, & quæ intrinsece mala, numquam possunt non esse lege naturæ prohibita. Vnde hoc secundo modo, lex naturalis immutabilis est, & sic loquitur Isidorus, Cicero, & Lactantius supra citati, asserentes legem naturalem esse immutabilem. Tertio modo potest dici legem naturalem variari, per accidens ex circunstantia, quatenus non per abrrogationem, sed per hoc, quod res, præcepta incipiat ex aliqua circunstantia esse iniusta, cesset obligatio legis, v.g. in exẽplo de reddendo depositio supra assignato, cum ex tali reditione aliquod nocumentum sequitur, tunc enim est incompossibile præceptum reddendi depositum, cũ alio maiori præcepto de tuenda vita proximi, & quia præceptum, minus debet cedere maiori præcepto, ideo tunc cessat obligatio reddendi depositum, qua ratione, etiam in lege naturali potest esse epicheya, & iudicium quod hic, & nunc aliquod præceptum naturale nõ obliget, hoc etiam non est mutari legem naturæ, sed mutari materiam de bona in malã, vt prohibeatur, vel de mala in bonã, vt præcipiatur, præceptũ autẽ invariabile est, circa bonum, sicut & prohibitio circa malũ. Quarto modo posset intelligi legem naturalem mutari, & non obligari per dispensationẽ, & priuilegium Legislatoris. Hoc etiam modo lex naturalis mutari nõ potest, quia vt infra dicetur in lege naturæ, & præceptis decalogi, dispensatio esse non potest. Quinto dici posset legem naturalem mutari per aprehensionem subditorum, cum enim cognitio legis necessaria sit ad imputationem peccati, & aliqui possint scire, & aliqui ignorare legem naturalem, quantũ ad aliqua præcepta, vt diximus, tunc variabitur obligatio seu imputatio, siquidem alijs imputabitur alijs vero non, de quo supra q.76.art.2.dub.5. Patet ergo ex dictis qualiter absolutè, & simpliciter, & proprie loquendo lex naturalis sit immutabilis, & sic loquitur Aug. 2.confes.cap.4. dicens: lex tua scripta est in cordibus hominũ, quã neq; ipsa quidẽ delebit iniquitas.

Not. Vlpian.

Dub.1.

Circa doctrinam huius articuli, Salas hic, disp.5.sect.7.disputat, vtrum lex naturæ, humana lege, vel consuetudine mutari possit. Tamen ex doctrina tradita resolutio est manifesta, & conclusio negatiua vera. Quam docet D.Th.hic.art.4.5. & 6, & q.100.art.8. & 22.q.57.art.2.ad 1. & q.66.art.2.ad 1. & in 4.d.36. & Alẽsis, 3.p.q.27.membro 4.art.5.§.5. Soto 1.de iust.q.4.art.5.lib.2.q.1.art.8.lib.4. q.3.art.1. Cai. Conrado, Medina hic, & omnes moderni, Comentatores D. Tho. Nauarro cap.ita quorũdam de iudæ, not. 11.num.7. Couarr.4.decretal.p.2.capit. 6.§.9.num.2, & capit. quamuis pactum, de pactis, p.2.§.4.num.11. & reg. peccatum, p.2.§.11.à nu.2.vsque ad 8. Et quæ in contrarium huius conclusionis adduci poterant, non sunt præsentis loci. Nam si obijcias, quod de lege naturæ est communitas rerum, & libertas hominum, & tamẽ per ius positiuum à propriatæ sunt res, & multi in seruitutem rediguntur, agere de hoc pertinet ad 2.2.q.62.tractatu de dominio, ibi videatur Aragon, fol. 137. & Doctores locis modo allegatis, qualiter prædicta sunt de iure naturæ tantum negatiue. Potuit autem ius positiuum positiue determinare, quod ius naturæ nõ determinatum reliquerat, etsi quid positiue de hoc disposuit ius naturę, fuit vt apropriatio, vel seruitus sine cõsensu, & aprobatione communi, non fieret vnusquisque pro sua voluntate, rem sibi aproprians, vel alterũ sibi subijciens in seruũ, vnde qui sic faceret contra ius naturę peccaret: Nõ autẽ sequendo dispositionẽ iuris positiui, quã ius naturæ voluit obseruari, dũ nihil positiue de hoc reliquit determinatum. Posset etiam afferri, quod homicidium est contra

Dubij resolutio ex D. Thom. Alense. Soto. Caiet. Conrado. Medin. Nauarro. Couarr.

Obiectio soluitur.

Aragon.

Alia obiectio soluitur.

ius

ius naturæ, & tamen immutatur per iuspositiuum disponens fures suspendi. Sed hoc etiam pertinet ad 22. materia de homicidio, vbi dicitur ius naturæ tantum præcipere non occidere authoritate priuata, imo & hoc non vetat, si fiat impropriam defensionem, & propria defensio vniuscuiusque est, potestate publica fures suspendi, afferri etiam posset, quod furtum iure naturæ est prohibitum, & tamen sunt leges positiuæ ordinantes perscriptionem rerum alienarum. Hoc etiam pertinet ad 22. materia de restitutione, vbi dicitur rē à Domino multo tempore relictam, & illo non reclamante reddire ad statum naturæ, in quo res erant communes, & sic posse apropriari huic, vel illi, & hoc præcipue propter bonum commune, ne res per inhediam maneant incultæ, & in pænam ocij dominorum, potest hæc suorum bonorum fieri priuatio. Item afferri posset, quod reddere depositū est de iure naturę, & tamen leges humanæ aliter disponunt, sed de hoc iam diximus mutari ex circunstantia materiam, & non mutari obligationem, & ius naturæ. Item quod de iure naturæ sufficit consensus ad matrimonium, & iure positiuo mutatur, requirens testes, & præsentiam parrochi, sed ad hoc iam patet ex D. Th. ius positiuum posse addere, sed non adimere. Ponitur ergo, quod ius naturæ expoſcit nempe consensus, & insuper additur vltra illa predicta. Similiter dicitur de testibus, quod ex iure naturæ non requiruntur plusquam duo, vel tres, sed ex iure positiuo possunt requiri, in testamentis, etiam vsque ad septem. Hoc enim est amplius requirere, & non adimere ex iure naturæ. Item aferri posset primum gradum consanguinitatis esse prohibitum iure naturæ, & tamē posse ob necessitatem propagationis aliter fieri. Sed illo casu, etiam ipsum ius naturæ illud admitteret propter conseruationē boni vniuersi, afferri etiam posset, quod impletio voti, & iuramenti, est de iure naturæ, & tamen per ius positiuum, multoties aliter disponitur, sed hoc etiā pertinet ad 22. materia de voto, vbi dicitur per dispensationem in voto, non fieri mutationem in iure naturali, sed esse mutationem in materia, vel in ipso vouēte per subiectionem, & obedientiam ad Superiorem dispensantem, videantur omnia hæc suis in locis.

Alia obiectio soluitur.

Alia obiectio soluitur.

Alia multæ obiectiones soluuntur.

Dub. II.

Vtrùm Deus de potentia sua absoluta possit legi naturæ derogare, & in præceptis eius, maxime decalogi dispensare possit?

IN hac re est prima sententia asserens Deum in omni præcepto legis naturæ dispensare posse. Taliterque posse derogare legi naturæ, vt quæ modo sunt licita fiant illicita, & quæ modo sunt illicita fiant licita. Hanc tenet Ocam 2. quæst. 19. ad 3. 4. & 5. dub. & Petrus de Aliaco, 1. quæst. 14. art. 3. Corduba 3. lib. quæst. 10. & Almain 3. mora. cap. 15. & 16. In tantum hoc reputant verum, vt etiam exist timēt probabile posse Deum dispensare, vt quis agat contra propriam conscientiam, idem tenet Gerson, alphab. 61. litera E. *1. Sent.* *Ocam.* *Aliaco.* *Corduba.* *Almain.* *Gerson.*

Secunda sententia, asserit Deum non posse dispensare in duobus præceptis primis decalogi, nec in tertio, vt præcipit cultum Dei dubitanter tamē loquūtur, prout tamen continet obseruantiam Sabati, asserunt dispensabile esse, & in hoc vene dicunt, quia sic est præceptum positiuum, in alijs vero præceptis decalogi absolute asserunt Deum dispensare posse, quod alijs verbis solet dici Deum non posse dispensare in præceptis primæ tabullæ, quæ pertinent ad Deum, vene tamen, secundæ tabullæ, quæ pertinent ad proximum. Hanc tenet Scotus 3. d. 17. quæst. vnic. §. hic dicitur Gab. quæst. 1. art. 2. con. 1. Marsilius, & Almain eadem dist. D. Bon. 1. d. 47. quæst. vlt. Egidius, quæst. 3. & illam videtur tenere D. Bern. lib. de præcept. & dispen. non longe à principio. Præcipuum fundamentum est, quia hæc non existimant in rigore esse de iure naturæ, & quia circa hæc Deus est liber, & posset illa non prohibere, vel præcipere. *2. Sent.* *Scotus.* *Gabriel.* *Marsil.* *D. Bon.* *Egidius.* *D. Bern.*

Tertia sententia, distinguit inter præcepta affirmatiua, & negatiua, & ait Deū posse dispensare in præceptis affirmatiuis, vel negando auxilium ad operandum, vel præcipiendo contrarium in negatiuis autem dispensare non posse. Hanc tenet Durād. 1. d. 47. q. 4. ar. 3. Mai. 3. d. 37. q. 10. Superadit autem maior in quinto præcepto, licet negatiuo dispensare posse, & alij aliter distingunt, vt asserant alia de iure naturæ esse dispensabilia, etiam ab homine, vt votum, & iuramentum, &c. Alia vero omnino sint in dispensabilia. *3. Sent.* *Durand.* *Maior.*

Pro intelligentia tamen notandum. *1. Not.*

Aliud esse abrrogare legem, aliud vero dispensare in lege, abrrogare, est legem auferre, dispensare vero est stante, & permanente lege ex voluntate Legislatoris lege non astringi. Rursus dispensare stat dupliciter, & proprie, & improprie, proprie dispensare, est quod stante lege, & materia prohibita legis, nulla etiam circunstantia ex parte materiæ mutata solum ex voluntate Legislatoris, quis lege non sit astrictus, quia non vult ipsum legem obligare. Dispensare autem improprie, est facere quod lege stante, quis non obligetur ex mutatione materiæ, vel circunstantiarum, faciendo quod id quod materia erat legis, iam vel secundum substãtiam, vel secundum circunstantiam non sit materia, quam lex prohibebat, v. g. stante lege furtum prohibente, potest fieri, vt accipere hoc palium alienũm non sit furtum, vt si mihi palium donetur, iam illud accipere non est furtum sicut prius, quia materia est mutata de aliena in propriam, & quod erat materia furti, iam non est materia furti.

2. Not. Secundo notandum, esse aliqua ita mutabilia, vt possint exire à materia prohibita, & ad aliam transire, vt in exemplo posito furti, alia vero esse omnino immutabilia, nec ad aliam materiam transire posse, quia secum necessario inuoluunt rationem prohibendi, vnde implicat esse dispensata, quia implicat non esse prohibita, & à ratione prohibitionis separari, & de omnibus est dicendum hic.

1. Concl. Prima conclusio, absolute dicendum est, Deum nec posse derogare legem naturalem, nec posse in illa proprie dispensare. Hæc est Diu. Thom. quæst. 100. artic. 8. & ibi Caiet. Conrado, Medina, & moderni, qui ipsum commentantur, & Soto 2. de iustit. quæst. 3. artic. 8. Victor. relect. de homici. num. 12. Ricardus 3. dist. 37. artic. 1. quæst. 5. Palacios disp. 1. §. iam vero, Albertus sum. theo. part. 2. tractat. 20. quæst. 80. artic. 2. Herbeus 1. d. 47. quæst. 3. artic. 3. Corduba, lib. 3. q. 10. Abulensis, Exo. 20. quæst. 35. Et ratio est manifesta, quoad primam partem de derogatione, quia vt supra diximus, lex prohibens intrinsece mala, est necessaria in Deo ex suppositione, ergo abrrogari non potest. De dispensatione, etiam proprie dicta probatur, quia lex naturalis præcipiens est de intrinsece bonis, & prohibens est de intrinsece malis. Sed impossibile est stante lege prohibente, quod intrinsece mala, etiam respectu illius non sint mala, & quod intrinsece bona, non sint bona, ergo impossibilis est dispensatio: patet consequentia, quia in hoc consistit dispensatio, quod ex voluntate Legislatoris, etiam stante lege respectu huius non sit malum, quod aliàs erat malum, nec prohibitio illum cõprehendat. Conf. nam aliàs in Deo esset idem iudicium verum, & falsum, quod implicat, sequela probatur, nã facta dispensatione, habet Deus hoc iudicium, non est isti malum facere hoc, nec peccatum, hoc est verum (vtique quia operatur ex dispensatione) similiter est falsum. quia cum hoc sit intrinsece alium, etiam facta dispensatione est malum, & sic simul idem iudicium est verum, & falsum, vide quæ diximus artic. 4. præcedenti, & plura de necessitate legis naturalis, quæst. 71. art. 6. dub. 2. vbi hoc late ostendimus.

D. Thom. Caiet. Conrado. Medina. Soto. Victoria. Ricard. Palac. Albert. Cordub. Abulen.

Secunda conclusio, loquendo improprie de dispensatione, Deus potest dispensare in aliquibus præceptis legis naturæ, vtique mutando materiam, & faciendo, quod id, quod cadebat sub materia prohibita, modo iam non contineatur. Sit primum exemplum, nam præceptum naturale est non occidendi innocentem, & nihilominus, Genesi. 22. Iussit Deus Habraæ immolare Filium suum non solum, vt vult Abulensis illo loco in pœnam peccati originalis, quod & insinuat Diu. Thom. hic ad 2. Qua ratione iam non erat mors innocentis, sed adhuc innocentem voluit occidi ex voluntate Domini vitæ, & mortis, potuit enim Deus, vt Dominus vitæ præcipere occisionem innocentis: nec hoc fuit dispensare in lege naturæ prohibente innocentem occidi à non habente Dominium vitæ illius, vel non habente iussum, vel facultatem à Domino illius, sic Diu. Thom. 2 2. quæst. 64. artic. 6. Et eodem modo iustificatur propria occisio Sansonis, vt patet ex Augustin. 1. de ciuitat. capit. 21. & colligitur Iudicum 16. vbi Sanson ad tale opus auxilium Domini imploravit, & ob hoc ad Hebre. 11. inter Sanctos enumeratur. Secundum exemplum sit, ex Exod. 11. & 12. Vbi ex mandato Domini Israelitæ multa petierunt vasa aurea, & argentea ab Egipcijs, illaque ipsis inuitis secum tullerunt, licet enim hæc ablatio bonorum ab Egipcijs honestari posset, quia illa bona erant illis debita in pretium suorum laborum, vt colligitur, Sap. 10. versu 16. Reddidit iustis mercedẽ laborũ suorum, & versu 19. ideo iusti tullerunt spolia

2. Concl.

1. Exemplum. Gen. 22.

D. Thom.

D. Thom. 2. Exemplum. Exod. 11. & 12. Sap. 10. D. Thom.

spolia impiorum. Melius tamen inquit D. Thom. art. 5. ad 2. & quæst. 100. art. 8. ad 3. & 2. 2. quæst. 66. art. 5. ad 1. est dicere, Deum vt Dominum omnium bonorum aplicasse Hæbreis illa bona: quapropter iam non erat furtum, quia non erat ablatio rei alienæ, per mutationem ergo materiæ alienæ, in propriam, dicitur Deum improprie dispensasse in præcepto furti, non autem proprie loquendo de dispensatione, quia vt dictum est illud non erat furtum, quia non erat ablatio rei alienæ.

3. Exemp. Oseæ 1. Tertium exemplum sumitur, Oseæ 1. versu 2. Sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum. Aliqui enim respondent, Deum in quantum Dominum omnium posse tradere vxorem alienam etiam alteri vxoratam, vt ea quis vtatur sine matrimonio, & hoc non esse proprie dispensationem præcepti non fornicandi, quia illa licet appareat secundum cursum communem fornicatio, non tamen est talis, cum ex traditione Domini vniuersalis vtatur, vt re propria, & sic mutatur materia ex fornicaria, in non fornicariam. Sic Soto 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2. §. hoc autem, & videtur fauere Diu. Thom. 2. 2. quæst. 154. artic. 2. ad 2. Sed quia ex hoc videtur sequi poligamiam honestari posse, & accessum vnius vxoris ad plures viros quod aliqui, vt respondeãt: tenent poligamiam non esse contra ius naturæ, maxime si inconuenientia, quæ sequi possunt, ex illa à Deo præseruentur præcipue in particulari casu. Ideo melius respondetur cum Diu. Thom. hic ad 2. in casu posito, in præcepto fornicationis non dispensasse, sed effecisse mulierem alienam esse propriam, per verum matrimonium, quod etiam docet Hieronym. & Theodoretus, & alij ibi, & Ireneus libr. 4. capit. 37. & August. 2. 2. contra Faustum, capit. 80. vsque 89. Dicitur autem vxor fornicationum, non quia accessus Oseæ fuerit fornicarius, sed quia illa aliàs antea erat fornicaria, & meretrix, & similiter filij nati ex Osea dicuntur fornicationum, quia ad exemplum matris ante matrimonium cum Osea, fornicarij futuri erant: quapropter Augustin. loco citato legit, accipe tibi vxorem fornicariam & fac tibi filios de fornicaria, quapropter ista translatio August. est optima explicatio vulgatæ. Alia multa adduci possent, in quibus videtur Deũ dispensasse in iure naturæ, sed prædicto modo sunt explicanda, quod factum sit per mutationem materiæ, vtendo Dominus suo vniuersali dominio transferendo materiam de vno in alterum, non autem hoc fecisse dispensando in lege, vt Legislator stante lege, & immutata materia, quod requirebatur ad propriam dispensationem, vt dictum est. Alia etiam prohibita de iure naturæ, in quibus videtur Deum dispensasse, habent facilem solutionem, quod sint permissiones, & non dispensationes, vt multoties est videre de vsuris, & de dissolutione matrimonij, & alia huiusmodi.

Soto. D. Thom. Dubium. Resoluitur ex D. Th.

D. Hier. Theodor. Ireneus. D. Aug.

Tertia conclusio. Non in omnibusque 3. *Concl.* sunt de iure naturæ potest Deus dispensare, etiam improprie, multa enim sunt quorum materia extrahi non potest à prohibitione, ita enim intrinsece illam includũt, vt nequaquã separari possint, sed necessario sunt intra materiam prohibitionis, verb. grat. nullatenus etiam de potentia absoluta licitum esse, potest facere contra rationẽ, aut contra conscientiã, etiã errantem, si quidem nullo modo potest esse licitum ferri, in id quod iudicatur turpe: similiter Deus præcipere non potest, vt suis legibus, aut etiam humanis iustis non obtemperetur eis, non obediendo; similiter præcipere, aut consulere peccatum non potest, nec etiam mendatium, quia sicut primum intrinsece opponitur eius bonitati, ita & secundum eius veritati, vt late ostendit Augustin. libro de mendatio, capit. 3. Similiter, nec facultatem Deus potest dare odio habendi ipsum, vel dictis eius non credendi, aut ipsum blasfemandi, aut adducendi illum in testem falsi, vel collendi falsum Deum, vel non dolendi de offensis contra ipsum, sed potius gaudendum, quia etiam si per impossibile Deus cederet iuri suo, nihilominus adhuc manebat hoc esse iniuriam contra ipsum, sicut quantumcumque pater cedat iuri suo pietatis, quod habet in filium, non manet filius liber ab obligatione honorandi patrem: similiter nec potest licentiam dare iudicandi temerarie contra proximum, nec vt quis ex libidine accedat, etiam ad propriam vxorem; similiter nec vt aliquis simoniam possit facere emendo, aut vendendo rem sacram, licet probabiliter dici possit, aliquem posse conferre temporalia, si in extremâ necessitate ab alio baptizari non possit, nisi aliquid temporale, reddendo, tunc enim non emit: sed vexationẽ redimit, quod non est simonia, sed de istis omnibus in proprijs materijs videãtur auctores, & per distinctionẽ notabilium,

& conclusionum: faciliter patet ad argumenta contrariorum, nihil enim amplius probant, quam prædicta, videatur supra tom. 2. q. 71. art. 6. dub. 2. Vtrum autem in lege naturæ possit esse interpretatio, videatur pars affirmatiua contra Vazquez, in D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 120. art. 1. & interim Salas hic, disp. 5. sect. 9. & 10.

D. Thom. contra Vazquez.

Art. VI.

Vtrùm lex naturalis possit à corde hominis à voleri?

PRIMA conclusio. Lex naturalis, quoad sua prima principia vniuersalissima, nullo modo possunt à corde hominis deleri.

Secunda conclusio. Quoad particularia vero, & secundaria præcepta, potest lex naturalis à cordibus hominum deleri.

Pro intelligentia huius notandũ, quod loquendo de cognitione speculatiua, habet verum præcepta vniuersalissima, non posse à corde hominum deleri, vene autem quoad præcepta secundaria. Nam si loquamur de cognitione practica, etiam circa præcepta vniuersalissima potest esse ignorantia ex passione, sed qualiter circa præcepta naturalia possit esse ignorantia inuincibilis, etiam speculatiua, videatur supra tom. 2. q. 76. art. 2. dub. 5. Vbi nos de hoc fusius egimus.

Quæstio 95. De lege humana?

Art. I.

Vtrùm fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus?

CONCLVSIO est affirmatiua, & certa secundum Fidem, de qua Medina satis erudite, & alij Comentatores, Diu. Thom. hic, & nos supra quæst. 90. præcipue artic. 3.

Art. II.

Vtrùm omnis lex humanitus posita à lege naturali deriuetur?

Conclusio est affirmatiua.

Dub. I.

Vtrùm lex humana aliquid possit præcipere, quod lege naturali, aut diuina præceptum non fuerit?

IN hac re, Gerson 3. p. tract. de vita spirituali, sect. 4. alphab. 62. litera G. Tenet partem negatiuam, videlicet legem humanam non obligare, nisi ad id, quod præcipit, aliàs lex diuina, vel naturalis. Illum sequitur ex parte Almain, tract. de potestate Ecclesiastica, asserens legem humanam, non interueniente diuina, non obligare ad mortale, sed vt plurimum ad veniale, imo nec legem naturalem esse efficacem, nisi robur accipiat à diuina: quapropter Legislatores (inquit) leges condendo tantum habent legem diuinam explicare, & in hoc multum laborat conando per singulas leges humanas discurrens ad diuinam reducere, de excommunicatione autem lata pro rebus temporalibus, omnino asserit non obligare.

Sent. Gerson. Almain.

Hæc sententia probatur primo, Quia nõ potest aliquis obligare in foro, in quo non potest iudicare, vt patet ex leg. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. & habetur in cap. de constit. in 6. Sed in foro conscientiæ non potest homo iudicare, quia id solum Deo reseruatur, ergo nec in tali foro poterit obligare, ex se ipso secluſa obligatione legis diuinæ, vel naturalis in cuius virtute præcipiat.

1. Arg.

Secundo arg. Non potest aliquis obligare ad pœnã, quã nõ potest infligere, sed homo nõ potest infligere pœnas inferni, quas per mortale quis meretur, ergo nec poterit obligare ad talem pœnam, obligãdo ex se ad mortale, maior patet, l. fin. ff. de officio eius, cui mãdata est iurisdictio: quia vis coercina, & inflictio pœnæ, requiritur ad obligationem legis, qualiter enim legem faciet obseruari Legislator, qui pœnã non potest infligere, ex eo enim iudex secularis sub pœna excommunicationis, non potest præcipere, quia pœnam excommunicationis non potest ferre.

2. Arg.

Tertio arg. Non potest aliquis ligare in foro

3. Arg.

in foro, in quo non potest absoluere, sed homo non potest extra Sacramentum cõfessionis soluere à culpa, ergo nec ligare ad illam, maior patet ex cap. quod autem, de pœnit. & remiss.

4. Arg. Quarto arg. Peccatum, vt patet ex sua diffinitione est contra legem æternam, ergo non interueniente lege æterna, sed solum humana, non erit peccatum ex sola lege humana, antecedens patet, ex August. 22. contra Faustum, cap. 27.

5. Arg. Quinto arg. Matth. 19. Solum iubetur seruari diuina mandata ad ingressum vitæ æternæ, ergo mandata precisse hominum non obligant ad mortale. Patet consequẽtia, quia cum mortali, non potest ingredi in vitam æternam, si ergo potest ingredi sine mandatis hominum, illa ex se, non obligant ad mortale.

6. Arg. Sexto arg. Nam obligare ad mortale est aliquid spirituale, sed potestas ciuilis, nõ est spiritualis, quia in hoc distinguitur à potestate Ecclesiastica, quod ista est spiritualis, & ad finem spiritualem, illa vero est temporalis, & ad finem temporalem, ergo ad minus potestas ciuilis, vt intendit Almain. ad mortale non obligat.

7. Arg. Septimo arg. Summus Pontifex non potest diffinire aliquid de Fide, nisi id contineatur in principijs, à Deo reuelatis in sacra scriptura, vel traditionibus Apostolicis, vt docent communiter Theologi in materia de Fide, ergo nec etiam poterit præcipere, quod sub lege diuina, aut naturali non contineatur, consequentia patet à paritate rationis.

8. Arg. Octauo arg. Prælati etiam supremi Religionum, non possunt præcipere aliquid de nouo, quod in regula, vel constitutionibus non contineatur, ergo nec aliquis homo poterit præcipere aliquid, quod in lege diuina, vel naturali non continetur, consequentia videtur clara, quia sic se habet lex diuina, vel naturalis vniuersaliter sumpta ad leges humanas, sicut regula Religionis, ad leges particulares superadditas à Prælatis Religionis. Antecedens vero est D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. & quodlibeto 10. art. 10.

9. Arg. Nono arg. Quia D. Th. hic docet legem humanã deriuari à lege naturali per modum conclusionis, aut cuiusdam determinationis, sed non potest sic deriuari à lege naturali, nisi in illa cõtineatur, vt quid particulare in vniuersali, ergo quod præcipit lex humana, non est aliquid distinctũ, quod lege naturali, non sit præceptũ.

Not. Pro intelligentia notandum, quod hic aliud supponitur, & aliud quæritur, supponitur enim esse potestatem humanam ferendi leges, tam ciuiles, quam Ecclesiasticas, quod cõtra Hereticos disputauimus, supra q. 90. art. 3. Modo autem disputamus, vtrum leges humanæ rite, & secundum iurisdictionem latæ, contineant aliã obligationem distinctam, ab obligatione legis naturalis, vel diuinæ, licet à diuina, vel naturali deriuentur, vt dicemus dub. sequenti: an vero potius sint leges humanæ declarationes obligationis legis diuinæ, vel naturalis, quam nouæ obligationes? Pro clara ergo intelligentia sit,

1. Concl. Prima conclusio, de Fide tenendum est Ecclesiam habere potestatem condendi leges obligantes sub mortali. Hãc conclusionem tenent omnes Theologi, & Iuristæ citati, supra q. 90. art. 3. 2. p. tract. dub. 1. Fitque manifesta omnibus locis sacræ Scripturæ, ibi adductis probantibus Ecclesiam, non solum habere potestatem ferendi leges, sed etiam subditos obligari ad obseruantiam illarum, ex communi explicatione Sanctorum, ibi videantur, ne eadem repetamus, item patet ex communi consensu omnium sic existimãtium, quod ieiunia obligent in conscientia, & transgressionem teneatur quis cõfiteri, de quo præcepto, videatur D. Hieron. epistol. ad Marcellam de erroribus Montani, Conc. Tolet. 8. can. 9. Gratianus dist. 4. & consecrat. dist. 3. Epipha. hæresi 75. Leo ser. mon. 2. de ieiunio, Concil. Grangense, cap. 29. Aug. serm. 62. de temp. Ambros. ser. 25. Chris. hom. 2. in gen. Basil. orat. 2. de ieiunio, Ignatius epist. ad Smirnenses, Bern. lib. de præcepto, & dispen. similiter est præceptum de festis seruandis, tit. de ferijs. similiter præceptum de matrimonio, in tali gradu obligat sub mortali, cap. non debet de cõsaguinit. & alia huiusmodi, de quibus necessum est ad bonam gubernationem Ecclesiam disponere, cum obligatione in conscientia. Secundo probatur, nam in lege veteri obediendum erat in foro conscientiæ, Scribis, & Phariseis, sed in lege Euangelica omnia sunt excelentiora, ergo melius obediendum est Prælatis legis Euãgelicæ, maior habetur, Mat. 23. super Cathedram Moysi, ascenderũt Scribæ, & Phariseι, quæcumque dixerint vobis facite, &c. Quod quidem importat præceptum, vt patet cap. 2. de maiorit. & obed. minor vero patet, ad Hebr. 7. Melioris testamẽti spõsor factus est Iesus.

D. Hier. Conc. Tol. Gracian. Epipha. D. Aug. D. Amb. D. Leo. D. Chris. D. Basil. D. Ignat. D. Bern. Matt. 23. Ad Hebr. 7.

2. Concl. Secunda conclusio. Leges ciiuiles, etiã obligant in foro conscientiæ, hanc cõclusionem

sionem, etiam diximus esse de Fide, supra
D. Thom. q.90.art.3.tract.1.dub.1. Licet hoc non
Silvester. sit adeo, certum sicut præcedens conclu-
Victoria. sio de lege Ecclesiastica, vt existimat So-
Bartol. to, Castro, & alij, asserentes solum esse te-
Panorm. merarium contrarium huius cõclusionis,
D. Anton. non tamen de Fide, Nostram tamen con-
Maior. clusionem, tenet D. Th.q.95.art. 2. & q.
96.art.4. Cai. Medin. & Conrado ibi, & omnes moderni, quos citat Salas tract. 14. disp. 10. sect. 1. & Silvester, verb. lex, q. 8. Victoria relect. de potest. Ecclesiæ, & relect. de potest. ciuili, num. 15. Bartol. l. si quis pro eo, & l. cum lex, ff. de fideiuss. & authent. Sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. Panorm. capit. 2. de maioritat. & obed. D. Anton. 1. p. tit. 18. cap. vnico §. 2. & 2. p. tit. 4. cap. 2. Maior 4. d. 15. q. 4. & 3. d. 37. q. 10. & plures alij, & loca sacræ scripturæ, quibus probatur ista conclusio videantur, supra q. 90. art. 3. Vbi probauimus in Republica ciuili esse potestatem legislatiuam, quia etiam probant legesciuiles in conscientia obligare. Et insuper modo ratione, probatur quia Legislator etiam ciuilis operatur, vt minister Dei, iuxta illud Pauli minister, enim Dei est, ergo qui facit contra Legislatorem frangendo legem eius, facit etiam contra Deum, quia magis offendit authorem principalem, quam ministrum. qui offendit ministrum, ergo peccat, patet ista consequentia, quia facere contra Deum est peccare. Si respondeatur Regem habere limitatam potestatem, vt liget ad pœnam, & non ad culpam. Contra arg. quia Respublica non habet illam potestatem limitatam, & potest Regi illam tribuere sine limitatione, & non constat qualiter illam limitauerit, vt manifestius patet in Rege possidente Rempublicam iure belli, à nullo habere talem limitationem, ergo. Secundo probatur, lex diuina, & ratio naturalis dictat superioribus esse obediendum, ergo qui immediate agit contra præceptum superioris, agit etiam mediate cõtra præceptum Dei, & sic in conscientia obligat lex humana. Tertio probatur, quia maior est potestas Legislatoris supra subditos, quam Patris supra filios, & Domini supra famulum, & hæri supra seruum, & viri supra vxorem, vt docet Nauarro, cap. fraternitas 12. quæst. 2. num. 19. Sed in conscientia tenetur filius obedire patri, ex quarto præcepto, & vt mag-
Nauarr.
Deut. 21. num crimen punitur pœna mortis inobe-
D. Aug. dientia patris, Deuter. 21. & August. con-
Psalm. 70. cione 1, Psalm. 70. Dicit obediendum Patri sicut Deo, secundum Apost. ad Ephes. 6. Filij obedite parẽtibus in domino, hoc enim iustum est, &c. & ad Colos. 3. Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino, & similiter vxor tenetur in conscientia obedire marito, ad Colos. 3. & Ephes. 5. Et famulus domino, 1. Petri 2. & cap. 1. de coniugio seruorũ, & Hero seruus, cap. dominus 11. q. 3. ergo similiter subditi Legislatori. Nec facit contra hoc D. Aug. serm. 6. de verbis Domini, dicens: quod Imperator minatur carcerem Deus vero gehenam, nam loquitur de Imperatore præcipiente contra Deũ, & tunc monet obediendum Deo minanti gehenam, & non Imperatori minanti carcerem, quando autem iusta præcipit, etiã ex Dei mandato minatur gehenam, sed de prima, & 2. con. amplius, q. 96. art. 4.

Ephes. 6. Colos. 3.

Ephes. 5. 2. Petr. 2.

Tertia conclusio, responsiua directe ad dub. lex humana obligat in conscien- *3. Conclus. Resp. dub.*
tia ex se ipsa, etiam non stante lege diuina, vel naturali de re illa, quam lex humana præcipit. Pro cuius intelligentia. No- *Not.*
tandum, quod lex diuina, vel naturalis potest esse, vel in particulari de hac re, quam percipit lex humana, vel in communi, quatenus lex diuina, vel naturalis præcipit, vt superioribus obediatur: lex ergo humana ex se obligat, quatenus non requiritur, quod lex diuina præcedat, circa illam rem singularem, quam præcipit lex humana, non autem dicitur ex se obligare, quasi non præsuponat obligationem Dei de obedientia superiorum, item obligatio legis humanæ reducitur, ad prædictam obligationem Dei de obedientia Superioris, non necessario formalem, sed sufficit radicalẽ, de facto enim formaliter est lex Dei de tali obedientia, sed etiam si formaliter talis lex Dei non esset, nihilominus obedientia Superioris obligaret ex lege radicali Dei, quod clarius dicitur, quod obedientia Superiorum est intrinsece bona, & in obedientia intrinsece mala. & iam supra diximus, quod intrinsece mala sunt talia, etiam ante legem formalem (quæ est præceptum) solum per contrarietatem ad dictamen diuinum, & similiter intrinsece bona, per conformitatem ad ipsum. & hac ratione obedientia Superiorum, dicitur ex se obligare, quia ante omne præceptum diuinum, per conformitatem, ad dictamen diuinum imponit obligationem. Hoc ergo sic explicato probatur nostra *1. Cor. 7.*
conclusio, primo ex illo, 1. Corint. 7. Præcipio non ego sed Dominus, vbi insinuat aliud esse præceptum à Deo, distinctum

à præ-

à præcepto hominis. Secundo probatur contra Gersonem omnibus argumentis, quibus probatur esse potestatem legislatiuam humanam, nam si tantum est obligatio diuina, vel naturalis, nulla alia est lex humana, ad quid enim præceptum humanum, si iam præcedit circa idem præceptum diuinum? nulla est de nouo lex humana, si de nouo nulla est obligatio, vnde idē est dicere, non esse nouam obligationem, ac dicere non esse nouam legem. Vnde si de Fide est esse potestatem humanam ad nouam legem, similiter ad nouam obligationem, aliàs enim non esset noua lex, sed declaratio prioris legis diuinæ, vel naturalis. Tertio probatur, quia nulla consequentia euidens potest fieri, per quam reducatur obligatio legis humanæ ad diuinam, vel naturalem, quia semper subsumitur in sillogismo minor tantum topica, atque adeo conclusio tantum potest esse topica, & quia si euidenter inferretur, iā non esset obligatio humana, sed diuina, vel naturalis, ergo si obligatio tantum est illa, quæ colligitur ex lege diuina, vel humana, & non distincta, tantum erit obligatio topica, obligatio legis humanæ, & nō obligatio euidens, cum ergo sit euidens legem humanam obligare, aliam obligationem distinctam habet à topica, quam habet per illationem ex lege diuina, vel naturali. Quarto probatur ex communi vsu Ecclesiæ, nam plures leges sancitę sunt in corpore vtriusque iuris, & extra præcipientes ea quæ, nec lege diuina, nec naturali præcepta sunt.

Corol. Ex dictis sequitur sententiam Gersonis, non omnino esse eandem cum Lutherana, quia Lutherus omnino negat leges Ecclesiasticas, & illas ait non ligare, vt ieiunium, &c. Gerson autem illas admittit, licet asserat illam obligationem esse diuinam, & non humanam.

4. Concl. Quarta conclusio, quod lex humana obliget sub mortali, vel sub veniali, non prouenit ex eo, quod Legislator vellit obligare sub mortali, vel sub veniali, quia nec respectu Dei, hoc habet verum, sed ex eo, quod id quod præcipitur sit ex genere suo graue, vel leue, nulla enim tali intentione habita, ex parte Legislatoris eo solum, quod ponat legem obligat sub mortali, si ex genere suo est graue, quod præcipitur, & veniale, si ex genere suo est leue, de hoc etiam agendum est, quæst. 96. artic. 4.

Ad 1. arg. Ad primum à principio resp. Quod cū obligatio deriuetur ad legem humanam, vt dictum est à lege diuina, non mirum, quod offensa sit contra legem humanam, & iudicium culpæ, & punitio sit à Deo, à quo oritur talis obligatio sicut Rex punit offensam, contra suum ministrum, quia reuerentia debita ministro oritur, ex reuerentia debita Regi.

Ad 2. arg. Ad 2. resp. Similiter Legislatorem humanum obligare directe ad culpam, consecutiuè autem ad pœnam infligendam à Deo, directè autem non posset obligare ad pœnam, quam ipse non posset infligere.

Ad 3. arg. Ad 3. resp. Multoties posse ligare, qui non potest soluere, vt quis potest voto, vel iuramento se astringere, & non potest se à vinculo liberari, sic Legislator potest ligare lege, vel illam abrrogare, semel tamen posita, & transgressa non potest pœnam æternam remittere, sed solus Deus, remittere autem poterit pœnam temporalem à se infligendam.

Ad 4. arg. Ad 4. patet ex 3. conclusione, qualiter etiam id, quod est cōtra legem humanam, sit contra legem æternam.

Ad 5. arg. Ad 5. similiter. Quod obedientia Superiorum est mandatum Dei, licet in particulari, non sit mandatum à Deo, id quod præcipitur lege humana.

Ad 6. arg. Ad 6. resp. Quod licet potestas ciuilis, & finis eius proprius sit temporalis, ex lege tamen Dei, & suppositā eleuatione naturæ humanæ, ad finem super naturalem, etiam consequenter dirigit, vel deuiare facit fractio eius à fine supernaturali, & hac ratione spiritualitatem habet.

Ad 7. arg. Ad 7. resp. Quod vt ait Diu. Thom. 2.2. quæst. 1. art. 9. & 10. Sumus Pontifex non est veritatum Fidei institutor, sed per deffinitiones declarator, quia Fides innititur primæ veritati reuelanti, vt rationi formali credendi, aliàs enim non esset omnino certa, & infalibilis: quapropter Sumus Pontifex non potest aliam veritatem, per deffinitionem Ecclesiæ proponere, quam sit immediate à Deo reuelata. Respectu autem eorum, quæ ad regimen pertinent, & ad bonum commune conducunt est vere Legislator, veram habens iurisdictionem distinctam à iurisdictione diuina, licet ab illa promanantem, nec lex diuina, nec naturalis est ratio formalis obediendi Prælato: quapropter leges distinctas à diuina, & naturali potest condere, licet radicaliter, vt dictum est, ad legē diuinam, vel naturalem reducantur.

Ad 8. arg. Ad 8. resp. Quod Religiosus, per professionem tantum subditur Prælato, se-

1. *Solutio.* cundum regulam,& constitutiones,quapropter Prelatus, nec potest præcipere, contra regulam, nec supra regulam,quia esset obligare ad amplius, quam promisse rit,similiter nec præcipere potest inutilia, ad obseruantiam regulæ, vt supra diximus.quæst.90.art.3.Sed tantum ea, quæ ad obseruantiam regulæ conducunt.Respectu autem Sumi Pontificis,vel alterius Legislatoris,non solum quis subijcitur, secundum præcepta naturalia, sed etiam secundum ea quæ per bonum regimen,ad bonum commune Reipublicæ expediunt, quapropter Legislator huiusmodi potest præcipere,etiam si in præceptis naturalibus,vel diuinis non contineantur.

Solutio. Secundo resp.Quod sicut Prælatus Religionis nihil potest præcipere, quod ad obseruantiam regulæ non conducat,licet expresse in regula non contineatur: ita Legislator nihil potest præcipere, quod ad finem legis naturalis non conducat,debet enim respicere ad bonum commune, quo & iam lex naturalis respicit, quamuis non illud respiciat per hoc medium, quod à lege humana præcipitur, sicut & præceptum Prælati respicit bonum,& finem regulæ per medium,non assignatum in ipsa regula,vnde sicut aliqualiter præceptum Prælati continetur in regula sic & præceptum legis humanæ in lege naturæ eo modo quo explicabitur dubio sequenti. Tertio respõdetur,quod illa quæ *Solutio.* lege humana præcipiuntur, conducunt ad bonum commune,& finem legis naturæ non necessario, sed ad melius consequendum,vnde pertinent ad legem humanam, & non ad diuinam, vel naturalem, quia istæ tantum præcipiunt,quæ necessaria sunt ad talem finem.Ad 9.arg. patebit ex dubio sequenti.

Dub. II.

Vtrùm lex humana deriuetur à naturali,tamquam conclusio deducta ex illa,an solum,vt determinatio illius?

Sent. Vazquez. IN hac re, Vazquez disp.154.cap.3. Asserit legem humanam, pure humanam,nullatenus deriuari, vt conclusio à lege diuinâ,vel naturali,vt lex ieiunij, nullo modo potest deduci, vt conclusio ex lege diuina,vel naturali, & ex litera D.Th.videtur hoc verum,quia volens ostendere legem humanam deduci, vt conclusionem ex diuina vel naturali, possunt exemplum in lege,non occidendi,quæ vt conclusio,deducitur ex illo principio cõmunissimo,nulli est faciendum malũ, hæc *Arg.* autem lex non occidendi,non est pure humana,sed naturalis,ergo pure humana nõ potest esse conclusio legis diuinæ,vel naturalis.Huic fauet Soto 1.de iust.q.5.ar. *Soto.* 2.con.2.& 3.

Pro intelligentia notandum, quod vt *Not.* supra diximus, præcepta naturalia alia sunt communissima,quę tantum sunt principia,vt bonum est faciendum,malum fugiendum,alia vero sunt conclusiones deductæ,ex istis principijs communissimis, licet ipsa aliàs sint principia respectu aliorum,& eorum quæ pertinent ad legem humanam.De principijs communissimis,nũquam est præceptum humanum, quia de ipsis constat præceptum naturale, & nullatenus potest esse ignorantia. De secundis autem, licet sint nota secũdum se,quia possunt esse non nota nobis,& de illis dari ignorantia,etiam inuincibilis, vt supra diximus,ideo de istis,aliquando ponitur lex humana,vt nullatenus ignorantia possit affectari,ista ergo dicuntur humanitus præcepta,sed non humana, quia licet humanitus prohibeantur,habent tamen prohibitionem naturalem,dicuntur autẽ præcepta humana, quæ solum lege humana, præcepta sunt. Vazquez ergo concedit de humanitus positis esse conclusiones legis naturalis,negat autem id de lege humana,pure humana,præcipiente quod aliàs lege naturæ non erat præceptum.

Prima conclusio. Omnis lex humana *1.Concl.* à lege diuina,vel naturali deriuatur.Hãc probat D.Tho.hic, quia lex humana,in tantum est lex,in quantum est iusta,vt docet Aug.lib.1.de lib.arb.cap.5. Sed non *D.Aug.* alia ratione est iusta,nisi quia consonat dictamini rectę rationis,in quo consistit lex naturalis, ergo ex eo est lex, quia à lege naturali deriuatur, tamquam à regula ad minus. Conf.ex Cicerone,lib.2.de legi- *Cicero.* bus dicente,lex est iustorum iniustorumque distinctio ad illam antiquissimam, & rerum omnium Principem expressa naturam,ad quam leges hominum diriguntur. Ecce qualiter lex humana deriuatur à naturali,quam vocat antiquissimam, & rerum omnium Principem naturam. Vbi notandum,quod quando dicimus legem humanam deriuari à naturali,non excludimus,etiam deriuari à lege æterna,vt diximus

ximus q. 93. art. 3. Nam à naturali deriuatur immediate, ab æterna autem mediante naturali, quæ non est aliud, quam expressio legis æternæ, vt supra diximus, sicut artifex ad dirigendum opus ministri inferioris, ponit pro regula, & artem mentis internam, & lineamenta externa, expressa ab interna, tamquam signum illius, & lineamenta cum arte interna, non ponunt in numero ad directionem operis.

2. Concl. Secunda conclusio. Omnis lex humana deriuatur à naturali, vel diuina, aut per modum determinationis, aut per modum

D. Thom. conclusionis. Hæc probatur ex D. Tho. hic, expresse asserente, quod lex humana deriuatur à naturali dupliciter, & per modum determinationis, & per modum conclusionis deductæ ex lege naturali, & ad minus, ly, &, debet sumi pro vel, vt de aliquibus verificetur, oriri per modum determinationis, & de aliquibus per modũ conclusionis. Imprimis omnis lex humana, determinat illud principium communissimum naturale obediendum est Superioribus, & per multas leges humanas assignari poterit, qualiter determinent materiam virtutum, quæ sunt de lege naturę, vt materia temperantiæ determinatur per legem positiuam, ad abstinentiam à carnibus, & lactecineis, per modum autẽ cõclusionis determinatur ius naturæ, per ius gẽtium, vt amplius explicabitur art. 4. ius autem gentium proprie lex humana est.

Ad arg. Ad fundamẽtum Vazquez 1 esp. Medinam hic, concedere præceptum ieiunij esse conclusionem legis naturalis, de quo dicemus art. 4. Sed si talis non est, alia multa de lege humana assignari poterũt, quę sint conclusiones legis naturalis, præcipue ius gentium, vt ibi dicemus. Ad illud autem de homicidio. Resp. Homicidium esse prohibitum lege naturæ, & lege humana, & D. Th. possuit exemplum in illo, vt prohibitò lege humana, quia notius est illud esse conclusionem legis naturæ, propter prohibitionem ipsius legis naturæ, sed veritas, etiam reperitur in alijs tantum lege humana prohibitis, de quibus non ita clare constat sicut de homicidio, in quo possuit exemplum D. Th.

Art. III.

Vtrùm Isidorus conuenienter qualitates legis positiuæ describat?

Prima conclusio est affirmatiua.

Secunda cõclusio, Isidorus lib. 5. ethimol. cap. 3. & 21. Primo. & principaliter possuit tres conditiones, scilicet quod lex humana Religioni congruat, in quantum, scilicet est proportionata legi diuinæ, secundo quod disciplinæ conueniat, in quãtum est proportionata legi naturali. Tertio, quod saluti proficiat, in quantum est proportionata vtilitati humanæ.

Tertia conclusio. Ad tres prædictas conditiones omnes aliæ reducuntur, vt quod lex sit honesta, possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuium conscripta.

Not. Conditiones legis. Ex Isidoro

Circa istum art. Notandum multiplicem qualitatem, vel conditionem legis assignari, à Diu. Thom. in hac materia desumptam, ex Isidoro loco citato, & 2. ethimol. cap. 10. vt refertur cap. consuetudo, dist. 1. & ex alijs suprasæpe citatis, & amplius citandis.

1. Conditiõ

Prima conditio est, vt lex sit præceptum impositum toti communitati, & non solum alicui particulari. Secunda conditio est, vt ordinetur, & conducat ad bonum commune, de quo egit D. Thom. q. 90. art. 2. Tertia conditio est, vt lex procedat ab eo, qui habet potestatem, & iurisdictionem supremam Principis, de quo egimus quæst. 90. art. 3. dub. 3. Quarta cõditio est, quod lex sit de re possibili, nam ad impossibile nemo tenetur, de quo speciale dubium mouebitur in hoc art. Quinta conditio est, quod lex sit iusta, & honesta, vt refertur (ex Isidoro 5. ethimol. cap. 21.) in cap. erit autem lex. dist. 4. Vbi videantur Interpretes iuris, & Panorm. cum alijs, cap. 1. de constit. & lege 1. ff. de iust. & iure, D. Thom. q. 90. art. 1. ad 3. & infra q. 96. art. 4. & ibi omnes moderni, & Augustin. 2. de ciuit. cap. 21. & lib. 19. cap. 27. de libero arbi. cap. 5. Cicero 2. de leg. Castro 1. de lege, cap. 1. Soto 1. de iust. q. 6. art. 4. Victoria relect. de potestat. Pap. num. 18. Siluester, Angel. Rosella, Tabiena, Armilla, Cai. & omnes Sumistæ, verb. lex, & Salas, disp. 1. sect. 9. late de hac cõditione. Sexta conditio est, quod lex sit stabilis, & perpetua, sic vt ex tenore suæ conditionis, non ponatur pro tempore determinato, licet postea à Legislatore mutari possit, qua ratione lex vetus, erat vere lex, licet postea Dei voluntate sit mutata,

2. Conditio

3. Conditio

4. Conditio

5. Conditio

D. Thom. D. Aug. Cicero. Castro. Soto. Victoria. Siluest. Angel. Rosella. Tabiena. Armill. Caiet. Salas.

6. Conditio

& bulla Cœnæ Domini, licet antea non esset lex, quia tantũ pro vno anno publicabatur, à tempore tamen Greg. XIII. lata est sine termino temporis quousque reuocetur. & sic iam habet veram rationem legis. De hac etiam conditione videatur Salas loco citato. Septima conditio ponitur ab aliquibus, quod lex debet poni in scriptis. Sed de hoc egimus supra q.90.artic.4.dub.6.qualiter hoc sit quid accidẽtale legi, vide etiã Salas loco citato. Octaua conditio est, quod lex sit promulgata: de hoc etiam egimus quæst.90 art.4. Nona conditio est, quod lex sit aceptata, sed hoc etiam non pertinet ad essentiam legis, sed hoc habet lex humana ex benignitate Legislatoris nollentis obligare, nisi à populo aceptetur.

7.Conditio

8.Conditio

9.Conditio

Cõditiones legis præcipuæ sunt tres.

Præcipuæ tamen cõditiones legis sunt tres, quas ex Isidoro assignat D. Tho. in secunda conclusione, quod lex Religioni congruat, quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat. Religioni conuenire, explicat D. Thom. & cum illo Conrado, & Medina, quod sit legi diuinæ esse consentaneam legem humanam, si enim lex humana cum diuina, non consonet, non est lex, vt docet August. epist. 3. ad Bolusianum. & 3. contra Crescon, capit. 51. & Plato 1. de legibus. Vbi notandum, ad esse legem humanam consentaneam legi diuinæ non requiri, quod id quod præcipitur lege humana sit præceptum, etiam lege diuina, vt enim diximus art. præcedenti dub. 1. Lex humana præcipit, quod aliàs lex diuina, vel naturalis non habet præceptum, sed requiritur sic legem humanam præcipere, vt nullatenus legi diuinæ contradicat, vel illam impediat, vel suum præceptum, præcepto diuino præferat. Sed primo loco inspiciendum est, quid Deus lege diuina, & Religio Christiana præcipiat, vt illo indemni seruato lex humana circa suum finem præcepta disponat, contra Stadistas, vel Atheistas, potius huius temporis, de quo supra iam diximus. Item notandum contra Soto 1. de iustit. quæst. 5. artic. 3. Quod nomine legis diuinæ non intelligitur lex æterna, sed lex supernaturalis positiua, vt comprehendit, siue veterem, siue Euangelicam: lex enim æterna, vt diximus non ponit in numero cum lege naturali, & D. Thom. intendit ex Isidoro, ponere duplicem regulam legis humanæ, alteram legem naturalem, seu æternam expressam per naturalem, & legem diuinam supernaturalem, vt in vtroque ordine, tam naturali, quam supernaturali sit regulata.

Plato.

Not. 1.Conditio

2.Not. Contra Sot.

Secundam conditionem legis, quod disciplinæ conueniat, explicat Tertulianus dicens, lib. de corona militis, cap. 3. & 4. & Ciprianus lib. de duodecim abusionibus, cap. 11. & Plato dialogo 2. de legibus. Quod disciplina idem est, quod consuetudo, & obseruantia maiorum, vnde esse conueniens disciplinæ, idem est quod consuetudi, & obseruantiæ maiorum, legem debere esse conuenientem. Secundo melius alij dicunt nomine disciplinæ intelligi institutionem, & correctionem, vnde idem est legem disciplinæ esse conuenientem, quod esse acõmodatam ad correctionem, & institutionem morum subditorum, aliàs enim lex bona non est nisi ad correctionem, & institutionem acommodata non est; vt eleganter docet Nazian. orat. 1. & Plato dialogo 3. de legibus, imo & in iudicibus hæc acommodatio & suauitas requiritur, vt præcipit Martianus lege perspitiendum, ff. de pœnis. Hac enim ratione de dracone Legislatore dicebatur non hominibus, sed draconis leges instituisse, quia non suaues, sed duras illas instituit, vt refert Arist. 2. Polit. cap. 10. Sed melius omnibus D. Tho. legem esse disciplinæ & correctioni conuenientem explicat, non per esse suauem, sed per esse legi naturali concordem, id est non repugnantem, nam per contraria legi naturę, & iniusta, vel impossibilia nõ potest aliquis instrui, vt discipulus, ac per consequens talia lex esse non possunt, quia disciplinæ non sunt apta. Tertiam cõditionem, quod lex saluti proficiat, explicat D. Thom. quod sit vtiles, & necessaria ad finem publicum, quia si inutilis, vel parum vtilis sit, legis nomen non meretur, nec mirum pro eodem sumi saluti proficere, & ad bonum publicum esse necessariã, quia bonum regimen, salus dicitur populi, & bonus Princeps dicitur populo salutaris. Vt dicebat Nero apud Suetonium in eius vita, cap. 29. & Constantinus, apud Ammianum, libr. 14. dicebat ad exercitum, Imperator cum æquus omnibus alienæ est custos salutis, &c. Et certe bonus Princeps medicus solet appellari, Esa. 3. non sum medicus, &c. Nollite me constituere Principem populi, pro verbo medicus Simachus, & 70. transtulerunt Princeps, & legendo cum vulgata non sum medicus interlinealis, Leyra, & Hieron. ibi non sum medicus interpretantur, ac si diceret non est mihi facultas, vt mederi possum

2.Conditio explicatur à Tertuliano, & D. Cipriano, & Platone explicatio aliorũ.

D. Naz. Plato.

Explicatio D. Thom.

3.Conditio Explicatur à Diu. Thom.

Esa. 3.

sim miserijs vestris, quapropter in loco
Valles. refellitur. prædicto non est audiendus, Valles libr. sacræ Philosophiæ, cap. 74. Asserens olim Reges assumi ex medicis, & ideo se excusasse à Principatu dicens non sum medicus, hoc enim non dixit, sed sumpta similitudine medici, sic enim se debet habere Princeps, vt medicus in medendo mores, per bonum regimen animarum quę salutí prospiciens, vt ait Philo. lib. de Ioseph. & communiter in iure, quod lege statutum est dicitur salubriter institutum, vt
Philo. videre est in Salas, disp. 6. sect. 5.
Salas.

Ad istas tres conditiones positas in secunda conclusione, reducuntur omnes aliæ positæ in tertia, licet Vazquez prolixe intendat, tamquam distinctas seorsum omnes illas explicare, sed certe inutiliter, quia vel loquitur sine fundamento, vt distinctionem assignet, vel si aliquid boni affert incidit in sensum, D. Th. quo explicat aliquam ex tribus conditionibus assignatis, & qualiter omnes aliæ conditiones reducantur ad tres prædictas est adeo clarum in D. Thom. vt non sit opus in hoc amplius immorari, solum necessum est explicare illam conditionem, quod lex sit possibilis, & ideo ad eius claritatem.
Vazquez. reijcitur.

Dub.

Vtrùm lex debeat esse possibilis ex obiecto, vel materia?

Not. PRO intelligentia notandum. Quod impossibile, sicut & possibile, sumitur dupliciter, primo physice dicitur impossibile, ad quod quis nõ habet potentiã physicam, aut virtutẽ intrinsecã, aut ad quod requiritur aliqua conditio, quæ in eius potestate non est, nec habere potest, sicut naturaliter est impossibile hominem volare, vel sine gratia, vel virtute supernaturali, aliquid supernaturale ex viribus naturæ facere. Possibile autem isto modo dicitur è contra, ad quod est potentia, & virtus intrinseca omniaque requisita, quis habere potest: secundo modo dicitur aliquid impossibile moraliter, ad quod licet quis habeat potentiam physicam, est tamen adeo difficile ex circunstancijs, vel requisitis, quod communiter impossibile appelletur. Et hoc impossibile moraliter, adhuc est duplex, aliud adeo difficile, quod licet sit potentia physica, tamen de facto nullus fecerit, vt sine auxilio gratiæ seruare omnia præcepta naturalia, de quo q. 109. Aliud vero non tam difficile, quia aliqui illud fecerunt ob nimiam, tamen difficultatem communiter non fit, & sic appellatur impossibile, vt obseruatio legis antiquæ dicitur impossibilis Mat. 23. Alligant onera grauia, & importabilia, &c. *Mat. 23.* & Actor. 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus. Multi quidem sancti legem antiquam obseruarunt, quia tamen ob grauem difficultatem communiter frangebatur, dicitur impossibilis obseruari. *Actor. 15.*

Prima conclusio, lex nõ potest esse de impossibili physice. Hanc docet Isidorus 5. ethi. cap. 21. & refertur, cap. erit autem lex, dist. 4. cap. non est is, q. 1. cap. Nabuchodonosor 23. q. 4. & l. 1. §. dies autem istos, ff. quando appellandum sit, estque commune proloquium, quod ad impossibile nemo tenetur, nec Deus ad impossibile isto modo sumpto obligat, nec obligare potest, vt patet ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. & can. 18. & D. Hieron. in expos sit. Simboli ad Damasum, Aug. de nat. & grat. cap. 43. & 69. & serm. 109. de temp. D. Basi. in illud Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis. Et ratio est manifesta, nã lex imponitur subiecto libero, potenti vtraque via ex electione pergere, vt ad vnam ex præcepto, & lege coarctetur, vt sic tendat sine errore ad bonum commune, & finem intentum à Legislatore. Respectu autem eius, quod physice est impossibile, homo liber non est, nec ad illud tẽdere potest, ergo respectu illius, nullatenus potest lege esse astrictus. *1. Concl. Isidor. Conc. Trid. D. Hier. D. Aug. D. Basil.*

Secunda conclusio, lex non potest esse de impossibili moraliter primo modo sumpto, pro eo quod tantam inuoluit difficultatem, vt nullus vsque adeo illud fecerit difficultate opressus. Hæc etiã patet, quia quando tanta est difficultas reputatur, ac si esset impossibilitas physica moraliter loquendo: quapropter, nec Deus imponit præceptum seruandi omnia præcepta naturalia collectiue, sine auxilio gratiæ in natura lapsa, licet illud sit possibile physice, quia est impossibile moraliter modo prædicto, sicut nec supposito gratiæ auxilio in eodem statu, non est præceptum vitandi omnia venialia collectiue propter eandem rationem, vt dicemus q. 109. *2. Concl.*

Tertia conclusio, impossibile moraliter sumptum pro eo, quod est maxime difficile, & à paucis (licet ab aliquibus raro) obseruatum ob nimiam duritiam eius, nõ *3. Concl.*

cadit

cadit sub lege regulariter loquendo, nec ad illud regulariter tenetur homo, & lex est nulla, hanc tenet Victoria, relect. de
D. Thom. potest. Pap.num.18.imo & D. Th. hic,
Victoria. & q.96.art.4.& q.97.art.3.ad 2. Sic interpretatur Isidori conditionē, quod lex sit possibilis, vtique quod loquatur de possibilitate modo prædicto, inquit enim hic in corp. legem debere esse disciplinæ conuenientem, attenta possibilitate naturæ (hoc est fragilitate) non enim eadem sunt imponenda pueris, quæ imponuntur viris perfectis. Item addit, quod debet esse possibilis, secundum humanā consuetudinē, non enim potest homo sotiabiliter viuere aliorum morem non gerens. Ecce qualiter D. Thom. exigit ad valorem legis esse possibilem moraliter modo prædicto, ad minus regulariter loquēdo, item Q. sequēti, art. 2. Ad probandum non debere omnia vitia lege cohiberi, vtitur hac ratione, nam lex debet esse possibilis illis quibus imponitur, secundum naturam (hoc est fragilitatem) & consuetudinem patriæ, sed abstineri ab omnibus vicijs, non est possibile ei cui imponitur lex, quia imponitur communitati, in qua maior pars est imperfectorum, ergo non debet poni lex prohibens omnia vitia, sed quæ à cōmunitate, & communiter poterit obseruari, quid clarius in D. Th. quam quod multum dura, & quæ communiter seruari non possunt, non cadunt sub lege ad minus regulariter. De suauitate legis videatur Nisenus, lib.
Nisenus. de beatitudinibus, super illud, beati mites,
Fortunacianus. & Isocrates in parę netico. Fortunatianus
Plato. 2. rethorum, & Plato 5. de legibus, sumaturq; exemplū ex Christo Domino, Mat.
Matt. 11. 11. Iugum meum suaue est, & 1. Ioann. 5.
1. Ioan. 5. Præcepta eius grauia non sunt, lex enim diuina exemplum debet esse, & exemplar
Prouer. 30 legis humanæ. Facit etiam ad hoc, Prou. 30. Quia vehementer emungit elicit sanguinem, non enim nimio oprimendo legibus obtinetur, quod lege intenditur, scilicet bonum commune multitudinis, sed potius perturbatur laqueusque subditis ponitur, debet ergo esse lex proportinata cōmunitati, & suauis, vt bonum communitatis consequatur. Ratione item clare probatur, quia ciues non subdūtur Principi despotice tamquam serui, sed regaliter, & politice, ergo non tractandi sunt nimio rigore, vt serui, sed suauitate, vt ciues præcipiendo, quod communiter ab omnibus, & non à paucis possit obseruari. Quia vt inquit Seneca epist. 94. Stultum est precipere egroto, quid agere tamquam sanus de-
Seneca. beat, cum potius restituenda sanitas foret; cum ergo cōmunitas ex maiori parte claudos habeat pedes, non rigida tamquam sanis, sed omnibus accommodata debent prę cipi. Non dico quod lex onerosa non sit, quia cum sit frenum mordaciter subditum in ordinatum cohibere debet, sed quod hęc aceruitas non sit nimia, & cōmunitati secundum vires cōmunes intollerabilis.

Quarta conclusio, aliquando & raro, etiam nimis dura, & rigida extracommunem tollerantiam communitatis possunt præcipi, & vt in tali, vel in tali occasione fiant lege sanciri pro bono communi. Hęc probatur, quia lex humana sic iuste prę cipit, vt in aliquo casu vita exponarur pro Republica conseruanda, qua ratione etiā præcipitur in bello, vt quis cum euidenti periculo in tali loco tuendo pronatur, & per excommunicationem potest præcipi pastoribus, ne tempore pestis suas obes desserant, licet vita illorum periclitetur, cum tamen vitam exponere sit difficillimum, & arduum, quia vt dicitur Iob. 2. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet da- *Iob. 2.*
bit homo pro anima sua, id est pro vita sua. Similiter quis obligatur iuridice interrogatus, etiam condemnandus morte in iudicio crimen confiteri. Ratioque istorum est manifesta, quam assignat D. Th. q. 96. *D. Thom.*
art. 4. Nam pars etiam cum proprio dispēdio debet subenire bono totius, vt patet etiam in naturalibus in multis exemplis, sed quilibet homo est pars communitatis, ergo quando opus fuerit ad bonum totius debet, etiam durissima, & difficilia subire, & propriam vitam (omnium difficillimū) exponere, imo in tali casu hoc durum, & nimis difficile non est iudicandum, cum ad hoc inducat propria inclinatio partis, vt bono totius subeniat, vt patet in exemplis phy sicis, quando ascendit aqua, vel terra, vel durissimum saxum ne detur bacuum, & manus anteponitur naturaliter (etiam sine aduertentia) capiti ad eius conseruationem, propria enim natura partis ad conseruationem totius ad ista faciliter attendit, cum damno proprio, quod aliàs sibi esset difficillimum. Notandum tamen ad hæc difficilima, non obligari nisi bonum commune, quod instat sit graue, nam si esset parui momenti, etiam si esset bonum commune non deberet, quod nimis rigidum est lege præcipi. *4. Concl.*

Quinta conclusio, quod dictum est de lege directiua, dicendum est, etiam de lege pœnali, pœnam quidem impositam debere esse proportionatam, & culpæ, & fragilitati *5. Concl.*

1. Pars. gilitati humanæ. Prima pars patet, quia si pœna aspera, & dura, non est iuxta delicti coercere, & detinere, non poterit ad D. Thom. obseruantiam legis, vt dicit Diu. Thom. 2. Pars. q. 92. art. 2. & q. 100. art. 9. Secunda vero pars patet, quia punitio non est culpæ in abstracto, sed in subiecto delinquente, vnde fragilitati, & qualitati subiecti debet proportionari.

1. Corol. Ex dictis sequitur, neminem teneri subire pœnas graues ante iudicis sententiã, quia hoc esset rigidissimum, quando est pœna grauis, secus est de pœna leui, aliquando enim ad illam obligari posset, ante iudicis condemnationem, item sequitur neminem teneri ad manifestationem proprij criminis occulti, tanquam primus accusator sui, cum proceditur via inquisitionis ad puniendum delictum, nam si esset via inquisitionis, ad aliquod magnum malum vitandum, in aliquo casu tenetur manifestare crimẽ, tãquã primus accusator.

2. Corol. Secũdo sequitur non solũ aliquẽ de facto, nõ obligari cũ periculo mortis manere in carcere, quia de facto lex tale prohibẽs D. Thom. Couarr. non est, vt docet D. Th. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. & Couarruuias 1, variar. cap. 2. num. Soto. 11. & Soto 5. de iust. q. 6. art. 4. Sed etiã si lex tale præciperet nõ obligaret, quia nimis acerbũ esset hoc præcipere. Similiter etiã, si quis ad carcerẽ perpetuã damnaretur, non teneretur non fugere si posset, Salom. quia rigidum esset ad hoc obligare, vt asserit Salom, 2. 2. loco citato, contra Soto, Caiet. & Couarruuias, qui oppositum cẽsent, idem dicendum est de damnato ad seruitutem valde duram, & deseruis captis in bello, quia nimis durum esset illos obligare, vt non fugiant si possint, sed de his loco citato, & forsitan infra cum de pœna ii lege tractemus.

Art. IIII.

Vtrùm Isidorus conuenienter ponat diuisionem humanarum legum?

Prima conclusio est affirmatiua:

Secunda conclusio, multa sunt de ratione legis humæ. Secundum quorum, quod libet proprie, & perse diuidi potest.

Tertia conclusio. quatenus lex humana deriuatur dupliciter à lege naturale, diuiditur in legem pertinentem ad ius gentium, & in legem pertinentem ad ius ciuile. Aliæ diuisiones traduntur in litera, quæ expositione non indigent.

Dub.

Vtrùm ius gentium naturale, & ciuile sint, diuersa legum genera, & qualiter differant inter se?

PRO intelligentia tituli notandũ. Hic non sumi ius pro obiecto iustitiæ, vt multoties sumi solet, sed sumitur formaliter pro ipsa lege, & ratione, quæ versatur circa ipsum ius, quod est obiectum eius. Vt aduertit D. Thom. 2. 2. q. 57. art. 1. ad 2. Quapropter idem est, atque quærere vtrum lex, diuidatur in naturalem, gẽtium, & ciuilem, & qualiter ista interse distinguantur. 1. Not.

Secundo notandum, etiam ex D. Th. hic, & q. 94. art. 2. Et colligitur ex Iustiniano instituta de iure naturali gentium, & ciuili. & Alfonso Rege Hispaniæ, leg. 2. tit. 1. part. 1. Quod cum in homine consideretur triplex esse. Primum commune cum omnibus rebus. Secundum commune cum brutis. Tertium speciale hominis, vt etiam à brutis distinguitur, consequenter etiam in illo est triplex inclinatio. Prima ad esse communis omnibus rebus. Secunda ad conseruationem speciei, per coitum maris & fœminæ, & procreationem filiorum communis cum brutis. Tertia specialis ipsius hominis, secundum rationem, v. g. ad diuinas veritates cognoscendas, socialiter viuere, &c. Secundum ergo istam triplicem inclinationem habet homo legem, & præcepta naturalia, secundum primam habet præcepta necessaria ad conseruationem sui esse: secundum: secundam habet præceptum matrimonij: secundum tertiam habet præceptum aliarum virtutum. Ius ergo, seu lex naturalis significat ius, seu legem includentem præcepta, & primi, & secundi, & tertij generis, quia omnia illa sunt dictata ab ipso lumine rationis nulla voluntate, seu constitutione humana interueniente, licet aliquando à iurisperitis, ius naturale tantũ sumatur primo modo, vt Vlpianus leg. 1. Vlpianus. § ius naturale, ff. de iust. & iure, inquit ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, nam ius istud, non humani generis propriam, sed omnium animalium, quę in terra marique nascuntur auium quoque commune est. Loquitur enim de iure naturali, 2. Not. Iustinianus. Alfonsus Rex.

turali primo modo, vel secundo, & nō quidem formaliter pro ipsa lege naturali, quia ista in animalibus, & auibus non repeperitur nisi methaphorice, secundum actiones similes, non tamen legi subiectas, sed loquitur obiectiue de materia iuris naturalis sumpti, primo, & secundo modo, quia illa etiam in animalibus reperitur, materialiter quidem, licet non formaliter, reperitur enim apetitus propriæ conseruationis, & coitus maris, & fœminæ; sed non formaliter, vt obiectum, & materie legis cuius sunt incapaces, quia tamen in eis reperitur materia (licet materialiter) iurisnaturalis, primo, & secundo modo, ideo abusiue, & improprie multi Iuristæ asserunt ius naturale, (sumpto primo, vel secundo modo) esse commune hominibus, & brutis. Ius autem positiuum, significatius, seu legem, cuius obligatio fundatur in voluntate, & institutione superioris Principis, vel Reipublicæ. Hanc enim differentiam D. Thom. constituit loco citato, & in 4. dist. 33. art. 1. Inter ius naturale, & positiuum, quod naturale est insitum à natura, & non ab aliqua voluntate superioris dependens, quale est ius positiuum. Eandem differentiam assignat, Aristot. 5. ethim. cap. 7. & Cicero 2. de inuentione dicens: ius naturale est, quod non opinio genuit, sed quædam vis innata inseruit, vt Religionem, pietatem, obseruantiam, veritatem, &c. Et D. Clemens Alexandrinus 1. stromatum, & Plato in minœ. Legem positiuam, appellant bonam opinionem, vtique quia non est aliquid certum insitū à natura, sicut ius naturali: manet ergo difficultas: vtrum ius gentium coincidat cum naturali, an vero cum positiuo iure; ita vt ius positiuum diuidatur in ius gentium, & ius ciuile, cuius resolutio dependet ex examine: vtrum ius gentium sit insitum à natura, an vero à constitutione voluntaria humana, nam si detur primum, certum est ad ius naturale pertinere: si autem detur secundum ad ius positiuum pertinet sine dubio; ex ignorantia ergo, vel equiuocatione prædictorum, tot sunt sententiæ, quot capita in assignanda ratione iuris gētium, & qualiter à iure naturali, vel positiuo distinguatur, vel cum eis coincidat; in cuius resolutionem est,

1. Sent. Prima sententia asserit, quod ius gentium distinguitur à iure naturali primo & secundo modo sumpto, in secundo not. communi etiā brutis modo explicato, est tamen idem, & coincidit cum iure naturali sumpto. Tertio modo solum hominibus conuenienti, ideo enim vocatur ius gentium, quia licet sit naturale, est tamen ius solum gentibus, & non brutis conueniēs. Vnde illa particula, gentium, non distinctionem, sed specialitatem iuris naturalis designat, quapropter omnino ius gentiū à iure positiuo distinguitur. Hanc communiter tenent iuris periti, & Vlpianus vbi supra, & Turrecremata, cap. ius gentium, dist. 1. art. 1. & Antonius Baca, ad leg. 1. §. ius gentium, ff. de iust. & iure, & Corrasius 6. Miscellan. cap. vlt. & Durandus tract. de legib. & illam etiam aprobat Lorca hic, disp. 7. & Soto 1. de iust. q. 5. art. 4. Imo & videtur esse D. Tho. hic in corp. asserentis, quod ius gentium distinguitur à iure ciuili, eo quod ius gentium, sequitur tanquam conclusio ex lege naturali, sed vt supra diximus, quod ex iure naturali sequitur vt conclusio (si est euidēs) pertinet ad ipsum ius naturale, ergo ex mente D. Tho. ius gentium, ius naturale est. Item solut. ad 1. ait, ius gentium esse homini naturale, secundum quod est rationalis, distingui tamen ab ea lege naturali, quæ est omnibus animalibus, etiam brutis communis: quid clarius proista prima sent. & apertius 22. q. 57. art. 3. in corpor. sic ait: à iure naturali recedit ius gentium, vt Iuris Consultus dicit, quia illud omnibus animalibus, hoc solum hominibus interse commune est, & hoc idem est naturale homini secundum rationem naturalem, quæ hoc dictat, & ideo dicit Caius Iuris Consultus, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id quod apud omnes gētes custoditur vocaturque ius gentium. Hæc D. Tho. quapropter secundum istam sententiam ius diuiditur in naturale, & positiuum, & ius naturale rursus diuitur in naturale (hoc nomen commune retinens) & ius gentium quasi in duas partes integrales iuris naturalis, continentis tres partes supra positas. Hæc diuisio iuris in naturale, & positiuum ciuile sic, quod gentium ius maneat inclusum in iure naturali, colligitur etiam ex Arist. 1. mag. mo. capit. 34. & 1. retho. capit. 13. & ex Cicero 3. offic. & 1. tuscul. & 2. de inuentione, & 2. ad herennium, & ex multis legibus, quas citat Salas hic, disp. 2. sect. 2. In quibus tantum fit mentio iuris naturalis & ciuilis, & quod ab omnibus obseruatur gentibus (quod aliàs ius gentium dicitur) ius naturale appellant. Sed auctores huius sententiæ, non eodem modo ad ius naturale, ius gentium dicunt pertinere, est enim,

Iurisiar. Vlpian. Turrecr. Baca. Corrasius. Durand. Lorca. Soto. Arg. Ex D. Th.

Arist. Cicero.

Secunda

2.Sent. Secũda sent. est asserẽs iusgentiũ pertinere ad ius naturale tertio modo sumptũ tũtum vt conclusio illata, itaq; ius naturale quod ratio naturalis dictat, tamquã primũ principium retinet nomẽ iuris naturalis, quod autem dictat ratio naturalis per discursum, & illationẽ ex principijs naturali ter cognitis, dicitur iusgentium; quod videtur habere fundamẽtũ in D. Th. hic asserẽte ad iusgentium pertinere, ea quæ veluti conclusiones, ex legem naturali deducuntur. Istam sententiã tenet Soto, vbi sup. & Bañ. 2.2.q.57.a.3.dub.2.con.2. & Valen. hic disp.7.q.5.pun.2. & illã etiã aprobat Lorc. hic disp.7. Dissentiunt tamen inter se isti Authores, nam M. Soto, inquit, iusgentium reduci, & pertinere ad ius naturale, tãquã conclusio euidẽter illata ex principijs iuris naturalis. Valen. autẽ, & Bañ. asserunt pertinere, & dedudici iusgẽtiũ à iure naturali, tãquã cõclusio tantũ topica, & probabilis, quapropter absolutè dicẽdum ius positiuum, nec per hoc cõuertitur cũ iure ciuili, quod etiã probabiliter deduci potest ex naturali, quia illatio requisita ad iusgentium, licet tantũ sit probabilis, est tamen adeò vniuersalis pro captu omnium, vt ab omnibus gentibus, & nationibus, etiam barbaris cognoscatur, & aprobetur, illatio autẽ iuris ciuilis, tãtum aprehenditur ab isto, vel illo principe, populo, vel republica instituente hanc legẽ, quam alibi non instituunt, quia ipsam sic vtilem nõ aprehendunt.

Soto. Bañ. Valent. Lorca.

3.Sent. Tertia sent. distinguit iusgẽtiũ esse duplex, aliud primariũ, aliud vero secundariũ, primarium quidem est illud, quod fuit eo ipso, quod gentes cæperunt naturali ratione inductum, absq; aliqua constitutione gẽtium (v.g.) fidẽ, & promissa seruare, homines liberos esse, &c. Secundariũ vero, est quo omnes gentes vtuntur ex constitutione ipsarũ, vt bella, captiuitates, seruitutes, distinctiones dominiorum, & alia quæ referuntur, l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. asserit ergo ista sententia, iusgentiũ primarium contineri sub iure naturali, ius vero gentiũ secundarium, cõprehẽdi sub positiuo. Vndè absolutè loquendo de iuregentium, dicendum est partim comprehendi sub iure naturali, & partim sub positiuo, sic tenet Bart. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. n.9. & 10. & l. si id quod, 24. n. 2. ff. de condit. indebiti, & Castro super l. ex hoc iure, & Mench. 1. de succesionum creatione, §.1.n.2. & 1. cõtrouersiarum, cap.10.nu.18. & cap.41.nu.30. Couarr. reg. pec. part.2. §.11.num.3.

Bart. Castro. Mench. Couarr.

Quarta sentẽtia, etiam distinguit, quod ius naturale est duplex, aliud semper iustum, & immutabile, de quo loquitur lex, iustitia est constans. 10. §. iuris præcepta, ff. de iust. & iure (v.g.) honeste viuere, alterum non ledere, suum ius vnicuique tribuere, & alia quæ reducũtur ad illud principium, quæ tibi non vis, alteri ne facias, de quo cap. humanum genus, dist. 1. Alterum est ius naturale mutabile legibus positiuis, vt dominia, regna. bella, & alia quę cõducunt ad cõmunicãdum cum alijs. Primum quidem retinet nomen iuris naturalis, quando diuiditur ius in naturale gentium, & ciuile. Secũdum vero ius naturale, vsurpat sibi nomen iuris gentium, quia non tan natura ipsa, quã hominũ iudicio constitutum est, licet ius naturale sit. Hãc tenet Connan. 1. com. iuris, c. 6. à nu. 4.

4.Sent. Connanus.

Quinta sententia, asserit iusgentium solum distingui à naturali, quod istud est præceptiuum, illud vero tantum permissiuum, eorum quæ ius naturale præcipiebat, & non (inquit ista sententia) dicitur, permissiuum, tamquamà pœna solum immune relinquens, sed etiam, quia permissione iustũ reditur, vt dicitur permissum victori petere præmium, non solum, quia impune, sed etiam, quia iustum tali permissione efficitur. De quo supra quæst. 92. art. 2. hanc tenet Vazquez hic disput. 157. cap. 3. quam probat argumento negatiuo, quia Isidorus, 5. Ethic. cap. 4. & 6. explicat, & non diffinit iusgentium, tamquam non distinctum a naturali, & quia etiam D. Thom. 2.2. quæst. 57. art. 3. Agens de iure gentium, nullum præceptum expressit in eo: probat etiam assignando multa, quæ ad ius gentium pertinent quorum nullum constat esse præceptum (v.g.) de iure est bella, captiuitates, inducias concedere in bello, legatos mittere immunes, connubia cum alienigenis alterius Religionis, non fieri, in istis enim, inquit Vazq. præceptum non est, quatenus sunt de iuregentium, si autem in aliquibus eorum præceptum miscetur, hoc est ex iure naturali, nõ autem formaliter, & precisse ex ea parte, qua ad iusgentium pertinent.

5.Sent. Vazq. Arg.

Sexta sentẽtia distinguit de cõclusioni bus illatis ex principijs naturę: nam aliæ sequuntur ex principijs naturæ absolutè consideratis, nulla facta præsuppositione, & sunt illa, quæ necessaria sunt ad comparandam rectitudinẽ naturalem, cõsiderata hominis natura absolutè. Alia verò sunt, quæ sequuntur aliqua facta suppositione, quia solum sunt necessaria ad recti

6.Sent. Aragon. Soto. Medin. Couarr.

tudinem ſuppoſita, aliqua conditione, vel ſtatu ipſius naturæ (v.g.) ad ſocietatem ciuilem neceſſaria erat pax, abſolutè conſiderata natura, ſuppoſita tamen corruptione naturæ, & iniuria, quã quis ab alio patitur neceſſarium eſt bellũ ad talẽ iniuriam repellendam, & vt hoc fiat cũ mĩori damno, quo fieri poterit, neceſſarij ſunt legati immunes ab omni iniuria contrariorũ, & ne victi omnes moriantur admittitur ſeruitus, ſimiliter natura abſolutè conſiderata neceſſarium eſt agros collere, ſuppoſita tamẽ malitia, per quã quis magis curat bono proprio, quam cõmuni neceſſariũ fuit res à propriari, vt ſic ſolicite agricolerẽtur: aſſerit ergo iſta ſententia, quod nõ ſolũ ſunt de iure naturæ prima principia, ſed etiã cõcluſiones euidenter illatę ex principijs naturalibus, cõſiderata natura ſecũdũ ſe nulla ſuppoſitione facta, illa autem quę ſequũtur vt concluſiones, etiã euidenter ex primis principijs naturalibus, nõ abſolutè cõſiderata natura, ſed aliqua ſuppoſitione facta, & corruptione naturæ, pertinẽt ad ius gentium. Hæc videtur etiam D. Tho. 2.2. q. 57. ar. 3. vbi peracta dicta diſtinctione ait, ſi enim conſideretur iſte age rabſolutè, non habet vndè ſit magis huius, quam illius, ſed ſi conſideretur, per reſpectũ ad oportunitatẽ collẽdi, & ad pacificum vſum agri, ſecundũ hoc habet quandã commenſurationẽ, ad hoc quod ſit vnius, & nõ alterius, vt patet per Phil. 2. Polit. c. 3. & quod ſit vnius, & nõ alterius, eſt de iure gentiũ. Hæc S. Th. ſecundo probatur ratione M. Soto, quia quæ ſequũtur ex principijs naturalibus abſolutè, ſunt impreſſa naturaliter mentibus hominũ, nulla eorũ voluntate, & beneplatito requiſito: quæ autẽ ſolũ ſequũtur aliqua ſuppoſitione facta, requirunt voluntatẽ humanã, & conuenientiã eorũ per diſcurſum ſuperaditum: ergo illa diſtinctio ſufficit, vt priora dicantur de iure naturæ, & poſteriora de iure gẽtiũ. Hãc ſententiam defendit Soto, 3. de iuſt. q. 1. a. 3. Arag. 2.2. q. 57. art. 3. Medina hic. & Couarr. reg. pec. 2. p. §. 11.

Arg.

Soto. Arag. Medin. Couarr.

Obiectio Suar. & Vazq.

Etſi contra prædictam ſententiã arguas cum Suar. & Vazq. quia multa præcepta ſunt de iure naturę, vt præceptũ furti, quę non ſunt cõcluſiones illatæ ex principijs, niſi aliqua ſuppoſitione facta, niſi enim ſupponeretur rerũ diuiſio, furtum eſſe nõ poſſet: ergo ad eſſe iuſgentium, non ſufficit eſſe, quid illatum ex principijs naturalibus aliqua ſuppoſitione facta. Reſpondetur, quod ſuppoſitio poteſt eſſe ex parte ipſi⁹ materiæ præcepti, aut verò ex parte ipſi⁹ præcepti. Primo modo, quia ſupponitur diuiſio rerũ, vt ſit materia furti, quia debet eſſe rei alienæ, & alienũ non eſt, niſi facta à propriatione, & diuiſione rerũ, præceptum tamen furti ſemper fuiſſet nõ furaberis alienũ, ſiue ſit alienum, ſiue non ſit alienũ, ſicut præceptum non fornicandi ſemper eſt etiã mulieribus non exiſtentibus, nõ accedes ad alienã, licet vt de facto frangatur præceptum requiritur, & ſupponitur eſſe rẽ, vel fœminam alienã in rerũ natura. Secũdo modo poteſt eſſe ſuppoſitio formaliter ex parte ipſi⁹ præcepti, quia niſi hoc, vel illud ſupponatur, præceptũ nõ eſt, iſto ergo modo eſt ſuppoſitio præceptorũ iurisgẽtiũ, ſi enim ſupponatur naturę corruptio, talia præcepta ſunt, ſi autẽ talis corruptio nõ ſupponatur, ſed natura maneat integra, tale præceptũ nõ eſt: itaq; in prioribus pertinẽtibus ad legẽ naturæ, poteſt eſſe mutatio in materia, taliũ præceptorũ, & nõ in ipſis præceptis, in alijs verò pertinentibus ad iusgentium, poteſt eſſe mutatio in ipſis præceptis, quia præceptum naturale eſt prius cõditione, licet nõ poſſet exerceri, niſi poſt conditionẽ, defectu materiæ, præceptum autẽ, quod eſt ex iure gẽtiũ, eſt poſterius cõditione, & conditione nõ poſita præceptum non eſt, quapropter ius naturæ ſemper fuit comes ipſius naturæ, ius autem gentium incepit tempore determinato in quo incæpit talis conditio.

Solutio.

Impug. 1. Sent.

Sed certe omnes iſtæ ſententiæ punctũ veritatis non attingunt, & minus propriè loquuntur æquiuocantes vocẽ huius nominis ius gentium: nã prima ſentẽtia Iuriſtarum in propriè loquitur de iure gẽtium, poteſt enim iuſgẽtium dici dupliciter, primo ex parte ſubiecti, quia ſolũ in gẽtib⁹, & nõ in brutis reperitur. Secũdo ex parte cauſæ efficiẽtis, quia tale ius a gentibus inſtituitur, prima aceptio eſt impropria, & in illa loquũtur iuriſtæ, ſic enim ius gẽtiũ cõuertitur, cũ naturali. Secundo, quia hac ratione, etiã præcepta decalogi, dici poſſent de iure gẽtiũ, quia ſolũ ſunt in gẽtibus, & ſunt naturalia. Tertio quia hoc eſſet impropriſſime loqui. Secũda autẽ acceptio iurisgẽtiũ eſt propria, & ſic nullatenus conuertitur, cũ iure naturali, quia iſtud eſt à natura inſitum, illud vero ab hominibus inſtitutũ, vt ſtatim dicemus, ſimiliter patet ex 2. not. præſuppoſito in principio dubij, qualiter ſit impropria acceptio iuris naturalis vt extendatur ad bruta, niſi ſolũ materialiter, & nullomodo formaliter. Qualiter etiam iuſgentium, ſit circa concluſiones ex principijs naturalibus, & ni-

nihilo-

hilominus, non sint de iure naturæ partim, dictum est, in sexta sententia, & partim dicetur, in hoc dubio. Omnia autem alia, quæ ibi aducuntur ex Arist. & Cicerone diuidentibus, ius naturale, & positiuũ, nihil ad rẽ, quod iusgentiũ debeat esse naturale, quia nõ cõtinetur, nisi subpositiuo, quod diuiditur in gentium, & ciuile.

Impug. 2. Sent. Secunda etiam sententia, licet verum asserat in eo, quod iusgentium, sit circa conclusiones deductas ex principijs naturalibus, d eb i at tamen à veritate, M. Soto asserens esse conclusiones illatas, per euidentem consequentiam: nam vt diceba mus, quæ per euidentem consequentiam, sequuntur, etiam pertinent ad ius naturale, alias enim etiam præcepta decalogi essent de iure gentium, quia tantum sunt cõclusiones principiorum naturalium. Nec valet solutio Soto, quod licet sint conclusiones, quia tamen radicantur in principijs naturalibus, & in ipsa natura, ideò sunt de iure naturali, non in quam valet, quia ius gentium, etiam est de conclusionibus euidenter illatis radicatis in natura, qualiter enim per euidentem consequentiam posset inferri, si in ipsa natura, non radicarentur? Par ergo esset ratio de vtroque, nec etiam valet solutio, Soto, quod etiam iusgentium radicaliter est iuris naturæ, est tamen iusgentium, quatenus per illationem distinguitur, vt conclusio à iure naturæ, non inquam, etiam valet, quia idem etiam dici posset de præceptis decalogi, tantum esse iuris naturæ radicaliter, esse autem iusgentium, quatenus sunt conclusiones illatæ. Si etiam respondeatur recurrendo, ad sextam sententiam, quod præcepta decalogi sunt conclusiones euidentes, quæ radicantur, & inferuntur ex naturali, secundum se nulla suppositione facta, vt ibi explicatur, ius autem gentium sunt conclusiones, tantum euidenter illatæ ex suppositione, ibi explicata, & ideò non sunt iuris naturæ. Cõtra arg. quia licet inferantur suppositione facta: si tamen euidenter inferuntur, erunt iuris naturalis facta suppositione, & non iusgentium, quia iusgentiũ, vt infra dicetur est ex institutione humana voluntaria, quæ autem euidenter inferũtur, etiam facta suppositione, nõ sunt voluntaria, nec ex institutione humana, illa suppositione facta: ergo etiam suppositione facta non est iusgentium, quod per euidentem consequentiam infertur: aliter ergo debet explicari in quo consistat iusgentium. Bañez autem verum dicit in eo, quod iusgẽtium, est de conclusionibus topice illatis ex principijs naturalibus: cæterum, hoc non sufficit, sed adendum est, quod in conclusionibus explicabimus.

Tertia etiam sententia frustra distinguit de iuregentium, primario, & secundario: nam quod appellat iusgentium primarium, est simpliciter ius naturale sumptũ, tertio modo posito in 2. not. & tantum est iusgentium, in quantum solum in gentibus reperitur, solum autem propriè est iusgentium, agẽtibus institutum, illud quod ista sententia appellat iusgentium, secundarium, & de illo bene ait esse ius positiuum, vt nos statim dicemus. *Impug. 3. Sent.*

Quarta etiam sententia frustra distinguit, ius naturale in mutabile, & in immutabile, quia ius naturale, non est id quod fuerit mutabile, & male appellatur naturale, quod ex institutione voluntaria humana dependet: quapropter omne id, & solũ, quod ex natura ipsa est immutabile, est ius naturale, quod autem ex institutione humana dependet, ius positiuum, & non naturale debet dici: cum ergo secundum istã sententiam iusgentium sit ex institutione humana; nullatenus naturale, sed positiuũ ius debebit appellari. *Impug. 4. Sent.*

Quinta etiam sententia falsissima est, nam vt supra diximus, lex necessario, dicit præceptum: quapropter cum iusgentium, vt dixim⁹, sumatur pro lege, necessario præceptum debet importare, licet multoties in aparentia solum videatur permissio, vt in exemplis, quæ adducit Vazq. verè enim in illis etiam præceptũ reperitur, vt per docte ostendit Suarez lib. 2. de legi. cap. 18. & Lorca hic disp. 7. §. quidam vir. & certe oporteret mendacem memorem esse: nam si Vazquez, supra agens de lege naturali asseruit, illã nõ esse præceptiuã. Qualiter modo distinguit ius naturale à iure gentiũ, per hoc quod primũ sit præceptum, secundum vero tantum permissiuum eius, quod ius naturale præcipiebat? *Impug. 5. Sent.*

Sexta etiam sentẽtia satis manet impugnata in impugnatione secundæ sententię, non solum quantum ad id, quod cum illa conuenit asserens, iusgẽtium esse de cõclusionibus illatis euidenter ex iure naturali, sed etiã quantũ ad id in quo ab illa distinguitur superadens non esse iusgẽtium de conclusionibus euidenter illatis, vtcumq; sed de illatis euidenter, aliqua suppositione facta ex parte ipsius prẽcepti. Pro resolutione: ergo huius dubij ponuntur sequẽtes conclusiones. *Impug. 6. Sent.*

Prima conclusio, iusgentium verè, & propriè sumptum, est lex humana, & ius *1. Concl.*

positiuum ex voluntate, & institutione hominum cõditum à iureque naturali distinctum. Hæc est Diu. Thom. hic, diuidentis legem humanam in iusgentium, & ius ciuile, expresseque ait in corpore, iusgentium esse ius positiuum humanum, &
D.Tho. cum Diu. Thom. ibidem, & 2.2. quæstio.
Conrrado. 57. articul. 3 tenet Conrrado, & Medi-
Medin. dina, Bañez, & Aragon, imò & Soto sui
Bañez. oblitus, hoc tenet, 3. de iust, quæst. 1. art.
Aragon. 3. & Suarez, lib. 2. de legi cap. 19. à num.
Soto. 2. Valentia, 12. disput. 7. quæst. 5. punct.
Suarez. 2. Bartolus, & alij, l. 1. §. huius studij, ff.
Valen. de iust. & iure, Couarru. reg. pec. part. 2.
Bart. §. 11. numer. 3. Nauarro, ad capit. Ita quo
Couarr. rundam de Iudæis, glos. penult. numer.
Nauarro. 7. Turrecremata, capit. ius autem, distin.
Turrecr. 1. summiturque ex Vlpiano, lege 1. §. hu
Vlpian. ius studij, & §. iusgentium, & lege ius ci-
Iustian. uile, ff. de iust. & iure, & Iustinian. §. ius autem gentium, institut. de iure natura-
li, ex quibus sumpta est lex 2. tit. 1. part.
Cicer. 1. Idem tenet Ciceron. 2. de inuentione, capitul. 5. asserente diuisionem rerum, & dominiorum esse iuri positiuo humano ascribendam. Manifestum est, autem huiusmodi esse de iure gentium. Et ratione probatur primò, nam ea quæ propriè sunt de iure naturali sunt intrinsecè bona, & contraria intrinsece mala, vt supra diximus, sed quæ sunt de iuregentium, non sunt huiusmodi: ergo iusgentium est aliud a naturali, & sic erit positiuum. Minor patet, quia intrinsece bona, vel mala, non possunt esse aliter, sed quæ sunt de iuregentium. Aliquando aliter fuerunt: nempe ante peccatum primi hominis: ergo non sunt intrinsece bona, vel mala. Secundò probatur, & confirmatur, nam quæ sunt de iure naturæ sunt immutabilia, & indispensabilia, sed quæ sunt de iuregentium, sunt mutabilia, & dispensabilia: ergo non sunt de iure naturali, sed positiuo, & humano mutabili. Minor probatur, quia ante peccatum non erant, & post illud fuerunt: & de dispensatione, etiam patet in proprietate rerum, in qua fuit dispensatio in primittiua Ecclesia, in qua omnia erant communia, & hodie etiam in Religionibus, hoc perseuerat: similiter, & seruitus dispensatur à Papa, ne fiat inter Christianos, etiam bello iusto interueniente, quapropter Sarraceni, Granatenses in captiuitatem redigi non possent; nisi à Papa Pio Quinto esset approbatum. Nisi forsam dicas, per Apo-
Dubij. stasiam, hoc priuilegium Christianorum, iam amisisse. Et si interroges: quando ergo homines hoc ius instituere potuerunt, vt vniuersas nationes compræhenderet? Respondetur, in exordio mun- 1. *Respon.*
di, cum in pauci numero essent homines, & populi id potuisse instituere, pro omni gente. Aut secundo respondetur, non 2. *Resp.*
requiri, fuisse congregatos in vnum, ad hoc instituendum in actu signato, sed in actu exercito fuisse institutum omnes gẽtes, id obseruando, & simul ad inuicem in eodem consentientes, quapropter in eo iusgentium consistit, vt ab omnibus gentibus sit institutum, aut formaliter, aut virtualiter in actu exercito, & non sufficit esse institutum ab omnigente, quasi per accidens, vt sit iusgentium, sed requiritur ab omnibus esse institutum per se, si enim lex facta, ab vna republica, pro sibi subditis fieret in alia, etiam pro suis; & sic de omnibus ista lex, non esset iusgentium, quia per accidens facta est ab omnibns, sed requiritur, vt ab omnibus & pro omnibus, omnibusque promulgata, & aceptata saltem in actu exercito stabilita sit: quapropter manifestum est iusgentium, non esse antiquius iure ciuili, sed è contra, quia prius fuit, vt vnaquæque respublica conderet sibi leges, quam quod omnes simul pro omnibus illas statuerẽt: cum ergo ius ciuile sit vnius, vel alterius reipublicę ius autem gentium sit pro omnibus simul, prius est ius ciuile, quam iusgentium.

Ex hac conclusione sequitur contra Vazquez vbi supra, in iure gentium, 1. *Corol. Contra Vazquez.*
posse esse dispensationem abrrogationem, tamquam in lege humana, & vere positiua, hæc tamen dispensatio, non potest fieri, nisi omnibus gentibus consentientibus, vel à Deo, vel à Papa inordine ad bonum spirituale, quia in lege solum potest dispensare Legislator ipse, vel superior ad ipsum: cum autem ad vniuersitatem gentium, nullus sit superior, nisi Deus, vel Papa inordine ad finem supernaturalem, consequenter sola vniuersitas gentium, vel Deus, vel Papa, in iuregentium potest dispensare, & nullo modo Rex Hispaniæ, vel Galliæ, vel alius quilibet: secus est, quod quilibet potest cedi iuri suo, & sic quilibet, per ingressum Religionis potest cedere rerum proprietati, ius enim gentium, non præcipit proprietatem, nec solum permittit, vt volebat Vazquez, sed permittit singulis, & omnibus rerum proprietatem, simul præcipiendo, ne aliquis alicui hoc impediat quapropter quilibet sua sponte potest iuri, sibi permittenti

proprietatem rerum rerum renuntiare, ſimiliter Rex Hiſpaniæ, non poteſt diſpenſare in iuregentium, de immunitate legatorum, poteſt tamen cedere iuri ſuo, vt cum legato ſuo, hoc non ſeruetur, non autem, quod cum legatis aliorum, non ſeruetur talis immunitas, nec ille poteſt, cum legatis aliorum illam violare, quia immunitas legatorum aliorum, non eſt ius ſuum, ſed ius aliorum, ſupra quod ipſe poteſtatem non habet, poſſunt autem ex conuenientia Rex Hiſpaniæ, & Galliæ, & ſimiliter quicumque alius Rex, cum alio pactum facere, vt quod eſt de iuregentium, inter ipſos non ſeruetur, quia hoc eſt quemlibet cedere iuri ſuo, non autem poſſunt, pro non conſentientibus, id facere, quia ſuperiores non ſunt ad iusgentium, vt in illo diſpenſare poſſint.

Secundò ſequitur, quod ſicut ius ciuile, non poteſt derogare iurigentium, ſed oblata occaſione incompoſsibilitatis vtriuſque debet ſeruari, iusgentium, tamquam principalius relicto ciuili: ita nec iusgentium poteſt derogare iuri naturæ, ſed oblata occaſione incompoſsibilitatis debet ommitti iusgentium, & ſeruari ius naturale, vt in extrema neceſsitate, ceſſat à propriatio rerum, & omnia ſunt communia.

2. Concl. Contra Medin. & Bañez. illam tenet Boto, & Arag. & eſt expreſſe Diu. Thom.

Secunda concluſio, iusgentium in hoc diſtinguitur propriè à iure ciuili, quod iſtud eſt determinatio iuris naturalis, illud verò etiam concluſio illius. Hoc eſt contra Medinam, & Bañez, qui etiam aſſerunt ius ciuile eſſe concluſionem, illa tam iuris naturalis, illam tamen tenet Soto, & Aragon, vbi ſupra, imò eſt expreſſa Diu. Thom. hic per hæc verba, eſt enim primò de ratione legis humanæ, quod ſit deribata à lege naturali, & ſecundum hoc diuiditur ius poſitiuum in iusgentium, & ius ciuile, ſecundum duos modos, quibus aliquid deribatur à lege naturali: nam ad iusgentium pertinent ea, quæ deribantur ex lege naturę, ſicut concluſiones ex principijs, quæ verò deribantur à lege naturæ, per modum particularis determinationes pertinent ad ius ciuile. Qualiter autem ſint concluſiones iuris naturalis illa, quæ pertinent ad iusgentium, explicatum manet in ſecundæ, & quartæ ſententiæ impugnatione, quod non ſunt concluſiones euidenter illatæ, aliàs eſſent de iure naturæ, & non poſſet dici eſſe, ex inſtitutione voluntaria humana, ſed ſunt concluſiones topice vt dicebat Bañez, & ſuppoſita probabilitate illationis adeo efficacis, vt ab omnibus (licet non euidenter) cognoſcatur, fit voluntaria inſtitutio, ea verò quæ ſunt iuris ciuilis, nec etiam topice ſunt concluſiones iuris naturæ, ſed determinationes principij communis iuris naturæ, vel materiæ virtutum pertinentium ad ius naturæ, vt dicebamus art. 2. Ex quibus liquido patet, qualiter ius rectè diuidatur ab Iſidoro, in ius naturalæ, & poſitiuum. Et poſitiuum, in iusgentium, & ius ciuile: ita vt iusgentium diſtinguatur à iure naturali, ſicut diuiditur ab illo ius poſitiuum, cuius membrum eſt iusgentium, modo iam explicato, a iure autem ciuili diſtinguitur, tamquam alterum membrum, ſub iure poſitiuo humano contentum, in eo quod iusgentium eſt concluſio iuris naturalis, ius verò ciuile, tantum ſit illius determinatio, inſuper vt dictum eſt, quod ciuile eſt humanum inſtitutione voluntaria huius, vel illius reipublicæ per ſe loquendo, licet per accidens poſſit eſſe omnium, ius vero gentium eſt inſtitutio voluntaria omnium gentium, & nationum per ſe loquēdo. Quæ autem ſint aliæ diuiſiones legis humanæ videantur in Diu. Thom. hic & in Iſidoro, 5. ethim. à capit. 7. vſque ad 15. Deſignare autem in particulari, quæ nam pertineant ad iusgentium, non eſt huius loci, vbi tantum agitur de legibus in communi, ſed pertinet ad particularem materiam vniuſcuiuſque, vt de immunitate legatorum, ad materiam de vello, de proprietate rerum, & dominiorum, ad materiam de dominio, & ſic de alijs interim, videatur Salas hic diſput. 2. ſect. 2. in fin.

Reſolutio Dubij ex D. Tho. & Iſidor.

Quæſt. 96. De Poteſtate legis humanæ.

Art. I.

Vtrùm lex humana debeat poni in communi?

CONCLVSIO ſit, lex debet ad multa reſpicere, & ſecundum perſonas, & ſecundum negotia, & ſecundum tempora.

In hac concluſione tria, inquit D. Th. eſſe requiſita, ad veram rationem legis, primum quod ſit præceptum poſitum in communi pluribus, vt communitati, ſecundū

quod non debet poni pro particulari negocio, sed pro pluribus, quæ possunt occurrere: tertium debet habere durationẽ perpetuam, & non poni pro limitato, & determinato tempore, hoc supposito.

Dub. Primo.

Vtrùm conclusio D.Tho. verũ habeat?

1. Sent. Glossa. IN hac re est prima sententia, asserens non requiri ad rationem legis esse præceptum positum pluribus, nec pro pluralitate negotiorum, sed etiam particulari personæ, & pro particulari negotio posse legem imponi. Hanc tenet glos. l. 1. ff. de legi. & probat ex l. dorotheus, & l. doctius, C. de Decurionibus, lib. 10. quę quidem loquũtur de particularibus personis, & l. 1. ff. de constitutionibus principum, quæ etiam & lex personalis, & c. licet, de regularibus, & c. duæ sunt, 19. quæst. 2. vbi distinguitur lex priuata à publica, quod illa imponitur personæ particulari, ista vero cõmunitati: supponit ergo legẽ esse posse pro persona particulari condita.

1. Arg.

2. Arg. Secundò probatur ratione, circa personam particularem potest poni præceptum habens omnes conditiones legis, quas enumerat D. Th. q. 90. & resumit ar. vlt. ergo circa personam particularem, potest esse lex. Antecedens patet in præcepto impositio Petro ne sustentet in suo domo mẽsam ludi, in quo reperitur, & rationis ordinatio, & quod sit propter bonum commune, & ab eo, qui curam communitatis habet, & promulgatum, quæ sunt omnes cõditiones legis enumeratæ à D. Th. loco citato.

3. Arg. Tertiò probatur, lex est regula operationum, vt sæpe diximus, sed non tantum communitas, sed etiam persona particularis eget regula ad opetandum: ergo non solũ pro communitate, sed etiam pro persona particulari, lex poni potest.

4. Arg. Quarto arg. quia sententia lata in fauorẽ particularis personæ est lex, quia iusta non est nisi omnes conditiones legis habeat, simliter, & priuilegium concessum particulari personæ non videtur, quid ei ad rationem legis deficiat: ergo.

5. Arg. Quinto probatur, ad legem non requiri esse latam pro multitudine negotiorũ: tum exemplis positis in præcedentibus argumentis, in quibus tantum de negocio particulari, sicut & de persona particulari agebatur: tum etiam, quia cum lex debeat esse regula, & consequẽter vniformis, nõ poterit versari circa negocia plura, & in communi, in quibus vniformitas seruari non potest, sed melius versabitur, circa negocium particulare minus variationi subiectum.

6. Arg. Sexto arg. nam rescripta Pontificum, & responsa Principum, circa casus particulares, sunt vere leges, vt infra constabit, & tamen sunt circa particularia negocia: ergo.

2. Sent. Glossa. Secunda sententia est circa tertiam cõditionem legis (nempe durationem perpetuam) asserens, non requiri ad rationem legis, per multum tempus durare. Hanc tenet glos. cap. de constitut. vbi ait multos Canones esse temporales, pro determinato tempore, idem ait Ludouicus Gomez, in prohœm. ad reg. Chancelleriæ, q. 2. ad 2. & Geminianus, cons. 93. quos refert Suarez, 1. de legi. c. 10. n. 4. suam sententiam probant primo argumẽto negatiuo, quia Isidor. istam conditionẽ, non expressit, vt patet artic. 3. præcedentis quæstionis.

Gomez. Geminia. 1. Arg.

2. Arg. Secundò probatur, quia duratio legis est voluntaria Legislatori, potenti reuocare illam quando voluerit, ergo ad illam nõ requiritur perpetuitas.

3. Arg. Tertiò arg. nam in extrauaganti, ad regimen de præbẽdis, est lex lata à Benedicto XI. pro tempore tantũ suæ vitæ, vt ibi expresse habetur, &c. 1. 29. d. referũtur quę dam leges temporales, pro determinato tẽpore. Similiter, & regulę Chancelleriæ leges sunt, & tamen tempore determinato spirant: ergo non est perpetuitas de ratione legis, pro decisione tamen.

1. Concl. Prima conclusio, ad rationẽ legis requiritur, vt sit lata, & imposita pro cõmunitate perfecta, aliàs autem non erit lex propriè, sed præceptũ aut mandatũ. Prima pars huius conclusionis expressa est D. Tho. hic & communis Theologorum, & Iuristarũ, ex l. 1. ff. de legi. vbi dicitur lex est cõmune præceptum, & c. 1. de constit. vbi dicitur Canonũ statuta custodiãtur ab omnibus. vbi supponitur canones pro omnib⁹ positos esse. Et ratione D. Th. probatur: nã lex respicit bonũ cõmune, vt diximus q. 90. a. 2. sed bonũ cõmune, nõ reperitur in persona particulari, sed in cõmunitate: ergo cõmunitatẽ, & nõ personã particularẽ debet respicere lex. Secũdo probatur,

1. Pars est D. Thom. Theolog. & Iurista.

quia

quia etiam diximus legem esse regulam morum, sed de ratione regulæ est esse cõmunem, & vniuersalem pluribus: ergo & de ratione legis. Secunda pars conclusionis, quod communitas, pro qua debet imponi lex debeat esse cõmunitas perfecta. Probatur prius tamen explicando, quid sit cõmunitas perfecta, vel imperfecta. Perfecta cõmunitas est illa, quę efficit vnũ corp⁹ perfectũ polyticum habens caput, cum potestate iurisdictionis legislatiua, vt est Regnum, respublica essempta, vel ciuitas. Imperfecta autem est, quę prædicta nõ habet, vt vna domus, vel familia, vt colligitur ex D. Th. q. 90. a. 3. a d. 3. ex isto ergo loco probatur nostra pars cõclusionis, quod lex debeat esse lata pro communitate perfecta, & ex Arist. lib. 10. ethi. c. vlt. vbi hoc asserũt. Et ratione probatur quia pro tali cõmunitate imperfecta, nec potest esse lex lata ab ipsa cõmunitate, neque à Principe: ergo nullo modo potest esse talis lex. Prima pars antecedẽtis patet, quia in tali cõmunitate, nec incapite ei⁹ est iurisdictio, nec potestas politica requisita ad cõdẽdã legẽ, sed solum potestas dominatiua. Secunda verò pars antecedẽtis probatur, sicut probata est prima pars conclusionis, quia lex debet esse pro bono communi, bonum autẽ cõmunitatis imperfectæ est bonum particulare, & quia lex debet esse regula vniuersalis. Si autẽ inquiras, vtrũ possit ferri lex pro aliqua parte cõmunitatis perfectæ vt pro vno vico ciuitatis, aut pro vno oficio (v.g.) pro sutoribus, &c.

2. Pars probat.

D. Tho.

Arist.

In hac re, aliqui iuristę tenent partẽ negatiuam, illam quidem non esse veram legẽ, nec obligare. Sed hoc falsum est, & experiẽtia constat in republica multoties poni legẽ, pro aliquo genere personarum, & non pro tota cõmunitate, quapropter dicimus legẽ debere poni, pro cõmunitate, vel pro aliqua præcipua, vel magna parte eius, quia sic saluatur ratio requisita ad legẽ, quod sit pro bono communi, & regula cõmunis morũ, vt si feratur in personas talis generis, vel cõditionis, vt in plebeios, vel nobiles, &c. vel pro habitãtibus in tali vico ciuitatis, &c. nõ solũ pro his qui nũc sunt, sed durabiliter, pro talibus in perpetuũ, hoc enim cũ alijs cõditionibus requisitis sufficit ad legẽ: quòd non sufficit si solũ statuatur pro vna domo, nisi forsam, etiã vna domus habeat talẽ modũ generalitatis sufficienter ad legẽ, vt si sit domus fundata supra murũ, vel portã ciuitatis ad custodiã, potest enim tunc ferri lex, supra talẽ domũ, & habitãtes, in illa in perpetuũ, quia participat generalitatẽ cõmunitatis perfectę sufficiẽtẽ ad verã legẽ, quapropter cõditio posita debet intelligi, quod lex sit pro cõmunitate perfecta, vel parte illi⁹ participante vniuersalitatẽ communitatis conducentem ad bonum commune.

Secũda concl. lex etiã debet esse necessario generalis, quãtũ ad negotia, & nõ tãtũ pro vno negotio debet statui. Hanc ponimus contra Vazq. hic asserentẽ, hoc requiri ad melius esse, & vt legislator prudẽter agat, nõ tamẽ necessario, quoad substãtiam, ita vt non sit lex hac conditione defi ciente: nos autem asserimus, hãc conditionem necessariam esse eodem modo explicatã, sicut præcedens: ita vt eadem generalitas requiratur, quantum ad personas, & quantum ad negotia, quia D. Th. sine aliqua distinctione posuit, vnã & alterã cõditionẽ, quia bonũ cõmune, quod intendit lex. non consequitur, nisi per vtramq; generalitatem, & personarũ, & negotiorũ & quia ratio regulę non seruatur, nisi inordine ad negotia diuersa, & perpetuitas, quã lex debet habere, non etiã reperitur in vno casu, quia tali casu transato, vel lex cessaret, vel esset ociosa, si tantũ pro illo casu erat instituta: ergo vt sit perpetua plures cas⁹ debet respicere, & ideò Iuristõ sultus citatus à D. Th. in arg. sed cõtra, dixit quod lex debet constitui, in his quæ sepæ, & non raro contingunt.

2. Concl. contra Vaz. quez.

Tertia concl. de ratione etiam legis, tã ciuilis, quã Ecclesiasticæ est perpetua duratio, hæc etiã est contra Vazq. hic n. 48. asserentem hãc conditionẽ esse congruẽtẽ, sed non necessariã, quia sine illa lex esset ad tẽpus instituta, sed nostra cõclusio esse de ratione essentiali legis perpetuitatem, videtur etiam clare D. Th. sine discrimine assignantis, triplicem conditionem prædictam, videatur de hac, & alijs conditiodibus, Suar. lib. 1. de leg. c. 10. n. 5. & deinceps, vbi pro hac parte adducit plura iura, & authores. Et probatur primò, ex c. vlt. de officio de legati, vbi dicitur statuta ædita à legato in sua prouidentia, durare tamquã perpetua, quod quidem nõ est intelligendum esse fauorem concessum legatis, sed declarationem naturę legis legati, suponitur enim legatum posse condere leges, vt supra diximus, & declarat naturam legis illius esse durare perpetuo.

3. Concl. contra Vaz. quez.

Suarez.

Secundò probatur legislator potest cõdere leges perpetuas, donec reuocẽtur, vel materia mutetur, ita vt lex desinat esse iusta: ergo quando absolutè, sine limitatione cõdit legẽ, cẽsendũ est illã ponere iuxta

propriam potestatem in perpetuũ: consequẽtia patet, & antecedẽs probatur, quia lex per se primò est instituta à cõmunitate, vel Principe, authoritate communitatis, v. supra diximus, sed communitas est perpetua: ergo præceptum eius positum, sine limitatione est perpetuum, etiamsi Princeps moriatur, quia cui⁹ authoritate positũ est præceptum (nempe communitas) non moritur, & hoc manifestius est in legibus Ecclesiasticis factis in virtute Christi in perpetuum durantis. Tertiò probatur, nã lex vt sæpe diximus, est propter bonũ cõmunitatis, cum ergo bonum commune sit perpetuum, consequenter, & lex prospiciens tali bono. Conf. quia lex debet prospicere bono communi, sed si lex esset mutabilis potius destrueretur bonum cõmune, quia nil tam malũ, sicut multiplicitas, & varietas, & mutatio legum: ergo necessario ad bonum commune, lex debet esse stabilis, & perpetua. Quartò probatur, quia communiter à Doctoribus ponitur differentia inter simplex præceptum, & legem, quod præceptum spirat morte præcipientis, lex autem minime: ergo ideò est, quia lex ex natura sua est perpetua. Ex dictis

Corol. sequitur, quod subditi succedentes in eadem communitate, eodem modo obligãtur ad legem, sicut illi quibus primo imposita fuit lex: nam lex nullatenus esset perpetua si successores, lege non tenerentur ad illam seruandam, si enim illi non tenerẽtur, qualiter lex perseberat: videatur Panor. & Innoc. c. à nobis, 1. de sent. excom mu. & Coua. c. alma mater, p. 2. §. 10. n. 2.

4. Concl. Quarta conclusio (quæ sequitur ex dictis) præceptum sententia, & priuilegium differunt à lege secundum rationem communitatis, assignatam a D. Thom. Prima

1. Pars probatur. pars de præcepto, quod est simplex, & speciale mandatum, quod solet appellari latũ ab homine ad differentiam legis, quæ dicitur lata à iure. Probatur conclusio, nã præceptum, non exposcit imponi communitati, sicut exposcit lex, potest enim præceptum poni communitati, & personæ particulari, lex vero solum communitati, similiter, & præceptum potest poni circa singulare negotium, non autem lex, tandem præceptum spirat cum præcipiente, nõ autem lex, quia vt diximus est perpetua. De

Sylvest. Cordu. Sanchez. quo videatur Sylvest. verb. mandatum, q. 3. Corduba, in reg. sancti Francisci, cap. 10. quæst. 3, punct. 1. & Sanchez, lib. 3. de matrim. disp. 28. quæst. 2. nu. 47. idem habetur, l. mandatum, C. mandati, & cap. gratum, & cap. relatum de officio de legati, vbi semper Doctores nomine præcepti intelligunt, simplex mandatum pro tempore præcipientis, distinctum à lege perpetua, ex quo sequitur ad præceptum, nõ requiri iurisdictionem, sed sufficere potestatem patris, vel domini, vel mariti, vel abatissæ, ad legem autem necessario requiritur iurisdictio.

Secunda pars conclusionis, de sentẽtia, explicatur etiã qualiter à lege distinguatur: nam sententia, est quædam applicatio legis ad casum singularem, & personã priuatam, & in hoc distinguitur a lege respiciente communitatem personarum, & negotiorum, conuenit tamẽ cum lege in perpetuitate, quia sententia non spirat morte ferentis sententiam, sed est perpetua, sicut ipsa lex, cuius est aplicatio, licet lex ferat⁹ à Principe, sententia autem & aplicatio legis ab inferiori ferri possit. Tertia etiam pars conclusionis probatur, similiter nam priuilegium potest respicere personam, & bonum particulare, non autem lex. Vndè dicitur in c. priuilegium, dist. 3. quod priuilegium est quasi priuata lex, conuenit autem cum lege, quia est perpetuum, sicut lex natura sua, item ad priuilegium requiritur potestas publica, sicut ad legem, priuilegium enim est, quasi exceptio à lege, & non potest à lege excipere, nisi qui illam potest condere. Hoc dixerim contra Suarez, lib. 1. de legi. capit. 7. num. 12. & lib. 8. cap. 1. num. 3. asserentem priuilegium perpetuum esse legẽ, deficit enim à ratione legis, esse circa communitatem, & circa negotia communia nõ autem affert Suarez, aliquod fundamentum responsione egens.

2. Pars explicatur.

Ad primum arg. primæ sententiæ resp. quod duæ priores leges, non sunt propriè leges, sed priuilegia concessa dictis personis, vel familijs. Secundò resp. quod illę leges dantur de illis domibus, & familijs perpetuis temporibus succedentibus, quod sufficit ad generalitatẽ legis, vt diximus conclusione prima. Ad tertiam legem, dicitur similiter, quod ibi agitur de priuilegijs. Vocãtur autẽ priuilegia in iure leges priuatæ. Ad quartã legẽ resp. ibi: non agi de lege humana, sed de inspiratione particulari Spiritus Sãcti, quaquis interius mouetur, vt patet clare in eodem capit. §. lex vero priuata.

Ad 1. ar. 1. Sent.

Ad secundum arg. respondetur, quod si tale præceptum ponatur pro omnibus erit lex, si autem vni particulari tantum, non est lex, quia primum conducit ad bonum commune, non autem secundũ, quid enim

Ad 2. ar.

interest

interest, quod in vna domo, non sit ludus si sit in alijs?

Ad 3. ar. Ad tertium arg. respondetur, quod personæ particulares debent regulari regula communi, & non est necessaria alia regula particularis, pro quolibet particulari.

Ad 4. ar. Ad quartũ arg. iam patet ex quarta cõclusione, quid sit dicendum de sententia, & de priuilegio.

Ad 5. ar. Ad quintum arg. respondetur, quod licet casus varientur materialiter, ratio tamen regulæ in omnibus illis est eadem, & sic vna, & non pluribus legibus debent regulari, eadem enim ratio est decidendi, in omnibus consimilibus casibus, & per accidens est, quod in vno, vel altero deficiat.

Ad 1. ar. 2. Sent. Ad arg. secundæ sententiæ resp. ad 1. illud arg. esse negatiuum, & non habere vires. Secundò resp. perpetuitatem esse in clussam in eo, quod lex debet respicere bonum commune, quod perpetuum est, vt probauimus, in 3. con. & D. Tho. expresse meminit huius conditionis quæst. præcedenti, art. 1. in corp. & ad 2. & art. 4. & Isidorus semper loquitur, de lege, vt de aliquo perpetuo.

Ad 2. ar. Ad secũdũ arg. resp, legẽ ex se esse perpetuam, per accidens autem est, vt pro sua voluntate à Legislatore reuocetur, sicut & sua voluntate, fuit instituta: secus est si in sua institutione determinaretur tempus durationis, quia tunc propriè non esset lex.

Ad 3. ar. Ad tertium resp. illam constitutionem benedicti, non esse legem, sed vt patet, ex textu, est quædam reseruatio, circa prouisionem præbendarum, & beneficiorum, quam pro suo tempore fecit. Ad illud autem, ex cap. 1. 29. dist. Resp. non ibi dici esse, aliquas leges temporales, sed quod leges interpretandæ sunt attenta ratione tẽporis. Ad illud autem de regulis Chancellariæ, resp. secundum aliquos, non esse leges, quia non sunt perpetuæ, si autem secundum alios perpetuitatem habent, tanquam leges habendę sunt, sed circa materiam sexti arg. primę sentẽtiæ, cui ex proposito solutionem, non dedimus.

Dub. II.

Vtrùm rescripta, seu responsa Principum, tam sæculariũ, quam Ecclesiasticorum, in casu singulari sint vere leges, etiam pro alijs casibus si milibus instituta?

PRO intelligentia notandum primò, rescriptum sumi dupliciter, primo large, vt etiam se extenditad beneficiũ, vel priuilegium, sic in decretalibus passim habetur sermo. de rescriptis, & in Codice extat titulus, de rescriptis, vt latè sumitur rescriptum modo dicto, de istis modo nõ loquimur. quia iam ostendimus, qualiter beneficium, vel priuilegium non sit lex, secundò vero modo sumitur rescriptum, pro determinatione, & sententia in aliquo particulari negocio ædita à Principe, & præcipuè sumitur pro tali determinatione in epistola facta, respondendo consulẽti iudici inferiori, cum de iure dubitat. De quo l. 11. tit. 22. part. 3. & l. 1. in princip. ff. de appellat. aut etiam sumitur rescriptũ strictè pro tali determinatione, & sententia Principis, circa speciale negotiũ, etiã non respondendo, sed ex propio motu, de qua re multa, Rebuf. tom. 2. reg. const. tracta. de rescriptis, quæst. 1. nu. 3. vbi alios ipse citat. *1. Not.*

Secundo notandum, quod Princeps multipliciter se potest habere in huiusmodi rescriptis. Primo interprætando ius cõmune, & legem aliàs latam, de qua iudex ipsum consulens dubitabat si curreret, in hoc casu. Secundò determinando in isto casu, quid sit faciẽdum, quia est casus omissus, & de hoc non est lex lata. Tertiò, se potest habere interprætando legem naturæ in isto casu, quid faciendum sit, exponens se, non intendens legem condere, sed ius naturæ declarare. Quartò, se potest habere, vt iudex ferendo immediate, per se ipsum sententiam inter partes litigantes data informatione, & allegatione vtriusque partis, sicut quilibet alius iudex posset sententiam ferre. Quintò, denique potest sententiam ferre in casu particulari cuius eadem est ratio in similibus, aut vero in casu, cuius ratio, & similitudo in alijs non reperitur, iuxta hãc ergo distinctionem facilis est responsio. *2. Not.*

Prima conclusio, rescripta, & responsa Pontificum, explicando iuscommune, & legem aliàs latam interrogationi, & dubitationi inferioris iudicis respondendo, vere habent rationem legis. Hæc conclusio est communis, vt notat Vazquez disput. 157. cap. 5. num. 37. & Lorca, disput. 18. dub. apendice, & Burgos de Paz, in prohæm. legum Tauri, num. 452. & Bartol. *1. Concl. est communis. Vazq. Lorca. Burgos de Paz. Bart.*

Paulus de Castro. l.2.C.de legi.& Paulus de Castro,in l.1. ff.de constitutionibus,& id expresse habetur,in cap.in causis,de sent.& re iudicata,vbi Innocentius III. sic scribit in causis,quæ Summi Pontificis iudicio decidũtur,& vigor æquitatis,& subtiliter obseruandus,cum in similibus casibus cæteri teneantur, similiter iudicare, patet etiam, quia quam plurimæ epistolæ Decretales, quas incorpore iuris habemus inordine redactas à Gregor.IX.vim habent legis generalis,cum tamen in casu singulari, pro responso sint datæ,& non solum id debet habere verum,de responsis scriptis in iuris volumine,sed de alijs aliàs,etiam enim de istis declarauit Nicolaus Papa, in cap. si Romanorum,distin.19. reuerenter obseruanda esse.

2.Concln. Secunda conclusio,idem dicendum est de principibus sæcularibus , quod diximus in prima conclusione,de respõsis Põtificum,quando enim Princeps sæcularis, per rescriptum interprætatur ius, aut exprimit se velle tale rescriptum valere pro lege,non dubium,quin sit lex,sed quod absolutè rescripta Principum sęcularium sit lex,tenet Iaſ.l.1.ff.de constit. num.5.

Iaſ. Gomez. Ludouicus Gomez,in prohœm.reg.Chãcellariæ,quæst.2.§.quarto pro ista parte,

Archid. Archidiaconus,cap.ignorantia, dist.38.

Felin. Felin.rubr.de rescript.num.1.& cap.in

Couarr. causis,num.3.de sent.& re iudic.Couuar. 2.part.de sponsalibus,cap.7.§.4.nu.15.

Burgos de Paz. Burgos de Paz,vbi supra,Sanchez,lib.2.

Sanchez. de matrim.disp.14.num.4.& Vazquez,

Vazquez. dilput.157.cap.5.num.37.& Salas disp.

Salas. 2.sectio.8.& probatur ex l.vlt. C.de legib.vbi Imperator sic scribit si imperialis maiestas causam cognitionaliter examinauerit,& partibus , quo minus constitutis sententiam dixerit,omnes iudices qui sub nostro imperio sunt sciãt,hoc esse legem, nõ solum illi causæ pro qua producta est, sed & omnibus similibus, hæc Imperator quid clarius. Idem habetur l.13.tit.22. part.3.idem etiam patet ex vsu iuristarũ, qui in suis responsis ad probationem dicunt,idem Imperator rescripsit, idem Imperatores rescripsere,supponentes rescripta esse leges,quibus sua dicta legitimepossint comprobare,vt videre est l.3.§.ideoque,ff.de testibus,& l.fin.ff.de adminiſt. rerum,ad ciui.pertin.& ex l.1.C.de legibus,vbi hoc expresse habetur. Videatur Iustinianus l.fin.C de legibus, vbi hoc etiam ad longum profert. Et ratione probatur manifeste:nam interprætatio Legislatoris est ipsa vita legis,quia & Princeps est lex viua,scripta autem est mortua, & ideò mortua,quia nequit verbis se explicare, Princeps autem viua , quia explicationem potest prebere: ergo interprætatio Principis debet haberi pro lege , non distincta,sed eadem, quam interprętatur, lex enim sic interprætata est.per quam in isto casu,de quo interrogatur fit iudicium & manet declarata, ad consimiles casus, pro hac conclusione videantur multa alia quæ adducit Salas loco citato. Contra istam conclusionem,tenet Bart.l.2.C.de legib.Concedens conclusionem de rescriptis Pontificum,illam tamen negat de Principibus sæcularibus, idem tenet Paulus de Castro,l.1.de constit.princi.& Decius rubric.de rescript.colum.1.imò videtur definitum,l.2.C.de legi. Vbi loquens de istis particularibus determinationibus dicitur,nec generalia iura sint,sed leges faciant,his dumtaxat negocijs, atque personis,pro quibus fuerint promulgatæ. Confirmatque Bart.suam sententiam , hac ratione,quia à lege Principis,non potest esse appellatio,vt patet ex l.1.in principio, ff.à quibus appellare,sed a rescripto Principis potest esse appellatio , vt patet ex l.1.in princip.ff.de appellat: ergo rescriptum non est lex. Respondetur,nihilominus illam legem 2.loqui,non de rescripto interprætante ius,sed in alio negotio singulari ex decreto particulari Principis,nãquãdo fit interpretãdo ius. Cõtra naturã regulę esset mensurare istũ casum, & non consimilem,esset enim regula torta,& nõ recta , si non omnibus consimilibus ad æquaret,vt ait Arist.5.ethi.cap.10. Ad conf.respondetur,à rescripto non posse appellari,nisi allegando falsam causam,sicut & de institutione legis,stante autem causa,non est appellatio. Ex dictis etiam, in hac conclusione,sequitur contra Felinum idem dicendum esse, quando Princeps confert potestatem alicui instituendi legem:tunc enim etiam potest illam interprætari,& eius interprætatio,habenda est pro lege,quia vt dictum est,interprætatio est vita legis,& est ipsa lex explicata, & non ponit in numero cum illa,imò dissonũ,maxime est,quod lex posita ab vno, debeat declarari ab alio ,si potest ipse interprætari se ipsum,quis enim melius dabit intelligẽtiam legi,quam Author eius. Sic tenet Iaſ.l.1.ff.de constit. num.6.& Angelus,l.item veniunt,§.cæterum , ff. de iur.hæred.

Obiectio. Bart. *Paulus de Castro.* *Decius.* *Arg.* *Conf.* *Solutio ad.* *Ad conf.* *Iaſ.* *Angel.*

Tertia conclusio rescriptum in casu etiam singulari,cuius materia omissa est à lege

3.Concl.

lege habet vim legis, in consimilibus casibus, si rescriptum sit sententia definitiua, non autem, si tãtum sit inter locutoria, adhuc non cognita causa, & lite. Hanc tenẽt Rebuf. in prohœm. constit. reg. glos. 2. ex l. 1. ff. de constit. princip. & l. fin. C. de legib. & constit. Principum, & Vazquez, vbi supra, & colligitur ex Innocẽtio III. loco citato, & ratio videtur manifesta, nã si lex, non sit aliàs lata, & Princeps determinat, hoc faciendum, non videtur velle, alios consimiles casus iure orfamos manere, sed similiter iudicari, quid enim in alio easu consimili expectandum est, amplius quam quod in isto, Princeps declarauit causa plene cognita? Secus est, si interlocutoria est, quia tunc decretum, nõ habet firmitatem, nec stabilitatem immutabilem vsque ad definitiuam: dixi autem in conclusione habere vim legis incõsimilibus: namsi dissimiles sint, etiam si materia sit eadẽ ad alios casus non extenditur (verbi gratia) quod circa Monachos sublacenses statuit Innocent. III. cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum, ne lineis vterentur, nec carnibus vescerentur, quia ita habebant ex suis constitutionibus, nõ est ad alios Monachos extendendum, qui similes constitutiones non habent, similiter, quod de minoribus statuitur, cap. exit qui seminat. de verbor. sig. in 6. non debet ad alios extendi.

Rebuf. Glossa. Vazq.

Inoc. III.

4. Concl. Quarta conclusio, si Princeps faciat rescriptum intendens declarare ius naturæ, & non distinctam legem condere, tunc nõ habet vim legis, quia Princeps sæcularis, non habet potestatem declarandi ius naturæ infalibilem, quapropter si constat illud esse de iure naturæ, quis tenebitur obligatione naturali, nõ obligatione ciuili Principis: si fuerit dubium si est ius naturale, tũc tenetur ad id quod aliàs tenetur in dubio iuris naturalis, ac si talis declaratio nõ esset: secus est de Papa, qui habet potestatem declarandi ius naturæ ex principijs Fidei, & standum est declarationi illius, potius quamcuicumque alteri sententiæ de illa re.

5. Concl. Quinta conclusio, si Princeps attendẽdo ad ius naturæ, vel existimas esse ius naturæ absolutè, faciat rescriptum volens ipso obligare, tunc habet rationẽ legis, quia tunc sic se habet, ac si ius naturale, non esset, & vtitur sua potestate legislatiua, quã etiam extra ius naturale potest exercere, vt supra diximus, & est per accidẽs, quod præsumat esse, vel non esse de iure naturæ, quod præcipit si absolutè intendit præcipere.

Sexta conclusio, si Princeps ferat sententiam inter litigantes, vt quicumque aliàs iudex posset iudicare, non interpræ tando ius, nec de nouo aliquid, non lege contentum præcipiens, aut vero sententia est in casu dissimili, de quo diximus, in 3. con. tunc rescriptum, non habet rationem legis, magis quam sententia alterius iudicis, sed solum alligatur ad illum casum particularem, quia deficit ratio assignata pro alijs rescriptis. *6. Concl.*

Septima conclusio, predicta habent verum de supremis principibus legislatoribus: nã si non sit supremus, vt Prætor, vel Magistratus, vel Episcopus per Epistolã, vel rescriptum, vel sententiam determinet in aliquo negocio, idem est, ac si esset sententia alterius iudicis, etiam si sit interpræ tando, aliquod statutum sui ipsius, poterit enim iterum exorta lite, circa idem aliter iudicare, iuxta intelligentiam aliorum, secundum tenorem statuti, alius quicumque iudex. Hanc tenet Felinus, relatus à Vazquez, vbi supra, & Rebuffus, il la glos. 2. citata, omnia tamen prædicta intelligenda sunt appositis, alijs necessarijs, ad legis constitutionem, de quibus supra egimus præcipuè facta sufficienti publicatione, supra requisita. *7. Concl.*

Art. II.

Vtrùm ad legem humanam, pertineat communia vitia cohibere?

Conclusio est negatiua.

Art. III.

Vtrùm lex humana præcipiat omnium virtutum actus?

CONCLVSIO est, lex humana non præcipit singulos actus singularum virtutum, nulla tamen est virtutis species, cuius aliquos actus non possit prohibere, eos videlicet, qui ad bonũ cõmune ordinantur mediate, vel immediate.

Dub. Primum.

Vtrùm conclusio, secundi, &

tertij

tertij articuli verũ habeat?

1.Sent. IN hac re est sententia aliquorũ, quod lex humana ciuilis, non potest præcipere, nisi actus solius virtutis iustitiæ. Hanc tenet Soto, 5. de iust. quæst. 1. art. 7. §. vnde ad secundum, Corduba, lib. 2. quæst. 27. ad 4. secundæ opinionis, & Sarmiento, lib. de reditibus, part. 4. cap. 5. & existimant esse D. Thom. quæst. 99. art. 5. vbi ait, moralia tantum posse determinari, per legem in quantum pertinent ad iustitiam, & Ciceronis, 1. de officijs, nu. 93. & in iure multa sunt capita, quæ hoc videntur determinare, & ratio huius videtur clara, quoniam potestas solum extenditur ad ea, quæ necessaria sunt ad proprium finem, sed ad finem potestatis ciuilis, & reipublicæ, solum sunt necessarij actus iustitiæ: ergo ad istos tantum se potest extendere talis potestas.

Soto. Corduu. Sarmien. Cicer. Arg.

2.Concl. Prima conclusio, lex humana tam Ecclesiastica, quam ciuilis potest præcipere aliquos actus cuiuscumque virtutis, hæc est D. Thom. hic Caiet. Conrrado, & Medinæ, D. Anton. 1. part. tit. 7. cap. vnico, §. 4. Soto, 1. de iust. quæst. 6. art. 2. & 3. & illos sequuntur omnes moderni, quos citat Salas, disput. 9. sect. 3. Prima pars cõclusionis de lege Ecclesiastica est manifesta, quia cum hæc potestas sit in ordine ad finem spiritualem, & ad istum possit conducere actus, cuiuscumque virtutis, consequenter omnem illum potest præcipere secundum speciem omnis virtutis, & inductive patet: nam præcipit ieiunij, quod est actus temperantiæ, & confessionem, cõmunionem, audire Missam, &c. qui sunt actus Religionis, & confiteri fidẽ, qui est actus fidei, item præcipit multos actus obedientiæ, & quam plurimos iustitiæ, & sic de alijs.

D. Thom. Caiet. Conrrad. Medin. D. Anton. Soto. 1. Pars probatur.

2. Pars probatur. Secunda vero pars de lege ciuili, etiam est Arist. 5. ethi. c. 1. & 2. & 1. Mag. Mora. cap. 34. & Plato. 1. de legi. & habetur, l. iustitia, ff. de iust. & iure; & ibi glos. & multis alijs locis, ex iure, quæ citat Salas, vbi supra, & experientia constat, ante aduentum Christi Reges multa de cultu, & Religione disponere, secundum varietatẽ virtutũ, & licet hoc in Ecclesia seruatũ sit ad potestatẽ Ecclesiasticã, ad religionẽ (Pontificẽ tamen cõsentiente) in ordine, & in fauorẽ Ecclesiæ, huiusmodi possunt statuere. Et ratione probatur: nam actus, cuiuscumque virtutis, potest conducere ad finem potestatis ciuilis, & bonum regimen reipublicæ: ergo talia potest præcipere, quia de omnibus conducentibus, ad proprium finem, potest disponere. Antecedens vero (præter actus iustitiæ, de quibus est manifestum, & aduersarij concedunt, & totum ius ciuile est plenum disponens de contractibus, & de emptionibus, & venditionibus, &c.) probatur, nam sæpe est necessarius ad prædictum finem actus misericordiæ, circa infirmos, vel in carcere detentos, vel peregrinos, de quo disponit respublica, sæpe etiam est necessarius actus fortitudinis, & hostes agredi in vello, de quo disponit Rex, sæpe etiam, est necessarius actus castitatis, maxime in mulieribꝰ, & de illo, etiã disponit, sepe etiã est necessarius actꝰ tẽperãtiæ, circa cibos, circa vestes, circa seruos, circa faustũ, circa sumptus funerum, de quo etiã sunt multæ pragmaticæ, sæpe etiam est necessarius actus pietatis, circa parentes, & circa filios & sic de alijs, de quibus multa inueniuntur sancita in iure ciuili, etiam non importantibus debitũ, vt de liberalitate, & magnificentia seruãda, circa Principes. De Eutrapelia, & amicitia, circa conciues, & amicos, & quales ludi publici sint exercendi, qualiter donationes fiendæ, &c. D. autem Thom. citatus, q. 99. ar. 1. non negat hãc conclusionem, sed tantũ, docet posse præcipere actus cuiuscumque virtutis ad finẽ, tamen iustitiæ, quia iste est principalis intentus a republica, ad illum tamen potest, vt media actus aliarũ virtutum ordinare.

Explicatur D.Th.

2.Concl. D. Thom. Secunda conclusio, lex humana, siue Ecclesiastica, siue ciuilis, non potest præcipere omnes actus omnium virtutum: itaque licet possit præcipere, cuiuscumque virtutis aliquos actus, non tamen omnes actus cuiuscumque, virtutis. Hęc etiam est D. Thom. & aliorum, quos citauimus in 1. conclusione, & probatur: tum quia multi sunt actus virtutum inter se contrarij, vt virginitas, & matrimonium, & sic simul præcipi non possunt: tum etiam, quia tota collectio omnium virtutũ est difficilima, lex autem, humana suauis, & demoraliter possibilibus debet esse: tum etiam, quia multi actus virtutum, non sunt necessarij, ad finem reipublicæ, & alij parum vtiles, & alij ita faciles, & frequentes in vsu, vt esset impertinens illos præcipere, & potius esset laqueum imponere: debet ergo illos tantum actus virtutum præcipere, siue lex ciuilis, siue Ecclesiastica, quos ad proprium finem, acõmodatos necessarios, & multum vtiles iudicauerit.

3.Concl. Tertia conclusio, quod dictum est de virtutibus, dicendum est de vicijs oppositis,

tis: nimirum quod lex humana, siue Ecclesiastica, siue ciuilis potest prohibere aliquos actus cuiuscumque vicij, non tamen omnes actus viciorum. Prima pars conclusionis patet, quia ad finem vtriusque potestatis, eodem modo requiritur vitare malum, sicut facere bonum, iuxta illud, Psalm. 36. Declina à malo, & fac bonum, vnde Iere. 1. Vtraque potestas conjungitur: dum dicitur, constituite supergentes, & regna, vt evellas, destruas, & dispergas, & dissipes (vtique vitia) & ædifices, & plantes (vtique virtutes,) nec facit in contrarium, quod vitia iure naturæ sunt prohibita, & ideò non esse necessariam humanam prohibitionem. Respondetur enim, prohibitionem multoties esse necessariam ad manifestationem vitij minus noti, ne ignorantia prætendatur, vt dicit Diu. Thom. 1. part. quæstio. 1. etiam de cognitis lumine naturæ; qua ratione, Acto. 15. Apostoli fornicationem prohibuerunt, aliàs lumine naturæ cognitam esse prohibita: tum etiam prohibitio humana istorum est necessaria, vt per positam pœnam ab huiusmodi homines timore coherceantur. Secunda verò pars conclusionis, etiam probatur: nam multa sunt adeò minima, & plura, quod illa prohibere esset impossibile, & inutile prorsus, quia nihil, vel parum nocent reipublicæ, vt mendatia iocosa, verba scurrilia, gestus immodesti, &c. etsi de maioribus istis loquamur illa prohibere, multoties maius damnum inferret: quapropter Augustin. lib. 1. de lib. arbi. cap. 5. probat multa debere permitti, ne maiora mala subsequantur, vt meretrices hac de causa permittuntur, & satis magnum malum esset omnia prohibere, vt in quolibet peccato, maior malitia ex prohibitione reperiretur, & maior appetitus ad illa patranda, quia priuatio est causa appetitus, & iste non est per præcepta inutilia excitandus, cum ex se sensus, & cogitatio humani cordis in malum pronasit, Genes. 8. Et hoc forsitam voluit Christus, Matth. 9. Nemo mittit commissuram in vestimentum vetus, &c. quia foramen fit maius, dũ minus voluit supleri, per panum fortiorem, vt explicat Euthimius, & Theophi. & sic etiam Diu. Thom. quæst. 95. art. 2. ad 2. explicat, ex Ambrosi. libr. de Noe, cap. 22. illud Genes. 8. Nequaquam vltra maledicam terra, non enim intendit, quod mala futura non sint, vel quod illa Deo displicere non debeant, sed significat taciturnitatem, & inflictionem pœne temporalis qualis fuit præterita, non futuram; quia hoc potius faceret, ad destructionem naturæ, quam ad emmendam peccati.

1. Pars probatur.

2. Pars probatur.

D. Aug.

Gen. 8.

Matth. 9.

D. Thom.

D. Ambr.

Gen. 8.

Ex dictis sequitur primo paupertatem Euangelicam sub præcepto humano cadere non posse, est enim res difficillima, & quæ solum ex propria voluntate, & non coacte exerceri valeat, vt matrimonium, & alia minus difficilia, quæ sine propria voluntate rata esse non possunt, & certe ad bonum commune reipublicæ, nequaquam conduceret, sed potius impediret, huiusmodi paupertas, si voluntaria nõ esset, nec est simile de punitione hæreticorum iusta, illos priuante omnium bonorum. De quo Castro, 2. de iusta hæret. punit. cap. 11. Quia pœna est de his, quæ nobis nollentibus accidunt, & ex propria natura est involuntaria; nec etiam est simile de seruo, qui nihil proprium habere potest, vt habetur lege acquiritur, ff. de adquirendo rerum dominio, & l. neque placet, ff. de adquirenda hæreditate, quia seruus est sui domini, & res fructificat domino suo, non etiam est simile de præscriptione, per quam priuatur verus dominus re sua. De quo tit. 23. de præscript. longi temporis, & tit. 37 de quadrien. præscriptio. & tit. 39. de præscript. & in decret. titul. 26. Nam hoc etiam fuit conueniens ad bonum commune, ne res, per negligentiam suorum dominorum perderentur si illarum, cura non esset: itaque paupertas Euangelica, non est prohibita, vt putabat Vbicleph. & Pelagiani, & alij hæretici, Apostolicos se nominantes, & Iulianus Apostata, & Caluinus, sed tantum est in consilio, Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesuarum in Cœlo, vt explicat, Epipha. hæresi, 61. Aug. hære, 40. Epist. 89. & 106.

1. Corol.

Castro.

Contra Vbi deph. & Pelagian. Iulian. Caluin.

Matth. 9.

D. Epipha. D. Aug.

Secundo sequitur virginitatem, etiam sub præcepto humano cadere non posse, contra hæreticos Apostolicos asserentes esse præceptum de virginitate, vt refert Epipha. & Aug. citati, & Ireneus, libr. 1. cap. 30. sed tantum esse consilium contra Iouinianum, qui vt refert D. Hier. 1. contra Iouin. & Aug. hære. 82. Asserebat, nec esse præceptum, nec consilium de virginitate, contra ipsos tamen sunt verba Apostoli de virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. & Diu. Ambro. libr. 1. de exortat. ad virgines, vt refertur cap. virginitas, 32. quæstio. 2. sola est virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest, & ratio est manifesta,

2. Corol.

D. Epipha. D. Aug. D. Iren. D. Hier. D. Aug.

D. Ambr.

festa, quia virginitas est quid arduum, vt sub præcepto humano cadere possit, de cuius excellentia, & difficultate D. Thom. 2.2.quæst.152.art.2.& 3.& D.Ambro. de Virgin.non longe à principio, quã difficultatem. Explicuit Sap. 8. Sciui quoniam aliter, non possem esse continens, nisi Deus det, loquirur enim de continentia virginitatis ab omni delectatione venerea, vt explicat Aug. 10.confes. cap. 29. & Epist. ad Hila.quæst.2.D. Prosper.1. de vocat.gent.cap.24.& D.Thom. 2.2. quæst.156.art.2.ad 1,& licet alij explicent hunc locum, de continentia viduali, & a matrimonio, quia Salomon vxoratus fuit: tamen hoc nihil contra nos, quia si ad istam continentiam speciale a Deo implorat auxilium à fortiori probatur difficultas virginitatis, & continentiæ, ab omni delectatione, atiam licita, & propter hoc, sub præcepto cadere nõ poterit: quapropter nullius est roboris argumentum, quia sub præcepto cadere potest, non contrahere matrimoniũ: ergo & virginitas. Antecedens patet, quia propter incestum inter dicitur matrimonium, cap. transmis. & cap. ex litteris, de eo, qui cognouit consanguineam, & c. qui dormierit, 32. quæst. 6. similiter propter raptum sponsæ alterius, in c. statutum, 27. quæst. 2. itẽ propter vxoricidium, cap. interfectores, & cap. ad monere, 32. quæst. 2. item propter matrimoniom scienter contractum, cum maioniali, in cap. qui ergo, 27. quæst. 1, item propter Sacerdotis homicidium, in cap. qui præsbiterum, de pœnit. & remis. & in multis alijs casibus: ergo. Respondetur enim prohiberi matrimonium, & nõ posse præcipi virginitatem, quia multo maior est dificultas in virginitate, quam in non nubendo, & quia aut diximus, illud est pœna proportionata delictis, quibus imponitur, nullum autem delictum assignari potest, cui imponatur, vt pœna virginitas, poterit poni, vt pœna directe, non nubere, indirecte autem, sequitur ex obligatione naturali obseruantia virginitatis, cum omnis alia delectatio extra matrimonium iure naturæ sit prohibita.

D. Thom. *D. Ambr.* *Sap. 8.* *D. Aug.* *D. Thom.*

3. Corol. Tertiò sequitur à fortiori lege humana præcipi non posse status Religionis, quia supra difficultatem paupertatis Euangelicę, & perpetuę virginitatis, superadit votum obedientiæ omnium dificillimum, & necessario voluntarium, & spontaneum, vt docet D. Ambro. libr. de vita beata, & Eug. Papa, in suo simbolo, relatus cap. sicut, 20. quæst. 1. & Nicolaus Papa, cap. præsens, 20. q. 3. itaq; potest propter delictum, quis perpetuo recludi in Monasterio, vt patet, cap. sicut, cap. si ille, 50. dist. cap. dictum, cap. si quis Clericus, 81. dist. cap. de lapsis, 16. quæst. 6. non tamen potest ad statum Religionis in Monasterio Compelli, quia recluso est pœna, & potest esse in voluntaria, status autem voluntarius esse debet. Item non potest talis statutus præcipi, quia numquã ad bonum commune potest esse vtilis, poterit enim præcipi vt pugnet in bello, etiam cum periculo vitæ, vt docet Cai. 2. 2. quæst. 40. art. 2. 6. ad hoc dicitur, quia ad bonum cõmune potest conducere, non tamen status Religionis, etsi aliquando ad bonum commune propter pacem Regni expediret ingredi Religionem, ex iure naturæ teneretur, non ex iure humano, quod ad tam dificilia, non se extendit, matrimonium autem si ad bonum commune expediret præcipi posset, quia non est adeò difficile, de quo Sanchez, tom. 1. de matrim. libr. 2. disp. 3. num. 4.

D. Amb. *D. Aug.* *Nicol.*

Quartò sequitur confessionem Sacramentalem publicam, præcipi non posse lege humana, vt bene docet Soto, 4. distin. 18. quæst. 1. art. 1. & Nauarro, cap. 23. num. 38. & D. Leo. vt refertur, cap. quamuis plenitudo, de pœnit. dist. 1. Et ratio est manifesta, quia Sacramentalis confessio iure diuino est secreta (errauit enim Caluinus, & Petrus Exomensis, vt refert Belar. 3. de pœnit. cap. 11. asserens Sacramentalem confessionem institutione humana emanasse:) ergo non potest iure humano præcipi, vt sit publica, sed solũ iuxta institutionem diuinã determinari, vt secreto fiat, nunc vel postea, & tali tempore: item quia non potest obligare reum, vt se infamet publice confitendo, quod erat secretum confessione Sacramentali, nemo enim tenetur iure naturæ se ipsum prodere, nec hoc esset in bonum commune, si autem in Concilio Trid. Sess. 14. cap. 5. confessionem publicam fieri posse, & Orig. hom. 2. in Psal. 37. Docet esse salutarem, & Casiodor. 9. Tripar. c. 35. illam fecisse legitur, & antiquitus multoties, sic fiebat vt constat ex Leone, Epist. 78. ad Episcopos. Campaniç. Talia debent intelligi, non de confessione Sacramentali, sed alias ad humilitatem, vel publicam satisfactionem ex propria voluntate, & consilio confessoris, iuxta regulas prudentiæ, non autem ex præcepto, maximè in Sacramentali confessione.

4. Corol. *Soto.* *Nauarr.* *D. Leo.* *Cõcil. Triden.* *Orig.* *Casiodor.*

Dub. II.

Dub. II.

Vtrùm non solum sit materia legis, & præcepti actus virtutis, sed etiam modus implendi ipsam legem, vel præceptum, per actum virtutis?

Not. ex D. Thom. PRO intelligentia notandam, ex D. Thom. quæst. 100. ar. 9, quod modus implendi legem est multiplex. Primò, quod fiat firmiter, & immobiliter, iste modus operandi prouenit ex habitu, & cum habitus non cadat sub lege, cõsequenter nec iste modus. Secundo, quod opus fiat propter honestum finem, iste etiam modus sub lege, non cadit, sicut nec finis ipsius præcepti, solum enim finis cadit sub præcepto charitatis, quia illa versatur circa vltimum finem, non autem sub præcepto aliarum virtutum, quæ tantum sunt circa media, quapropter etiam contra finem charitatis per actus, qui sint peccata mortalia, multoties potest impleri præceptum aliarum virtutum, sic D. Thom. quæstio. 109. art. 10. & Soto, 3. de iust. quæstio. 3. art. 10. & Medina, quæst. 109. art. 9. Tertiò est modus implendi legem, quod opus fiat scienter, & libere, & humano modo, & iste modus sub præcepto cadit, quia si actus non sit humanus, non impletur præceptum per ipsum. Est autē dubium, vtrũ sufficiat cognitio, & libertas circa ipsum opus præceptum, vt ieiunium (v. g.) an vero talis cognitio, & libertas debeat esse reflexa, circa ipsum præceptum, ipsum cognoscendo, & voluntatem habendo implẽdi illud, per tale opus.

D. Thom. Soto. Medina.

1. Sent. Vazq. Prima sententia est Vazquez negatiua, nec requiri cognitionem præcepti, nec intentionem implendi illud, sed sufficere cognoscere opus, ipsumque libere exercere, opus enim est, quod præcipitur nõ autem voluntas implendi præceptum, quapropter si missam audiuit, etiamsi ad præceptum, non attendat, imò etiam si postea aduertat, non tenetur habere talem intentionem implendi præceptum, nec aliã Missam audire ex defectu huius intentionis, hãc sententiam etiam tenet Valentia hic.

Valent. Concl. Conclusio tamen sit, quod quis tenetur non solum facere opus præceptum, vt audire Missam libere, sed etiam tenetur habere voluntatem (saltem virtualem, & interpretatiuam) implendi præceptum, & aliàs non implet, & aliam Missam tenetur audire. Dixi quod tenetur audire libere: quia si coacte audiret, non impleret, vt ait D. Antonius, 2. part. tit. 9. c. 10. §. 1. maxime in coactione perseuerans, quia etiam si à principio coacte ferretur ad Ecclesiã, si postea libere, iam audiret Missam, hoc sufficeret. Nostrã conclusionem, tenet Medina, cap. de orat. tract. 6. quæst. 16. Nauarro, cap. quando, cap. 13. num. 26. & c. 16. nu. 37. & illam sequitur Suar. 3. part. tom. 3. disp. 88. sect. 3. Et ratio videtur manifesta: nam illud ieiunium (v. g.) præceptum, non solum est actus temperantiæ, sed etiam obedientiæ, non enim est idem ieiunare, sine præcepto, & cũ illo: ergo debet habere voluntatẽ implendi præceptũ, quãdo ieiunat, vel audit Missam. Patet consequentia, nam alias tantum facit opus tẽperantiæ, & non obedientiæ, nisi tantum materialiter, quia opus est præceptum, sed non formaliter, quia sic ex obedientia debet procedere, & ex illa non procedit, nisi intendendo obedientiæ satisfacere. Secundò probatur, nam si quis debens decẽ, sine intentione soluendi, sed animo liberalitatis tribueret creditori decem, certe nõ extingueret debitum, sed donationem faceret: ergo similiter, qui tenetur audire Missam, si non animo implẽdi, sed ex deuotione audiat, non soluet debitum præcepti, similiter, si quis habeat debita incerta, quibus per eleemosinas posset satisfacere si tribuat eleemosinas ex misericordia solum, & non animo restituendi, non implet: ergo similiter in præsenti, dixi requiri intentionem soluendi, vt debitũ maneat solutum, siue talis intentio sit ex parte soluentis, siue ex parte alterius: nam si per vim peccuniæ à iudice auferantur àdebitore, & creditori redantur ad solutionẽ, vel etiam à creditore rapiantur, vt sibi satisfaciat, tunc debitor manet liber à debito peccuniæ, quia cum sit medium iustitiæ medium rei, & in re iam, non maneat res aliena, aput debitorem, iam non tenetur amplius soluere: in nostro autem casu, opus præceptum debet habere medium rationis, & sic ex parte exercentis opus præceptum, debet esse voluntas implendi, vt obedientiæ satisfaciat. Notãter autem diximus sufficere hanc intentionem implendi præceptum esse virtualem, quia non requiritur formaliter de illo cogitare, quapropter si audiens Missam habeat intentionem

D. Anton. Medin. Nauarro. Suar.

tionem expressam, non ad implēdi præcep tum ex malitia, non implet, quia cum opposita intentione formali non stat virtualis; si autem non aduertens esse diem festi, nec recordatus præcepti audiat Missam, si postea recordetur esse præceptum, non proprerea tenetur audire aliam Missam, quia censendus est habuisse intentionem virtualem, vel habitualem ex proposito communi ad implendi præcepta: si autem sine malitia, sed ex deuotione audiet vnā Missam intendens per illam, non implere præceptum, quia putat, & proponit se posse audire aliam, tunc si forte alia Missa nō sit, vel occupatio rationabilis se offerat, non solum excusſatur à præcepto, sed etiā impleuit illud per priorem Missam, quia etiam si habuit contrariam intentionē implendi præceptum, hoc fuit ex suppositione deuotionis, quod aliam posset audire, cognito autem, quod aliam audire nō posset, illa certe vellet implere præceptum, & sic ibi fuit virtualis intentio implendi, & iuxta prædicta intelligendus est D. Tho. 2.2.quæst.104.art.3.ad 2. quod potest quis implere actum virtutis, non attendēs ad rationem præcepti, & Soto, 3. de iust. quæst.3.art.9.& lib.10.quæst.5.art.5. quod præceptum audiendi Missam solum obligat ad audiendam, taliter quod sit actus humanus, & Palud.4.dist.15.quæst. 5.num.24.& Sylvester, verb. *Hora*, quæstio.11. interprætandi enim sunt, quod supra asse actum humanum, & liberum, nō requiritur aliud formaliter, & expresse, non autem non requiri prædictam intentionem implendi præceptum virtualem ratione, iam dicta.

Explicatur D.Th. *Soto.* *& Palud.* *Sylvester.*

Corol. Ex dictis sequitur: quodquando cū præcepto est pœna excommunicationis, latæ sententiæ, tunc idem iudicandū est de fractione præcepti, & incusione pœnæ, excommunicationis, in casibus enim, in quibus dicimus præceptum implere excommunicationem non incurrit, in casibus autem, in quibus præceptum nō implet, etiā si faciat materialiter opus, præceptum excommunicationem incurrit.

Dub. III.

Vtrùm actus ex sua specie indifferētes, sint materia, quā lex humana possit præcipere, vel prohibere?

Concl. CONCLVSIO sit affirmatiua, quia cum lex humana respiciat bonum commune, si bonum commune per actus indifferentes, ex sua specie possit consequi, vel destrui, tales actus poterunt præcipi, vel prohiberi, imò si actus bonus cum alio maiori bono non compaciatur, prohiberi poterit, vt ieiunium in die Dominica prohibetur, propter meliorem repræsentationem letitiæ resurrectionis Iesu Christi; quanto magis actus, qui ex sua specie bonus non erat? Etsi D.Th. quæst.92.& 2. ait indifferentia posse permitti, non vero præcipi, intelligitur de indifferentibus secundū se, non vero si inordine ad bonum commune considerentur vtilia: notandum tamē, quod licet, vt cadat sub præcepto debeat ordinari, vt ad finem ad bonum commune: non tamen requiritur vt subditus operādo, quod ei præcipitur intendat talem finem, sed sufficit facere, quod præcipitur ei, etiam si talem finem non intendat, vt ait D. Thom. quæstio, 100. art.9. Soto. 2. de iust. quæst.2. art.9.& 10.& in 4.d.13.quæst.2. Nauarro, cap.21.num.7. contra Diu. Anton. 2. part. titul.3.c.10.§.2. quia licet lex præcipiat bonum ex parte operis, vel ex parte Legislatoris, non tamen ex parte operantis, vnde ille potest legem implēdo malum finem operi imponere, finis enim operantis, non cadit sub præcepto, vt debeat operari, ad finem legis, vel Legislatoris, etsi aliquando potest lex præcipere, vel prohibere aliquid, si fiat tali intentione, tunc finis vt diximus est tantum conditio, vt actus inordine ad talem finem exercitus puniatur.

Explicatur D.Th. *D. Thom.* *Soto.* *Nauarr.*

Explicatur meus Cai. Ex his facile intelligitur, quod ait Caiet. quæst.100.art.9.& Soto vbi supra, legem constituere actum in specie virtutis: nam si actus ex sua specie, est virtutis (v.g.) ieiunium si fiat ex præcepto, taliter est virtutis temperantiæ, quod omisio illius pertinet ad speciem inobedientiæ, ad quam non pertineret, si ieiunium, non esset sub præcepto, si autem actus præceptus ex se virtutis non est, per præceptum fit, vt pertineat ad speciem finis, ad quem ex lege dirigitur, licet talis species accidē talis sit, tali actui, etsi ad plures fines, honestos dirigatur speciem accidentalem ex omnibus illis communicabit, si autē operans ad nullum finem legis, vel Legislatoris dirigat actum indifferentem, tunc solum retinet speciem obedientię, si ex illa operatur: nam aliàs supra diximus, nō implere, si ex obedientia, non operetur, si autem

si autem actum indifferentem præceptū omittat, solum peccat contra obediētiam, & non contra virtutes ad quas pertinet finis, itaque si operetur ad finem legis, habet speciem, talis finis accidentaliter: si autem omittat operationem, non peccat contra talem virtutem, sed solum contra obedientiam, quia ille finis, non cadit sub præcepto legis, plus enim requiritur, vt faciat contra virtutem, quam vt operetur, secundum ipsam, vt enim operetur, secundum virtutem, non requiritur præceptum virtutis, quia etiam quando præceptum non currit, potest operari secundum virtutem, vt autem operetur contra virtutem requiritur instare præceptū virtutis, quia omittere actum virtutis, non stāte præcepto, non est contra virtutem.

Dub. IV.

Vtrùm legis canonicæ, & ciuilis sit eadem materia: ita vt quidquid potest præcipere, vel prohibere vna, possit, & alia?

1.Not. PRO intelligentia notandum, quod vtraque lex in eo debet conuenire, quod sit de re iusta, vel secundum se, vel iusta ex fine, vt diximus de indifferentibus secundum se, nam si sit de re iniusta, nec lex est, nec obligationem inducere potest, vt patet ex Augustin. D.Aug. 1. de lib.arbit.capit. 5. quia lex inferioris contra legem superioris obligare non potest, vt habetur, capit. super his de maior. & obed. & Clemen, re Romani, de elect. & cap. qui resistit. 11. quæst. 3. & lege, 2. C. de officio. præfecti. prætor. lege casa, C. de Sacrosanct. Eccles. & toto titulo, de legibus, cum ergo Deus superior sit omni legislatori, nullus potest contra legē Dei aliam validam condere, etsi aliquæ leges appareant, aliqua mala præcipientes, non præceptiuæ, sed permissiuæ censendæ sunt, vt lege dolo, C. de inutilib. stipul. sustinetur contractus dolo factus, & §. instit. de actionibus, admittitur actio, aliàs iniusta. Similiter, si aliquis contract⁹ cōtra legē factus à probatur in iure dicendum est, non à probari, vt contra legem, sed vt contra formam legis, si aliàs iustus sit, quia cum lex perscribat formā in fauorem contra hæreticum, si ipsi contra formam legis contractum celebrent, iuri suo cedere iudicantur, & quidem legem aliquam contractum malum permittere in bonum maius ordinatur: nimirum pacem, & diremptionē licium, nec ideò manet liber in conscientia, qui talem contractum facit, sed relinquitur impunitus à republica, vt Deo de tali contractu reddat rationem.

Secundo notandum, quod materia legis est duplex, proxima, & remota, illa est actus virtutis exercendus, ista vero est res circa quā actus exercetur, & ista adhuc, dupliciter cōsideratur, primo materialiter in esse rei, secundo formaliter in ordine ad finē legis præcipientis actū circa talem rē, si ergo loquamur de materia remota materialiter, non dubiū multoties coincidere, (& forte semper) materiam legis canonicæ, & ciuilis, de eadē enim re potest, vtraque potestas disponere, vt patet in matrimonio, & iuramēto, & vsura, & similibus, & multe res sunt mixti fori in quibus datur locus præbētioni, & ratio est manifesta, quia cū eadē res possit pertinere, & ad finē spiritualē, & ad temporalem, sic de eadem re potest condere legem Ecclesia, ad finem spiritualem, & respublica, ad temporalem, si autem loquamur de materia remota, formaliter ex parte finis, non est dubiū, non esse materiam legis vtriusq; eandem, quia vt modo dicebā, finis legis Ecclesiasticæ est supernaturalis finis autem legis ciuilis est naturalis, & ideò res, de quibus sunt tales leges, & materia remota, formaliter, sumpta ex parte finis, diuersa est, loquendo autem de materia proxima legis, nempe de actu exerdendo cadente sub mā dato legis, tūc loquendū est per se, vel per accidens, siquidē loquamur per se actus vtriusq; legis diuersus est: nam actus per se præceptus lege Ecclesiastica, & canonica est actus supernaturalis, vt sunt actus, & negotia, & causæ pertinentes ad fidē, & ad Sacramenta, ut matrimoniū (licet aliàs sit contractus naturalis, qua ratione pertinet ad potestatem ciuilem) & ad Sacramē talia, & consecrationes, & benedictiones Ecclesiarum, altarium, oruamētorum, virginum, Abbatum, Abbatissarum, Clericorum, Religiosorū, Episcoporū, & dispositio officiorum, & beneficiorum, Ecclesiasticorum, Hospitaliū, & bonorū Ecclesiæ, congregationum, & confraternitatū, & dispositio diuini officij, & de libris canonicis habendis, & canonizatione Sanctorum facienda, devotis, & iuramētis, de censuris, & pœnis Ecclesiasticis, de irrega-

2.Not.

litatibus, de impedimentis matrimonij, de iure patronatus, & alijs huiusmodi spiritualibus, & ad finem spiritualem pertinentibus. Actus vero per se legis ciuilis, & materia proxima illius, sunt actus morales naturales, ad humanam honestatem naturaliter necessarij, etiam cultus Dei, vt supra diximus, antequam à Christo Domino, hoc ad potestatem Ecclesiasticam reduceretur, per accidens autem potest lex Ecclesiastica disponere de ciuilibus inordine ad proprium finem, & è contra lex ciuilis potest disponere de spiritualibus inordine ad finem ciuilẽ, sicut intellectus versatur, circa bonum, quod est obiectum voluntatis inordine ad verum, quod est proprium obiectum, & è contra voluntas fertur circa verum, quod est obiectum intellectus sub ratione boni, quod est obiectum proprium, & physica agit de rebus methaphysicis, & methaphysica de physicis, vnaquæque inordine ad proprium obiectum, hac tamen conditione, hoc est faciendum, quod vt supra diximus, lex ciuilis subiecta sit Ecclesiasticæ, & non è contra. potest enim Ecclesia disponere de ciuilibus inordine ad finem spiritualẽ, etiã sine consensu potestatis ciuilis, potestas tamen ciuilis, non potest disponere de spiritualibus, nisi expermissione potestatis Ecclesiasticæ, quando illa, aliàs in illa materia non habet dispositum, quid sit faciẽdum, quia & hoc ipsum determinat Ecclesia, quod si lex Ecclesiastica, non sit circa aliquod canonicum, lex ciuilis circa hoc sit obseruanda. Quapropter si Ecclesia semel de aliquo disposuit, vel reseruauit, tũc potestas ciuilis, circa illud debet cessare, vt quia Ecclesia reseruauit, sibi iudicium personarum Ecclesiasticarũ Princeps sæcularis de illis, nullatenus iudicare potest, etsi aliquæ leges inueniantur ciuiles circa clericos, vel Episcopos, vel Ecclesias, vt videre est in C. Iustiniani censendum est, illas fuisse conditas, antequã Ecclesia, hãc potestatẽ sibi reseruaret, & sic istæ leges referuntur à Greg. & alijs Põtificibus, c. nulli, 16.q.3. vel dicitur istas leges conditas esse ad dirigẽdos iudices, sæculares, & illos æ docendos, qualiter in causis clericorũ Episcoporũ, & Ecclesiasticorum, non sed debeant intromittere. Vide Rebuffum, tract. de nominationibus, q.5. num. 17.

Corol. Ex dictis sequitur, quam pessimus sit error eorum, qui vocantur estadistas, quos ego malè appellare atheistas, & sine Deo, dirigentes iudicium ad propriam vtilitatẽ vel reipublicæ, nulla habita consideratione legis diuinę, quasi si finis supernaturalis subiectus, & subordinatus esse debeat fini naturali, & ciuili, & non è contra. Certe isti, sine Deo viuere volunt in hoc mũdo. Similiter non bene sonat consilia regalia iudicare de sententijs Ecclesiasticis, quod vocant, *por via de fuerça*, in hoc enim ad maioritatem, & superioritatẽ à surgũt supra potestatem Ecclesiasticam, cum potius, vt dictum est, potestas ciuilis, Ecclesiasticæ tamquam inferior debeat esse subiecta, ista enim debet moderare, & nõ moderari à ciuili, benevideo in clericis, & ordinarijs. minus scientiam iuris vigere, & hac ratione frequenter inferre vim litigãtibus, sed de hoc deberet prouideri per iudices superiores Ecclesiasticos, & nõ sæculares, & facere (v.g.) in Hispania, Chãcilleriam Ecclesiasticam ex virisdoctis in iure, congregatam, sed quod sæculares circa hoc ferant iudicium Ecclesiasticos compellentes ad executionem sui decreti semper male inauribus meis sonauit.

Conclusio ergo responsiua dubij. ex dictis manet manifesta, quod absolutè loquẽdo, dicẽdum sit potestatem Ecclesiasticã, & ciuilem, versari circa diuersam materiã, quia licet materia remota materialiter, sit eadem, proxima tamen, quã per se intẽdit vtraque, est distincta, & similiter remota formaliter ex parte finis, & non inspicien dum est ad materiam materialiter, quia in exemplis positis de differentibus scientijs, vel artibus sæpe materia materialiter est eadem, absolutè tamẽ dicitur diuersa, quia formaliter est distincta. *Conclusio.*

Dub. V.

Vtrùm lex humana actus mere internos, possit præcipere, vel prohibere, vel punire?

PARS affirmatiua probatur primo, quia Clemen. 1. cap. 1. §. verum de hæreticis, & c. vlt. §. cæterũ, præcipitur, vt inquisitores suum officium, sine odio, ira, vel timore, vel quocumque alio humano affectu exequantur, & Clem. 1. de statu Monach. §, quia vero, excommunicatur, Monachus, Benedictinus, Badens, ad Curiam Regiam, animo accusandi, sui cum Prælatum, & cap. nulli excommunicatur, qui apostolicis voluerit contra ire decretis, *1. Arg.*

decretis, huiusmodi autem constat esse actus mere internos, & cap.dolentes, de celebrat.Missar.præcipitur clericis recitare horas canonicas studiose, attente, & deuote, & in multis Concilijs determinatur, vt qui hoc docuerit, vel crediderit anathema sit, vt patet, cap.si quis per superbiam, 30,dist.ex Concilio Grangensi, & cap.si quis nuptias: & cap.si quis virorum, & capit.si quis carnem.eadem, dist.ex eodem Concilio, & cap.excommunicamus, 2.§. si qui autem, de hæreti.& cap.ad abolendam, eodem titulo, & cap.vnico, §.omnẽ personam, de schismaticis excommunicatur, qui tales personas pro Cardinalibus habuerit, scienter, & de liberate, & cap. cum quis absque tuo, de sent.excommun. in 6.excommunicatur, qui per cusionem violentam clerici ab alio factam ratam habuerint, & Cõcil.Cõstan.sessio.45. iubetur, vt hæretici interrogentur, vtrum hoc credant, etsi non crediderint puniantur, & Concil.1.Toletano, excommunicatur, qui crediderit Christum in nascibilem esse, & Concil. Bracha. excommunicatur, qui crediderit animas, vel Angelos ex substantia Dei fuisse factos, omnes autem isti actus interni sunt.

2.Arg. Secundò arg.nam per potestatem humanam vota interna dispensantur commuttantur, & irritantur, & peccata interna reseruantur, vt docet Soto, in 4. dist. 18.quæstio.2.art.7.& huiusmodi absoluuntur, & confiteri præcipiũtur in cap. omnis vtriusque, de pœnit.& remis.

3.Arg. Tertio arg.quia si quis diceret se habuisse hæresim internam, vel habuisse animum occidendi Regem puniretur: ergo supra actus internos est potestas humana.

4.Arg. Quarto arg. quia si propter aliquam rationem, supra huiusmodi actus internos, non esset potestas humana, maxime, quia occulta, & ad iudicium externum humanum, adduci non possunt, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia hæresis occulta per accidens exterius prolata, ad iudicium humanum, per probationem adduci non potest, & tamen propter ipsam excommunicatio incurritur, & idem est, de quocumque crimine occulto, quod probari non possit: si enim à reo confiteatur propter ipsum punitur: ergo.

5.Arg. Quinto arg. Christus Dominus est caput, etiã animarũ separatũ, & Angelorũ: ac per consequens habet iurisdictionem, supra actus mere internos: ergo credendum est illam potestatem contulisse Ecclesiæ, in ordine ad finem supernaturalem, vt satis impleatur promissio, 16. Matth. Tibi dauo claues Regni Cœlorum, quodcumque ligaueris, &c. Confirmatur, quia in iudicio interiori confessionis, imponitur à confessario pœnitentia pro occultis peccatis: ergo etiam id poterit fieri in iudicio externo, si ad bonum spirituale conduxerit. Conf.

6.Arg. Sexto arg. quia homo particularis per professionem potest se subijcere homini, per obedientiam, ita vt possit illi præcipere, etiam actus internos, vt quod habeat orationem mentalem, & pœnitentiam ei iniungere, si id omittat: ergo etiam Respupublica potest huiusmodi subiectionem habere, vt possit ei lex imponi etiam quoad actus internos, quia videtur eadem comparatio.

7.Arg. Septimo arg. nam qui vult non audire Missam, etiã si postea audiat, & qui vult commedere carnes, feria sexta, etiam si postea non commedat, peccat mortaliter, non alia ratione, nisi quia audire Missam, vel non commẽdare carnẽ illa die est de lege Ecclesiastica, ergo lex Ecclesiastica, etiam ad actus internos se extendit.

8.Arg. Octauo arg. quia finis potestatis Ecclesię est ducere fideles ad vitã æternã, sed ad hoc maxime conducunt actus interni: ergo ad Ecclesiam pertinet de his curare. Conf.1.quia hac ratione pertinet ad Ecclesiam doctrina, quæ etiam ad actus internos extenditur. Conf.2.quia eadem ratione, potestas Ecclesiæ extenditur ad interiora, per indulgentias, & concesiones Thesauri Ecclesiæ: ergo. Conf.1. Conf.2.

Propter hæc argumenta, tenet hãc sententiam Adrianus, quolib.8. art.1.& 4. sent.tit.de conf.quæst.2.§. alij probant D.Anton.3,p.tit.24.cap.7.Maior.in 4. d.12.quæst.7.§.contra primam, Albert. Pigi⁹,lib.6. Eccles.Hierarchię.c.26.Rosella, verb.hæresis,& Ang.eod. verb. §. 2.& verb.hora canonica,§.27. & glossa super Clemẽ.1.de hæreti.& vt probabilem defendit Ioan. Medin. C. de pœnit. tra&.de orat.quæst.15.& in illam magis inclinat Cordub.lib.3.quæst.13. & alij plures, quos citat Salas disp.9.sectio.1.& Suarez,3.part.tom.5.disp.4.sect.2.licet forte multi ex eis non de actibus mere internis, sed de externis occultis, qui probari non possunt loquantur. Sententia Adrian. D.Anton. Maior. Albert. Rosella. Angel. Glossa. Ioan.Medina. Corduba.

Pro intelligentia notandum, nos nõ loqui de prohibitione inderecta, & per accidens: nam sic certum est, quod lex præ-

cipiens actum exteriorem, directe etiam interiorem, necessarium ad exteriorem, præcipit indirectè: loquimur ergo de prohibitione, vel iussione directa, vtrum directe, & per se, & immediate actus mere internus possit præcipi, vel prohiberi, per potestatem publicam Ecclesiæ.

Concl. Conclusio ergo sit, quod actus mere internus lege humana præcipi, vel vetari, non potest. Hanc docet Diu. Thom. quæst. 91. art. 4. & quæst. 100. art. 9. & in 4. distin. 18. quæst. 2. art. 2. quæst. 1. & 2. 2. quæst. 104. art. 5. Cai. tract. de Potest. Pap. cap. 19. & 2. 2. quæstio. 11. art. 3. in summa, verbo hæresis in fin. & verb. horæ, §. quoad tertium, Sylvester verbo, *hora*, quæst. 11. & verb. excommunicatio. 7. Soto, 4. dist. 22. quæstion. 2. art. 3. post 5. con. Durand. in 4. dist. 17. quæst. 8. & dist. 15. quæst. 12. Palud. dist. 15. quæst. 5. art. 2. & dist. 17. quæstio. 7. Gabriel. lect. 62. in can. & in 4. dist. 17. quæstio. 1. art. 3. dub. vlt. Almain tract. de potest. Ecclesiæ. cap. 3. Cano relect. de pœnit. part. 5. in fin. Castro, lib. 2. de iusta hæreticorum punit. cap. 18. & lib. 2. de l. pœnali, cap. 15. Driedo, libr. 3. de libertate Christiana, cap. 5. Couarruuias, reg. peccat. part. 2. Nauarro in summa, cap. 11. numer. 17. & super, cap. inter verba, numer. 491. & super cap. cogitationis. de pœnit. dist. 1. & generaliter sectatores Diu. Th. & extra Scolam illius, Salas, Vazquez, Suarez, Valentia, & Lorca, d. 16, membro, 1. & rationes D. Thom. sunt manifestæ. Prima quidem, quia de his tantum, potest esse lex, de quibus potest esse sententia, quia sententia est præceptum singulare executioni mandans legem communē, sed sententia ferri non potest circa omnino occultum, & internum, vt manifeste, patet: ergo neque lex quia frustra esset, lex quæ per sententiam executioni mandari non posset. Confirmatur, quia illud tantum potest præcipi, ad quod per pœnas potest cogi, sed ad mere interna, quis cogi non potest: ergo nec de illis præceptum habere. Secundò probatur, nam potestas legislatiua humana est valde limitata, vndè non potest præcipere valde difficilia, aut cum periculo vitæ, aut quæ ad bonum Reipublicæ necessaria, vel vtilia non sunt, ergo à fortiori, non se extendet ad mere interiora, cuius termini magis videntur diuini, quam humani, quia solus Deus intuetur cor, homo autem videt, ea quæ patent. Etsi arguas, quia etiam actus interni sunt necessarij, multoties ad bonum commune: ergo possunt cadere sub præcepto, aliàs non esset plene prouisum bonæ gubernationi Reipublicæ. *Solutio.* Respondetur, huiusmodi interna necessaria esse præcepta, vel prohibita iure diuino, vel absolutè, vel ex suppositione alicuius iuris diuini; vt patet de amore, contritione, odio, inuidia, &c. vel si iure diuino non præcipiuntur, & ad finem, & bonum Reipublicæ necessaria sunt indirecte, per leges exteriorum in obligationem venient. Tertio probatur, nam vt docet Diu. Thom, quæst. 90. art. 1. mensura debet esse conformis mensurato, & cum lex sit quædam mensura externa, solum externa poterit mensurare ad finem externum ipsius legis. *D. Thom.* Confirmatur, nam vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. Maius dominium habet dominus supra seruum, quam legislator supra subditos, quia illud est dominiū despoticum, istud vero regale, vel ciuile; sed dominus tantum habet potestatem supra corpus serui, non supra animam, secundum se, quoad actus corpore, non exercendos, sic enim sui iuris est seruus, ergo afortiori legislator, huiusmodi interna præcipere, non poterit. *D. Thom.* Quarto probatur, nam actus intellectus, & voluntatis à cognitione etiam dæmonis, fecit Deus esse emptos, & soli Deo reseruantur, vt supra docuimus, tomo primo: ergo & a potestate creata fecit liberos huiusmodi actus secundum, se vt sic ratione illorum verificetur, quod Deus reliquit hominum in manu consilij sui, vt nullus præter Deum eis dominetur. Quinto probatur, quia nullus contractus, vel electio, donatio vel transactio, & similia fieri possunt, per actus pure internos, nec superior potest, per actū pure internū subditum obligare: ergo neque obligari poterit, quoad prædictos actus. Denique hanc veritatem docent omnia iura ciuilia, & canonica, & glossæ, & Interprætes illarum, quæ ad longum affert Salas, vbi supra. Videatur capit. cogitationis. de pœnit. distin. 1. vbi dicitur, nulli infligendam pœnam cogitationis, & capit. humanæ aures, 22. quæst. 1. & capit. terra nos de Symonia, vbi clare dicitur Ecclesiam non iudicare occulta, Nec valet solutio, quod non potest iudicare de occultis: benetamen legem ferre de illis. Non inquam valet, quia vt diximus, sententia, & iudicium est applicatio legis, & vbi sententia esse non potest, inannis, & vana est lex.

Obiectio.

Not. Pro plena tamen intelligentia huius, notandum,

notandum, quod actus interior est, triplex inordine ad opus externum. Primus efficax, & qui per se est causa operis externi, de hoc omnes conueniunt prohiberi, vel præcipi indirecte præcepto, vel prohibitione operis exterioris, cuius est causa per se, licet pœna, vel excommunicatio posita in tali prohibitione, non cadat supra actum interiorem indirecte præceptum, vel prohibitum. sed supra opus externum: qua propter quandiu actu, & opere externo, non impletur, non incurritur pœna, vel excommunicatio. Secundus actus interior potest esse inordine ad opus externum, per modum delectationis, vt cum quis interius delectatur, de comestione carnis in die veneris prohibita. De isto etiam actu interno, certum est, non esse prohibitum lege humana, non commedendi carnes in illo die. Sed lege diuina prohibente complacentiam, de omni malo, etiam malo quia prohibito, quapropter talis delectatio est mala, siue exterius manifestetur, siue non. Tertium opus internum inordine ad actum externum est, qui tantum est circunstantia, vel finis illius, vt in casu Monachi Benedictini euntis Curiã Regiã ad accussationem sui Prælati, sicut enim est duplex actus externus, scilicet ire ad Curiam, & accussere Prælatum: Ita est duplex actus interior, scilicet vollitio eundi, & vollitio accussandi. Prima vollitio comparatur per se ad iter agendum, & secunda, ad accussationem, vollitio tamen accussationis per accidens se habet, & vt circunstantia, & finis ad iter arripiendum ad accussationem: loquimur ergo de isto actu interno inordine ad actum externum, cuius est circunstantia, vel finis, vtrum lege humana, qua prohibetur, illud opus externum itinerandi, ad accussationem Prælati, prohibeatur etiam illa vollitio accussandi habens rationem finis illius itineris.

Dub. 1. Sent. Vazquez. Vazquez ergo, hic disputatio. 160. capit. 3. tenet partem negatiuam, quia cum actus internus, nisi manifestetur, non cadat sub lege humana, & ille actus interior, non manifestetur, per illum externum, cuius est finis, & circunstantia, quia potest alio, fine iter confici, quam ad accussandum Prælatum, ideò ille actus interior lege humana prohibente, illud iter, non manet prohibitus, sed lege prohibente accussationem Prælati, ad quam comparatur per se illa intentio accussandi. Vnde quandiù per actum externum accussandi, non manifestatur, illa intentio, non est contra legem humanam, quia aliquo externo per se comparato, ad internum debet manifestari internum, vt lege humana comprehendatur.

Suarez autem, 3. part. tom. 5. disputatio. 4. sectio. 2. num. 18. dicit, quod actus exterior, vel potest esse de se malus, vel non, sed indifferens, si primo modo sit, potest lege humana prohiberi, tam actus exterior de se malus, quam circunstantia, & finis interior illius, etiam si per accidens comparetur ad illum actum exteriorem, nec sufficienter manifestetur, per ipsum, si autem actus exterior indifferens est, nec de se malus, lege humana prohiberi non potest, nec ipse, nec finis interior illius, quia non potest constare, istum actum interiorem conjungi, cum exteriori. Sed iste modus dicendi omnino alienus est à veritate, quia cum alia sint prohibita, quia mala, & alia mala quia prohibita, ideò lege humana prohiberi, vel præcipi possunt, quæ aliàs de se, nec bona erant, nec mala, & rursus nulla videtur differentia, quod finis interior prohibeatur, quando actus exterior de se est malus, non autem, quando est indifferẽs, quia finis interior, tam per accidens comparatur ad externum de se malum, quam ad indifferentem, nec magis manifestatur, per vnum, quam per alterum: siquidem ad vtrumque se habet per accidens. *2. Sent. Suarez.*

Dicendum ergo, tertio, secundum veritatem (meo videri) quod licet actus internus, non manifestatus, non cadat sub lege humana, quicumque ille sit, siue per se, siue per accidens actui externo coniungatur, tamen actus externus, siue de se malus, siue indifferens, prout expedit ad finem bonum, præcipi vel prohiberi potest subconditione actus interioris, etiam non manifestati (verbi gratia) vt si dicat lex, qui præsumpserit hoc facere, qui scienter hoc fecerit, qui ex conceptu, vel dolo, hoc fecerit ipso facto sit excommunicatus, tunc licet illi actus interni, non manifestentur, incurritur excommunicatio, si interius habeantur, nec hoc est contra nostram conclusionem, quia tunc lex, non cadit supra actũ internũ, nõ manifestatum, sed supra externum, illa tamẽ conditione, quod illi prædicti interni habeantur, quia potest præcipere externum prout voluerit, & non vult prohibere, nisi posito vt conditione illo actu interno, itaque facta prohibitione sub illa conditione, *Vera resolutio.*

ne,tunc actus internus malus est,sed non ex prohibitione humana,sed diuina quatenus,iam iure diuino prohibetur aponi, vt conditio,ad quem sequitur actum externum esse malum prohibitio,autem humana sistit,in solo actu externo posita cõditione talis interni.

Ad 1.a. à principio 1.Solutio.

Ad primum arg.à princio patet ex dictis. Illum animum internum inquisitorum,si manifestetur prohiberi indirecte, ad prohibitionem actus exterioris, si autem non manifestetur,quia per accidens se habet ad actum exteriorem : tunc non prohibetur; nec cadit excommunicatio directe,nec indirecte supra actum interiorem,sed solum supra exteriorem; illa tamen conditione posita, vt talis actus interior habeatur,& similiter dicitur de Monacho Benedictino eunte ad curiam animo accussandi Prælatum. Ad illud autem de recitatione horarum,primo respondet Ioann.de Medina, C.de oratio. quæstio.15.Ecclesiam obligare ad recitandas horas,deuote,& attente,non per modum præcepti,quia interna præcipere, non potest,sed per modum pacti, vt suos faciat fructus,& illis pribatur,si attente,& deuote,non recitet, quia non facit, quod ex parte illius requiritur ex pacto. Sed hæc solutio nulla est, quia in habente Sacros Ordines est prædicta obligatio recitandi, etiam si nullis fructibus gaudeat,& pactum, nullum etiam virtualem faciat. Item quia si quis non attente recitans, dimitteret fructus, sequitur, quod non peccaret in omittendo officium diuinum : item, quia priuati fructibus, non esset ex iustitia vindicatiua pro peccato, sed excommutatiua, quia non seruauatur contractus ad fructus aquirendos. Denique, quia in auditione Missæ, idem præcipitur,quod attente,& deuote,audiatur,& in hoc nullus est contractus:ergo aliter responderi debet qualiter ille actus internus ab Ecclesia præcipiatur.

2.Solutio. Paluda. Durand. Gabriel. Sylvester. D.Ambr. D.Anton. Vazquez. Becanus.

Secundo respondet Paludan. 4. distin.15.quæstion.5.articul.2. Con.4. Durand.quæstion. 11.numer. 6. Gabr. Lect.62.in Canon. litter. K. Sylvester, verbo,*Hora*,quæst. 11. Diu. Anton.3. part.titul.13.cap.4.§.3.& Vazquez, disputatio.160.capit.5.num.15.& Becanus, tractat.3.tom.2.suæ summæ, capit.6.quæstion.5.ad 7.Ecclesiam in illo, capit.dolentes. Tantum præcipere actum exteriorem recitandi horas, cum deuotione, & attentione externa, non se quis distrahens ad alia, sed exterius compositionem habens, quod autem interius attentionem, & deuotionem debeat habere, tantum est ex præcepto diuino, quo tenetur, cum quis orat deuotione, & attentione interna orare. Itaque (inquiunt isti) Ecclesia tantum determinat, præceptum orandi diuinum, adhoc, vt species exterius oret ordine præscripto ab Ecclesia. Sed hæc etiam solutio vera esse non potest. Primo quidem,quia Ecclesia, non potest determinare præceptum diuinum,de internis, vt de contritione,amore, &c. Item,quia determinatio Ecclesiæ,non potest inducere maiorem obligationem, quam sit in ipso præcepto diuino, sed tantum determinare tempus, vel occasionem exercendi talem actum:cum ergo secundum istos præceptum orandi deuote, solum obliguet sub veniali ex iure diuino, & ex alia parte, si exterius septem horæ non deuote, & attente recitentur obliget sub mortali,consequenter non potest dici, quod sit tantum determinatio præcepti diuini, sed quod est peculiare præceptum Ecclesiasticum,obligans sub mortali. Et sic restat soluendum argumentum, qualiter Ecclesia præcipiat actus internos. Item, qui non attente, & deuote recitat horas, non facit fructus suos ex determinatione Concilij Lateranensis, & Bulla Pij Quinti : ergo præceptum Ecclesiæ,etiam ad actus internos attentionis,& deuotionis, se extendit, non enim punit, quod sub potestate eius, non cadit. Respondentisti, quod priuatio fructuum correspondet, & omissioni actus interni ex precepto diuino,& omissioni actus externi recitandi ex præcepto Ecclesiastico, quare Ecclesia non punit, nisi in materia sui subiecta. Sed contra est, quia assignari non potest,vnde constet ex iure diuino, talis priuatio fructuum, nec talis pœna incutiebatur ante tempus Concilij,& Pij Quinti : ergo tota est ex præcepto humano, & lege Ecclesiastica, & quidem si responsio esset vera corresponderet amissio fructuum in parte defectus attentionis internæ, & amissio fructuum in parte omissioni orationis externæ. Et sic qui interius,tantum oraret solum omitteret partem fructuum, correspondentium recitationi horarum. Et similiter, qui tantum recitaret vocaliter,sine attentione interna amitteret partem fructuum, correspondentium recitationi interiori, hoc autem ridiculum est : nam siue interius

Solutio. Impug.

rius oret,& non vocaliter, siue vocaliter, & non mentaliter, non implet præceptum, nec facit fructus suos, & in omnium rectè sentientium opinione, tenetur iterum horas recitare: ergo vtrumque cadit sub lege humana,& recitatio vocalis, & deuotio,intentio, & attentio mentalis,& defectus illorum punitur amissione fructuum, & certe ipsa verba præcepti significant,non tantum deuotionem externam,sed etiam internam esse requisitam, dicitur enim officium studiosè celebrent pariter,& deuotè:illo enim verbo,studiosè significat externam compositionem,illud vero pariter,& deuotè,significat attentionem internam,non enim vtrumque verbum sumitur pro eodem.

3. Concl. vera. Cai. 2010. Cordubа. Couarr. Suarez. Salas.

Tertia ergo vera, & tenenda solutio est,quam adhibet Cai. Soto locis citatis, & Corduba,lib.4.quæst.13. Couarruu. reg.peccat.2.p.nu.7.quos sequitur Suarez,& Salas, locis citatis, quod Ecclesia vtrumque præcipit, & recitationem vocalem, & attentionem,intẽtionem, & deuotionem internam,quia vt diximus, licet interna per se, & directe, præcipere non possit: benetamen,vt externis per se coniunguntur: namquę per accidens coniunguntur,iam diximus,non præcipi, sed vt conditio quædam, requiri posse,isti autem actus intentionis, & deuotionis, per se ad orationem vocalem expectant, quia licet oratio vocalis absolutè,sine istis actibus internis esse possit,est tamen tunc oratio manca,& trunca. Quia vt ait Diu. Thom.2.2.quæstion.83.art.13. de substantia orationis vocalis, est talis attentio,& deuotio,& ista seclusa &deficiẽte, talis recitatio,oratio dici non potest, sed quædam pars:haci pronuntiatio: cum ergo Ecclesia exteriorem orationem præcipere possit, consequenter, & ea quæ ad sustantiam illius pertinent præcipit, sicut (verbi gratia) præcipiendo confectionem Sacramentorum, præcipit etiam intentionem requisitam, ad conficiendum Sacramenta, & præcipiendo contractum aliquem,præcipit etiam intentionem requisitam ad contractum,& idem dicẽdum est de electionibus, nominationibus, & præsentationibus, quæ cum sint actus humani, quosdam actus internos quo ad substantiam requirunt: ita etiam de recitatione horarum, vel auditione Missæ,ad quorum substantiam prædicti actus interni necessario requiruntur.

Diu.Tho.

Not.

Notandum tamen, quod attentio, & intentio, & denotio, dupliciter sumuntur. Primò sumitur,attentio pro aduertentia Grammaticali, vt cum quis legit, vt studeat. Secundò, pro consideratione reuerentiali pertinente ad orationem;non sufficit prima,sed secunda. Similiter intentio, primo sumitur, pro actu voluntatis inordine ad finem:secundo large pro voluntate confitiendi (verbi gratia,) Sacramentum,vel implendi præceptum orandi, non ergo requiritur prima, quia finis,non cadit sub præcepto, & talis intentio (verbi gratia) finis Religionis,qui est cultus Dei omnino est extrinseca ad actum orationis, & per accidens coniungitur actui exteriori. Requiritur tamen secunda quia,vt diximus ex Diu. Thom.requiritur,ad substantiam orationis externę,vt sit oratio,& non mera garrulatio: similiter dicitur de deuotione, quod large,idem est, quod composita attentio,& ista requiritur;stricte autem deuotio, de qua ait Diu.Thom. 2.2. quæstion.82. quod sit promptitudo animi ad diuinum obsequium,non requiritur,quia extrinseca est, & per accidens ad orationem vocalem, etiam substantialiter completam: vt ergo fructus habeantur vt proprij vtrumque requiritur, & recitatio vocalis, & intentio, & attentio, & deuotio modo explicato, & quodcumque istorum deficiat, siue internum, siue externum, fructus non acquirit, nec partem correspondentem parti illorum, quia non debet applicari pars attentioni, & pars recitationi, sed totum vtrique,videlicet recitationi deotæ, & quodcumque illorum deficiat, fructus illius horæ perduntur,pro rata horarum,non pro rata interioris,& exterioris.

Ad omnia autem alia posita in illo primo arg. à principio ex Concilijs, & iure Canonico,respondetur. Omnia illa debere intelligi de actibus internis exterius explicatis verbis, vel signis, & non aliàs: vndè non excommunicantur hæretici, nisi suam hæresim explicauerint, non quibuscumque signis, sed talibus quibus interna hæresis cognosci possit determinatè. Similiter,qui nominatos in argumento habuerit pro cardinalibus exterius honore,illos reuerendo: similiter, qui ieiunia contempserit exterius, alia sibi placita instituendo, & illa quæ ab Ecclesia sunt omittendo, cum cõtẽptu exterius explicato. De interrogatione,etiam facta hæretico,Respondetur Ecclesiam posse per præceptum, & excommunicationẽ ab hæretico exquirere

confessionem Fidei, vt ex illa cognoscat hæresim internam. Hoc autem aliquid est præcipere externum, & tunc si fateatur hæresim: iam vt expressam punire potest: si autem confiteatur Fidem contra sensum interiorem, non punietur, etiamsi in tali confessione mentiatur, non enim incurrit excommunicationem positam contra hæreticos, licet incurrat excommunicationem, qua præcipitur ei vt fateatur, quid interius sentiat. Videatur Castr. 2. de iusta hæret. punit. capit. 18. Sylvester excommunicatio, 7. casu, 2. part. 1. Navarro, cap. 11, num. 17, & Vazquez, disput. 160. cap. 5. num. 20. qui prædictam explicationem sequuntur.

Castro. *Vazquez.* *Sylvester.* *Navarro.*

Ad 2. ar. 1. Solutio. Ad secundum arg. principale à principio. Respondetur, non esse eandem rationem de potestate legislatiua, & potestate dispensandi, commutandi, vel irritandi vota, quia potestas dispensandi, & irritandi, non est coactiua, sicut potestas legislatiua, vnde illa potest esse circa interna, ista verò non nisi circa externa, quia tantum, circa ista potest esse vis coactiua. *2. Solutio.* Secundò, quia potestas dispensandi, vel irritandi, respicit internam pacem animæ, & sic circa interna potest versari. Potestas verò legislatiua, respicit gubernationē, quæ in exterioribus consistit. *3. Solutio.* Tertio, quia obligatio voti, non indiget signo aliquo exteriori, etiam enim incorde votum factum obligat, lex autem, non habet vim, nisi promulgata, vt diximus supra, quapropter amplius respicit exteriora potestas legislatiua, quam potestas dispensandi, vel irritandi. *4. Solutio.* Quartò, specialiter dicitur de irratione, non requirere iurisdictionem, sicut potestas legislatiua, quia illa potest fundari, solum in potestate dominatiua, vndè potest etiam versari, circa interna, iurisdictio autem externa respicit. *5. Solutio.* Quintò, de dispensatione dicitur, quod licet regulariter, ad dispensationem requiratur manifestatio exterior, quia debet fieri ex causa manifestata: tamen aliquando potest fieri, etiam circa occulta, existente solum cognitione causæ in communi, vt causa sufficiens est ad dispensandum, cum maxime scrupuloso, etiam non attendendo ad causam aliam particularem. *6. Solutio.* Sextò dici potest, quod dispensatio, vel irritatio fit ex speciali concessione Dei, & nomine illius, non acceptando promissa, quia potest quis cedere iuri suo, non acceptando facta in sui fauorem, etiam occulta. *7. Solutio.* Aut septimo dicitur, quod cum materia voti sit subiecta superiori, potest illam commutare, vel irritare, taliter, quod alter ad votum talem materiam, non possit à summere, vel iam per votum à sumptam emanibus perdat. *8. Solutio.* Aut octauo dicitur, minus requiri, ad de obligandum, quam ad obligandum imponendo legem, vnde ex potestate ad tollendum votum internum, non sequitur potestas, ad præcipiendum actus internos. Videatur Suarez, & Ioan. Medina, locis citatis.

Suar. *Ioan. Medina.*

Ad illud, de præcepto cōfessionis. Ad illud autem, de præcepto confessionis. Primò respondet Vazquez, præceptum Ecclesiasticum confessionis, tantum esse de peccatis externis, vndè qui occulta taceret frangeret diuinum præceptum de confessione, & de integritate illius, non vero frangeret Ecclesiasticum, nec incurreret censuras, contra non confitentes. *1. Solutio. Vazq.* Sed hæc solutio falsa est, quia præceptum Ecclesiasticum est determinatiuum præcepti diuini. Vndè, si ex præcepto diuino tenetur confiteri actus internos malos, etiam tenebitur ex præcepto Ecclesiastico præcipiente, hic & nunc impleri diuinum, & certe sententia Vazquez, occasionem magnam præberet ad multa sacrilegia, si ex præcepto Ecclesiaco, non tenerentur ad verum Sacramentum, sed solum vtcumque confiteri, præcipit ergo Ecclesia veram confessionem, & verum Sacramentum, & ad minus tenetur facere Sacramentum informe. *2. Solutio.* Secundò alij respondent præceptum Ecclesiasticum per se solum obligare ad confessionem peccatorum exteriorum. Ratione tamen connexionis interiorum, cum exterioribus, obligat etiam præceptum Ecclesiæ, per accidens ad interiora, ne fiat dimidiata confessio, sed hæc etiam solutio, falsa est, quia ex illa sequeretur, quod si aliquis tantum haberet peccata interna, non teneretur ex præcepto Ecclesiæ confiteri illa, sequela patet: quia tunc illa peccata, non haberent connexionem, cum exterioribus peccatis: ergo si solum ratione connexionis tenetur confiteri interiora, quando interiora talem connexionem non habent, non tenebitur, quis ex præcepto Ecclesiæ, illa confiteri. *3. Solutio. vera.* Tertia: ergo vera solutio est, quod vt diximus, licet Ecclesia, non possit præcipere occulta, potest tamen præcipere confessionem occultorum, quod est præcipere, aliquod externum, ut potest præcipere testi vt dicat, quid sentiat. & Doctori, quid in hac re teneat, & artifici, vt alteri suam artem, manifestet, & doceat. Hoc insuper verius est in

Impug. Solut. Vazquez. *Impug.*

Sacra-

Sacramento confessionis, licet enim præceptum de confessione integra, sit diuinum, tamen Ecclesia habet potestatem determinandi, tempus huius confessionis: tempore ergo ab Ecclesia determinato, si non confiteatur etiam occulta, frangit præceptum etiam Ecclesiasticum iubens, quod illo tempore impleatur præceptum diuinum. Quod clarius dicitur Ecclesia iubet, vt hoc tempore ad impleat præceptum diuinum: si ergo in hoc tempore, non confitetur interna, ad quæ tenetur ex diuino, frangit etiam Ecclesiasticum iubens modo impleri diuinum. Et non mirum, quod Ecclesia, non habeat potestatem legislatiuam internorum, quia illa tantum est ad regimen visibile, & habeat potestatem illorum in confessione, quia hæc potestas circa Sacramenta occultior est, & ad finem occultum animarum ordinata, quapropter de his potest disponere ad absolutionem, & confessionem, & reseruationem, prout saluti internæ animarum videbitur expedire. Videatur Azor, tom. 1. libr. 5. cap. 10. Soto, & Suarez citati.

Azor. Soto. Suarez.

Ad 3. ar. Ad tertium arg. principale. Respondetur, quod dupliciter potest aliquis interiore.n hæresim manifestare. Primo speculatiue asserendo in confessione, vel respondens prælato interroganti, per censuras: ita sensisse, vel ad humilitatem, dicens se interius hæreticum fuisse, & tunc nullam pœnam latam contra hæreticos incurrit. Secundo autem modo potest hæresim internam manifestare practice, simul confessione, & prolatione; ita profitens, sicut interius habet assensum asserens, ita sentire, & isto modo ab Ecclesia debet puniri, censuraque contra hæreticos latas incurrit, quia sic est hæreticus manifestus, & hoc etiam, si hæresim internam manifestet coactus præcepto Prælati, quia licet verum asserat, tamen male facit hæresim protestando, est enim illa confessio vera relata ad conceptum, sed falsa relata ad obiectum, & deberet deponere talem assensum, & fateri, se habuisse illum, sed non ad hærendo illi, illum manifestare.

Ad 4. ar. Ad quartum arg. respon, quod actus externi, licet probationem, non habeant, sunt tantum occulti, per accidens, manifesti autem per se, è contra autem actus interni per se sunt occulti, & per accidens propria confessione sunt manifesti, vnde illi sub potestate Ecclesiæ cadunt, non autem isti, nisi manifestentur. Multis enim scrupulis mundus esset repletus, si excommunicationes, & leges humanæ ad interiora se extenderent. Et hæc solutio, præcipue habet verum de hæresi externa, licet occulta: nam de alijs criminibus, licet per accidens occultis, iudex humanus interrogare non potest, nec reus, nec testis tenetur respondere, benetamen ratione dicta censuras contra patratores criminis latas incurreret, vt quis etiamsi occulto clericum percutiat manet excommunicatus.

Ad 5. ar. Ad quintum arg. respon. quod cum Christus simul sit Deus, & homo, ideò non solum habet potestatem, circa externa, sed etiam circa interiora. & vtramque potestatem contullit Petro, non tamen in eodem foro, sed in foro exteriori, circa exteriora, & in foro interiori, circa interiora, vnde in confessione potest de occultis, & internis iudicare, & pœnitentiam imponere, imò & pœnitentiam internam, vt orationem mentalem potest imponere, sicut enim contritio occulta, cum confessione: ita & satisfactio occulta pars Sacramenti esse potest.

Ad 6. ar. Ad sextum arg. respon. quod quis nõ potest facere votum obedientiæ alicui superiori, nisi de externis, quia nisi in externis superior non est, quia vt ait Diu. Tho. 2. 2. quæstio. 104. art. 5. Homo quoad inter nos actus soli Deo subditur: si autem non vt superiori, sed absolute, vo beat facere, quidquid Petrus Prælatus præcipiat, etiam interius, tunc tenebitur facere, quod præcipitur, etiam internum, non quia alter præcipit, sed quia iure diuino, ipse tenetur seruare votum, etiam de internis, & præceptum, tunc solũ est conditio, & velut materia voti, hæc autem ratio, quæ currit de voto, non potest currere de potestate iurisdictionis, vt ad interna, se extendat imponendo legem, vel præceptum.

D. Thom.

Ad 7. ar. Ad septimum arg. respon. quod si voluntas, non audiendi Missam sit efficax & prorrumpat in omissionem, iam diximus, inderectè præcepto Ecclesiæ esse prohibitam: si autem sit vollitio, non audiendi manens ad intra, quia postea retractauit actum, & Missam audiuit, tunc illa vollitio mala est, & peccatum contra ius diuinum, non autem contra Ecclesiasticum, quia tunc præceptum Ecclesiasticum respectur illius actus, solum se tenet ex parte obiecti voliti, & idò illa vollitio est mala, & contra ius diuinum, quia iure diuino prohibetur velle malum, sine

sit tale ex prohibitione diuina, siue humana.

Ad 8. ar. Ad octauum arg. respondetur, ad Deum solum pertinere complete dirigere, ad vitam æternam, ad Ecclesiam autem quantum ad externa, sibi proportionata, cum sit Respublica visibilis, quæ visibiliter, & per leges externas debet guberna-

Ad 1. cõf. ri. Ad primam conf. respondetur, quod Ecclesia indeterminatione doctrinæ fungitur munere ministri, & legati, & ad interna extendi potest, condit autem leges per authoritatem principalem, vndè secundum proportionem externam debet

Ad 2. cõf. condere. Ad secundam conf. respondetur, similiter dispensationem Thesauri, per indulgentias esse specialem Dei concessionem, & non esse annexam authoritati condendi legis, vt patet, quia potest concedere indulgentias mortuis, qui sub eius iurisdictione, non sunt, & quibus leges non potest imponere.

Denique ad plenam intelligentiam huius, necessarium est explicare illud ex capit. commissa, §. cæterum, de electione in 6. Vbi constituitur, vt si quis Parrochialem Ecclesiam, obtinuerit sine voluntate ascendendi ad Sacerdotium, ipso iure beneficium amittat, & fructus, non faciat suos, in quo de voluntate interna disponit, etiam non manifestata; & ipsam non rectam, amissione fructuum punit. Sed ad huius plenam intelligentiam, & qualiter recta intentio, tam ex parte superioris conferentis, quam ex parte recipientis beneficium requiratur: scribam infine huius materiæ de legibus, quemdam tractatum à me, aliàs sermone Hispano æditum authore tacito directũ ab Illustrissimo Cardinali Zapata, Infincti Feruidando, teste tota Ciuitate Tolletana, me esse Authorem, contra alterum Typis mandatum, sine Authore aprobatum tamen per quinque patres domus professe Matriti, vtcõtra falsam, vera doctrina ad rectam beneficiorum prouisionem, & acceptationem illorum omnibus appareat.

Art. IV.

Vtrùm lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiæ?

Conclusio est affirmatiua.

Dub. Primo.

Vtrùm obligatio per se, & necessario conueniat legi, & qualiter se habeat ad essentiam illius?

PARS negatiuã probatur primo: lex pœnalis ante iudicis sententiam est vere lex, & tamen ante iudicis sententiã non obligat, ergo obligatio non est intrinseca, & necessaria legi. *1. Arg.*

Secundo arg. priuilegium est quædam lex particularis, vt ait Isidorus, 5. ethim. cap. 18. & refertur, cap. priuilegium, dist. 1. sed priuilegium non obligat, quia potest, quis priuilegio renuntiare, & illo nõ vti, vt patet, cap. Monasterium, de regula, & lege si quis inconscribendo, C. de pactis, ergo non est de ratione legis obligare. *2. Arg.*

Tertio arg. consilium Euangelicum de castitate seruanda, per ingressum Religionis est lex priuata, secundum Alex. 3. cap. commissum, de sponsalibus, cum tamen non obliget, ergo. *3. Arg.*

Quarto arg. nam multæ sunt leges consilium tantum præbentes, ergo non est de ratione legis semper obligare: antecedens probatur, ex l. pacto, C. de transactio. & l. 1. ff. de inofficioso testam. & l. 25. qui, ff. de reivendicat. & cap. nisi eum pridem, de renunt. *4. Arg.*

Quinto probatur nam obligatio conuenit multis alijs à lege, ergo non est, quid intrinsecum, & proprium legis obligare. Antecedens probatur in voto, & alijs cõtractibus. *5. Arg.*

Conclusio. Conclusio tamẽ sit, quod obligatio est intrinseca, & inseparabilis à lege, siue sit propria passio, siue proprius effectus, de hoc enim non curandum dummodo intrinsecam, & inseparabilem obligationem à lege concedamus. Hæc est D. Thom. quæstio. 90. art. 1. & 3. & 92. art. 1. & 93. art. 2. & 100. art. 9. Soto, 1. de iust. quæst. 1. art. 1. Castro, 1. de l. pœnali, cap. ad finem Gab. 3. dist. 27. quæst. vni. art. 1. Vega, 11. in Trid. cap. 8, Azor, tom. 1. lib. 5. capit. 2. quæst. vlt. Belarminus. 3. de Laicis, cap. 11. Suarez. 1. de legi. cap. 14. Salas, disput. 3. sect. 2. D. Hieron. contra Iouinia. longe ante medium, D. Ambros. lib. de viduis, circa finem, Aug. libr. de sancta virginitate, cap. 14. & in illud, Psalm. 80. Quia præceptum in Israel est, Diu. Gregor. lib. 12. Epist. 27. Arist. 10. Ethi. capit. 9. Plato, dialogo, 16. idem docet Paulus ad Rom. 2. & 4. & 5. & 7. & 13. Et ratio

D. Thom. Soto. Castro. Vega. Azor. Belar. Suarez. D. Hier. D. Amb. D. Aug. D Greg. Arist. Plato. Ad Rom. 2. & 4. & 5. & 7. & 13.

tio est manifesta, quia de ratione legis est præceptum, vt supra diximus. Sed præceptum necessario importat obligationẽ eius, cui imponitur præceptum: ergo lex necessario importat obligationem. Minor probatur primo, nam illa est differentia inter consilium, & præceptum, secundum D. Thom. quęst. 108. ar. 4. quod præceptum imponit obligationem, non vero consilium, & sic distinguit inter vtrumque, Paulus, 1. Cor. 7. De virginibus præceptum domini, non habeo consilium autem do, secundum indulgentiam dico, non secũdum imperium. De quo videatur Martianus, l. 1. & 2. ff. de legi. & modestia, l. legis virtus, ff. eodem. Secundo probatur eadem minor, quia aliàs daretur bellum iustum, ex vtraque parte, si præceptum non imponeret obligationem, nam iste posset imperare, & alius posset, non obedire, qua ratione dicitur reum rite interrogatum, non posse negare, quia non potest dari bellum iustum ex vtraque parte, & quod iste iuste per præceptum interroget, & reus iuste neget interrogatum.

1. Cor. 7.

Martian.

Corol contra Medi.

Ex quo sequitur contra Medin. supra quæst. 90. art. 1, §. sed dicet, non posse legislatorem imponere legem, sinul cum voluntate, non obligandi, quia obligatio est inseparabilis, sicut non potest quis facere votum cum voluntate, non se obligandi, etsi hoc bellit, nihil facit quia vollitio bouendi intrinsece claudit voluntatem, se obligandi, si autem ex ignorantia inuincibili, quis existimaret posse facere vnum, sine altero, tunc dicendum, vel quod non voluit vouere, vel facere legem, vel si hoc voluit, etiam virtualiter voluit obligationem in separabilem. De quo videatur Raphael de la Torre, 2. 2. q. 88. art. 1. disp. 6. con. 3. & 4. nam idem dicendum est lege, & voto quantum ad hoc.

Raphael de la Torre.

Ad 1. ar.

Ad primum arg. resp. sufficere obligationem post iudicis sententiam, quia hoc intendit legislator, & hęc est natura obligationis legis pœnalis, vt infra latius dicemus.

Ad 2. ar. 1. Solutio. 2. Solutio.

Ad secũdum resp. priuilegium appellari legem, secundum quid, & metaphorice, loquimur autem de lege propriè. Secũdo resp. quod si priuilegium habet rationẽ legis, nõ est respectu priuilegiati, sed respectu aliorum, qui tenentur nõ impedire priuilegium. ex lege neque Dorotheum, C. de Decurionibus, lib. 10. qua ratione cõponuntur multa iura, & Doctores alij asserentes priuilegium esse legem, & alij nõ esse legem, primi loquuntur respectu alio rum, & secundi respectu priuilegiati, qua ergo parte priuilegium est lex obligationem, etiam inducit. Etsi cõtra dicas, quod etiam aliqua sunt priuilegia, quæ obligãt ipsum priuilegiatum, vt priuilegio vtatur, vt Clericus, qui renũtiare nõ potest priuilegio fori, ex c. si diligenti, de foro competenti, & l. ius publicum, ff. de pactis. Respondetur, hoc non esse contra nostram cõclusionem, sed potius iuuat, si etiam lex secundum quid importat obligationem: nihilominus supponit falsum, vnde dicimus, priuilegium prædictum, & alia huiusmodi, non obligare priuilegiatum, ex ratione priuilegij, sed aliàs gaudens tali priuilegio astringitur alia lege, vt sunt à legatæ, ad non renuntiandũ, tali priuilegio, quia hoc cederet in damnum commune, vt in exemplo clerici, quapropter obligatio, tãdem ad legem reducitur, & non formaliter ad priuilegium.

Obiectio.

Solutio.

Ad tertium arg. resp, ibi no fieri sermonem de lege propriè, sed loquitur de motione interna particulari Spiritus Sancti requisita, ad tale consilium seruandum, & illam vocat legẽ particularem ab effectu, quia illuminat, dirigit, & impellit mentem ad aliquid faciendum, quod etiam habet, & lex, & quod iste sit verus sensus, Alex. III. constat ex Vrbano II. in cap. duæ sunt, 19. quæst. 2. & Innocen. III. ca pit. licet, de regularibus.

Ad 3. ar.

Ad quartum arg. aliqui Iuristæ asserunt esse quasdam leges consultiuas, quas quis non tenetur obseruare, cæterum Bartol. l. legis virtus, ff. de legi. & Soto, 1. de iust. quæst. 2. art. 2. ad 2. melius dicũt nullam legem esse consultiuam, sed præceptiuam, & nullum cõsilium esse legem, quia vt diximus ex Diu. Thom. alia est ratio consilij, & alia est ratio legis, & præcepti, si autem aliquando consilium appellatur lex. est ab effectu, quia ad modum legis dirigit, & illuminat in agendis, sine præcepto tamen, quod requirebatur ad rationem legis.

Ad 4. ar. Bart. Soto. D. Thom.

Ad quintum arg. resp. Suar. 1. de legi. cap. 14. & Salas disp. 3. sect. 2. votum, & alia huiusmodi habere vim obligandi, ex lege naturę, vnde omnis obligatio à lege oritur, & ad legem reducitur. Secundo resp. obligationem voti, & cõtractus, &c. esse alterius rationis, ab obligatione legis, quia ista est vniuersalis, & perpetua, vt supra diximus, illa vero particularis, & ex natura sua temporalis. Vndè obligatio, de qua loquimur propia est legis.

Ad 5. ar. 1. Solutio. Suarez. & Salas. 2. Solutio.

Ex dictis sequitur, quod licet omnis lex habeat

Corol.

habeat obligare, non tamen eodem modo sed vna quęque iuxta naturam suam: nam lex & præceptum negatiuum obligat semper, & pro semper, affirmatiuum autem tũ tum tempore determinato, & non pro semper, licet semper obliget pro illo tempore determinato, de lege autẽ pœnali postea dicemus qualiter obliget.

Vtrum autem obligatio legis sit in foro conscientiæ, corã Deo, disputatum est, supra quæst. 90. art. 3. contra hæreticos, qualiter sit potestas humana Ecclesiastica, & ciuilis ad ferendas leges, & quæst. 95. art. 2. contra Gersonem, qualiter potestas legislatiua sit ad præcipiendum aliqua etiam quæ iure diuino, vel naturali, non erant præcepta, vel prohibita, & obligare solum ex vi potestatis humanæ, etiam in conscientia: videanturibi ne eadem repetamus.

Dub. II.

Vtrùm lex humana obliget in conscientia ad mortale, an vero solum, ad veniale, & vnde sumatur obligatio mortalis, vel venialis?

1. *Sent.* IN hac re est prima sententia, asserens numquam esse peccatum mortale transgressionem legis humanæ, nisi fiat transgressio ex contemptu. Hanc tenet *Angeli.* Angelus, verbo inobedientia, ex colle- *Nauarro.* ctorio, cap. 1. de constit. & illam sequitur *Immola.* Nauarro, cap. 23. numer. 55. vbi etiam re- *Felin.* fert Immola, & Felin. & Cai. in summa, *Cai.* verbo præcepti transgressio. & verbo clericus, §. verum, & verbo, ieiunium, §. quoad quartum, sed certe Cai. Hoc non docet generaliter, sed loquitur in casu particulari, quia 2. 2. quæst. 104. a. 2. versus finem generaliter, docet oppositum, nimirum, quod lex humana multoties ex se, etiam secluso contemptu obliget, ad mortale, istam tamen sententiam primam *Ricardus.* sequitur Ricardus quodli. 1. quæst. 19. vbi hoc asserit de præcepto audiendi Missam, quod non obliget sub mortali, nisi ex contemptu.

2. *Sent.* Secunda sententia asserit, numquam esse peccatum mortale transgressionem legis humanæ, nisi transgressio multiplicetur, & fiat ex consuetudine. Hanc tenet *Syluester.* Syluester, verbo inobedientia, & Angelus, vbi supra, & Ricardus loco citato, *Angel.* Henricus, quodli. 3. quæst. 22. Decius, *Henr.* cap. nam concupiscentiam, de constit. nu- *Decius.* mer. 19. Archidian. cap. vtinam, 76. dist. *Archidia.* Ludouicus Gomez, cap. 2. de constit. in *Gomez.* 6. num. 2. Caldericus, aput Panor. rubri. *Calderic.* de constit. & Vazquez, disp. 158. cap. 6. *Vazquez.* ex parte consentit, dicens aliquando ex consuetudine effici mortalem transgressionem legis humanę, etiamsi alias, talis lex ad mortale non obligaret.

Tertia sententia asserit, legem humanam, etiam secluso scandalo, vel contemptu, vel cõsuetudine posse obligare ad mortale, licet non semper talem obligationem inducat. Hæc sententia communis est, & vera vt amplius patebit ex conclusionibus, sed in modo explicandi, quando & vnde sumatur obligatio ad mortale, vel veniale, est magna differẽtia inter Doctores. 3. *Sent. vera.*

Primus modus dicendi est, hoc solum dependere ex voluntate legislatoris volentis obligare ad mortale, vel veniale, sic docet Castro lib. 1. de l. pœnali, cap. 5. documento, 4. Ioannes de Medina, capit. de ieiunio, quæst. 7. §. supereſt autem, Nauarro in summa, capit. 23. num. 48. refert etiam Suarez, 3, de legi. cap. 25. num. 3. multos inter quos Syluester, verb. præceptum, & Cai. in summa, eodem verbo, & 2. 2. quæst. 186. a. 9. & Soto, 1. de iust. quæstio. 6. artic. 4. dub. 1. ad vlt. ex parte sequitur, hanc sent. hoc asserens de legislatore Ecclesiastico, licet non de legislatore ciuili. *Primus modus illã explicandi. Castro. Ioa. Med. Nauarr. Syluester. Soto.*

Secundus modus dicendi est obligationem mortalis, colligi ex verbis, & modo loquendi ipsius legis. Tunc enim colligitur obligare ad mortale, quando dicit præcipio, prohibeo, &c. Sic tenet Syluester, verbo præceptum, quæst. 2, & Armilla, ibi num. 7. ex parte sequitur istum modum Nauarro, in manuali, cap. 23. à num. 50. Castro, lib. 1. de l. pœnali, cap. 5. documento, 4. §. quidquid, & Ioann. de Medina, C. de ieiunio, quæst. 7. §. supereſt, asserunt enim hoc esse verbum, quo vtitur, lex canonica, ad obligandum sub mortali, lex autẽ ciuilis (inquiunt) non habet determinata verba ex quibus colligi possit obligare sub mortali, imo alij distingũt inter hoc verbum præcipio, & hoc verbum mando, quando ergo lex dicit mando, nõ obligat ad mortale, obligat autem quando dicit præcipio. sed hæc distinctio inusi- *Syluester. Armilla. Nauarro. Castro. Ioa. Med.* lis est. 2. *Explicatio.*

Tertius modus dicendi est, ad obliga- 3. *Explicatio. Suar.*

tionem

tionem mortalis, requiri tria, & intentio legislatoris volentis obligare ad mortale, & talibus verbis (verbi gratia mando, præcipio, &c.) esse legem impositam, & tandem materiam esse grauē, quolibet enim istorum desitiente ad mortale, non obligat lex humana: quapropter si legislator, non præcipiat materiam grauem, quibus cumque verbis, & voluntate proferat legem non obligat ad mortale, sic tenet Suarez, lib. 3. de legi. cap. 25. & 26. & 27. ummer. 7. & lib. 4. cap. 18.

1. Not. Pro intelligentia notandū primo, quod vt diximus, quæst. 90. art. 3. potestas est tam ciuilis, quam Ecclesiastica ad ferendas leges: & vt diximus, q. 95. art. 2. non solum ad præcipiēdū ea, quæ alias iure diuino, vel naturali erant prohibita, sed etiam illa, quæ nullam aliàs prohibitionem habebant, & vt etiam diximus dubio præcedenti, huiusmodi leges humanæ obligationem in foro conscientiæ inducunt. Modo autem inquirimus quę, & quā ta sit hæc obligatio, & vnde proueniat.

2. Not. Secundo notandum, quod de quantitate culpæ transgressionis legis possumus loqui, dupliciter primo ex parte frangentis legem, quod est consideratio extrinseca legi: secundo ex parte ipsius legis, quā ta sit eius obligatio, considerata lege secū dum se. Si primo modo loquamur, certum est, ex parte frangentis posse esse mortale. vt si frangat legē cum graui scandalo, vel ex contemptu ipsius legis præcipiētis aliquid graue: nam si solum esset contemptus materiæ legis, quia leuis est, vel ipsius legis in re leui, non esset mortale, contemptus autem ipsius legis in re graui mortale est, vt docet Cai. verb. contemptus, & verbo obedientia, & verbo clericus, §. verū, & verbo, ieiunium, §. quoad quartum. De quo ad longum videatur Salas. disput. 10. sect. 8. Similiter ex parte operātis potest esse mortale, etiam si lex ex se tantum obligaret ad veniale, si ex conscientia erronea operetur existimans legem obligare sub mortali, sicut etiam è contra posset peccare venialiter, etiam si lex obligaret sub mortali, si inuincibiliter existimaret, solum obligare ad veniale, sicut & posset ex indeliberatione, etiam venialiter peccare contra legem obligantem, ex se ad mortale: similiter ex parte operantis, & ab intrinseco, aliquādo potest esse mortale, ex consuetudine, & multiplicatione actuum, licet ex se lex non obligaret, ad mortali (verbi gratia) continuare, non deferre habitum clericalem, vel non habere tonsuram coronæ, licet ex se non sit præceptum mortale, si tamen continuetur potest esse mortale. Tum, quia per continuitatem efficitur materia grauis, quod aliàs erat leuis, & committitur mortale in vltimo, quo completur grauitas materiæ, sicut in ieiunio, vel furto. Tum etiā, quia talis consuetudo, & repetita fractio habet, quasi rationem cōtemptus virtualis. Dixi autem aliquando ex consuetudine fieri mortale modo prædicto, quia nō sem per requiritur consuetudo, vt volebat, secunda sententia, nam vt dicemus ex se potest esse mortale, & sufficit semel fractio ad mortale, vt semel non audire Missam, vel semel nō ieiunare est mortale. Relicta ergo mortalitate, quæ ab extrinseco ex parte operātis potest esse, dubium est hic, vtrum lex ex se ipsa mortalitatē habeat, & vndē illa proueniat.

3. Not. Tertio notandum, necessariam esse intentionem legislatoris ad obligationē legis, siue mortalem, siue venialem, quia si legislator, non intendat obligare, non obligat, tota enim vis obligationis nititur in intentione legislatoris, vt docet D. Tho. 2.2.q.186.a.9.ad 1. & Palacios, Ioann. de Medina, Ledesma, Azor, Aragon, Soto, Nauarro, Couarr. Driedo, Sylvester, Victoria, & Medina, locis citatis à Salas, disp. 10. sect. 5. Hoc tamen est, quia sine intentione legislatoris ad obligandum, non est lex; inquirimus autem, si semel posita intentione legislatoris conficiendi legē, & consequēter obligandi per ipsam: vtrum ad mortalitatē, vel venialitatē legis attendēdum sit ad determinatam intētionem legislatoris, ita vt ad esse mortale requiratur determinata intentio legislatoris, vt obliget sub mortali, & ad esse veniale requiratur determinata intentio legislatoris obligandi ad veniale: ita vt ex intentione legislatoris, dependeat esse mortale, vel veniale semel ab ipso statuta lege: an vero semel illa posita, sine dependēdētia ab intētione legislatoris habeat ex alio capite obligare ex se ipsa ad mortale: similiter dico de tenore verborum quibus imponitur lex, requiri quidem esse talia, vt præceptum explicent, quecumq; illa verba sonū habuerint, quia cū de ratione legis sit præceptum, & hoc manifestatum, & publicum, vt supra diximus, necessario verba debēt esse talia, vt tale præceptum explicēt. Impertinēs autē est, quod sit verbum præcipio, vel mando, vel aliud, quodlibet ad esse mortale, vel veniale; quia etiam venialia sub præcepto cadunt, vnde semelle

D. Thom. Palacios. Ioa. Med. Ledesma. Azor. Aragon. Soto. Nauarro. Couarr. Driedo. Sylvester. Victoria. Medina.

Cai.

Salas.

ge

ge statuta, per intentionē legislatoris, & prolationē sui mandati, aliunde est exquirendum quando obliges ad mortale, vel veniale.

1. Concl. Prima conclusio lex humana, siue Ecclesiastica, siue ciuilis, etiam secluso scãdalo, consuetudine, vel contemptu, ex se ipsa, & ex propria ratione intrinseca aliquãdo obligat ad mortale. Hæc est D. Tho. 2.2.q.147.art.3.& ibi Cai.& Nauarro, vbi supra, & Valentia, hic disp.7. quæst. 5.punct.6.& Salas, disp.10.sect. 8.& est communis. Et probatur nam Authores cõtrarij, vel loquuntur negantes potestatem humanam ad mortaliter obligandum, & sic est hæreticũ, quia est negare potestatẽ legislatiuam humanam, cum hæreticis supra impugnatis, aut vero id dicunt, quia de facto Ecclesia, non vtatur tali potestate in suis legibus, & hoc est temerarium, & contra consensum omnium fidelium existimantium aliquas leges Ecclesiasticas obligare sub mortali, vt præceptum ieiunij, & defestis seruandis, & alia similia. Secundò probatur, quia non est recte prouisum Ecclesiæ, & Reipublicæ, si sæpe, non imponeretur obligatio sub mortali, ad obseruantiam legis, quia si in materia graui talis obligatio non imponeretur, facilis esset trangressio ex fragilitate, vel negligentia (etiam secluso contemptu) ergo vt efficaciter talia obseruentur, necessarium est, illa sæpe etiam sub mortali præcipere, vel prohibere, hæc ratio non solum probat de legibus Ecclesiasticis, sed etiam de ciuilibus, contra Soto, 2. de iust. q.6.ar.4. quia nec in iure, nec in aliqua ratione fundari potest differentia, quantum ad hoc inter vtramque potestatem (licet non ita certum sit, sicut de legibus Ecclesiasticis, nec tam rigidam censuram mereatur) nec D. Bernardus, lib. de præcept. & dispen. cap. 11. in fin. est contrarius asserens, præcepta humana, non grauiter obligare, secluso contemptu, qui vbique damnabilis est, non inquam est cõtrarius, quia loquitur de præceptis leuibus humanis pertinentibus ad obseruantiam Religionum, vt silentium, & similia.

2. Concl. Secunda conclusio, lex humana tunc obligat ad mortale, quãdo materia est grauis, & tunc ad veniale, quando materia est leuis de se. Itaq; non est inspici ẽdũ ad voluntatẽ legislatoris ad quid vellit obligare, nec ad verba quibus legem profert, sed ad materiæ grauitatem, vt semel posita, & explicata lege videamus, vtrum obliget ad mortale, vel veniale. Hanc docet Driedus, lib. 3. de libertate Christiana, cap. 3. ad 5. Castro, lib. 1. de l. pœnali, cap. 5. documento, 4. §. quidquid, & Medina, hic reg. 1. Vazquez, disp. 158. cap. 4. n. 32. & Azor, lib. 5. instit. moral. cap. 6. quæst. 5. & probatur primo, ex Aug. 21. de ciui. cap. 11. vbi ait, quod est de ista ciuitate mortali homines suplicio primæ mortis, hoc est de illa ciuitate immortali homines suplicio secundæ mortis auferre, sed sic est, quod in Republica homines non plectuntur pœna mortis, nisi ob culpam grauem in materia graui: ergo similiter in Republica spirituali, non incurritur culpa mortalis, quæ est mors animæ, nisi propter fractionem legis in materia graui, in hoc enim Aug. intẽdit ponere æqualitatẽ. Confirmatur ex Ricardo de Sanctovictore, tractat. de differentia peccati mortalis, & venialis, dicẽte, peccatum mortale est, quod à quo vis non potest commiti, sine graui corruptione sui, vel sine graui lesione proximi, vel sine magno contemptu Dei cætera vero omnia vidẽtur mihi venialia. hæc Ricardus. Secundo probatur ratione, nam vt supra diximus, obligatio sequitur, vt passio, vel vt effectus ad legem, ita vt non sit in potestate legislatoris condentis legem, vt obligatio nõ sequatur, licet sit in potestate eius condere, vel non condere legem: ergo grauitas obligationis, similiter non dependet à voluntate legislatoris, semel posita lege, sed ex natura rei, sequitur iuxta quantitatem materię, ita vt in materia graui, sit grauis, & in materia leui leuis. Confirmatur, quia quãtum ad hoc, similiter se habet lex, & votũ quod est lex quædam particularis, quod sicut votum est in libertate vouentis, quãtum ad exercitium, non tamen quantum ad specificationem, est enim liber ad vouendum, sed non ad obligari grauiter, vel leuiter, iuxta grauitatem, vel leuitatẽ materiæ: ergo similiter dicẽdum de lege. Tertio probatur, ad hominẽ contra Suar. quia vt statim dicemus, legislator non potest obligare sub mortali in materia leui, vt ipse concedit Suar. quia esset stulta obligatio, per inæqualitatem materiæ, si materia erat leuis, & obligatio grauis: ergo similiter non erit in potestate legislatoris, imponere obligationem leuem in materia graui, quia esset, etiã stultum præceptũ propter eandem inæqualitatẽ præcepti ad materiam, atque adeò debet esse proportio, vt in materia graui sit obligatio grauis, & in materia leui sit obligatio leuis, quod amplius explicabitur, 3. & 4. conclusione.

Driedo. Castro. Medina. Vazquez. Azor.

Tertia

3.Concl. Tertia conclusio, in materia leui, nõ potest legislator pro sua voluntate obligare ad mortale. Hanc tenet Cai. 2.2. quæstio. 104. art. 2, & in summa, verb. præceptitrans gresio, Medina hic quæst. 96. art. 4. reg. 1. Victoria, relect. de potest. ciuili, n. 19. Soto, 1, de iust. quæst. 6. art. 4. Salon, 22. quæst. 77. art. 1. cõtrouer. 8. post reg. 1. Aragon, q. 62. art. 3. notat. 3. & omnes moderni, Vazquez, Suar. Valent. locis citatis, & alij plures quos citat, & sequitur Salas, disp. 10. sect. 6. fauetque Aug. 2. de bapt, contra donatistas, cap. 6. & refertur, cap. non afferamus, 24. quæst. 1. dicens nõ affectamus stateras dolosas, vbi apendamus, quod volumus pro arbitrio nostro dicentes hoc graue, hoc leue est, sed afferamus diuinã stateram, & in illa, quid sit grauius apendamus, &c. ecce qualiter grauitatem transgresionis asserit, non esse reducẽdam, ad arbitrium, & voluntatẽ humanã, & ratione probatur, quia potestas legislatiua, vt diximus, est in bonum commune, & non in destructionem illius, sed si apponeret obligationem grauem in materia leui, esset potius bonum commune destruere, quam ædificare: ergo id non potest facere. Secundò probatur, quia lex humana debet conformari diuinæ aquæ oritur, & quã imitatur, sed lex diuina in materia leui, non ponit grauitatem culpæ mortalis, sed venialis, vt in materia mẽdacij iocosi, vel furti parui: ergo nec legislator humanus id potest, quia potentia humana, non debet æquari diuinæ, sed vt plurimum, id potest homo imitari, quod Deus de facto facit, quidquid sit, vtrum Deus possit sub mortali obligare in materia leui, vt aliqui affirmatiue existimant, quia præceptũ de nõ comedẽdo de ligno vetito erat sub mortali, cũ aliàs materia esset leuis, & alij partem negatiuam tuentur, quia esset contra naturam rerum in materia leui imponere obligationem mortalem, & sic dicunt illã materiam de non comedendo de ligno vetito fuisse graue, quia in illo erat pactum de retinenda, vel amittenda iustitia pro posteris, sed dato Deum habere talem potestatem hominibus illam non posset conferre, sicut nec quamcumq; potẽtiam physicam propter sui infinitatem, & quando posset non esset existimandum illam contulisse, quia homines illa per tyranidẽ abuterentur in pernitiem, & in tollerabile iugum subditorum. Et fundamẽtum huius conclusionis, tam in legislatore ciuili, quã Ecclesiastico currit. Vndè Authores huius conclusionis merito præhẽdunt Prælatos Religionum, qui ob causas leues præcepta imponunt, & sententiam excommunicationis ferunt, de quo nos supra, q. 90. art. 3. dub. 3. nec valet ponere talia præcepta ad terrorẽ: quia ignorantibus, & parui lis est laqueos ponere. Verũ est multoties, quæ leuia videntur in religione, maxime conducere ad bonum commune ipsius religionis, vel conuentus, & sic fieri materiã grauem ex circunstantia, & capacem præcepti, & excommunicationis. Vndè communiter standum est pro præceptis prælatorũ, etiãsi de minimis videãtur imposita.

Cai. Medina. Soto. Victor. Salon. Aragon. Vazquez. Suarez. Valent. Salas. D. Aug.

4.Concl. Quarta conclusio, in materia graui, nõ potest legislator pro sua voluntate condere legem ob igantẽ solum ad veniale. Hãc ponimus contra Suarez, & D. Anton. Armillam, Tabienam, Nauarro, Henricum, Martinum de Ledesma, Valentiam, Sayrum, Castro, Ioann. de Medina, Couarr. quos citat, & sequitur Salas d sp. 10. sect. 7. nostram tamen conclusionem vnus pro mille, tenet D. Thom. 2.2. quæst. 186. a. 9. ad 2. Medina, hic Aragon. 2.2. quæst. 62. art. 3. dub. 3. post. 3. con. victo. relect. de potest, ciui. num. 19. Soto, 1. de iust. quæst. 6, art. 4. Palac. 3. disp. 37. quæst. 7. Vazquez, disp. 158. nu. 30. imo habetur in Clementina, exiuit de Paradiso de verbo signi. Et probatur, sicut conclusio præcedens, quia scitum est non adæquare obligationẽ, cum materia, quapropter non potest ponere obligationem grauem legislator in materia leui; ergo nec obligationem leuem in materia graui. Item quia legislator debet instituere legẽ prout expedit bono communi, sed materia grauis expedit grauiter: nam alias non esset grauis, ergo cum obligatione graui debet institui. Item, quia votum, vel iuramentum in re graui, nõ potest fieri, nisi cũ obligatione mortali, etiamsi quãtum ad fieri, vel non fieri votum, depẽdeat a vobẽte, emisso tamen voto, iuxta grauitatem materiæ debet obligare (licet oppositũ doceat D. Anton. 3. p. tit. 16. c. 1. §. 13. ad fin. & Durand. 3. d. 39. q. 4. n. 9.) ergo similiter dicẽdũ est de lege. Itẽ probatur, quia posita causa nõ est in potestate aplicãtis (etiã libere) vt talis causa nõ operetur, secũdũ vltimũ potentiæ, sed obligatio, vel est passio, vel efectus legis, vt diximus, ergo etiam si libere aplicetur, quia libere instituitur lex non tamen erit in libertate legislatoris, vt non obliget, secũdũ vltimũ, quod potest iuxta capacitatẽ materiæ. Nec valet solutio, id esse verũ in causis naturalibus agẽtibus necessario, vbi tantum aplicatio est libera,

Contra Suarez. D. Antoni Armilla. Tabienam Nauarro. Henric. Ledesma. Valentia. Sayr. Castro. Ioa. Med. Couarr. Salas. Illã tenet D. Thom. Medina. Aragon. Victoria. Palacios. Vazquez. D. Bet.

Solutio. Impug.

libera,nõ autẽ in causis moralibus operantibus moraliter,& libere. Nõ inquã valet, quia vt diximus,licet sit lex causa libera, quãtũ ad aplicationẽ,quia libere instituitur:non tamen est causa libera in obligando semel imposita lege,vt sæpe diximus: vndequãtũ ad hoc par ratio,atq; estde causa naturali semel aplicata: est exemplũ de inobedientia formali,dependet ex voluntate institutio legis,qua nõ stãte,nõ esset inobedientia formalis,semel tamen posita lege nõ dependet ex voluntate legislatoris,vt inobedientia formalis,non sit mortale:ita dicendum de materia legis. Et certe, hæc nostra conclusio videtur expressa,D.Ber lib.de præcep.& disp.§.iã vero vbi nõ ad precipiẽtes,sed ad res præceptas reducit grauitatẽ trãsgresionismãdatorũ.

Contra conclus. Suarez. Arg.1. Sed contra istam conclusionem arguũt multipliciter Suarez,& eius sequaces,primo in dict.cap.27.nu.7.nam obligatio legis est efectus moralis:ergo sequitur moraliter iuxta voluntatem ipsius legislatoris, vt sit grauis,vel leuis obligatio.

2.Arg. Secundo arg.n.12.nam in multis religionibus,sunt plures constitutiones in re graui,vt audiendi Missam quotidie,& iejunandi,fer.6.cum tamen non obligent, nisi aduenialc.vt ait D.Th.2.2.q.186.a. 9.ad 1.imò vt dicit D.Th.inordine Prædicatorum,vtrumq; explicatur in constitutionibus,quod nec obligent ad mortale nec ad veniale,sed solum ad pœnam:ergo supponit talis explicatio,quod poterat legislator illarũ cõstitutionũ,obligare,siue ad mortale,siue ad veniale prolibito. Tertio arg.n.13. si legislator vallet rẽ grauẽ solũ precipere sub veniali,tũc res præcepta nõ est in iusta,vt patet,neq; excedit potestatẽ legislatoris,cũmaiorẽ obligationẽ posset inducere: ergo potest illud sic precipere.

3.Arg.

Conf. Conf.nã qui potest mai⁹,& min⁹ etiãpotest: ergo si potest obligare ad mortale,etiam poterit ad veniale. Quartò arg.in materia capaci ad excõmunicationem maiorẽ,potest,& multoties,tãtum fertur excõmunicatio minor:ergo similiter in materia capaci obligationis mortalis poterit imponi,tantum obligatio venialis,consequentia patet,aparitate rationis. Et antecedens probatur,quia in moralibus actus non excedit intentionem agentis,vt patet, lege non omnis,& lege si quis ne causam, ff. si certum pet.& lege in agris. ff. de acquirendo rerum dominio. Et item probatur, quia qui communicat,cum excommunicato,tantum excommunicatur,excommunicatione minori,& posset excommunicari

4. Arg.

excommunicatione maiori,vt de facto excommunicatur aliquando, vt cum fertur excommunicatio contra participantes,vt docet Nauarro,cap.27.nu.30. vsque ad 36.ergo similiter, quod prohibetur sub mortali potest prohiberi sub veniali. Cõ firmatur,& explicatur, quia excommunicatio maior tantum est, propter mortale: Minor autem excõmunicatio propter veniale potest incurri: ergo si idẽ modo cadit sub excommunicatione maiori,modo sub minori:ergo etiam modo obligat sub mortali,modo vero sub veniali. Cõf. 2.nã clericus,qui nutrit comam,& barbam,solum peccat contra legem venialiter,si autem moneatur peccat mortaliter, si quidẽ monitus potest excõmunicari.per cap. si quis deuit.& honesta.clericorum, & c. si quis, 23.d.ergo eadẽ materia,quæ est sub mortali,potest esse sub veniale,&c.

Conf.1.

Conf.2.

Ad primum tamen istorum resp. obligationẽ sequi ex natura rei in genere moris ad ipsam legem. Vndè non dependet à volũtate legislatoris obligatio,semel posita lege,sed tantum dependet ab eius voluntate institutio legis,vt diximus. *Ad 1.*

Ad secundum respondetur, quod illa quæ in religionibus,tantum obligant ad veniale sunt leuia: nam si grauia sunt, & sub præcepto mandẽtur obligant ad mortale,& Diu.Thom.de leuibus, loquitur in ordine autem prædicatorum,quando dicitur huiusmodi constitutiones,non cadẽtes sub præcepto nõ obligare ad mortale, nec veniale:intelligendũ est aplicãdo singula singulis,quod grauia non obligãt ad mortale,nec leuia ad veniale,si tamen sunt constitutiones, & ordinationes,& non præcepta. Vndè non supponitur eandem rem esse capacem prohibitionis mortalis, & venialis. Vel dicitur,hoc ita dici proignorantibus,qui possunt existimare,quod iã quod constitutiones nõ obligarent ad mortale,obligarent tamen ad veniale, ad tollendam ergo hanc ignorantiam dicitur,nec obligaret ad mortale, neque etiã ad veniale. Etsi contra facias arg. quia pro multis grauibus constitutione prohibitis assignatur pœna: ergo supponitur culpa,quia pœna tantũ potest esse pro culpa, & cum aliàs supponatur, non est mortale,quia non est præceptum de illis, sed tantum constitutio, & ordinatio,erit culpa tantum venialis, & in re graui. Respondetur, quod licet pœna propriè dicta tantum sit pro culpa,in propriè autẽ loquendo de pœna potest in religione imponi, etiam siue culpa,pro aliquibus *Ad 2.*

in

indecentibus statui Religionis, vt patet ex regula iuris 23.in 6. Vbi dicitur pœnam imponi, aliquando sine culpa, sed nõ sine causa, dicitur autem causa ad pœnam huiusmodi, aliquis deffectus, vel culpa politica, vel ciuilis, quæ offensa est in oculis hominum, propter aliquam indecentiam status, licet non sit offensa apud Deum, sicut multoties, & patres huiusmodi deffectus puniũt in filijs. Etsi quæras vnde Prælati hoc possint facere. Resp. vel quod ex pacto Religiosi, sic volentis subijci ad pœnam, per professionem in tali transgressione, aut vero hæc subiectio naturaliter sequitur ex ipsa professione, & obedientia, aut vero ex potestate Papæ, qui Religiosos eximẽdo à iurisdictione ordinarij suis Prelatis sicut patribus, sic voluit esse subiectos. Notandum tamen, quod licet in huiusmodi transgressionibus, non sit culpa, sed tantum subiectio ad pœnam, posset tamen esse culpa, si vt ait Aug. pœnas nimis violenter, & cum resistentia recusatet ferre. non tantum propter scandalum, sed ex ipsa subiectione ad pœnam, sicut cedere ligna in nemore nulla culpa est, comititur tamen, si violenter aliquis custodibus nemoris resisteret, ad non subeundam pœnam, sed de hoc infra cum de lege pœnali egerimus.

Ad 3. arg. Ad 3. arg. resp. talem legem esse iniustam, quia non seruaretur proportio ad materiam præceptam, & etiam esset stulta, vt admittit Suarez, atque adeo nõ esset lex, item excederet hoc facere suam potestatem, quia illam non habet ad quantitatem culpę determinandam, sed tantum ad legẽ statuendã, quantitas autẽ culpæ sequitur ad quantitatem, & grauitatem materiæ, vt dictum est. Ad conf. resp. Quod etiã si possit maius, nõ potest minus ex improportione materię, sicut dictum est de voto, potest enim quis se obligare ad mortale, & non tantum ad veniale, quando materia est grauis.

Ad 4. arg. Ad 4. arg. resp. Legem esse potestatis humanæ, quantum ad exercitiũ, non autẽ quantum ad specificationem, quia vt diximus, est liber in statuendo legem, non tamen in grauitate obligationis, quia ista sequitur ex iure diuino, iubẽte seruari legẽ humanam, iuxta qualitatem, & grauitatẽ materiæ ipsius legis. Excommunicatio autem est humana vtroque modo, & quoad exercitium, quia potest ferri, & non ferri, prout polatus voluerit, & etiã quoad specificationem, quia potest imponere, maiorem, vel minorem, vt sibi placuerit, & ratio est, quia excommunicatio est pœna, & pœna licet secundum rigorem debeat adæquare culpæ, iuxta illud, iuxta mensurã delicti erit, & plagarum modus, tamen ex benignitate iudicis potest imponi inequaliter, pœna minor, culpæ maiori, quia hoc est misericordiæ, licet nõ pœna maior, culpæ minori, quia hoc esset crudelitatis, & in iustitia facta Reo, si homo puniat, nam de Deo, cum sit absolutus Dominus omnium, alia est ratio.

Ad 1. conf. patet ex dictis, potest enim misericorditer, pro mortali imponere excõmunicationẽ minorem vt pœnam, non autem excommunicationem maiorem pro veniali, quia esset crudelitas. Verum est, quod aliquando id, quod erat veniale punitum excommunicatione minori fit mortale, & materia excommunicationis maioris per in obedientiam monitionis, & prẽcepti, & per hoc patet. *Ad 1. cõf.*

Ad 2. conf. numquam tamen sequitur, quod mortale fiat veniale, quia in eodem casu, quãdo est mortale, adiungitur per monitionem specialis inobedientia, deffectu cuius priustantum erat veniale: vnde eadem materia remota, modo cadit sub mortali, modo sub veniali, non autem eadem materia proxima. *Ad 2. cõf.*

Dub. III.

Vtrùm grauitas, vel leuitas materiæ, ex aliquo possit colligi, ad cognoscendam obligationem mortalem, vel venialem legis humanæ?

PRO intelligentia huius notandum. Hanc cognitionem haberi posse, dupliciter, primo à posteroiri, & velut a signo ex verbis, quibus lex profertur, vel ex pœnis impositis ad obseruantiãlegis, si ue illæ sint spirituales, siue corporales, vt statim dicemus. Secundo potest cognosci grauitas, vel leuitas materiæ à priori, ex fine intento à Legislatore, per præceptum talis materiæ. *1. Not. Grauitatẽ materiæ colligi ex verbis, aut ex fine Legislatoris.*

Ad primum ergo accedentes, vt explicemus, quibus verbis cognosci possit, quãdo materia legis sit grauis, vel leuis, prius præmotandum. Quod vt ait Caiet. supra, & summa, verbo, præceptum, & tomo 1. opusc. tract. 25. q. 1. & Ledesma 24. q. 17. art. 2. Soto 1. de iust. q. 6. art. 4. Vict. re- *2. Prænot. ex Caiet. Ledesma. Soto. Victoria.*

Castro. Medina.

lect.de potest.ciuili,num.19.& Castro supra,& Medina hic,in iure ciuili,aut canonico,non est regula certa, & vniuersalis ad designanda verba quibus semper,& solum significetur materia grauis, vel leuis legis obligãs ad mortale,vel veniale,vnde in hac re maxime partiti sunt Doctores.

Loquendo de verbis mando. 1. Sent. Siluester. Angel. Armill. Panor. Felinus. Tabien. Castro. D. Ant. Azor. Valentia. 2 Sent. Nauarr. Castro. Ioa. Med.

Loquendo enim de his verbis præcipimus,mandamus,iubemus, obligamus,inhibemus,vetamus,prohibemus,interdicimus,obligentur, teneantur,debeant,necesse est,non liceat,non potest,& similia: Aliqui tenẽt significare obligationẽ mortalem. Sic Siluester, Angelus, Armilla, Panorm.Felin.& alij Canonistæ, Tabiena,Castro,D.Anton.Azor,Valentia,& alij quos citat Salas,disp.10.section.9.& Caiet.2.2.q.186.art.9.dub.penult. Alij asserunt.quod licet hæc verba,non obligent ad mortale in iure ciuili,bene tamen in canonico. Sic Nauarro,cap. 23. num. 50.Castro 1.de leg.pœna.cap.5.docum. 4.Ioann.de Medina,C.de ieiunio,q.7. & probant ex Clement.exiuit de paradiso,§.cum igitur,de verbor.signifi. Vbi Consultus Papa,quæ nam in regula beati Francisci obligent ad mortale, quæ vero ad veniale. Respondet illa, quæ hoc verbo, præcipio,mandantur,obligare ad mortale,alia vero non,& hæc decisio videtur generalis explicatio,pro omni lege iuris canonici, ait Siluestr.& Armilla.

Probatur hæc sent.falsa, ex Cai. Lorca, & Medina, & ex Diu. Thom.

Hanc tamen sententiam reputo falsam. Cum Cai.2.2.q.186.art.9.circa solutionem ad 2.& Lorca hic,disp.22.reg.1.& Medina supra q.88.art.1. Nauarro cap. 23.num.49.vsque 53.bene notantibus, quod præceptum,etiam potest esse de venialibus:Quapropter D.Th 2.2.q.44. agens de præceptis charitatis,& q.56.de præceptis prudentiæ,& q.122.de præceptis iustitiæ,& q.146.de præceptis fortitudinis,& q.170. de præceptis temperantiæ: multa ponit præcepta, quæ tantum obligant sub veniali,& in regula 6.Aug. dicitur:hæc sunt,quæ vt obseruetis præcipimus,cum tamen non omnia contenta in regula sint mortalia. Similiter in iure multa præcipiuntur,quæ ad veniale tantum obligant,vt non communicare, cum excõmunicatis in humanis, dicere preces flexis genibus in quadragesima,& alia similia. Vnde Pontifices volentes obligare ad mortale,semper adunt verba grauiora,

Ad arg.cõ trariæ sent.

ad verbum præcipio. Ad illud autem in contrarium ex Clementina.Resp. Non loqui Põtificem generaliter,sed in casu particulari,de quo interrogabatur:vtrum cõsilia Euangelica obligarent mortaliter fratres minores.Respondet,quod consilia nõ præcepta in regula,non hic obligant, bene tamen illa,quæ in regula præcipiuntur, quia ex particulari vsu,& statuto,quæ statuuntur sub mortali, illo verbo statuuntur,absolute autem in iure,hoc non est in vsu, quia vt dictum est,vsus est iuris verbo præcipio,etiam sub veniali,prohibere,imo & in iure naturæ,vt diximus de gula,& mendatio,&c.Imo & in sacra scriptura,verbum præcipio latius sumitur aliquando pro permissione,vt Mat.19. libellus repudij dicitur permissus,qui prius Mat.5.dictus est præceptus.Imo aliquando nullam importat obligationẽ,vt Christus præcipiens,vt tacerent,quibus miracula faciebat nullam obligationem imponebat,sed hoc ex modestia,& humilitate dicebat fugiens mundi gloriam.

Loquendo de verbo oportet. 1. Sent. Nauarr. Ioa. Med. Garsia. 2. Sent. vera. Castro. Veracruz. Vazquez. Sap.12. Baruch.6. Ioann.3. Sap.16. Dan.3.

Loquendo etiam de hoc,verbo oportet.Aliqui vt Nauarro,Ioan.de Medina, Garsia.& alij Canonistæ,existimant esse verbum præceptiuum sub mortali.Dicimus tamẽ cum Castro,Veracruz,& Vazquez.Hoc etiam verbum,aliquando sumi præceptiue pro mortali,vt Sap.12.oportet iustum esse,& humanum, Baruch. 6. Te oportet adorari Domine,Ioan.3. Oportet vos nasci denuo:aliquando autem solum importat hoc verbum consilium,& congruentiam.Sap.16.Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam,& ad ortum lucis te adorare.Dan. 3. Non oportet nos de hac re respondere tibi,& sic sumitur,cap.vnum orarium,25.dist.& cap. 1.& leg.1.in princip.ff.de iust.& iure,& lege cum oportet in princip. C. de bonis quæ liberis,& lege 1.§.oportet,C.de raptu virgi.

Loquendo de his verbis iniungimus debeant teneantur. necessario necesse est, non licet, non potest. variè sumũtur in iure. Loquendo de verbis imperatiuis variè sumitur in iure pro præcepto, aut consilio

Loquendo etiam de hoc verbo iniungimus,debeant,teneantur,necessario,necesse est,non licet ,non potest. Similiter dicimus auctores inter se diuisos,quia varie,etiam sumuntur in vtroque iure,iam præceptiue,iam consultiue,iam pro obligatione materiæ grauis,iam leuis.

Alia sunt verba modi imperatiui, quibus leges feruntur.de quibus etiam auctores diuersimodo loquuntur. Alijs affirmantibus,alijs negantibus continere præceptũ.Sed similiter dicitur,aliquando verba imperatiui modi importare præceptũ, aliquando vero non, vt aperte dicitur in illa Clementina exiuit de paradiso,§. & quia, vbi Pontifex explicat illud, Psal. 75. bobete, & reddite, &c. Primum importat consilium, & secundum importat præ-

præceptum. Et illud Gen. 2. per verbum imperatiui ex omni ligno, &c. De ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas
Gen. 3. præceptum importat, vt patet Gen. 3. cur
Matt. 28. præcepit vobis, &c. Præcepit nobis, ne comederemus, & Mat. 28. Docete omnes gentes, præceptum importat, quod autem aliquando non importent præceptum, docet optime Cai. 2.2.q.186.art.9. vt patet
Mat. 5. 6. & 7. Mat. 5. & 6. & 7. præcipue illud cap. 5. si quis te percusserit in vna maxilla prebe
D. Aug. ei, & alteram, consilium est secundum Au
Ioann. 18. gust. epist. 5. & 22. contra faustum, capit.
Acto. 23. 79. & affert ad propositũ, Ioa. 18. Acto.
Marc. 10. 23. Marc. 10. vade, & vende, &c. Quod tantum est consilium, & non præceptum, licet per verba imperatiui modi loquatur.

Loquendo de verbo statuimus, stabilimus, decernimus, ordinemus. Alia sunt verba in iure, videlicet, statulmus, stabilimus, decernimus, ordinamus, sancimus, vollumus, de quibus importare præceptum, & obligationem sub mortali asserit, Silvest. verb. præceptum, q. 2. multos tenuisse, quos ipse refert, sed oppositum tenet D. Th. 2.2.q. 186. art. 9. ad 2. & Cai. ibi Castro, & D. Anton. Silvester, Armilla, Tabiena, Nauarr. Panorm. in cap. nam concupiscentiam, de constit.

Sancimus vollumus, Div. Tho. Cai. D. Anton. Silvester, Castro. Armilla, Tabiena, Nauarro, Panorm. Denique omnia verba prædicta non sunt signa certa legis obligantis sub mortali, nec materię grauis, quia vt dictum est indifferenter sumuntur, & pro præcepto, & pro consilio, & pro obligãtibus ad mortale, & ad veniale, & solũ accipienda sunt secundum vsum, & practicam, & communem sensum Doctorum, præcipue Theologorum, de quo cano. 7. de locis, cap. 4. aut secundum declarationem alterius legis, quia nemo melius, quam ipse Legislator potest ipsam legem explicare, vt patet leg. finali, C. de legib. & cap. inter alia, de sent. excom. in iure, enim sunt multa exẽpla huius. Præcipue, cap. 1. de iuramento calumniæ, de quo Suarez hic. Verba autem, quæ determinate important præceptum obligans ad mortale, & sunt signa certa materiæ grauis, de qua statuitur lex sunt, quando dicitur sub interminatione diuini iudicij, aut Dei, aut Sanctorum indignationẽ, aut in virtute sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali (vt fit in Ordine prædicatorum) sub maledictione æterna, & similia, sic docet Castro, Ledesma, Palacios, Anton. Ioa. de Medina, Nauarro, Cai. Silvester, Armilla, Angelus, Tabiena, Azor, Bartol. Medina. Panor. cap. vestras, de cohabitat. cleri. & mulier quos citat Salas loco citato, num. 53. Vtrum autem in vniuersitatibus sint verba, certa ad obligandum sub mortali, quando dicitur sub pœna præstiti iuramenti: Aliqui tenent partem affirmatiuam, sed negatiua est verior, quam tenet Driedo, & citat Medinam 1.2.q.96.art.4. Couarruuias, cap. quamuis pactum, §. vltim. & patet, quia communiter, quæ sic præcipiuntur sunt valde onerosa, & etiam inutilia, & sæpe sine rectoris authoritate sic publicatur, vt Medina, & Henriquez voce sæpe dixerunt, imo Driedo, & Vazquez, asserunt mandatum rectoris, & vniuersitatis sub pœna præstiti iuramenti, non obligare ad mortale, quia non est præcipere sub pœna per iurij, sed sub pœna temporali, qua puniretur per iurus, & in obediens, quod non putant materiam grauem ad mortale.

Secundum signum à posteriori ad cognoscendam grauitatem materiæ, & obligationem sub mortali est pœna grauis sub qua lex præcipit, siue spiritualis, siue corporalis sit. Inter spirituales autem prima, & principalis est excommunicatio maior, quæ quidem ferri non potest, nisi in materia graui, & peccato mortali præsupposito, ex cap. 1. & cap. Romana, de sent. excom. in 6. & cap. nemo, & capit. nullus 11.q.3. & cap. à nobis, el primero, & cap. sacro. de sent. excom. idẽ habet, D. Leo epist. 67. ad Episco. Bien. & Augu. q. 39. in Deut. comparans excommunicationem maiorem morti capitis, in lege veteri, idem docet Anterus Papa, Concilium Meldense, Inocent. III. & Inocent. IIII. Cai. Nauarro, Driedo, Clitobeus, Angel. Tabiena, Armilla, Silvest. Palu. Soto, Medina, Castro, Couarr, Aragon, Gutierrez, & alij quos citat Salas, disp. 10. sect. 9. Ratioque est manifesta, nam pœna debet proportionari culpæ, illamque excedere non potest, licet ex benignitate iudicis possit diminui, vt diximus. Cum ergo excommunicatio maior, sit maxima pœna, inter spirituales non poterit infligi, nisi pro maxima culpa, qualis est mortalis in materia graui. Eademque est ratio de excommunicatione maiori, tam latæ sententiæ, quã ferendæ, quia ferenda est, quam iudex potest infligere si bellit transgressori præcepti, cum ergo illam nõ possit infligere, nisi in materia graui, & pro mortali: consequẽter excommunicatio ferenda, si iusta est materiam grauem, & transgressionem, mortalem supponit, nam aliàs iam pro leui transgressione, & materia postea esset lata. Sic Caiet. Tabiena, Angel. Silvest. Ioann. de Medina, Couarr. Armilla, So-

De verbis, quæ determinate important præceptum. Qualiter grauitas materiæ ex grauitate pœnæ. D. Aug. D. Leo. Anterus Papa. Conc. Meldense. Inoc. III. Inoc. IIII. Caiet. Nauarr. Driedo. Cletob. Angel. Tabien. Armill. Silvest. Paluda. Soto. Medina. Castro. Couarr. Aragon. Gutierr.

to, Castro, Azor, Nauarro, Vazquez, Suarez citati vbi supra. Vtrum autem excommunicatio ferenda obliget, prędicto modo ante aliam specialem monitionem, adhuc manet sub lite, ex prædictis enim auctoribus aliqui asserunt necessariam esse monitionem, vt in casu comæ clericorum patet. Alij autem affirmant sine alia monitione posse, statim transgressori ferri per sententiam latam excommunicationem. Dicendum tamen, quod quãdo in ipsa excommunicatione ferenda exprimitur, etiam futurã monitionem, tunc ante monitionem, non potest ferri excommunicatio, nec fuit mortale transgredi, ferendam. Quando tamen non exprimitur monitionem futuram, tunc dico, quod qui tenent, etiam tunc transgressori posse inferri excommunicationem, consequenter debent tenere, non posse imponi excommunicationem ferendam, nisi in materia graui, & pro mortali, nã aliàs posset esse lata in materia leui, & pro veniali. Qui autem tenent, non posse ferri excommunicationem transgressori sententiæ ferendæ, nisi subsequatur monitio, bene possunt sustinere, ferendam posse fulminari pro leui, quia non erit lata, nisi subsequente monitione, quando iam transgressio erit grauis, & mortalis. Verius tamen dicendum, communiter etiam non expressa monitione futura, non posse poni excommunicatio maior, nisi in materia graui, & pro mortali, & posse statim transgressori ferri excommunicationẽ, per latam sentẽtiam si Prælato placuerit. De excommunicatione autem minori certum est posse imponi pro veniali, & in materia leui, quia & ipsa pœna leuis est.

De excommunic. ferenda.

Dub.

1.Sent.

2.Sent.

De suspension. & interdicto, & irregularitate, dubitatur si incurritur pro veniali.

1.Sent. affirm.

2.Sent. vero. Suarez.

De suspẽsione autem, interdicto, & irregularitate, aliqui ex prædictis asserunt posse incurri pro veniali, & non esse pœnam grauem, requirentem infligi pro mortali, siquidem & sine culpa, etiam veniali huiusmodi incurri possunt. Sed verius dicitur, quod quando huiusmodi sunt pœnæ propter propriam culpam, tantũ possunt incurri in materia graui, & pro mortali, quia certe pœnæ sunt grauissimæ, vt patet ex effectibus illarum. Et sic solum pro culpa grauissima, qualis est mortalis possunt incurri. Dixi quando huiusmodi sunt pœnæ, propter propriã culpam, quia irregularitas, etiam sine culpa solum propter significationem potest incurri non habens rationem pœnæ, & suspensio, & interdictum propter culpam alterius, aliquis indirecte potest incurrere. De quo Suar. 3.p.tom.5.disp.25. Cum autem propter propriam culpam incurritur, supponit culpam grauem, & mortalem, quia pœna grauis est.

De pribatione Ecclesiasticæ sepulturę de depositione, de degradatione solemni, verius etiam dicitur esse pœnas graues, supponereque materiam grauem, & mortale. Pœnæ autem corporales graues, quæ sunt signa materię grauis, & peccati mortalis, est pœna mortis, mutilatio membri, verbera publica, trirremes, longum exilium, vel carcer. Sic tenet Castro, Anton. Ledesma, vterque Medina, Siluest. Armill. Azor, Aragon. Driedo, Angel. Couarr. Vazquez, Sal. sæpe citati, & patet Gen. 5. & ad Rom. 5. de pœna mortis, quia per peccatum mors vtique propter mortale, & Arist. 3. ethi. 6. Omnium terribiliũ mors, vnde non nisi pro re graui potest, hæc pœna induci, idem patet de mutilatione, cum per illam incurratur irregularitas, ex cap. hinc etenim, 49. dist. & capit. expossuisti, de corpore vitiatis. Idem patet de libertate, quæ res est inestimabilis, ex lege libertas, ff. de reg. iuris, & quia seruus efficitur irregularis, tit. de seruis non ordinandis. Item quia per seruitutem incurritur infamia, vt patet in condemnatis ad metala, vel trirremes. Idem constat de longissimo carcere, vel exilio, vel confiscatione omnium, vel magnæ partis bonorum. vel publici officij, vel grauis famæ. Oppositum tenet Nauarro, cap. 23. num. 57. sed nostra doctrina cõmunis est. Verum est, quod vt ait Medina hic, secluso periculo pœnæ, vt si fiat omnino occulta solum retineret grauitatem culpæ, quam alias illa materia haberet contra propriam virtutem, cum periculo autem talis pœnæ, etiam fit mortale, contra legem positiuam imponẽtem talem pœnam, sed de hoc latius infra, cum agamus de lege pœnali.

De priuatione Ecclesiasticæ sepulturæ, depositione, degradatione

Castro. D. Antonio Ledesma. Vterque Medina. Silvest. Armill. Azor. Aragon. Driedo. Angel. Couarr. Vazquez, Salas. Gen. 5. Ad Ro. 5. Arist.

Secũdo diximus, posse cognosci à priori grauitatẽ, aut leuitatẽ materię, vt sciamus, quando sit mortale, vel veniale, ex fine intento à Legislatore, vtique prout talis materia, conducit ad bonũ commune, quod Legislator intendit. Ita tenet Vict. Sot. Medin. Arag. & Salom 22.q.77.art. 1. controuers. 8. Anto. Castro, Valentia, Vazquez, Sal. supra citati. Notanter autem diximus hoc cognosci ex grauitate materiæ in, ordine ad finem Legislatoris, & bonum commune, quia non est attendendum ad grauitatem, vel leuitatem materiæ secundum se, sed in ordine ad bonum commune, potest enim aliqua materia

Qualiter fine Legislatoris colligatur grauitas materia.

materia secundum se grauis, esse parui momenti ad bonum commune. Et è contra materia leuis secundum se, esse grauis ad prædictum finem, ad obligationem autem legis humanæ, solum attendendum est ad grauitatem materiæ, in ordine ad bonum commune. Et sic intelligendus est Caiet.2.2.quæst.186.artic.9.ad 2.& in summa, verbo præceptum, dicens: grauitatem, vel leuitatem materiæ, non sufficere ad discernendam obligationem legis humanæ, sub mortali, vel veniali, loquitur enim de grauitate materiæ secundum se, sic etiam intelligendus est Medina, asserens esse mortale extrahere merces à Regno. Loquitur enim quando talis extractio est nocumentum graue, respectu boni communis, idem dicendum de eo, qui portat equos ad aliud Regnum tempore belli, vel arma, vel pecunias, ista enim licet aliàs sint leuia, tali tamen tempore in ordine ad bonum commune sunt grauia, & obligant sub mortali. Similiter non vti vestibus sericis, secundum se leue est, si tamen præcipiatur, quia per ingressum talium mercium extrahitur aurum, & argentum à Regno, & peruenit ad paupertatem debilitaturq; ad sumptus belli, tunc respectu talis boni communis illud obligat ad mortale, & ita de alijs, quæ in Religionibus præcipiuntur, quæ secundum se videntur leuia, efficiuntur tamen grauia in ordine ad finem, & bonum commune Religionis, & obligant sub mortali, qualiter autem grauiter ad bonum commune conducant, prudentialiter, & moraliter pensandum est.

Dub. IIII.

Vtrùm lex facta à tyrano sit valida, & obliget in conscientia?

2.Sent. IN hac re est prima sententia negatiua, quod quandiu tyranus, non acceptatur in Regem (vt acceptati fuerunt Gothi in Hispania, qui à principio per tyrannidem obtinuerum Regnum) sententia illius est nulla, nec aliquam obligationem inducit in subditos. Hanc tenet Soto 3. de iustit. quæst.4.art.6. Caiet. & Armilla, verbo, tyranus, eandem sequuntur multi iuris periti, capit. & si clerici, de iudicijs, & capit. accusatores 3.quæst. 8. & lege barbarius, ff. de officio Prætoris, illam tenet Baldus, C. de sacro sanct. Eccles. & Bartol. ibidem, & tractat. de tyrannis, numero 16. Nauarro in summ. cap. 23. num. 40. ex cap. 2. de constit. lib. 6. & lege fin. ff. de iurisd. omn. iudicum.

Soto. Caiet. Armill. *Baldus. Bartol.* *Nauarr.*

Secunda sententia est affirmatiua, leges, & sententias tyrani esse validas, & in conscientia obligare. Hanc tenet Victor. relect. de potest. ciuili, num. 23. Medina hic, & Bañez 2.2.q.67.art. 1. & Salom, q.60.art.6. & Aragon art. 1. Lesio 2. de virtut. Cardin. cap. 29. dub. 9. Hæc sent. probatur primo, quia vt inquit D. Tho. in hac q. art. 4. Lex quæ fertur à non habente authoritatem, non obligat in foro foro animæ, nisi aliàs esset scandalum, vel perturbatio Reipublicæ, sed sic est, quod tyrano gubernate, si lex, & sententia eius non seruaretur, nec obligaret, esset magna perturbatio in Republica, cum non esset alius iudex qui lites ciuiles, vel criminales dirimiret, sceleratos coerceret, & puniret, hostes fugaret, & multa mala euenientia impediret, ergo secundum D. Thom. lex tyrani, quandiu à Regno non pellitur obligabit in conscientia.

2. Sen. *Victoria.* *Medina.* *Bañez.* *Salon.* *Aragon.* *Lesio.* *1. Arg.*

Secundo probatur, nam lege barbarius citata, & cap. infamis, 3. q. 7. Aprobantur, vt valida facta à quodam iudice cuius electio fuerat nulla, ex occulto impedimento seruitutis, quia communis error populi, & titulus apparens electionis sufficiunt tribuere illi iurisdictionem, quandiu impedimentum non constat, ergo similiter in nostro casu. Conf. quia si aliquis fiat parrochus impeditus excommunicatione, vel alio impedimento sufficienti impedire electionem, & illam anullare (occulto tamen) tunc absolutiones ab illo validæ sunt, propter eandē rationem assignatam, vt communiter asserunt Theologi, & Canonistæ, in capit. præsidentes, de hæret. in 6. vbi etiam declaratur potestas tyranorum, ad puniendos hæreticos propter damnum subsecutum, si maneant impuniti, ergo similiter in præsenti.

2. Arg.

Pro intelligentia notandum, quod tyranus in progressu sui regiminis, multipliciter potest considerari, primo à principio, quando bellum geritur, & adhuc tyrano intromisso Regnum se defendit, & contra nititur. Secundo, quando iam populus fessus non valens tyranum repellere arma deponit illique (licet in voluntarie, à mas no poder) se subiecit. Tertio, quando multo tempore per acto, forsitam videns be-

Not.

ne illi esse cum tyrano, & gubernatione illius, consentit in dominium eius, eligens sibi illum in Regem. Isto tertio modo nulli dubium, quominus iam sit legitimus Rex per electionem, licet à principio per tyranidem Regnũ adquisierit, sic enim Reges Hispaniæ regnant legitime, cum tamen à principio Gothi progenitores illorum tyranice, hoc Regnum adquisierint, & idem dicitur de Regno Indorum, quod à principio per tyranidem fuit adquisitũ, modo tamen legitime Rex Hispaniæ dominatur illorum, de quo Bañez 2.2.q.10. artic.10. Restat ergo examinandum primum, & secundum.

1. Concl. Prima conclusio, tyranus adhuc bella gerens, nec rebus in pace positis non potest legem, vel sententiam validam ferre, nec subditi tenentur illi obedire. Hanc probant loca aducta pro prima sententia, quia pro tunc tyranus, nullatenus habet iurisdictionem, nec sequuntur inconuenientia allata in secunda sententia, vt dicatur lex tyráni habere valorem.

2. Concl. Secunda conclusio, armis depositis, etiam ex inuecilitate Regni, non valentis resistere, & rebus in pace residentibus, adhuc durante gubernatione tyrani, leges, & sententiæ illius validæ sunt, & in conscientia obligant. Hanc probant argumenta, & loca, & incommoda allata pro secunda sententia. Si autem interroges, ex quo capite proueniat valor talis legis, vel sententiæ prolatæ à tyrano, cum re vera non habeat iurisdictionẽ. Respondetur, quod Respublica retinens, & non valens excludere tyranum bono communi consulens tribuit, & tribuere tenetur, secundum voluntatem rationalem potestatem legislatiuam tali tyrano, licet enim admisceatur in voluntarium, quia nollet illum gubernare absolute, tamen ne maiora mala patiatur, vult quandiu à Regno non excluditur leges ferat ad ipsius Reipublicæ conseruationem. *Medina.* Quod quidem (ait Medina) est quasi consulens minus malum, ne fiat maius, sicut qui consulit fornicationẽ, ne fiat homicidium, cum quis est paratus ad aliquod illorum. Ita similiter ne fiat maius malum quale est, vt Respublica maneat sine regimine, cum aliàs non sit legitimus gubernator valens legem condere, tunc quasi consulens petit, & consentit, vt tyranus iustas leges ferat necessarias ad gubernationem. *Obiectio.* Etsi contra hæc arguas, quia tunc sequæretur tu yranum, non peccare condendo leges, si illas condit ex potestate Reipublicæ, potestatem talem potentis tribuere. Consequens autem est falsum, quia vere vsurpat iurisdictionem (cum adhuc perseueret tyranus) vsurpare autem iurisdictionem peccatum est mortale, vt ait Diu. Thom. 2.2. quæstion. 60. artic. 6. Ergo non habet talem potestatem à Republica. *D. Thom.* Respondetur cum Medina, & Cajetan. Rempublicam non tribuere potestatem tyrano, vel ab illo petere, Sententiã, vel legem absolute, & quantum ad substantiam, sed ex suppositione, quod ille tyranice gubernat, petit qualitatem legis, nimirum vt iustas condat leges ad conseruationem Reipublicæ, quapropter peccat, in eo quod condit leges, ad quod facultatem non habet, non tamen peccat, in eo quod leges, quas condit iustas condat, tũ quia hoc non est malum, tum etiam, quia hoc intendit Respublica, vtendo malitia illius in proprium cõmodum. *Solutio.* Etsi adhuc arguas, quia potius peccaret tyranus, si legem non faceret, quia hoc esset in destructionem Reipublicæ, ergo bene facit condendo leges. *Obiectio.* Respondetur tyranum manere perplexum, & peccare condendo leges, & non condendo illas, quia si illas cõdit vsurpat iudicium, etsi illas non condit destruit Rempublicam, per defectum regiminis, & non est mirum manere perplexum ex sua malitia, à quo vinculo resilire potest relinquendo Regnum, quod tyranice possidet, & quidem minus peccatum est vsurpare iurisdictionẽ cõdendo leges, quam destruere Rempublicam, non condendo illas, & ideo Respublica tamquam minus malum, contendit vt leges condat. Sit exemplum, in eo qui rem alienam detinet, & illa vtitur, v. g. veste, & peccat si illa vtatur, etsi non vtatur si vtitur, quia vtitur re aliena, etsi non vtitur, quia vestis tinea demollitur, & deteriorata, & minus malum est, vt veste vtatur, quam vt tinea consumatur, & Impeius vertatur suo domino, tenetur ergo rem domino reddere, vt perplexitatem effugiat. *Solutio.*

1. Corol. Ex dictis sequitur primo, quod si tyranus quousque acceptaretur in Regem paratus esset, non condere legem, instante autem Republica illam conderet, non peccaret, quia tunc non vsurparet iurisdictionẽ, sed ex commissione Reipublicæ, & conderet legem, & iustam legem, & non solum concurreret Respublica ad bonum legis, sed etiam ad substantiam legis, quia tamen non ita contingit, sed quod tyranus paratus est legem condere,

etiam

etiam si à Republica ei potestas non tribuatur, ideo dicendum est absolute tyrannum peccare vsurpatione iudicij, legem condendo, sicut qui accedit ad propriam vxorem paratus accedere, etiam si esset aliena, peccat faciendo opus aliàs bonum, ita licet ex voluntate Reipublicæ tyranus faciat legem rectam, quia paratus est illam condere, etiam si à Republica ei facultas non tribuatur communiter loquendo, peccat condendo legem, etiam iustam.

2. Corol. Secundo sequitur, quod peccatũ, quod committit condendo legem non est distinctum à peccato vsurpandi Regnum, & iurisdictionem alienam (vt ait Iesio) sed est idem continuatum, & maius quo magis exercet actus iurisdictionis vsurpatæ, sicut qui non restituit, & vtitur re aliena est peccatum furti continuatum, & maius quo magis per vsum rei fit impotens ad restitutionem illius.

3. Corol. Tertio sequitur, quod Respublica non peccat petendo sententiam, vel legem à tyrano, etiam si ipse peccet illam faciendo, quia tunc Respublica, vt dictum est, vtitur malitia alterius in proprium commodum, sicut qui petit vsuras apparato illas dare: etsi paratus non esset condere legem, etiam Respublica non peccaret, nec tyranus, quia facit legem ex commissione Reipublicæ; ad instantiam eius.

4. Corol. Quarto sequitur, quod tyranus per sententiam, aliàs iustam, suspendens latronem peccat peccato iudicij vsurpati, sed non peccato homicidij, quia non suspendit authoritate priuata, sed Reipublicæ, quantum ad hoc enim voluntaria est, vt à tyrano, etiam per vsurpatum iudicium latro suspendatur.

5. Corol. Quinto sequitur, quod ministri tyrani, si suo regimine conseruent in Regno tyranum, & ad hoc cooperentur, peccant, sicut ipse tyranus possidens contra iustitiam Regnum, si autem solum concurrant ad executionem legum iustarum, quas etiam tyranus fecit, non peccant, quia in hoc potius sunt ministri Reipublicæ conseruantes bonum commune, per obseruantiam legum, sicut minister vsurarij, si concurrat ad vsuram cooperatur peccato vsurarij: si autem ministerium eius in hoc sit, vt ratio debiti, & accepti habeatur inter vsurarium, & recipientem ad vsuras, non peccat, quia hoc ipsum est in vtilitatem recipientis ad vsuras (que aya quenta, y razon) vt non plus soluat, quam per iniquitatem vsurarij debet soluere, quod clarius dicitur de ministro tyrani, & etiam vsurarij, quod concurrit ad bonum illius, & nõ ad malum, quod dominus eius aliàs est determinatus facere.

6. Corol. Sexto sequitur, quod licet Respublica teneatur obedire legibus aliàs iustis factis à tyrano, quia hoc expedit bono communi, & habet vim ab ipsa Republica, non tamen tenetur tributa soluere tyrano (nisi aliàs hoc etiam expediat bono communi, vt ab inimicis obsidentibus defendatur) quia tributa soluere perse conducit, vt magis in tyranico regimine conseruetur, quod potius debet quis destruere, quã iubare, nec facit contra hoc Mat. 22. Redite quæ sum Cesaris Cesari. Quia locutus est Christus Dominus communiter de tributo regum, & non particulariter de tributo illius tyrani, & per hoc effugit calumniam Iudeorum, neque affirmans, neque negans de tributo illius tyrani in particulari, etsi postea pro se, & pro Petro tributum soluit, in hoc redemit suam bexationem, non autem soluit ex debito, quim potius declarauit se liberum à tributo, quia Filius Dei erat, & per hæc facilis est responsio, ad fundamentum vtriusque sententiæ positæ à principio duo bij.

Dub. V.

Vtrùm lex fundata in falsa præsumptione, obliget in cõscientia?

1. Sent. Conarr. IN hac re est prima sententia, quam tenet Conarruuias in capit. cum esses de testamentis, numero 9. Non esse vniuersaliter, verum legem fundatam in falsa præsumptione non obligare, sed loquendum esse sub distinctione, quod præsumptio potest esse motiua, aut impulsiua. Siquidem tantum sit motiua, & non impulsiua, non obligat lex fundata in tali præsumptione, si autem sit tantum præsumptio impulsiua, tunc etiam stante falsa præsumptione lex obligat, sed certe hęc regula obscura est, nec facille est iudicare, quando sit præsumptio motiua, vel impulsiua. Imgug.

2. Sent. Vazquez. falsa. Secunda sententia est Vazquez disp. 163. cap. 3. Asserens, quod si Legislator præsumit regulariter contingere aliquid, cuius intuitu condit legem, licet illud, quod præsumit aliquando, & multoties

defficiat, nihilominus lex obligat, quia quod aliquando defficiat, non tollit illud regulariter contingere, & illo sic præsupposito, quod regulariter contingat, & præuiso aliquando defficere, nihilominus Legislator voluit legem obligare: si autem Legislator præsumpsit illud semper, & in omnibus casibus euenire, tunc defficiente, & non eueniente præsumptione, lex non obligat, quia Legislator in tantum voluit suam legem obligare, in quantum præsumsit illud semper euenire, non ergo eueniente non obligat lex, quia non censetur velle Legislatorem tunc obligare. Sed hæc etiam sententia est voluntaria, nec potest constare, quando Legislator vno, vel altero modo præsumat, atq; adeo, nec poterit constare, quando lex obliget, vel non. Imo numquam Legislator præsumit motiuum suæ legis semper euenire, sed semper præsumit tale motiuum regulariter, & moraliter euenire, & hoc iudicio habito, quod moraliter illud contingat leges fundantur, vt euitentur mala, quæ iudicantur regulariter euenire, aliunde ergo inquirenda est præsumptio requisita ad valorem legis.

Concl. Conclusio sit legem fundatam in falsa præsumptione non obligare, requiriquè præsumptionem existere ad obligationem legis. Hæc est communis Iurist arũ, & Theologorum, ita Panor. cap. 1. de const tit. num. 10. Decius lectur. 1. num. 18. Felinus num. 4. & cap. sicut dignum de homicid. Inocentius. capit. quia plerique. de immunit. Eccles. Baldus in authent. ingressi, C. de sacro sanct. Eccles. & lege cum quis, C. de iuris & facti ignorantia. Iass. lege certum est, C. vnde legitimi. Soto 1. de iust. q. 6: art. 4. in fin. & in 4. d. 22. q. 1. art. 3. Castro 1. de leg. pœnali, ca. 5. Nauarro in summ. cap. 17. num. 28. & cap. fin. de vsuris, num. 6. Vazquez, Valentia, & Salas hic, Siluester, Angelus, Tabiena, verbo, lex. Solum autem est difficultas in explicando, quæ sit præsumptio, qua stante obligat lex, & qua defficiente non obligat lex.

Panorm. *Decius.* *Felinus.* *Inocent.* *Baldus.* *Iason.* *Soto.* *Castro.* *Nauarr.* *Vazquez.* *Valentia.* *Salas.* *Silues.* *Angel.* *Tabiena.*

1. Not. Pro cuius intelligentia notandũ, quod præsumptio non est idem, quod finis intentus per legem, nam sic non esset verum, quod lex non obligat defficiente præsumptione, quia vt diximus supra, finis legis non cadit sub lege: & siue consequatur, siue non consequatur finis legis, non cessat obligatio legis.

2. Not. Secundo not. quod præsumptio est iudicium Legislatoris de re fundatum, in qua dam pia credulitate, ad quod attẽdens instituit legem, ne à iudicibus feratur sententia, contra eum, qui habetur, vt bonus quandiu non probatur malus, vel vt retineatur in possessione rei, quandiu nõ probatur aliena, &c. Hoc ergo iudicium, & præsumptio Legislatoris ad ferendam legem, aut potest esse ex parte obiecti, & rei præceptæ. Aut vero ex parte personæ subditæ ipsi legi, ex parte quidem obiecti est præsumptio, & iudicium de bonitate, vel malitia illius, vt sic præcipiatur, vel prohibeatur. Hoc quidem iudicium, & præsumptio debet esse vera, vt lex obliget, nam si præsumptio falsa sit, lex non obligat, si enim Legislator præsumendo de re bona esse malam illam prohibeat, etsi præsumendo de re mala esse bonam illam præcipiat tale præceptum, vel prohibitio fundata in falsa præsumptione non obligat, quia cum sit præceptũ diuinum declina à malo, & fac bonum non potest obligare præceptum humanum ad malum, nec prohibitio ad bonum, si talia à subdito cognoscantur. Præsumptio vero, & iudicium Legislatoris, circa personam subditam est, quo iudicat talem personam in tali statu, & ocasione sic se habituram prudentialiter de tali persona iudicando, & ex tali præsumptione, & iudicio, consurgit iudex ad statuendam legem, secundũ quam iudex in tali casu debeat iudicare, v. g. prudentialiter præsumit, & iudicat Legislator, quod si aliqui contraxerunt sponsalia de futuro, & postea copulentur carnaliter, non accesserunt affectu fornicario, sed coniugali, & sic statuit legem, cap. veniens, el segundo, &c. 15. qui fidem de sponsalibus, vt habeantur prouere coniugatis, similiter Legislator præsumit, quod qui per tot annos possedit hæreditatem, nullo petente, quod possedit bona fide, & sic statuit legem præscriptionis, per quam talis hæreditas ei fiat propria. Similiter præsumit Legislator, quod quis non faciens inuentarium occultauit bona defuncti, & ideo statuit legem, vt teneatur creditoribus satisfacere, etiam vltra vires bonorum defuncti, vt patet ex leg. fin. C. de iure delict. Similiter iudicat puerũ ante talem ætatem, non habere sufficientem discretionem, & libertatem ad professionem, & ideo statuit legem in Concilio Trident. professionem esse nullam ante sextum decimum annum, sicut & matrimonium eadem ratione ante duodecimum puellæ, & quartum decimum viri. Similiter præsumit Legislator, vim aut fraudem,

aut

aut alium defectum naturalem in testamento, minus solemni, per quod non censeatur esse vltimam voluntatem testatoris, & ideo instituitur lex anullans tale testamentum, minus solemne, in lege fin. C. de fideicomm. de præsumptione ergo ista ex parte personæ dubitatur, vtrum semper debeat esse vera ad obligationem legis, an vero etiam si sit falsa lex obliget, pro quo.

3. Not. Tertio notandum. Quod vt colligitur ex D. Th. 2. 2. q. 60. art. 4. ad 3. Præsumptio est duplex alia præsuposita, & antecedēter se habens ad legem per modum præscientionis, ad aponendum remedium, ne aliquod in commodum subsequatur, & ad illud euitandum, iam præsumptione præcedente, statuitur lex quid faciendum sit in tali casu, quando ergo præsumptio est isto modo, siue sit vera, siue falsa, siue contingat, quod præsumebatur, siue non contingat, lex nihilominus obligat, quia nullum est inconueniens, quod lex obseruetur præsumptione non stante, & maximū inconueniens sequæretur, si per obseruantiam legis nō præcaueretur damnū, quod subsequi posset: exemplum est in lege de professione, non facienda ante sextum decimum annum. Præsumit Legislator antecedenter ad legem, quod ante illam ætatem, non sit plena libertas, & ad euitandū hoc malum, quod sine plena libertate profiteretur statuit, quod professio ante illud tempus sit nulla, & tunc etiam si ante illud tempus habeat plenam libertatem professio non valet, quia ex obseruantia legis, nullum sequitur in commodum; melius est enim quod post perfectam libertatem aliquis expectet ad tempus præfixum, quā vt alius, si lex non obseruaretur carens libertate perfecta ante illud tempus profiteretur. Licet ergo Legislator antecedenter præsumserit defectum libertatis, absolute tamen sine illa conditione, determinat tempus sexenium ad profitendum. Alia autem est præsumptio deffinitiua, inuiuita in ipsa materia legis, & præcepti, ita vt talis materia præcepta, vel prohibita non intelligatur nisi sub illa conditione præsumpta: quapropter defficiente tali præsumptione defficit materia legis, atque adeo non obligat, talis est præsumptio in alijs casibus positis in secundo notabili: quapropter in casu sponsalium de futuro, si in re accesserunt affectu fornicario, & non maritali ex defectu præsumptionis, cum obligat lex ad cohabitandum. Etsi non alia contrahat matrimonium est validum, nec tenetur obedire in conscientia ad cohabitandum cum priori, secus est, quod iure naturæ ratione fidei præstitæ, vel damni subsecuti tenebitur contrahere cum Priori, si tamen cum alia contrahat factum tenet, quia ex vi legis solum non est validum primum matrimonium, quia illa lex fundatur in falsa præsumptione deffinitiua accessus maritalis, qui non fuit in re. Idem dicitur de lege præscriptionis, fundatur enim in præsumptione possessionis bonæ fidei deffinitiue, atque adeo si ita non est, sed quod illa mala fide possedit non præscribit, & tenetur hæreditatem restituere, idem dicitur de illo, qui nō fecit inuentarium, si enim præsumptio falsa sit, & in re ille nulla bona ocultauit, nō tenetur creditoribus soluere in conscientia, vltra quantitatem bonorum defuncti.

Dub de testamento minus solemni.

De testamento autem minus solemni, maior est difficultas, nam aliqui existimant in foro conscientiæ, etiam esse nullum. Hanc tenet Couarruuias loco citato, & Gomezius lege 3. Tauri, num. 123. & Burgos de Paz, part. 5. num. 1471. & Vazquez vbi supra. Alij autem tenent testamentum minus solemne, si nulla sit fraus, vel vis, &c. sed de veritate voluntatis testatoris constet, esse validum in foro conscientiæ. posseque hæredem bona defuncti ocultare, tenerique legata soluere. Hanc tenet Ioann. de Medina, C. de restitut. q. 23. in fin. Adrian. quodli. 6. art. 1. con. 2. corol. 2. Siluester, verb. hęreditas, 3. q. 7. Sairus tom. 1. lib. 3. cap. 7. num. 9. & alij plures quos ipse citat. Veritas tamen huius reducenda est ad prædicta, nā qui existimant testamentum, minus solemne esse validum, ideo est quia existimant esse præsumptionem deffinitam. Quapropter tali præsumptione, de non voluntario testatoris non existente, dum constat de eius voluntate, lex irritans tale testamentum non obligat. Qui autem existimāt tale testamentum esse nullum, ideo est, quia existimant præsumptionem in voluntarij testatoris, tantum esse præsupositam, & legem absolute, sine interuentu præsumptionis esse latam, atque adeo, etiam si præsumptio vera non sit, lex irritans tale testamentum retinet suum valorem.

1. Sent. Couarr. Gomez. Burg. de Paz. Vazquez 2. Sent.

Ioa. Med. Adria. Siluest. Sairus.

Resolutio.

Dub. VI.

Vtrùm lex humana obliget cū periculo, & dispendio vitæ?

1.Sent. IN hac re est prima sententia, asserens legem humanam obligare, etiam cum dispendio vitæ, nisi in aliquo casu ex benignitate Legislatoris contrarium cõstat. Hanc tenet Cai. hic, & 2.2.q.125.§. ad hanc quæstionem, & putat adeò hoc esse certum, vt oppositum sit erroneum, idem tenet Adrianus, q. 3. declaui, Ioan. Andræas, Hostiensis, Panorm. Anchar-ranus, Felinus, ca. sacris de his quæ vi. Licet isti videantur loqui, in casu particulari de communicante, cum excommunicato in contemptũ legis, idem Henricus lib. de sinodis, part. 1. art. 1. num. 231. tomo 13. tractat. Alensis 4. p. q. 81. art. 2. Durand. 4. d. 18. q. 5. ad 3. gab. q. 3. dub. 4. Ricardus art. 6. q. 2. ad 1. Petrus de Soto, lect. 3. de excommun. Couarr. cap. alma, part. 1. §. 13. num. 9.

Caiet. Adrian. Ioa. And. Hostiensis. Panorm. Anchar. Felinus. Henric. Alensis. Durand. Ricard. Petrus de Soto. Couarr.

1.Arg. Hæc sententia probatur primo, ex Augustin. epist. 154. ad Publicolam. Vbi interrogatus, si liceat Christiano comedere ydolotitum, secluso scandalo in extrema necessitate, etiam si alius cibus, non sit, respondet si certum est esse ydolotitum melius Christiana virtute respuitur. Et de bono coniugali, cap. 16. & refertur, cap. Satius 31. q. 4. ait Satius est famæ mori, quã ydolotitis besci, & Leo. 1. epist. o'. 77. ad Nicetam, in eodem casu interrogatus de captiuis Christianis, apud in fideles: respondet, siue hoc terror extorserit, siue fames suasserit, non dubites abolendum per cordis pœnitentiam, ergo lex humana, etiam cum periculo vitæ obligat.

2.Arg. Secundo arg. quia lex respicit bonum commune, ergo obligat, etiam cum dispẽdio vitæ, antecedens habetur, supra q. 90. art. 2. Consequentia vero probatur, quia bonum vitæ est bonum particulare, & debet post poni bono communi, quod respicit lex, & obseruantia eius.

3.Arg. Tertiò arg. etiam pro conseruanda vita, non est licitum commitere peccatum, non solum mortale, sed nec veniale, sed fractio legis humanæ, ad minus est veniale, siquidem obligat in conscientia, vt diximus ergo, etiam cum perículo vitæ, nõ licet frangere legem humanam, Mai. est certa, ex D. Paul. ad Rom. 3. non sunt facienda mala, vt veniant bona, & Aug. 5. contra Iulianum, cap. 8. relatus, capit. sic nam sunt 32. q. 4. & 1. de ciuit. cap. 18. & refertur cap. itaque 32. q. 5.

4.Arg. Quarto arg. ex multis exemplis. Primum nam lex prohibens Sacerdoti celebrare Missam, sine veste sacra, & calice consecrato, obligat cum dispendio vitæ. Secundum, lex quæ prohibet contrahere cum consanguinea. Tertium lex, quæ precipit non communicare in sacris, cum excommunicatis, debet obseruari cum periculo mortis, vt patet ex capit. sacris de his quæ vi. Quartum, si Episcopus præcipiat parrocho, vt maneat in ciuitate, administranda Sacramenta in festis tempore pestis, vel si id præcipiatur medico, aut chirurgo, aut militi, vt non desserat suum locum, omnia ista obligant cum periculo vitæ. Quintum, est lex Pij Quinti, quæ incipit, decori, & honestati, edita anno 1569. præcipiens moniales à suis Conuentibus non exire, etiam egritudine laborantes, etiam si earum vita desperata sit. Sextum est de lege Cartusianorũ, qua tenentur à carnibus abstinere, etiam cum discrimine vitæ.

2.Sent. Secunda sententia est huic opposita, nullam legem humanam posse obligare cum dispendio vitæ. Hanc tenet Almain 1. mora. cap. 3. Maior 4. d. 18. q. 4. Soto 1. de iust. q. 6. art. 4. Siluester, verb. metus, q. 7. & verb. inobedientia, Valentia disp. 7. q. 5. punto 6. Ocham, 1. part. dialogi, libr. 7. capit. 57. Hæc probatur primo, quia lex humana non potest derogare legi naturali, sed conseruare propriam vitam, est de lege naturali, ergo non potest de obligari à conseruatione propriæ vitę, per legem humanam. Conf. ex Diu. Thom. 2.2. q. 104. art. 5. asserente, in his quæ ad conseruationem corporis expectant, hominem non teneri homini obedire, vtique quia solus Deus est Dominus vitæ, & mortis. Secundo probatur, quia vt diximus supra Legislator humanus, non potest obligare ad dificilima, & ardua, quia & Deus cum hoc posit non facit, sed omnium dificilimum, & arduum est, quis exponere propriam vitam, ergo ad id lex humana obligare non potest.

Almain. Maior. Soto. Siluest. Valentia. Ocam. 1.Arg. 2.Arg.

Tertia sententia est media quæ explicabitur sequentibus conclusionibus.

Prima conclusio, lex humana tam Ecclesiastica, quam ciuilis potest obligare, cum discrimine vitæ. Hæc est communis, tam Theologorum, quam Iuristarum, illam tenet Soto 1. de iust. q. 6. art. 4. & in 4. d. 22. q. 1. art. 4. Siluester, verb. metus, q. 7. Angelus, verb. excomun. 8. num. 26. Rosella excomun. 6. Tabiena 3. n. 9. & 10. Armilla num. 59. Aragon 2.2. q. 62. art. 3. gab. 4. d. 18. q. 3. dub. 4. Medina hic, dub. 2. Rodriguez, tom. 1. in summa, cap. 194. Sairus tom. 1. lib. 3. cap. 7. num. 31. Vazquez hic, disp. 161. cap. 2.

1. Concl. Soto. Siluest. Angel. Rosella. Tabien. Armilla. Aragon. Medina. Rodrig. Sairus. Vazquez.

Salas

Salas. Suarez. Sanchez. Couarr. Nauarr. Almain. Lorca. Salas disp. 11. sect. 1. Suarez lib. 3. de legib. cap. 30. Sanchez tom. 2. de matrim. lib. 7. disp. 5. num. 3. Couarruuias, cap. alma mater, part. 1. §. 3. numer. 9. Nauarro cap. 25. num. 184. & in cap. inter' verba, præludio 8. & Almain, tract. 1. mora. cap. 3. con. 4. & Lorca hic, disp. 23. Hæc conclusio probatur. Primo, nam Respublica, siue Ecclesiastica, siue ciuilis habet potestatem condendi leges, in ordine ad bonum commune, vt sæpe diximus, ergo in tantum obligabunt huiusmodi leges, in quantum obseruatio illarum fuerit conueniens ad bonum commune, sed aliquando ad bonum commune, expedit vt vita particularis periculo exponatur, ergo cum tali periculo obligabit tunc lex humana. Minor patet in omnibus exemplis allatis, in quarto arg. in quibus necesse est ad bonũ commune vitam particularem, periculo exponere. Si respõdeatur cum contrarijs in illis casibus obligare, legem naturalẽ, & non humanam: contra arguitur, quia licet lex naturalis obliget homines in communi, aut clericos, &c. Non tamen obligat istum in particulari, nisi lex humana per singularem designationem Episcopi, vel ducis, v. g. quod & docuit Aristot. 5. ethi. cap. 1. Ad Principem pertinere, præcipere hic, & nunc actus fortitudinis, ad quos in communi lex naturalis, & virtus fortitudinis obligabat. Verum est Rempublicam, cum tanto periculo non posse præcipere, nisi magna, & vrgente causa interueniente, qua vt diximus Respublica, nõ habet dominium vitæ ciuium, sed tantum conuenientem vsum: sicut ipsemet non dominus est suæ vitæ, sed custos, vnde nã ipse, quã Respublica non pro leuibus, sed pro grauibus potest interponere vitã, & melius Respublica, quam ipsemet, quia vt inquit Arist. 1. polit. ciuis magis est Reipublicæ, quam sui ipsius.

Salutio. Impugn. Arist.

2. Concl. Secunda conclusio, lex humana regulariter non obligat cum periculo vitæ. Hanc tenent omnes citati pro prima sententia, & à fortiori auctores secundæ, & probatur, quia communiter non tanti est momenti obseruatio legis humanæ, sicut conseruatio vitæ, ergo non obligat cum dispendio vitæ, patet consequentia, quia non debet anteponi maiori bono, minus bonum. Secundo probatur, maior est obligatio legis diuinæ positiuæ, quam humanæ, vt de se patet, sed lex diuina positiua multoties, non obligat cum periculo vitæ, ergo nec humana minor patet, 1. Reg. 20. Vbi Dauid comedit panes propositionis, quos laici manducare non poterant ex lege, Num. 18. & nullum peccatum fecit, ex periculo mortis propter famem, vt ait Christus, Matth. 12. Deffendens eadem ratione suos discipulos, quod in Sabato spicas colligerent ad manducãdum, Et sic etiam declarat D. Thom. 3. p. q. 40. art. 4. ad 3. factum Machabeorum pugnantium in Sabato, & 2. 2. q. 100. art. 8. & q. 125. art. 4. Tertio probatur, quia etiam propter periculum, mortis quis nõ obligatur lege naturali gratiæ, nec naturæ, ergo à fortiori, nec obligatur lege positiua humana, quæ ex naturali radicem habet obligandi, antecedens patet, quoad primam partem de lege naturali gratiæ, quia præceptum integritatis confessionis est connaturale ipsi Sacramento in ordine gratiæ, & tamen ex periculo mortis, vel alterius grauis, potest confessionem dimidiare. De quo Suarez 3. part. to. 4. disp. 22. sect. 2. Secunda etiam pars de lege naturali ordinis naturę, etiam patet, nam lex naturalis est bona danda prius debere cõferri bonis, quam peccatoribus, tamen ex metu graui potest conferre, quis malis minantibus mortem, vt ait D. Thom. 2. 2. q. 125. art. 4 Similiter est lex naturalis non occidendi, tamen in deffensionem vitæ propriæ potest occidere, ex Clem. si furiosus de homicidio. Similiter est lex naturalis non furandi, & tamen in extrema necessitate excusatur à furto accipiendo aliena, & fiunt communia, idem patet de lege reddendi depositum, restituendi de vita, honorem, famam, &c. Quarto denique probatur, quia multa sunt prohibita lege humana, de quibus manifeste constat cũ periculo salutis, imo & vitæ nõ obligare, v. g. præceptũ ieiunij, vt patet c. consiliũ de obseruatione ieiunij, vbi Põtifex ait, duoq legi nõ subiacet necessitas, idẽ est de præcepto audiendi Missam, recitandi horas, suscipiendi Sacramenta, non communicandi, cum excommunicato, ex capit. quoniam multos 11. q. 3. & cap. inter alia de sent. excom. & de excommunicato, vel irregulari occulto, qui celebare potest semel, vel iterum ne fiat manifestus, si est periculum mortis, vel infamiæ. Dificultas autem consistit in assignanda regula, quãdo leges humanæ obligent, vel possint obligare cum periculo vitæ ad sui obseruãtiam, quando vero nõ. Magister Soto, vbi supra. Assignat regulam, tunc legem humanam obligare cum discrimine vitę, quãdo ipsa lex expresse precipit sub pœna capitis. Sed hæc regula est in sufficiens, quia

1. Reg. 20. Num. 18. Matt. 12. D. Thom. Suarez. 2. Pars probat. D. Thom. 1. Reg. Impug.

quia vt constabit ex dicendis multoties obligat cum periculo vitæ, non assignata tali pœna, & aliquando assignata tali pœna, non obligat cum tanto periculo, quia non tenetur ante iudicis, sententiam subire mortem, quam per sententiam iudex est inflicturus. Secundam regulam assignat Medina hic, tunc obligare cum tali periculo, quando Legislator prouidens tale periculum, adhuc imponit præceptum, & legem. Sed nec hæc regula est sufficiens, quia vt supra diximus, grauitas obligationis legis, non sumitur ex voluntate, vel præuisione iudicis, sed ex grauitate materiæ. Vnde regula firma huius est, quod quando obseruatio legis est maioris momenti ad bonum commune, quam vita ciuis, tunc cum periculo vitæ seruanda est lex, quia maius bonum debet præferri minori, cum autem vita est maioris momenti, quam obseruantia legis, tunc non obligat cum periculo vitæ propter eandem rationem, itaque & ipsa vita, & obseruantia legis pertinent ad bonum cõmune, in spitiendum est, ergo quod nam illorum magis pertineat ad bonum commune, & illud est seruandum. Quando autem sit maius bonum commune vita, vel obseruantia legis arbitrio prudentum debet pensari, potest autem aliquod exemplum aduci, vt si v.g. interueniat conseruatio totius Reipublicæ per obseruantiã legis, debet seruari etiam cum periculo vitæ, quia illud est maius bonum, isto. Similiter si fractio legis sit in contemptum Religionis, & legis, tunc maioris momenti est obseruantia legis, quam propria vita, vt contingit in septem fratribus Machabeis, & in Eleazaro, qui ne lex veniret in contemptum, ex debito animas posuerunt, vt patet 2. Machab. 6. & 7. Et hæc regula, etiam respectu legis diuinæ positiuæ est obseruanda, quia licet Deus, vt Dominus vitæ cum periculo eius posset præcipere, non tamen ex sua benignitate præcipit, nisi secluso tanto periculo, præter quam in casibus regulæ, vnde etiam lex diuina positiua per epycheiam debet explicari.

2. Reg.

Impug.

3. Reg. vera.

Corol. Ex dictis sequitur, quod in casibus in quibus propter prædictum periculum nõ obligat lex, & quis excusatur à peccato, consequenter dicendum est excusari ab excommunicatione, si talis pœna sit imposita per illam legem, quia excommunicatio non incurritur nisi peccatum mortale præcedat, quod ergo excusat à peccato, consequenter excusat ab excõmunicatione.

Ad primum arg. pro prima sent. resp. Augustin. sententiam forsitam esse consilium, aut loqui stante scandalo, aliàs autem eius sententia est rigida, & non tenenda, D. etiam Leo, vel loquitur non in extrema necessitate, aut vero stante scandalo, vel contẽptu Religionis, vt in casu Machabeorum. *Ad 1. arg. 1. Sent.*

Ad secundum arg. resp. Illud habere verum, si bonum commune magis conseruetur ex obseruantia legis, quam vitæ, si autem maioris momenti sit vita, & bonum commune sit minus, vita erit conseruanda, quod clarius dicitur vitam esse conseruandam, cæteris paribus, si autem bonum commune sit maximum, propter illud exponenda est vita. Si vero sit mininum vita erit conseruanda. Nec valet, quod bonum particulare semper est ponendum ad bonum cõmune, sicut pars ad totum, non inquam valet, tum quia, & ipsa vita potest conducere magis ad bonum commune, vt dictum est, tum etiam, quia & pars non pro quocumque bono communi exponitur, sed pro maximo, vt abscisio manus non fit, propter quodcumque bonum commune, sed propter magnum. *Ad 2. arg.*

Ad tertium arg. resp. Ita esse, quod peccatum, nec veniale debere commiti, etiam cum dispendio vitæ, sed nos asserimus, quod licet lex humana, aliàs obliget in conscientia interueniente periculo vitæ, non obligare regulariter loquendo, nec fieri aliquod peccatum in fractione legis tunc, sicut, & de lege naturali diximus, in extrema enim necessitate, non sic licet accipere alienum, quasi ex necessitate possit furari, sed quia ex necessitate, non est furtum, quia res in illo casu est communis, & non aliena. *Ad 3. arg.*

Ad quartum arg. resp. Seorsum ad singula exempla ibi posita. Ad primum dici tur, quod cum periculo mortis potest, quis sine vestibus sacris, & alijs requisitis ad solemnitatem sacrificij, ex iure positiuo celebrare. Sic docet Palud. 4. d. 13. quæst. 2. Diu. Anton. 3. part. titul. 13. capit. 6. Nauarro in summa latina, cap. 25. num. 84. Medina hic, & Suarez, & Salas, Vazquez, & Azor, tomo 1. libr. 1. capit. 11. quæst. 11. Valentia hic, disp. 7. & Soto 1. de iust. quæst. 6. artic. 4. Dixi requisitis ex iure positiuo, quia si tanta esset indecentia, vt sine vestibus, sine lumine, sine ara, sine calice, &c. Iam hoc esset contra Religionem, & teneretur mori, & oppositum facere esset peccatum, mortale, *Ad 4. arg. Ad 1. exẽplum.* *Paluda. Nauarr. Medin. Suarez. Salas. Vazquez. Azor. Valentia.*

mortale, etiã vita periclitante, & non solũ mortale cõtra Religionẽ, sed etiam contra ipsam legem positiuam determinantem Religionem, quia tunc maneret in suo vigore lex positiua, & sic esset peccatum cõtra illam, in casu autem, quod metus mortis induceretur ad celebrandum sine aliquibus, licet non sine omnibus non teneretur, posset tamen subire mortem ex consilio laudabiliter, si non esset minimum, quod cogeretur omittere, nam pro minimo, nec consilium esset. Hæc autem omnia intelliguntur, si non cedat in irrisionem Fidei, vel contemptum legis, nam tunc, vt diximus, etiam cum periculo mortis, non posset omittere, nec minima ex requisitis ad celebrandum solemniter.

Ad 2. Exemp. Ad secundum exemplum resp. Quod metu mortis potest contrahere, cum consanguinea verbis externis, quia cum tanto periculo, non obligat lex humana in contrarium, cum autem de interna intentione constare non possit, tenetur non habere intentionem contrahendi, quia ad hoc non cogit periculum mortis, & solum de obligatur à lege per periculum, consequẽter nec posset habere copulam, quia tunc in re non esset matrimonium, & esset accedere ad alienam. eo vel maxime, quod tunc non solum ex iure humano, à quo non de obligatur est in re nullum matrimonium, ratione cuius non potest accedere, sed etiam ex iure naturali, quo quiddem irritatur contractus celebratus metu mortis cadente in virum constantem, & in fauorem illius est, quod coactus matrimonium non valeat. Sed si arguas, quia tunc mentiretur exterius celebrando matrimonium, & interius non habens intentionem. Resp. Quod posset vti verbis amphivologicis, & non mentiri. Etsi adhuc arguas, quia per hoc poneretur in periculo accedendi ad mulierem, & peccare, ergo non potest sic exterius celebrare matrimonium. Resp. Quod non se exponit temere, sed ex causa vrgenti, & sic non peccat, sicut qui commode alibi habitare non potest, non tenetur relinquere domum, in qua habitat cum periculo, sed curare se seruare in demnem in periculo. Si autem cogeretur matrimonium consumare metu mortis, aut deberet illam pati, ne fornicaretur, aut deberet habere consensum in matrimonium, vt sic accederet ad propriam, quia tunc obligatio, non contrahendi interius cessaret propter metum mortis, vt sic ebaderet, & periculum mortis, & fornicationem, videatur de materia huius solutionis. Soto vbi supra, & in 4. distinction. 22. quæstion. 1. artic. 4. Vazquez, Suarez, Salas vbi supra, & Sanchez vbi supra, disp. 5. num. 3. & 4. & tom. 1. libr. 4. disp. 16. ad 2.

Obiectio.

Solutio. Obiectio.

Solutio.

Soto. Vazquez. Suarez. Salas.

Ad tertium exemplum, de communicatione cum excõmunicatis in sacris. Respondetur, etiam illam legem non communicandi, non obligare cum periculo vitæ, nisi interueniat contemptus legis, vel Religionis. Ita tenet Couarruuias, capit. alma mater, 1. part. §. 3. numero 9. & Caietan. idem concedit, licet ex benignitate Legislatoris, imo & Soto in 4. dist. 22. Concedit posse communicare in sacris, propter vilitatem vergentem temporalẽ, vt si sit Sacerdos pauper non habens, quid manducet nisi ex stipendio Missæ, potest celebrare coram excommunicato, si non possit illum expellere. Tota autem dificultas consistit in explicando illud, capit. sacris positum in arg. Vbi Pontifex decernit, non licere vllo metu communicare in sacris, cum excommunicato. Prima ergo explicatio est Pontificem loqui, de eo qui communicat, cum excommunicato in crimine criminoso, ita Nauarro, capit inter verba, prælud. 3. num. 8. & Siluester, verbo, metus, quæstion. 7. & verbo excom. 5. num. 6. in fine, vbi citat D. Thom, quodli. 11. artic. 9. & Soto vbi supra.

Ad 3. Exempl.

Couarr. Caiet. Soto.

Explicatur cap. sacris.

1. Explicatio.

Nauarr. Syluest. Soto.

Secunda explicatio est, quod Pontifex loquatur de metu leui, iste enim non excusat, vt sit licitum communicare in sacris, cum excommunicato. Ita tenet Couarruuias, & Vazquez vbi supra, numero 18. & Lorca, disputation. 23. Ad 3. exemplum, dicens: quod nomine coactionis intellexit Pontifex metum grauem, dum inquit coactione excusari, per metum autem intellexit, metum leuem, & istum asseruit non excusare.

2. Explicatio.

Couarr. Vazquez. Lorca.

Tertia explicatio est, quod Pontifex loquatur, quando fit in contemptum legis, tunc einm asserit metum, etiam grauem, non excusare à lege prohibente cõmunicare in sacris, cum excommunicato, ita explicat Adrian. in 4. quæstion. 3. de claui, excepti. 8. & quodli. 1. artic. 3. ad 5. & quodlibeto 6. artic. 2. ad 2. rationem, in quo sequitur Panormit. quem ipse citat, & hanc fuisse mentem Adriani asserit, Suarez, 3. part. tomo 5. disput. 6. section. 3. Vazquez hic, & hoc appellauit metum ab extrinseco, & non sicut intellexit eum Couarruuias, Adrianum loqui

3. Explicatio.

Adrian. Panorm.

loqui de metu ab extrinseco vt cumque.

4. Explicatio. Quarta explicatio est, quod loquatur Pontifex interueniente scandalo, quia si tale esset pusilorum, potius deberet subire mortem, quam frangere legem, quia bonum spirituale præferendum est temporali.

5. Explicatio. Quinta explicatio est, quod Pontifex distinguit inter coactionem, & metum, inquit enim per hæc verba, distinguimus autem, vtrum his, qui communicat excommunicatis inuitus, sit per coactionem astrictus, aut per metum inductus, in primo casu, talem non credimus excommunicatione teneri. Cum magis pati, quam agere conuincatur, in secundo vero licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum per nullum metum debeat, quis peccatum mortale incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari. Hæc Inocentius Tertius. Si ergo loquamur deui, & coactione pro certo habet Pontifex nullam culpam incurrere, quia magis patitur, quam agat, si autem loquamur de metu, docet non ideo excusari, quia licet vis ex sua ratione excuset, non tamen metus ex sua ratione, id habet in totum excusare, sed pensandum est, qualis fuerit metus granis, vel leuis, vt in totum, vel in partem, vel nihil habeat excusare, hoc enim Pontifex non determinat, sed quæstioni, & decisioni Theologorum relinquit examinandum. Vtrum sit metus cadens in virum constantem, vel non vt excuset, vel non excuset.

Ad 4. Exemp. Rodrig. Ad quartum exemplum respõdetur. In illis casibus obligare cum dispendio vitæ, tum quia minoris momenti est vita vnius, quãm bonum, quod communitati accrescit ex morte illius, plus enim interest remedium spirituale plurium, per administrationem Sacramentorum parrochi, quam vita illius, & similiter salus multorum, quam vnius medici, & victoria totius exercitus, quam vita vnius militis, tum etiam, quia ad id tenentur ex officio, vnde accedente præcepto Prælati excusari, non possunt à peccato. Videatur Rodriguez tomo 1. reg. quæst. 68. artic. 4. con. 3.

Ad 5. Exemp. De causis ad exitum monialium à Monasterio. Ad quintum exemplum de monialibus respondetur. Quod in Concilio Tridentino, sesion. 25. capit. 5. dicitur, quod moniales non exeant à clausura, nisi ex legitima causa aprobanda ab Episcopo. Vrbanus Quartus aliquas speciales causas assignauit examinandas, etiam ab ordinario. Sed Pius Quintus, hæc omnia restrinxit ad triplicem causam exeũdi extra clausuram. Prima est incendium domus, & ad hanc reducitur innundatio, vel incursus hostium in fidelium. Secunda est simonialis sit lepra infecta. Tertia est si epidimia, vel peste laborare incipiat, & inhis, etiam casibus examinanda est causa, & petenda licentia ab Episcopo, & non sufficit sui Prælati, quia sic statuitur in ipso decreto Pij Quinti, nec valet, quod ait Rodriguez tomo 1. reg. quæst. 49. art. 5. Consuetudinem esse in contrarium, quia non est tam antiquata lex, vt præ valeat vsus contrarius, tum etiam, quia talis contrarius vsus non est, vt constare potest omnibus Religionibus interrogatis de vsu. Præter istas autem, tres causas à Pio Quinto assignatas, aliæ tres vsu sunt introductæ. Prima est simonialis deferatur ad alium Conuentum, vt illi præsideat, vel aliud ministerium, precisse necessarium præstet, & hoc insinuatur in Concil. Trident. sess. 25. capit. 7. Secunda causa est ratione delicti, si in suo Conuentu non potest congruenter corrigi. Tertia causa est, si necessarium fuerit totum Conuentum, ad aliũ locum transportare, & in istis tribus casibus introductis vsu, non est necessaria licentia Episcopi, sed sufficit Prælati, quia sicut vsus habet exitum ex istis causis, ita habet hoc fieri, ex sola licentia sui Prælati Religionis, nec est aliquid iuris in contrarium.

Dub. Remanet autem dificultas extra istos casus, vtrum cum periculo mortis, & infirmitatis grauis, ad cuius sanitatem medici iudicauerint necessarium exitum, obliget lex clausuræ. In qua re Nauarro, capit. statuimus de regularibus, num. 49. tenet legem clausuræ, non obligare cum periculo mortis. Cæterum alij doctissimi tenent oppositum, & quod maioris momenti est clausura monialium, ad exemplum, & honestatem, quam sit vita particularis cuiuscumque illarum, & hoc patet esse verum, quia hoc intendit suo decreto Pius Quintus, determinans solum licere exitum in illis tribus casibus, & in alijs tribus, si licitum est, erit propter vsum habentem rationem legis, in alijs ergo infirmitatibus, etiam mortalibus, cum non sit consuetudo, adhuc obtinens rationem legis, & aliàs sit prohibitio ex decreto Pij Quinti, non apparet vnde sit licitus talis exitus, sic tenet Lorca disputatione 23.

1. Sent. Nauarr.

2. Sent. Lorca. Gutierr. Rodrig.

Ad

Ad 5. Exemp. Ad 5. exemplũ similiter resp. & oppositũ reputat in probabile, cum Gutierrez lib. practicarum, quæst. capit. 14. & Rodrig. vbi supra, cap. 5. Et ratio quam insinuat Pius Quintus hoc conuincit, quia in illis tribus casibus, ideo concedit licentiam exeundi, vt attenderet bono Conuentus, & euitaret damnum commune illius, non autem attendit ad damnum particulare alicuius monialis, quod moriatur, vel non moriatur, vnde causa periculi mortis istius particularis, non sufficit ad exitum.

Ad 6. Exemp. Ad sextum exemplum, de Cartusianis necessarium est mouere, specialem quæstionem sequentem.

Dub. VII.

Vtrùm lex Carthusianorum, de abstinentia à carnibus obliget cum periculo vitæ?

Not. Contra Nauarro. IN hac re imprimis supponendum est contra Nauarro, consil. 51. numero 5. Carthusianos non teneri ex voto, ad abstinentiam à carnibus, vt patet intuenti legem illorum, quæ sic habet, quæ secundum sanctissimi nostri Ordinis consuetudinem à Sanctis Patribus nostris introductam, omnem esum carnium, & omnium quæcumque ex carnibus, quomodolibet constant, siue per modum cibi, siue per modum potionis, aut sorbitionis sumantur, à nostro proposito abiecimus, statuimus, vt quicumque nostri Ordinis professus, huius tam laudabilis institutionis transgressor extiterit, carnes videlicet comedendo, seu alicui personæ Ordinis ministrando, aut comedentibus, vel ministrantibus consentiendo, vel non prohibendo, cum potuerit prohibere, vel qui intra domus suæ clausuram, quibuscumque personis carnes ministrauerit, seu ab alijs permiserit ministrari, nec prohibuerit, prohibere cum valebit, si Prior, aut Vicarius, aut Procurator hoc fecerit, ipso facto, tamquam ipsius suæ professionis calumniator, & transgressor obedientiam perdat, & vocibus ac locis debitis, & cæteris obedientijs Ordinis careat in æternum. Ecce qualiter, non exprimitur votum, sed tantum assignantur grauissimæ pœnæ, quapropter manet locus disputationi propositæ. Vtrum in casu extremæ necessitatis possit Carthusianus esci carnibus, nam si votum haberet, non tam amplus campus disputationi manebat. Prima ergo sententia in hac parte extrema, quam refert Salas, disput. 11. section. 2. Asserit Carthusianum in extremis, & periculo mortis positum, posse & teneri ad abstinentiam carnium, nulloque modo posse illas comedere, etiam si non comedendo vita illius periclitetur, & non solum, quando sunt alij cibi, quibus esci possit, sed etiam si nullus alius cibus sit, & famæ, & inedia moriatur. Et ratio eorum est, quia tunc idem est esse tantum carnes ad comedendum, atque nullum cibum esse, & sic est mori defectu cibi. Item quia abstinentia ab omni cibo, ex aliquo fine bono honestari potest. Vt docet Caiet. 2. 2. quæst. 32. artic. 6. Victoria relect. de homicid. numer. 26. Soto 5. de iustit. quæst. 6. artic. 4. §. in eadem solutione, Cordubal b. 1. quæst. 38. in 6. ratione, Henricus, quodlib. 5. quæst. 31. Maior, 4. dist. 15. quæst. 22. & alij plures quos citat Salas, disput. 11. sect. 2. Sed satis honestus finis, est talem obseruantissimam constitutionem seruare, ergo propter illius obseruantiam, ad exemplum abstinentiæ bene poterit, tunc Carthusianus nullum cibum gustare, si tantum sunt carnes. Imo & lex de hoc institui potest, propter eiusdem fidem, obligans ad nullo modo carnes comedendum, etiam si alij cibi non sint, Ait Gerson, 2. part. tractat. de absti. Carthusi. Alpha. 39. §. tertiam, & Valentia 2. 2. disp. 5. quæst. 13. punto 4. §. ex his sequitur. 1. Sent. Caiet. Victoria. Soto. Cordub. Henric. Maior.

Secunda sententia in alio extremo asserit, quod siue sint, siue non sint alij cibi, si tamen iudicio medicorum vita periclitetur, carnes non comedendo, tunc non solum potest, sed etiam ad tuendam vitam tenetur Carthusianus carnes comedere. Ita tenet Martinus de Magist. quæst. 3. de abstinent. Ioannes de Medina, Codice de ieiunio, quæst. vltim. ad 4. Almain 4. dist. 15. quæst. 2. prop. 3. imo super adunt, ad hoc teneri, etiam si scandalum sequatur, quia est acceptum, & non datum, cum nullum sit præceptum ad id obligans, esset enim crudelis, & ineptus, qui ad hoc præceptum imponeret. Cum tunc esset præceptum naturale comedendi ad conseruandam vitam, imo nec votum, nec iuramentum potest de hoc fieri contra ius naturæ, quia tunc esset homicida sui. 2. Sent. Martinus de Magist. Almain.

Tertia sententia est media, quòd cum periculo vitæ, potest Carthusianus non comedere carnes si vellit, posse tamẽ illas come- 3. Sent.

comedere si placeat, itaque nec tenetur comedere illas, nec tenetur abstinere ab illis, siue sit scandalum, siue non sit. Hanc tenet Victoria, relect. de temperantia, numero 8. & Ledesma, 2. part. quæst. 1. art. 6. dub. 5. Victoria. Ledesm. Et nihil ad rem, quod esset scandalum, quia esset pharisæorum, & tunc seruanda esset regula Gregor. celebratissima, tutius scandalum nasci permittitur, quã vitæ veritas relinquatur. Prima pars conclusionis probatur, quia in multis casibus, potest quis se exponere periculo mortis, & illam non vitare: Ergo similiter in isto casu, antecedens patet, nam ratione patientiæ, potest quis sinere se occidi ab alio, & in bello pro defensione Rei publicæ, & vxor assistens marito infecto peste, & potest quis non mutare locum, ad sanitatem in suo opido finiendo vitam. Et potest non ducere vxorem necessariã aliàs ad salutem, potest quis panem alteri dare, etiam si in extrema necessitate moriatur. Potest damnatus ad mortem non fugere, etiam si possit, potest infirmos infectos peste visitare, denique pro actu virtutis, quicumque potest periculo vitæ se exponere, vt ait Diu. Thom. 4. dist. 38. quæst. 2. artic. 4. quæst. 1. ad 3. & multi grauissimi auctores, quos citat Salas vbi supra. Secunda pars conclusionis, quod tunc possit comedere carnes probatur, quia rigidissimum esset obligare, tunc cum tanto periculo, & constitutio esset intollerabilis, & inhumana.

Quarta sententia, etiam media, quam tenet Vazquez, disputat. 162. asserit, quod si in illo casu non sint alij cibi, potest quis, imo & tenetur carnes comedere. Si autem sint alij cibi, etiam nociui, quos si comedat morietur, & comedere carnes, sit necessarium ad vitam conseruandam, tenetur adhuc cum tali discrimine vitæ carnes non comedere. Prima pars huius sententiæ probatur, quia non potest, esse causa iusta talis abstinentiæ ab omni cibo sinendo se mori, nec intelligendum est constitutionem positam pro illo casu, quã do nullus alius est cibus, & quidem hoc ratio, & natura abhorret, nec ex tali facto aliquod bonum ipsi, vel alijs potest accrescere, nec aliquis rationabiliter posset scandalizari ex tali facto, nec malum exemplum accipere ad communem cursum viuendi, quia iste casus esset rarissimus. Et ad hoc facit, quod ait Nicolaus III. capit. exit. de verbor. significat. in 6. §. nec quicquam, vbi ait Franciscanos renuntiasse dominium rerum, tam in communi, quam in particulari, quia vel ex eleæmosinis, vel ex manuum operibus possunt sustentari, supponit tamen sustentationem aliqua via fore inquirendam. 4. Sent. Vazquez. 1. Pars probat.

Secunda pars sentẽtiæ probatur, quod si alij cibi sint teneatur carnes non comedere. Probatur, quia licet non sit votum in particulari de non comedendo carnes, tamen virtute voti obedientiæ tenetur seruare, ea quæ sunt suæ constitutionis, & regulæ, secundum quod ab omnibus talis Religionis intelliguntur, & explicantur, & obseruantur, cum ergo sic intelligatur illa constitutio, quod etiam cum periculo vitæ debet obseruari, ita faciendum est nec contrariatur ius naturæ deseruanda vita, quia vt dictum est in probatione, primæ partis tertiæ sententiæ, in in multis casibus ex motiuo honesto, potest quis vitam propriam periculo exponere, motiuum autem honestum est exemplum bonum aliorum, si enim videant in tali præsura infirmum, non ausum fuisse comedere carnes, minus quilibet pro lebioribus causis audebit hoc facere, & ex opposito paulatim defflueret illa austeritas. Secundo probatur, quia tunc carnes, non comedere, non est euidens inducere mortem, quantumcumque id asserat medicus, ergo in dubio melius est abstinere, & obseruare legem. Conf. quia tunc non comedere carnes, non est se occidere, quia alij cibi, licet nociui sufficiunt ad sustentandum, quamuis non tanto tempore sicut carnes, sed licitum est per pœnitentiam vitam abreuiare, licet non omnino tollere, ergo tunc poterit, & tenebitur talem abstinentiam habere, minor patet in omnibus actibus pœnitentiæ, & austeritatis minuentibus vitam, & in actu sancti Martini, & aliorum, qui in fine vitæ alectulo exeuntes, voluerunt laudabiliter in terra supra cinerem vitam minuendo finire. 2. Pars sent. probat. 1. 2. Prob.

Quinta sententia est Azor, tomo 1. lib. 5. capit. 6. quæst. 7. Asserentis, in tali periculo, si sit scandalum teneri, non comedere carnes, si autem scandalum non sit, vt si nemo sit præsens, tenetur ad vitæ conseruationem carnes comedere, etiam si sit præceptum non comedendi vnquam, sicut etiam si esset præceptum, non exeundi à domo, posset, & teneretur exire ad educendum aliquem ex fouea, vel flumine, quanto magis excusabitur à voto, & tenebitur sucurrere propriæ vitæ? eodem modo inter putamur vota, & iuramenta, 5. Sent. Azor.

vt

vt in consimilibus casibus non obligent, sed potius quis teneatur ad contrarium, pro decisione tamen sit.

1.Conc. Gerson. Victoria. Ledesm. Vazquez. Conarr.

Prima conclusio, in casu quo non sint alij cibi, sed tantum carnes, tunc Carthusianus non solum potest, sed etiam tenetur sub mortali carnes comedere. Hæc est communis, ita Gerson, Victoria, Ledesma, Vazquez, Couarruuias, & auctores secundæ, & quartæ sententiæ, licet aliqui hoc asserant secluso scandalo, alij autem, quod nihil de scandalo debet curari, quia tunc erit acceptum, & pharisæorum. Hæc conclusio patet, quia extrema necessitas omni caret lege, vt patet, capit. sicut de consecratione, dist. 1. cap. ieiun. distint. 3. cap. sanctam. dist. 4. & capit. consilium, de obseruatione ieiunij, & tunc quidem illa abstinentia magis esset superstitiosa, quã religiosa, facit capit. exijt, de verbor. signific. Vbi Pontifex loquens de abdicatione rerum fratuum minorum, ait esse si aliunde adquiri possit alimentum, non autem aliàs. Et Gerson ait interrogatum fuisse aliquos ex illo sacro Ordine, & sic illos intelligere, quod illa abstinentia, non sit seruanda, cum alius cibus, non fuerit imo ad hoc refert casum notabilem, de quodam Carthusiano itinerante, & ad tantam penuriam perueniente, quod omni alimento defficiente, suxit sanguinem sui equi, & re cognita à fratribus ab omni pœna, & delicto est absolutus, quia sua constitutio in illo casu non obligabat. Et ratione probatur, quia nulla ratione est licitum se ipsum occidere, sed non comedere carnes in illo casu est occidere se ipsum, ergo non est licitum, non comedere

Nauarra.

carnes in illo casu. Maiorem probat Nauarra 2. de restitut. capit. 3. numer. 17. & 18. & 19. Minor vero probatur, nam vt

D. Thom.

ait Diu. Thom. 2. 2. quæst. 32. artic. 4. aliquis de necessarijs, non tenetur dare eleæmosinam, quia subtrahere sibi cibum necessarium ad vitam, esset se ipsum occidere, & quæst. 69. artic. 4. ait: condemnatum ad famæ pereundum, teneri sumere cibum si possit illum habere, quia aliàs

Caiet.

esset se ipsum occidere, de quo ibi Caiet.

D. Ambr.

ad dub. 8. & Ambrosi. citatus ad Diu. Thom. quæst. 32. artic. 4. ait: quisquis pascendo hominem seruare poteras, si nõ pauisti, occidisti, consonat lex necare, ff. de liberis. Vbi dicitur necare videtur, non tantum is, qui pactum præfocat, sed & is, qui abijcit, & alimenta negat, imo

Treno 4.

hæc est mors crudelior. Iuxta illud Treno 4. melius fuit occisis gladio, quam interfectis famæ. Et Baldus lege pactum, C. de pactis, ait nihil tristius esse, quam fa

Baldus.

mæ necari. Et non fit argumnntum, quod

Obiectio.

vt statim dicemus, si sit alius nocibus cibus potest carnes non comedere. Et tamen non est se ipsum occidere, licet ex eo moriatur, ergo similiter in nostro casu. Respondetur enim, quod mori ex co-

Solutio.

mestione nociborum, est mors naturalis mori autem subtrahendo, siui cibum est mors violenta, & ideo illud facere non potest.

Secunda conclusio, si Carthusianus in

2.Conc.

periculo mortis, certo & euidenter per re belationem Dei, vel Angeli cognosceret moriturum, nisi carnes comederet, tunc teneretur sub mortali carnes comedere. Hæc etiam est auctorum secundæ, & quartæ sententiæ, & probatur clare, quia in illo casu, idem est atque si alij cibi non essent, siquidem constat euidenter alios cibos, non prodesse ad vitam. Ergo sicut in casu primæ conclusionis, obligat carnes comedere, propter easdem rationes, obligabit in casu istius conclusionis. Et in super probatur, quia oppositum præberet ocasionem multis, contemnendi propriam vitam ineptis, & inutilibus abstinentijs, vel asperitatibus, item hoc esset maxima impietas morienti, non præbere remedium cognitum, ex capit. carnem. de consecratione, distint. 15. ad hoc etiam fauet, capit. consilium. De obseruatione ieiunij, vbi Pontifex cum periculo salutis, ieiunia Ecclesiæ noluit obligare, quanto magis cum periculo vitę euidenter cognito. Vltimo probatur, quia si quis euidenter cognoscat aliquod exercitium orationis, vel lectionis, vel studij, non necessarij ad bonum commune, afferre mortem, tenetur sub mortali illud omittere. Ergo similiter in præsenti, nec contra hoc facit, vt diximus scandalum, quia est acceptum, & non datum. Notandum tamen, quod licet in casu istius, & præcedentis conclusionis possit infirmus carnes comedere, & ad illud teneatur. Non tamen Prælatus, vel alius tenetur illidare carnes, vt comedat, quia quis non tantum obligatur probidere vitæ alterius sicut propriæ, imo propter hanc rationem tenetur non dare carnes, tunc infirmo, & hoc non est, adeo durum in Religione, adeo perfecta. & rigida.

Tertia conclusio moraliter loquendo,

3.Conc.

& vt de facto contingit Carthusianus in extremis positus, potest licite carnes non comedere, cum sint alij cibi ad comeden-

dum. Hanc tenent auctores tertiæ sententiæ,& à fortiori auctores quartæ sententiæ,in secunda parte illius, & probatur primo,quia vt supponimus in illo casu, non est euidens carnes esse necessarias ad vitam,sed tantum probabile secundum medicos, ergo potest, & non tenetur carnes comedere. Patet consequentia, quia in illo dubio melius erit inclinare ad obseruantiam Religionis. Confirm. Quia tempore Ioannis Andræ, cum quidam conarentur deffendere, in illo casu teneri carnes comedere,quidam doctissimus Theologus,& medicus nomine, Arnaldus de Villanoua,deffendit illud esse temerarium ,& probauit carnes nullatenus esse necessarias ad vitam, sed multos alios esse cibos,ita proficuos ad salutem, imo quod tunc forsitam esset nocibum comedere carnes, propter debilitatem stomachi à sue facti lebioribus cibis,præcipue cum ex nausea aliorum ciborum, tunc forte plus necessario in quantitate carnes comederet.Fauet Diu.Hieronym. 2. contra Iouinianum, refferens epicurum etiam suam gullam,non in carnibus, sed in alijs, tum maris, tum etiam frugibus terræ suam posuisse gullam, & delectationem, sufficereque necessario ad vitam panem,& aquam,cætera vero præcipue carnes, qui illas arbitrantur sanitati congruas,volunt à buti libidine , & immersi ceno voluptatum, ad coitum semper exestuant. Secundo probatur conclusio,ex probationibus, secundæ partis quartæ sententiæ, quod pro bono virtutis potest quis sinere se mori, & propter abstinentiam potest quis vitam abreuiare,& potest quis belle mori, non sumendo potionem magni valoris, vel non sustinendo brachij abscisionem , longe enim distat se interficere, aut se non debite conseruare ,primum fit non comedendo,secundum autem male comedendo,& primum non est licitum, bene tamen secundum. Denique in Concilio Tridentino de hoc actum est, vt ista regula explicaretur, & moderaretur pro casu nostræ conclusionis, &tantum rationis repererunt pro obseruantia in isto casu, quod illam dificultatem insolutam reliquerunt.

Conc. Tri.

Quarta conclusio, in casu posito, etiam si sint alij cibi , si tamen prudenter, & probabiliter iudicatur à medico, comedere carnes esse necessarium ad vitam, licite potest illas comedere, secluso tamen scandalo,& malo exemplo aliorum.

4. Concl.

Hanc tenent auctores tertiæ sententiæ, & probatur eius fundamento, & in super, quia lex humana ex prædictis, non debet obligare cum tanto periculo,& dispendio vitæ.Et in super probatur,quia licet non sit euidens carnes,tunc esse requisitas ad vitæ conseruationem ,sufficit tamen probabilitas, vt non peccet sequendo illam credendo talem comestionem esse necessariam ad vitam, sicut enim ex hac probabilitate, quod non sint carnes necessariæ potuit illas non comedere, vt diximus conclusione præcedenti, ita ex eadem probabilitate,quod talis comestio sit necessaria ad vitæ conseruationem,poterit carnes comedere,quid enim amplius iubat probabilitas ad oppositum, quam ad hoc faciendum, sed certe equaliter ad vtrumque,hæc enim est natura probabilitatis,vt viam ad vtrumque oppositorum habeat aperire. Etsi contra facias argumentum,quia si in illo casu potest non comedere,ergo tenetur non comedere,quia si potest,non apparet ratio quare non teneatur.Respondetur, non valere consequentiam,quia etiam in lege diuina,multa quis potest ad quæ non tenetur,in multis enim casibus pro bono virtutis potest quis vitam exponere , ad quod tamen non tenetur. Secunda vero pars conclusionis , quod cum scandalo teneatur carnes,non comedere in illo casu,est quinta sententia, & probatur, quia vt ait Diu. Thom.2.2.quæst.43.artic.1.& 7. & 8. Licet quis non teneatur euitare scandalum passiuum,secutum ex opere bono ,tamen quod sequitur ex opere malo,vel habente speciem mali tenetur quis euitare, certum est autem,quod etiam in illo casu habet speciem mali in Carthusiano comedere carnes,cum nõ sit euidens necesitas carnes comedendi, & possit esse initium relaxationis. Tenemur autem ex præcepto pro curare euitare relaxationẽ Religionis , etiam in illis, ad quæ sub præcepto non renemur, iuxta illud Pauli , si frater meus scandalicatur,non manducabo carnes in æternum,aliquando est consilium, aliquando tamen erit præceptum. Notandum tamen, quod scandalum, & ocasio debet esse grauis , nam si sit leue, vt si vnus , vel alter solum videret, & infirmus sciret illos tacituros ,posset comedere, si autem graue scandalum timeretur , & quod euidenter difunderetur , cum scandalo aliorum , tenetur non comedere, itaque cum solum teneatur,non comedere ratione scandali ad quantitatem,& qua

1. Pars prob.

Obiectio.

Solutio.

2. Pars cõclus. prob.

D. Thom.

litatem

litatem scandali debet respicere.

Dub. VIII.

Vtrùm obligatio legis pendeat à consensu, & acceptatione populi?

1.Sent. Maior. Driedo. Nauarr. Silvest. Angel. Valentia. Becanus. Felinus. Glossa. Iasson. Couarr. Azor. Sairus.

IN hac re est prima sententia, asserens, nullo modo legem, siue ciuilem, siue Ecclesiasticam obligare, si à populo non acceptetur, quantumuis Legislator intendat eam ferre, & obligare. Hanc tenet Maior 4. distint. 14. decisi. 4. Driedo, de libertat. Christiana, capit. 9. Nauarro consil. 1. de constit. quæst. 5. num. 23. & in summa, capit. 23. num. 41. Siluester, verbo, lex, quæst. 6. Angelus, verbo, consuetudo, num. 10. Rodriguez, tomo 1. reg. quæst. 6. Valentia hic, disput. 7. quæst. 5. punto 5. Becanus, tom. 2. suæ summæ, tract. 3. capit. 6. quæst. 8. Felinus, & Glossa in capit. 1. de tregua, & pace, à num. 12. Iasson, & glossa, lege rem non nouam, §. patronus, verbo tactus, C. de iu dic. Couarruuias 2. variarum, capit. 16. num. 6. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 4. quæst. 1. Sairus, tom. 1. Thesauri, lib. 3. capit. 5. num. 24. & alij quos refert Salas, disput. 23. sect. 1. Hæc sententia probatur primo, ex August. lib. de vera Religione, capit. 31. & refertur capit. in istis, §. leges, distint. 4. vbi ait leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vtentium aprobantur: Vnde Vlpianus, lege de quibus 32. ff. de legibus. Leges inquit nulla alia de causa nos tenent, quam quod iudicio populi receptæ sint, idem asserit Aristot. 2. polit. capit. 6. in fine, dicens legem nullam vim obligandi habere nisi ex more.

Arg.1.

2.Arg. Secundo arg. Ex eo quod lex obliget populo non acceptante, sed renitente, sequuntur multa inconuenientia, nec expedit bono communi, ergo non est dicendum sic obligare. Consequentia patet, nam vt sæpe diximus, lex respicit bonum commune, etsi ad id non conducit, lex nō est. Item quia hac ratione Diu. Thom. quæst. 92. artic. 3. ad 2. ait: stante contraria consuetudine legis obligationem cessare, etiam si à principio obligasset, ergo à fortiori hoc sufficiet, vt non incipiat obligare. Antecedens vero probatur, quia tunc esset magnus populi tumultus, quem rex se dare non posset, nec punire totum populum repugnantem, & legem transgredientem.

3.Arg. Tertio arg. Consuetudo potest abrogare legem, vt patebit quæst. 97. artic. 3. ergo à fortiori poterit populus præuenire, per repugnantiam talem obligationem. Consequentia patet, quia consuetudo cō traria, nihil aliud est, quam legem semel acceptatam, iterum à se repellere, & non acceptare deinceps, hoc autem magis est, quam à principio non acceptare legem.

4.Arg. Quarto arg. Quia Legislator ciuilis habet suam potestatem, receptam à populo, ergo tantum potest obligare, iuxta voluntatem populi, ergo non acceptante populo, Legislator non potest obligare. Conf. quia videtur, quod populus, hac limitatione potestatem Legislatori tribuerit, vt populo renuente legem cōdere nō possit. Conf. 2. quia nec etiam videtur voluntas Legislatoris obligare populum renuentem, & contradicentem, & maxime maiori parte contradicente, non videtur velle obligare, cæteros remanentes.

Conf.1.

Conf.2.

5.Arg. Quinto arg. De lege Ecclesiastica, nā tota Ecclesia est supra Papam, ergo non poterit Papa condere legem obligantem, contradicente tota Ecclesia.

2.Sent. Ioa. Med. Silvest. Archid. Hostien. Butrius. Inmola. Burgos de Paz. Felinus. Gre. Lopez Plaze.

Secunda sententia est opposita, legem iustam publicatam, cæteris supra requisitis institutam obligare, etiam populo renuente, & contradicente, donec Legislator videns non seruari taceat, transgressoresque non puniat, quia tunc censebitur illam abrrogare. Hanc tenet Ioannes de Medina, Codice de restitutione, quæst. 36. ad 5. Siluester, verbo, lex, numer. 6. Archidiaconus, ex capit. de vulgari 23. quæst. 5. Hostiensis, Butrius, & Inmola, cap. 1. de tregua, & pace, Burgos de Paz in proœm. legum Tauri, num. 299. Felinus, capit. cognoscentes, de constit. num. 7. Gregor. Lopez in lege 16. tit. 1. part. 1. & alij plures quos citat Suarez, 3. de legib. capit. 19. & lib. 4. capit. 16. & quos citat Salas vbi supra. Tenuit etiam illam Plato in politico, post mediū dialogi. Idque probat exemplo Medici, qui infirmo aplicat medicamenta vtilia, & salubria nihil curans, an infirmus consentiat, & aprobet, ergo similiter in præsenti. Secundo probatur, quia potestas legislatiua, vt supra diximus, non residet in Republica, sed in Principe, in quem Respublica transtulit suam potestatem, ergo ad obligationem legis, non est attendendum ad consensum Reipublicæ, sed ad institu-

1.Arg.

2.Arg.

tionem Legislatoris, cuius est potestas condendi legem. Confirm. & explicatur, quia lex non habet vim obligandi ab inferioribus, sed à superiori, ergo ad superiorem instituentem est attendendum, & non ad inferiores repugnantes. Tertio probatur, Princeps vere est superior, ad omnem Rempublicam, ergo optime potest illam obligare legibus, etiam ipsa nolente. Patet consequentia, quia vt superior obliget inferiorem, non requiritur expectare voluntatem inferioris. Antecedens vero probatur, quia non est æqualis cum Republica, aliàs essent duo capita, & monstruum, nec est inferior, quia posset Respublica imponere præceptum Principi, ergo vere est superior. Quarto probatur, quia obligatio legis fundatur, in obedientia inferioris, ad superiorem, sed de ratione obedientiæ est, vt subditus faciat, quod Prælatus voluerit, siue sibi placeat, siue displiceat, aliàs enim quid magnum obedientia, si ad voluntatem subditi esset expectandum? ergo lex in obedientia fundata obligat populum, etiam non consentientem. Confirm. quia opinio contraria destruit potestatem iurisdictionis à superiori, quia non stat iurisdictio, cũ eo quod volũtati subditi superior accommodetur ex necessitate, ergo talis sententia opposita, non est consentanea. Quinto probatur, quia ad obligandum præceptum particulare, non est necessarius consensus subditi, v. g. Religiosi, ergo nec ad obligationem legis requiritur consensus populi, patet consequentia, quia eodem modo se habet præceptũ particulare, respectu personæ particularis, sicut lex respectu totius populi, sicut enim v. g. Religiosus, cum esset dominus suæ voluntatis, per professionem transtulit illam in Prælatum, vt deinceps Prælatus iuberet, quidquid vellet iuxta suam regulam, ita Respublica, quæ prius erat domina, & legislatrix, hanc potestatem transtulit in Prælatum, & Principem, vt sine consensu, & beneplacito ipsius Reipublicæ iuberet per legem, quod vellet in ordine ad bonum commune ipsius Reipublicæ. Sexto probatur, quia Legislator statim publicata lege sufficienter procedit, vi coerciua per pœnas ad obseruantiam suæ legis, ergo statim obligabat, antecedens patet experientia, & probat capit. quod præcipitur 24. quæst. 1. & authent. vt nouæ constitutiones. Consequentia vero probatur, quia prius supponitur vis directiua, & ad illam directionem, ad bonum commune à sumitur, vt medium coercere per pœnas, ergo si ante consensum populi, iam exercetur vis coactiua, & coerciua, iam ante talem consensum supponitur in Legislatore, per illam legem institutam vis directiua, per obligationem. Vltimo probatur, sic se habet Respublica respectu successorum, sicut Legislator respectu Reipublicæ, sed semel acceptata, vel instituta lege à Republica, si non habet Principem, obligat successores, etiam non consentientes, ergo idem habet Princeps respectu Reipublicæ. Minor probatur, ex glossa recepta, capit. à nobis de sentent. excom. & Couarruuias, cap. alma mater, part. 1. §. 4. num. 2. quia primus populus cum successoribus semper manet idem, ex lege proponebatur, ff. de iudicijs.

Conf.

3. Arg.

4. Arg.

Conf.

5. Arg.

6. Arg.

Tertia sententia est Salas disputat. 13. fection. 1. Vbi distinguit de lege suaui, & facili, & de rigida, & nimis graui, quando lex est suauis (inquit) non esse expectandum consensum populi, sed ante illum legem obligare absolute loquendo, quãdo vero est nimis rigida (inquit) quod statim obligat ante consensum, in actu primo tantum, in actu tamen secundo minime, nisi populo consentiente, quia non est pensandum populum dedisse talem potestatem Principi, independenter à consensu ipsius populi. Verum est (inquit) ob reuerentiã Principis pacifice esse tollerãdam talem legem, & propter scandalum, ex capit. contra morem, dist. 100. ex quo infert, quod in illo interstitio inter publicationem legis, & acceptationem populi, potest quis legem non seruare, expectans vtrum acceptetur, vel non acceptetur à populo, quia ad minus est probabile, non obligare ante consensum populi, & potest sequi opinionem probabilem, adueniente autem populi consensu, statim obligat lex in actu secundo, sine noua institutione, vel publicatione legis.

3. Sent. Salas.

Conclusio tamen sit, quod secunda sententia est vera, & tenenda eiusque rationes, & fundamenta sunt solida, & pro eius intelligentia maiori. Notandum, quod Respublica bene potuit à principio potestatem limitatam tranferre in Principem, vt non posset leges ferre in grauioribus, nisi populo consentiente, non tamen constat hoc fecisse quantum ad omnia, sed absolute potestatem independentem contulisse illamque sic habere de facto, & maxime hoc est manifestum in

Concl.

1. Not.

Rege

Rege obtinente Regnum iure belli, à quo nullatenus est expectandus consensus populi, ad obligationem legis institutæ dixi, non contulisse populum potestatem limitatam Principi, quantum ad omnia, quia quantum ad aliqua certum est illam limitatam contulisse, verb. grat. ad impositionem tributorum, non enim potest Princeps per electionem institutus tributa imponere, nisi populi accedente consensu libero, nam si metu cadente in virum constantem populus consentiret, vt si Princeps bellum contra populum proponeret, vel vi tributum sublaturum significaret, consensus non esset liber moraliter, nec Princeps posset tributum tuta conscientia ferre, nisi forsitam in casu extremo, ad ipsius populi necessariam (& non voluntarie præsumptam) conseruationem. Similiter, nec licite potest tributa ferre, si consensum populi extorqueat magnis muneribus, aut donis, aut gracijs, aut officijs rectoribus ciuitatum, vel procuratoribus Regni oblatis, & illi talia acceptando, ad concessionem iniquius faciunt, etsi accepta munera, & gratiæ, & officia restituibilia, sunt illa sine dubio tenentur restituere, si concessionem iudicant iustam, nam si iniustam iudicent, non tenentur accepta restituere tenentur tamen restituere damna Reipublicæ illata, ex tali concessione. Exemplum acommodatissimum est in Diu. Thom. 2. 2. materia de iudicibus, si enim iudex pro sententia iusta, aliquid accipiat illud restituere tenetur, quia pro eo, quod quis tenetur facere pretium ferre non potest, quia est vendere in vendibile. Si autem pro sententia iniqua pretium accipiat, non tenetur illud restituere, quia pro eo, quod non tenebatur facere potest pretium accipere, secus est, quod in quo damnificauit, alteri parti per sententiam iniquam debet satisfacere, ita ergo hic rector ciuitatis, vel iudicat concessionem tributi esse iustam, aut vero esse iniustam, si primum tenetur concedere, ac proinde nihil pro eo potest accipere, si autem secundum, restituere non tenetur acceptum pro actione iniusta, quam non tenebatur facere, tenetur tamen ad damnum Regni ex concessione. Nec valet solutio, quod huiusmodi data sunt gratiæ, & priuilegia regum, quæ potest cui voluerit dare. Non inquam valet, quia ex quo huiusmodi deducuntur in pactum, si concesserint tale tributum, iam non sunt gratiæ, sed pretium efficiuntque contractum, emptionis, & venditionis, qui non est aliud, quam, do vt des, & vt essent gratiæ, non antecedenter ad concessionem deberent offerri, sed consequenter ad illam, per modum gratitudinis à Principe possent exhiberi.

D. Thom.

Solutio.

Impugn.

Secundo notandum, quod si lege instituta, & publicata, adhuc populus grauiter resistat, illam non acceptando, tunc Princeps prudenter aget, imo & aliquando tenebitur legem reuocare, vt tumultus, & seditio, & strages populi, si omnes transgressores essent puniendi euitentur, nisi forsam hoc cederet in contemptum Principis, & legis, quia tunc teneretur sfmiter instare per vim coercitiam ad obseruantiam legis. Si autem Princeps explicite, non reuocet, taceat tamen populo repugnante, tunc transacto sufficienti tempore ad desuetudinē (de quo infra) lex manebit abrogata, & deinceps populus, non peccabit illam, non obseruando, quia per taciturnitatem Princeps illam vult, non obligare, vsque ad illud sufficiens tamen tempus transactum populus peccat in contradictione, & hoc non solum habet verum de lege ciuili, sed etiam Ecclesiastica, certum est enim per repugnantiam populi legem non inualidari, cum potestas Papæ, non à populo, sed à Deo sit acceptata, Ioann. 21. pasce oues meas, & Matth. 16. tibi dabo claues, &c. Quam quidem, & iuri suo manens Pontifex renuntiare non potest. Potest tamen Papa populo repugnante, & in contradictione peccante, desistere formaliter reuocando, vel virtualiter tacendo ab obligatione legis, idemque dicendum de alijs Prælatis inferioribus, qui iure diuino immediate, vel mediate per Papam habent suam potestatem, licet in eis alia sit ratio particularis, quod à Papa, etiam Episcopo nollente potest lex eius reuocari, imo & Papa tacente, & permittente potest lex inferioris cessare. Si tamen vt diximus à superiori, formaliter, vel virtualiter lex non reuocetur, etiam populo contradicente habet obligare.

2. Not.

Ioan. 21.

Mat. 16.

Tertio notandum, quod tempore durante, quo sanior, & præcipua pars populi repugnat, tunc inferiores, & pars minus principalis excusatur ab impletione legis, quia non est voluntas rationalis Principis, quod à minoribus obseruetur, quousque à maioribus acceptetur, si autem præcipua pars desistat à contradictione, iam acceptata lege à superioribus tenentur eis inferiores conformari,

3. Not.

Rodrig. de quo videatur Rodriguez, tom. 1. reg.
Azor. quæst. 6. artic. 10. Azor tomo 1. lib. 5.
Navarr. capit. 4. quæst. 3. Navarro consil. 1. de
Obiectio. constit. quæst. 5. & 6. & 7. Etsi contra facias argumentum, nam communiter leges, non obseruantur à maiori parte populi, ergo communiter non tenerentur inferiores ad obseruantiam legis. Resp. aliud
Solutio. esse non acceptari legem, & aliud non obseruari, non acceptare, est non admittere illam vt legem, habereque propositum illa non se obligandi si possint. Non obseruare autem est cognita lege, & obligatione eius illam non exequi, quod ergo excusat inferiores est, quod à superioribus, non acceptetur, non autem quod acceptata, non impleatur, & obseruetur.

Obiectio. Etsi contra omnia prædicta, adhuc facias argumentum, quia lege instituta, & publicata, cæterisque requisitis appositis, potest populus appellare, vel Principem suplicare, vt legem reuocet, & interim lex non obligat, ergo non acceptatio populi derogat legem, & vt obliget requiri-
1. Solutio. tur acceptari. Respondetur in hac re, du-
Vazquez. plicem esse sententiam. Alteram Vazquez disputat. 162. capit. 5. numero 43. asserentis tale appellationem fieri, non posse, & probat ex textu in lege si res, ff. de appellationibus recipiendis, vbi sic ait Iuris Consultus, si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quominus fiat non
Obiectio. permittitur appellare. Nec valet arg. inquit Vazquez, quod à sententia est licita appellatio, & à rescripto particulari Principis, vt patet ex capit. significauit de rescriptis, & capit. cum teneamur, de præbendis, ergo etiam ab institutione legis poterit appellari. Respondetur enim, quod sen
Solutio. tentia dependet a probationibus litigantium, in quibus Princeps potest facile decipi, aut possunt aliæ nouæ super esse, propter quas sit conueniens sententiam mutare, atque adeo conceditur appellario, vt res melius perpendatur. Lex autem non ex probationibus, sed ex certa scientia Legislatoris dependet, contra quam non est admittenda scientia subditorum: quapropter nisi euidenter appareat iniusta, & tyranica non est iudicio subditorum discutienda, sed omnino seruanda, atque
2. Solutio. adeo ab illa appellari non potest. Secun-
Suarez. da tamen sententia est Suarez, libr. 4. de legib. capit. 16. num. 6. Asserentis licitum esse à lege appellare, & interim non obligare legem, vsque quo re bene cognita Princeps determinet, quid sit faciendum, & idem docet Castro, libro 1. de lege pœnali, capit. 1. Ad textum autem ex lege si res. Respondet Lorca disputat. 20. *Lorca.* quod ex iure humano, non est licita appellatio à lege, vt probat illa lex, bene autem ex lege naturæ habet locum talis appellatio. Melius tamen dicitur, quod lex potest dupliciter considerari, primo in suo initio ante acceptationem, & practicam eius, secundo postquâ acceptata est, & practicatur. Isto secundo modo non licet à lege appellare, quia iam supponitur iusta, sed secundum illam debet iudex iudicare, à sententia autem iudicis licita est appellatio, quia potest esse iniqua, & per iudicium peruersum legi disona, vnde in eo consistit appellatio, quod sententia legi non conformetur. Primo autem modo licita est appellatio à lege, quia tunc est locus proponendi Principi inconuenientia, propter quæ expediat legem ad practicam non reducere. Et hoc maxime habet locum in lege Ecclesiastica facta pro tota Ecclesia, quia cum tot sint Prouinciæ, & loca diuersa, possunt non omnia inconuenientia Papæ constare, & quod licet alijs Prouincijs conueniat, alijs tamen sit minus consentanea propter mores, vel etiam consuetudines contrarias, quas non præsumitur Papam velle mutare, nisi expresse oppositum asserat in lege, vt habetur, capit. certificari de sepulturis, & cap. 1. de constitutionibus in 6.

His ergo suppositis. Ad argum. princi- *3. Solutio.*
pale propositum. Resp. quod in sententia Vazquez, non habet vires, negatur enim antecedens, quod sit licita appellatio, sicut & non acceptatio, sed in sententia Suarez. Concesso antecedenti negatur consequentia, ratioque discriminis est, nam qui non recipit legem, sed contradicit, habet propositum non seruandi legem, nec se legi subijciendi, quod directe est contra obedientiam debitam Principi, per hoc enim nititur, quantum est ex parte sua ab obedientia resilire, qui autem appellat non fugit terminos obedientiæ, sed intendit, quod Princeps re melius inspecta videat, & attendat quid præcipiat, ipse tamen paratus est, si appellatione postposita præceptum confirmetur ei parere, & obedire, & hoc licitum est, non autem primum, quod est legem omnino non acceptare.

Ad primum argum. à principio resp. *Ad 1. arg. à principio*
Illam sententiam non esse August. sed glossa Gratiani, etsi August. sit, non est nobis contraria, sed potius pro nobis, cū inquit

inquit leges instituuntur cum publicantur, quod vtique est ante populi acceptationem, si autem addit: Firmantur cum moribus vtentium aprobantur, tantum intendit habere firmitatem, quoad factum, non vero quoad ius, iam enim quoad ius instituta erat lex, sed quoad factum, & practicam, & ad hoc, vt non sit locus iam appellationi, vel non acceptationi vsu, & more vtentium firmatur, & sic intelligendus est etiam, Aristotel. & Vlpianus ibi citati.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. patet ex dictis, qualiter si inconuenientia magna timeantur forsitan, tenebitur Princeps legem reuocare, non tamen contradicentes excusantur à peccato in obedientiæ, per talem repugnantiam, vsque ad consuetudinem obtentam, quia tunc ex voluntate Principis cessat obligatio legis, vnde non est eadem ratio de consuetudine contraria, & de non acceptatione, quia secundum est inobedientia, & non fit sine peccato. Vene autem primum, vt dixi.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. resp. probare, quod incipientes consuetudinem contrariam peccãt, sicut qui à principio non acceptant protracta autem consuetudo, non est idẽ atque à principio non acceptatio, vnde illa licet ista non licet.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. etiam patet ex dictis, qualiter licet Respublica posset limitatam potestatem Principi concedere, contulisse tamen absolutam, licet quoad aliqua limitauerit, vt tributa, patet etiam qualiter prudenter ageret renitente populo legem abrogare, non autem quod non obliget, si illam non abrogauerit, saltem virtualiter tacendo, per tempus sufficiens ad arbitrium prudentis, dictum est etiam qualiter minores, non obligentur dum superiores, & præcipua pars populi repugnat, quousque acceptet, & sic patet. Ad confirm. de lege Ecclesiastica alibi dicitur.

De obligatione legis pœnalis.

Dub. IX.

Vtrũ pœnalis lex obliget transgressores ad culpam, an vero ad solam pœnam?

IN hac re est prima sententia, asserens nullam legem pœnalem obligare in conscientia ad culpam, nisi Legislator id expresserit, vel antea per aliam legem diuinam, vel humanam non pœnalem, id iam esset præceptum. Hanc tenet Nauarro in summa, capit. 23. numero 55. Couarruuias regul. peccatum, part. 2. §. 5. numero 2. Ludouicus Gomez, capit. 2. de constitution. in 6. numero 60. Decius capit. nam concupiscentiam, lectura 2. de constitution. Hostiensis, & Ioann. Andræas, capit. relatum de cleric. non resident. Iasson lege 2. numero 143. C. de iure emphit. & §. item si quis postulante, numero 78. institu. de actionibus, & multi alij, capit. inuentum 16. quæst. 7. & capit. cognoscentes, de constitution. Et à fortiori istam sententiam sequuntur, qui supra tenuerunt nullam legem humanam obligare in conscientia, quod late prosequitur Menchaca, 1. controuersi. capit. 29. sententiam etiam Nauarro, tenet Valentia hic, disputat. 7. quæstion. 5. punto 6. §. 3. *1. Sent. Nauarr. Couarr. Lud. Gom. Decius. Hostien. Ioa. And. Mencha. Valent.*

Hæc sententia probatur primo, quia lex pœnalis, non explicans pœnam determinate, debet explicari de minori pœna, quæ potuerit explicari, sed in lege humana, non explicante pœnam spiritualem, minor pœna est temporalis, ergo ad istam tantum debet explicari, quod obliget lex. Maior patet ex capit. in pœnis 49. de regul. iuris in 6. & capit. pœnæ, de pœnitentia, distint. 1. & lege si præses, & lege interpretatione, ff. de pœnis. Conf. & explicatur, quia quando non constat expresse demente Legislatoris, interpretanda est lex in partem benigniorem, ergo quando Legislator, non explicat se velle obligare ad culpam, sed tantum explicat pœnam, explicandum est tantum obligare ad pœnam. Conf. 2. quia duobus propositis, qui alterum tantum affirmat, alterum videtur negare, sed in lege pœnali poterat Legislator vtrumque ponere, & affirmare, & culpam, & pœnam, & tantum ponit, & affirmat pœnam, ergo videtur negare culpam, maior patet, lege cum Prætor, ff. de iud. & cap. nonne de præsumpt. *1. Arg. 1. Conf. 2. Conf.*

Secundo arg. Legislatores gentiles instituentes leges pœnales, nihil intendebant de pœna æterna consecuta ad culpam, quam non cognoscebant, ergo similiter Legislatores Christiani, patet consequentia, quia inferendo leges eodem *2. Arg.*

modo se habent Christiani, atque gentiles solum attendentes ad bonum commune Reipublicæ, cui sufficienter prouident per temporales pœnas, non autem dici potest, quod etiam si à Legislatore culpa per legem, non sit intenta consequatur, quia actus agentium non operantur, vltra eorum intentionem, vt patet lege non omnis, & lege si quis nec causam, ff. si certum petatur, & lege in agris, ff. de adquir. rerum dominio.

3. Arg. Tertio arg. impium est punire idem vis, ergo non est ponenda transgressoribus pœna æterna consecuta ad culpam, & alias pœna temporalis, quia iam vis puniretur, antecedens vero patet Naum. 1. non consurgat duplex tribulatio, quod dici solet, non iudicat Deus vis in id ipsum.

4. Arg. Quarto arg. quia multæ sunt leges solum obligantes ad pœnam temporalem, ergo non est de ratione legis pœnalis obligare ad culpam. Patet consequentia, quia alias nulla esset lex pœnalis, quæ ad culpam non obligaret. Antecedens vero probatur primo in constitutionibus fratrum Prædicatorum, secundo in voto quo quis potest se solum obligare ad pœnam, & non ad culpam, cum tamen votum sit quædam lex, quam sibi quisquam imponit. Tertio patet in lege prima, ff. de fractoribus, vbi statuitur lex pœnalis, contra fugientes ex carcere, cum tamen in fuga culpa, nõ cõmitatur, vt docet D. Th. 2.2. quæst. 69. artic. 4. Maxime, si fiat fuga sine fractione vinculorum. Quarto patet in lege prohibente exerceri aliquam artem, vel officium sub pœna amissionis instrumentorum, & prohibente, tales, vel tales vestes sub tali pœna, & prohibente cessionem lignorum in nemore, & prohibente extractionem auri equorum, & aliarum mercium à Regno, omnes enim istæ pœnales sunt, & in conscientia non obligant.

5. Arg. Quinto tandem arguitur, quia lex de irregularitate, & interdicto est pœnalis, cum tamen multoties, non interueniat culpa propria, imo irregularitas, cum merito incurri potest, vt patet in iudice suspendente latronem, & in vigamia, & alijs huiusmodi potest fieri idem argumentum.

2. Sement. Soto. Couarr. Siluest. Secunda sententia, in alio extremo asserit quamcumque legem, etiam pure pœnalem obligare in conscientia, nisi Legislator oppositum exprimat in ipsa lege. Hanc tenet Soto 1. de iustit. quæst. 6. artic. 4. & 5. Couarruuias regul. peccat. part. 2, §. 5. numero 2. Medina hic, dub. 3. Siluester, verbo, in obedientia, num. 3. Geminianus, & Glossa, & Archidiaconus, capit. vt animarum, de constitut. in 6. Inocentius, capit. quod super his de voto, Ioannes Andræas, capit. relatum, Victoria relect. de potestate ciuili, num. 16. Adrianus quodli. 6. artic. 1. concl. 2. Caiet. 2.2. quæst. 169. artic. 2. ad 2. dub. Aragon 2.2. quæst. 6. artic. 3. Henricus quodli. 3. quæst. 22. Maior 3. d. 37. q. 16, & alij plures quos citat Salas disputat. 15. section. 1.

Medina. Gemin. Glossa. Archid. Inocent. Ioa. And. Victoria. Adrian. Caiet. Aragon. Henric. Maior. Salas.

Hæc sententia probatur primo, quia vt supra diximus de ratione legis est præceptum, vel prohibitio, sed lex pœnalis est vera lex, ergo habet præcipere, vel prohibere, & consequenter obligabit ad culpam contra tale præceptum. Si respondeatur legem pœnalem continere præceptum conditionale, quod si quis hoc fecerit talem pœnam patiatur, itaque non cadit præceptum supra facere, vel non facere hoc, sed supra pœnam, si illud fecerit. Contra arg. quia illa non solum est lex circa pœnam, sed etiam est vera lex circa facere, vel nõ facere illud, pro quo taxatur pœna, ergo non solum cadit præceptũ supra pœnam, sed etiam circa ipsum facere, vel non facere patet ista consequentia, quia si præceptum, clauditur intrinsece in lege, supra quod cadit lex, debet & cadere præceptum.

1. Arg. Solutio. Impug.

Secũdo probatur hęc sentẽtia, si illa lex poneretur sine pœna obligaret in conscientia ad culpam, cum esset vere lex, & non pœnalis, sed pœna adiecta, non tollit talem obligationem, ergo etiam si sit pœnalis obligat in conscientia. Minor patet, quia aponere pœnam ex intentione Legislatoris, non est ad diminuendam obligationem legis, sed potius ad augendam, & vt strictius seruetur, & inducta ad eundem effectum, non debent contrarium operari, vt patet lege, legata in vtiliter, ff. de legibus, & lege quod fauore, ff. de legibus, & lege non ideo minus, C. de procur. Tertio probatur, pœna non est nisi propter culpam, ergo in lege pœnali culpa præsuponitur, imo certius videtur esse culpam, vbi assignatur pœna, quam in lege non imponente pœnam. Antecedens vero est D. Thom. 2. 2. quæst. 108. artic. 4. Conf. in legibus pœnalibus, non eadem, sed diuersa, & inæqualis pœna assignatur, ergo quia

2. Arg. Conf. D. Thom.

quia supponitur diuersa, & inæqualis culpa. Patet consequentia, quia non potest aliunde sumi illa inæqualitas pœnę, nisi ex inæqualitate culpæ, vt sit pœna iusta, iuxta illud Deut. 25. iuxta mensuram delicti erit, & plagarum modus.

2. Sent. Castro. Couarr. Vazquez. Suarez. Salas.

Tertia sententia est media, quod lex mixta, quæ simul est præceptiua, & pœnalis obligat in conscientia, pure autem pœnalis, sic non obligat. Itaque hæc sententia distinguit, quod alia sit lex pure præceptiua, & directiua boni communis, alia pure pœnalis, alia vero quæ vtrumque habet, & præcipiendo dirigere bonum cõmune, & simul ad strictam obseruantiam eius pœnam assignare. Lex ergo præceptiua certũ est obligare pœnalem autem concedunt isti non obligare. Mixta vero obligat non qua parte pœnalis est, sed qua parte præceptiua, & directiua, vnde formaliter coincidunt, cum prima sententia legem pœnalem, vt pœnalem non obligare in conscientia. Hanc tenet Castro, lib. 1. de lege pœnali, capit. 8. & 9. Couarruias regul. peccat. part. 2. §. 5. Vazquez hic, disput. 159. capit. 2. Suarez lib. 5. de legib. cap. 3. & 4. & alij quos ipsi citant, & Salas vbi supra.

Arg.

Hæc sententia probatur efficaciter primo, & secundo argumento secundæ sententiæ præcedentis, qua enim parte præceptum continet necessario in conscientia debet obligare, verb. grat. capit. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remission. Præcipit semel in anno confiteri, & transgressoribus assignat pœnam hæc mixta est, & non potest dubitari in conscientia, sub mortali obligare, item lege 2. C. de mendicis, lib. 10. Statuitur pœna contra mendicantes exotio, vel cupiditate, egestatem, non patientes, mixta est, & in conscientia obligat, item omnis lex Ecclesiastica sub pœna excommunicationis, maioris mixta est obligatque sub mortali, quia excommunicatio maior, sine mortali incurri, non potest secundum omnium sententiam, vt ait Nauarro capit. fraternitas 12. quæst. 2. num. 20. quia vt dicitur, capit. de maiorit. & obedient. est mors animæ, & tanta pœna sine culpa infligi non debet, item capit. finali, de celebrat. Missa. Statuitur lex, ne aliquis in Ecclesia occidentali consecret in fermentato sub pœna priuationis officij, & beneficij. Hæ lex mixta est, non tamen dubium sub mortali obligare, item patet in præceptis diuinis, in lege enim mosaica, nulla lex pœnalis pœnę grauis erat, quæ sub mortali non obligaret, vt notat Scotus, 4. dist. 1. quæst. 6. similiter Gen. 2. de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas, in quacumque die comederis morte morieris, hæc lex mixta est, sub mortali tamen obligasse est de Fide, & Leui. 18. & 20. aliqui gradus consanguinitatis prohiben tur ad matrimonium, sub pœna mortis, lex erat mixta, & tamen sub mortali obligare, non venit in dubium, ergo quod misceatur pœna cum præcepto, non tollit obligationem in conscientia ad seruandum præceptum.

Scotus. Gen. 2. Leui. 18. & 20.

Pro resolutione notandum primo, pœnam adiunctam legibus ad sui obseruantiam, maxime vtilem, & necessariam esse, quia vt inquit Arist. 10. ethi. cap. 9. Multitudo necessitati potius, quam rationi, & pœnę, quam honestati paret, est enim vulgus quasi iumentum ad progressum stimulo egens, vnde Concilium Lugdunense, vt refertur capit. exigit de censibus, exigit peruersorum audatia, vt non simus solã delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquẽtibus imponamus. Verum est non oportere omnes leges esse pœnales, quia vt inquit Plato 1. de legibus, & Cicero de legibus, multoties oportet Legislatores per leges persuadere, & non semper ad omnia, vt barbaræ nationes fecerunt vi cogere.

1. Not. Arist. Conc. Lugdunense. Plato. Cicero.

Secundo notandũ, non dubitari in præsenti, quod si Legislator vellit possit obligare in conscientia per legem pœnalem, si enim poterat condere legem obligantem in conscientia sine pœna, etiam cum illa, quia aditio pœnę non tollit potestatem Legislatoris, & etiam si vellit tantum obligare ad pœnam, & non ad culpam, similiter potest. Quia sicut potest non condere legem, ita potest statuere pœnam, & obligationem non inducere, verum est id nõ facere posse statuendo pœnam adiunctam legi, vt statim dicemus, & supra diximus, præceptum, & obligationem, ita esse intrinsecã legi, vt licet sit in voluntate Principis condere legẽ, non tamen quod semel cocdita non obliget. Quãdo autem intelligatur velle, vel non velle Principem obligare certo constabit, si ipse se ipsum explicet sic velle, vt Philipus Secũdus in taxa tritici sic explicuit, non tantum imponere pœnam transgressoribus, sed etiã intendere ponere obligationem in conscientia, si ergo Princeps explicet per legẽ pœnalem, etiam intendere obligare in cons-

2. Not.

cientia obligabit, etsi explicet se non vel le obligare, nisi tantum ad pœnam, non obligabit in conscientia, in hoc omnes conueniunt. Sic Angelus, Siluester, Armilla, & alij Sumistæ, verbo, in obedientia, & Siluester, verbo, pœna, quæst. 27. Soto 1. de iustit. quæst. 6. artic. 6. Castro libro 1. de lege pœnali, capit. 8. & 9. Driedo libro 3. de capti. Christiana, capit. 1. prop. 2. Couarruuias regul. peccat. part. 2. §. 5. numero 43. Ioann. de Medin. Codice de restitut. quæst. 3. §. neque tamen, & quæstion. 36. ad 6. & Interpretes Diu. Thom. hic. Est autem difficultas, quando voluntas Legislatoris, non exprimitur obligandi, vel non obligandi in conscientia, vtrum lex pœnalis obliget in conscientia.

Angel. Siluest. Armilla. Soto. Castro. Driedo. Couarr. Ioa. Med.

3. Not. Tertio notandum, quod lex alia est pure præceptiua, in qua nulla assignatur pœna, alia mixta quæ simul præcipit, & transgressoribus simul assignat pœnam, alia vero est pure pœnalis, quæ tantum pœnam assignat, & præceptum non assignat, hoc autem debet esse si pœna, non sumatur stricte correlatiue ad culpam, sic enim non est lex pure pœnalis, quia pœna proprie dicta, vbi culpa non est reperiri non potest, vt diximus ex D. Th. Si autem pœna sumatur late pro penalitate, seu aliquo damno temporali pecuniæ, vel alterius similis apositi in remedium, ad aliquid faciendum, vel non faciendum, sic bene potest esse lex pure pœnalis, quia pœna isto modo, sine culpa assignari potest, verum est tunc etiam non esse proprie legem, sed late etiam loquendo. nam proprie loquendo de lege, sine præcepto, & obligatione in conscientia esse non potest, sic ergo explicata ista diuisio legis est communis. Sic Henricus, & Castro vbi supra, Sair. libro 3. capit. 9. nnumero 3. Mercado de contract. libro 5 3. capit. 10. Salon 2. 2. quæst. 77. artic. 1. controu. 7. Rodriguez tom. 1. summæ, capit. 195. con. 1. Hic ergo non agimus de lege pure præceptiua, supra enim egimus qualiter obliget in conscientia, sed agimus de pœnali mixta, vel pure pœnali.

Henricus. Castro. Mercad. Salon. Rodrig. Sair.

1. Concl. Prima conclusio, lex pœnalis mixta obligat in conscientia. Hanc tenent auctores tertiæ sententiæ, patetque fundamento eius, nam si cum pœna miscetur simul præceptum, licet non ex parte pœnę, ex parte tamen præcepti obligabit, quia vt diximus pœna superadita, non destruit præceptum præsupositum.

Secunda conclusio, lex pure pœnalis (si proprie est lex) licet ex forma verborum præceptum non importet, obligat in conscientia. Hanc tenent auctores secundæ sententiæ, & patet eius argumentis, dixi si vere est lex, nam licet ex forma verborum præceptum non explicetur, hoc tamen imbibitur in ipsa natura legis, vt sit præceptiua, vt supra diximus, quapropter talis vocabitur, secundum apparentiam pure pœnalis, nam in re mixta erit, cum simul sit præceptum (licet non expressum) cum ipsa taxatione pœnæ, non enim stat in re esse legem, & esse pure pœnalem: quapropter, si lex est, quantumcumque pœnalis obligat in conscientia, & tunc pœna imposita est vere pœna culpæ correspondens, vnde August. 1. retracta. capit. 9. omnis pœna, si iusta est peccati pœna est, & suplitium nominatur, & de transgressore huiusmodi legis, epistol. 166. ait: inter homines pœnas luet & apud Deum sortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipsa veritas iussit. Sic refertur, capit. Imperatores 11. quæst. 3. & Paulus, Rom. 13. De huiusmodi ait legem seruandam, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. De his etiam Iob. 4. quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt, quapropter Cicero 2. de legibus, recte ait tales pœnas legum pertinere ad iustitiam vindicatiuam. Vindicta autem impositio est pœnæ pro culpa, & sic Deus puniens peccata, dicitur vindex Rom. 13. & primæ, & secundæ Petri videatur D. Clemens. lib. 3. recognit. & certe ratio est manifesta, quia cum fere omnes leges isto modo sint pœnales, si non ad culpam obligarent fere, numquam etiam à viris prouis seruarentur, quia facile esset pœnas fugere, si ad culpam non essent astricti. Si autē interroges, vnde sciemus esse vere, & proprie legem, & pœnam esse proprie pœnam, licet non in forma verborum, in re tamen supponentem culpam, & præceptum obligans ad illam, & sic in re esse mixtam, licet in apparientia verborum videatur pure pœnalis? Respondetur, quod Doctoribus, & interpretibus ducibus per grauitatem pœnæ hoc debet cognosci, quia pœnæ graviores, vt pœna capitis, vel mutilationis membri, vel flagellationis publicæ, aut alterius infamiæ grauis, aut priuationis officij, vel beneficij, sine culpa nullatenus imponi debemus intelligere,

2. Cancl.

D. Aust.

Rom. 13.

Iob. 4.

Cicero 2.

Rom. 13.

D. Clem.

vt

vt habetur ex capit.satis peruersum, 56. distinctione. Vbi dicitur satis esse peruersum, vt quis suis officijs priuetur quē sua culpa, vel facinus à suo gradu non dejcit, & ratio est manifesta, quia cum lex humana diuinam debeat imitari, & lex diuina mosaica, numquam grauiores pœnas, nisi pro culpa assignauerit, vt diximus, idem dicendum est de lege humana, & præcipue patet de Ecclesiastica, quæ grauem pœnam excommunicationis maioris, nisi pro culpa, etiam graui, & mortali non imponit, vbi notandum non solum fractionem istarum legum obligare in conscientia, propter periculum grauis pœnæ, cui quis exponitur, sed antecedenter ad pœnam esse obligationem, ita vt etiam secluso periculo pœnæ sit talis obligatio, quia potius pœna imponitur propter culpam, quam quod culpa supponat pœnam.

3.Concl. Tertia conclusio, lex pure pœnalis, quæ nec proprie est lex, nec pœna, imposita transgressoribus est proprie pœna, non obligat in conscientia ad culpam, sed tantum obligat ad pœnam. Hanc conclusionem probat prima sententia, & fundamenta eius, imo & in ista conueniunt omnes Doctores, etiam secundæ, & tertiæ sententiæ, & est manifesta in constitutionibus multorum Ordinum obligantibus ad solam pœnam, & non ad culpam, quia nō sunt proprie leges, sed statuta, vel quasi conuentio quædam inter Monachum professentem, & ipsam Religionem, vel Prelatum, quod si tale fecerit, etiam sine culpa tali pœnæ, sit subiectus, sic Medina, & Aragon. & Soto vbi supra, & Castro, loco citato, & Sair. num. 7. de constitutionibus quidem prædicatorum ex ipsis expresse patet non ad culpam, sed ad pœnam tantum obligare. De regula etiam, & constitutionibus sanctæ Claræ, patet ex *Exg.IIII.* bulla Eugenij IIII. quæ incipit ordinis tui, & ex Vrbano VI. de ordine Calsinensi, patet ex Eugenio IIII. ex priuilegio, quod incipit regularem vitam agentibus, anno 436. pridie Calendas Iulij, & de Sotietate Iesu, idem dicit Salas vbi su- *D. Thom.* pra, & alia huiusmodi refert Diu. Thom. 2.2.quæst.86.art.9.ad 1. & Nauarro, & Soto, Medina, & alij supra citati, patet etiam in lege non extrahendi frumentum, & alias merces è Regno, non obligante, nisi solum ad pœnam, secundum Soto, & Medina, idem de lege prohibente subtali pœna cedere ligna in tali nemore, vel piscari in tali flumine, vel pascere gregem in tali prato communi (quia de particularibus alia est ratio) similiter de lege prohibente venationem in tali nemore, & silua, in his enim non est proprie prohibitio, & præceptum, sed potius permisio soluta tali pœna, quia non intēdit Princeps, quod non fiat, sed quod non efrenate fiat, si ampla, & sine pœna esset licentia intenditque nō pœnam proprie dictam, sed quasi solutionem, vel tributum eductum, ex prædictis pro communi vtilitate, & expēsis Raipublicæ, quæ aliunde extrahi, non posset. Ex quo sequitur, quod si ex huiusmodi magna strages, & damnum Reipublicæ sequeretur, tunc non solum ad pœnam, sed ad culpam obligaret, vt alimenta, vel pecunias, equos, & alia huiusmodi, è Regno extrahere tempore necessitatis pro vtilitate inimicorum, cum deffectu, & damno proprij Regni, vt optime notant auctores prædicti.

Ex dictis sequitur, quod qui vouet aliquam Religionem, vel iurat aliquam confraternitatem, vel communitatem, vt vniuersitatem non tenetur ex vi voti, vel iuramenti in conscientia seruare omnia, quæ sunt talis Religionis, vel confraternitatis, quia votum, vel iuramentum est de illis seruandis, iuxta naturam suam, & qualiter in tali Religione, vel confraternitate, vel vniuersitate illa præcipiuntur sub culpa, quæ præcipiuntur sub culpa, & sub pœna, tantum quæ sub pœna mandantur. *Corol.*

Ad primum arg. Primæ sententiæ quatenus militat contra nostram principalem secundam conclusionem. Respondetur. Illam explicationem de minori pœna, esse inter pœnas temporales à iudice impositas, quando enim non constat, vtrum pœna imposita à iudice sit maior, vel minor explicanda est lex de minori pœna, non autem intelligitur comparando pœnam corporalem cum spirituali, quia lex, quæ vere est lex vtramque includit, vt dictum, est, imo si pœna sit spiritualis, vt excommunicatio, si non sit determinata, sed aliquid sit præceptum sub excommunicatione, intelligitur de excommunicatione maiori, vt patet ex capit. si quem de sent. excom. de quo Suarez 3.part.tom.5.disp.3.sect. 2.num.9. & disp.8.sect.3.num.3. & Couarruuias, cap.alma, part. 1.§.8.num.5. quia communiter hoc verbum, excommunicatio, sumitur pro excommunicatione maiori, & acceptio communis vocabulorum, multum interest ad veritatē propositionum, ex lege Labeo, ff. de supellectili legata, & lege librorum, §. quod tamen cassius, *Ad 1.arg. 1.Sent. Suarez. Couarr.*

sius,ff.de legatis,& capit. quamquam 2. quæstion.7.& capit.ex literis,de sponsalibus.

Ad 1.confirm. Ad Primam conf. resp. Illud habere verum de his,quæ sub mente,vel intentione Legislatoris cadunt, quod autem vera lex obliget in conscientia, non cadit sub intentione,nec voluntate Legislatoris, sed ex natura ipsius legis, vnde hoc non patitur interpretationem.

Ad 2. confirm. Ad secundam conf. resp. Similiter illud habere,verum si vtrumque dependeat ab eodem,obligatio autem legis in conscientia non dependet à Legislatore, sed tãtum pœna corporalis,vnde ex eo,quod istam affirmet illam non negat,imo propter necessariam conexionem inter veram culpam,& veram pœnam Legislator affirmans pœnam,etiam affirmat, vel supponit culpam,cui taxatur illa pœna.

Ad 1.arg. Ad secundum arg.resp.Non esse necesarium Legislatorem gentilem,vel alium cognoscere culpam,nec illam intendere, vt lex obliget in conscientia,quia hoc sequitur ex natura rei ad constitutionem legis,sicut ad comissionem culpæ sequitur damnatio æterna ex natura rei, etiam si à peccante, non cognoscatur. Ad illud autem,quod actus non operantur, vltra intentionem agentium respondetur. Similiter illud esse verum in his,quæ dependent à voluntate,& intentione ipsius operantis. Obligatio autem à Legislatore nõ dependet,vt diximus.

Ad 3.arg. Ad tertium resp.Deum non punire vis complete pœna huius vitæ, vel alterius, nec enem duplicem completam huius vitæ,nec duplicem cõpletam alterius Deus infligit,ex aliquali autem pœna huius vitæ,non euitatur æterna alterius vitæ,imo multoties Deus incipit punire in hac vitã,quos castigaturus est in æternum in altera.

Ad 4.arg. Ad quartum arg. De constitutionibus Religionum,iam diximus. Ad illud de voto respondetur, quod si votum fiat hoc modo voueo illud facere, etsi non fecero tali pœnæ me subiectio,tunc & obligatur ad culpam,& ad pœnam,si autem fiat hoc modo voueo, si tale fecero subire talem pœnam,tunc solum obligatur ad pœnam, quia votum non cadit supra facere,vel nõ facere,sed conditionaliter supra pœnam si tale fecero. In lege autem, etiam pænali prolata sub eadem forma,si quis tale fecerit,tali pœna puniatur,hoc non habet locum,sed quomodocumque proferatur, si vera est lex vtrumque continet,& obligationem ad culpam,& ad pœnam, primum ex natura legis,& secundum ex voluntate Legislatoris, in voto autem vtrumque dependet ex voluntate vouentis, & sic pro libito potest per votum ad culpã, vel ad pœnam, vel ad vtrumque se obligare. Ad illud defrangente carcerem. Resp. quod infrangente carcerẽ præsumitur culpa vis,& lesionis carceris, vel custodiũ, & ideo imponitur illa pœna,aut vero potest Legislator supponere opinionem probabilem,quod sit peccatum fugere ex carcere,& ex suppositione talis culpæ imponere talem pœnam,vnde pœna iam est propter culpam veram,vel existimatã. De reliquis autem quæ in argumento aducuntur,iam diximus in tertia cõclusione,qualiter illæ non sint veræ leges,nec veræ pœnæ pro illis taxatæ.

Ad 5.arg. Ad quintum arg.resp.Quod irregularitas,& vigamia sunt impedimenta tantum, & inhabilitates propter significationem, & non pœnæ,vnde sine culpa possunt incurri,quando autem irregularitas incurritur,vt pœna non est nisi propter culpam. Similiter inter dictum,licet imponatur sine culpa istius,non tamẽ sine culpa illius, propter quem interdictum ponitur respectu cuius est pœna. Ad arg. secundę,& tertiæ sententiæ, non est opus respondere, quia efficaciter probant primam,& secundam conclusionem,& non amplius.

Dub. X.

Vtrùm transgressor legis pœnalis, ante acusationem statim,atque legem transgreditur teneatur subire pœnam legis?

1.Sent. Castro. Panorm. Rebuffus. IN hac re est prima sententia,asserens legem pœnalem quæcumque illa sit,siue in priuatione,siue in aliqua actione,à Reo exercenda consistat,obligare ad executionem talis pœnæ,ante sententiam iudicis statim,atque legis fit transgressio. Hanc tenet Castro 2.de lege pœnali,cap. 5.& 2.de iusta hæreti. punit. capit. 6. citatque Panormitanum, capit. canonum statuta,num. 11.de constit.& capit. dilecti de arbitris,capit.cum non ab homine, de iudicijs,cap.peruenit de appellat. cap. fin.de hæreti.cap.quibusdam de pœnis,& Rebuffum in procemio,cõsti.reg.glos.1. num.

Angel. *Felinus.* *Rodulp.* *Barbarius* *Decius.* *Paul.de Castro.* *Hostien.* *Bartol.* *Gomez.* *Baldus.* *Tiraq.*

numero 46. Angelum, verbo, pœna, §. 2. Felinum capit. Rodulphus, de rescriptis, §. declaratoria sententia, num. 44. Barbarium, capit. Rainaldus de testamentis, fol. 11. Decium dicto capit. canonum, lectur. 1. num. 20. de constit. Paulum de Castro, lege 1. §. ad vestias, ff. de postulatio. Hostiensem, & Bartolum, apud Barbarium, supra, Ludouicum Gomez, capit. 1. num. 9. de rescript. in 6. Baldum lege id quod pauperibus, C. de Episcop. & cleric. q. 9. Tiraquellum, lege 11. C. de reuocat. donat. num. 236. & alij plures quos congerit Salas disp. 15. sect. 2.

1. Arg.

Hæc sententia probatur ex multis locis iuris, tam canonici, quam ciuilis, in quibus statuuntur leges pœnales impertantes, etiam actionem exequendam à delinquente, quæ tamen obligant ante iudicis sententiam, primus locus est Paul. 2. in extrauaganti ambitiosæ de reb. Ecclesię non alienandis, vbi statuitur beneficiarios bona Ecclesiæ alienantes, ipso facto puniendos priuatione beneficij, illaque absque declaratione aliqua (inquit) vacare censeantur, posintque per locorum ordinarios, vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis libere de iure conferri, certum est autem, ad hanc pœnam subeundam requiri actionem delinquentis, vt est relinquere beneficium, dum de crimine, non est lata sententia, an tequam iam est priuatus beneficio. Si respondeatur illa lege humana tantum, priuari beneficio, ad renuntiationem vero teneri lege diuina, vel naturali, quia quod alienum est, secum retinere non potest, maxime beneficium, sine titulo, ex capit. 1. de regul. iuris in 6. & capit. relatum de iure patronatus, capit. 1. de eo qui mittitur in possess. libro 6. Contra arg. quia cum renuntiare sequatur ad priuationem, necessario consequenter lex humana priuans, dicetur etiam ad renuntiationem obligare. Si etiam respondeatur illam legem, quoad renuntiationem, non vbique esse receptam, vt ait Caiet. imo & nul liui, vt ait Siluester, & Nauarro. Contra arg. quia si ex contrario vsu, non valet supponitur, ex se ipsa talem obligationem inducere.

Solutio. *Impug.* *Solutio.* *Impug.*

2. Arg.

Secundus locus est Pij Quinti, in constitutione incipiente, ex proximo Lateranẽsi Concilio, edita Romæ anno 1571. duodecimo Calendas Octobris, relata à Nauarro, capit. 25. numero 122. vbi legem instituit, & alias latam in Concilio Lateranensi declarat, quod qui horas canonicas, non recitauerit fructus beneficij, vel beneficiorum pro rata illius diei, non percipiat, sed amittat, ecce qualiter ex lege tenetur, ad pœnam propria actione restituendi. Nec valet solutio Soto, & Simancas illam legem, non esse in vsu, quia hoc verum non est, & dato, sequitur legem, ex se validam esse, & ad talem restitutionem obligare. Si etiam respondeatur fructus dari, quasi sub conditione si recitauerit. Quapropter, non recitando, non facit suos fructus, & tamquam alienos tenetur restituere, non autem per modum pœnæ, quam ex lege teneatur exequi. Contra arg. quia fructus non solum correspondent recitationi horarum, verb. grat. in parrocho, sed etiam ministrationi Sacramentorum, & alijs ministerijs, ergo si solum propter omissionem horarum, priuatur fructibus omnibus illius diei, vt supponit Vazquez non est, quia non sint sui, sed quia per modum pœnę illis priuatur, & ex vi talis legis pœnalis illos tenetur restituere.

1. Solutio. Soto. *Impugn.* *2. Solutio.* *Impugn.*

3. Arg.

Tertius locus est, Concilij Tridentini sessio. 23. capit. 1. de reformatione, vbi curam animarum habens, si à propria Ecclesia absit vltra tempus ab illa dispositum priuatur fructibus, ita vt nulla alia declaratione facta illos suos, non faciat, nec retinere possit.

4. Arg.

Quartus locus est, in lege final, titul. 3. & lege 2. titul. 9. & lege final, titul. 14. & 15. & 23. & libro 2. ordin. reg. & lege 1. titul. 28. vbi leges, ibi statutæ obligant ad pœnam subeundam, ante omnem iudicis sententiam.

5. Arg.

Quintus locus est, ex capit. quia diuersitatem, de concession. præbendæ, capit. final, de excess. Prælat. capit. vnico, §. 1. ne sedeuacante, libro 6. & in statutis Salmantinis, titul. 33. numero 21. Suffragator pecunia, vel aliare pecunia estimata, corruptus priuatur voce actiua, inhabilisque redditur ad ferendum suffragium, ante omnem condemnationem, & declarationem, & de inhabilitatibus, ad contrahendum cum illa, cum qua adulterium commisit data fide, de matrimonio futuro, patet ex capit. super hoc, & capit. significasti, & capit. final, de eo qui duxit matrim. quam pollu. per adulterium, & capit. si quis viuente 31. quæstion. 1. Et de inhabilitate ad contrahendum, si non est coniugatus, vel nõ petendum debitum, si coniugatus est, qui consanguineam incestuose cognouit, patet ex cap. transmissæ, de eo qui cognouit consan-

consanguineam,& generaliter Ecclesiam ponere impedimenta matrimonij, patet ex Concilio Tridentino sessio.24. can. 3.& 4.Et generaliter de excommunicatione irregularitate,interdicto,&alijs huiusmodi pœnis patet,ante sententiam iudicis statim,quis legem frangens illas incurrere.

6. Arg. Sextus locus est,ex capit.pro humani, de homicid. in 6. vbi qui Christianum occiderit per assassinos ipso facto pribatur beneficijs,quæ possidebat.

7. Arg. Septimus locus est, ex capit. quicumque,§. hæretici,& §. illorum, de hæret. lib.6.Vbi electio hæretici ad Ecclesiasti cum beneficium, vel ad publicum officium, aut emancipatio facta ab hæretico sit irrita ante iudicis sententiam.Item Nauarro,capit.23.num.110.refert ex Pio Quinto,pœnam amissionis beneficij habiti, & adquisiti contra confidentiam in beneficijs,& eadem pœna ponitur in Cõcilio Tridentino sesion.22.cap.16.Cõtra ocupantes bona beneficiorum,aut iurisdictiones,aut fructus,si sit clericus,si autem laicus iure patronatus pribatur ipso facto,item patet ex capit.licet de elect.in 6.de illo, qui recipiens beneficium,ordines Sacerdocij intra,annum non receperit, ipso facto, ante sententiam fructibus pribatur.

8. Arg. Octauo possunt aduci multæ leges nostri Regni,asserentes se obligare ante sententiam iudicis.Talis est lex 2.tit.9.lib. 1.ordina.reg.& lege 34.tit.5.& leg.fin. tit.14.& lege fin.tit.3.& lege 3.& fin. tit.15.eodem libro. Vbi ministri Regis accipientes munera obligantur in conscientia ad reddendum,in quadruplum,& licet de alijs dici possit illas leges esse temperatas,tamen latæ fuerunt,& non potest dici fuisse iniustas,& modo extat lex,contra Secretarios Regios recipientes munera,vt reddant in quadruplum ante iudicis sententiam,vt constat ex lege 1.tit.8.lib. 2.compil.

9. Arg. Nono aduci possunt leges, de confiscatione bonorum,obligantes ante iudicis sententiam.Hæc lex posita est contra hæreticos lege Manicheos, cum duabus sequentibus,C.de hæret.& in lege vltim. C.ad legem Iuliæ maiestatis,& in Regno Hispan.lege 4.tit.2.part.7.& lege 1.tit. 21.lib.8.nouæ Recopilationis,& in iure canonico,c.cum secundũ leg.de hæret.in 6.Vbi etiam dicitur hanc pœnam esse impositam contra Reos lesæ maiestatis, & hæc etiam pœna posita est in Hispania contra Sodomitas,lege 1.tit.28.libr.8. compil.de quibus glossa recepta, lege 3. §.quod autem, ff. quod quisque iuris, & cap.acusatus.§.penult. de hæret.in 6.& capit.2.de perscript.in 6.Dicitur etiam post mortem tales condemnari posse, & bona eorum,etiam si ad hæredes deuenerint fisco aplicari debere.

2. Sent. Soto. Victoria. Durand. Angles. Ioa. Med. Sairus. Secunda sententia est in alio extremo, asserens nullam pœnam lege impositam, præter excommunicationem latæ sententiæ incurri ante iudicis sententiam. Hanc tenet Soto 1.de iustit.quæst.6.art.6.lib. 4.quæst.6.art.3.Victoria relect.1.deindis,Durandus 4.d.13.prop.41.ad medium,Angles in 4.quæst.de iust.leg.pœnalis, vbi citat etiam Ioannem de Medina,& Sairus,verbo,lex,num.11.

3. Sent. Caiet. Bañez. Aragon. Sairus. Simancas. Conrad. Cordub. Bartol. Ioa. And. Ancharr. Medin. Valent. Tertia sententia est media,distinguens de pœna,quod alia consistat in pura pribatione, nullam actionem requirens,vt incurratur.Alia vero sit requirens actionem, ad solutionem pœnæ ipsius delinquentis,vt est pœna pecuniaria, & aliæ similes:dicit ergo ista sententia,quod pœna pure pribatiua incurritur ante iudicis sententiam, pœna vero actionem delinquentis requirens, non incurritur ante sententiam iudicis, sed per iudicem talis pœna debet infligi. Hanc tenet Caiet.2. 2.quæst.62.artic.3.& in summa, verbo. pœna,Bañez 2.2.quæst.12.artic.2.ad 2. Aragon quæst.41.artic.3.& quæst.62. artic.3.Sairus,l.3.capit.9.num.27.Simancas lib.de institut.Catholicis,tit.9. Conradus de contract.quæst.7.Cordoua,lib.1.quæst.36.& isti plurimos iuris peritos citant præsertim Bartolum, lege id quod pauperibus,C.de Episcop.& cleric,& Ioannem Andræam,cap.de homicidio in 6.Ancharranum,cap.fælicis, de pœnis in 6.tenet etiam illam Medina hic, & Valentia,disp.7.q.5.punto 6.

4. Sent. Nauarr. Couarr. Suarez. Vazquez. Azor. Quarta sententia,etiam est media,asserens Legislatorem posse instituere legem pœnalem (siue pœna sit pure pribana, siue requirens actionem) obligantem delinquentem,ad talem pœnam subeundam ante iudicis sententiam. De facto tamen,& regulariter, non omnem legem pœnalem requirentem actionem obligare, nisi talis intentio Legislatoris, per ipsam legem constet,& alias pœna sit leuis, & parui momenti.Hanc tenet Nauarro, capit.23. numero 67. Couarruias,2.part.de sponsal.capit.6.§.8.num. 10.Suarez 3.part.tom.5.disp.3.sect.1. Vazq.hic,disp.168.cap.2.Azor tom.1.

cap.

cap.7.& cap.8.quæst.6.& Salas disp.15. *Salas.*
section.2.vbi alios quam plures pro hac *Caiet.*
sententia citat,imo & Caiet.2.2.quæst.
186.artic.9.ad 2. Asserentem in Ordine Prædicatorum, aliquas leues pœnas subditos teneri subire,ex constitutionibus,etiam Prælato non exequente illas. Et generaliter, hanc sententiam amplectuntur à fortiri omnes auctores pro prima sententia,licet interse diuisi sint. Alij enim affirmant mentem Legislatoris,constare de subeunda pœna ante iudicis sententiam, cum in ipsa lege dicit ipso facto incurrenda. Alij vero cum dicit expresse ante iudicis sententiam. Alij vero cum dicit,ante omnem declarationem. Hæc autem sententia probatur omnibus locis adductis ex iure pro prima sententia.& in super ratione.

1.Arg. Probatur primo hæc sententia, quia quod quis delinquens exerceat in se, vel circa res suas, aliquam actionem punitiuam, ex iusu Legislatoris, nec est perse malum, imo videtur honestum, nec excedit potestatem Legislatoris, maxime si pœna, non sit grauis, & acerba, ergo non erit iniustum ad talem pœnam, in se exercendam,ante sententiam obligare.

2.Arg. Secundo probatur, qui licet physice loquendo plus sit agere,quam pati,tamen moraliter,multoties plus habetur aliquid pati, quam aliquid agere, vt plus habetur per totum diem tacere, quam partam eleæmosinam dare, ergo si iudex potest ante iudicis sententiam obligare ad executionem primi, melius poterit obligare ad executionem secundi, quia hæc non physice, sed moraliter sunt pensanda.

3.Arg. Tertio arg. potest Legislator per legem ante iudicis sententiam transferre dominium,& possessionem vnius ad alterum,vt facit in perscriptione,ex Inocentio, capit. cura de iure patronatus,& Panormitan.capit.Vigilanti,de perscriptionib. Ancharranus regul.possessor,de regul.iuris in 6.Decius capit.1.num.8.de constitution.Ergo similiter poterit obligare,vt rem qua spoliatur in pœnam,alteri vt fisco conferat,quia non videtur hoc magis,quam illud. *Inocent. Panor. Anchar. Decius.*

4.Arg. Quarto arg.lex diuina multoties obligabat ad aliquam actionem pœnalem exercendam in pœnam delicti,ergo & lex humana idem poterit, consequentia patet,quia lex humana debet,& potest imitari diuinam. Antecedens vero probatur Exod.21. vbi dominus eruens oculum, vel dentem serui, vel ancillæ, obligatur ei dare libertatem,& hoc ante iudicis sententiam, nam alias non haberet effectum lex, cum posset dominus domi retinere seruum, ne ad iudicem iret ad vindictam quærendam,vt notat Castro, & Sayrus supra. *Exod.21.*

5.Arg. Quinto arg.nam idem, imo magis potest lex, quam iudex, siquidem lex non est aliud, quam iudex mutus, & iudex non est alsud, quam lex loquens, vt ait Cicero 2. de legibus.Ergo si iudex potest exequi pœnam per sententiam,à fortiori lex ante sententiam iudicis. *Confir.* Confirmat.quia hoc expedit, ne crimina occulta tollerentur, quando pœna imponenda à iudice, non timetur, quia tunc proterue,& in verecunde agitur contra legem, maxime cum iudicum negligentia in exquirendis,& puniendis delictis præsumitur.

6.Arg. Sexto arg. quia quando ponitur in ipsa lege, hoc verbum, ipso facto, vel ante sententiam, vel ante declarationem incurrat talem pœnam,illud verbum super aditum,aliquid adit, vel facit, quod non faceret, si solum lex sine illo verbo pœnam imponeret, & strictius intelligitur ab omnibus obligare, sed sine illo verbo obligabat mediante sententia ad pœnam,ergo adito illo verbo, obligat ante sententiam,alias nihil adit.

Not.1. Pro intelligentia huius dubij notandum. Primo leges pœnales, alias continere pœnas latas, alias vero ferendas, si loquamur de pœnis ferendis,non est dubium,quin debeat sequi ad sententiam iudicis, & nullatenus ante sententiam incurri, loquimur ergo de pœnis latis, si adhuc etiam si latæ sint incurrantur ante iudicis sententiam. Quomodo autem cognoscatur pœnam esse latam, vel ferendam. Videatur Vazquez, disputat. 73.capit.1. Azor tomo 1.libr.5.capit. 9.Felinus,capit.Rodulphus, de rescriptis,Tiraquellus,lege si vnquam, Cod. de reuocandis donation.à num. 200. Castro 2. de lege pœnali, capit. 1. Modo autem resolutorie dicimus, tunc esse ferendam, quando loquitur de futuro, aut imperatiuo modo sic, excomunicetur, vel excomunicabitur: tunc autem est lata, quando loquitur de præsenti dicendo, ex communico,à nathematico, suspendo, interdicto, religo, priuo,declaro esse suspensum, vel excomunicatum, aut si dicitur, ipso facto sit excom- *Vazquez. Azor. Felinus. Rodulp. Tiraq. Castro.*

communicatus, aut alijs verbis consimilibus, ad quid autem obliget sententia ferenda pertinet ad materiam de excommunicatione, videatur hic Salas, disputation. 15. sect. 7.

2. Not. Secundo not. Leges pœnales esse in tripli differentia, aliæ quidem sunt, quæ infligunt pœnam, quæ in mera pribatione consistit nulla actione requisita, neque ex parte iudicis, nec ex parte delinquentis, vt est pœna excommunicationis, suspensionis, irregularitatis, &c. Aliæ sunt infligentes pœnam in cuius executione admiscetur, & actio iudicis, & actio delinquentis, vt in pœna exilij, vel solutione pecuniæ. Aliæ vero sunt pœnæ, quæ solum requirunt actionem ex parte iudicis exequentis, & passionem tantum ex parte delinquentis, vt patet in pœna mortis, & abscissione membrorum. Rursus pœna pure pribatiua, primo modo sumpta, adhuc est duplex. Alia quæ est censura Ecclesiastica, vt excommunicatio suspensio irregularitas inter dictum. &c. Alia vero, quæ non est censura Ecclesiastica, vt pribatio vocis activæ, vel passiuæ ad cathedram, vel aliud officium.

1. Concl. D. Thom. Caiet. Soto. Sanchez. Molina. Prima conclusio, nulla lex pœnalis, quæ requirit actionem ad sui executionem, siue ex parte iudicis tantum, siue ex parte delinquentis, siue ex parte vtriusque, obligat in conscientia ad sui executionem ante iudicis sententiam: Hanc docet Diu. Thom. 22. quæst. 62. artic. 3. & Caiet. & alij citati in tertia sententia, & Soto, & cum illo citati in sententia secunda, & Sanchez tomo 1. de matrimon. lib. 3. disput. 53. num. 2. vbi multos pro hoc affert, & ait esse communem sententiam, etiam Molina tomo 1. de iustit. tract. 2. disp. 176. §. illud vniuersum, & alij quos etiam citat Salas vbi supra. Probatur autem conclusio efficaciter à M. Soto. Primo, nam lex debet esse suauis, & acommodata naturæ humanæ, sed si obligaret ad exercendam pœnam delinquentem, in se ipso esset rigida, & intollerabilis, rgo non est dicendum sic obligare. Minor est certa moraliter, & natura quidem ipsa abhorret, vt quis in se ipsum propijs manibus pœnam inducat. Maior vero habetur, in capit. cur autem lex, distint. 4. & capit. alligant 26. quæst. 7. & nos supra docuimus legem debere esse regulam suauem, & acommodatam moribus hominum, nec valet solutio Salas, quod etiam natura abhorret ferre pœnam post iudicis sententiam, vt verbera mortē pecunias, &c. Nō inquam valet, quia hæc abhorret natura secundum sensum, quatenus pœna est de his, quæ nobis nollentibus accidunt, vnde ex natura sua, pœna dicitur in voluntaria, non autem est contra naturam rationalem, & rectum dictamen, quod Reus pœnam à iudice inflictam subeat, esset autem, quod ante sententiam ipse illam sibi infligeret, tanquam tortor sui. Conf. & explicatur, nam ex equi pœnam, est actus proprius iudicis, aut ministri publici, cum lex ex se sit mortua vitaque iustitiæ illius sit iudex, qui propterea dicitur lex animata. ab Aristotel. 5. ethi. Sed nullus potest esse iudex in causa propria, imo & in physicis esse agens, & patiens non compatitur, ergo nullus tenetur exequi pœnam in se ipsum ante iudicis sententiam. Secundo probatur conclusio. Pœna exequi non potest in Reum, non exauditum in iudicio, crimine eius probato, ergo non statim crimine comisso, antequam ad iudicem defferatur tenebitur subire pœnam. Consequentia patet, & antecedens probatur primo, Ioann. 7. vbi Nichodemus ait, numquid lex nostra iudicat hominē, nisi prius audiuerit ab ipso, & cognouerit, quid faciat, & Actor. 16. conquæritur Paulus. Cessos nos publice indemnatos homines miserunt in carcerem, &c. & capit. 22. si hominem Romanum, & indemnatum, licet vobis flagellare, & idem capit. 25. idem habetur in iure canonico, & ciuili, capit. inter quatuor, de maioritat. & obedient. & capit. nos in quenquam, & capit. iudex 2. quæst. 1. capit. non oportet, capit. habetur, capit. qui acusare, capit. absens vero 3. quæst. 9. & Clementin. Pastoralis, §. cæterum de re iudicata, & capit. 1. de causa possessio. & proprietat. habetur illa celebris sententia Gregor. Magn. nec nos contra in auditam partem aliquid possumus deffinire, & lege absentem, C. de acusation. & lege si condam. C. ad leg. Iul. de adulter. de quo videatur Vlpianus, lege in auditum, ff. ad legem Martianus, lege 1. ff. de requir. Reis. Ratione autem probatur antecedens, quia Reus poterit in iudicio allegare ignorantiam, infirmitatem, vel passionem, vel grauissimam ocasionem, vt in toto, vel in parte absoluatur à pœna, nec valet solutio. Quam adhibet Salas hæc necessaria esse, vt pœna in foro externo, & iudiclali pœna imponatur à iudice, non autem, vt Reus illam sub eat per se ipsum, qui certo scit se comisisse crimen, ad quod

Impug.

Ariſt.

Ioan. 7.

Act. 16.

Act. 22. & 25.

Vlpian. Marcian.

Solutio.

Solutio.

quod probationes, non sunt necessa-- riæ. Non inquam valet, quia cum lex in- communi feratur, nec particulares cir-- cunstantias, potuerit prospicere, ideò ad iudicem decretum est causam deferi, vt examinata, & omnibus pensatis, ferra- tur sententia per quam Reus teneatur, subire pœnam taxatam in lege. Quare au- tem, hæc ratio, non currat de pœna pu- re priuatiua examinabitur statim. Ter- tio probatur, quia aliàs, qui committe-- ret crimen sine testibus, teneretur sub ire pœnam. Consequens est falsum, quia efe- ctus legis, non transit limites sui fori ex- terioris, vt ad occulta possit extendi, & quia etiam hoc esset obligare Reum, vt se proderet, & manifestaret per pæniten-- tiam, contra illud Chrisost. homil. 32. su- per, ad Hæbr. Non tibi dico, vt te prodas in publicum, nec vt te apud alium accu- ses. Sequæla vero probatur, quia testes, non sunt necessarij, nisi propter iudicium: ergo si ante iudicium obligat pœna legis, etiam sine testibus obligabit. Si respõdea- tur, cum Salas, quod si est periculũ se ma- nifestandi, non obligat pœna, sed si omi no crimen sit occultum, & sine periculo manifestationis. Contra quia vt diximus, si est occultum transcendit limites legis. Et secundo, quia regulariter est tale pericu- lum manifestationis: ergo ad illud, nõn o- bligat lex, patet consequentia, quia lex est de his, quæ regulariter contingunt, & non de casu particulari, si ergo regulari-- ter est periculum manifestationis, & cum tali periculo lex non obligat, absolute, di cendum est ad illud non obligare, quia il- lud, sine periculo, non manifestandi se ip- sum, non est regulare, vt cadat sub lege: Quapropter Authores quartæ sententiæ, adhoc non attendentes, dixerunt tales le- ges pœnales, nõ obligare ante iudicis sen tentiam regulariter, propter argumẽta po sita, benetamen aliquando. Hoc male dixe runt, quia lex est de regulariter contingẽ- tibus, quapropter si regulariter, non tenẽ- tur absolute non tenentur, quia lex nõ o- bligat ad casum particularem, nisi inquã- tum fertur pro casu regulariter contingẽ- te. Etsi contra prædicta facias arg. quia etiam ante iudicis sententiã, tenetur quis restituere secluso periculo infamiæ: ergo etiam soluere pœnam, cum per legem pri- uetur ipso facto tali re, quam iubetur so- luere in pœnã. Respõdetur negãdo conse- quẽtiã, quia restitutio est rei alienæ, per pœ nã autẽ priuatur re propria. Vnde maior rĩ gor est obseruandus in reditione rei alie- næ per restitutionem, quam in reditione rei propriæ, per solutionem pœnæ.

Impug.

Chrisost.

Solutio.

Impug.

Obiectio.

Solutio.

Secundá conclusio, leges puræ pœna- 2.*Concl.*
les Ecclesiasticæ quales sunt censuræ late *Cai.*
ipso facto incurrendæ, ante omnem sen- tentiam iudicis incurruntur. Hanc tenet Cai. & Authores tertiæ sententiæ, imò est communis omnium, & patet ex capit. non dubium, de sententia excommun. & capit. 2. de Cleri. non ordin. & capit. significa- sti, 1. de homici. & capit. his cui, de sentẽt. excommun. in 6. In assignanda autem ra- tione, quare aliæ pœnæ requirentes actio nem, non incurrantur ante iudicis senten- tiam excommunicatio autem, & aliæ cen- suræ Ecclesiasticæ, statim ipso facto incur rantur, maxime laborant Authores. Mul- tis autem omissis præcipua est, quam as-- signat Caiet. quia cum huiusmodi actionem non requirant, non est necessarium sen- tẽtiã interuenire, quæ habet rationẽ actio nis applicantis pœnam, sine actione enim, cum sint pure priuationes incurruntur, so- lum per quasi suspensionem ipsius legis. Hæc autem ratio non currit de alijs pœ- nis requirentibus actionem, cum enim me dia actione pœna debeat applicari, non incurritur, nisi actione interueniẽte, actio autem per quam applicatur est sententia iudicis. Secundo inquit Caiet. istæ pœ- næ præcipuè inter alias sunt medicina- les in bonum ipsius delinquentis ordina- tæ, quapropter, vt morbo prouideatur o- portet statim incurri.

Tertia conclusio, etiam aliæ pœnæ, 3.*Concl.*
quæ non sunt censuræ si in pura priua-- tione consistunt, nec actionem aliquam necessariam important, etiam incurrun- tur ipso facto ante sententiam iudicis, (verbi gratia) priuatio vocis activæ, & passiuæ, inhabilitas ad matrimoniũ, prop- ter delictum, & alia huiusmodi, qua-- rum quidem eadem est ratio. Nec va-- let differentia assignata à Soto, quod per *Solutio.*
censuras priuatur bonis Ecclesiæ: Vndè *Soto.*
ab Ecclesia statim, non auditus potest pri- *Impug.*
uari, per istas vero pœnas assignatas pri- uatur bono particulari ipsius delinquen- tis, vndè ex audiri debet in iudicio, vt istis priuetur, non in quam valet hæc differentia. Quia etiam per excommu-- nicationem priuatur bono proprio, vt est communicatio ciuilis, imò & ip-- sa voce activa, & passiua. De qua mo- do disputamus: Vndè nostra conclu-- sio contra Soto est communis, & proba- tur efficaciter ex iuribus adductis in quin to loco, pro prima sententia, quæ ipso fa-

sto declarant incurri prædictas pœnas.

Lorca. Et ex opposito, vt bene inquit Lorca, multæ electiones, pro indignis sequærentur in vniuersalitatibus, nec potest dici tales pœnas in vniuersitatibus esse reuocatas, cum in omnibus oppositionibus, hæc statura lgantur. Vndè oppositum potius est corruptela, quam abrogatio legis.

Obiectio. Neque etiam currit argumentum, quod scolaris, si non ferat votum manifestabit suum delictum, & ad hoc non tenetur duro à iudice, non condemnatur.

Solut. Respondetur enim, quod nihil interest scolari sufragium ferre, & potest de facile causa nolle ferre sufragium,

Obiectio. sine nota infamiæ. Et si adhuc instes, quod interrogatur de impedimentis, ad sufragium, & non potest, sine infamia confiteri delictum, propter quod voto

1.Solutio. priuatur. Respondetur, quod non interrogatur, nisi accedens ad ferendum sufragium, & potest ille sciens esse priuatum voce actiua, non accedere. Etsi accedit non mirum, quod sua culpa, inter trumque perplexus maneat, aut committendo periurium, aut incurrendo infamiam. Aut si vellis. Dicas cũ Vazquez, & Salas, Sua

2.Solutio. Vazquez. Salas. Suarez. Medina. rez, & Medina, quod cum non solum de hoc, sed etiam de multis alijs conditionibus requisitis ad electionem interrogetur, poterit fateri, aliud impedimentum, non infame, vt sic habeat occasionem ferendi sufragium, nec hoc erit mentiri, quia quod formaliter intendit à summens iuramentum, est habilitatem, aut inhabilitatem scolaris ad sufragium inquirere. Vnde si ipse aliqua via inhabilitatem declarat, hoc sufficit ad intentum formaliter à summentis iuramentum. Aut aliter

3.Solutio. dicitur, quod si crimen est occultum, non tenetur respondere de illo, & sic non est periurus, teneturtamen semel negato crimine occulto, bono modo fugere ne sufragium ferat, cognoscens ipse se esse priuatum voce, & aliàs tenebitur restituere damnum subsequntum. Idem dicendum est, de pœna infamiæ, quam quis incurrit, etiam ante iudicis sententiam, propter violationem iuramenti promissorij, vt

D. Thom. Castro. Andrian. Ioa. Med. docet Diu. Thom. 2.2. quæstio. 98. art. 3. ad 3. & Castro, vbi supra, & Adrianus, in 4. quæstio. de Iudo, & Ioann. de Medina, Codice de restit. quæstio. 1. §. ad propositum igitur.

4 Concl. Quarta conclusio, pœne ieiunij, vel absolute non commedendi, aut non exeundi de carcere, vel domo, de vel ex ciuitate, non incurruntur ante iudicis sententiam, quia licet in apparentia videantur priuatiuæ pure, in re tamen aliquam actionem, vel quasi actionem, si non physicam exteriorem, tamen moralem interiorem includunt, important enim huiusmodi pœnæ aflictionem, vel dolorem, & etiam voluntatem liberam talia subeundi, quæ durum esset ante iudicis sententiam, aliquem teneri, habere, vel suferre: Quapropter licet, hæc videantur eiusdem rationis cum positis in tertia conclusione, tamen re vera sunt eiusdem rationis, cũm pertinentibus ad primam conclusionem.

Ad loca iuris allata pro prima sententia respondetur. Ad primum quidem locum dicimus, quod Lorca hic absolute asserit teneri ad beneficium renuntiandum, Nauarrus autem in summa, capit. 23. & cap. 67. & Sylvester, verbo, asinus, quæstion, 5. Asserunt teneri ad renuntiacionem, si lex dicat, ipso facto manere priuatos beneficio. Nos autem iuxta primam conclusionem dicimus, huiusmodi pœnam non incurri, nec teneri ad renuntiandum beneficium, quia illa lex imponit pœnam requirentem actionem renuntiandi ex parte delinquentis, quapropter ante sententiam iudicis, non obligat, vt asserit Couarruuias, 2. part. de matrimon. cap. 6. num. 8. & Soto, 1. de iust. quæstio. 6. art. 6.

Ad 1. arg. 1. Sent. 1. Solutio. Lorca. 2. Solutio. Nauarro. 3. Solutio. Vera. Couarr. Soto.

Ad secundum locum ex Pio Quinto, respondetur illam pœnam positam, pro non recitantibus, de non percipiendis fructibus, obligare ante iudices sententiam, quia est pure priuatiua, non requirens aliquam actionem, non enim pœna est ad restituendũ, sed ad nõ percipiendum fructus, vt patet ex textu, sic dicente, non faciat fructus suos, ad non faciendos autem fructus suos nulla actio requiritur. Si autem ante diem omissionis horarum, iam perceperat fructus correspondentes, illi diei etiam tenetur illos restituere, tanquam non suos, quia vel non acquisiuit dominium, ante talem recitationem, vel illud acquisiuit conditionaliter, si tales horas recitauerit, quia licet ante Concilium, vel Constitutionem Pij Quinti, alio titulo illos fructus obtineret vt suos, tamen in pœnam ponitur, non recitanti, vt nullo modo faciat illos fructus suos.

Adz. arg.

Ad tertium locum, de faciente absentiam à sua Ecclesia, qui punitur priuatione fructuum, respondetur, eodem modo priuari ante aquisitionem illorum, vt

Adz. arg.

non

non faciat illos suos.

Ad 4. arg. Ad quartum locum respondetur, similiter pœnas illarum legum pure priuatiuas, obligare ante iudicis sententiam, non autem illas, quæ actionem requirunt ad sui executionem.

Ad 5. arg. Ad quintum locum de pœna priuationis vocis activæ, & alijs inhabilitatibus contractis in pœnam peccati, diximus in tertia conclusione.

Ad 6. arg. Ad sextum locum iam diximus, solutione ad primum locum.

Ad 7. arg. Ad septimum locum respondetur, inhabilitates ibi positas ad obtinendum beneficium, habere executionem, ante iudicis sententiam, priuationes autem beneficiorum, vel officiorum, quæ iam præhabentur, non obligare, vsque post sententiam iudicis, quia semel habita dimitti non possunt, nisi per actionem requirentem talem sententiam.

Ad 8. arg. Ad octauum respondetur, cum
1. Solutio. Medina, & Corduba, illas leges volen-
Medina. tes obligare in conscientia, ante sententiam, vel non esse iustas, vel vsu non esse receptas, vel de suetudine euanuisse, & iuramentum tantum esse de illis seruandis quatenus sunt in vsu. Aut vero dici-
2. Solutio. tur, cum Couarruuias, Simancas, Soto,
Couarr. *Simancas.* *Soto.* Lopez, & alijs, illas leges obligare ex vi
Lopez. pacti, cum hoc enim pacto ex vi iuramenti, illæ leges obligant ad restituenda munera recepta, etiam ante iudicis sententiam. Aut tertio dicitur, illas leges,
3. Solutio. nullatenus obligare ante sententiam iudicis, iuxta doctrinam traditam, etiamsi ipsæ leges contrarium asserant, quia legislator, illud potuit sic proferre ex sententia aliorum, qui tenent huiusmodi pœnas obligare posse ante iudicis sententiam. Res tamen manet in sua veritate, vt secundum veriorem nostram sententiam asseramus, illas pœnas actiones requirentes, non obligare ante sententiam iudicis.

Ad 9. arg. Ad nonum locum respondetur, in illis legibus pœnalibus duo contineri. Primum est priuatio dominij bonorum. Secundum autem est applicatio illorum fisco. De isto secundo, quia in actione consistit, dicimus: nullatenus hæreticum, etiam exteriorem teneri reddere bona sua fisco, ante iudicis sententiam, sed illa recte posse retinere. Hoc tenent omnes communiter Solo excepto Castro, quia licet alleget pro sua sententia Felinum, in
Soto. *Castro.* *Felin.* capit. 1. de constitution. à numer. 44. &
Abbatem. Abbatem, in capit. Canonum, de constitution. & Antonium Gomez, tom. 3. *Ant. Gom* opusculorum, capit. 2. oppositum tamen amplexati sunt alijs in locis. Et nostra sententia probatur clare, qua iniquissima esset, lex ad id obligans, cum ex hoc sequæretur manifestatio criminis, & propria infamia, quod vt diximus natura abhorret. Item durum esset, non relinquere locum, vt ante publicitatem delicti, Reus peniteret, sine amissione bonorum. Item, quia nulla lex designari poterit hoc præcipiens, imò omnes leges disponentes de amissione bonorum hæretici, supponunt spoliandum fore, per fiscum interueniente sententia, vt patet, ex capit. vergentis, vbi dicitur, cum hæreticis pœnitentibus misericorditer posse agi, relinquendo eis omnia, vel partem bonorum, ad hoc autem, non maneret locus, si statim, atque peccarunt tradidisset bona sua. Item capit. si qui, conceditur præscriptio bonorum hæretici, si retineantur bona fide ab hæredibus, per quadraginta annos, quod etiam locum non haberet, si non supponeretur mansura bona, aput delinquentem, vsque post sententiam: Quapropter sequitur, nec etiam fiscum posse recipere talia bona, ante sententiam, etiam si sciat delictum, aut etiam si tradantur ei à delinquente, quia non sunt sua, vsque post sententiam. Præcipue autem hoc est manifestum, ex illo capit. cum secundum leges, de hæret. in 6. vbi sic dicitur, bona hæreticorum, ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata, confiscationis tamen huiusmodi executio (scilicet ipsorum bonorum occupatio) fieri non debet per Principes, aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papæ prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. Hæc Boniffatius Octauus, quid clarius ad nostram sententiam. Nec valet solutio Castro, per hoc decerni fiscum, non posse tollere à Reo, *Solutio.* talia bona, nisi per sententiam, non autem, quod ipse Reus, non teneatur illa reddere. Non inquam valet, quia vt diximus *Impug.* hoc rigidissimum esset, & contra communes regulas iuris, quod leges pœnales magis sint interprætandæ. Et item esset contra communem vsum, quia nemo talia bona reddit, nisi per sententiam coactus, imò regula firma debet esse, quod quando à iure permittitur retentio

bonorum, quibus per ipsum iure priuatur, non tenetur quis in foro conscientiæ illa reddere, durante permissione in foro exteriori. Dixi de bonis, quibus per ipsum ius priuatur, quia si aliàs iure naturæ priuatus est, permissio legis in foro exteriori, non facit, vt in foro conscientiæ retineantur, vt contingit indeceptione iusti precij citra medietatem, permittitur quidem à lege in foro exteriori, tenetur tamen illud restituere in foro interiori, quia ex iure naturæ, tamquam alienum illud retinere non potest.

Dub. Difficultas autem maior est de amissione dominij talium bonorum: vtrum amittatur statim commisso crimine, an vero, etiam expectandum sit, post sententiam iudicis, vt per illam tali dominio priuetur. Partem enim negatiuam, tenet Soto, 1. de iustit. quæstio. 6. artic. 6. & Corduba, libr. 1. quæstio. 36. Almain, in 4. distin. 15. quæst. 2. Syluester, verbo, hæreticis, 1. quęstio. 8. & verbo, pœna, quęstion. 25. & verbo, assasinus, quæstio. 5. Victoria, relectio. 1. de in dis. à numer. 8. Simancas in institutionibus Catholicis, cap. 9. Nauarro, in summa, capit. 23. numer. 66. & Lorca, disputatio. 24. membro 2. & Vazquez, hic loco supra citato, dominium quidem non amitti, sicut nec possessio, vsque post sententiam iudicis.

1. Sent. Soto. Corduba. Almain. Syluester. Victoria. Simancas. Nauarro. Lorca. Vazquez.

2. Sent. Caiet. & Thomistarum. Oppositá tamen sententia affirmatiua, quod dominium bonorum ab hæretico amitatur, est communior, & illam tenet Caiet. 2. 2. quæstion. 62. articul. 3. & ibi Thomistæ, & iuxta à nobis prædicta, videtur necessario tenenda. Primo, quia carentia dominij, est pura priuatio, nullam actionem reqnirens: ergo iuxta prædicta incurritur, ante iudicis sententiam. Secundo patet, ex lege illa, quarta partitæ, quæ prohibet hæreticum, bona sua alienare, statimque subdit: *Mager, que fuesse la tenencia de los bienes à la fazon: pero perdido auia ya el dominio por su maldad.* Nec valet solutio Lorca, quod loquitur improprie de dominio, quia tunc illa lex non staret, cum lege secunda, in qua dicitur: *E todos sus bienes deuen ser de la Camara del Rey.* Illud verbum, *deuen ser*, denotat, quod vsque tunc illa bona Regis non erant, & consequenter, quod dominium amissum, non erat. Non inquam valet. Hæc solutio, quia in lege secunda, loquitur de spolio bonorum, & ablationis possessionis illorum, & dicere: *Deuen ser*, est ac si diceret, debent tradi, vtique, quia iam amissa erant, quantum ad dominium, iuxta legem quartam. Tertio etiam patet, hæc sententia ex verbis, dicti capit. cum secundum legem, bona hæreticorum ipso iure decernimus confiscata. quid enim illud verbum (ipso iure) significat, nisi amissionem dominij à tempore commissi criminis.

Solut.

Impug.

Etsi contra hanc sententiam facias arg. quia ex illa sequeretur hæreticum à die commissi criminis, non posse bona sua alienare, quod est falsum, & contra communem vsum: Sequæla probatur, nam rem cuius aliquis dominus non est, alienare non potest, siue per donationem, siue per contractum, vt constat ex definitione dominij, cuius munus est facultatem habere vtendi re in omnes vsus, leges permissos. Ad hoc arg. aliqui concedunt, sequælam: quapropter ex stillo Tribunalis Inquisionis, omnes alienationes factæ à die commissi criminis sunt irritæ, iuxta iura allegata, & in lege ex iudiciorum, ff. de accussationibus, & lege donationes inconcubinam, §. rata, & lege post contractum, & lege final, C. ad legem Iuliæ. Maiestatis. Imò alienationes factæ ante crimen in fraudem fisci, vollens committere crimen sunt nullæ, si probari possunt, & vt nullæ declarantur, vt aduertit Antonius Gomez, tomo 3. opusc. capit. vltim. numer. 5. ex lege fraudem, ff. de iure fisci. Sic tenent multi, quos refert Vazquez, disputatio. 171. capit. 1. numer. 5. & iubat Soto. supra conclus. 4 Corduba, Castro, & Conrado, & Ioannes de Medina, vbi supra. Secundo respondetur negando sæquelam, quia ad valorem contractus, & alienationis, sufficit vsus, & possessio illorum bonorum, secundum leges. etiam si non habeat dominium: ita respondet Syluester, Angelus, & Adrianus, & Simancas, numer. 85. & Victoria, vbi supra. Pro cuius intelligentia, Notandum, non posse esse dubium de alienatione bonorum necessaria, ad congruam sustentationem, non etiam est dubium, de alienatione per donationem, quia sic bona transeunt, cum eodem onere, & idem est, sine damno alicuius manere, aput Reum, & manere, aput eum cui facta est donatio. Difficultas autem solum est de alienatione, per contractum, & venditionem, quam quidem non fieri posse, ait Lorca, disputatione. 24. dub. apendice, quia esset in damnum eius cui fit emptio rei, vel commutati. Soolutio

Obiectio.

1. Solutio.

Ant. Com

Vazquez. Soto. Corduba. Castro. Conrado. Ioa. Med.

2. Solutio.

Syluester. Angel. Andrian. Simancas. Not.

Lorca.

tio tamen vera est, posse hæreticum vendere, vel commutare manifestato vicio rei venditæ, quia tunc scienti, & volenti, non fit iniuria, si crimen, sit publicum, vel in periculo manifestationis: Si autem crimen omnino esset occultum, sine periculo morali manifestationis, tunc non tenetur manifestare vicium rei, sed absolute posset vendere. Multa alia possent tractari de confiscatione bonorum hæretici, sed illa proprium locum habent, 2.2. quæstio. 12. artic. 2. & Suarez, disput. 22. de fide. Sanchez, libr. 2. de calog. cap. 21. Vazquez, hic disp. 169.

Suarez. Sanchez. Vazquez.

Præter pœnam autem confiscationis, alia ponitur pro hæreticis, in capit. absolutos de hæret. videlicet, vt serui vassalli filij, &c. Liberi maneant ab obedientia hæretici, & ista pœna incurritur, ante iudicis sententiam, quia in pura priuatione consistit, nullam actionem requirens. Præcipue, quod hac pœna ponitur pro Potentatibus, quos nemo potest cogere, & ideò necessarium est, vt effectum sortiatur ante iudicis sententiam. Verum est, quod si ipsi sua sponte vellint manere subiecti, hæreticus potest in illos dominari, sed si vellint dominium subter fugere, manent ipso iure liberi.

De lege etiam, non redendi depositum hæretico, aliqui dixerunt depositarium teneri, non redere hæretico, sed fisco, veritas tamen est. Teneri redere, quousque condemnetur, quia non redere est cõtra iustitiam, per legem autem solum absoluitur à fidelitate. Vndè ex iustitia tenetur redere.

De confiscatione autem, bonorum pro alijs criminibus, vt in lege pro ancillis ponitur, hæc pœna, pro nefarijs nuptijs, & in cestuosis, & in lege incestæ, ff. de ritu nuptiarum, & similiter pro peccato contra naturam, & similiter, si rapta nubat raptori, & similiter, qui merces occultas defert, similiter, qui crimen lesæ maiestatis committit, posset resolutio tradi, sicut de confiscatione hæretici bonorum. Verius tamen dicitur huiusmodi ante sententiam iudicis, nec possessionem, nec dominium amittere, sed de hoc locis citatis.

Ad primum argumentum, pro quarta sententia respondetur, quod licet legislator posset obligare ad pœnam ante iudicis sententiam (quod modo non determinamus, res enim dubia est, cum illud, vt diximus natura abhorreat, maximeq; rigidũ sit, & leges debeant esse suaues naturæ moribus que conformes,) tamen non censendum est obligare, nisi expresse à legislatore, hoc ponatur in lege, quæ autem verba requirantur ad hanc expressionem dicetur solut. ad vlt. quia de facto existimo nulla verba esse posita, quæ ad id valeant obligare.

Ad 1. ar. 4. Sent.

Ad secundum argumentum respondetur, quod licet moraliter sit maius, illud priuatiuum, quam positiuum absolute loquendo, tamen ex modo plus est, & maior obligatio, ad illud minus positiuum exercendum ab ipso Reo, quam ab alio pati, illud maius negatiuum, quia vt diximus natura non abhorret istud, sicut illud.

Ad 2. ar.

Ad tertium argumentum respondetur, ad præscriptionem, non requiri aliquam actionem spoliati dominio rei, sed nihil ipso agente aplicatur res, per legem illi, qui possidebat per tempus à lege perscriptum. Vndè non est eadem ratio, atque pœna consistente in actione exercenda ab ipso Reo, vt sæpe diximus.

Ad 3. ar.

Ad quartum argumentum respondetur, potestatem legislatiuam Dei esse supremam. Vnde imittari potest, sed non adæquari, vt si Deus illud præcipiat, etiam homo, aut dicitur, quod licet legislater humanus possit id præcipere de facto ex venignitate non præcipit, nec sunt verba sufficientia. vt videbimus, ex quibus colligatur, de facto illud sic præcipere.

Ad 4. arg.

Ad quintum argumentum respondetur, non importare inconuenientia prædicta, quod iudex inferat pœnam, sicut quod lex inferat ante sententiam iudicis, quia quod iudex inferat, non est Reum agere, ad sui punitionem totaliter, sicut si lex sine sententia talem pœnam exequeretur. Ad conf. respondetur, quod lex intendit euitare delicta in foro exteriori, & ad hoc facit sententia iudicis exequens pœnam legis, quod autem iudices sint negligentes in pœnis exequendis est, per accidens.

Ad 5. arg.

Ad sextum argumentum respondetur, quod etiam si in lege ponatur illa particula ipso facto: nihilominus non obligat ante sententiam iudicis subire pœnam. Si autem dicas, vt in argumento, quia superfluo poneretur illa particula. Respondeo, illam poni ad hoc, vt sententia iudicis retrotrahatur, vsque ad tempus commissionis criminis, vt ex tunc infligatur pœna à iudice, vt dicitur in illo capit. cum secundum leges, sed quid si in ipsa lege addatur, ipso facto, ante vllam sententiam,

Ad 6. arg.

tiam,vt capit.pro humani , de homicid. in 6. Respondetur per illam particulam excludi sententiam condemnatoriam , non autem declaratoriam , non enim requiritur à iudice pœnam taxari , nec in eius arbitrio relinquitur , iam enim lex habet illam taxatam : requiritur tamen declaratio iudicis commissionis delicti, & contra legem incurrisse,quaproter sententia declaratiua criminis, licet non pœnæ est necessaria , ad pœnæ executionem , vt explicat Glossa , Ioann. Andræas , Ancharranus , Geminian. Franchus ibi , Tabiena , Armilla , Angelus, Sylvester , Alexander, & Immola, & alij,quos citat Azor tom. 1. libr. 5, capit. 7.quæstion.6. sed quid est dicendum , si addatur in lege , etiam antè omnem declarationem: Ad hoc Sylvester,Corduba,& Soto. & Suarez, libr. 5. de legib. capit.8.numer.19.asserunt, tunc obligare ante iudicis sententiam pœnam , etiam si actionem requirat.Oppositum tamen, docet Couarruuias,in 4.decreta. 2. part. capit.6.§.8.numer. 10. Didacus Perez, Henrriquez,& Læsius , & Vazquez, disputatio. 168.cap.4.& alij,quos citat , & sequitur Salas. hic disputatio. 15. sectio. 3.& illam amplector , quia suauior est. Restat autem explicare , quid addat illa particula , ante omnem declarationem,supra alteram ipso facto? Respondeo solum addi illam particulam, ad maiorem explicationem , & facit sensum,quod ipso facto ante vllam declarationem pœnæ, per declarationem tamen delicti , illam pœnam esse infligendam . Etsi adhuc arguas , cum Suarez , quia quando additur altera particula,ad maiorem explicationem præcedentis ,debet esse sinonoma cum illa , sed illa particula, ante declarationem , non est sinonoma cum illa, ipso facto : ergo aliquid addit,& non est tantum ad maiorem explicationem prioris . Respondetur , verbum sinonomum , cum sit eiusdem significationis potius regulariter, non magis explicare , quapropter ad maiorem explicationem potius debent addi, verba non sinonoma, secundum significationem logicam , licet debeant habere, eandem significationem moralem , eiusdem effectus,vt sic magis explicite vna, quam altera particula,idem habeat explicare,quapropter,si multæ sunt leges(quas adducit Vazquez)continentes,hanc particulam ante omnem declarationem, quæ quidem ante sententiam iudicis habent obligare , non ideò est , quia hanc particulam contineant,sed ex alio capite,ex prædictis,id habebunt.Quę ergo verba erunt necessaria , vt sciretur legem ante iudicis sententiam obligare? Respondeo,requiri verba,quæ id expresse asserant,vt (verbi gratia)si diceret lex priuans beneficio in pœnam,quod teneatur in conscientia, illud dimittere,aut dicat non posse absolui,nisi dimittat,aut dicat beneficium , eo ipso vacare,vt in cap. dudum, 2. de elect. cum quis recipit secundum beneficium incompatibile.In extrauag. vero ambitiosæ,de reb.Eccles.non alienandis,non dicitur absolutè,beneficia absque declaratione vacare,sed additur,vacare censeantur,quia iam manet subiectus vacationi, per sententiam tamen iudicis. Ex dictis sequitur , quid sit dicendum , de legatis testamentorum,vbi dicitur priuare legatarium legato , si id non faciat , tunc quidem legatum,non valet , & in conscientia tenetur legatarius,illud dimittere,quia illud non est in pœnam , quæ debeat expectare sententiam iudicis , sed est donatio sub conditione: Vndè conditione non posita ,donatio non tenet,nec dominium transfertur , ita Medina . & Nauarro. In pœnis autem collexiorum , quod qui tale fecerit collexio priuetur, & alia huiusmodi , non statim obligant ante sententiam,quia sunt pœnæ, licet appareat conditio , tantum ad obtinendum , vel retinendum collexium : ità Nauarro. In contractibus,autem conditionalibus , si conditio ab altera partium , non obseruetur, Aliqui asserunt teneri in conscientia statim. Alij, quod tenetur, si altera pars reclamet . Certum autem est,non teneri,nisi facta reclamatione , & condemnatione coram iudice , alias enim altera parte, non reclamante coram iudice , censetur consentire in contractum , etiam conditione non seruata:ita Nauarro , Couarruuias,& Vazquez,& alij quos citat Salas,vbi supra.

1.*Solutio.* *Glossa.* *Ioan.Andræas.* *Ancharr.* *Geminia.* *Franchus.* *Tabiena.* *Armilla.* *Angelus.* *Sylvester* *Alexan.* *Immola.*

2.*Solutio.* *Couarr.* *Perez.* *Henrricus* *Læsius.* *Vazquez.* *Salas.*

Obiectio. *Suarez.*

Solutio.

Dub.

Solutio.

Corol.

Medina. *Nauarro.*

Nauarro. *Couarr.* *Vazquez.*

Dub. XI.

Vtrùm Reus pœnalis legis , iam accusatus , iuridicèque interrogatus , negans commissionem criminis,teneatur in cõscientia soluere pœnam

pœnam sententiæ ferendæ, si crimen esset confessus, etiam si sententia propter sui negationem non sit lata?

1. Sent. Soto. IN hac re est prima sententia, Soto vbi supra in illo casu Reum teneri soluere pœnam fisco, nam ex iustitia tenebatur confiteri, & in iuste facit negando, ex iustitia autem oritur obligatio restituendi. Nec valet solutio, quod tunc fisc is, tantũ habet ius ad rem, & non in re, nisi media te sententia iudicis. Nõ inquam valet, quia etiam violatio iuris ad rem obligat ad solutionem, vt qui violat ius oppositoris ad Cathedram, aut etiam qui ledit ius pauperis ad elemosinam.

2. Sent. Vera. Bañez. Aragon. Vazquez. Nauarro. Secunda tamen sententia verior, & magis pia, asserit non teneri in illo casu ad solutionem pœnæ. Hanc tenet Bañez, 2. 2. quæst. 62. art. 3. dub. 2. con. 6. & Aragon ibidem, & Vazquez, disput. 175. capit. 2. numer. 13. & Nauarro in summa, capit. 18. num. 48. estque communis, & ratio est, quia confessio delinquentis per se respicit iustitiam, & correctionem delicti, per accidens autem sequitur ditatio fisci ex pœnis delinquentium, quapropter illa negatio est contra iustitiam, & iudicium exequendum, non autem contra vtilitatem fisci. Vnde non tenetur restituere. Aut secundo clarius dicitur, per talem negationem facere contra iustitiam legalem, quam directe respicit, non vero contra commutatiuam fisci, cum autem obligatio soluendi non oriatur ex iustitia legali, sed ex commutatiua, ideò in Illo casu, ad solutionem, non tenetur: secus est in ordine ad iudicem accusatorem, vel testes, forsitam enim in ordine ad illos, tenebatur confiteri ex iustitia commutatiua, & tenebitur restituere damnum illis, sub sequutum. De quo 2. 2. loco citato, & materia de Reo, & testibus, vbi agitur si etiam post negationẽm reus teneatur: iterum redire ad iudicium, vt confiteatur, ad talem restitutionem. Ad quod pro nunc existimo non teneri, fisco autem ratione dicta nullo modo tenetur restituere.

Corol. Ex quo sequitur quid dicendum sit in casu, quo quis accusatus iuridice, tabellio precio sumpto abscondit accusationem, propter quod non venit accusatio in sententiam, per quam pœna aplicaretur fisco, vtrum tabellio debeat soluere talem pœnam. Respondetur enim ex dictis solum peccare contra iustitiam legalem sui officij, & non contra commutatiuam fisci, quam non habet, nisi post sententiam: tenebitur autem restituere precium acceptum à reo ipsi, si excedat, vltra debitum parti ipsius tabellionis, hanc enim restituere non tenetur.

Dub. XII.

Vtrùm reus post sententiam, teneatur in conscientia, soluere pœnam taxatam à iudice?

PRO intelligentia notandum, quod hic agimus de pœna requirente actionem, nã de illa, quę in sola priuatione consistit (iam diximus,) etiam ante sententiam iudicis incurri: pœna ergo requirens actionem, est triplex. Prima requirens actionem necessario exercendam ab ipso Reo, vt solutio peccuniæ, & exitus ad exilium. Secunda requirens actionem, quæ vel pro sua libertate, posset exerceri aliàs ab ipso Reo: Aut etiam potest exerceri à iudice, vel ministris eius, vt flagellatio. Tertia requirens actionem violentam ab extrinseco, quam alias libere, & licite Reus, non posset exercere, vt mutilatio, de capitatio, &c. Item illa actio, quæ indifferenter exerceri, potest à Reo, & iudice est duplex, altera est infamis, vt publica cum præcone verberatio, altera non infamis, vt quod quis à se ipso, vel à Prælato recipiat disciplinam, quarum prima communiter fit à iudice sæculari, Secunda vero à iudice Ecclesiastico, licet & iste possit comdemnare ad verberationem primo modo. Nota

Prima conclusio, iudex, siue sæcularis, siue Ecclesiasticus, Bene potest obligare Reum, vt statim pro lata sententia, teneatur in conscientia subire pœnam requirentem actionem, necessario exercendum ab ipso Reo, vt quod statim soluat peccuniam, vel a ciuitate exeat ad exilium: de facto tamen vt communiter sententia profertur, non tenetur statim soluere, nisi pecunia petita, nec tenetur exire 1. Concl.

ad exilium, nisi ei præcipiatur, vt exeat.

1. *Pars est communis.* Prima pars conclusionis, quod iudex possit ad id obligare, est communis, nam cum pœna sit iusta, secundum legem, & iusta in modo exequendi, post sententiam optime poterit iudex ad id obligare. Secunda

2. *Pars cõtra Vazq.* autem pars, quod de facto ad id nõ teneatur, est contra Vazquez, disp. 173. capit. 3. num. 17. qui existimat statim teneri solum prolata, sententia, quia cum sententia sit præceptum legis, iam aplicatum, & declaratum, nihil obest, quo minus statim sententia prolata obliget. Nostram tamẽ

illam tenet Couar. Bañez. partem tenet Couarr. 2. part. de matrim. cap. 6. §. 8. num. 10. & lib. 1. variarum, capit. 2. num. 10. Bañez, 2. 2. quæst. 62. art. 3. con 7. & ratione patet, nã executio sententiæ est actio propria iudicis, aut ministri eius, vt patet ex praxi: ergo expectandum est ad executionem illius, vt redat, & non obligandus est, vt peccuniam, nõ petitam conferat, hoc enim præsumitur ex venignitate iuris, quod iudice non exequente, permittitur non reddere condemnationem, quia licet sententia sit præceptum, debet obligare iuxta naturam talis præcepti, præceptum autem sententiæ est vt petitum à iudice, vel ministro, vt fisco, redat condemnationem, nisi aliàs exprimatur (vt diximus) in ipsa sententia. Verum est tamen, quod reus sententia condemnatus licet possit expectare executionem, non tamen potest interim occultare bona in fraudem fisci, & executionis, quia cum per sententiam translatum sit dominium ad fiscum, tenebitur restituere fisco, si in fraudem eius fiat occultatio, si autem fiscus non petat ipse non tenetur, quia censetur remittere debitum, & tanto tempore transacto si non petatur, potest secundum leges fieri præscriptio, etiam bonorum in quibus fuerat, quis sententia condemnatus, nisi aliàs sit aliqua lex prohibens particulariter præscriptionem in aliquo casu condemnationis, vt vere in aliquibus casibus est lex Ecclesiastica, id prohibens.

2. *Concl.* Secunda conclusio. Bene potest iudex obligare, vt Reus exequatur pœnam requirentem actionem, quæ aliàs libere, & licite potest exerceri ab ipso reo, quando talis actio non est infamis, vt quod ipse sumat disciplinam, quam prælatus ei posset infligere, quando autem talis actio est infamis, vt publica beneratio sufficit Reo sustinere, talem pœnam, nec tenetur, nec potest obligari, vt proprijs manibus, illam exerceat. Prima pars conclusionis, patet, quia sic multoties fit a iudicibus Ecclesiasticis præcipue in Religionibus, & nulla est a ceruitas, aut incõueniens in eo, quod sic fiat, quia non excedit limites pœnitentiæ. Secunda autem pars cõclusionis, etiã est manifesta, quia illa actio infamis reducitur, ad actionem violentam, & est quasi mutilatio. Vndè nou potest obligari, ad illam exercendam proprijs manibus, & contrarium esset à cerusimum, & rigor quem ipsa natura abhorreret.

3. *Concl. contra Cordub. & Victoriael tamen communis.* Tertia conclusio, non potest iudex obligare Reum, vt ipse sibi exequatur pœnam, per sententiam condemnatam, requirentem actionem violentam, vt quod sibi mutilet membrum, vel se ipsum occidat, sed solum tenebitur pati, hæc ab ãlio. Hæc est contra Cordubalib. 1. quæst. 36. ad 3. 2. opinionis, & contra Victoriam, relect. de homi. nu. 30. vbi assentitur Cordubæ sententiæ, tanquam probabili nostra tamen conclusio est communis omnium, & patet, quia licet in substantia illa pœna sit iusta in modo tamẽ esset acerbissima, vt ipse suis manibus, sibi infligeret, talem pœnam. Ex quo sequitur, non esse licitum condemnatum ad venenum, illud sumere, & propinare, satis enim est posse iudicem venenum miscere potui, vel cibo, monendo tamen ipsum Reũ, quod ad mortem sit condemnatus, vt curet de salute suæ animæ, similiter potest iudex condemnare aliquem vt fame pereat subtrahendo illi cibum, non tamen potest Reum obligare, vt etiam præsentato cibo abstineat, vsque ad in hædie mortem.

Dub. XIII.

Vtrùm sit aliqua lex humana irritans actum, vel contractum ante iudicis sentẽtiã, ipso iure?

1. *Sentent. communis Iurisiarũ.* IN hac re est communis sententia iurisperitorum, asserens, quamcumque legem prohibentem aliquem actum, vel contractum, illum irritare, & ipso iure facere nullum, ante sententiam iudicis. Hãc tenet Bald. l. nõ dubium, C. de legib. not. 4. Iasson. glossa, & alij ibidem, & Bart. numer. 38. super eandem legem, Panor. & alij, cap. nulli de rebus Eccles. non alienãdis, Tiraq. & alij quos ipse refert, l. 16. cõ nubiali, glos. 4. num. 5. & 6. Felin. cap. sicut,

Bald. Iaſ. Glossa. Bart. Panor. Tiraq. Felin.

Greg.Lop. Marien. Couarr. Azor. Vazquez. Suarez. Salas.

sut,colum.13.dere iudicata,Gregor.Lopez,l.28.tit.11.part.5.glos.7. Marien. l.1.glos.7.tit.2.lib.5.compilationis,Couarr.cap.quamuis pactum,par.2. §.4.Azor.tom.1.lib.5.cap.16.quæstio.17.& alij,quos citas Vazquez, hic & Suarez, & Salas,disput.13.sect.8.

1. Arg.

Hæc sententia,probatur ex illa lege non dubium,C.de legibus,vbi expræsse dicitur nullum enim pactum,nullam conuentionem,nullum contractum inter eos valere volumus subsequtum, qui contrahunt,lege cõtrahere prohibẽte,&c.& subdit,quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta non solũ inutilia,sed etiã pro infectis habeantur,licet legislator prohibuerit tãtum,nec specialiter dixit inutile esse debere,quod factum est,quæ lex aprobata est, per Greg.Papam,lib.7.registri.in dict.2. cap.7.& refertur, cap.imperiali, 25.q.2. fabet,c.vides,d.10.&c.sacrosancta,de electione,& l.vitę ratione,C.quando prouocare,non est necesse,& l.iuuemus, 28.C. de Sacrosanct.Eccles.& l.cõditiones, ff. de conditionibus institutionũ,& denique tam in iure canonico quam ciuili habentur multæ leges solum continentes prohibitionem,nullo verbo addito irritationis, vel anullationis,cum tamen sint vere irritantes ipso iure.

2.Sent.

Secunda sententia asserit, quod licet multæ sint leges prohibentes, quæ simul sunt irritantes,etiam si solum exprimatur prohibitio,& nulla fiat mentio irritationis,non tamen omnis lex eo ipso,quod sit prohibens, est irritans,quia vt dicitur, capit.ad Apostolicam,de regularibus,multa fieri prohibentur,quæ tamen facta tenent,& multæ sunt leges,quæ prohibentes,non irritant (verbi gratia) prohibitum est matrimonium habenti votum,simplex cãstitatis,factum tamen non irritatur,vt patet,cap.si vir,& cap.vouẽtibus, 27.distin.& alijs iuribus, item matrimoniũ fieri talibus tẽporibus est interdictũ, per legem,& tamen, factum tenet, item vt res die festo, non vendantur, & tamen venditio est valiba. Item patet in contrahentibus habentes cognationem spiritualem,propter cathæchismũ,quorum matrimonium prohibetur,capit. per cathæchismum de cognatione spirituali,in 6. & tamen factum valet, item consecratio Ecclesiæ facta ab alieno Episcopo est prohibita,& tamen rata,ex capit. Episcopus in Diœcesi,7.quæstio.2.item si quis promisit vendere fundum Petro,prohibetur vendere alteri,tamen si vendat factum tenet,item si iurauit,non reuocare testamentum licet teneatur,non reuocare,si reuocat factum tenet, item si vendat rem pro Missam Deo,licet prohibita, tamen venditio est valida. Item si quis post sponsalia contrahat cum alia est validum, licet prohibitum. Item si quis ad ludum prohibitum lucretur pecuniam,vere est dominus illius,vt latè Læsius,lib.2. capit.26. dub.3. Item professio ante annum olim erat prohibita,& non irrita, ex illo cap. ad Apostolicam,item matrimonia clandestina olim erant prohibita, ex cap.cum inhibitio. de clan.sponsa.tamen rata erant vt definit Triden.Sessio.24.cap.1. item acceptio munerum prohibita fuit iudici, cap.statutum,§.insuper, de rescriptis in 6.& tamen erat valida, quousque à nullatur.§.si quid autem,& præcipitur restitutio. Item Sixtus Quintus professionem sine talibus conditionibus prohibet,& irritamdeclarat, Clemens autem 8. prohibitionem confirmauit,& irritationem reuocauit. Vndè vnum non coniungitur necessario alteri in iure. Item qui vouit ingrædi religionem strictiorem prohibetur ingrædi relaxiorem,tamen si in ista profiteatur,factum tenet ex cap.penultimo,de regularibus,in 6. Item rem promissam vni,donare alteri,est prohibitum, & tamẽ validum: & alia multa,quæ à ferri possent. In assignando autem. Differentiam, quæ nam lex prohibens,simul irritet,quæ autem prohibendo,non irritet.

Læsius. Conc.Tri. Sixtus V. Clemẽs 8.

1.Explicatio huius sent. Sylueſter. Panor. Cardin. Clemens.

Authores huius secundæ sententiæ, maxime disident. Aliqui asserunt legem prohibentem absolute, sine à positione pœnæ,talem esse simul irritantem, si autem pœna adatur,non est irritans,ita Sylueſter,verbo,lex,quæstio.28.Panormi. Cardin.Clem.1.de rescript. & alij quos refert Felinus,cap.2.de testibus, & hoc probant ex l.vltima,ff.de repudijs, & l. sanctio,ff.de pœnis,vbi quia ponitur pœna censetur,non irritare,quia non præsumitur legislatorẽ velle duplici pœna grauare,& irritatione,& ipsa pœna superadita. Sed hæc regula firma non est,quiavt constat ex locis adductis in secunda sententia,multæ sunt leges,sine aditione pœnæ,quæ tamen non irritant, & aliæ sunt pœnam imponentes,quæ irritationem faciunt,vt notat Bartolus,l.Prætor, ff.de noui operis nuntiacione,num.3.& patet, cap.2.de testib.& l.iuuemus,§.sane, C. de Sacrosanctis Eccles. & l.1. ff. de his quæ,pro non scriptis habentur, & Trid. sesio.24.cap.1. Vbi postquam irritauit

Impugn. ex Bart.

matrimonium sine parrocho, apossuit pœnas transgressoribus, & in simoni à patet, quæ simul est irritus contractus eius, & pœnæ imponuntur celebrantibus illum, & in electionibus multis irritis à iure, vbi ponuntur pœnæ eligentibus. Nec valet, quod esset vis punire, semel irritatione, & iterum pœna superadita. Non inquam valet, quia sæpe irritatio, non est pœna alterius culpe præcedentis, & sic solum manet pœna superadita irritationi, & etiam, quia non est inconueniens, simul esse duplicem pœnam, propter duplicem culpam occurrentem, alteram priorem, propter quam sit irritatio, & alteram posteriorem superaditam ipsi irritationi.

Obiectio. *Solutio.*

Alij aponunt regulam, quod si lex prohibens habeat causam perpetuam prohibitionis, tunc simul prohibet, & irritat, si autem habeat causam temporalem, tantum prohibet, & non irritat. Ratio eorum est, quia efectus non debet excedere virtutē causæ, si ergo causa est tēporalis, non debet irritare, quia tūc efect⁹ esset perpetuus, & excederet virtutem causæ. Sed hæc etiam regula falibilis est, quia irritatur professio ante annum, & multi actus, & contractus minorum, cum tamen causa minoris ætatis sit temporalis, tempore enim transit illa causa minoris ætatis, & è contra votum simplex castitatis, est causa perpetua prohibendi matrimonium, & tamen non irritatur, licet prohibeatur matrimonium factum.

2. Explicatio.

Impug.

Alij aponunt aliam regulam, quod quando lex prohibet substantiam actus, vel contractus, tunc irritat, quando vero prohibet, tantum circunstantias temporis, vel loci, &c, tunc non irritat, similiter si prohibitio fiat personæ, tunc est irritatio, quia est quasi personæ inhabilitatio. Sed hęc etiam regula falibilis est, quia lex prohibens ferri sententiam, sub conditione, non irritat sententiam, sic latam, & tamen prohibitio est, circa substantiam sententiæ, & circa personam iudicis, illam removendo à iudicio. Item prohibitio matrimonij obstante voto simplici, vel solēni, eadē est ex parte prohibitionis, & tamē vna irritat, & altera non: ergo non attenditur ad prohibitionem, quantum ad substantiam, vel circunstantias contractus. Item prohibitio ludi, est quantum ad substantiam, & non irritat, quia quod lucratur per ludum prohibitum, vere fit eius, qui lucratur, licet detur actio repetendi in tractatum tempus, vt communiter docent omnes Iuristæ, Theologi, & Sumistæ, quos cicat Salas disp. 16. sect. 8. Verū est, quod Diu. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 7. ad 2. & 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. quæstio. 4. ad 2. D. Bona. art. 2. quæst. 1. num. 67. Palud. quęst. 3. art. 5. con. 2. Alensis, 4. part. quæst. 33. art. 5. Sylvester, verb. ludus, quæst. 13. Armilla, num. 5. asserūt illud, quod lucratur, quis per ludum prohibitum teneri dari pauperibus. Cęterum ex hoc non sequitur, non aquisisse dominium, & irritum fuisse lucrum, quia si esset irritum, & non aquisisset dominium, non pauperibus, sed ei a quo lucratus est teneretur restituere, sicut qui lucratur à minori ei tenetur restituere, quia lucrum fuit irritum, & non aquisiuit dominium.

Not. *D. Thom.* *D. Bona.* *Alensis.* *Sylvester.* *Armilla.*

3. Explicatio.

Impug.

Alij aponunt regulam, quod quando prohibitio respicit, tantum personam operantem absolute, tunc irritat, si autem sit in tertiam personā, tunc non irritat, ne sequatur aliquod damnū tertiæ personæ ex irritatione (verbi gratia) clerico prohibetur officium tabellionis, cap. sicut te: Si tamen exerceat tale officium factū tenet, ne sequatur damnum tercio in cuius fauorem exercuit officium tabellionis. Hæc etiam regula firma non est, quia lex prohibens contractū minoris, sine decreto iudicis, & aliæ similes irritæ sunt, & tamen sunt inordine ad tertium, & cum detrimento illius, aut cū commodo. Vnde non attenditur, quod sit incommodum, vel indamnum tertij, vt cō tractus sit irritus. Et manifestius, patet, in lege prohibente aliquem esse tabellionē, sine examine, & lege prohibente clericū esse tabellionem, vtraque enim eodē modo se habet inordine ad damnum, vel cū modum tertij, & prima est irrttans, secunda vero non.

4. Explicatio. *Greg. Lop.*

Alij aponunt regulam, quod si lex sit prohibens in materia taliter legislatori subiecta, vt possit in illa irritationem facere, tunc absolute prohibens, etiam irritat, nisi ipsa, aut alia lex, vel consuetudo, vel manifesta ratio sit ostendens, non fieri irritationē, simul cum prohibitione. Sic docet Baldus, Greg. Lopez, & Azor citati. Sed hæc etiam regula veritatem non continet, quia matrimonia clandestina, ante Concilium Triden. erant absolute prohibita, cap. aliter, 30. quæst. 5. & capit. cum inhibitio, de clandestina desponsatione, & uullibi habebatur illa esse irrita, & tamen irrita non erant: ergo absoluta prohibitio, non facit irritationem, etiam positis illis conditionibus.

5. Explicatio. *Baldus.* *Greg. Lop.* *Azor.* *Impug.*

Alij aponunt regulam, quod lex absolute

6. Explic.

solute prohibens, etiam irritat, non quidē semper in foro conscientiæ, tamen semper in foro exteriori. Sic tenet Mendoza, 1. de pactis, cap. 4. num. 41. Panormit. cap. ad Apostolicam, num. 11. Sylvester, verbo lex 5. num. 18. sic communiter multi Theologi, docent in mat. matrimonij, & de Ludo. & de receptione munerum contra legem, & in alijs contractibus; hæc etiam nulla est, quia vt vidimus, multaquæ prohibent etiam in foro exteriori, non irritant, & alia pure prohibentia, etiam in foro conscientiæ habent irritare.

Mend. Panorm. Sylvester. Impug.

7. Explicatio. Molin. Bart. Impug.

Alij constituunt prædictam regulam, quod lex prohibens, etiam habet irritare, nō quidem ipso facto, sed in potētia, quia taliter prohibita a iudice debent irritari, si ab illo irritabilia sunt, quia in materia Sacramentorum, etiā prohibita si fiāt, à iudice irritari non possunt, quia habent valorem à Christo, requititur etiā, quod transgressio talis prohibitionis, sit grauis, quia alias non tantam pœnam, vt est irritatio meretur: ita tenet Molin. tom. 1. tract. 2. disput. 88. & Bartol. cap. vides, dist. 10. & l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verborum obligat. Hæc etiam regula mentem legis. Nō dubium, non attingit, quia non loquitur de irritatione in potentia, sed in actu, & ipso iure, & qualiter hoc sit: deuemus explicare.

8. Explicatio. Mend. Impug.

Alij tradunt regulam, quod prohibitio, simul sit irritatio, si actus prohibitus, fiat in fraudem legis seruando eius verba externa, & non mentem, contra huiusmodi, enim videtur expresse loqui illam legem. Nō dubium: ita tenet Mendoza, vbi supra. Sed hæc explicatio est contra textum ipsius legis. Non dubium, quia licet prius asserat agere contra eos, qui agunt contra mentem legis, postea autem absolute concludit contra agentes, contra prohibitionem legis. Tandem Vazquez, disp. 164. cap. 3. multa dicit ad limitationem. legis. Nō dubium, ex quibus multa, quæ vera sunt explicabuntur, in resolutione dubij.

Vazquez.

1. Not.

Pro resolutione dubij, notandum primo, esse quidem potestatem humanam, ad irritandum actus, vel contractus iure naturæ non irritos, licet iure naturæ prohibitos, matrimonium enim post votum castitatis simplex, prohibitum est iure naturę non irritum, similiter matrimonium, cum vna post spōsalia, cum altera. Similiter vēditio rei vni, vel donatio, post venditionem factam alteri, licet ei res, non esset tradita. Similiter venditio rei vltra iustum precium, est prohibita, licet non irrita sit, sed ad restitutionem excessus, tantum teneatur. Hæc enim omnia iure naturæ prohibita, & non irrita posset legislator humanus irritare, sicut de facto irritat matrimonium inter consanguineos, cum tamen iure naturæ, tantum esset prohibitum, & non irritum. etiam inter fratrem, & vxorē vt aliqui opinantur. Imò & aliquos contractus iure naturæ, non prohibitos, sed validos, potest lex humana irritare, vt matrimonium clandestinum iure naturæ validum est, tamen iure canonico irritatur in Triden. Sessio. 24. Potest inquam irritare contractus iure naturæ validos permissiue, non autem validos positiue, clandestinum autem matrimonium est validum iuræ naturæ permissiue, non autem positiue.

2. Not. Contra Suarez.

Secundo notandum, irritationem legis positiuæ esse induplici differentia, alia quidem, quæ habet rationem pœnæ alicuius delicti præcedentis, aut etiam lex irritans pœnalis est, quia simul, cum irritatione superadditur pœna contrarium facienti. Alia vero est irritatio, non habens rationem pœnæ, quia nullum delictum precesit, cuius pœna assignari possit, ipsa irritatio, sed tantum est directiua. Hoc notamus contra Suarez, lib. 5. de legib. cap. 28. num. 7. asserentem omnem legem irritantem esse pœnalem, licet oppositum docuisset cap. 19. num. 4. in præsenti ergo, loquimur de irritatiooe non habente rationem pœnæ: vtrum sortiatur effectum ipso iure ante sententiam iudicis, nam de irritatione habente rationem pœnæ, loquēdum est, vt supra de lege pœnali.

3. Not.

Tertio notandum, quod vt patet ex supra dictis, lex est multiplex, alia Canonica, alia Ciuilis, & ista, alia Imperialis, & alia Regalis, & ista, alia Regum, vel Principum subiectorum Imperio, alia vero nō subiectorum, vt leges Hispaniæ, vel Franciæ, vel Siciliæ, insuper in subditis Imperio, aut est contraria consuetudo, vel alius titulus, iuxta supra dicta, vt lex Imperialis, non obliget, aut vero talia non sunt, sed lex Imperialis supra illos retinet suum vigorem.

1. Concl.

Prima conclusio, non omnis lex prohibens, eo quod prohibens, simul est irritans. Hæc est Authorum secundę sententię, & patet ex multis legibus, ibi allatis ex omni iure etiam naturali, prohibentibus quidem & non irritantibus, & in ista conclusione omnes conueniunt, dum enim tot modis conantur limittare illam generalem

lem

lem legem Non dubium. Consequenter docent non vniuersaliter omnem legem prohibentem, simul esse irritantem, quia vel in ipsa, vel in alia lege multoties insinuatur, non fieri irritationẽ, aut vero multoties bono communi expediens, non est irritatio, & lex contra bonum commune (quod respicere debet) nihil debet continere.

2. Concl. Secunda conclusio in iure Canonico, non omnis lex prohibens, simul est irritans, sed solum lex habet irritare, quando prohibet substantiam actus, vel contractus, taliter quod inhabilitatem in personam, vel in ipsam rem videatur verbis legis inducere: si enim solum circa circunstantias, vel accidentia fiat prohibitio, ex quibus inhabilitas, non denotatur, vel aliàs ex ipso iure irritatio, non declaretur, solum est prohibitio, & nõ irritatio: (verbi gratia) quando lex prohibet contractũ designando personas, quæ contrahere debeant, & aliàs contractum facere prohibens, tunc aliàs personas inhabiles reddit, & consequenter contractum irritat, huiusmodi sunt leges assignantes personas capaces testamenti, vel hæreditatis, aut designantes partem hæreditatis, aut designantes, vel prohibentes personas aptas, vel ineptas ad negotia, & contractus, vt minores, & à iudice declaratos prodigos. Quãdo autem non denotatur inhabilitas, sed solum exprimitur prohibitio, circa accidentia contractus, tunc non est irritatio in iure Canonico: (verbi gratia) quando prohibetur contractus nefiat in die festo, vel in Ecclesia. Aut quando prohibetur alicui generi personarum intuitu Religionis liberalitatis, vel alterius extrinseci, vt Clericis prohibetur negociatio, & alia huiusmodi, tunc tantũ est prohibitio, & non irritatio. Not. Notandum tamen, aliquando aliquas apparere circunstantias, quæ tamen ad substantiam contractus pertinent, vt quod contractus tali solemnitate, fiat tali numero testium, &c. Defectu quorum fit irritatio contractus. Quod tamen firmius est in legibus Canonicis, est attendere ad verba ipsius, vel alterius legis, ex qua irritatio, vel non irritatio colligi possit, quia cum potestas legislatiua Ecclesiastica, non sit subiecta imperiali, non est attendendum ad legem illam imperialem Non dubium, sed ex mente legislatoris Ecclesiastici explicatam verbis pensandum est, quando habeat irritare. Neque facit contra hoc, quod Greg. Papa, loco supra citato acceptauerit, illam legem Non dubium, quia Papa loquebatur in casu particulari, de quodam testamento, quod declarabat nullum, ex ratione legis Non dubiũ, quia quæ contra legem fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infestis habenda sunt, nõ autem acceptauit, vel approbauit illam legem Non dubium, pro omni casu, & negotio pertinente ad potestatem Ecclesiasticam. Etsi contradicas, quia leges Imperiales sunt acceptatę in iure Canonico, quando in ipso non sunt statutæ leges contrariæ. Respondetur, ex communi sententia in Ecclesia istam legẽ Non dubium, non esse acceptatam, & vsum esse contrarium, cum multoties in iure Canonico prohibẽdo, simul declaretur, non esse irritũ, quod prohibetur, & quando Ecclesia vult irritare communiter, id exprimit, per verba superaddita ad prohibitionem.

Per quæ verba cognoscatur irritatio in l. Canonica. 1. Sent. Ioa. And.

Quæ autem sint verba, per quæ cognoscatur irritatio in lege Canonica, nõ eodem modo ab authoribus explicatur. Alij qui dicunt, tunc esse irritationem, quando in lege dicitur, si aliter fiat non valeat, sic refert Ioann. Andræas, in glos. super illam reg. iuris, in 6. quæ contra ius fiũt debent pro infectis haberi.

2. Sent. Syluest. Alij dicunt requiri addi verba expressa: dicendo si contra factum fuerit sit irritum, & inane, vel non valeat, sic Syluester, & alij quos refert supra, & patet, ex lege Nõ dubium. Item si dicatur, careat viribus, sic Felinus. Item si dicatur robur, & firmitatem non obtineat, ex cap. decet, §. ordinarij, de immuni. Eccles. in 6. Item si dicatur, locum non habeat, glos. cap. præsenti, de sent. excom. in 6. & Archidiaconus, ibi & Felinus, cap. ad Audientiam, 2. num. 17. de rescriptis. Item quando dicitur eo ipso iure, vel ipso facto, nõ valeat. Item quando lex aufert potestatem alienãdi, vt l. iuuemus, 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Sed de his videatur, latè Salas disp. 16. sectio. 8. nulla enim verba determinata assignari possunt, sed standum est communi intelligentiæ, & practicæ legum.

Felin. Archid. Vera resolutio.

3. Concl. Tertia conclusio in iure Ciuili regnorum, quæ Imperio non subduntur, non eo ipso, quod lex sit prohibens, est etiam irritans, sed tantum illę sunt irritantes, quæ id exprimunt, iuxta tenorem precedentis cõclusionis, quia cum in his regnis lex Imperialis, non obliget, non standum est illi legi Nõ dubium, sed seruanduse st modus prædictus de legibus Ecclesiasticis, licet enim etiã in Hispania habeatur, lex quod vbi iure Regni, nihil est determinatum seruetur ius commune, tamen in hoc non est

acceptata

acceptata, illa lex Non dubium, & practica est, solum esse irritationem, quando in ipsa lege, vel in alia id exprimittur, & idē dicendum est de Regnis Imperio subiectis, quia si in illis non est acceptata, illa lex, vel est consuetudo contraria, idem est atque si subiecta, non essent Imperio talia Regna.

4.Concl. Quarta conclusio, in Regnis Imperio subiectis, non habentibus consuetudinē contrariam, sed in quibus leges Imperiales obligant, dicendum est omnem legem, prohibentem esse simul irritantem. Quia id habetur expresse in illa lege Non dubium. Hanc tenent omnes Authores primæ sententiæ, & Vazquez loco citato, & Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 1. disput. 17. num. 16. Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 16. & illa patet ex locis adductis pro prima sententia: nihilominus, adhuc illa lex Nō dubium in Regnis sibi subiectis habet verum, omnem legem prohibentem, esse simul irritantem, si apponantur aliquæ conditiones, supra positæ, ex Baldo, vt quod prohibitio sit circa rem, quæ quantum ad substantiam sit subdita legislatori humano: nam alias irritationem facere, non potest. Item, quod prohibitio sit circa ipsam substantiam, & non solum circa accidentia, vt supra explicuimus, & itē, quod causa irritationis sit perpetua, istæ enim conditiones necessariæ sunt ad valorem illius legis Non dubium, etiam pro sibi subditis. Aliæ autem explicationes, supra positæ necessariæ non sunt, quia tantus labor erat requisitus, si loqueremur vniuersaliter de legibus: si autem excipiamus leges Canonicas, & Ciuiles, non subditas Imperio, pro subditis sufficiunt prædictæ, vt vniuersaliter lex prohibens sit irritans. De alijs autem dicendum est iuxta prædicta. Plura alia quæ de lege irritante possunt disputari, videantur in Salas, disput. 16. per totam, & Suarez, lib. 5. de legib. cap. 22. nam ad materiam præsentem solū pertinet agere, qualiter lex irritans habeat obligare, etsi prohibitio, & irritatio sint idem.

Vazquez. Sanchez. Azor. *Salas. Suarez.*

Dub. XIIII.

Vtrùm iudex teneatur secundum legem iudicare, pœnamque lege taxatam infligere?

IN hac re, aliqui tenent partem negatiuam, iudicem quidem non teneri exequi pœnam, sed posse illam remittere Reo. Hęc sententia probatur, quia lex pœnalis, non loquitur cum iudice, nec ad illam attendit, sed ad Reum istumque obligat: ergo bene potest iudex in silētio prætermittere talem pœnam. 1. *Arg.*

Secundo probatur, bene potest quis interpellare iudicem pro Reo, rogando illum vt pœnam remittat: ergo iudex potest illam remittere, patet consequētia, quia aliàs peccaret iste rogando, quod alter sine peccato, non posset facere. Antecedens vero probatur, quia viri timorati, & Religiosi, & sancti, id sæpe faciunt, vt patet ex Zozomen. 1. Histo. c. 13. & Nicephoro. 7. Histor. capit. 24. & Casiano, collat. 14. cap. 4. & August. Epist. 54. & cap. 27. & 158. & sic refertur, 23. quæst. 5. capit. 1. de multis Monachis, & sancto Antonio, id fecisse. 2. *Arg.* *Zozomin.* *Nicephor.* *Casiano.* *August.*

Pro intelligentia tamen notandum, primo, hic non loqui de obligatione seruandi legem, & præceptum eius, de hoc enim infra agetur, qualiter iudex, etiam supremus, & Princeps, licet vico erciua nō teneatur, quia à nullo potest compelli, tenetur, tamen vi directiua, quia si lex iusta est continet æquitatem, quam etiam Princeps debet seruare, quod maxime habet verum de legibus, indifferenter latis, quia si solum ferantur pro subditis, vt talibus vestibus sericis, non vtantur, non tenetur Princeps, illud seruare, loquimur ergo de sententia ferenda: vtrum tam Princeps, quam inferiores iudices teneantur iudicare, secundum legem, pœnamque lege taxatam infligere, aut vero de illa possint aliter disponere. 1. *Not.*

Secundo notandum, quod lex positiua, aut potest continere ius naturale, aut vero esse purum positiuum, non loquimur de primo. quia tam Princeps, quam iudex inferior, tenetur conformari iuri naturali, & non potest aliter iudicare, aut ferre sententiam. quam sit in ipsa lege sancitum, loquimur ergo de lege positiua continente, purum ius positiuum. 2. *Not.*

Tertio notandum, legem humanam, esse in duplici differentia, alia quidem, per quam alicui ius, vel dominium, aut peccunia applicatur, & quæ tertiam personam respicit. Alia vero non. Exemplum primæ est in lege præscriptionis transferente dominium, ex vno ad alterū, aut in lege pœnali, applicante peccuniam fisco exemplum secundæ est in lege pœnali (v.g.) de 3. *Not.*

de berberibus,de suspendio,&c. quæ pœnæ tantum sunt in ordine ad Reum, & nullo modo damnificatur tertia persona,siue iudicetur,siue non secundum legem.

1.Concl. Prima conclusio, si lex sit per quam alicui tribuitur ius,vel dominium,vel pecunia ipso iure,tunc non potest iudex etiam Princeps non iudicare,secundum legem(verbi gratia)in casu præscriptionis transacto tempore illius,non potest non applicare per sententiam hæreditatem ei, qui præscripsit,& idem est in alijs casibus similibus. Et probatur,quia supposita lege,iam illa tertia persona acquisiuit dominium illius hereditatis,vel precij:ergo nõ potest etiam Princeps talem legem executioni,non mandare per sententiam. Antecedens patet, quia bene potest Princeps condere leges, & conditiones circa proprietates,& dominia, & possessiones rerum:ergo supposita lege verum dominiũ acquisiuit. Consequentia vero probatur, quia non potest etiam Princeps priuare aliquem dominio suæ possessionis: ergo nec iudicare talem hæreditatem reddire ad priorem,quia tunc esset priuare,secundũ,qui præscripsit dominio,quod ex suppositione legis aquisierat,quod esset furtum,& contra ius naturæ,& in hac ratione loquimur regulariter,nam in aliquo casu raro, posset Princeps propter bonum commune priuare aliquem dominio particulari,sed hoc non esset iudicando contra legem,sed preponendo bonum commune,cuius est custos,bono particulari. Itẽ intelligitur lege stante,& permanente:nã ante completum tẽpus præscriptionis posset legem abrrogare, Aut Petrum ab illa lege eximere,& priuilegiare, & tunc bene posset iudex in quocumque tẽpore iudicare,vt hæreditas reddiret ad priorem dominum,quia numquam,transiuit ad secundum dominium talis hæreditatis, semel tamen secuto efectu legis,secundum illam debet iudicare.

2.Concl. Secunda conclusio,si lex sit per quã alicui tribuitur ius,vel dominium,vel pecunia,non ipso iure,sed per sententiam iudicis,tunc tenetur iudex iudicare secundum legem,ad minus ex iustitia legali, & contra illam peccauit,non sic iudicando, & condemnando Reum(verbi gratia) ad pecuniam tribuendam fisco post iudicis sententiam:itaque ante legem tenebatur, iudex æquitatem naturalem in pœnis seruare, post legem autem tenetur,ex iustitia legali taxatam pœnam per legem, imponere per sententiam,sicut & illam, quã ipso iure incurrerat tenetur declarare per sententiam,vt diximus conclusione præcedenti-Hæc est Diu.Thom.2.2.quæst. 60.art.5.& quæst.63.art.4.ad 3. Aristot. 5.ethico.cap.6.& 3.Polit.cap.10.& Augustl.lib.de vera religione,cap.31. & refertur, cap. in istis, dist.4.& Greg. cap. summopere,11.quæst.3.asserunt enim,iudices non debere de legibus iudicare, sed secundum ipsas. Et ratione probatur,quia lex ante sententiam potius respicit iudicem,quam Reum,quia Reum non respicit nisi mediante sententia iudicis regulariter loquendo,vt supra diximus. Vndè si iudicem non obligaret, maxime ineficax esset in ordine ad suum efectum,quem sine sententia consequi non posset. D. Thom. Aristot. D. Aug. D. Greg.

3.Concl. Tertia conclusio probabile est,quod iudex non ferens sententiam,secundum legem,per quam applicanda erat peccunia, vel alia res fisco,vel tertiæ personæ, non solum peccat contra iustitiam legalem,sed etiam contra commutatiuam: Vnde tenetur restituere tali tertiæ personæ, quod per sententiam fuerat applicandum. Probabilius tamen est oppositum. Prima pars patet ex supra dictis,quia cum tertia persona habeat ius ad rem,etiam peccat contra commutatiuam,qui violat hoc ius, sicut qui impedit eleemosinam pauperi tenetur restituere, vel qui impedit beneficium,aut Cathedram obtinendam ex iustitia,tenetur isto titulo restituere. Secunda vero pars probatur,etiam ex supra dictis de tabellione occult ante accusationem,per quod non fertur sententia, per quam erat pœna applicanda fisco, quod peccat contra legalem,non autem contra commutatiuam,quia illud ius ad rem non est absolute,sed mediante sententia. Vnde,etiamsi post sententiam teneatur applicare tertiæ personæ talem pœnam,quia absolute, iam habet ius ad rem,nõ tamen ante sententiam iudicis,sine qua absolute,nõ habet tale ius.

4.Concl. Quarta conclusio,quando lex est tantum pœnalis,vindicatiua delicti cuius sententia non cedit in commoditatem,vel lucrum tertiæ personæ(verbi gratia,) lex verberandi latronem, vel exilij,vel capitis,tunc quidem ex iustitia legali tenetur iudex,per sententiam exiqui talem pœnam iustam. Hæc patet,quia omitteret talem pœnam,est contra bonum commune, & consequenter contra iustitiam legalem respicientẽ bonum commune,esset enim maximum malum reipublicæ, quod delicta manerent impunita,cum esset occasio moralis

moralis multiplicationis delictorum, & Respublica acquirit speciale ius in delinquentem, vt ab illo summat vindictam iustam per sententiam iudicis.

5.Concl. Quinta conclusio, iudex non potest ampliare per sententiam pœnam legis, & oppositum esset contra commutatiuam, tenereturque Reo restituere, hæc patet: nam Reus non est debitor pœnæ, nisi per legem: ergo tantum est debitor pœnæ taxatæ per legem: ergo iudex ampliando pœnam, contra commutatiuam delinquentis facit, exigendo ab illo per sententiam plusquam debeat per legem, sicut si debitem, quatuor argenteos per sententiam, condemnaret vt soluere octo: verum est hoc esse intelligendum regulariter: nam pro delictis modo regulari commissis taxata est talis pœna: nam si ex circunstantijs, vel modo, maxime, & notabiliter accresceret delictum, in arbitrio iudicis manet augere pœnam, prout expedit ad bonum commune, & exemplum aliorum, secundum prudentiam iudicis, & non ex passione.

6.Concl. Sexta conclusio, iudex potest minuere pœnam taxatam, per l. sine damno tertij, ex rationabili, & iusta causa. Prima pars, quod possit minuere, patet l. quod ergo, §. pœna graui, ff. de his qui notantur infamia. Secunda pars, quod requiratur causa, etiam patet, quia contra rationē legis, & contra bonum commune esset crimen relinquere impunitum, quæ autē causa debeat esse, explicatur à glos. l. quod ergo citata, & Felin. cap. qualiter, & quādo, §. ad corrigendos, de accusat. (verbi gratia) senectus, vel pueritia insufficiens, ad *Felin.* tollerandam pœnam, l. Diuus ex Adrianus, ff. determino amato, l. auxilium, ff. de minoribus, & in pœna pecuniaria est causa paupertas, ex l. illicitas, §. vlt. ff. de officio præsidis. Causa est etiā, modus delicti vt si ex passione, l. absentem, ff. de pœnis. *Adrian.* Dequo videatur ad longum, Tiraquellus *Tiraquel.* tract. de pœnis temperandis. Notandum tamen, non æqualiter istas pœnas posse tēperare Principem, & iudices inferiores: nam inferiores tantum possunt in casibus expressis in iure, vel consuetis, vel per modum Epi Keyæ, quando non est facilis recursus ad superiorem. Princeps vero nō solum in foro exteriori, impune hoc potest facere, sed etiam in foro conscientiæ ex minori causa, quia ipse qui condidit, & potuit, non condere legem, melius poterit in illa dispensare, vel interpretari, cum sui magis notum sit de fine legis, & etiam decet ad Maiestatem Regiam, venigniorē se ostendere, vt animos subditorum, sibi conciliet, & ad bonum commune id expedit multoties, vt si strenus milles, vel rarus artifex sit homicidia sufficiens causa est, vt à Principe absoluatur à pœna.

Ad primum argumentum à principio *Ad 1. arg.* respondetur, quod vt dictum est lex pœnalis immediacius loquitur, cum iudice, quā cum Reo, quia non loquitur, neque obligat Reum, nisi mediante sententia. & exe cutione iudicis, sine qua suum efectum lex non consequæretur.

Ad secundum argumentum respon- *Ad 2. arg.* detur, ex August. supra in ciuilibus, & in quibus interuenit damnum tertij, Sacerdotes, & Religiosos, non debere intercedere cum iudice, sed cum altera parte tertia, vt remittat, vel componatur, quia vt ait Ambros. 3. officio, cap. 9. Si non potest *D. Ambr.* vnisubeniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iubare, quam grauare alterū, quare in peccuniarijs (inquit) interuenire non est Sacerdotis, quia frequenter fieri nō potest, quim alter lædatur: Sacerdotis ergo est nulli nocere, & prodesse velle omnibus, in criminalibus autē, quæ solū sunt inordine ad delinquentem, per inflictionem supplicij, pium est Sacerdotes intercedere, attendendo tamen ad bonum commune, ne ex hoc delicta fiant fræquentiora, vel delinquens maneat, sine supplitio obstinatus: nam si sit incorregibilis, aut scandalosus vitanda est intercessio, vt ait Diu. Thom. 2.2. quæst. 63. art. 4. Si autē res sit dubia, & emenda expectatur roganda est, vt cum illo micius fiat. Hoc enim conforme est rationi, & iuri, ex cap. in pœnis de reg. iuris, in 6. & cap. cū allegatur, 26. quæst. 7. Vbi Chrysostomus, melius *D. Chrys.* est propter misericordiam, rationem reddere, quam propter crudelitatem, potest etiam fieri intercessio intra limites iustitiæ ad diminutionem supplicij, siue in grauitate, siue in modo, siue in tempore, siue in alijs circunstantijs infligendi supplicium, quæ ex voluntate iudicis dependent.

Dub. XV.

Vtrùm in dubio legis, aut præcepti teneatur subditus obedire?

PRO intelligentia huius dubij recol- *1. Not.* lenda sunt, quæ latissimè diximus de

cons-

conſcientia dubia ſupra, quæſt. 19. art. 6. dub. 5. modo enim breuiter procedemus, & reſolutorie, ſolum ad complementum huius materiæ, quoniam loco citato fuſius diximus, omnia neceſſaria ad intelligentiam dubij.

2. Not. Secundò recollenda eſt diſtinctio, ibi poſita de dubio ſpeculatiuo, de re ſecundũ ſe, & dubio practico hic & nunc in ordine ad operandũ omnibus attẽtis quis dubitat vtrũ ſibi liceat, ſic vel aliter operari, dubiũ autẽ ſpeculatiuum oriri poteſt, & ab extrinſeco, & ab intrinſeco, ab extrinſeco enim oritur dubiũ obligationis legis ex falſa præſumptione illius, de quo ſupra egimus, ab intrinſeco autem oritur. Primo ex parte prælati, cum quis rationabiliter dubitat de poteſtate prælati, aut de electione, & confirmatione illius. Secundo ex parte materiæ ipſi⁹ legis, & materię præceptæ, quia licet ſit certus de poteſtate prælati, dubitat tamen, an hæc res præcepta excedat eius poteſtatem, quia eſt res illicita contra legem naturalem, aut diuinam, aut ſupra, vel præter regulam. Tertio ex parte exiſtentiæ ipſius legis, quia licet nõ dubitet de poteſtate prælati, nec quod materia ſit intra poteſtatem eius, dubitat tamen ſi ita eſt, quod ſit lex, & prohibitio talis rei, aut ſi eſt iam abrogata vſu, vel diſpenſatione, aut ſi ex aliquibus circunſtantijs, hic & nunc non habet obligare.

1. Concl. Prima concluſio, ſi dubium ſit de poteſtate prælati, ita vt rationabiliter quis incipiat dubitare, antè quã Prælatus ſummat poſſeſsionem ſedis, non tenetur ſubditus Prælato obedirę, ſi autem dubium oriatur poſtquam poſſeſsionem ſedis acceperit, ei tenetur obedirę. Hæc patet, quia in dubijs melior eſt conditio poſidentis, vt habet ſolemnis regula iuris, ſed in primo caſu poſidet ſubditus ſuam libertatem, & in ſecundo poſidet Prælatus ſuam dominationem: ergo in primo caſu, non tenetur ſubditus obedire, tenebitur autem in ſecundo.

2. Concl. Secunda concluſio, quando eſt dubium de re anſit licita, vel non, aut ſi eſt cõtra regulam, vel ſupra, vel præter illam, ſi dubium eſt rationabile, imò & probabile, tunc tenetur obedire ſuperiori. Hanc ponimus contra Palacios, 3. diſt. 37. quæſt. 7. colum. 24. illam tamen, tenet Caiet. in ſumm. verbo, bellum, & citat pro ſe Auguſt. 23. quæſt. 1. cap. qui culpatur, & Caſtro, 1. de leg. pœnali. cap. 5. documen. 4. & Felinus, & Archidiacho. capit. nam concupiſcentiam, de conſtit. num. 5. Medina, C. de ieiunio, queſtio. 7. Aragon, 2. 2. quæſtio. 62. art, 3. Henrricus, quod ib. 8. quæſt. 16. Et ratio eſt manifeſta. Primo nam tunc ipſa conſcientia dubia, quæ temere deponi non debet, facit ipſi dubitanti legem. Secundo probatur, & explicatur, quia licet tunc ſit dubium ſpeculatiuum, de obligatione legis, quia nõ eſt certum rem illam eſſe iuſtam, non tamen eſt dubium practicũ: Certum enim eſt, quod teneatur obedire: ſiquidem certum eſt, quod legislator probabiliter præcipiens, certo obliget, quia ſicut ſubditus ex probabilibus poteſt operari, ita ſuperior ex probabilibus poteſt præcipere: ergo quandiù non eſt certum in iuſte præcipere, eſt certum iuſte præcipere, quia ad hoc ſufficit eſſe certum præcipere ex probabilibus. Quapropter, quando dicitur, quod quis poteſt ſequi quod eſt probabile, debet intelligi ſi eſt probabile practice, non autem ſufficit eſſe probabile ſpeculatiue, quando autem ex probabilibus præcipit ſuperior, non eſt probabile practice poſſe nõ obedire. Conf. quia ad ſubditum tantum pertinet obedire, & non diſcutere conſilia definitionis, & præcepta ſuperiorũ. Vnde ſi manifeſte non conſtet de iniuſtitia præſumptio debet ſtare pro iuſtitia ſuperioris, ad quẽ pertinet illã diſcutere. Cõf. ſecundo, quia ſtante illo dubio ſpeculatiuo, eſt ſufficiẽs ratio ad iudiciũ determinatiuũ practicũ, ad obediẽdũ: ergo debet obedire, Antecedens probatur, quia poſſeſsio Prælati ad præcipiendum, & non euidentia in iuſtitiæ in eo quod præcipit, eſt ſufficiens ratio ad iudicium determinatum obediendi: Quapropter fallitur Vazquez diſput. 62. cap. 1. numer. 32. & diſputatio. 66. cap. 9. Exiſtimans, cum illo dubio ſpeculatiuo, non compati iudiciũ determinatum practicum, ſed remanere conſcientiã dubiam, cũ qua operari nõ poteſt.

Contra Palactos. *Illamtenet Cai.* *Auguſt.* *Caſtro.* *Felin.* *Archid.* *Medin.* *Aragon.* *Henrric.*

Obiectio. Etſi contra iſtam concluſionem facias argumentum, quia vt diximus, in dubio melior eſt conditio poſidentis, ſed ſubditus poſidet ſuam libertatem: ergo pro illa debet ſtari, & ſic non tenebitur obedire.

Solutio. Reſpondetur ex dictis, quod Prælatus eſt qui poſidet, vt poſsit præcipere, non ſolum iuſta in re, ſed iuſta exiſtimata ex ſufficienti diſcuſione, & examine, quia vt optime, notat Soto. 7. de iuſt. quæſt. 7. illum debet iudicari poſidere, pro quo ſtat in foro exteriori præſumptio. Certum eſt autem præſumptionem ſtare pro iudice in caſu poſito. Etſi contra arguas, quia ſicut poſidet Prælatus ad præcipiendũ: ita etiã poſi-

Soto.

Obiectio.

possidet ius naturæ ad præcipienda bona, & prohibenda mala: ergo indubio standũ est pro iure naturæ, non obediendo Prælato, cum dubio in obediendi iuri naturali.

Solutio. Respondetur, quod stãte æqualitate prius debet obediri iuri naturæ, quam Prælato in præsenti autem, non est æqualitas, quia est certum, quod Prælatus præcipiat, non autem est certum, quod lex naturalis præcipiat, quia non est certum illam rem esse bonam, vel malam. Vnde debemus obedire Prælato, certo præcipienti, & non legi naturali, de qua dubitamus, si præcipiat, & consequenter, si potius in obediamus, quã ei obediamus. Etsi cõtra arguas si quis faciat votum, vel iuramentum, & dubitet: vtrum res promissa, vel iurata sit iusta, vel iniusta tenetur, non implere votum, vel iuramentum, ne forte in obediat legi naturali: ergo lex naturalis etiãcũ dubio præcipiens possidet, contra legem positiuam, certo præcipientem, nam & votum quædam lex particularis est positiua.

Obiectio.

Solutio. Respõdetur, tamen, quod cum subditus, non debeat legem discutere, nec Prælatum iudicare, debet ei obedire, cum dubio, vtrum lex naturalis præcipiat. De hoc enim deberet esse certus, vt ab obedientia illius eximeretur. Hoc autem non currit in voto, quia cum non sit lex alicuius superioris, cui inobediat in illo casu, sed sit obligatio rectæ rationis, quam debet discutere, dum non inuenerit impletionem esse conformẽ aut non contrariam legi naturali tenetur votum non sequi, tunc enim habet verum, quod libertas possidet contra votum, non autem contra Prælatum, sed è contra.

2.Corol. Ex dictis in hac conclusione sequitur, quod si quis sciat Prælatum præcipere dubitantem de re vtrum sit iusta, tunc non tenetur obedire, quia nec ipse, cũ tali dubio potest præcipere, sed vt diximꝰ ex rationabilibꝰ, & probabilibꝰ debet præcipere, vt sit certũ recte præcipere, & tũc subditꝰ recte præcipiẽti tenetur obedire.

2.Corol.

Secundo sequitur, quod si dubiũ subditi sit circa factum, quod ipse fecerit, vt si dubitet se fecisse homicidium, vel aliud crimen, ad quod irregularitas, vel excommunicatio, sequitur, & Prælatus ei præcipiat celebrare, tunc non tenetur obedire, nisi Prælatus possit in irregularitate dispensare, vel ab excommunicatione absoluere, quia tunc virtualiter dispensat, & absoluit, & ratio huius est, quia illud reducitur ad dubium practicum, contra quod agere nõ potest. ita Vazq. sup. dis. 66. c. 9.

3.Corol. Tertio sequitur, quod quando aliquis præcipitur à Prælato in proprium damnum, cum dubio an Prælatus iuste præcipiat (verbi gratia) si Reus interrogetur de crimine dubitans an Prælatus iuste interroget, tunc non tenetur respondere, quia subditus possidet, per illam regulam habendum est Reo, vtique si possideat, quia in dubio melior est conditio possidentis.

Tertia conclusio, si Prælatus præcipiat aliquid sub verbis indifferentibus ad obligationem mortalem, & venialẽ, & subditus dubitet speculatiue: vtrum talis materia sit grauis, vel leuis, tunc si non dubitet practice, potest agere contra præceptum, & contra dubium solum peccãdo venialiter, quia quando non constat de intẽtione legislatoris per verba interprætandus est in partem venigniorem. Si autem per verba constet velle Prælatum obligare, ad mortale, standum est pro illo, etiam si subditus dubitet, si materia est grauis, quia tunc Prælatus possidet, vt præcipiat. Hanc tenet Nauarro in sum. capit. 23. numer. 50. & est exemplum de lege pœnali, dubia quæ de pœna minori interprætanda est, ex lege interprætatione, & lege si præses, ff. de pœnis, & capit. in pœnis, de reg. iuris, in 6. Item Nauarro, tract. de voto pauper. cap. nullam, numer. 31. & cap. statuimus, num. 26. & citat Inocent. cap. per tuas, 2. numer. 4. de Simonia. & Baldum, lege ab eo, C. quomodo, & quando iudi. Felinum, cap. nam concupiscentiam, de constitutio. Palacios, vbi supra. Videatur etiam D. Anton. 2. part. titul. 4. capit. 2. §. 3. ex glossa, in illud Gregor. capit. humanæ, 2. 2. quæstion. 3. & ex capit. ex litteris, de sponsalibus, & lege non aliter, ff. de legatis. Ex quibus omnibus constat, quod si verba sunt clara standum est pro Prælato, etiam si subditus dubitet, si autẽ clara non sunt potest in dubio sequi probabilem sensum legislatoris.

3.Concl. Nauarro, Inocen., Bald., Felin., Palacios, D. Anton.

Quarta conclusio, si subditus facta sufficienti diligentia dubitat de existentia legis, non tenetur obedire. Hæc est communis, videatur Sanchez, libr. 1. Decalogi, capit. 1. numer. 32. & Suarez, 5. tomo, 3. part. disputation. 40. sectio. 5. numer. 15. qui multos citat, contra Vazquez supra disputatio. 65. cap. 3. & disputation. 66. capit. 1. Et probatur, quia dum non constat de lege, non possidet Prælatus, sed libertas, quia contra illam possidet lex promulgata, in casu autem conclusionis, non est sufficiens promulgatio, nec sufficit affirmari à viro authoritatis esse talem

4.Concl. contra Vazquez, illã tenet Sanchez, Suarez, & est communis.

lem legem, quia illud non sufficit ad sufficientem promulgationem, aliàs facta sufficienti diligentia à subdito, quando autem ista non precessit sufficit aliquãdo authoritas dicentis, vt patet in Cardinalibus testificantibus viuæ vocis oraculo.

Quinta conclusio. Couarr. Sanchez.

Quinta conclusio, quando subditus certus est de prolatione legis, aut præcepti dubitat autem de obligatione illius ratione circunstãtiæ, vel si forte est reuocata vsu, vel dispensatione, vel alia via, tunc tenetur obedire. Hæc patet, quia tunc Prelatus possidet, cum constet, de prolatione legis, & excussatio sit dubia, ita Couarr. lib. 2. variar. cap. 12. n. 4. & Sanch. vbi supr.

6. Concl.

Sexta cõclusio, quando lex est certa, & quis dubitat, vtrũ satisfecerit (v.g.) certũ est esse legẽ recitandi septẽ horas in die, dubitat autẽ quis? vtrum recitauerit, tunc tenetur recitare, patet, quia tunc lex cũ sit certa possidet, contra dubiũ impletionis illius.

Corol.

Ex his sequitur intelligentia illarũ duarum regularũ, quæ oppositionẽ videntur habere. Prima est, quod in dubio melior est conditio possidentis. Secũda est, quod in dubio tutior pars est eligenda, vt patet, ex c. inquisitio. de sent. excom. & c. dominus, de secundis nuptijs, & c. veniens, de sponsalib. & c. ad audientiam, c. significasti, de homic. & Clem. exiuit, de paradiso, §. nos itaque, de verb. signi. prima enim regula intelligitur, de dubio speculatiuo, de quo multa supra, q. 19. art. 6. dub. 5. Secũda autem intelligitur de dubio practico, de quo specialiter modo.

Dub. XVI.

Vtrùm dicta sanctorum saltẽ, quæ in decreto gratiani continentur habeant vim, & obligationem legis?

1. Sent. Glossa. Gelasius. Inocen. Bonif. Dec. Archid. Turrecre. Hugo. Felin. Sanchez, Rodrig.

DE hac difficultate satis erudite agit, Salas disp. 8. sect. 13. vbi primã sententiam ponit affirmatiuam, quã tenet glossa, cap. nolli meis. verb. ex istis, d. 9. quia dicta sanctorum, sic approbantur à Gelasio Papa, c. sancta Romana, dist. 15. & Inocen. 3. c. cum apostolica, & Bonifacio Papa, c. sunt nonnulli, q. 1. & ipso Gratia. in sum. d. 20. §. sed aliud est, vbi ait. In causis definiendis Hyeronimum, Aug. & alios patres, secundum post Pontificis locum habere, & hanc sententiam, sequitur Inocen. cap. ne initaris, de const. Dec. ibi, 2. lect. nu. 8. Panor. c. cum apostolica, n. 4. de his quæ fiunt a prælat. Archidia. c. de his. 2. d. 50. Turrecrem. nu. 5. vbi refert Hugonem, Felin. cap. 2. de rescriptis, nu. 43. & alij plures, quos citat Salas. Videatur Sanchez, de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 12. n. 3. & Rodrig. tom. 1. reg. quæst. 6. art. 2. Medin. de continentia, lib. 2. quæstio. 33. & Dec. 2. cap. de rescriptis, qui id sequuntur, & alios multos referunt.

2. Sent. Castro. Ioa. Andr. Butrio. Hugo. Archid. Branta. Marant. Decius.

Secundam sententiam proponit negatiuam, quam tenet Castro 1, cõtra hęret. 7. c. 5. Couarr. 4. var. c. 16. n. 6. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. c. 2. de rescriptis, & c. debitum. de vigamis, Hugo, & Archia. c. quis nesciat, d. 11. Branta, inspedit. titulorum in fin. Maran. de ordine iudiciorũ, par. 3. n. 34. Dec. c. 2. de rescriptis, num. 15. & alij quos refert Salas.

Vera sent.

Resolutio est, quod licet dicta sanctorũ vim, & obligationẽ legis canonicæ, nõ habeant, nisi in iure à Summis Põtificibus sint aprobata, tamen multa certificãtur, de præcepto Christi Apostolorum, & Ecclesiæ quorũ licet, non sint authores, tamẽ vt testibus fide dignis credendum est, eorũ etiam exẽpla, in agẽdis, de præcepto, & de consilio optime nos dirigunt. De quo Cano. 7. de locis, c. 3. & Turrecrem. c. vlt. 20. d. in rebus etiã ad fidem expectantibus patrum sententiã, in qua omnes, vel maior pars conuenerit impugnare, vel non sequi periculosissimum est, quia præsumẽdũ est eos Spiritu Sancto inspirante, eandẽ fidei doctrinam tradidisse, maximè cũ illi testãtur, talem doctrinam ex traditione ecclesiastica Apostolica, vel diuina de promptã esse, hæc Salas in sua resolutione: Quapropter ipsi ex cõmuni omnium, sententia ad conciliandam, vtramque oppositã sententiam resoluit dicta sanctorum licet vim iuris canonici non habeant, immediate tamen post ius canonicum authoritatem habere, normamque esse, quam alij tam in iudicio, quam in exẽplo, & doctrina debẽt sequi.

Art. V.

Vtrùm omnes subijciãtur legi?

PRIMA conclusio, omnes qui potestati legislatoris subditi sunt subijciũtur legi eius, quo ad vim directiuam.

Secunda conclusio, quantum ad vim coerciuam omnes virtuosi, & iusti nõ subduntur legi, sed solum mali.

Tertia

Tertiæ conclusio, viri spirituales secundum hoc quod lege Spiritus Sancti ducuntur, non subduntur legi humanæ quantum ad ea, quæ repugnant directioni Spiritus Sancti, quantum ad vim directiuam, aut coherciuam.

Quarta conclusio, Princeps non subditur suæ legi, quoad vim coerciuam, benetamen, quoad directiuam subijcitur propria voluntate.

Dub. I.

Vtrùm legislator taliter subijciatur suis legibus, quod in conscientia teneatur obseruare illas?

1. Sent. IN hac re, est prima sententia, absolute Principem suis legibus non obligari, quia absolute obligari est à superiori, ipse autē sibi superior non est, sed tantum obligari, secundum quid, secundum quod id, quod præcipitur per legem est, secundum dictamen rationis. Hanc tenet Bald. l. 2. num. 40. C. de seruit. & Rodriguez, tom. 1. reg. quæstio. 68. art. 3. & videtur, D. Hier. Psal. 50. & refertur, cap. totam, de pœnit. dist. 3. vbi ait ideò Dauid dixisse: Tibi soli peccaui, quia in terra superiorem, non habebat, & non potuit peccare contra leges humanas, sed contrà diuinam solum.

Bald. Rodrig. D. Hier.

1. Arg. Hæc sententia probatur, primo ex lege Princeps, ff. de legi. vbi dicitur Princeps legibus solutus est, & ex l. fide re sua, ff. de recept. quod nemo imperare, sibi ipsi, aut prohibere quipiam potest, & ex capit. cum inferior, de maior. & obedien. quod ligare, & soluere, pertinet ad superiorem: Quapropter non solum se ipsum, sed neque successorem sua lege obligare potest, quia non est inferior, sed equalis. & par in parem, non habet potestatē. Confirmatur ex D. Thom. supra quæst. 95. art. 3. dicente, neminem sibi imperare, aut præceptum imponere, nemo inquit propriè suis actibus legem imponit. quod Conradus, & Caiet. ad propositum explicant. Confirmatur secundo, quia nulla alia ratione Deus aliqua lege obligari, non potest, nisi quia superiorem non habet.

2. Arg.

Secundo probatur ratione, superior non obligatur per præcepta particularia, non perpetua. & quæ leges non sunt: ergo neque legislator obligatur suis legibus, consequentia patet, quia qui est capax legis generalis, capax est etiam præcepti particularis. Antecedens vero patet ex vsu, & consensu communi, & quia alias si præcepto alijs imposito astringeretur, etiā posset præcepto, sibi soli imposito astringi, quod est ridiculum. Conf. nullas potest exercere actū virtutis obedientiæ, circa se ipsum vt in sua materia ostenditur, quia hoc fit, per subiectionem, quam respectu sui, quis non habet, nā subiectio intrinsece importat ordinem inferioris, ad superiorem: ergo neqūe potest sua lege obligari, patet consequentia, quia si obligaretur mediante obedientia deberet executionem talis legis implere.

3. Arg. Tertio arg. qui potest absolute obligari ad legē etiā potest obligari ad pœnā legis, sed legislator ex omniū sentētia, ad pœnā legis nō obligatur: ergo neq; ad ipsā legē. Maior patet, quia videtur eadē ratio (v. g.) in voto, quia quis à se ipso potest obligari ad opⁿ, similiter etiā potest obligari ad pœnam: ergo si potest obligari ad opus præceptum per legem, poterit etiam obligari ad pœnam pro transgresione.

4. Arg. Quarto arg. legislator potest se ipsum eximere à lege, vt si id formaliter intēdat, quia lex non obligat vltra intentionem legislatoris: ergo de facto dicendum est illū esse exemptum, patet consequentia, quia virtualiter censendum est se eximere, & nolle se ipsum, lege continere, sicut subditus si posset se eximere non præsumeretur contineri, quia esse subiectū (si formalis voluntas non sit) semper præsumitur in voluntariū virtualiter, & interprætatiue.

2. Sent. Secūda sent. in alio extremo asserit, absolute Principē teneri suis legibus, hæc sentētia probatur, primo ex illo Prob. 20. Pondus, & pondus, mensura & mensura vtrumq; abominabile est, apud Deum, & Micheę 6. nūquid iustificabo statera inpiā & saccelli ponderā dolosa? Ecce requirit omnes, tā Principem, quā subditos eadem mensura, & regula legis esse mensurā dos, & Mat. 23. Reprehenduntur scribæ, & Pharisei, quia dicunt, & non faciunt, & alijs grauia onera imponunt, digito autem suo nollūt eamobere, & Ro. 2. Qui alios doces te ipsum nō doces, &c. Quapropter inexcussabilis est, ò homo, omnis qui iudicas, in quo enim alterū iudicaste ipsū cōdēnas, eadē enim agis quę iudicas, existimas, autē hoc, ò homo, qui iudicas eos, qui talia agūt, & facis ea, quia tu efugies iuditiū

1. Arg.

Dei? Ex his enim clare constat legislatorem teneri suis legibus per quas alios iudicat. Item probatur, ex l.1.ff.quod quisque iuris in alterum statuerit, vti ipse eodem iure vtatur, vbi de hoc videatur, Vl*Vlpian.* pianus, & l.4.digna vox, C.de legi.digna vox Maiestate Regnantis legibus alligatum se Principem profiteri, & l.cum hæredis, C.qui testamen.facere possunt, & l. ex imperfecto, C. de testamen. & l. cum multa, C.de bonis, quæ liberis, & in legibus nostri Regni, l.16.part.1.tit.1.& capit.cum omnes de constit. ex Inocentio III. idem asseritur, & cap.pro illorum, de præb. nobis legem ponere non debent, quam ipsi negligunt obseruare, & cap.nõ liceat Papæ, 12.quæst.2. idem docet D. Isidorus, 3.sent.de summo bono, cap.52. & refertur, cap.iustum est, d.9.& D. Ambro.Epist.32.

2.Arg. Secundo probatur ratione, quia subditi in tantum tenentur seruare leges positinas, in quantum ratio naturalis dictat mẽbra esse subijcienda capiti, illique obediẽdum, & conformandum, qua ratione supra diximus, legem humanam radicari in lege naturali, & æterna, sed similiter ratio naturalis dictat, caput esse conformandum mẽbris, & non aliter operandum, nec aliud principium motus. & vitæ haberedeuere: ergo etiam tenetur legislator operari, secundum legem humanam, quam ipse impossuit obligatione ipsius legis, radicaliter prouenientis ex obligatione legis naturalis.

3.Arg. Tertio probatur, quia si propter aliquam rationem Princeps nõ maneret subiectus suis legibus, maxime, quia non est inferior, sibi ipsi, quod videtur requiri ad obedientiam, & præceptum. Sed hæc ratio non conuincit; ergo probatur minor, quia Princeps condens legem operatur. vt minister Dei: ergo ex authoritate Dei poterit manere subiectus, siui ipsi ministerialiter imponenti legem, & certe hæc videtur sententia Aristol.3.polit. capit.7. & Platonis.dialogo,4,de legibus, vbi ait paratum interitum, illi ciuitati video, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præsunt, & Diodorus, libr. 2. ait AEgiptios Beatiores se existimare, quia sui Reges, sicut & priuati legibus tenebantur astricti.

3.Sentent. Mendoza. Tertia sententia est media, Principem non esse subiectum suis legibus, ex vi legis, quia lex ab ipso condita, nõ potest esse superior ad ipsum, esse tamen subiectũ suis legibus ex pacto inito, cum ipsa Republica. Hoc enim pacto eligitur in Regem, vt ipse, etiam legibus à se conditis subiectus maneat, & non solum legibus directiuis, sed etiam legibus pœnalibus. Distinguit tamen, hæc sentẽtiæ de pœnis, quod alia sit corporalis, vt suspendiũ, mutilatio vapulatio publica, triremes, &c. & ad istã non obligatur Princeps, etiam frangẽs legem, quia hæc indecentiam magnã important, vt in persona regali exerceantur, alia vero est pœna pecuniaria, & hæc si soluẽda sit fisco, non incurritur à Rege, qui fiscus idem est, si tamen talis pecunia soluẽda sit alicui loco, vel personæ particulari, vel denuntiatori, &c, tunc Princeps frangens, legem ad talem pœnam soluendam, tenetur. Hanc tenet Mendoza, 1. de pactis, cap, 5. nu. 4. & primo probat ex mutuo iuramento, quod Rex, & Regnum, sibi præstant ex consuetudine habita, & seruata, apud omnes nationes. & de Hæbreorum regibus, docet Abulensis, 1.reg. 10. quæst. 3. & de Græcis, Plato. dialogo, 3. de legib. de Lacedæmonijs, Stobæus, ser. 44. de Romanis Plinius, in Panegirico, ad Traianum, de Hispaniæ Regibus, Concilium Tolletanũ, 8. cap. 20. & vsque odie durat consuetudo. De quo videatur Aris. 3. polyt. cap. 6. & l, 1. ff. de legi. & l. 2. ff. eodem, si ergo iuramentum est Regis ad Regnum, de seruandis legibus: ergo ad obseruantiam illarum tenetur, quia ex iuramento naturalis oritur obligatio. l. fin. ff. de liber. causa, & l. vt ius iurandi, & l. si quando. ff. de operis libertorũ. Conf. quia *1. Arg.* *Conf.1.* Respublica multoties vsa est, hac potestate puniendi Principem leges transgrediẽtem: ergo tenetur ad obseruantiam, etiam secundum vim coerciuam saltẽ ex pacto. Antecedens probatur, quia vt refert Plutarcus, lib. de liberis educandis, Lacedæmones, Archidamum punierunt, & vt ait D. Th. de Regi. Princi. lib. 1. cap. 6. Romani punierunt Tarquinium, & Domitianum, & vt refert Iurita. lib. 4. Annalium, cap. 15. Hispania, propter talem trãsgressionem priuauit suo Regno Alphonsum appellatum sapientem. Confirmatur secũ *Conf.2.* do, quia quod Reges non puniãtur propter legum transgressionem est priuilegiũ: ergo aliàs tenebantur, etiam vi coerciua. Antecedens patet, ex l. 1. ff. de constitut. Princi. & l. ex imperfecto, C. de testam. De quo videatur Cuiacius, lib. 15. obseruationum iuris Ciuilis, c. 3. qui multa refert ad propositum. Confirmatur tertio, *Conf.3.* vt dicetur statim Reges tenentur ab obseruantiam legum, sed non potest dici teneri

neri ex vi ipsius legis, quæ cum sit condita ab ipso, supra ipsum esse, non potest: ergo congruenter dicitur teneri, ex pacto, & iuramento prædicto, nec potest esse recursus ad legem naturalem, vel diuinam vt illis obligetur, quia hæc obligatio est humana, & sic ad aliquid humanum tantum est recurrendum. Illa autem lex Princeps. ff. de legibus, asserens Principes solutos esse à suis legibus, ait ista sententia, quod debet intelligi de legibus, de quibus ibi erat sermo: nimirum de l. Iulia. & l. Papia. agentibus de caducis legatis, nõ autẽ loquitur absolute de alijs legibus.

4. Sent. Quarta sententia asserit, Principem obligari sua lege, non quidem directe, sed indirecte, quatenus Deus, qui est legislator principalis à quo omnis potestas legis latiua dimanat, vt supra diximus, talẽ potestatem Principi, vt suo ministro non tribuit, nisi sub conditione, quod legem, quã posuerit ipse seruet.

5. Sent. Quinta sententia asserit, Principem teneri seruare suam legem, non ex vi suæ legis proxime, & immediate, sed ex vi legis naturæ, sic præcipientis, vt qui legem humanam statuit illam obseruet. Hanc tenet Cai. Soto, Medina, Victoria, Sayrius & Valent. Azor, & Salas, disp. 14. sect. 2. licet In assignanda lege naturali, qua Princeps teneatur ad obseruantiam suę legis, non omnes conueniant. Sotus quidẽ existimat hanc obligationem oriri ex illo principio natutali, quod tibi non vis alteri, ne statuas. Victoria ait esse principium naturale, vt quis portet onera, quæ alijs imponit, vt patet ex multis adductis ex sacra Scriptura, & Phylosophis condemnantibus lumine naturæ, præcipientes, vel docentes aliter, quam ipsi faciant, licet plus obliget præcipientes, quam Doctores solum docentes, Cai. autem elicit, hanc obligationem ex lege naturæ, quatenus naturale est, vt caput suis membris conformetur, alias enim est deformitas, & turpitudo naturalis, vt ait August. 3. confes. cap. 8. & refertur, cap. quæ contra mores, disputatio. 8. Vbi ait turpis est pars suo vniuerso, non congruens. Alij explicant, hanc obligationem naturalem, quatenus naturale est velle, vt sua præcepta, non vilescant, & inutilia fiant, aut dura, aut scandalosa, quæ sequærentur, si ipse illa non obseruaret. De quo D. Amb. Rom. 1. sup. illud gratias ago, &c. Notat autem Medina, quod licet obligatio sit immediate ex lege naturæ, est tamen requisita, vt conditio, lex humana. Quapropter lex humana, respectu Principis, non habet propriẽ rationem legis, sed tantum est conditio, vt lex naturalis Principem obliget. Salas etiam, & Azor inferunt obligationem Principis ad seruandam suam legem, tantum esse sub veniali, licet subditos obliget ad mortali, quia Princeps solum tenetur ex lege naturæ, secundum quandã decentiam tantum, vt patet ex omnibus, quibus probatur Principem teneri ad suã legem, subditi autem tenentur simpliciter secundum rigorem legis; secus est si scandalũ interueniat, quia tunc tenebitur sub mortali, si scandalum sit graue.

Cai. Soto. Medin. Victoria. Sayrius. Valent. Azor. Salas.

Diuersa explicatio sententiæ.

D. Ambr.

Pro intelligentia huius dubij notandum: quæstionem non esse de nomine, *1. Not.* siue enim propriè Princeps debeat dici subiectus legi, aut non, quia proprie subiectio est respectu superioris: Hoc tantum de re dubitamus, vtrum Princeps obligetur ad obseruantiam suæ legis, & vnde oriatur, talis obligatio, si ex ipsa lege Principis, an ex lege naturæ, an vero ex pacto, cum Republica, aut vero ex scandalo, &c.

Secundo not. ex Medina hic tantum *2. Not.* loqui de legislatore, qui solus insolidũ est legislator supremus, vt Imperator, aut Papa, aut Rex Hispaniæ, & alij, qui sic potestatem habent condendi leges, nam si loquamur de illis, qui tantum habent potestatem condendi leges, cum alijs, tunc etiã ipsi manent subiecti legi (verbi gratia) in Republica Benetensi, aut Genuensi, dux cum Senatoribus condunt leges, & quilibet illorum manet subiectus legi, sicut si totus populus vnanimi consensu cõderet legem, sine dubio quilibet, legi maneret subiectus. Similiter Episcopi in Concilio Prouintiali, aut nationali, aut generali statuentes legem, quilibet manet subditus legi, similiter generales Religionum, & Definitores, qui in capitulo leges condunt, legibus manent subiecti, quia tantum quilibet istorum fuit legislator complexiue, cum alijs: Diuisiue autem, & seorsum, qui libet est subditus, & persona particularis. Dixi autem, qui habent potestatem condendi leges cum alijs, vtique quasi partialem, quia si habent illam totalem, etiam si requiratur concomitantia aliorum, ad condendam legem, eadem est ratio illius, atque de alijs, supremis Principibus, (verbi gratia) Rex Aragoniæ, secundum forum illius Regni, non potest condere legem, nisi in Comicijs Regni (que llaman Cortes,) tamen ipse Rex, solum est legislator, licet requiratur committatus aliorum, ad consilium,

non tamen ad decisionem, istam enim solus habet Rex, itaque sicut in constitutionibus Prædicatorum alia subentur ordinari à Prælatis se ipsis solis, alia autem de consilio patrum, alia vero ex consilio illorum, & quando dicitur de consilio, decisio tantum est Prælati patribus auditis, quando vero dicitur ex consilio, decisio est maioris partis omnium consultorum, ita similiter, aliter requiritur conuenientia multorum ad statuendam legem in Benecia, & alia Republica, huiusmodi, & aliter in Comicijs Aragoniæ, in illis consiliantes sunt simul decidentes, & legislatores, quasi partiales, & sic quilibet, vt persona particularis manet subditus legi, in Rege autem Aragoniæ, solus Rex est legislator, & alij solum Consultores. Vnde manet dubitatio de tali Rege, sicut de alijs vtrum sit subditus legi.

3. Not. Tertio notandum, etiam ex Medina, quod aliæ leges sunt quarum materia est, eiusdem rationis respectu Principis, & subditorum, sicut vendere triticum, tali precio, non est maior ratio de vno, quam de alio ad variandum precium. Aliæ vero sunt leges quarum materia aliter se habet respectu Principis, quam subditorum, vt lex de non portandis armis, vel vtendi serius, & alia huiusmodi, non enim eadem est ratio, vt si Rex portauerit talia arma, vel talibus vestibus vtatur, vt idem sit de subditis, quapropter non est dubium istas leges Principem, non obligare, sed tantum de prioribus dubitamus.

1. Concl. Prima conclusio, absolute loquendo, & vt iacet, concedendum est legislatorem obligari vi directiua, ad obseruantiam suarum legum. Hæc conclusio est communis illam docet Dm. Thom. hic ad 3. & 3. Polit. lect. 9. Cai. Conrrado, Medina hic, Soto, 1. de iust. quæst. 6. art. 7. Vazquez disput. 167. cap. 1. Valentia, hic disputatio. 7. quæstio. 5. puncto, 4. Salas, disputatio. 14. sectio. 2. Sayrus, tom. 1. libr. 3. cap. 4. num. 3. Rodriguez, tom. 1. regul. quæst. 68. art. 3. Syluester, verbo lex, quæstio. 14. Tabiena, num. 28. Victoria, relect. de potestate ciuili, numer. 21. & de potestate Papæ, num. 7. & relect. de Simonia, num. 39. Nauarro, cap. si quando de rescriptis, Abulensis mat. 23. quæst. 24. Turrecremata, cap, iustum est. d. 9. Couarruu. cap. alma, part. 1. §. 1. num. 4. & omnes Iuristæ, quos citat, Salas vbi supra, & hanc efficaciter probat secunda sententia.

D. Thom. Cai. Conrrado. Medin. Soto. Vazquez. Valent. Salas. Sayrus. Rodrig. Sylueſter. Tabiena. Victaria. Nauarro. Abulen. Turrecre. Couarr.

Secunda conclusio. Princeps non solum ab extrinseco, propter pactum, cum Republica, vel propter iuramẽtum, sed & ab intrinseco obligatione legis tenetur seruare, quam ipse condit. Hanc tenẽt omnes Thomistæ, & Vazquez, & Salas, citati, & probatur. Primo, quia fundamenta secundæ sententiæ, non tatum probãt. Principem teneri ex pacto, sed etiam illo seclu so esse dissonum rationi, leges Principem non seruare. Secundò probatur, quia si ex solo pacto tenentur: ergo Sumus Pontifex, & Episcopi, non tenentur seruare suas leges, consequens est falsum, vt infra dicetur: ergo non solum ex pacto tenentur Principes. Sequæla probatur, quia Sumus Pontifex, & Episcopi, nõ habent potestatem à Republica, vt hoc pactum possit interuenire, nec etiam cum Christo, hoc pactum fecerunt: ergo illa ratio de pacto fribola est. Conf. quia tunc, quando Rex non est, per electionem Reipublicæ, sed immediate a Deo, vt Saul, & Dauid, aut iure belli obtinuit Regnum, non teneretur legibus, quia in illis, non fuit pactum Reipublicæ: siquidem ab illa, non receperunt potestatem. Conf. secundo, quia Respublica posset remittere talẽ obligationem, si ex solo pacto tenentur. Tertiò probatur, quia tunc Rex peccaret, contra iustitiam, non seruando legem, & ampliori peccato, quam subditi, quod est falsum, sæquela probatur, quia obligatio ex pacto, est obligatio iustitiæ inordine alterum, cum quo fit pactum. Ad fundamentum autem contrarium resp. iuramentum Principum deseruandis legibus, non est in se, sed in suis subditis, hoc est iurant regere, & gubernare, secundum leges curareque, vt subditi leges seruent communiter, nisi in casu Priucipi, aliter videatur expedire, in lege dispensando.

Omnium Thomistarum, & Vazquez. & Salas.

Ad arg. cõtrariorum.

3. Concl. Tertia conclusio, Princeps non tenetur seruare suas leges ex pacto Dei, quasi sub hac conditione ei contullerit legislatiuam potestatem. Hanc ponimus contra quartam sententiam. Et patet clare, quia Rex in tantum habet potestatem legislatiuam, in quantum est minister electus à Republica habente, talem potestatem, ex natura rei, quam alteri potest communicare, vt supradiximus: ergo superfluum est talis conditio assignata, ex parte Dei, Patet consequentia. quia tali conditione Dei semota, solum ex eo quod eligatur à Republica, habebit talem potestatem legislatiuam. Confirmamatur, quia nulla via potest assignari Deum apponere talem conditionem, vt Rex habeat potestatem legislatiuam:

ergo

ergo fictitia est. Secundò probatur, quia si tali conditione posita datur regi potestas condendi legem: ergo si condat legem, hac intentione, vt ipse non maneat obligatus, tunc lex non erit valida, quia non seruatur conditio, qua tradita est ei talis potestas. Tertio probatur, quia aliàs Rex maiori vinculo teneretur ad obseruantiam suarum legum, quam subditi, consequens nullus concedit: ergo, sequela probatur, quia secundum illam opinionē Princeps tenetur, ex præcepto diuino sic facitē conditionem, alij autem præcepto solum humano: ergo maiori vinculo tenere tur Princeps, quam subditi. Conf. quia si hoc esset verum non posset Princeps dispensare secum, sicut potest cū alijs, quod est falsum. Sequæla patet, quia si ipse tenetur ex conditione, & præcepto diuino nō poterit dispensare, sicut dispensat cū alijs, quia tenentur solo præcepto humano.

4. Concl. Quarta conclusio, Princeps obligatur sua lege directe, & per se ex vi ipsius legis, & non tantum ex vi legis naturæ, quantum ad vim directiuam, itaque non solum lex humana est condicio, sed ratio formalis proxima, & immediata, licet lex naturalis sit ratio remota, & lex æterna sit ratio radicalis, sicut se habet in lege humana respectu aliorum, cum differentia solum statim explicanda. Hāc tenet D. Th. & Cai. Conrrad. Victor. Soto, & Sylvest. & Valen. & Vazq. licet plures illorū male pro quinta sententia citentur. Et probatur primo ratione D. Th. nam lex est regula humanorum actuum in ordine ad bonum cōmune, sed non solum actus subditorū, sed etiam ipsius legislatoris debent cōformari bono communi, & ordinari ad illud: ergo non solum actus subditorum, sed etiā legislatoris debent regulari ipsa lege habente rationem regulæ in ordine ad tale bonum. Secundo probatur, quia per legē humanam res præcepta constituitur in alia specie virtutis moralis, vt notat Soto, loco citato, sed non minus obligat virtus moralis legislatorem, quam subditos: ergo semel posita lege humana, & re præcepta posita in specie talis virtutis, nō minus obligat legislatōris, quam alios. Ex quo sequitur, vt bene notat, Vazquez, d. 167. capit. 3. & Suarez, lib. 3. de legi, cap. 35. quod lex humana, æque obligat legislatorem, & subditos contra Salas, qui existimabat solum obligare venialiter legislatorem sæcluso scandalo. Notandum tamen, quod licet lex humana æqualiter obliget legislatorem, & subditum, & sit eadē lex respectu vtriusque, tamen ratio radicalis, & remota legis naturæ, ratione cuius obligat, lex humana, non est eadem, respectu legislatoris, & subditi: nam respectu istius ratio radicalis est dictamen naturale, quod superioribus est obediendum, respectu autem legislatoris est dictamen naturale, quod caput debet cōformari mē bris in ordine ad bonum commune, ne sit monstruum, qua ratione facile intelligitur, quomodo lex obliget legislatorem, si ne eo, quod sit subditus, & inferior, quia ratio obligandi illum, in lege positiua, nō est ratio inferioris, sicut in subdito, sed ratio superioris, quia sicut ex ratione naturali inferior debet conformari superiori, ita superior inferiori in ordine ad bonum commune, quod respicit lex.

D. Thom. Cai. Conrrado. Victoria. Soto. Sylvester. Valen. Vnzquez.

Corol. contra Salas.

Not.

5. Concl. contra Salas. Quinta conclusio, non solum legislator Ciuilis, sed etiam Ecclesiasticus, vt Sumus Pontifex tenetur æqualiter seruare suam legem positiuam, sicut subditus. Hāc ponimus contra Salas, qui consequenter ad supra dicta asserit Papam, tantum teneri subveniali ex æquitate naturæ, seruare suas leges, vt de confessione, vel communione annuali, & citat pro se, Ioann. Andræam, capit. omnis vtriusque, & Panor. numer. 14. capit. signigcasti, de foro competenti, Felinum, capit. 1. de constit. Nauarrum, de pœnit. distin. 5. in principio, num. 32. & cap. placuit, de pœniten. distin. 6. num. 15. Soto, in 4. distin. 18. quæstio. 1. art. 5. Henrriquez, tom. 1. de Sacramen. pœnit. cap. 3. num. 2. & alios. Nostram tamen conclusionem, tenet Victoria, relect. de Simonia, nu. 39. Couarruuias, cap. alma, part. 1, num. 5. & 7. Decius, cap. sane, 2. de officio, de legati, num. 6. Butrio, Immola, & Cardin. capit. 1 de Simonia, Vibaldus in candelabro, tracta. de confessio. numer. 10. Læsius, 2. de iust. cap. 35. dub. 5. Et probatur. Hæc conclusio eisdem rationibus, atque præcedens, & specialiter. Probatur, quia lex de confessione, vel communione annuali, & alia huiusmodi, non tantum est humana, vt ciuilis, sed etiam est determinatio præcepti diuini: ergo tenetur illam seruare Sumus Pontifex, sicut tenetur seruare diuinam. Si respondetur, cum Salas teneri, qua parte diuina est, quoad substantiam confessionis, vel communionis, sed non quoad tempus, quod determinat Ecclesia, contra quia semel determinato tempore ab Ecclesia vnum in viuitur, in alio, & non stat frangere, vnum sine altero.

Soto. Henrriq. Nostram conclusionem tenet Victoria. Couarr. Decius. Butrio. Immola. Cardinal. Vibaldus. Læsius.

Solutio.

Impug.

Corol. Ex dictis sequitur, Principem, siue secularem, siue Ecclesiasticum, tantum teneri ad leges, quas pro toto Regno, vel Republica constituit, non autem ad leges municipales Prouintiarum, siui subiectarũ, etiamsi ab ipso sint Confirmatæ, etiam, quandiu ad tales Prouintias deuenerit, nisi habitualiter, ibi resideat, tanquã in propria Curia. Sic docet Felin, ca. 1. de const. num. 30. vbi refert Cardin. cons. 2. idem tenet Tiraquellus, alios referens, libr. 1. glos. 1. §. 13. num. 38. Suarez opus, de legi. Et ratio est manifesta, quia illæ leges sunt latæ ab inferioribus. Vnde superiorem ligare non possunt, & licet sit approbata, hoc tamen est pro subditis illius Prouintiæ, & non pro tota Republica, siui subiecta. Intelligendum tamen est sæcluso scandalo, sed ex natura rei, loquendo, & idem dicendũ est de legato Pontificis deueniente ad aliquem Episcopatum.

Felin. Cardinalis Tiraquell. Suarez.

6. Concl. Sexta Conclusio, legislator non astringitur propia lege, quo ad vim coerciuam. Hæc est Diu. Thom, & omnium discipulorum eius, & communis etiam extra scholam Diu. Thom. contra tertiã sententiam Mendoza. Et probatur arg. primę sententię, & clare ratione Diu. Tho. quia pœna debet infligi, ab aliquo extrinseco cogente, & prędominante, sed nullus est superior prædominãs Principi à quo cogi possit: ergo nullo modo potest esse astrictus pœnæ. Maior patet ex physicis: nam coactio est ab extrinseco, passo non conferente vim pœna autem coactionem importat, quia vt ait August. est de his quæ nobis nollentibus accidunt, & sic ab aliquo extrinseco infligi debet. Confirmatur, & explicatur, quia obligatio, & coactio debet esse ab aliquo maiori, vt patet, ex §. tempestiuum, & l. nam magistratum, ff. de arbitris, sed Princeps, non habet superiorem: ergo nec à quo cogi possit: ergo neque à quo possit puniri, quia punitio, cum sit in voluntaria, quedã correctio est. Secundo probatur, quia hac ratione ab omnibus docetur neminem incurrere excommunicationem positam per propriam legem, quia est pœna, quæ non nisi à superiori, imponi potest ex capit. à nobis, 1. de sententia excommun. vel ab eo, qui potest esse iudex in illa causa, ex glossa, cap. licet Canon. verbo executionem, de elect. in 6. nullus autem potest esse iudex in sua causa, & consequẽter, nec imponere, excommunicationem, qua ipse astringatur. Tertio probatur, quia talis obligatio, ad pœnam omnino esset inutilis: ergo non est ponenda. Antecedens probatur, quia vel talis pœna debebat esse publica, vel secreta, publica non, quia esset in decens Principem publico iudicio puniri. Si autem secreta inutilis esset, quia non exequæretur illam, & quando exequæretur non conduceret, ad exẽplum, & sic inutiliter exequæretur. Si autem aliquis dicat Principem posse, per legem alteri conferre potestatem, vt ipsum puniat, si contra legem faciat. Contra arguitur, quia ille alter, vel erat æqualis, vel inferior, ab inferiori indecens esset puniri, æquali autem talem potestatem, non potest conferre, quia vis punitiua est superioris, & quia alteri contra se iurisdictionem conferre, non potest. Si autem rursus vellis respondere, id probare, quod quandiu superior manet, ab alio puniri, non potest, posset autem fic statui lex, vt ab officio superioris depositus ab alio puniretur. Contra arg. quia si aliquis depositus ab officio punitur, non est propter defectum obseruantiæ propriæ legis, sed propter defectum diligentiæ, & rigoris, vt subdici, illam obseruarent, quia vt diximus ad hoc tenentur ex officio, & id iurant in sua coronatione. Propterea tamen, quod ipsi propriam legem, non seruent puniri non possunt, etiam ab officio depositi. Et si rursus respondeas, quia ex dictis solum, sequitur Principem ab alio puniri non posse, nec ad pœnam coerceri posse, tamen coerceri à se ipso per positionem legis, sicut & voto se ipsum potest astringere. Contra arg. quia vt diximus, pœna debet esse coacta, & quid violentum. & sic ab extrinseco debet esse, passo non conferente vim: Quapropter idem non potest esse agens, & patiens, vt ait Arist. 3. physicor. capit. 8. & lib. 8. capit. 4. tex. 40. etsi adhuc arguas, quia vt supra diximus, vis coerciua necessaria est ad executionem legum, aliàs nullius roboris erunt: ergo si vis coerciua nõ est respectu Principis, nec erit directiua, quia ista, sine illa inutillis esset. Respondetur, hanc duplicem vim distinctam esse, & aliquando vnã reperiri, sine altera, reperitur enim vis coerciua, ad pœnam, sine directiua, ad culpam, vt supra diximus, & aliquando vis directiua, sine coherciua, vt aliqui probabiliter, dicunt de clericis teneri vi directiua, ad leges ciuiles, licet non vi coherciua, quoad pœnam, licet regulariter, vtraque coniungatur, & directiua, ad sui valorem, & roburrequirat, vim coherciuam in persona, tamen

Impug. *Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.* *Obiectio.* *Solutio.*

tamen particulari Principis, propter rationes allatas directiua, sine coherciua reperitur: Quapropter non priuilegium Principum, hoc est habendum, sed onus, quia subditus, & luce legis ducitur, & etiam pœnis stimulatur ad obseruantiam legis, & virtutis, Princeps autem altero destitutus in maiori periculo versatur, & difficilius est, illum virtutem exercere.

Prob. 21. Quapropter Prob. 21. sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, ac si dicat, sicut difficile est, & solus Deus potest flumen rapidum aliorsum diuertere, ita & cor Regis, quo voluerit vertere: Quapropter Principes maxima, cum cautela debent procedere, propter periculum prædictum, & quia etiam si pœnis, nõ subiaceant, si legem vim directiuam non seruent maximo, cum pudore in alios pœnas debeant, aut non possint exercere.

Ad arg. aliarum sententiarum Ad arg. aliarum sententiarum non est opus respondere, quia quæ intendũt probare Principem, non teneri legibus probant de vi coherciua, quæ autem connantur probare illum obligari legibus, probant de vi directiua. Ad alia autem, quæ nituntur probare istam obligationem esse ab extrinseco pacto, vel Dei, vel Reipublicæ, vel esse à iure naturæ, iam satis patet ex dictis in nostris conclusionibus: vtrum autem, sicut Pontifex, ita etiam Cardinales legibus in generali positis Canonicis, non teneãtur, vide in Salas, disputatio. 14. sect. 14. & vtrum Græci, Clerici teneantur legibus, Canonicis, Latinorum, vide in eodem, sectio. 15.

Dub. II.

Vtrùm Clerici, & Religiosi legibus Ciuilibus obligentur?

1. Sent. IN hac re, est prima sententia hæreticorum asserentium Ecclesiasticos omnibus legibus Ciuilibus esse subiectos etiam in causis Ecclesiasticis, ita tenet Cal uinus, 4. instit. capit. 11. §. 15. & Petrus Martyr, capit. 13. ad Rom. & Brentius in Prolegomenis, & Melancthon, in locis, capit. de magistratu.

Caluin. Pet. Mar. Brentior. Melancth.

2. Sent. Secunda sententia in alio extremo, asserit Ecclesiasticos, nulla lege Ciuili teneri, sed ab omnibus esse exemptos. Hanc tenent Azor, tom. 1. lib. 5, capit. 12. quæstion. 1. Tertia tamen sententia est media, quæ explicatur sequentibus conclusionibus.

Azor.

Prima conclusio, tam Clerici, quam Religiosi, multis legibus Ciuilibus non tenentur. Hæc probatur primo, quia non tenentur ad omnes leges Ciuiles pugnantes, cum dignitate. Aut immunitate, aut cum legibus Ecclesiasticis, vt patet cap. lege Imperatoris, distin. 10. & capit. bene quidem, & capit. numquam, & capit. si Imperator, & cap. satis euidenter, 96. distin. & capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & capit. quæ in Ecclesiarum, de constitio. & capit. non minus, & capit. aduersus, de immunit. Eccles. & capit. nouerint, cap. grauiter, de sentent. excommun. capit. fin. de immunit. Eccles. libr. 6. & in Triden. Sessio. 25. decreto, de reforma. cap. 20. & oppositum sit irritum, etiam ab Imperatoribus, authen. *Cassa*, C. de sacrosanctis Eccles. authen. item nulla communitas, authen. statuimus, C. de Episcop. & Cleri. & a Regibus Hispan. tit. 6. l. 50. & 56. & l. 19. titul. 9. part. 1. & l. 1. cum sequentibus, tit. 3. lib. 1. Nouæ Compillat. Secundo probatur, quia Ecclesiastici essempti sunt, nec obligantur ad leges vectigalium, & tributorum, vt patet, ex cap. quamquã, de censibus, in 6. & Conc. Bienensi, Clemen. præsenti, de censibus, cap. aduersus, capit. non minus, de immuni Eccles. authen, item nulla, iam citata. De quo late Sylvester, verbo, immunitas, Lessius, 2. de iust. c. 33. dub. 3. videatur Bulla Cenæ. Tertio probatur, quia etiam sunt Ecclesiastici essempti à legibus, de distributione, vel contributione, ad reparationẽ, pontium, viarum, publicarum, murorum vrbis, & similium, quæ primo, & principaliter pertinent, ad vtilitatem communitatis, vt communiter docent Canonistæ, nec obstat lex ad instrutiones, C. de Sacrosan. Eccles. quia nulla est lex ab Ecclesia nona probata, aut ei contraria, vt docent omnes Theologi.

1. Concl.

Secunda conclusio, Ecclesiastici tenentur seruare multas leges Ciuiles: nimirum illas, quæ nec statui Ecclesiastico, nec eius immunitati contra dicunt, aut quarum oppositum legibus Ecclesiasticis non est statutum, & illæ aliàs concernunt ad bonum Reipublicæ regimen. Hanc tenet Victoria, relect. 1: de potestate Ecclesiæ, quæstio. vltim. num. 4. Soto, 4. dist. 25. quæstio. 2. artic. 2. con. 4. & 2. de iust. quæstio. 6. art. 7. con. 1. Medina, hic dub. vltim. Salon, 2. 2. quæst. 67. artic. 1. con-

2. Concl.

Victoria. Soto. Medina. Salon.

Rodrig. tro.2.Rodriguez,tom.1.reg.quæst.6.ar.
Molin. 14.Molin.tom.1.de iust.tract.2.quæst. 77.art.1.controuersia,10.disp.31.con.
Bellar. 6.Belar.libr.1.de Cleri.capit.28.pro 2.
Syluester. Syluester,verbo lex,quæstio.15.& An-
Angel. gelus,num.5.Bartolus, l. cunctos popu-
Bart. los,numer.28.& 29.C.de summa Trini.
Panor. Panormit.cap.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,
Felin. de constit.num.13.& Felin.num.86.vs-
Driedo. que 90.Driedo, 1.de liber. Christiana,
Nauarro. cap.2.part,3.Nauarro,cap.23.num.28.
Valen. Valentia,tom.4.22.disput.9.quæstio.5.
Suarez. punto,4.Suarez opus de legi.con.2.Sai-
Sairus. rus,lib.3.cap.4.num.16.Azeuedo,l.13.
Azeued. tit.3.lib.4.Nouæ Compill.num.5.Gre-
Greg.Lop. gor.Lop.l.4.tit.15.part.4.Hanc verita-
Nicolaus Papa. tem definit Nicolaus Papa,Epist.ad Michaælem Imperatorem,circa finem,& refertur,cap.quoniam,distin.10.& alij Pō tifices,idem determinant,capit.de capitulis,capit.quis autem,cap.verum est, dist. 10.& Ambros.Luc. 5.in illa verba, se-
D. Amb. dens docebat,& refertur,capit.magnum,
D.Chris. 11.quæst.1.Chrisost.ho.4.in illud Esai. Vidi Dominum,& homil.23.in illud ad Rom.13.Omnis anima potestatibus supe-
D.Aug. rioribus subdita sit,D.Augustus.vt refer-tur,cap.si quis laycus,22.quæstio.5.Con-
Conci. Tollet. cil.Tollet.4.cap.75.& Conc. Emeriten-
Concil. Emoritedse. se,can.5.De hoc etiam extāt multa ex authoritate Imperatorum,in iure Ciuili.De quo Thæodoretus,4.hist.cap.8.& l. neminem,C.de Sacros. Eccles. & l. instructiones,C.eodem tit.& l.3.nostri Regni,titul.19.part.2.& lege 20.& 21.titul. 13.part.2.& lege 13.tit.3.libr.4.Nouæ Compillationis,& hac ratione olim in Castella,& modo in Aragonia,Nauarra,& Sicilia,ad sunt Comitijs habentes sufragium decisiuum, tanquam partes subiectæ Reipublicæ,& legibus eius modo predicto eadem ratione in Regem iurant, & iurare tenentur,vt docet Gregor.Lopez l.4.verb.*Con cuyo señorio*,titul.15.part.4. eadem ratione,etiam Episcopus detineri potest iusta ex causa,ne vadat ad Concilium Prouintiale,etiam vocatus à Metropolitano,vt patet ex Concil.Agatensi,2.
Concil. Agatense. relato,cap.si Episcopus,18.& similiter à præcepto Metropolitani,vt patet ex Concil.Emeritensi,& Cōcil.Sardicensi, can. 8.vt refertur,capit.si vobis,23.quæst.8. & in iure Hispaniæ,l.24.tit.2.lib.3.ordinamenti Regij,quæ est lex 13.tit.3.libr. 4.nouæ Compillationis statuitur à Ioanne 2.Rege Hispania,vt persona Ecclesiastica,ter à Rege vocata,& venire respuēs exula Regno expellatur,iureque naturalibus Regni competenti,& temporalitatibus priuetur, vt inobediens domino suo temperali. Similiter etiam Ecclesiastici obligantur ad leges Ciuiles irritantes contractus,& testamenta,nisi tali solemnitate,& modo fiant,aliàs enim in valida sunt defectu dispositionis iuris,quod seruare tenentur.Similiter Clericus tenetur, ad legem vectigalium,si negocietur, contra prohibitionem iuris,ex cap.quamquā,de censibus.Similiter tenentur ad contributionem æque primario factam inutilitatē laycorum,& clericorum,vt pro reparatione aggerum, ne flumē innundet in agros laycorum,& clericorum.

Dub. III.

Vtrùm Ecclesiastici sint essempti à legibus Ciuilibus positis in prima conclusione dubij præcedentis,& alijs cōsimilibus iure diuino,aut humano?

PRIMA conclusio,Summus Pontifex iure diuino est exemptus ab omni lege,& potestate ciuili.Hanc tenet Victo.relect.1.de potest.Eccles.quæst.vlt. num.9.Cai.opus.de potest.Pap.cap.27. Driedo.1.de liber.Christiana,c.15.Molin.tom.1.de iust.tract.2.disputatio.31. con.4.Hæc probatur,quia decentissimū erat,vt Christus eum,qui caput est totius Reipublicæ Christianæ,& cui Principes sæculares in spiritualibus,& maioribus subditi sunt eximeret à potestate ciuili eorum,quæ minor est. Secundo probatur, quia Christus hanc exemptionem habuit ergo suo Vicario debuit illam tribuere, cum gerat personam Christi. Antecedens vero probatur, Matth. 17. Ergo liberi sunt filij,& subdit,vt autem non scandalicemus eos,&c. Et da eis pro me,& te. Ecce solum ratione scandali dicit soluere tributum,& non ex debito,& non solum pro se,sed & pro Vicario suo,imò in illo verbo:ergo liberi sunt filij aliqui intelligunt, quod loquatur non solum de se,& Petro,sed etiam de alijs Apostolis, tanquam de familia sua,atque adeo non incongruo colligitur,idem de Papa,tanquā de Vicario Christi. Et nota hanc rationem

1.*Concl.*
Victor. Cai. Driedo. Molina.

nem non tantum probare de Papa, quia supremus in temporalibus in suis terris, sed etiam quia caput in spiritualibus, etiam si dominium temporale, non haberet.

Corol. Ex quo sequitur merito damnatum, Marsilium Patauinum, & Ioannem de Ianduno, qui vt refert Victor. relectio. 1. de potest. Eccles. quæstion. vltim. numer. 9. Asserebant Christum tributum soluisse, non ex liberalitate, sed ex obligatione necessitate coactum, iuxta illud Ioan. 19. *Ioan. 19.* Non haberes potestatem in me, nisi tibi datum esset de super, vbi supponi videtur habere potestatem supra Christum, cum loquatur de permissione, & non de potestatis collatione, qui etiam asserebat Imperatorem debere Papam corrigere, & instituere.

2. Concl. Secunda conclusio, Ecclesiastici iure diuino sunt exempti à potestate ciuili in causis mere Ecclesiasticis, vt increandis Episcopis, & Sacerdotibus, & diuidendis diœcesibus, & Parrochijs, & alijs inde emergentibus. Hanc tenet Victor. & Soto citati supra, & Molina, & Azor, vbi supra. *Victoria. Soto. Molina. Azor.* Et probatur, quia potestas Ecclesiastica immediate est a Deo, ciuilis autem Regis a resp. ergo illa, non potest dependere ab ista patet. etiam ex capit. si Imperator, 96. distin. vbi Ioannes Papa. Sic ait ad Sacerdotes Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad sæculi potestates, patet etiam ex illo facto Constantini in Concilio Nizeno, quod cum Episcopi ad invicem, alij cõtra alios libellos criminum aferrent ad Imperatorem. Respondit vobis Deus dedit potestatem iudicandi nos, vos autem ab hominibus iudicari non potestis, libellosque coram omnibus combussit. De quo Euseb. lib. 2. cap. 2. Nicephorus, lib. 2. cap. 10. & lib. 7. capit. 32. & Nicolaus, 1. Epistol. ad Michaælem Imperatorem. Idem dicẽdum de iure patronatus, & exigendi pensiones beneficijs impositas iure diuino, solũ ad potestatem Ecclesiasticam pertinere. *Euseb. Nicepho. Nicol.*

Corol. Contra hæreticos. Ex hac conclusione sequitur, hæreticos supra dictos, maxime errare asserentes ab Imperatore emanasse, vnum Sacerdotem esse maiorem altero authoritate, posseque eam tollere, sicut eam contullit. Verum est, quod si Pontifex. aut alij Ecclesiastici sua potestate abutantur in perniciem Ecclesiæ conferendo (verbi gratia) Simoniace Ecclesiastica beneficia posse Principem sæcularem resistere possessionemque impedire. Hoc tamen non multum est extendendum. Vide Cai. tom. 1. opus. 1. de potestate Papæ, capit. 27. Victor. relectio. 1. de potest. Eccles. quæst. vltim. num. 3. Soto, 4. dist. 25. quæst. 2. artic. 2, Driedo, 2. de liber. Christiana, capit. 2.

Tertia conclusio Ecclesiastici in alijs causis ciuilib⁹ citatis, primacõclusione dubij præcedentis in quibus sunt exempti, non habent exemptionem ex iure diuino, sed ex iure humano Pontificio, vel regali, aut imperiali. Hanc ponimus contra Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 12. quæstion. 1. oppositum asserentem citantemque pro se Innocentium, cap. 2. de maiori. & obedien. & Hostiensem, ibidem, & Ioann. Andr. Dominicum, Archid. Ancharranum, capit. quamquam, de censibus, in 6. Panorm. Felinum, Decium, Butrium, capit. Ecclesiæ Sanct. Mariæ, de constit. Almain de potest. Ecclesiæ, cap. 8. prop. 3. Angelum, verbo. immunitas, nu. 33. versu 11. & alios. Nostra tamen conclusio est Diu. Thom. in illud ad Rom. 13. Ideo enim tributa præstatis, Victor. relect. de potest. quæst. 6, prop. 2. num. 3. Soto, 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. con. 3. 4 & 5. Caie. verb. excommun. cap. 31. & 37. Salõ, 2. 2. quæst. 67. art. 1. controuer. 1. con. 4. & Bañez ibidem, Ioann. de Medin. C. de restit. quæst. 15. Couar. in practi. cap. 31. numer. 2. con. 1. & lib. 2. variar. capit. 29. Driedo, 2. de liber. Christian. capit. 2. Palacios, 4. dist. 25. disput. 3. con. 3. Henricus. quodlib. 9. quæst. 1. Ioann. Garcia de nobilitate, glos. 9. nu. 14. Bellar. 1. de Cleri. cap. 28. Suarez, opus. de legib. & Salas disputatio. 14. sectio. 11. Hæc conclusio probatur, primo, quia talis exemptio, nec habetur ex sacris litteris, nec ex traditione, neque ex patrum testimonio, neque ex naturali ratione: ergo nullo modo habenda est. vt de iure diuino. Prima pars, antecedentis probatur. quia si ex aliquo colligeretur, maxime, Gen. 47. Vbi Ioseph, totam terram fecit tributariam, præter terram Sacerdotum, sed hoc fuit priuilegium. Item Matth. 17. Ergo liberi sunt filij, & hoc tantum intelligitur de Christo & eius Vicario, & ad summum de Apostolis. Item Psal. 104. Nollite tangere Christos meos, & hoc non tantum intelligitur de Sacerdotibus, sed etiam de regibus, & docet illos non esse nocendos. Secundo probatur, quia in initio Ecclesiæ Ecclesiastici erãt subiecti principibus secularibus: ergo exemptio, non est de iure diuino, sed postea facta est iure humano. Antecedẽs

3. Concl. Contra Azor, & alios quos ipse citat est. D. Thom. Soto. Cai. Salon. Bañez. Ioa. Med. Couarr. Driedo. Palacios. Henric. Gratia. Bellar. Suarez. Salas.

Gen. 47.

Matt. 17.

Ps. 104.

patet,

Rom. 13. patet Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, in illo verbo omnis anima, etiã Ecclesiastici includũ tur, vt explicat glos. & Chris. & Theodo retus, & Theophilatus. Si respondeatur, hoc tantum esse ratione scandali. Contra quia Paulus talem subiectionem ad Deũ, refert dicens, qui potestati resistit, Dei or dinationi, resistit & 1. Petr. 2. docet omnes subditos esse principibus, etiam disco lis. Confirmatur, quia antiquitus, etiã Ec clesiastici tributa soluebant principibus Christianis, vt patet ex D. Ambro. cap. si tributum, 11. quæst. 1. & Vrbano, cap. si tributum, 23. quæst. 8. Conf. secũ do, quia Ecclesiastici commorantes, ãpud in Fideles tenentur in conscientia tributa soluere, quia priuilegio Ecclesiæ gaudere non possunt, apud Ecclesiæ non subditos, imò à talibus superioribus iuste poniuntur eadem ratione: ergo exemptio, tãtum est iure humano, quia si esset diuinum, etiam apud infideles, illo gauderent. De quo Alber. Pigius, 5. Eccles. Hier. cap. 7.

Glosa. Chris. Theophi. Solutio. Impug. 1. Petr. 2. D. Ambr. Vrb. Alber. Pigius.

Not. Notant autem, Authores huius conclusionis, quod licet hæc exemptio sit de iure humano absolute loquendo, tamẽ aliquo modo est de iure diuino: Quatenus Pontifex habet ex iure diuino potestatẽ, imò, & aliquando præceptum, & ipsi Principes sæculares, vt talem exemptionem instituant, propter decentiã Ecclesiasticorum: nam in multis indecẽs est, quod Deo consecratũ mundo deseruiat, & etiã quod Ecclesiastici, cum sint pastores, patres, & iudices sæcularium inspiritualibus à suis obibus, & filijs, & reis iudicentur. Hoc maximam axam præbente, ad mutuã vindictam in iudicio, cũ populi maximo scãdalo, & Religiosi, sæcularibus spiritualia, per prædicationem, & doctrinam seminantes, non multum, quod temporalia metãt, per libertatem tributorum, præcipue, cũ per paupertatem sæcularibus, bona tẽporalia reliquerint, & cum minus delinquãt, & proprios habeant iudices, ne per tribunalia vagentur, & clausuram seruent, melius est à sæcularibus non iudicari, quod strictius currit Demonialibus: & ad conuenientiam, huius exemptionis multum habet exemplum, Ioseph liberantis Sacerdotes attributis, & illis ex publico ciuaria dantis. Et 1. Esdræ. 7. Quod Artaxerxes Sacerdotes, & Leuitas à vegtigalibus liberauit. De hoc Vrban. c. tributum, 23. quæst. 8. & forsitam Authores contrarij, hoc solum intendunt, quod hęc exemptio originaliter, sit ex iure diuino, licet proxime, & formaliter sit ex iure Canonico, ita capit. quamquam, de censibus, in 6. & capit. non minus, de immunit. Eccles. cap. si Imperator, 96. & cap. nimis. de iure iurando, & Triden. Sectio. 25. capit. 20. & Lateranense, sub Leon. 10. sesio. 9. & ita explicatur, capit. continua, capit, præsertim, capit. placuit, 3. cap. relatum, 11. quæstio. 1.

1. Esdr. 7. Vrban. Concil. Trid. Lateran.

Corol. Ex dictis sequitur, quod Põtifex etiã principibus sæcularibus resistentibus potest prædictam exemptionem facere inordine ad bonum spirituale, & Dei honorẽ, & ob causas in notabili allegatas. Quę autem sint personæ Ecclesiasticæ, hac exemptione gaudentes, scilicet Clerici sacrorum ordinum, omnes Religiosæ, & Religiosi, & qui in minoribus ordinibus sunt constituti, videatur in Salas, disputation. 14. sectio. 11. in fin. Et a quo tempore, hæc exemptio incæperit paulatim ibidem.

Dub. IV.

Vtrùm obligatio, qua tenentur Ecclesiastici seruare leges Ciuiles, à quibus exemptionem non habent, sit ex iure naturæ, an ex ipso iure positiuo ciuili, quod in illis casibus tenentur obseruare?

1. Sent. IN hac re, est prima sententia asserens, Ecclesiasticos, non teneri ad seruandas huiusmodi leges directe, ex obligatione ipsius legis Ciuilis, sed indirecte quatenus ratio naturalis dictat, huiusmodi leges esse seruandas ad conformitatem cum reliquis eiusdem Reipublicæ, ad modum quo aliqui supra dixerunt de obligatione Principis ad seruandas suas leges. Istã sententiam tenet Vazquez disput. 167. cap. 4. & citat pro se Panor. Syluestrũ, & Angelum, licet oppositum teneãt, tenet tamẽ cum Vazquez, Azor, tom. 1, lib. 5. capit. 12. quæst. 3. & tom. 2. lib. 9. de Imperatore, cap. 7. quæst. 8. & 9. & 15. & Ioann. de Medina, C. de restitutione, quæst. 36. §. dubitaret aliquis, & Castro, 1. de l. pœnal. capit. vltim. §. alia fuit, sed neque isti præter Azor, fauent Vazquez, quia loquuntur de precio rerum. vt de pragmati-

Vazquez. Panor. Syluester. Angel. Azor. Ioan. Med. Castro. Citantur isti male à Vazquez, & alij plures.

ca

ca trici,& asserunt teneri lege naturæ intendentes,quod etiamsi lex humana non esset,adhuc lege naturæ tenentur,non discutientes,punctum metaphisicum,si obligatio precisse,ex iure naturæ oriatur, an vero etiam ex iure humano, citatur etiam pro hac sententria, Rebuffus in prœmio constitut.regalium,glos.1.num.55. vbi asserit leges Ciuiles,non obligare Clericos,quia non possunt obligare,non subditum, vbi videtur nullam legem,ex vi legis,Clericum obligare,& ad hoc adducit multa,c.ex iure,sed certe Rebuf.solum intendit,communiter leges Ciuiles Clericos non obligare,vt supra diximus, non autem intendit non esse multas leges Ciuiles obligantes Clericos,etiam ex vi legum,quia & ipse ibidem ponit octo exceptiones,in quibus leges Ciuiles Clericos obligant,quæ omnia videantur in Salas.

1.Arg. Hæc ergo sentētia probatur.Primo,quia nemo potest directè obligare eum, inquē non habet iurisdictionem,sed Principes sæculares non habent iurisdictionem in Ecclesiasticos:ergo non possunt illos suis legibus obligare:maior est Diu. Thom. hic & habetur,l.fin.ff.de iurisdi.omnium iudic.minor vero probatur,ex cap. Ecclesia S.Mariæ,de constit. vbi Inocentius, 3.id asserit,& ex Eug.4.in Synodo Remensi,vt refertur,cap.decernimus,de iudic.& cap.placuit,16.quæst.7.& cap.sæculares,de foro compet.in 6.& Leo. 10. in Concilio Lateranensi,Sessio.9.& Honorius 3.cap.super specula,de priuileg. & authen.statuimus, C. de Episcop.& Cleric.

2.Arg. Secundo arg. leges solum obligāt pertinentes ad forum,cuius sunt leges,sed Ecclesiastici non pertinent ad forum sæculare:ergo leges sæculares non obligant Ecclesiasticos.Maior patet ex Decio,capit. Eccles.S.Mariæ,de constit. num.18.& Aldobrandino, in additionibus, ad Decium.Minor vero probatur,ex cap.2.de foro compet.& cap.cum non ab homine, de iudic.& capit.Clericum,& cap.nullus, 11.quæst.1.

3.Arg. Tertio arg.legislator non potest obligare,quem non potest punire,sed legislatori Ciuilis,non potest punire Ecclesiasticum:ergo neque illum directe obligare. Maior patet,quia inutilis esset lex, sine potestate punitiua, ex l.fin. ff. de eo cui mandata est iurisdictio.Minor vero patebit ex dicendis,dubio sequenti.

Conclusio. Conclusio tamen sit,quod Ecclesiastici directe tenentur ex vi legis Ciuilis ad illas leges,quarum exemptionem,non habent.Hanc tenet Victoria,relect.1.de potest.Eccles.quæst.vlt.num.4.Soto,4.d. 25.quæst.2.art.2.con.4.& 2.de iust.quæstio.6.art.7.con.1.Medina hic dub.vlt. & omnes, alij quos citauimus,sup.dub. 2,con.2.Et probatur,quia illud, Roman. 13.Omnis anima potestatibus, &c. & illud.edite:ergo omnibus debita, & illud 1.Pet.2.Subiecti igitur estote,&c. videtur insinuare Ecclesiasticos,& quamcumque personam subijci Regibus, ex vi ipsius legis,& potestatis humanæ illorum. Secundò probatur,nam Ecclesiastici in illis,quæ suo statui,non contradicunt, nec Ecclesia habet aliquid determinatum, & Princeps sæcularis disponit,tenentur ea facere directe:ergo aliqua lege directe obligantur,sed respectu temporalium huiusmodi,nulla lex potest assignari directe præcipiens,& disponens,nisi lex Ciuilis: ergo illa tenenturdirecte.Maior patet,nā directe tenetur Ecclesiasticus,non vendere triticum,vltra taxatum preciū,non extrahere aurum,aut æquos à Regno, noctu arma non deferre,testamentum,&contractus,siue solemnitate iuris non facere,sententiæ datæ in tribunali sæculari, in quo Ecclesiasticus est actor stare. Alias enim sæcluso scandalo,hæc posset non seruare,quod nullus audebit dicere, quia non satis esset prouisum fraudibus,& litibus. Conf,quia si ad huiusmodi solum ex decentia naturali Ecclesiastici tenerentur,solum venialiter peccarent illa transgrediendo,quod etiam videtur falsum,sequela autem patet,quia ex eo supra aliqui dixerunt Regem solum venialiter peccare transgrediendo propriam legem sæcluso scandalo, quia solum tenebatur ex decentia naturali,& non ex vi ipsius legis. Tertiòprobatur,quia Principes seculares tenentur defendere Ecclesiasticos illis petentibus ius dicere:ergo eis Ecclesiastici tenentur obedire.quia Princeps solū suis subditis ratione obedientiæ tenetur hæc impendere,vt sic qui sentiunt damnū subiectionis,sentiant etiam commodum defensionis:si ergo Ecclesiastici ex legibus Ciuilibus commodum reportant incontractibus, & præscriptione contra alios, & in fauorem sui, quare etiam damnum, etiā subiectionis nō debebunt reportare? Confirmatur, nam alias in temporalibus Ecclesiastici essent, sine lege,cum ex vna parte Ecclesia,in multis istorum,non disponat,& ex alia contrarij asserant lege Ciuili non teneri: nam teneri illa decentia naturali

Victoria. Soto. Medin. Rom. 13. 1. Pet. 2.

naturali, non est lege teneri.

Not. Notandum tamen, nos non negare Ecclesiasticos teneri lege naturali subeni re necessitatibus Reipublicæ, vt quando facultates, laycorum non sufficiũt ad bo num commune seruandum, sed loquimur extra precissam necessitatem, & per se loquendo, tunc enim Ecclesiastici in Ecclesiasticis, & pertinentibus ad proprium sta tum, & in illis, de quibus Ecclesia disponit, tenẽtur iure diuino, vel pontificio. In ciuilibus autem, de quibus Ecclesia non disponit, & disponit potestas ciuilis, tenen tur ex obligatione legis ciuilis, insuper ta men notandum; quod etiam in necessitate, non debet quilibet iudicare, si Ecclesiasticus teneatur lege naturæ, sed hoc debet esse Papa consulto, quia licet olim sufficeret consulere Episcopum, ex cap. non minus de immunit. Eccles. modo tamen consensus Papæ requiritur, vt patet ex Bulla Cenæ, & ex Inocen. III. cap. aduersus, de immunit. Eccles. nisi esset difficilis additus, ad Papam, aut instaret periculum in mora, tunc enim sufficeret Episcopi cõsensus, vt ait Læsius, & Sylvester, vbi supra. Deberent tamen postea Papam certiorem facere, ne eius authoritas violata videretur. Nota etiam consulto dixisse, requiri consensum Pontificis, aut Episcopi, quia illius tantum est licentia, subditorum tamen debet esse concesio. Vnde Episcopus, sine consensu cleri Regi ex bonis Clericorum contributionem clericis, non consentientibus facere, non potest, nec Prouincialis ex bonis conuentuum, conuentibus non donantibus, donationem facere, non potest, quia non est dominus illorum bonorũ, sed ipsi clerici, aut conuẽtus sunt domini, cum dependentia tamen, vt sine licentia sui Prælati, in huiusmodi disponere non possint, videatur Greg. Lop. l. 54. verb. *En las calzadas*, Azor, to. 1. lib. 5. c. 13. quæst. 8.

Læsius. Sylvester. Greg. Lop. Azor.

Ad 1. arg. Ad primum arg. pro prima sent. resp. Principes sæculares habere iurisdictionẽ in Ecclesiasticos, in rebus de quibus procedit nostra conclusio, iura autem in contrarium loquuntur, de rebus Ecclesiasticis, vel de ipsis personis Ecclesiasticis, quãtum ad punitionem, in quibus exemptæ sunt, vt diximus.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. quod Ecclesiastici, non ligantur legibus fori sæcularis, sicut nec tali foro subditi sunt, sed ligantur legibus, alias agentibus, de ciuilibus, vt diximus.

Ad 3. arg. Ad 3. arg. patebit ex dub. sequenti.

Dub. V.

Vtrùm Ecclesiastici in transgressione legum ciuiliũ, quas obseruare tenentur à Principe sæculari puniri possint?

1. Sent. Glossa. Carolus. Guillelm. IN hac re, est prima sententia asserens potestate ciuili posse Ecclesiasticum puniri in transgressione legum ciuilium, quas tenetur obseruare. Ita tenet Glossa, cap. filijs, vel nepotibus, 16. quæstio. 7. verbo, Reges, & capit. Principes, verbo, intra Ecclesiam, 23. quæstion. 5. Carolus de Crassalis Regalium Franciæ, 2. part. priuilegio 17. & alij loquendo, de crimine læsæ Maiestatis, aut cum à iudice Ecclesiastico puniri nõ possunt Ecclesiastici. Idem tenet Guillelmus Benedictus, in repetit. capit. Raynuntius, verbo, in vxorem, decisio. 2. à numer. 155. Loquendo de Ecclesiastico gerente officium sæculare. Alij autem, quos refert Couarruuias, in pract. capit. 18. id tenent de crimine commisso ab Ecclesiastico inferendo testimonio, coram iudice sæculari. Alij id asserunt de clerico nollente contributionem, dare quam tenetur, quod tunc compelli possit, etiamà sæculari, ex l. fin. C. quibus muneribus, libr. 10. sic Rebuffus, capit. 1. titul. de sentent. artic. 3. glos. 6. id etiam tenet, Couarruuias, 1. variar. capit. 20. numer. 18. de clerico portante arma prohibita, quod armis spoliari possit à ministro sæculari, nec compelli possit à iudice Ecclesiastico, vt illa restituat. Illũ, sequitur Iul. Clar. lib. 5. receptarũ sententiarum, 9. fin. quæstio. 35. numer. 26. Idem tenet Carolus de Crassalis Regalium Franciæ, part. 2. priuilegio, 17. de Clerico, vel Episcopo, conspirante in mortem Regis, quod possit potestate ciuili à Regno expelli, & acrius alij loquuntur.

Rebuff. Couarr. Iulius Clarus.

Arg. 1. Sent. Constant. Hæc sententia probatur, ex Isidoro, lib. 3. sentent. de summo bono. cap. 51. vt refertur, cap. Princeps, 23. qnæstio. 5. asserente corrigi posse à Principe, quando Ecclesia per humilitatem disciplinam exercere non potest, idem asserit Constantinus Magnus, Epist. ad Nicomedienses, vt refert Theodoretus, 1. hist. capit. 19.

Item

Item ex Concil. Tollet. 9. cap. 1. vt refertur, cap. filijs, & nepotibus, 16. quæst. 7. vbi dicitur, quod si clericus bona Ecclesiæ dissipauerit, vel aliquid de fraudauerit, qui fundauit Ecclesiam, vel filij, vel nepotes eius denuntient iudici, aut Episcopo, & si qui talia agit est Metropolitanus, denuntient Regi: ergo Rex potestatem habet, ad puniendum talia delicta, nam aliàs ad quid denuntiandum Regi? Item ex l. ad dictos, C. de Episco. Audien. vbi si clerici ad dictos suplicio violèter liberare vellint iubet Archadius, & Honorius, vt ad ipsos causa recurat ad puniendos tales Clericos, vt ait glos. ergo.

Conclusio. Conclusio tamen sit Ecclesiastici, qui propter delicta potestati ciuili, & sæculari traditi, non suut nullatenus à magistratu, vel Principe sæculari puniri possunt. *Soto. Vazquez. Azor. Bellarm. Greg. Lop. Couarr. Iulius Clarus.* Hanc tenet Soto, 4. d. 25. q. 2. art. 2. con. 5. Vazquez disp. 167. Bellar. 1. de cleri. cap. 38. prop. 3. Azor, vbi sup. Greg. Lop. l. 3. verb. *Capellan traydor*, tit. 9. patt. 6. Couarr. vbi sup. Iul. Clar. lib. 5. recept. sen. c. fin. q. 35. Dicit communè, esse sententiam, hæc conclusio probatur primo, ex omnibus supra adductis ad probandum Ecclesiasticos legibus ciuilibus, non teneri probant enim efficaciter vniuersaliter nulla lege teneri ciuili, quantum ad vim coherciuam, & quantum ad punitionem, licet quantum ad vim directiuam aliquibus teneantur, vt diximus. Secùdo probatur, ex *D. Greg.* D. Greg. lib. 9. regist ri, c. 32. vt refertur, c. peruenit 11. q. 1. & eodem, lib. 9. c. 74. & lib. 11. cap. 54. vt refertur, cap. de persona, 11. quæst. 1. & ex *Alex III.* Alex. 3. cap. si clerici, de iud. vbi statuit, nec confessionē coram iudice sæculari, nec probationem, nec sententiam contra clericum, aliquid valere, & ex *Conc. Par.* Concil. Parisiensi, vt refertur, cap. 2. de foro compet, quæ omnia, ad *Conc. Tri.* libertatem Ecclesiasticorum. Confirmata sunt in Concil. Triden. Sessio. 25. de reformat. capit. 20. Tertiò probatur, nàm etiam ab Imperatoribus, id etiam statutū est ita determinat Iustinianus, auth. apud quos oporteat causas dicere Monachos, collat. 6. & authen. vt clerici apud propios Episcopos, col. 6. auth. de sãctissimis Episcopis, §. si quis contra aliquem, collat. 9. & Fredericus, auth. statuimus, C. de Episcopis, & Clericis, & Alphonsus Rex Hispaniæ, l. 54. tit. 6. part. 1. Quarto probatur, ratione nam indecens est, vt Ecclesiasticus à sæculari puniatur, vt supra dicebamus, & omnia iura sic clamant, quæ adducit Salas tract. 14. sect. 9. Item, quia indecentissimum est, vt Ecclesiasticorum crimina à laycis sciantur, cum illorum debeant esse exemplum, & per hoc periret grauitas doctrinæ, & correctionis Ecclesiasticorum in magnam Reipublicæ spiritualis ruinam. Quapropter delicta Ecclesiasticorum potius cooperienda sunt, vt verenda Noe à filio suo, vt dicitur, capit. de Scripturis 99. dist. Notandum tamen, hoc intelligendum de pœna, quæ vere est pœna, & punitio, nam si leges sunt irritantes contractus, & testamenta, quas supra diximus Ecclesiasticos obligare, tunc talis irritatio, etiam habet effectum in Ecclesiasticis, quia illud non est pœna, sed dispositio legis, secundum quod aliàs est nullum, si in oppositum fiat.

Ad primum arg. sent. contrariæ resp. D. Isidorum loqui de auxilio, quod petente Ecclesia potest Princeps, vel iudex sæcularis contra rebelles Ecclesiæ tribuere, iuxta dispositionem, Bonifacij VIII. in extrauag. vnam sanctam, de maior. & obedien. & cap. petimus, & cap. istud 11. quæstio. 1. & cap. ab Imperatoribus, 23. quæstio. 3. & cap. 1. de officio ordin. & capit. postulasti, de homicidio, non autem intēdit, Isidorus, quod sæcularis per se, non invocatus possit Ecclesiasticum condemnare. Ad illud autem de Constantino respondetur, illum executioni mandasse priuationem Episcoporum, qui in Concilio Niceno sunt priuati, & minare populum, si iam exilio relegatos reducerent, nullatenus, autem cõtra Ecclesiasticos propria authoritate sententiam tullit, aut pœnam inflixit. Ad illud autem ex Concilio Toletano respondetur, in primis reijcienda est solutio glossæ illius loci, quod intelligatur, quando iudices Ecclesiastici sunt remisi in puniendo, quod Princeps punire possit, id enim falsum est etiam enim stante remissione Prælati Ecclesiastici in puniendo punire, non potest iudex, aut Princeps sæcularis, vt patet ex Inocentio III. capit. qualiter, & quando de iudicijs, & Gregor. XI. regist ri, capit. 54. Secunda ergo solutio est, Archidiac. & Panormitan. ibi: Quod in illo casu denuntiandum est Principi, vt ipse moneat, & moueat iudicem Ecclesiasticum ad punitionem. Hæc etiam solutio Iuristis, non placet, quia eodem tenore dicitur recurrendum ad Episcopum, quando Reus est inferior. atque recurrendum ad Principem, quando qui delinquit est Metropolitanus, sed in primo casu recurritur, ad Episcopum vt puniat: ergo similiter in secundo

Ad 1. arg. prob. contaria. Sent.

Ad authoritatem ex Isidor.

Ad illud de Constantino.

Ad illud ex Cõcilio Tolletano.

Inocen. III D. Greg. 2. Solutio. Archia. Panor.

Impug.

cundo casu recurritur ad Principem, vt Metropolitanum puniat. Tertia solutio est etiam Archidiac. Bellar. & Imola, in illo, cap. qualiter, & quando de iudic. & Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 4. quæstio. 2. quod in illo tempore Concilij Tolletani, non erat reseruata ab Ecclesia potestas puniendi Ecclesiasticos, modo autem reseruata est, ex cap. decernimus, capit. at Clerici, capit. qualiter, & quando de iudicijs. Hæc etiam solutio vera non videtur, nam etiá ante illud Concilium extant loca, secundum computum annorum, per quæ talis reseruatio facta erat quæ adducit ex Greg. locis citatis, Salas disp. 14 sect. 9. Quarto ergo facilius respondetur, tunc Ecclesiam imbecillem ad vindictam tribuisse potestatem Principi ad talem punitionem in bonum ipsius Ecclesiæ, ne bona eius dilapidarentur, quousque iam Ecclesia fortior in temporalibus, vt modo id per se ipsam posset exercere. Ad illud autem, ex lege ad dictos, respondent aliqui Iuristæ, iam illud nouo iure esse abrrogatum, melius tamen dicitur Imperatorem laycos comminate, vt si à iudicibus non puniantur ab ipso Imperatore acrius esse puniendos, si addictos ad supplicium liberare contendant, ita Baldus, & Paulus de Castro, sup. illum locum, aut facilius respondetur illã commina-tionem Imperatorem, facere ipsis suplicio plectendis, quod si ab Ecclesiasticis liberenter acrius ab Imperatore fore damnãdos, vt hoctimore, nec ipsi Rei, nec Ecclesiastici libertatẽ à supplicio procurauerint, quia cedet in peius ipsius Rei.

3 Solutio. Archidiac. Immola. Azor.

Impug.

4 Solutio. Vera.

Ad illud ex lege ad dictos.

Notandum tamen, cum Victor. Soto prædicta debere intelligi regulariter, & per se loquẽdo, nam in casu raro, quod Ecclesiastici in vaderent Rempublicam, aut aliquod damnum graue vellent inferre, & à suis Prælatis, aut Papa non cohiberentur, tunc in propriam defensionem posset Princeps suis subditis suuenire, etiam cũ damno, aut etiam morte Ecclesiasticorũ, quia ad sui defensionem sufficientem, habet potestatem Respublica ciuilis, etiam contra Ecclesiasticos inuadentes. Hoc tamen raro, & methaphysice, & non morzliter eueniet, hanc tamen potestatem tribuimus Principi, & non iudicibus ordinarijs, nisi repente eueniret, vt Princeps statim remedium adhibere posset. Quapropter iudices ordinarij inique agunt, quacumque ex causa Ecclesiasticos in aliquibus euentibus, & casibus male tractando aut capiendo, aut malefactores, ab Ecclesia contra illius immunitatem extrahendo, ita multi Iuristæ, & Nauarro, cap. cum contingat de rescriptis, remed. 1. vers. 1. Simãcas de Cathol. institutione, cap. 42. num. 32.

Not. Soto. Victor.

Nauarro. Simancas.

Ad arg. ergo vlt. præcedentis dubij respondetur, aliam esse vim directiuam ad culpam, & aliam esse vim coherciuam ad pœnam, & licet regulariter inordine ad subditos, vtraque sit conexa, & directiua esset inutilis à coherciua separata, aliquãdo tamen separantur, reperitur enim vis coherciua ad pœnam, sine directiua, ad culpam in constitutionibus fratrum Prædicatorum, & aliquando vis directiua, ad culpam, sine coherciua ad pœnam in Principe, qui dum est subiectus legi non subijcitur pœnæ illius, propter indecentiam supra positam: ita similiter, hic propter consimilem indecentiã, vt Ecclesiastici à laycis puniantur exempti sunt ab omni pœna infligẽda à sæculari licet, non sit exemptus ab omni culpa, & obligatione legis.

Ad 3. arg. præcedentis dubij.

Dixi Ecclesiasticum esse exemptum ab omni pœna infligenda à sæculari, quia si sit infligenda pœna debita transgressori legis Ciuilis à iudice Ecclesiastico clerico transgredienti legem Ciuilem, quam tenebatur seruare alterius est negocij. Aliqui enim' existimant partem affirmatiuam, esse veram. Sed melius dicitur iudicem Ecclesiasticum, non teneri infligere, talem pœnam, quia de exemptione, constat ex iure, quod autem infligenda sit ab Ecclesiastico aqua erat exemptus, vt infligeretur à sæculari, non constat ex iure, vt sic iudex Ecclesiasticus teneatur illam infligere, tenebitur ergo infligere, quam ius Canonicum assignauerit, & si nullam assignat, tunc ad arbitrium poterit infligere pœnam decentem statui Ecclesiastico, & non ita acerbam, sicut erat assignata, per legem Ciuilem, subeunda à sæcuiari. Videatur Couarruias, in practici. capit. 33. numer. 7. & alij quos ipse citat, pro hac doctrina, & Vazquez disputatio. 167. capit. 4. numer. 30. Vtrum autem omnes Clerici, etiam Græci Orientales, teneantur ad omnes leges Canonicas Latinorum, aut consuetudine, aut permissione à multis illarum sint exempti. Vide in Salas, disputatio. 14. section. 15.

Dubium.

1. Sent. 2. Sent. verior.

Couarr. Vazquez.

Dub. Vide in Salas.

Dubium VI.

Vtrùm ciuis absens teneatur

tur leges, & statuta sui opidi obseruare, & vtrũ Prælatus possit ponere legem, aut statutum obligans ciuẽ absentem in alio territorio?

1.Sent. IN hac re est prima sententia negatiua, quod nec Prælatus possit tales leges, aut statuta absentibus imponere, neque absens in alio territorio teneatur illa obseruare. Hanc tenet Couarruuias, cap. alma. part. 1. §. 10. num. 3. quam dicit esse communem, Nauarro in sum. cap. 13. numer. 5. cap. 23. n. 120. Maior. 4. dist. 15. quæst. 3. col. 15. arg. 4. Driedo, de libert. Christia. lib. 1. cap. 17. §. vna est, Suarez 3. part. tom. 3. disputatio. 44. sectio. 3. §. illud vero, & tom. 5. disput. 5. sectio. 4. & opuscul. de legi Henrriquez in sum. lib. 7. cap. 13. num. 8. & lib. 9. capit. 25. num. 2. Rodriguez, tom. 1. sum. cap. 122. num. 1. Lesio, 4. de iust. cap. 2. dub. 8. Tolletus in summ. capit. 6. num. 4. Armilla, verbo, excommun. numer. 30, Azor, tom. 1. lib. 5. capit. 18. quæstion. 14. & capit. 25. quæstion. 2. Rosella, excommun. 7. num. 3. & 7. & Salas, tract. 14. section. 5. qui pro hac sententia adducit multos Iurisperitos, Paul. Pari. cons. 159. col. 2. libr. 4. Felinum, cap. à nobis, 1. de sentent. excõmun. Paulũ de Castro. lege vlt. ff. de iurisdictio. omnium iud. Panorm. cap. à nobis, 1. de senten. excommun. numer. 7. & 11. Iacob. de Grafis, libr. 4. decisionum, capit. 7. numer. 37. Baldo, lege fin. numer. 2. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Iason ibi. numer. 3. & Immola, & alios plures.

Couarr. Navarro. Maior. Driedo. Suarez. Henrriq. Rodrig. Lasius. Lolletus. Armilla. Azor. Rosella. Salas. Paulus Parisien. Paul. de Castro. Panor. Iacob de Grafis. Baldo. Iason. Immola.

1.Arg. Hæc sententia probatur primo, ex capit. vt animarum, de constit. in 6. vbi Bonifacius VIII. ait statuto Episcopi, quo in omnes, qui furtum commisserunt excommunicationis sententia promulgatur subditi eius, extra eius diœcesim existentes minime ligari noscuntur, cum extra territorium ius dicenti, non pareatur impune, quod quidem Pontifex determinat sumpta ratione, ex l. vlt. ff. de iurisd. omnium iudic.

2.Arg. Secundo arg. nullus potest præcipere non subdito, sed qui est absens in alieno territorio non est subditus: ergo non potest ei præcipere Prælatus alterius territorij. Maior patet, c. ad Audientiam, de consuetudin. c. atsi clerici de iud. c. quod autem, de pœnit. & remissio. cap. a nobis, 1. de sent. excomm. & Greg. XI. registri, cap. 54. & l. fin. C. si a non competenti iudice. Confirmatur, quia nullus potest exercere iurisdictionem in alieno territorio: ergo qui est in alio territorio. Non tenetur legibus territorij a quo est absens, patet consequentia, quia si teneretur, iam iurisdictio Prælati prioris territorij extendebatur, & exercebatur in alieno territorio. Antecedens vero paret, Clementin. 1. de foro competent. capit. placuit, 7. quæstio. 1. capit. Episcopum, 9. quæstion. 2. capit. fin. de constit. in 6. lege fin. de iurisdictio. omnium indic. & lege fin. ff. de officio præfecti vrbis. Confirmatur secundo, præsens vnius Prouintiæ si extra illam exeat, non potest exercere iurisdictionem, quam habebat in sua Prouintia: ergo similiter subditus vnius Prouintiæ, & territorij, non tenebitur legibus, illius si exeat ad alium territorium. Consequentia patet apparitate rationis. Antecedens vero probatur. lege præses Prouintiæ, ff. de officio præsidis, & capit. nobis de officio legati. Confirmatur tertio, quia hoc est priuilegium particulare concessum Episcopo in iuste expulso à suo Episcopatu, vt in loco proximiori extra proprium territorium, in quo sæcure potuerit habitare suam iurisdictionem exercere possit, ex Clementin. 1. de foro competenti: ergo hoc priuilegio, & causa illius, non stante, neque Prælatus potest extra proprium territorium præcipere, nec subditus extra proprium territorium existens tenebitur legibus prioris territorij obedire.

Conf. 1. Conf. 2. Conf. 3.

3.Arg. Tertio argu. qui est in alieno territorio subditur legibus territorij, in quo est: ergo non tenetur legibus territorij, a quo abest. Consequentia patet, quia sæpe leges vtriusque territorij sunt contrariæ, & ad contraria teneri non potest, & quia durum esset duplicatam obligationem, ad leges vtriusque fori habere. Antecedens vero examinabitur dubio sequenti, & patet ex August. Epist. 118. cap. 2. vt refertur, capit. illa, distin. 12. & Epistol. 119. capit. 17. & Epistol. 86. & lege 11. titul. 23. partit. 1. & Gregor. Lopez, ibi. Confirmatur quia, qui delinquit in alieno territorrio debet puniri, per leges illius territorrij: ergo non tenentur legibus proprij territorij, quia si istis, tenetur etiam pœnis istarum de-

Conf.

beret puniri, & sic puniretur vis in id ipsum.

Ex hac sen tent.

1.Corol.

Ex dictis inferunt Authores huius sententiæ. Primo, quod si quis sit in alieno territorio, in quo vescuntur oba, & lactic inia, etiam si in suo territorio, non liceat illa vesci poterit vesci illa, similiter ex alijs prouintijs, qui peregrinantur, per Castellam possunt die Sabbati, vesci viscera, & extrema animalis, etiamsi in suis Prouintijs, sit illicitum, quia non tenetur legibus suæ Prouintiæ, dum est absens in aliena, & hoc etiam si pars Castellæ, in qua peregrinatur sit proxima suæ prouintiæ Lusitanæ, vel Nauarræ, dum tamen, non trãseat ad partem Castellæ in fraudem legis, sed ex aliqua necessitate occurrente.

2.Corol.

Secundo sequitur posse Sacerdotem latinum, si transeat per Græciam consecrare infermẽtato, & Græcum transeuntem, per Ecclesiam latinam consecrare, in non fermentato, licet ad oppositum teneatur vnusquisque in sua patria. Si autem in Ecclesia latina sit aliqua particularis Parrochia Græca, tunc videndum est si illa sit subdita ordinario illius Prouintiæ, an vero immediate subiecta Papæ, si sit subdita ordinario, non potest in illa consecrare latinus infermentato, quia non censetur latinus esse extra suam Ecclesiam, vt non astringatur legibus Ecclesiæ latinæ. Si autem illa Parrochia sit immediate subdicta Papæ poterit infermentato latinus in illa celebrare, quia tunc per immediatam subiectionem Papæ censetur, acsi esset in Græcia, & solum materialiter est sita in terra latinorum. De quo Anton. 3. part. sum. tit. 24. cap. 7 5. §. 1. Paludan. 4. dist. 18. quæstio. 2. artic. 2. Gab. ibi, quæst. 1. art. 2. concl. 6. Rosella, ex commun. 7. §. 3. Armilla, numer. 30. glos. cap. cum Episcop. verbo, non exempto, de officio ordinarij, in 6. Archidian. & Ancharran. ibi numer. 2. Iason, lege fin. numer. 5. ff. de iurisdiction. omnium iudicum, & cap. luminoso, 16. quæst. 1. & cap. cum Episcopus, 18. quæst. 2. Quod autem latinus in Græcia possit consecrare in non fermentato, & Græcus inter latinos possit cõsecrare infermentato, non est, quia ad leges sui territorij teneantur, sed quia hoc est permissum, propter rationes, quas aducit Suarez, vbi supra.

Anton. Palud. Gab. Rosella. Armilla. Arch. Iason.

3.Corol.

Tertio sequitur, quod si in vna parte seruatur aliquod festum in alia vero, non si quis mane exeat à primo loco, ad secundum, potest cum venerit ad secundum locum laborare manibus, quia iam est exẽptus ab obligatione seruandi festum, dicũt tamen aliqui, quod tenetur audire Missam, antequam exeat à priori loco, quia iam erat à strictus præcepto pro illo tempore mane, aut ire ad alium locum, cum proposito audiendi, sicut qui videt futuram ocupationem ad recitandas horas vespere tenetur recitare mane, aut qui scit futuram ocupationem ad implendum præceptum communionis, secunda hebdomada paschæ tenetur communicare in priori, quia iam peruenit ad tempus obligationis illius præcepti currentis, per duas hebdomadas, ita Nauarro. vbi supra, & Ludou. Lopez, 1. part. instructo, capit. 52. nec peccant, & Rodriguez, tom. 1. summ. cap. 122. numer. 1. Licet alij oppositum, teneant, quia cum toto mane sit tempus implẽdi præceptũ, potest vsque ad vltimũ mane seruare impletionem, & si vltimo mane, iam præceptum non est, quia est in alio loco, vbi festum, nõ seruatur, nõ tenetur, & idem de horis recitandis. Si enim febris vespere sit futura excussans, tunc à recitatione, non tenetur preuenire recitationem, quia in sua libertate est implere vespere. & si tunc sit impeditus à præcepto liberatur, non est autem, eadem ratio de communione Paschatis, quia aliqui tenent, non finiri, tunc præceptum, sed etiã teneri, illo tempore transacto, & sic tenetur preuenire, aliàs vult præceptum violare.

Nauarro. Lopez. Rodrig.

4.Corol.

Quarto sequitur, quod si in proprio territorio carnes comeduntur in alio vero ieiunium seruatnr, vt exeat à priori territorio potest mane comedere carnes, postquam autem ad aliud territorium venerit, minime, potest tamen cenare, quia cum iam illo die carnes commederit, non potest ieiunare, potest autem abstinentiam à carnibus seruare, quia præceptum non comedendi carnes frangitur, quoties in die comeditur, & sic pro illo tempore, quo stat in loco, vbi non licet comedere, tenetur non comedere. ieiunium autem Ecclesiasticum, soluitur, quando semel carnes comeduntur, aut secundo vescitur, quia seruatur. per solum vna vice comedere non carnes. Vnde semel hoc non stante, quia vel amplius, quam vna vice, aut carnes comedit, potest iterum, & iterum comedere dummodo carnes nõ comedat.

5.Corol.

Quinto sequitur, quod si in priori domicilio sit dies ieiunij, & illa die transeat, ad aliud territorum, in quo non est dies ieiunij, potest in priori territorio mane comedere,

medere, & postea in secundo territorio, iterum comedere, quia per vnam comestionem non fregit ieiunium prioris loci, & per secundam etiam, quia iam est, vbi ieiunium non obligat, non tamen potest in priori territorio mane carnes comedere, quia adhuc præcepto obligatur, potest autem, cum ad secundum territorium peruenerit.

6. Corol. Sexto sequitur, quod si in priori territorio, cæpit quadragesimã posteriori, tempore, & in alio territorio, tempore priori, quod contingere potest, ex eo, quod in altera parte Calendarium, non sit receptum, tunc cum incepisset, quadragesimam seruare in proprio territorio, cum peruenerit, ad secũdum potest illam finire tempore, quo ibi finitur, licet non quadraginta dies obseruauerit, quia quandiũ fuit in primo territorio, non tenebatur, illam prius incipere, & quando est in secundo territorio non tenetur amplius, illam seruare, & vtrique præceptum quadragesimæ seruauit, licet non per quadraginta dies seruauerit, sicut qui est mediolani, potest carnes comedere quatuor primis diebus, & postea si ad alium locum eat non tenetur amplius, quam remanentes dies seruare, de his corolarijs. Videatur Læsius, 4. de iust. cap. 2. dub. 8. & Sanchez, tom. 1. de matrim. lib. 3. disput. 18. quæst. 2. num. 18.

2. Sent. *Paludan.* *D. Anton.* *Sylvester.* *Rosella.* *Armilla.* *Panor.* *Bartol.* *Sanchez.* Secunda sententia est affirmatiua, quod leges proprij territorij obligent, etiam absentem, & in alieno territorio cõmorantem, aut peregrinantem, & transeũtem. Hanc tenet Paludan. 4. dist. 15. quæstio. 4. art. 3. num. 26, D. Anton. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 2. Sylvester, verbo, ieiunium, quæstio. 2. dicto, 2. Rosella, numer. 16. Armilla, verbo, excommun. num. 30. & citat Panormit. cap. à nobis, 1. de sent. excommun. & Innocent. ibidem, Bartol. lege 1. à num. 47. C. de sum. Trinit. §. ex quibus, & contrariam asserit processisse, ex errore Canonistarum, & lege mercatores, nume. 1. C. de commerciis, & mercat. Tenet etiam Sanchez, tom. 1. de matrimon. quæstio. 2. num. 17. & alij, quos ipse citat, & plures in Salas loco citato.

Hæc sent. Prob. 1. Hæc sententia probatur, ex multis casibus in quibus lex proprij territorij obligat extra existentem, vt (verbi gratia) excommunicatio posita contra non residentes, in sua Ecclesia per duos menses incurritur ab eo, qui non residet, etiam dum est

2. Prob. absens à proprio territorio. Secundo etiam patet in eo, qui percussit alterum letaliter in proprio territorio, cui erat anexa excommunicatio, illam incurrit, etiam si percussus moriatur, dum percussor, iam est in alio territorio, vt probat Suarez, vbi supra.

3. Prob. Tertio etiam patet in illo, qui extrahit triticum, vel alia à proprio territorio, cui annexa est excommunicatio, illam enim incurrit etiam si sit tempore, quo extrahitur in alio territorio, vt etiam probat Suarez.

4. Prob. Quarto etiam patet, si Episcopus imponat censuram Clericis, ne in alio opido, & territorio Missam celebrent censuram incurrunt Missam in alio territorio celebrando, vt probat idem Suarez.

5. Prob. Quinto probatur, in legibus prohibentibus subditum, ne in alio territorio exerceat, quod proprio territorio est nocibum, vt si prohibeatur mercaturam talium mercium, in alio territorio fieri. De quo Couarruuias loco citato, capit. Alma, qualiter tales leges ligent, etiam existentem in alio territorio.

6. Prob. Sexto etiam patet, in casu quo posita excommunicatione furibus, si intra mensem, non restituant, tunc infine mensis incurritur excommunicatio, etiam ab existente in alieno territorio.

7. Prob. Septimo etiam patet, in statutis disponentibus, circa rem proprij territorij: tunc enim etiam, si persona sit in alio territorio, subditur statuto ratione ipsius rei pertinentis, ad primum territorium, ex capit. final, de foro competent.

8. Prob. Octauo patet, quando quis tenetur facere aliquid in proprio territorio, & per absentiam, non facit, tunc etiam absens obligatur lege sui territorij, vt si tali tempore tenetur, quis adesse capitulo, per excommunicationem, tunc si non adsit etiam absens incurrit excommunicationem, similiter si Religiosus tenetur sub excommunicatione sui Ordinis, non acceptare Episcopatum, nisi prius Ordini suis libris, & supelectili Ordini de relicta, si non faciat incurrit excommunicationem, etiam postquam extraordinem constituitur. De quo Sylvester, verbo, excommun. 2. numer. 8.

9. Prob. Nono etiam patet in lege prohibente suos ciues se posse vendere, etiam apud alienos, tunc si se vendat, etiam in alio territorio, facit contra legem, & incurrit excommunicationem, si talis posita est, licet enim oppositum doceat Molina, tom. 1. de iustitia, disputation. 33. Hoc tamen docet Anton. Gomez lege 1. Tauri, numer. 20. & lege secunda, C. quemadmodum testa-

2. Sent. *Molin.* *Gom.*

testamenta, & lege 1. C. de emancipat. libr. 10. & lege fundus, ff. de euict. &
Bart. Bartol. lege 1. C. de summa Trinit. numer. 24.

1. Not. Pro intelligentia huius dubij notandum vtramque sententiam asserere verum in omnibus casibus ab eis allatis, in casibus enim allatis à prima sententia, nec Prælatus potest absenti leges, aut præcepta imponere, nec absens tenetur illa seruare, & similiter in omnibus casibus allatis à secunda sententia Prælatus, potest præcipere absenti à suo territorio, & absens tenetur seruare, præcepta Prælati sui territorij, solum ergo remanet difficultas assignandi regulam certam, quando absens teneatur seruare leges sui territorij, quando vero non, & vtrum absolute sit, dicendum absentem teneri seruare leges sui territorij, aut absolute non teneri, an vero loquendum sit sub distinctione.

2. Not. Secundo notandum, apud Iurisperitos celebrem esse distinctionem, quod iurisdictio, alia sit contentiosa, alia vero voluntaria, contentiosa est, quę etiam inuitos potest exerceri, voluntaria vero tantum involentes, & non dicitur tantum involentes exerceri, quasi dependeat à voluntate subditi, sed quia ipso renitente, non suppetunt vires ad executionem illius. Quod clarius dicitur, alia est iurisdictio dependens à testibus, & probatione, in foro publico exercenda, ad quam suppetunt vires Prælati. Alia vero priuata independens à testibus in particulari, & secreto foro exercenda. Hæc dicitur voluntaria, quia si subditus nollit ei subiacere, non habet vires Prælatus ad executionem illius, maxime, si extra proprium territorium, vbi Tribunal erigere, non potest fit exercenda, vt statim dicemus: loquendo ergo de iurisdictione, contentiosa certum est extra proprium territorium exerceri non posse, sicut nec in alieno territorio Tribunal potest erigere, nisi in casu supra posito de Prælato in iuste expulso à suo territorio. Loquendo autem de iurisdictione voluntatia, & priuata, sine strepitu, bene potest in territorio alieno exerceri, vt Prælatus proprium subditum, etiam in alieno territorio existentem, & ipse Prælatus in alieno territorio existens, potest excommunicare. De qua distinctione. videatur Marcianus. lege
Mare. Acursius. Glossa. Couarr. 2. ff. de officio pro Consulis. & Acursius, ibi, verbo, contemptiosam. & lege emancipari, ff. de adoption. & glossa, Clemen. 1. verbo, iurisdictionem, de foro competent. Couarruuias, 3. variar. capit. 2. num. 8. vbi plures alios citat, colligiturque hęc distinctio, ex lege inter stipulantem, §. 2. ff. de verbor. obligatio. & lege fin. ff. de officio eius, cui mand. iurisdictio, & ex lege 2. pro Consulis, citata.

Tertio notandum, subditum esse posse absentem à proprio territorio, aut esse in illo. Dupliciter primo matarialiter, & physice, si secundum personam est intra, vel extra terminos physicos longitudinis terræ ipsius territorij. Secundo vero modo potest esse intra, vel extra territorium proprium formaliter, dicitur autem, formaliter esse extra territorium, quando non solum persona, sed etiam res, de qua versatur statutum, vel lex, aut delictum, de quo per legem assignatur pœna est extra proprium territorium, si vero res, aut negotium, aut delictum fit, intra proprium territorium, tunc licet persona sit extra materialiter, & physice, est intra territorium formaliter. Vt bene notat Sylvester, verbo, excommunicat. *Sylvester, Azor.* 2. numer. 8. & Azor, tom. 1. libr. 5. cap. 25. quæstion. 2. Si vero delictum inchoetur, in vno territorio, & consumetur in alio dubitant Doctores, ad quod territorium formaliter debeat pertinere. Loquendum est, tamen sub distinctione, nam si loquamur de delicto inordine, ad alias pœnas, vel effectus ciuiles Reipublicæ, ad territorium, primo cognoscens de causa pertinet, secundum communem sententiam Iuristarum, ex lege 1. C. vbi de crimine agi oportet, in illis verbis, vbi commissa, vel inchoata sunt. Videantur Bartolus lege dominium, ff. de furtis, & Abbas. in capit. postulasti, de foro *Bart. Abbas.* competenti, numer. 25. & ratio est clara, quia vtrobique deliquit, & vbi cæpit, & vbi consumauit, & ita in quacumque parte. potest puniri. Si autem loquamur de delicto inordine ad pœnam Ecclesiasticam, maxime excommunicationis non incurritur, nisi sit lata in territorio vbi delictum consumatur, quia excommunicatio, non incurritur. nisi propter consummatum delictum. Vnde si stuprum esset in proprio territorio prohibitum sub excommunicatione, si quis virginem, persuaderet, & per impudicos tactus à recta ret educeret autem extra territorium, ad consumandum in alio, in quo talis excommunicatio non est, nnn illam incurreret, similiter de homicidio prohibito, *3 Not.*

sub

sub excommunicatione, & si si quis illud incipiat extra Ecclesiam, consumet autem intra tunc est excommunicatus, si vero è contra incipiat in Ecclesia, & consumet extra, tunc non est excommunicatus (verbi gratia) si emittat sagitam ab Ecclesia, & occidat existentem extra, non excommunicatur. Si autem emittat sagittam de foris, & occidat existentem intra tunc est excommunicatus. Et notandum ad esse delictum consumatum, intra territorium, vbi est lex excommunicationis, non requiri, ibi subsequi vltimum effectum, sed ibi esse actionem in passo esse completam (verbi gratia) si in Ecclesia percusit alium letaliter, etiam si extractus moriatur incurritur excommunicatio, quia non solum actio occisiua fuit incæpta, sed etiam consumata in Ecclesia, licet vltimus effectus sequatur extra Ecclesiam, sicut è contra si letaliter percusit extra Ecclesiam, etiam si intromissus moriatur, non incurritur excommunicatio, quia actio complete fuit facta extra Ecclesiam, itaque attendendum est ad territorium, in quo actio, non solum inchoatur, sed etiam completur i. esse actionis receptæ in passo, siue vltimus effectus, sequatur in illo territorio, siue in alio.

Concl. Conclusio sit, quod legibus proprij territorij, non obligatur, nisi qui formaliter est præsens, vel ratione personæ, vel ratione rei, vel ratione delicti, aut aliàs. Bene tamen potest esse subiectus legibus proprij territorij, qui tantum materialiter, & physicæ est absens a suo territorio. Hæc conclusio patet ex fundamentis, vtriusque sententiæ, prima enim probat in absentem, non solum materialiter, sed etiam formaliter non habere iurisdictionem Prælatum prioris territorij. Non autem probat, non habere iurisdictionem in absentem si tamen formaliter sit. Præsens ratione explicata. Et sic debet intelligi illud, capit. vt animarum. Aut etiam intelligitur, quod extra forum sententiam ferre non possit solemniter figendo Tribunal, & cum strepitu, quia hoc tantum potest fieri ex priuilegio in casu supra posito, non autem negat Prælatum, vnius territorij, habere iurisdictionem voluntariam in absentem, pertinentem, ad proprium forum ratione predicta. Qualiter autem teneatur taliter absens legibus, & statutis sui territorij, & alias etiam legibus territorij, in quo absens à proprio commoratur explicabitur dubio sequenti. Secunda etiam sententia, tantum probat Prælatum vnius territorij posse instituere leges, aut statuta, quæ obligent absentem materialiter, non autem absentem formaliter, quia in omnibus casibus allatis. Pro illa sententia formaliter habet præsentiam, ille qui physice, & materialiter absens obligatur, ad ibi inducta. In primo enim casu, de non residente, per duos menses, ille est præsens formaliter ratione delicti, quia ibi censetur delictum committi, vbi tenebatur residere, vt ait Angelus excommun. 1. numer. 10. casu, 3. & Syluester excommun. 2. numer. 8. casu 3. & patet ex lege qui non facit, ff. de regulis iuris, & lege facere oportet, ff. de verborum significatio. & ex glossa, capit. 1. de vsuris in 6. capit. 1. vt litte non contestata. Similiter in secundo casu, de eo, qui percusit lethaliter, alium in proprio territorio, cui erat annexa excommunicatio, patet ex 3. not. qualiter ratione illius delicti præsens ad pœnam excommunicationis censeatur. Similiter de extrahente triticum à proprio territorio, dicitur commitere crimen territorio a quo frumentum extrahitur, & sic lege illius, tanquam præsens, & subiectus ratione delicti obligatur. Similiter in quarto casu facit ille in damnum, aut contemptum proprij Prælati, & proprij territorij, & sic incurrit excommunicationem. Et idem fit in quinto casu, in sexto casu, etiam pertinet ad illud territorium ratione delicti præcedentis, & sic potuit obligari, ad restitutionem intra tale tempus, vt in capit. ex tuæ, de clerico. non residente, & capit. 1. de raptu, & capit. Romana, §. contrahentes, de foro competen. in 6. In septimo etiam casu patet, qualiter ratione ipsius rei ille absens censeatur præsens in priori territorio. Similiter in casu octauo, patet, sicut in primo ad illud territorium pertinere formaliter, vbi aliquid tenebatur agere, & idem dicitur de religioso, de quo ibi, nam si postea incurrit excommunicationem est propter delictum, non relinquendi bona sua Religioni commissum, formaliter sub obedientia Religionis, quia ante ægressum tenebatur talia bona relinquere, in casu etiam nono, illud delictum se vendendi etiam in alieno territorio, formaliter committitur in proprio territorio, quatenus est contra bonum illius se vendere, etiam in alieno territorio, & poterit legislator leges, aut statuta condere ne sui subditi, etiam in alieno territorio aliquid faciant in damnum

Angel. Sylueſter 2

proprij territorij. De quo Suarez,& Co
Suarez. Conarr. uarruuias,vbi supra.

Dubium VII.

Vtrùm peregrini, & ad venæ obligentur legibus,& cõsuetudinibus loci,in quo peregrinantur?

1.Not. PRO intelligentia notandum primo, pro titulo dubij nomen peregrini diuersimode summi,primo pro illo, qui terram natiuitatis propriam relinquens ad alienam transfert domicilium. Sic dicitur peregrinus Abraham in terra Canaam,& populus Israel in AEgipto,quia à terra natiuitatis ad alienam domicilium transtulerunt. Secundo modo dicitur peregrinus,qui retinens in vna patria domicilium, per alienam,per agratur,vt qui deuotionis causa pergit,ad Diu. Iacobum, vel propter negotium, ad aliam patriam pergit. Tertiò dicitur peregrinus,qui nullibi habens domicilium, per loca diuersa diuagatur.

2.Not. Secundo notandum, quod qui proprium domicilium, ad patriam alienam transfert,aut hoc facit animo perpetuo ibi manendi,aut solum per aliquod tempus, & hoc dupliciter,aut per tempus maioris partis anni,vt scolares in Academia Salmantina,vel alia,aut vero per tempus minoris partis anni, vt per quatuor, vel duos menses, aut per vnum, aut vero solum transeunter itinerando, de omnibus enim istis debet examinari,qualiter obligentur ad leges,vel consuetudines locorum in quibus peregrinantur.

3.Not. Tertio notandum, quæstionem posse procedere,aut de obligatione seruandi leges ciuiles,aut vero seruandi leges Ecclesiasticas,aut recipiendi Sacramenta.

4.Not. Quarto notandum,non esse dubium peregrinum teneri ad leges loci,in quo peregrinatur,ratione scandali, maximum enim oriretur,si alijs ieiunantibus,aut carnes non comedentibus ipse carnes comederet,aut non ieiunaret, & occasio esset alijs, propter vrbanitatem, vel amiciam frangendi ieiunium(verbi gratia) ex hac ratione,etiam obtinuit vim ipsa consuetudo,vt peregrini seruent leges loci peregrinationis,& sic iam etiam ratione consuetudinis obligantur,siue consuetudo sit orta ex vitando scandalo,siue alias, hoc enim nihil refert,atque adeo transgressores ab ordinario puniuntur. Hæc tamen obligatio est ab extrinseco, & dubium præsens procedit de obligatione abintrinseco: Vtrum peregrini ex vi ipsius legis teneantur seruare illas in loco peregrinationis.His suppositis.

Prima sententia asserit peregrinos nõ teneri legibus loci,in quo peregrinantur. *1.Sent.* Hanc tenet Paludan. 4. distin. 15. quæstio.4.artic.3.Medina,hic & Ioannes de Medina,Codice de pœnit.quæstion.10. Palacios,4.distin.15.disputatio. 8.post concl.6.Angles,4.quæst.4.ante dub.1. diffic.2.Vega,2.sum.casu 315.Azor tomo 1.lib.5.cap.11.quæst.3.& illam reputat probabilem Suar. 3.p.tom.3.disp. 44.sec.3.§.illud vero,& plures Sumistas & Iuristas,citat Salas pro hac sententia, imò pro illa adducit Sanchez,tom.1.de matrim.lib.3.disp.18.n.3.D.Aug.epist. 118.ad ianuarium,cap.2. *Palud. Medina. Angles. Vega. Azor. Suarez. Sanchez. D.Aug.*

Hæc sententia probatur primo,ex c.illa,dist.12.& cap.2.dist.41.vbi peregriuos teneri legibus loci,in quo commorantur solum reducitur ād scandalum,si oppositum faciant,& dicitur nõ sortiri illos forum loci,in quo peregrinantur, & cap. a nobis,1.de sent.excom.dicitur,quod excomunicatio contra fures,tãtum comprehendit subditos,& non alios,in quo videntur excipi peregrini,per illud verbum, & non alios,nam de remanentibus in sua patria,& non existentibus in ista,etiam per peregrinationem nullum erat dubium.Itẽ l.hæres,ff.de iudic.Dicitur,quod soli per perpetuo habitantes obligaatur legibus ciuitatis,& l.debitor,ff.de pignoribus, & glos.ibi,aut peregrinos,si cito sint recessuri,non teneri legibus loci,in quo peregrinantur,& idem videtur doceri,l.cunctos populos,verb.quos,C.de summa Trini. *1.Arg.*

Secundò probatur,quia secũdum Palud.Monachi non tenetur seruare ieiunia sua modalia, quia non sunt iuris dictionis Episcopi:ergo similiter,nec peregrinus,cũ non sit etiam iurisdictionis loci,in quo peregrinatur,similiter nouicius, nõ tenetur ad præcepta Religionis,licet in illa moretur,similiter latinus trãsiens per Grætiã, non tenetur consecrare infermentato,nec Græcus transiens,per latinã,tenetur consecrare in Azimo,& ratio videtur manifesta,quia lex tãtũ obligat partes illius Reipublicæ,sed peregrini nõ sunt partes illius Reipublicæ:ergo nõ tenẽtur seruare leges *2.Arg.*

illius.

illius. Maior patet, quia lex in tãtum obligat aliquos in quantum tenentur ordinari ad bonum commune, vt supra diximus, ad bonum autem commune huius Reipublicæ tantum ordinantur partes illius: ergo.

1.Concl. Prima conclusio, leges ciuiles, specialiter agentes de ciuibus, aut incolis, aut municipibus, non obligant peregrinũ existentem in illo loco. Pro huius intelligentia notandum, quod ciuem facit origo manumissio, aut allectio, vel electio, ad honorem & dignitatem ciuitatis, aut adoptio, vt constat ex lege ciues, C. de incolis, lib. 10. incola vero est, qui aliunde veniens, & alibi ortus, hic domicilium collocat, animo manendi in perpetuum, qui declaratur manendo, per decenium. De quo Sylvester, verb. domicilium, numer. 2. & Sanchez, 3. de matrim. disputation. 23. & Læsius supra, vt patet ex prędicta lege, & lege pupillus, §. incola, ff. de verbor. significat. municipem vero facit natiuitas propria, vel paterna, aut manumissio, aut adoptio, vt patet ex lege municipẽ, ff. ad municipalem. Dicimus ergo, quod leges alicuius Reipublicæ specialiter agentes de dispositione circa ciues, aut incolas, aut municipes, non obligant peregrinos, ibi existentes, vt patet, si quidem per solã existentiã peregrinus, nec fit ciuis, nec incola, nec municeps. De quo videatur Azor, lib. 5. cap. 23. quæst. 3.

Nota.

2.Concl. Secunda conclusio, bene potest Princeps in sua Republica condere leges disponentes, circa peregrinos, & ad venas in suo territorio residẽtes, quę illos obligẽt. Hæc probatur, nam Princeps potest condere, quamcumque legem conducentem ad conseruationem boni communis, & pacem, & tranquilitatem suę Reipublicæ, sed ad hoc multum refert concordia, & vniformitas inter peregrinos, & incolas, aut ciues: ergo bene potest condere leges obligantes peregrinos, circa huiusmodi. Minor patet, ex capit. in nobo 16. quæst. 7. & capit. illud de electio. & cap. illa, distin. 12. §. quod enim, ex Diu. August. & Din. Ambros. Confirmatu., quia si res circa peregrinos, per leges non disponerentur, maxima esset perturbatio, & lytes, & scandala in Republica: ergo vt hæc euitentur potestatem debet habere Princeps, vt leges condat, per quas in suo territorio peregrini, bene segerant, & suam Rempublicam, non perturbent.

3.Concl. Tertia conclusio, leges quæ communiter ponuntur pro omnibus absolutè, & non determinando pro ciuibus, aut incolis, aut municipibus illæ obligant, etiam peregrinos, siue transtulerint domicilium in perpetuum, siue ad tempus longum, vel breue, siue ad maiorem, siue ad minorem partem anni, siue solum sint transeuntes, per tale territorium. Hæc probãtur in primis de legibus contractus obligantibus, etiam peregrinos, quia obligant, vbi contractus celebratur, quantum ad solemnitatem iuris, ex lege quod si nollit, §. quia a si dua, ff. de edelit. ædicto, & Bartol. lege nemo etiam, ff. de duobus reis, & lege cunctos populos, & ibi Iason, Felinus, capit. idem sponsali, Tiraquellus, de primogenijs, quæstio. 46. & 48. Panor. capit. cum M. num. 5. de const. & alij plures Iuristę, quos citat Salas, disputatio. 14. sectio. 4. & Slyuester supra, quæstio. 8. & Molina, tom. 2. de iust. tractat. 2. disput. 260. initio. Ex quo sequitur in loco, vbi obligat Conc. Trident. non posse peregrinum, (verbi gratia) Gallus in Hispania matrimonium clandestinum celebrare validum, quia cum matrimonio sit contractus debet celebrari, secundum solemnitatem loci, in quo peregrinus illud celebrat. Secundo etiam sequitur gabellas esse soluendas in loco contractus, & non in loco peregrini celebrantis contractus, vt docet Bartol. lege 1. numer. 3. C. de contractib. Caietan. verbo, vectigal, Sylvester Gabella, quæstion. 3. numer. 13. Armilla, numer. 11. C de restitutio. quæstion. 13. §. verum cum his. Sequitur etiam vendentes triticum in Castella, etiam si peregrini, sint teneri vendere, secundum pragmaticam. De quo Medina, supra quæstion. 36. & Mexia in pragmat. sum. concl. 5. num. 78. Secundo etiam patet conclusio in legibus pœnalibus: certum enim est peregrinos, ratione delicti subiectos esse legibus loci, in quo delinquunt, non solum iure naturali, & iure gentium, sed etiam ex capit. fin. de foro compet. capit. 1. de raptor. lege fin. ff. de accusatio. authen. qua in Prouintia, C. vbi de crimine agi oporteat, & lege quæstiones, C. vbi de delictis agi oporteat. Hoc tamen intelligendum, nisi peregrinus sit superior statuente tales leges, quia superior inferiori subdi non potest, quoad pœnam, & vim coherciuam, etiam in proprio territorio statuẽtis, vt si Metropolitanus, in hoc Episcopatu delinquat ab Episcopo punirinon potest, De quo Sylvester, verb. excom. 1. nu. 9, Nauarro, capit. nobit, de iudic. ex Panor. c. 1. de rapto, n. 8.

Iasõ. Felin. Tiraq. Panor. Sylvester Molin. 1.Corol.

2.Corol.

Bart. Sylvester Cai. Armilla Medina.

Sylvester Nauarro.

Armilla. & cap. fin. de foro compet. & Armilla, ex-com. num. 29. vt tamen a pœna sit liber, non tantum dignitate, sed etiam iurisdictione debet esse superior, vt notant prædicti Authores, vt in casu posito de Metropolitano delinquente, in hoc Episcopatu.

Corol. Soto. Ex his sequitur idem dicendum esse de vagis subditos esse legibus loci, in quo vagantur, quia eadē ratio currit de illis, & de peregrinis, alibi habentib⁹ domiciliū, quid enim interest alibi habere, vel nō habere, vt legibus huius territorij, in quo peregrinantur, vel vagantur conformentur, & strictius hoc habet verum de vagis, quia aliàs nulla lege tenerentur, siquidem alia teneri non possint, cum alibi domicilium, non habeāt. De hoc Soto, 4. d. 18. quæst. 4. art. 2. de legibus autem Ecclesiasticis ponuntur, sequentes conclusiones.

4. Concl. Quarta conclusio, peregrinus transferens domicilium ex vna ad alteram partē animo ibi perpetuo manendi statim, atq; innouo loco domicilium collocauit, tenetur omnes leges Ecclesiasticas talis noui loci seruare, sicut & consuetudines illius.

Medin. Sayrus. Sanchez. Salas. Hanc docet Medina hic, & Sayrus, lib. 3. cap. 4. num. 15. Sanchez. tom. 1. de matrimon. lib. 3. disp. 18. num. 3. & Salas disp. 14. sectio. 4. & probatur, nam statim, atque ibi collocat domicilium, est pars illius Reipublicæ, & Ecclesiæ: ergo ligatur legibus illius, etsi taliter collocat ibi domicilium, quod etiam alibi, illud retineat tenetur legibus illius loci, in quo fuerit præsens, ac si alibi domicilium non haberet.

5. Concl. Quinta conclusio, si quis statuat manere, in aliquo loco per maiorem partem anni, tenetur seruare leges Ecclesiasticas illius loci, quoad Sacramēta, & ieiunia, &c. excepto Sacramento ordinis. Hæc patet, quia licet sola habitatio per maiorem partem ani, sine animo perpetuo, ibi manendi, non sufficiat ad domicilium ciuile, quod requirit decenium, vt diximus, sufficit tamen ad domicilium Parrochiale, & vere fit Parrochianus illius loci: ergo tenetur seruare leges Ecclesiasticas, quoad Sacramenta, & ieiunia, & sepulturam, & dispensationem votorum, &c. ad quæ sufficit, & requiritur esse parrochianus. Dixi autem, excepto Sacramento ordinis, quia de hoc est specialis determinatio in iure, quod nō fiat, nisi ex licentia Ordinarij, in quo habet situm domicilium. Vndè scolaris manens etiam pro maiori parte anni, in Academia Salmantina (verbi gratia) sacros ordines recipere non potest, sine licentia sui ordinarij, in quo domicilium habet situm. Videatur Sylvester, verbo domicilium, num. 2. & verbo, parrochia, & Angelus in vtroque verbo.

6. Concl. Sexta conclusio, etiam si quis statuat manere in aliquo loco per minorem partē anni alibi retinens domicilium, nihilominus tenetur seruare leges Ecclesiasticas Sacramentorum ieiuniorum, & obseruantiæ festorum, & alia huiusmodi, quę seruā tur in loco, in quo etiam, vt peregrinus, & hospes manet, & non solum ratione scandali, vt diximus not. 4. sed etiam ex vi ipsius legis. Hanc docet Soto, 4. distin. 18. *Soto.* quæst. 4. art. 2. §. & hic tamen notandum, *Læsius.* Læsius supra Henrric. lib. 7. de indulgen. *Henrr.* cap. 13. num. 8. Nauarro, cap. 13. num. 5. *Nauarro.* & cap. 23. num. 120. vbi adducit Panor. *Panor.* & Lopez, 1. part. instr. capit. 52. Suarez, *Lopez.* tom. 5. in 3. part, disput. 44. sectio. 3. §. il- *Suarez.* lud vero, & in opusc. de legib. Driedo, 1. *Couarr.* de liber. Christian. cap. 17. §. vna est, Co *Imola.* uarr. 4. variar. cap. 20. num. 8. vbi adducit *Bonifacius* Imolam, & Bonifacium, Felinus, c. quod *Felin.* clericis, de foro compet. Mexia, supra Ro *Rodriguez.* driguez, tom. 1. sum. cap. 122. num. 1. & in Bulla, §. 1. num. 8. Et probatur ratione, quia qui alibi habitat, etiā per minorē partem anni, non tenetur, dum ibi est seruare festa, & ieiunia sui opidi, vt diximus dub. præcedenti: ergo tenebitur seruare illa, quæ seruantur in loco, in quo modo cō moratur, patet consequentia, nam alias, sine legibus Ecclesiasticis iste maneret.

7. Concl. Septima cōclusio, peregrinus, & iter faciens etiam solum per diem mansurus in aliquo opido tenetur seruare festum, vel ieiunium, quod ibi seruatur, si aliàs etiam in suo opido seruatur, hæc etiam patet, quia non potest excusari à præcepto, vel sui opidi, vel opidi, in quo peregrinus, etiam per transitum reperitur, istis enim aut illis legibus debet ligari, & videtur rationabilis voluntas Prælati sui opidi, & Prelati opidi, in quo peregrinatur, vt a tali observantia, non excusetur, sed quod tale festum, vel ieiunium seruet imo, hæc videtur rationalis voluntas Papæ.

8. Concl. Octaua conclusio, peregrinus etiam per breue tempus vnius diei manens in opido alieno tenetur, non solū ratione scādali, sed ex vi legis seruare festa, & ieiunia loci illius. Hanc tenent communiter iurisperiti, in cap. quæ contra mores, & cap. illa, & cap. 1. de constit. & l. cunctos populos citata, & Panor. Nauarro, Couarr. Sylvester, & alij citati, 6. con, & patet ex cōmuni consensu, nam gallus transiens, etiā

per

per vnum diē (feriæ sextæ à natiuitate vsque ad purificationem, in quibus in gallia carnes comeduntur, vt testatur Paludanus) per Hispaniam non potest carnes comedere, & similiter Castellanus die Sabbati, non potest in Gallia comedere extrema, & in testina, quæ in Hispania posset comedere: ergo tenetur seruare ieiunium Hispaniæ, etiam si solum per vnum diem in illa commoretur. Si respondeatur non

Solutio. obligari ex vi præcepti territorij Hispaniæ, vel Galliæ, sed totius Ecclesiæ obligantis illo die carnes, non comedere, quia in Gallia, vel Hispania solum erat priuilegium, vel consuetudo comedendi. Vnde cessante priuilegio obligat præceptū Ecclesiæ. Cōtra, nam etiam est præceptū generale Ecclesiæ seruandi festa, & ieiunia

Impug. propria cuiuscūque Episcopatus, ex cap. fin. de Ferijs, & c. 2. de obseruatione ieiunij, vbi præcipitur, vt quisque conformetur Regioni, in qua moratur in obseruantia ieiuniorum, & festorum: ergo sic obligatur, etiam per vnum diem transiens per opidum alienum. Secundo probatur ratione præcedentis con. quia statim exiens à suo territorio eximitur ab obseruantia ieiuniorum, & festorum sui opidi: ergo statim tenetur obseruantia opidi, in quo moratur etiam per transitum, quia aliàs omni lege liber maneret, ex qua ratione, idem dicendum est de aduenis imo, & à fortiori, quam de Peregrinis transeūtibus, quia aliàs illi omni prorsus lege carerent, cum nullibi habeāt domicilium.

Not. Notandum tamen, quod peregrinus transiens per opidum in quo ieiuniū, vel festum seruatur multipliciter se posse habere in transitu illius diei. Si enim sic transeat, vt ibi non maneat non potest ibi carnes manducare, vsque ad alium opidum, non tamen tenetur sistere, vt Missam audiat. Si autem sistat nocte præcedenti ad dormiendum, & diluculo sit migraturus, non tenetur moram facere vt Missam audiat. Si autem aliàs moram fecerit, per totum mane Missam tenetur audire. Si autē solum per aliquod tempus mane, sufficiēs ad præparandum iter, vel sumendum ciuum, non tenetur ampliorem moram facere vt Missam audiat. Si autem aliàs vltra necessaria immoretur Missam tenetur audire. De quibus vide Nauarro, capit. 13. num. 5. Ludouicū Lopez, cap. 52. §. nec

Obiectio. peccant, Henrriquez, lib. 9. de Missa, capit. 25. num. 2. Etsi contra facias arg. quia sistere in illo opido, per tempus adeo breue censetur moraliter non sistere: ergo nō tenetur, ita breuiter manens in alieno territorio leges eius, aut statuta seruare. Antecedens patet lege quæsitum. 76. §. fin. ff. de legatis, & l. si ita 84. ff. eodem, & l. si pro patre, ff. de in rem verso, & l. diuortium, ff. de diuortijs, vbi glossa, ait quod per tempus breue est, est quasi non fuisset quod probat ex cap. ad nostram de regularibus, vbi dicitur eum, qui triduo fuit tantum habitu Religioso indutum, non dicitur habitum induisse. Respondetur, non *Solutio.* in omni materia esse æqualem proportionem seruādam, quia quod in vna materia est parum in alia potest esse magnum ad domicilium cōtrahendum, parū est si vna dies deficiat de decenio, aut quod per vnum annum tantum sistat in opido, & similiter in casibus. De quibus loca iuris adducta, in nostro tamen casu ad non comedendum carnes, aut ad Missam audiendam, tē pus assignatum, & sufficiens, est longum ad impletionem talis præcepti.

Ad primum argumentum pro prima sententia respondetur, in cap. illa, non redi rationem adæquatam obligationis peregrinorum ad seruandas leges opidi, in quo peregrinantur, ita enim est, vt ibi dicitur teneri ratione scandali, sed insuper, vt docuimus ex vi, etiam ipsius legis tenentur. Ad cap. autem à nobis respondetur, aliud esse de lege durante, & permanē te, etiam Episcopo mortuo, & aliud de mā dato Generali spirante, cum ipso: peregrini ergo tenentur ad leges permanentes, quia de huiusmodi faciliter cognitionem habere possunt, non autem tenētur ad mā data generalia, quæ quotidie mutantur, & non ita faciliter à peregrinis cognosci possunt, non quia Episcopus etiam per huiusmodi non possit peregrinos obligare, si vellet, vt diximus, sed quia non expressa eius intentione non est censendum, ita obligare velle, & de his loquitur, illud cap. à nobis. Ita Suarez opusc. de legi. Aliàs solutiones, non veras, & impugnatas. Vide in Salas, vbi sup. Ad legem autem hæres, respondetur, illam legem non asserere peregrinos, nō teneri legibus loci, in quo peregrinantur, sed dicit non fortiri forum illius loci, quia ibi loquitur de contractibus factis, cum peregrino, & licet contractus debeat celebrari, secundum solemnitatem iuris illius loci, vt diximus, tamē ad impletionem contractus, non debet cogi in illo loco, sed forum debet ēsse in opido ipsius peregrini, vt ait Bart. §. proinde, numer. 1. & Greg. Lop. l. 32. verb. *En aquella tierra*, tit. 2. part. 3. Simancas, in inst. tit. 9.

Ad 1. pro prima sen.

nu.145.& ratio eorum est, quia qui cum peregrino contrahit sciens illum statim recessurum, virtualiter contrahit, cũ hac conditione, vt illum debeat conuenire in ipso opido peregrini: Quapropter, si per oppositum existimaret, ibi mansurum, vsque ad tempus contractus consumati, cũ non esset prædicta voluntas latens, & virtualis posset ad venam conuenire in loco peregrinationis, vbi contractus est celebratus, si ibi ad venam comprehendere, vel inuenire potuerit, vt docet Bart. sup. & Panor, cap. fin. num. 33. de foro compet. sic etiam debet explicari lex exigere, ff. de iudic. vbi dicitur contractum dotis, non attendi, secundum locum in quo celebratur. Sed secundum locum mariti celebrantis illũ cõtractum, illa enim lex nõ loquitur de solemnitate contractus, quæ iuxta prædicta, secundum leges loci, in quo celebratur debet fieri. sed loquitur de executione, & solutione dotis, quod fortiri debeat forum loci mariti. quia cum mulier ad locum mariti, per se loquendo debeat adduci consequenter ad illum locum solutionem dotis à marito faciendam virtualiter, ex vi contractus destinauit, quia per matrimonium mulieri forum viri sortitur, ex lege cum quædam. ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. fin. ff. ad municipalem, vbi Vlpianus prædicto modo explicat legem exigere: vtrum autem, idem sit dicendum de solutione bonorum, quæ lucrata fuit tempore matrimonij, determinat Gregor. Lopez, & Simancas, loco citato, & non pertinet ad præsens, sufficit enim scire contractum celebrati, secundum leges loci, in quo celebratur licet executio eius ad alium locum, vt in prædictis possit pertinere. Ad legem debitor, & legem cunctos populos. Respondetur, breue tempus mansionis peregrini explicandum fore, iuxta prædicta de legibus Ciuilibus, aut Ecclesiasticis, quale sit tempus breue, respectu vnius, aut alterius.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum respondetur, quod sicut religiosi via directiua tenentur ad leges Ciuiles, non oppositas statui Religioso, aut dispositioni iuris canonici, ita similiter tenentur seruare leges, & statuta Ecclesiastica, suæ diœcesis, in qua commorantur si sint cõmuniter, & ab omnibus obseruata, statuta autem, aut leges speciales Episcopi. aut ieiunia seruare, nõ tenentur (præter censuras, & interdicta, & dies festos, quæ seruare præcipiuntur à Concilio Trid. sessio. 25. cap: 12. de regul.) quia exceptio firmat regulam in contrarium in alijs casibus, dum solum præcipiuntur seruare censuras, & festa, quod autem mandata Episcopi seruare, non teneãtur non est, quia in diœcesi sint peregrini, siquidem ibi domicilium habent, sed quia sunt exempti à iurisdictione Episcoporũ, & obligatio ad censuras, & festa potius est ex præcepto Concilij, quam Episcopi à quo sunt exempti. Si autem de Religiosis intra eundem ordinem, loquamur inter se dicimus, quod licet non habeant peculiare territorium, quia vbique terrarum habent domicilium intra Ecclesiam. Si tamẽ comparentur vnius Prouintiæ ad aliam, aut vnius Conuentus, ad alium dicuntur, ad venæ, & dicendum est de illis, sicut de alijs posse eos præcipere Prælatum Prouintiæ, aut Conuentus, in quo sunt hospites. Si tamen de hoc non sit specialis mentio, non tenentur ad præcepta peculiaria posita prohabitatoribus huiusdomus, vel Prouintiæ, tenentur tamen ad præcepta, absolutè, & communiter pro omnibus posita. Vide Syluestrum, & Suarez, supra. Ad illud autem de nouicijs respondetur, ad venas, aut hospites teneri legibus loci, in quo peregrinantur si sint capaces. Quapropter Gentilis intra Ecclesiam peregrinus tenetur ad leges Ciuiles, quarum est capax, non autem ad Ecclesiasticas, quia non baptizatus incapax est illarum: ita ergo nouicius tenetur ad leges Religionis, quarum capax est proportionatas suo statui, non autem ad omnes, cum deficiat in eo fundamentum, & capacitas, per professionem solumque sit in anno probationis ad illa, & sic intellige supradicta, quod nouicius ad præcepta Religionis teneatur. Vide Suarez, vbi supra. Ad illud autem de Sacerdote Græco, aut Latino respondetur, ex Leone IX. Epist. ad Michæ, patrem Constantino, capit. 29. & ex Eugenio IV. in Concil. Florentino, post sessio. vlt. Græcum posse consecrare inter latinos infermẽtato, & latinum inter Græcos in Azimo, quia sic oportuit ad vnitatem Græcorum, & pacem, cum latinis, & Schismata vitanda, & ad pulchritudinẽ, & varietatem in Ecclesia, nec ex hoc sequitur scandalum, cum omnibus satis sit, nota voluntas Ecclesiæ, vt hoc ita fieri possit: Vtrum autem possit se conformari ritui Regionis contrariæ. in qua cõmoratur dictum est supra. Vide Suarez materia de Eucharistia, & præcipue Soto, & Nuño, & alios Thomistas. Ad rationem autem facile constat qualiter peregrinus tempore, quo est in territorio alieno. Sit

Leo. IX. Eug. IV. Conc. Flor.

pars

pars illius, conducatque conformitas eius, cum incolis ad conseruationem boni communis, qua ratione possit obligari à Prælato illius territorij, in quo peregrinatur, de locis autem exemptis existentibus tamen intra terminos territorij Episcopi, patet, quid sit dicendum, idem enim est ac si, per longissimam viam à proprio territorio distaret, & quod diximus obligare, vel non obligare respectu alterius territorij, dicendum est respectu loci exempti existentis intra terminos proprij territorij, sed de his vide ad longum, Salas disp. 14. sectio. 6. & 7.

Salas.

Dubium VIII.

Vtrùm Christiani, etiam iusti & perfecti, sint subiecti legibus humanis?

Sent. Begardi. Iobinian. Almari. Arg.

IN hac re fuit antiquus error Begardorum, & Beguinarum assarentium iustos eximiæ virtutis, lege humana nõ obligari, imò contra nullam legem posse peccare, imò dè omnibus baptizatis, hoc asseruit Iouinianus, vt refert Aug. Hæresi 82. & Diu. Hieron. 2. contra Iouinianum Almaricus, etiam id asseruit de omnibus existentibus in charitate. Hæc sententia hæreticorum probatur, ad Galat. 5. Si spiritu ducimini nõ estis sub lege, Roman. 6. Peccatum nobis non dominabitur, nõ enim estis sub lege, sed sub gratia, 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini ibi libertas, 1. Tim. 1. Iusto lex, non est posita, sed iniustis ad Galat. 3. Lex propter transgressionem, (id est propter trangressores) posita est, & cap. 4. non sumus filij ancillæ, sed liberæ, qua libertate Christus, nos liberauit, Matth. 17. Ergo liberi sunt filij.

Nu.

Pro intelligentia notandum supra nos egisse, qualiter sit potestas humana legislatiua, tam ciuilis, quam Ecclesiastica, legesque tali potestate institutas obligare in conscientia, etiam Christianos cõtra Luthærum, & Caluinum. Quapropter, ne eadem repetamus modo solum agẽdum est de iustis, & perfectis contra hæreticos modo relatos.

1. Concl. D. Thom. Rom. 13.

Prima conclusio sit de fide, quod iusti quantumcumque perfecti obligantur legibus etiam humanis, tam ciuilibus, quã Ecclesiasticis. Hanc docet Diu. Thom. hic quam docet. ex illo Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, in eo, quod dicit omnis anima, etiam iustos, & perfectos includit, & primę Petri 2. Loquens etiam, cum perfectis dicit subiecti estote, omni humanæ creaturæ. Propter Deum, & quidem loca sacræ Scripturæ supra relata, ad probandam potestatem humanam legislatiuam, legesque humanas in conscientia obligare, vniuersaliter de omnibus, probant tam iustis, quam non iustis, quia vt dicitur l. 1. ff. de legibus, lex est commune præceptum, insuper nostra conclusio definita est in Concilio Lateranensi, vt refertur cap. damnamus, de summa Trini. & in Triden. Session. 6. c. 11. & Can. 19. & 20. & Sessio. 7. Can. 8. & Clem. ad nostrum, de hæret. Vbi prædictus error refertur, & damnatur. Videatur Soto, 3. de Nat. & Gra. capit. 1. & 1. de iust. quæst. 6. art. 7. Vega 11. in Triden. cap. 6. & 7. & 8. Vazquez, disputat. 166, cap. 1. Azor, tom. 1. libr. 5. capit. 6. quæst. 1. Valentia, disputat. 7. quæstio. 5. punto 4. Sair, tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 1. Medina, & alij iuniores, hic art. 5. Et ratione probatur conclusio, nam etiam iusti tenentur ad legem positiuam Dei: ergo similiter ad humanam. Consequentia patet, quia Prælati humani ponuntur loco Dei, sicut ergo obligantur Deo: ita & humanis Prælatis. Antecedens vero probatur, Matth. vlt. Docentes eos seruare omnia, quæcumq; mandaui vobis, Ioann. 15. Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea, Rom. 3. Legem ergo destruimus per Fidem? Absit, sed legem statuimus, & Gen. 2. Deus primis parentibus iustis præceptum imposuit, imò & Christus Dominus, nõ solum legi naturali, sed etiam positiuæ Dei fuit subiectus, vt homo, vt docet Soto supra, & patet, Ioann. 15. Cum tamen esset, quem pater sanctificauit vt sanctificationis omnium principium, & beati, etiam in patria, licet nõ præceptis viatoribus conuenientibus, alijs tamen, siui proportionatis adeò positis tenentur, vt ait Augustinus. 1. de lib. arbi. cap. 6. & Alensis: 3. part. quæst. 26. membro, 8. art. 6. quia non omnia vident in verbo, sed aliqua extra illud, ad quæ opus est, vt præcepto dirigantur, tamquam ad non sibi, aliàs certa, & cognita, vt patet de duobus Angelis certantibus ad contrarium, Dan. 10. Dan. 10. Quos esse beatos, & Angelos bonos, asserit D. Hier. & Lyra, ibi, & Greg. 17. Mora. cap. 8. & Diu. Thom. 1. part. quæst. 113. art. 2. quanto magis: ergo iusti

Con. Late. Con. Trid. Soto. Vega. Vazquez. Azor. Valentia. Sair. Medin. Mat. vlt. Ioann. 13. Rom. 3. Gen. 2. D. Aug. Alensis. Dan. 10. D. Hier. Lyra. D. Greg. D. Thom.

sti,in hac vita præceptisdiuinis tenebũtur.

2.Concl. Secunda conclusio,licet iusti,& perfecti teneantur seruare leges humanas,secundum vim directiuam,quatenus tenentur,vt regulatum conformari regulæ, tamen non tenentur,tales leges seruare, secundum vim coactiuam. Hac enim ratione solum mali subduntur legi,hanc docet Diu. Thom. Hic incorp.& probat, quia quod est coactum,& violentum est contrarium voluntati,sed voluntas iustorum consonat legi à qua voluntas malorum discordat:ergo iusti non sunt sublege,secundum coactionem,sed solum mali. Maior patet.quia voluntarium est ab intrinseco coactum vero ab extrinseco:ergo coactũ est contrarium voluntati. Minor vero probatur,quia in hoc differunt iusti à malis,quod illi sponte,& voluntarie subeũt legem isti vero,cum remitentia, & solum timore pœnæ.

3.Concl. Tertia coucluſio,iusti,& perfecti, aliquando ducuntur à Spiritu Sancto,ad cõtrarium legis humanæ, & tunc, non subduntur,legi humanæ,quantum ad ea,quę repugnant ductioni Spiritus Sancti,etiam quo ad vim directiuam. Hæc probatur,ex Diu. Thom.hic,nam qui regitur lege superioris,non subditur inferioris legi,quãtum ad illud,in quo à superiori regitur,licet aliàs inferiori,subdatur,sicut qui regitur mandato Imperatoris,non astringitur mandato pro consulis,in eo quod incontrarium regitur mandato Imperatoris:ergo licet iusti aliàs obligentur,ad leges humanas. Si tamen ducantur à Spiritu Sancto in cõtrariũ,nõ subdẽtur legibushumanis. Pro cuius intelligẽtia notãdum,quod

Not. iusti dupliciter possunt agere. Primo secũdũ virtutes,quod est agere,secũdũlegẽcõmunem,vittutes enim lege communi, & ordinaria in suis actibus regulantur, & in hoc etiam à Spiritu Sancto,ducuntur secundum concursum communem ad obediendum legibus humanis,iuxta illud, 1. Petri.2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ,propter Deum. In hoc enim vltimo verbo dicitur subiectionem ad leges humanas,etiã esse a Deo, & motione Spiritus Sancti. Secundo autem iustipossunt agere. Secundum dona Spiritus Sancti, quod est agere,secundum legem extraordinariam,& in casu raro, & tunc aliquando mouentur à Spiritu Sancto.ad ea quæ lex humana,imò & naturalis, secundum se considerata prohibet. sicut mota fuit beata Polonia,vt se proijceret inignem, & Sanson,vt se interficeret,contra legem naturalem se conseruandi in propria vitã, tunc enim dicimus teneri,sequi ductũ Spiritus Sancti,ad contrarium legis, & non subdi ipsi legi,quia ducente superiori, nõ manet quis subditus ductui inferioris mouentis ad contrarium. Verum est,hoc esse optime Theologice dictum, nam in praxi,numquam est consulendum à lege deuiare,nam faciliter,quis posset decipi existimans se à Spiritn Sancto moueri, vt deuiaret à lege,& esset præbereansam legũ fractioni,potest autem in casu raro contingere,quod diximns,& lege humana iustum non teneri.

Ad arg.à principio collectum ex multis locis Sacræ Scripturæ, ad primum locum respondetur,cum Cai.loqui de Christianis,qui quidam sublegeveteri,nõ sunt quantum ad iudicialia, & ceremonialia, aut cum Diu.Hierou.& Chris. respondetur. Idem est,non estis sub lege, ac dicere non ægetis,iubamine legis, aut cum adamo,non estis sub lege puniente,quia quis spiritu Dei ducitur,non incurrit condemnationem legis,quod vocat esse sub illa, tanquam subpuniente: Ita etiam Augusf. Epist.19.& Beda,ad Galat.5. Rebuffus, in prœmio consr.regul.Galliæ, num. 53. Dicit loqui de lege humana, in casu tamẽ nostræ tertiæ conclusionis,tunc enim nõ est iustus sub lege,vt diximus,aut cum alijs respondetur,non estis sub lege, tamquam sub onere,quia iustis suauis est lex, vt dicebat Christus iugum meũ suaue est, & onus meum leue. Suaue,& leue iustis peccatoribus tamen iugum, & onus simpliciter Valentia,videatur supra.

Ad arg. pro contraria sententia. Ad Gal. 5. Cai. 2. Solut. D.Hier. D.Chris. D. Augst. Beda. Rebuf.

Ad secundum locum respondetur,cũ Augusf.lib.de contin.capit. 3. non estis sub lege tantum,vt cognita,sed sub gratia,quia simul cum legis cognitione habetis iubamen gratiæ ad legis impletionem, aut cum Orig.lib.6.in Epist.ad Rom.loquitur de lege peccati. De qua loquitur, cap.7.video aliam legem in mẽbris meis. Ad tertium locum respondetur,quod ibi loquitur de libertate a velamine legis Mosayeæ. Ad quantum locum respondetur, cum Diu.Thom.hic loqui de lege,quantum ad vim coactiuam,vt explicuimus,in 2.conclusione,sic etiam Augusf. Psal. 1. Super illud in lege Domini voluntas eius, & lib. de continentia,capit.2.& cap. 57. Chrisost.hom.2,super 1.ad Thim. Ambros.super illud,Psal.36. Lex Dei eius in corde ipsius. Vazquez impugnat. Hãc explicationem,quia iusti etiam timore ducuntur ad bene agendum, etiam motione

Rom.6. D. Augst. Orig. Rom.7. 2.Cor.3. 1.Tim.1. D. Thom. D.Aug. D.Chris. D.Ambr. Obiectio. Vazquez. Soluitur.

Spiritus

Spiritus Sancti. vt ait Conc. Trid. sessio. 14.cap,4. Nihilominus explicatio data est optima, quia non negat etiam iustos, aliquando operari ex timore, sed ait, quod magis, & sæpe, & regulariter operantur a more, quia perfecta charitas foras mittit timorem, & præcipue, quod paulus loquitur de pæna temporali, propter, quam iusti non ad implent legem, hoc enim est impiorum, non autem loquitur de pæna eterna, de hac enim verum est, quod etiam aliquando iusti mouentur à Spiritu Sancto ad legem implendam. Ad quintum locum
Ad Gal. 3 ad Gal. 3. respõdetur, quod lex posita est, propter transgresionem, seu propter transgressores, hoc est ad coercendum, ne fiat transgresio, hoc autem non tollit obligare iustos, etiam legem non transgredientes. Sic Chrisost. & Græci, & August. &
D. Chris. Hieron. Ad sextum locum ad Galat. 4.
D. Aug. respondetur, quod loquitur de lege vete-
D. Hier. ri aqua Christiani, velut filij sunt liberi.
Ad Gal. 4 Ad illud Matth. 17. respondetur, quod
Matth. 17 loquitur de libertate filiorum regum à tri-
Rom. 13. butis. De quo ibi agebatur, solum enim filij liberi sunt à tributis, non autem alij, etiam iusti, de omnibus enim loqmitur, Roma. 13. Cui tributũ, tributũ nõ autẽ loquitur de libertate exemptionis à lege. Sic enim etiam filij regum legibus sunt subiecti, Christus filius Dei legibus eius erat
1. Reg. 14 subiectus, & Ionathas, filius Saul legi subiectus fuit, 1. Reg. 14. Quapropter, nec iusti à legibus debent esse exempti.

Art. VI.

Vtrùm ei, qui subditur legi liceat præter legis verba agere?

PRIMA conclusio. licitum est agere contra verba legis, quando lex nõ est vtilis, sed nociua communitati.

Secunda conclusio in casu prædicto, si necessitas operandi subito eueniat, & sit recursus ad legislatorem consulendus est, vt authoritate illius lex præter mittatur, si autem facilis additus ad Principem, non pateat potest subditus proprio arbitrio cõ
Not. tra legem agere.

Pro intelligentia huius articuli, notandum multipliciter esse posse, vt aliquis præter verba legis licite operetur. Primo quidem per priuilegium. De quo late agit Salas, tract. 14. disput. 18. per totã, & nos supra ex parte egimus, cum de promulga- *Salas.*
tione legis ageremus. Secũdo potest quis præter verba legis agère, per dispensationem superioris, & de hoc agemus, quæst. 97. art. vlt. Tertiò modo potest, quis agere præter verba legis, per interprætationem ipsius legis. Et quartò modo per epicheiam in casu particulari, ad quem lex, non extenditur. Agẽdum est ergo hic tertio, & quarto modo prius de interprætatione, & postea de epicheia.

Dubium I.

Vtrùm lex possit interpretari, vt aliquis præter verba legis licite operetur?

PRO intelligentia notandum, quod *Not.*
interprætatio, nihil aliud est, quam vnius verbi, per aliud, vel vnius sentẽtiæ, per aliam declaratio, vt ait Syluester, verbo interprætatio. Quapropter vt aliquis licite præter verba legis possit operari quæritur ad quam interprætationem sit attendendum, ad interprætationem nominis, an vero ad interprætationem sensus sententiæ, vel rationis ipsius legis, Aut intentionis ipsius legislatoris.

In hac re, est prima sententia, non de- *1. Sent.*
bere verba interprætari, sed sumenda esse *Bartol.*
in suo rigore, maioriſque momenti esse ip- *Tirraq.*
sa verba sic sumpta, quam ratio, etiam magistralis ipsius legis, quia ratio sæpe, non est ipsa lex, sed opinio Doctorum, ipsa autem verba sunt ipsa substantia legis. Ita tenet Bart. capit. licet, de euitanda, de elect. Tiraquellus l. si vnquam, C. de reuoc. donat. verbo, libertis. num. 23. vbi assignat rationem, quia homines sæpe possunt falli incognoscenda ratione, aut intentione legislatoris, non autẽ in cognoscenda proprietate verborum. Vnde ad hanc debet attendi, ibique plura iura refert præcipue, cap. 2. §. sed neque, de translat. Episcop. in illis verbis, si circa translationem, idem fieri voluisset expræfisset, vbi insinuat ex præsis verbis in significatione propria sumptis standum esse. Similiter habetur, in cap. ad Audientiam de decimis. Et ratio item est manifesta, quia verba absolute prolata. sine aliqua limitatione, in significatione propria sunt accipienda, qui aut aiunt dialectici analogum per se sumptum

stat

stat pro famosiori,& principaliori significato,aliàs nihil esset certum in legibus,si ad methaphoricos,& in proprios sensus, verba possent detorqueri.

2.Sent. Bald. Roger. Freder. D.Aug. D.Hier. Secunda sententia asseritrationem,& intentionem legis esse eius animam, neque inspiciendum ad verba,sed ad sensum verborum desumendum ex ratione,& intentione legis. Ita Baldus lege scire oportet,ff.de excuss.tutor. Rogerius, de iur. interpret.§.1.num.18.Federicus, tit.de interpret.legum,num.2.imò Augustin. de Catechi.rud.cap.9.relatus, cap.sædulo, dist.38.ait verbis præferendas sententias vt anima corpori præponitur,& D. Hieron.ad Gal.1.relatus.cap.Marcium, 1. quæst.1 ait non putemus in verbo scripturarum esse Euangelium,sed in sensu.

Not. Pro intelligentia notandum,quod in verbis legis duplex proprietas reperitur à Iuristis. Altera naturalis alia ciuilis, prima dicitur illa quam habent verba ex sua primeua impositione. Secunda,quam habent ex iuris extensione,& modo loquendi,sicut professio in iure appellatur mors licet,hęc non sit naturalis,& primeua significatio mortis ex sua impositione vnaquæque,enim ars suas, quibus vtatur habet proprias voces,quas multoties,non in significatione primeua à sumit,& tunc licet gramaticaliter non sit,illa propria significatio vocis, tamen in ordine ad illam artem,talis significatio est propria(verbi gratia)in iure nomen censura excommunicatio interdictum,non accipitur,secundum primeuam significationem gramaticalem,tamen apud Iuristas,secundũ modum loquendi,illa rranslaticia significatio est propria,& habetur,quasi naturalis,& primeua. His suppositis.

1.Concl. Prima conclusio sit,quod in iure verba si absolute,& sine addito ponantur nõ debent interprætari,aut retorqueri , sed sumenda sunt in significatione primeua, quam Iuristæ vocant naturalem,hocregulariter,& per se loquendo,nec licet extra verba in significatione propria agere,hęc patet,ex cap.susceptum,de rescript.in 6. & toto tit.de præbendis. Et alia plura refert Tiraquellus,vbi supra,numer.17.& hæc conclusio omnino seruanda docetur à Doctoribus Sanctis in materia Fidei, aut morum in lectione Sacræ Scripturæ.

2.Concl. Secunda conclusio, si verba secundum communem modum loquendi, aut appropriationem iuris sumantur in translaticia,aut methaphoricasignificatione,tũc in tali significatione sunt verba interprætanda,hæc patet, quia vt diximus, inqua libet arte,vel scientia,illa significatio vocis habenda est proprimaria,qua vtitur talis scientia,vel ars licet alias gramaticaliter,sit talis significatio, secundaria translaticia,aut in propria. Vndè tunc licet extra verba legis sumpta in significatione primaria agere.

3.Concl. Tertia conclusio.verba legis ex aliquo ad iuncto, aut superadito , aut ex circunstantijs,aut ex extrinseca intentione legislatoris possunt interprætari,& licitum est,tunc præter verba in significatione propria,& primeua agere. Hæc patet.quia vt dicitur indialectica talia sunt subiecta,qualia permittuntur ab eorũ prędicatis,& quando ponitur aliqua restrictio,tunc solum supponunt verba pro rebus,secundum illam restrictionem, & nõ in sua ampla significatione,quod autẽ inter huiusmodi præcipuum locum habeat legislatoris intentio,vt ex illa sumantur, verba cum restrictione, aut ampliatione, patet ex Diu.Gregor.26.mora.cap.7.& refertur cap.humanæ,22.quæstio.5.vbi ait de intentione legislatoris,quod nõ debet intentio verbis deseruire ,sed verba intentioni,& cap.postquam,de elect. in 6.& hoc etiam intendit,lege non dubiũ, C.de legi.dum dicitur,contra legem agere,qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem,& capit.intelligentia, de verbor.signifi.dicitur nõ sermoni res, sed rei debet esse sermo subiectus, & cap. propterea,de verbo.signifi.dicitur plersũque dum verborum proprietas attenditur sensus veritatis amittitur, ecce qualiter multoties præter verba ex adiunctis , & extrinsecis,& mente legislatoris intelligentia legis est quærenda. Notanter tamen diximus finem,& intentionem legislatoris,non autem ipsius legis esse quid extrinsecum,ex quo aliquando potest desumi interprætatio legis,quia finis ipsius legis intrinsecus est,vt supra diximus,& ad substantiam ipsius legis pertinet. Quapropter finis legis, sine fine legislatoris permanere potest,& licet iste non cadat sub præcepto,bene tamen ille. Quapropter,etiamsi legislator aliter se asserat habuisse intentionem,non est standum, nisi fini,ipsius legis,si adhuc permanet, vt vidimus de Innocentio IV. declarante suam mentem,quod aliter sensisset in constitutione à se facta,& nihilominus Hostiensis,sequutus mentem,& finem legis a tali declaratione recessit,& cum illo alij plures

D.Greg. Not.

plures Doctores. Vide cap.1. de concess. præb.in 6.

4.Concl. Quarta conclusio, etiam verba legis possunt interpretari, & præter illa licite, quis agere, si ratio ipsius legis, sit tam intrinseca, & necessaria, quod nisi iuxta illam operetur sequatur aliquid iniustum, aut irrationabile, quia tunc non esset lex, nec præsumendum est Legislatorem aliquid iniustum voluisse: si ergo verba in significatione propria, cum recta ratione repugnant, aliter sunt interpretanda, sic habes. lege nam absurdū, ff. de bonis quæ liberis, & ex lege scire oportet, §. aliud, ff. de excussa. tutor. Idem dicendum est, si verba legis in significatione propria, aut incortice, seu specie iuri antiquo habeat repugnare. tunc enim per interpretationem redigenda sunt, verba ad concordiam, cum antiquo iure, quia licet Legislator possit nouo iure antiquum abrrogare, aut emendare, vt patet lege non est nouum, ff. de legi. & lege tanta, C. de veteri iure enucl. cū tamen hoc maximū inconueniens inducat non est præsumendum, antiquum abrrogare, nisi id expræsserit Vnde iuxta antiquum nouum debet explicari, nec aliam fuisse mentem Legislatoris est præsumendum, vt notat glossa in cap. cupientes, de elect. in 6. idem dicendum est, si alia iura tali interpretationi suffragentur. quia in sensu talis interpretationis loquuntur, de quo Decius, cap. trāslato, lect. 1. de constit.

Decius.

5.Concl. Quinta conclusio, regulariter, & per se loquendo, non est interpretanda lex, per rationem ipsius legis. Sed per verba illius in significatione propria, aut vsitata in iure (quam diximus esse propriam in illa arte) debet integritate seruari. Hęc probatur primo, quia ratio legis, nec est de substantia, nec constituit legem: ergo nō est attendendum, per se loquendo ad rationem legis, vt ipsam interpretemur, licet sit aliqualis cōiectura, vt diximus. Antecedens probatur, tum quia substantia legis est voluntas exptæssa, per verba, & non ratio motiua ad proferanda talia verba: tum etiam, quia possunt esse consimiles casus, in quibus eadem ratio reperitur, & nihilominus in illis non obligat lex, quia verba legis non loquuntur in illis casibus: ergo ratio legis non est substantia legis. Secundo probatur, & confirmatur, quia Legislator stante, eadem ratione potest instituere legem, pro vno casu, & non pro alio: ergo non est interpretanda lex, per se loquendo, per rationem. Antecedens probatur, quia Legislator est liber in institutione legis, & quia non est expediens omnia prohibere, aut præcipere, vel omnia omittere, & sic potest stante, eadem ratione præcipere vnum, & non aliud eo, vel maxime. quod multoties licet, non appareat omnibus, potest Legislator habere aliquod motiuum, vt stante, eadē ratione præcipiat vnum, & non aliud, & certe, etiam si sit eadem ratio silentium vnius, & præceptum alterius indicat legem, circā vnum, & non circa aliud, quia vt diximus, ex illo cap. 2. de translat. Episcop. si voluisset expræsisset.

Corol. Ex hac conclusione sequitur, quod si per legem taxetur pæna, alicui delicto, licet in alio consimilis appareat ratio, non potest ex vi legis tali alteri delicto imponi taxata per legem, licet aliquando oppositum expediat ex officio iudicis, quando autem per legem pæna, non taxatur, sed relinquitur taxanda, per iudicem, tūc poterit, illam imponere, vbi eandem rationem inuenerit, ex lege non possunt, ff. de legibus, quia iudex, vbi non est lex debet secundum leges inconsimilibus latas iudicare, vt ait D. Thom. 2. 2. quæstio. 60. artic, 2. Videatur glossa, in capit. in fidei. de hæret. in 6. & glossa, Clemen. 1. de sent. excommuni. verbo, matricem, & Butrio, cap. fin. de consuetud. numer. 57. & plura alia affert Tiraquellus, supra numer. 23. & 45.

D. Thom. Glossa. Butrio. Tiraquel.

Dub. Aliud dub. posset moueri hic qualiter, quis se debeat habere, vt agat, vel non agat præter verba legis in casu dubij, sed de hoc egimus, art. 4. precedenti, dub. 15. & supra quæstion. 19. artic. 6. dub. 5. a-

Dub. liam etiam quæstionem solent mouere in præsenti si possit quis agere præter verba legis in casu probabili, sed de hoc, etiam egimus loco citato, quæstio. 19. art. 6. dubio 6. Item hic solent assignari regulæ necessariæ, ad interpretandas leges in generali, (præter hic positas, non multū necessarias, sed potius prædicta confundentes,) & in speciali ad interpretandas leges restrictiuas, aut extensiuas, aut correctorias, aut litteras commendaticias. Sed de hoc videatur Salas tract. 14. disputation. 21. fere per totam, quia nos tantum agimus necessaria, ad materiam de legibus in communi, & non in particulari de omnibus.

Dubium

Dubium II.

Vtrùm possit quilibet legem interpretari, vt præter verba illius operetur?

Not. Cai. PRO intelligentia notandum, ex Caiet. 2. 2. quæst. 120. art. 1. quod interpretari legem stat dupliciter. Primo, authoritatiue. Secundo doctrinaliter. Itē potest esse interpretatio generalis, aut particularis in scriptis tamen, aut vero potest esse generalis non inscriptis. Item potest esse interpretatio legum Ciuilium, aut vero legum Canonicarum.

3. Concl. Prima conclusio interpretatio generalis, & in scriptis authoritatiua, & iuridica obtinens vim legis, in legibus Ciuilibus solum pertinet ad Principem, & Legislatorem. Hæc conclusio in primis supponit fieri posse interpretationem generalem in scriptis, ex cap. inter alia, de sent. excommuni. §. ex his omnibus, 11. quæstio 1. & l. fin. C. de legi. & quod talis interpretatio habet vim legis, patet, cap. fi. de constit. Restat ergo probare, quod huiusmodi interpretatio à Principe, & Legislatore debeat fieri, & hoc patet ex D. Thom. hic art. 6. ad 2. & glossa, cap. contra eum, de regul. iur. in 6. & ex l. fin. C. de legib & l. & ideò, l. nam vt, ff. de legi. l. cū de nob. C. eodem tit. l. hæc itaque, C. de fideicommis. & cap. inter alias, de sent. excommun. & ratio est manifesta, quia eius est legem interpretari, cuius est condere.

2. Concl. Secunda conclusio, interpretatio generalis modo prædicto legum Canonicarum, aut Ciuilium in quantum Ecclesiasticos concernunt pertinet ad Papam. Patet ex cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & cap. 1. de iuram. calum. & ratio est eadem, quia cum condere leges Canonicas, aut Ciuiles inordine ad Ecclesiasticos moderari pertineat ad Papam, vt supra diximus, consequenter, & illas interpretari, interpretatione generali facienti ius, quia illius, vt diximus est legem interpretari, cuius est condere, aut illam moderari.

3. Concl. Tertia conclusio interpretatio particularis, etiam in scriptis, & authoritatiue in causa particulari, potest fieri à iudice, si decisio sit facilis, nam si interpretatio sit notaliter difficilis, & aliàs in re graui, etiā Princeps debet consultari. Hæc patet, ex l. non possunt, ff. de legi. & l. nam vt ait, & l. Paulus, ff. de re iud. & l. prætoris, ff. de prætor. stipul. Videatur Innoc. cap. cū speciali, de appell. & glos. cap. 1. de potest. præsb. & l. vnica, de profes. & ratio est manifesta, quia si iudex in paruis, & clarioribus non haberet talem potestatem. numquam introduceretur obseruantia legū, si ad quodlibet esset recursus ad Principē. Quod autem in grauioribus, & difficiliori bus ad superiorem debeat adiri, patet ex l. penult. & fin. C. de legi. Videatur Syluester, verb. interpretatio. quæst. 1. Panor. cap. 1. de iuram. calum. Rodriguez, tom. 1. regul. quæst. 11. art. 1. Vtrum autem etiam legatus habeat authoritatem interpretandi generaliter. Vide in Panor. capit. 1. de postul. prælat. Certum est autem ei posse committi talem authoritatem, & de facto illam, esse collatam Cardinalibus, & alijs Pontificibus, ad explicandū Concilium Triden. sed de potestate, quā habeant authoritatiuam, ad interpretandum Cardinales Concilium Triden. aut aliàs alij Doctores, vide ad longum in Salas tract, 14. disp. 21. sect. 11. & 12.

Syluester. Panor. Rodrig. Panor. *Salas.*

4. Concl. Quarta conclusio interpretatio, non iuridica legum, quæ tamen probabiliter, sequi possit à Doctoribus fieri potest, hęc patet, ex l. vno, C. de profes. lib. 12. Vide Tabienam qualiter Doctores habeant, hanc potestatem, etiamsi Legislator asserat, illud obseruari debere, non obstante, quacumque alia interpretatione, quia per hoc excluduntur interpretationes friuolæ, non autem à sapientibus datæ. Quod explicuit Triden. Sessio. 4. dicens, vt nemo suæ prudentiæ innixus in rebus Fidei, & morum ad edificationē doctrinæ Christianæ pertinentium sacram Scripturam, ad suos sensus, contorquens cōtra sensum Ecclesiæ, vel vnanimem consensum patrum scripturam interpretari audeat. De interpretatione autem generali, & authoritatiua, non tamē in scriptis qualis est cō suetudo, quæ optima est legum interpretatio dicetur, quæst. sequenti. art. 3.

Dubium III.

Vtrùm liceat in aliquo casu, per epicheiam præter verba legis agere?

Not. Pro intelligentia huius dubij notandum,

dum ex Caietano, 2.2.quæst.120.art.1.
Cai. quod cum lex debeat esse vniuersalis, vt supra diximus, tum respectu personarum, quia communitati imponitur, tum etiam respectu materiæ, quia non pro vno tantum, sed pro omni casu in tali materia imponitur, potest quidem, lex habere, hanc vniuersalitatem, vniuersaliter pro omnibus, & singulis casibus nullo excepto, vt contingit in aliquibus præceptis naturalibus, vt præcepto, non mentiendi, aut non fornicandi, in nullo enim casu id licitum est præter præceptum agere, aut veto lex, potest habere prædictam vniuersalitatem, non vniuersaliter, pro omnibus, & singulis casibus, sed regulariter, & vt in plurimum. Quapropter aliqui casus sunt, ad quos, nec ratio, nec intentio legis, se extendit, sed omnino sunt, præter sphæram illius. Oportuit tamen à Legislatore, illos non excipi. aut declarari. sed legem in vniuersali ponere, inquit Diu. Thom. loco citato, & hic, quia si Legislator humanus est, non potuit omnes casus particulares excipiendos agnoscere, ex imperfectione suæ cognitionis, aut etiam si posset illos agnoscere, vt Legislator diuinus agnoscit opportuit, illos non expresse excipere, quia esset confusio ad vsum, & intelligentiam legum. De his ergo casibus, ad quos lex, siue naturalis, siue humana non pertingit, nec ratione, nec intentione, modo quæritur si præter missis verbis legis possit, quisque per epicheiam operari suplendo defectum legis, defectum in quam non vocamus moralem, sed ipsum non pertingere, ad aliquid vocamus ab illo deficere.

2.Not. Secundo notandum, quod casum particularem posse esse, extra sphæram rationis, & intentionis legis potest esse, aut dubium, aut probabile, aut euidens, si dubium iam diximus recurrendum esse, ad Legislatorem, & si probabile, probabiliter posse, illud exequi per interpretationem, & de hoc late supra artic. 4. præcedenti, dub. 15. & quæstion. 18. Vndè solum remanet examinandum, quando euidenter, constat illum particularem casum esse, extra rationem, & intentionem legis: vtrùm liceat extra verba legis. illud exequi, per epicheiam.

3.Not. Tertio notandum ex Caiet. vbi supra, quod in casu particulari deficere à ratione, & intentione legis, & esse extra spheram illius, stat dupliciter primo negatiue tantum, secundo etiam contrarie, primo modo (verbi gratia) quandò quis, non patitur tentationes carnis deficit ratio legis ieiunij, quæ est carnem macerare, non tamen est malum ieiunare, in illo casu, nec ieiunare habet contrarietatem, ad legem ieiunij. Similiter, si solutus, cum soluta coitum habeat, vtroque diuite, & prole cognita, cum proposito educandi illam, tunc quidem deficit ratio legis non fornicandi. Hac enim ratione prohibetur fornicatio, quia proles esset in certa, & educari recte non posset patre. non cognito, vt dicitur 2.2. quæstion. 154. artic. 2. Non tamen est contra legem, & malum etiam in illo casu, non fornicari, quia tantum deficit ratio legis negatiue. Secundo autem modo. & contrarie deficit a ratione, & fine legis, quando operari, in illo casu particulari obseruando verba legis esset malum, & contra legem (verbi gratia) in ca- D. Thom.
su (ait Diu. Thom.) quod ciuitate obsessa statuatur lex, quod portæ ciuitatis maneant clausæ. Si tamen contingat casus, quod hostes insequantur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruatur, tunc deficit ratio, & finis legis, etiam contrariæ, quia in eo, quod maneant clausæ in illo casu, non solum, non reperitur, ratio, & finis legis clausuræ, quod est conseruatio ciuitatis, sed etiam reperitur malum contrarium bono communi intento, per talem legem. Similiter contingit in casu à posito à Diu. Thom. 2. 2. quæstion. 120. artic. 1. de lege præcipiente depositum, reddi petenti, tunc si furiosus petat gladium depositatum ad alium occidendum, deficit ratio, & finis legis de reddendo deposito, non solum deficit negatiue, sed etiam contrarie, quia contra legem, & bonum commune esset, tunc reddere depositum, idem est casus, quando ocurrit casus, in quo esset nimius rigor legem seruare, aut in obseruantia legis humanæ periculum mortis immineret, tunc etiam, non solum deficit rario, & finis legis negatiue, sed etiam contrarie, quia malum esset tunc, secundum legem operari priori: ergo modo defitiente ratione, & fine legis, tantum negatiue, certum est, etiam in illo casu particulari legem obligare, & non licere, præter verba legis agere, obligat enim ieiunium, etiam non patienti tentationes carnis, & lex non fornicandi, etiam ei, qui certus est de prole, & curat de eius educatione. Secundo autem modo in casu particulari, in quo deficit ratio, & finis legis etiam priuatiuè, certũ est etiam, non solum posse, sed & tene- D. Thom.

ri facere præter uerba legis, vt in casu posito tenetur aperire portas ciuitatis, & depositarius tenetur non reddere depositũ gladij, & rigorem iei unij tenetur nõ seruare, cum euidenti damno vitæ, vt si alius citas, non sit ad vitam conseruandam, nisi carnes, vt supra diximus. Hoc tamen intelligendum est, si euidenter constet in illo casu particulari deficere rationem, & finem legis, nam si sit dubium solũ, aut probabilitas, diximus supra loco citato: his suppositis facilis est responsio ad dubium propositum.

Conclusio. D Thom. Cai. Medin. Soto. Vazquez. Suarez. Salas. Lorca.

Conclusio ergo sit, quod in casu particulari, in quo deficit ratio, & finis legis euidenter, non solum negatiuæ, sed etiam contrariæ, licitum est, imò quis tenetur facere contra verba legis, per virtutem epicheiæ. Hæc est D. Tho. hic & 2.2. quæst. 120. ar. 1. & Caiet. & Medin, & Soto, 1. de iust. q. 6. & omnium modernorũ, Vazquez disp. 176. Suarez, lib. 6. de legibus, cap. 6. & 7. Salas, tract. 14. disp. 21. sect. 10. Lorca, hic disp. 26. & probatur clare ratione Diu. Thom. hic quia lex in tantum obligat, in quantum ordinatur ad bonum commune, sed in casu particulari deficiente ratione, & fine legis, etiam priuatiue, non ordinatur ad bonum commune, imò est contra illud, verba legis obseruare: ergo in illo casu particulari, non est obligatio illius legis, sed contrarium, maior habetur, supra q. 90. art. 2. Minor vero patet in exemplis positis in tertio not. quando deficit ratio, & finis legis, etiam priuatiuè. Etsi contra facias arg. quia hoc tantum probat in casu particulari, quando opponitur bono communi obseruare legem, secundum verba, vt in exẽplo D. Tho. de apertione ianuæ ciuitatis. Non autem aliàs resp. quod licet D. Thom. hic solum exp ræsserit licitum esse facere contra verba legis in casu particulari, quãdo obseruantia opponitur bono communi, tamen 2.2.q.120. artic. 1. absolute dixit posse facere præter verba legis per epicheiam, quando est malum facere, secundum verba, & sic complectitur casus, non solũ in quibus opponitur bono communi seruare verba legis, vt non aperire portas ciuitatis in casu posito, vel seruare secretũ indestructionem Reipublicæ, sed etiam in quibus particulare damnum interuenit. Quapropter D. Tho. apposuit 2. 2. exemplum in reditione depositi gladij in damnum proximi, aut nimij rigoris in lege humana. Quapropter hic adduxit ex Iurisperito, quod nulla ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter, pro salute hominum introducuntur ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum producamus, vt enim supra diximus, lex suauis, & omnibus acommodata, & non intollerabilis debet esse, eò vel maxime, quod inconueniens, quod in alijs casibus affertur, etiam in damnum commune vergit, quatenus, & bonum commune, vt totale, ex bono particulari, vt ex partiali resultat. Quod autẽ sic facere in casu particulari prædicto pertineat ad virtutẽ epicheiæ, patet ex D. Th. loco citato, quia illi⁹ actionis rectę, & tũc debitæ debet assignari aliqua regula, per quam fiat, per modum virtutis, sed nulla alia potest assignari, nisi epicheia: ergo probatur minor, quia non est regula iustitia legalis, cũ in illo casu deficiat, vt diximus: ergo aliquid, quod ad iustitiam pertineat debet assignari pro defectu iustitiæ, illam emendans, & in defectu illius prouidens, & hanc vocat Diu. Thom. epicheiam. *D. Thom.*

1. Corol. Ex Cai.

Ex dictis sequitur, primo quod vt optime ait Cai. loco citato, in illo casu particulari, in quo deficit ratio legis priuatiue, nõ quis operatur ex priuilegio, aut ex dispẽsatione, quia priuilegiũ, aut dispẽsatio supponunt consistentiã legis à cuius obligatione, per priuilegium, vel dispensationẽ eximuntur, in casu autem singulari prædicto, lex non consistit, quia deficit ratio, & intentio legis, & consequenter substantia eius, habet autem locum dispensatio in casu singulari dubio, existente causa dispẽsationis, cum non sit facilis a ditus ad superiorem, tunc enim est dispẽsatio virtualis, quia vt ait D. Tho. hic ipsa necessitas dispensationem habet anexam, quia necessitas, non subditur legi, non etiã in casu singulari. vbi euidenter deficit ratio, & finis legis, habet locũ interpretatio, quia interpretatio supponit dubium, in euidentibus autẽ ait D. Tho. 2.2.q.120.a.1.ad 3. non est opus interpretatione, sed executione, & ad istam ponitur in illo casu virtus epicheiæ. Etsi contra arguas, quia illa executio requirit discussionem, vtrum tunc deficiat ratio, & finis legis, vel non ergo requiritur interpretatio. ad hoc determinandum. Respondetur ad hoc iudicium ferendum necessario præuium, ad executionem faciendam, per epicheiam poni coniunctam, & præuiam virtuti epicheiæ virtutem gnome, quam supra quæstion. 57. artic. 6. & 22. quæstion. 51. articul. 4. ait Diu. Thom. esse iudi-

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

D. Thom.

iudicatiuã ad quid faciendũ sit in istis casibus in quib⁹ deficit lex, quã virtutẽ ait esse partem prudentiæ, sicut eubulia, & synesis, ex Aristot. 6. ethim. capitul. 9. 10. & 11. Si autem habitus sint distincti, vel non à prudentia non est huius loci, sed loco citato, sufficit enim modo dicere, quod ex præuio iudicio virtutis gnomes, epicheia, exequitur actum, sine interpretatione aliqua in illo casu prædicto. Vndè inquit Caietan. vbi supra ignoranter loquuntur, qui dum in dubio legem interpretantur, dicunt se ex epicheia operari, quia epicheia in euidentibus, & non in dubio locum, & executionem habet.

Aristot.

Secundo sequitur, quod epicheia est perfectior, quam iustitia legalis: siquidem est regula illius, qualiter autem possit esse epicheia perfectior, cum iustitia sit Princeps omnium virtutum, & quasi hesperus inter illas, secundum Aristot. Vide in Diu. Thom. 2. 2. quæst. 120. art. 2. & ibi Caiet. qui optime explicat. hanc superioritatem epicheiæ supra iustitiam legalem, & Lorca hic disput. 26.

2. Corol.

Arist. D. Thom. Lorca.

Tertio sequitur, quod epicheia non solum habet locum in legibus humanis, sed etiam in diuina positiua, ista enim etiam in casibus particularibus, deficit & contra verba illius, per epicheiam, potest quis operari, vt patet, 1. Macha. 2. Vbi per epicheiam decreuerunt pugnare præter verba legis præcipientis die Sabati ab omni opere cessare, etiam necessario ad victum, immo etiam habet locum in lege naturali, vt diximus, aliquando per epicheiam, non seruandum secretum contra bonum commune, nec depositum redendum in damnum alterius, cum hæc tamen sint de lege naturæ, in alijs autem de lege naturæ, quæ intrinsece sunt bona, vel mala, & de præceptis negatiuis, alia est ratio, iam enim diximus, illa esse leges vniuersales vniuersaliter præcipientes, in quibus non potest deficere ratio, & finis legis contrarię, vt in illis epicheia locum habeat,

3. Corol.

Quæst. 97. De Mutatione legum.

Art. I.

Vtrùm lex humana sit mutabilis aliquo modo?

CONCLVSIO sit, quod lex humana iuste mutari potest, & ex parte rationis humanæ instituentis legem, & parte hominum quibus imponitur.

Dubium I.

Vtrùm lex humana mutari possit?

PRIMA Conclusio, lex humana mutabilis est. Hanc docet Diu. Thom. hic & omnes eius interprætes, etiam moderni, & Soto, 1. de iust. quæstion. 7. artic. 1. Sylvester, verbo, lex, quæstion. 25. Lorca, disput. 28. Salas. disputat. 18. sect. 1. de sumptaque est conclusio, ex D. August. 1. de lib. arbi. c. 6. Dicente, lex temporalis, quamuis iusta sit, mutari tamẽ pro tempore potest. Probatur ratione D. Thom. quia cognitio humana, siue inspeculatiuis, siue in practicis nõpotest à principio esse perfecta, sed studio, & experimento in dies crescit: ergo potest de nouo, quis inuenire rationes vrgẽtes admutandam legem priorem, sicut & inspeculatiuis posteriores philosophi, circa veritates speculatiuas aliquid, de nouo scripserunt. Confirmatur, quia vt supra diximus, lex est iudicium, & ratio directiua morum, sed successu temporis, potest mutari iudicium, & ratio aliquo attento, & viso, quod prius non viderat: ergo & lex successu temporis mutari potest. Secundo probatur. Lex vt supra diximus, moribus, & vitæ humanæ communique vtilitati pro tẽpore, & loco debet esse acõmodata, sed hæ omnia mutari possunt: ergo & lex etiam erit mutabilis, vt illis omnibus acommodetur. Tãtamvim, habet hęc ratio, vt non solum lex humana, sed etiam diuina positiua mutabilis sit, sicut de facto lex scripta mutata est, quia licet ex parte cognitionis Dei mutatio esse, non possit, & ex hac parte lex diuina sit immutabilis, tamen quia res, commoditas, & vtilitas, & personæ, & tempora mutabilia sunt, ex hac parte, etiam lex diuina positiua mutari potest. Neque contra hoc facit, quod lex humana derribatur à natura li: ergo sicut ista mutari non potest. nec etiam

1. Concl. D. Thom. Soto. Sylvester. Lorca. D. Aug.

Obiectio.

Solutio. etiam illa. Respondetur enim, quod non deribatur per necessariam consecutionē, sed per rationem acommodationem iuxta tempora, & personas. Vndè istis mutatis, etiam habita consideratione ad legem naturalē, lex humana mutari potest, quia & lex naturalis, hoc dictat, quod diuersis diuersa debeat fieri acommodatio.

2. Concl. Secunda conclusio, lex humana potest mutari, aut in parte, aut in totum in partem quidem, aut restringendo priorē, aut illam extendendo, & ampliando in totum autem illam omnino abrrogando, & hoc adhuc dupliciter. Primo enim potest abrrogari, per contrariam consuetudinē, de quo infra. Secundo autem abrrogari potest ab ipso Legislatore, & hoc adhuc dupliciter. Primo expræsse, & formaliter auferendo legem, dicens se nolle, illam amplius obligare, de quo nulla est difficultas. Secūdo autem modo, virtualiter quā instituit legem contrariam, & cum priori incompossibilem: tunc enim præcipiendo, & vollendo seruari, secundam virtualiter abrrogat primam, etiam si illius mentionem, non faciat ex cap. 1. de constit. in 6. & ex lege sed & posteriores, ff. de legi. est tamen difficultas in explicando, quando lex noua sit contraria priori, vt prior dicatur virtualiter abrrogata, per nouam, pro cuius declaratione sit.

3. Concl. Tertia conclusio, si lex nouiter instituta sit vniuersalis, vere contraria vniuersalis manet abrrogata, quia duæ vniuersales altera affirmatiua, & altera negatiua sunt contrariæ, & incompossibiles, & simul obseruari non possunt: ergo Legislator vollens vltima voluntate modo seruari, secundam virtualiter abrrogat primam, quia duo incompossibilia, velle non potest, sic habetur, capit. 1. de constitutio. in 6. ad contrarietatem autem, secundæ vniuersalis, cum priori vniuersali attendenda est verborum proprietas, nam si in secunda verba sint in propria non videntur reuocare priorem, sed aliud diuersum mandare compatibile, cum priori, vt notauit glossa, lege non possunt, ff. de legib. & Panorm. capit. 1. de constit. Si autem duæ leges, quæ contrariæ videntur, altera sit vniuersalis, & altera particularis, altera alteram, non reuocat, nisi expræsse vna alterius mentionem facit. Hoc patet, nam si altera sit vniuersalis, & altera particularis, secundum locum habetur expresse capit. 1. de constitutio. in 6. quod lex data pro tota Ecclesia, non abrrogat, data pro aliqua Prouintia, nisi huius fiat expræssa mentio. Si autem altera sit vniuersalis, & altera particularis, ex parte materiæ præceptæ. Habetur, ex capit. quis de præbendis, in 6. & capit. 1. de rescript. de regul. iuris, in 6. & Bartol. lege quæsitum, §. vltim. ff. de fide instrumentorum, numer. 12. Panormit. capit. 1. de rescript. numer. 2. Nauarro, capit. 27. numer. 260. Ratioque est manifesta, nam duæ leges vniuersales, cum proprietate verborum, vt diximus, sunt incompossibiles, & simul seruari non possunt, atque adeo, qui facit secundam virtualiter abrrogat primam. Altera tamen vniuersalis, & altera particularis incompossibilitatem, non habent, sed particularis censetur, exceptio vniuersalis, bene enim stat, quod vniuersalis maneat moraliter, & aliquando in singulari deficiat, sicut in priuilegijs, & rescriptis constat, quæ quidem legem generalem, non destruunt, non facta speciali mentione illorum. vt ait Sylvester, verbo, lex, quæstion. 26. cum Panormit. & Bartol. & alijs Iuristis. Ratione etiam probatur, secundo differentia assignata, quia Legislator præsumitur habere notitiam legum vniuersalium. Vndè quando instituit contrariam vniuersalem virtualiter vult abrrogare priorem, quam non ignorat esse contrariam, non autem præsumitur scire omnes leges particulares. Quapropter per institutionem legis vniuersalis, non censetur reuocare particularem.

Bart. Panor. Nauarro. Sylvester. Panor. Bart.

4. Concl. Quarta conclusio, abrrogatio legis facta, per institutionem alterius nouæ legis, non habet efectum, quousque noua lex habeat omnia requisita, ad obligandum (verbi gratia) quousque sit sufficienter promulgata, iuxta supradicta. Si autem abrrogatio fiat, per solam ablationem legis statim, habet effectum, ita vt quam primum aliquis sciat abrrogationem, non teneatur ad legem abrrogatam, secluso tamen scandalo. Prima pars, patet, quia prima lex, non abrrogatur, nisi per secundam incompossibilem: ergo quandiu, secunda non obligat: prima non est abrrogata, quia ante obligationem, secundæ incompossibilitatem, non habet prima. Secunda etiam pars. etiam patet, quia licet lex requirat publicationem, quia est odium cō tra subditum, & ligamen, abrrogatio tamē

est

est libertas, & fauor ergo scita voluntate Legislatoris soluentis sufficit, vt sit solutus, sicut supra diximus, de priuilegijs, non requiri tantam publicationem, sicut lex. de iure gentium: vtrum possit abrrogari, patet, supra cum de illo ageremus, vbi diximus, dispensabile esse, quia vere est ius positiuum humanum.

Dubium II.

Quis nam possit legem semel institutam abrrogare?

1. Concl. PRIMA Conclusio, legem potest abrrogare, qui illam instituit, aut successor illius, aut vero superior, ad ipsum. Hæc patet nam res per easdem causas dissoluitur, per quas nascitur non solum in physicis, vt docuit Aristol. sed etiam in moralibus, vt patet, ex capit. 1. de regul. iur. in 6. sed lex nascitur ex potestate Legislatoris: ergo per eandem dissolui, & abrrogari potest. Confirmatur, ex natura ipsius iurisdictionis, quæ enim sufficit ad ligandum, per legem sufficit, & ad soluendum ab illa, cum ergo sit æqualis iurisdictio Legislatoris, & successoris illius, sicut præsens, ita & successor, potest legem conditam abrrogare. Hoc enim non est parem in parem habere potestatem, contra regulam iuris, sed vtrumque parem potestatem habere supra subditos, vt sicut vnus, ita & alter ligatum à lege, per abrrogationem possit absoluere. Ex quo sequitur Legislatorem, siue sæcularem, siue Papam, non posse instituere legem, cum hac conditione, vt successor, non possit in illa dispensare. Hoc enim potius esset par in parem exercere potestatem, si vellet potestatem successoris restringere. Vndè Rex suorum prædecessorum, & Papa suorum, etiam Conciliorum potest leges abrrogare, quod autem superior ad Legislatorem, possit abrrogare legem illius, manifestum est, quia superior habet potestatem, vt faciat, quod inferior facere potest. Vndè Papa etiam potest in ordine ad bonum spirituale, aut Ecclesiasticum leges ciuiles abrrogare, quia vt supra diximus, in hoc superior est potestas Ecclesiastica, ad Ciuilem, istaque illi manet subiecta. De hoc videt Couarruuias, 2. part. de matrimon. capit. 6. §. 9. num. 6. Turrecremata, 3. de Eccles. capit. 52. & 53. Azor, tom. 1. libr. 5. capit. 20. *Couarr.* *Turrecr.* *Azor.*

2. Concl. Secunda conclusio, Legislator potest legem à se conditam abrrogare, etiam si sit confirmata à superiori. Hæc patet, ex capit. cum accessissent, de constitutio. & capit. dilecto, de præbendis, & lege omnium, C. de testamen. Videatur Canonistæ, supra capit. cum accessissent, docentes, hanc esse communem sententiam. Præcipuè Panormitan. qui refer Baldum dicta lege omnium. Pro hac conclusione. Etsi contra facias arg. ex capit. si Apostolicæ, de Præbendis, in 6. vbi ait Pontifex nostra facimus, quibus authoritatem impertimur: ergo illa, confirmatio superioris. iam facit legem esse superioris, atque adeò inferior, illam abrrogare, non poterit, cui fabet capit. dilectum, de Præbend. Confirmatur, quia per illam confirmationem superioris, iam fit ius publicum, quod erat priuatum: ergo non potest per priuatum, & inferiorem abrrogari, patet, consequentia ex lege ius publicum, ff. de pactis, & cap. si diligenti, de foro competenti. Respondetur tamen, quod superior, quando confirmat legem inferioris, aut superaddit verba fortiora, in quibus, videatur illam, quæ inferioris erat suam legem facere, iusque publicum instituere, aut vero per simplicia, verba legem inferioris, confirmat, si primo modo certum est inferiorem, non posse talem legem abrrogare, quia iam efecta est lex superioris supra, quam inferior potestatem non habet. Si autem secundo modo simplicem confirmationem faciat, illa lex non distrahitur à potestate inferioris, & illam poterit abrrogare, quia tunc confirmatio superioris, tantum est, secundum voluntatem inferioris ad authoritatem illius, vt nemo audeat, illam legem reprobare, non autem imponit necessitatem legem retinendi, aut ad hoc, confirmatio facit, vt inferiori potestatem tribuat, si forte de hoc posset esse dubitatio. Optimum exemplum est in confirmatione Apostolica regularium constitutionum in Religione, quas tamen ipsa religio, si ei videbitur expedire potest mutare, vt autem cognoscatur, si superior, per confirmationem faciat suam esse legem, aut illam relinquat intra terminos potestatis inferioris inspicienda sunt attente, verba confirmationis, & petitio inferioris, nam si vt *Obiectio.* *Conf.* *Respon.*

diximus, verba specialia, & strictiora, non adantur, & petitio, etiam sit ordinaria, tunc confirmatio, non extrahit legem A potestate inferioris, vt illam reuocare non possit.

Art. II.

Vtrùm humana lex semper sit mutanda quando occurrerit aliquid melius?

CONCLVSIO sit lex humana mutari non debet, nisi ex hoc, quod ex noua lege aliqua maxima, & euidens vtilitas proueniat bono communi, vel ex eo, quod illam, non mutare contineat iniquitatem, aut eius obseruantia maxime fit nociua communitati.

Dubitatur.

Vtrùm, sine causa iusta possit Legislator legem abrrogare?

1. *Concl. D. Thom. Valent. Vazquez. Salas. Lorca. Couarr.*

PRIMA Conclusio, lex humana, non est de facili mutanda, sed exurgenti causa, & oppositum faciens peccat Legislator. Hæc Diu. Thom. hic, & omnium interprætum eius Valentia, Vazquez, Salas, & Lorca, disputatio. 28. Couarruuias, in practicar. capit. 31. & summitur, ex capit. non debet, de consanguinit. & affinition. & capit. alma mater, de sentent. excommunicatio. in 6. & lege 2. ff. de constitution. princip. & capit rediculum, distinction. 12. Dicitur ridiculum est, & satis abominabile, dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à patribus suscepimus infringi patiamur, *Prob. 22.* cui consonat, illud Prober. 22. Nolli transgredi terminos antiquos, quos patres tui constituerunt. Rationeque patet, nam in institutione, & abrrogatione legis, debet Legislator bono communi prouidere, sed per facilem, & sine causa vrgenti abrrogationem legis, non prouidetur, bono communi, sed potius illud destruitur: ergo talis abrrogatio, non est licita. Minor probatur: tum, quia per legem multa in futurum sunt disposita in bonum Reipublicæ, quibus priuatur per legis abrrogationem: Tum secundo, quia legibus permanentibus faciliter à sue fit populus ad earum obseruantiam, vt ait Aristol. secundo Politicor. capit. 6. Quia *Arist.* vsus, & consuetudo vertitur in natura, egræ autem fert populus quotidie nouas, & diuersas leges obseruare, quod vtique contra legis naturam est, quæ difficultatem subditorum debet fugere. Tum tertio, quia lex abrrogata, aut erat inutilis, aut vero proficua, si primum iam est causa abrrogationis, si secundum contra bonum commune est illam auferre. Item etiam hoc patet, experientia, sicut enim lignum Planctatum, si non permaneat, nec potest radicari, nec fructus facere, quales ergo fructus habebit nouitas legum nulla permanentes, inspicite nouitatem pragmaticarum, huius temporis, & probate, quod dico. Certe in vilipendium, & oblibionem, veniunt leges multiplicatæ, aut quotidie innouatæ, in tantum hoc pro vero Græci habuerunt, vt illum insignem musicum à Patria exterminauerint, quia præter vsitatas, vnam cordam instrumento adiecit: si ergo adiectio, ad consonantiam refellitur, quanto magis adiectio, aut diminutio legum, ad intollerabilem dissonantiam, & continuam populi murmurationem rationabilem. Quinimo, & plato pueris prohibebat ludos, præter vsitatos a patribus exercere, ne varietate ad maiora sue fierent.

Causas autem mutandi legem per abrrogationem, ad duas reducit Diu. Thom. Prima, quod lex noua aliquam specialem vtilitatem Reipublicæ afferrat. Secunda autem, quod lex abrroganda nociua, sit iam communitati, quid autem sit de lege non nociua in vtili tamen, non determinat Diu. Thom. Salas, & Lorca, asserunt etiam illam habere causam obrrogationis ipsam inutilitatem, sed certe hæc non est.

1. *Causa abrroganda legem.*
2. *Causa.*

Alia causa ab assignatis, ad Diu. Thom. est quia lex inutilis nociba est nocumentum enim est communitatis inutilibus à grauari, de inutilitate, autem legum non quælibet, sed Princeps debet iudicare, reducitur autem ad inutilitatem multido legũ, quia licet quilibet seorsum, aliquam vtilitatem habeat coacerbatio,

tio, tamen legum inutilitatem, immo & nocumentum molestiæ afferunt. Quid autem dicendum est si lex aliqua ex parte sit vtilis, & ex alia parte sit inutilis, ad hoc respondet Rex Alphonsus, lege 18.titul. 1. partit. 1. esse comparandam vtilitatem, & inutilitatem, si vtilitas sit maior lex conseruetur, & inutilitati, & nocumento illius prouideatur. Si autem sit vtilitas parua, & inutilitas, & nocumentum magnum, abrrogetur, quia propter parbum bonum non est magnum malum sustinendum, sicut nec propter parbum malum magnum non est desserendum. si autem vtrumque sit magnum, & æquale prouideatur malo, vt percipiatur bonum, sine abrrogatione legis: vtrum autem Sumus Pontifex errare possit in abrrogandis legibus, sine iuxta causa. Vide Soto, 1. de iust. quæstion. 7. art. 1.

Dub.

Solutio.

Corol. Soto.

Ex dictis sequitur, quod si Princeps, sine causa legem reuocabit tenetur, iterum illam instituere, quia priuauit Rempublicam illo bono legis, quo fruebatur, & qua ratione tenetur prouidere bono communi instituendo leges proficuas, tenetur & abrrogatam, sine causa, tanquam proficuam, iterum instituere, imò maiori obligatione tenetur illam instituere, quam si numquam instituta fuisset, quia iam Respublica, illo bono fruebatur, & iniuriam patitur, quod sine causa illo pribetur. Hoc tamen intelligendum est si commode, & sine scandalo, & sine nobis inconuenientibus, iterum possit institui.

2. Concl. Vazquez. Salas. Lorca.

Secunda conclusio, si Legislator etiam sine causa abrroget legem iustam, & proficuam factum tenet, & illa lex, iam non obligat. Hanc tenent omnes supra citati, & Vazquez, & Salas, & Lorca, & patet, quia Legislator, est liber incondendis, vel abrrogandis legibus obligatioque, illarum dependet ex voluntate instituendi illas, ergo ablata voluntate, vt lex existat cessat obligatio eius.

Obiectio.

Etsi contra facias argumentum, quia si Legislator instituat legem, sine causa inutilem, & nocibam factum, non tenet, nec lex obligat: ergo similiter, si legem iustam, sine causa in damnum Reipublicæ abrroget, non enim videtur maior ratio ad institutionem, quam ad abrrogationem.

Solutio.

Respondetur, quod Legislator necessitatur in in institutione legum, quantum ad specificationem, est tamen liber, quoad exercicium, necessitatur enim, ad hoc, quod si legem facit iustam faciat, quia in iustum præcipere non potest, est autem liber, quantum ad exercitium præcipiendi, vel non præcipiendi, etiam iustum, quia iusta, & necessaria potest, non præcipere: cum ergo abrrogare legem, etiam iustam reducatur, ad exercicium, qnia idem est abrrogare, atque à principio non imponere, ideò sicut prolibito potuit non instituere, ita prolibito potest abrrogare, quantum ad hoc, quod factum teneat, non tamen, sine causa iusta potest legem instituere, quia non est liber, quo ad specificationem, nec potest præcipere, non iustum. Maiori ergo vinculo, & necessitate tenetur, ad non constituendam legem in iustam, quam ad non abrrogandam iustam. Ad primum enim tenetur excommutatiua, ne damnum faciat Reipublicæ. Ad secundum autem solum tenetur ex legali. No tandum tamen, hæc debere intelligi de abrrogatione formali, nam si loquamur, de abrrogatione virtuali, quæ fit per institutionem nouæ legis. Si fiat, sine causa iusta. non factum tenet, propter rationem dictam, quia nouam legem instituere, non potest, sine causa iuxta, & illa deficiente lex noua est nulla, & consequenter abrrogatio: siquidem vt diximus abrrogatio, non habet effectum, nisi per valorem constitutionis, secundæ, & nouæ legis.

Not.

Art. III.

Vtrùm consuetudo possit obtinere vim legis?

CONCLVSIO sit consuetudo, & habet vim legis, & legem abolet, & est legum interprætatrix, in quantum est signum voluntatis, & rationis Legislatoris.

Dubium I.

Vtrùm conclusio Diu. Thomæ verum habeat?

1. Not.

PRO intelligentia huius dubij notandum. Primò ad explicationem nominis, quæ sit differentia inter vsum,

& consuetudinem forum, præscriptionem & stylum. Vsus enim est id, quod ex repetitione actuũ, vel dictorum resultat, quod mos ab alijs appellari solet, quia ab oribꝰ trahitur. Sic Driedo, 1. de liber. Christia. cap. 10. & Greg. Lopez, in proœmio, tit. 2. par. 11. & colligitur, ex Isidoro, 5. ethimo. cap. 3. & Tertul. de corona militis, capit. 4. vt refertur à Graciano, cap. lex, ca. mos, cap. consuetudo, dist. 1. Cõsuetudo autem, vt ait Rex Alphonsus, tit. cita. o. l. 4, est ius non scriptum, quod ex longo, & continno vsu ortum est, idem colligitur, ex l. de quibus, ff. de legibus, & l. sed &ea, & l. sequenti, ff. eodẽ tit. Dicitur autem ius non scriptum, non quia consuetudo scripta esse non possit, sed quia regulariter scripta, non est, sicut è contra lex dicitur scripta, non quia possit esse, nõ scripta. vt supra diximus, sed quia regulariter scripta est, etiam si id non requirat necessario. Regulariter: ergo lex est scripta, & sic scriptura ponitur Indefinitione legis, consuetudo autem, regulariter, non est scripta, & sic in eius definitione ponitur, quod sit ius non scriptum. Ex quo patet vsum, & consuetudinem in eo differre, quod vsus communius, dicitur siue pro eo quod ex more, & continuatione transiuit in legem, siue non transierit. Consuetudo autem, solum pro eo, quod in legem transiuit, secundum omnes conditiones legis, & ideò Indefinitioue consuetudinis ponitur, illa particula ius, quæ non ponitur in definitione vsus. Quapropter speciales cõditiones assignabimus, ad consuetudinem vt habeat vim legis, aut illam abrroget, quæ tamen ad vsum communiter dictũ necessariè non sunt. Forus, secundũ Alphõsum l. 7. tit. citato, est ius ortum, ex vsu & consuetudine, quæ seruatur inferendo sententiam, in his quæ in Tribunali, & foro, hoc est loco communi tractantur, itaque vsus, & consuetudo sunt, circa res, & facta, aut circa personam, forus eutẽ est tantum, circa modum ferendi sententias in Tribunali, & aliquando hac ratione, & ipse leges, quibus iudicatur forus solet appellari, ista autem consuetudo iudicandi, in Tribunali, quæ forus appellatur communius habet esse scriptam. Vndè in Hispania multæ sunt leges scriptæ, quas leges fori appellamus, sunt enim veræ leges, & scriptæ, resultantes tamen ex consuetudine longeua fori, & Tribunalium. Vndè talis consuetudo, iam firmata, & scripta habens rationem legis, lex fori appellatur, neque quælibet consuetudo particularis ciuitatis inferendo sententiam appellatur forus, nisi cum addito forus municipalis, sed absolute forus dicitur consuetudo in Regno seruata inferendo sententiã, vt notauit Gregor. Lopez, lege 7. citata, glossa 3,

Driedo. Greg. Lop. D. Isid r. Tertull. *Rex. Alph.*

De præscriptione diuersus est modus dicendi aliqui dicunt præscriptionem esse ius priuatum, alicuius contra alteram partem determinatam, in quo distinguitur à consuetudine, quæ est ius commune omnibus Prouintiæ, aut opidi, & non dicit, quod sit contra alteram parrem. Vndè in præscriptione reperitur, quod altera pars aquirat ius, & altera pars, illud perdat. Quapropter vna persona, potest præscribere contra aliam, & vna persona contra communitatem, & communitas, contra vnam personam, & vna comunitas, contra alteram, quatenus ex vna parte aquiritur ius, & ex altera perditur. Recte ergo, per hoc præscriptio distinguitur a consuetudine, quæ vsum communem importat, sine eo, quod vnus contra alterum aquirat ius, & alius illud perdat: ita explicat Matienço lege 1. glossa 6. num. 3. tit. 7. libr. 5. nouæ collectionis, Molina, libr. 2: de primogenijs Hispaniæ, cap. 6. nu. 10. Panor. cap. vltim. de consuetudine, Couarruias, reg. possessor, part. 2. §. 3. num. 2. Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. vlt.

Prima sen. quid sit præscriptio. Matien. Glossa. Molin. Couarr. Azor.

Alij autem Theologi asserunt præscriptionem, & consuetudinem solum distingui, sicut superius, & inferius, nam omnis præscriptio est consuetudo, sed non omnis consuetudo est præscriptio, vt videtur colligi ex l. 4. tit. 2. part. 1. sed hæc explicatio, non multum placet, quia bene datur præscriptio, quæ non sit consuetudo, vt possessio rei bonæ fidei, per longũ tempus facit præscriptionem, & non consuetudinem requirentem multiplicationẽ actuum. Item omnis consuetudo est præscriptio, vt habeat vim legis, siquidem, vt statim dicemus ad hoc requiritur, quod sit consuetudo præscripta.

2. Sent. Impug.

Dicendum ergo, quod si præscriptio sumatur stricte, & consuetudo stricte, non sunt idem, nec tanquam superius, & inferius, quia præscriptio stricte importat facultatem ad rem, seu possessionem rei continuatam, solum etiam sine actibus. Consuetudo autem stricte continuationem actuum importat, sumendo autem large, præscriptionem pro iure aquisito, contra alterum. & consuetudinem, etiam communiter. pro iure aquisito ex vsu frequenti, tunc parum interest distinguere inter vtrumque

Vera sent.

vtrumque, in præsenti enim, vt patebit ex dicendis ius, siue possessionis, siue frequẽtationis actuum legem, & præceptum imponit, & vnum imbibitur in alio, & sic communiter, quæritur, vtrum cõsuetudo habeat vim legis.

Tandem stillus non est aliud, apud Grammaticos, quam vsus loquendi, aut scribendi, & apud Iuristas est modus procedendi in causis, & negocijs, ex Bart. l. de quibus, ff. de legi. & Burgos, l. 1. Tauri, num. 200, & multæ sunt leges stilli, in nostro Regno, atque adeò nihil aliud est, quam specialis consuetudo, quæritur ergo hic vtrum cõsuetudo absolute, abstrahendo ab omnibus habeat vim legis,

2. Not. Secundo notandum ad explicationẽ rei, quod consuetudo, aut potest esse secundum legem, siue naturalem. siue diuinam, siue humanam, aut vero potest esse præter legem, aut vero cõtra legem. Diuisionem hanc ponit Bartol. vbi supra, & Panor. cap. fin. de consuetudine. Consuetudo ergo, secundum legem est illa, quæ ab ipsa lege habuit originem, vt in lege scripta erant traditiones ab ipsa lege derribatæ, vt patet, Act. 6. & in l. noua traditiones. De quibus, 2. Thæsal. 2. tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam, De quo August. 4. de script. promulg. capit. 24. & Theologi. Matt. de fide, & Bellar. tom. 1. libr. 4. de verbo Dei. Vbi distinguere oportet, quod traditiones aliæ oriuntur ex precepto diuino, & istæ dicuntur trrditiones diuinæ, & consuetudines, secundum legem diuinam, aliæ vero oriuntur ex præceptis Apostolcrum, & istæ sunt traditiones Apostolicæ, seu consuetudines, secundum legem Apostolicam. Aliæ autem traditione, quæ non oriuntur ex lege Dei, sed solum ex consilio, aut diuina à probatione (verbi gratia) quod parbuli baptizentur, ante vsum rationis, & quod Sacerdotes continentes sint, & istæ non sunt proprie, secundum legem, sed præter, & de illis dicendum, sicut de alijs, quæ per consuetudinem præter legem ius aquisierunt, habent enim rationem nouæ legis Ecclesiasticæ, cabendum tamen aliquando traditiones accipi, in malam partem, non solũ pro consuetudine, secundum legem, sed etiam contra illam (verbi gratia) Matt. 5. Transgredimini præceptum Dei, propter traditiones vestras, & Matth. 6. Propter traditiones hominum, ad Colens. 2. Videte nequis vos decipiat, secundum traditiones hominum, & 1. Petr. 1. Appellantur traditiones vanæ, istæ ergo sunt consuetudines contra legem, & solum priores pertinent adconsuetudinem, secundum legem, secundum autem legem humanam dicuntur, illaque a lege humana habent originem. Secundus modus consuetudinis est præter legem, aut diuinam, aut humanam, de qua lex nihil prorsus habet disposition, contra legem autem est consuetudo, vt nomen sonat, quando oppositum eius, quod lex, siue diuina, siue humana præcipit introducitur, per hanc ergo distinctionem clare respondetur ad dubium.

1. Concl. D. Thom. Conrrado. Medina. Soto. Prima conclusio, consuetudo secundum legem, siue naturalem. siue diuinam, siue humanam, non facit distinctam legẽ, sed illam (secundum quam est consuetudo) interprætatur. Prima pars patet, quia per talem consuetudinem, non intenditur introducere aliam legem, sed statutam cõseruare, quia illius est efectus talis consuetudo. illam firmam, & stabilem reddens impedienque, ne alia consuetudo contraria legem abrrogatura introducatur, vt patet ex cap. sopita, de censibus. Vndè recte glossa, cap. de consuetudine, in 6. & Panor. cap. vlt. de consuetudine, ait sic illam consuetudinem, non ponere in numero. cum ipsa lege, secundum quam operatur, quod si per contrariam consuetudinẽ abrrogetur lex, simul etiam abtrogatur, & illa consnetudo, quæ erat secundum legem, etiam si illius mcntio non siat, quia talis consuetudo, secundum legem reputatur, idem cum ipsa lege abrrogata. Secũda pars conclusionis, quod consuetudo, secundum legẽ, illam interprætetur est D. Thom. hic & Cai, Conrrado, Medina, & omnium interprætum eius, & Soto, 1. de iust. quæst. 7. art. 2. illam docent sumistæ, verbo consuetudo, & Iuristæ, ex l, si de interprætatione, ff. de legib. vbi habetur, illud commune axioma, optima legum interpræs est consuetudo, quæ etiam habetur, cap. cum dilectus, de consuetudine, per talem enim consuetudinem manifesta tur à principio, illam fuisse mentem Legislatoris. Notandum tamen pro clariori intelligẽtia, quod interprætatio est duplex. Alia authentica, & iuridica habens rationem legis, sicut interprætatio principis. Alia vero non authentica, sicnt interpræ tatio Doctorum. Consuetudo ergo, vt sit interprætatio authentica debet habere omnes condittones legis, & vim legis habere. Alias autem erit interprætatio, non authentica.

Gloss. Panor. 2. Pars cõ. D. Thom. Caiet. Conrrad. Medin. Nor.

Ex quo patet decisio cuiusdam diffi- Dub.

1.Sent. Menoch. cultatis:vtrum consuetudo vnius patriæ possit interpretari legem alterius patriæ, vel ciuitatis aliqui enim tenent partem negatiuam,quia consuetudo,sicut & lex nõ debet extendi à loco in locum,nec à persona in personam,nec a casu ad casum,licet sit eadem ratio,quia stante eadem ratione potest esse lex,hic & non alibi,&c. Sic Menoch.de retinenda possessio.remedio 5.num.92.vbi alios plures recitat.

2.Sent. Iason. Bartolus. Alij vero partem tenent affirmatiuã quod si eadem est ratio potest,& debet, si cut hic,ita & alibi,secundum consuetudinem iudicari,quia lex debet exequi,secũdum verum sensum: si ergo verus sensus est.prout hic est in consuetudine,per quã interpretatur,etiam alibi, vbi talis consuetudo,non est iuxta consuetudinẽ,quæ hic habetur debet iudicari,per legẽ, quia sic erit iudicare,per illam rectè intellectã, ita Iasson,& Bart, vt refert Menochius, num.65.

Verà resolutio. Sed resolutio huius est facilis, per distinctionem datam, quod si loquamur de interpretatione authentica, & obligatoria pars negatiua est vera, nam sicut non potest extendi lexad aliũ locum personam,vel casum, ità nec interpretatio legis authoritatiua habens rationem legis,& quæ est idem cum ipsa lege. Si autem loquamur de interpretatione,nõ authoritatiua.tunc vbique habet locum, sicut interpretatio Doctorũ,& in isto sensu pars affirmatiua est vera, & quælibet Respublica,ad consuetudinem alterius,si rationabilis est debet attendere in iudicãdo,per legem iuxta,c.cũ eo,de censibus. & cap.cum olim,deconsuetudin.vt ibi explicat Panor.num.1.& idem debet seruare iudex arbiter,secundumenim legem,& consuetudinem seruatam ,debet iudicare, iuxta dicta,vt ait Syluester, verbo consnetudo.

Corol. Ex his sequitur, qualiter iudex tam in foro externo,quam interno debeat iudicare. Primo,quidemsecundum iura,si ciuilis est, aut secundum Canones,si Ecclesiasticus, canonibus autem deficientibus, secundum iura ciuilia deficiente autem iure:secundum consuetudinem vniuersalẽ, vel particularem, etsi etiam consuetudo, non sit,debet procedere de similibus,ad similia,ex cap.de quibus,distin,20.& l.nõ possunt,ff.de legi. aut reccurreudum, ad consuetudinem Romanam,aut vicinarum Prouintiarum,ex c.cum est de censibus, aut denique.ad Regem, iuxta dispositionem aliquorum Regnorum.

2.Corol. Secundo sequitur,quod sicut consuetudo potest interpretari legem dubiã, ità è contra lex certa,potest interpretare consuetudinem dubiam,vt enim ostendemus consuetudo est lex,si aponendas infra cõditiones habeat:sicut ergo vna lex potest interpretari per aliam,ex l.vna,C. de in-offic.ita & lex per consuetudinem,& cõsuetudo,sicut lex per alteram legem.

2.Concl. D.Thom. Suar. Vazq. Salas. Lorca. Valent. Medicis. Secunda conclusio, consuetudo quę est præter legem,siue naturalem,siue diuinam,siue humanam habet vim legis, itaque in mareria,in qua non est lex naturalis,aut diuina,aut humana, si longo tempore sit consuetudo,ista habebit vim legis seruatis conditionibus, in hoc dubio ponẽdi. Hanc docet D.Tho. hic& omnes interprætes eius Thomistæ,& moderni Suarez,Vazquez Salas,& Lorca, & Valentia,& ex Iuristis,Medicis,tract. de legib.part,2.quæst.14.vbi plures alios, & plurima iura refert,& glossa,cap.seruicium,28.quæstio.2.vbi ait ratione cõsuetudinis deberi census,& præstationes annuas competere iurisdictionem,& priuilegium.& seruitutem,atque obligationem, nõ minus,quam iure scripto. Patetque ex l.de quibus,& sequentibut,ff.de legibus, §.ex non scripto,& l.hoc iure,ff.de aqua quotidiana,& stiua,§.ductus aquæ, & l. 1.in fin,ff.de aqua,& aquæ pluuia arcenda,& l.diurna,ff.de legibus,& cap.fin.de consuetued.& cap.1.de constit.in 6.cap. mos.cap.cõsuetudo,dist.1.hoc docet ex præsse Tertul.lib.de corona militis, cap. 4.dicens consuetudo etiam in ciuilibus legibus,pro lege suscipitur,quando deficit lex,idem August. Epist. 86. vt refertur, D.August cap,in his,dist.11.& Epist.118.capit.2. vt refertur,cap.illa:dist. 12. & Isidorus, D.Isido. 2.ethimo.cap.10.& lib.5.ca.3. ad veritatem huius conclusionis reducitur, quando per consuetudinem extenditur lex, (verbi gratia)si instituta sit lex prolaycis, & per consuetudinẽ extendatur ad clericos,iuxta cap.cum causa.De quo Panor. Panor. ibi,num.4.de sent.& re iudicatà,&Felin. Felin. cap.Ecclesiæ,de constit.in 6. & Tirraq. Tiraque. de primogenijs,num.44.tunc illa extensio est præter legem,& circa illam inducitur lex,per talem consuetudinem . Hæc etiam conclusio habet verum incontractibus,licet enim consuetudo ex illicitis, secundum se licitos contractus facere non possit tamen si iure solemnitas contractus non est determinata consuetudo in illis habet rationem legis,& non leue indiciũ est contractum ex se non esse illicitum, si in consuetudine sit,sic celebrari. De quo

Bald.

Bald. Baldus,lib.1.cons.115.imo quæcumque lex de contractu supponit sic fore in consuetudine,ex lege semper, in stipulationibus,ff.de regulis iuris,& l.quod si nollit.9.qui assidua, ff.de ædilitio,ædicto, & alijs iuribus,quæ citat Syluester, verbo, consuetudo.

Corol. Ex hac conclusione sequitur, idem dicendum esse de lege,atque de consuetudine,sicut enim ex supra dictis, patet, quod lex vnius Reip.non obligat alteram, aut vnius populi,non obligat alterum, & lex pro laycis,non obligat clericos, quia est alia Respublica,& alterius iurisdictionis:ita & consuetudo obligat tantum,vbi est talis cõsuetudo,& si est cõsuetudo laycorum,non obligat clericos,nisi per modum interpretationis,vel à simili, vt iam diximus. Idẽ dicẽdũ est de peregrinis respectu consuetudinis,sicut diximus, de legibus,& statutis. De his vide Azor,to.1. lib.5.cap.18.quæst.12.& 13. vbi citat Panor.Butrium, Geminianum, & alios plures vtriusque Iurisconsultos.

3.Concl. Theologo. Sumistar. Iuristar. Tertia conclusio,consuetudo obtinẽs vim legis habet derrogare legem contrariam præcedentem. Hanc docet D. Tho. hic & cum eo omnes interprætes illius,& omnes sumistæ,verbo consuetudo. Item omnes Iuristæ,ex l.de quibus,ff. de legibus,& lex venditor,§.si constat, ff.communia prædiorum,& glossa ibi Bart. numer.3.& alij.l.2.C.quæ sit longa consuetudo,& l.1.ff.de aqua plubia arcenda,& l.hoc iure,§.ductus aquæ,ff.de aqua quotidiana,& stiua,& cap.vlt.de consuetudine,& cap.2.& cap.cum dilectus, eodem tit.vbi Panormitan.& cap.3.de consuetudine,in 6.Turrecremata,& alij,cap. in istis,distin.4.& cap.vasilicas,dist.1.& capit.nollite,dist.11.Baldus,capit.cum venissent,de eo,qui mittitur in possessionẽ.

D. Isidor. Tertul. D.Aug. Dub. Videatur Isidorus,5.ethimol.capit.3.vt refertur cap.consuetudo,dist.1.Tertullianus,de corona militis,cap.4.Aug. epist. 86.vt refertur,cap.1.uum.115.dist.11.

Est autem differentia Doctorum in assignanda ratione, qualiter consuetudo popularis possit legem principis abrrogare,cum inferior potestatem,supra superiorem,non habeat, Princeps autem superior est ad populum Iurisc õsultus in illa l. de quibus citata,ait quod populus primario habet potestatem condendi legẽ Princeps,autem cõmunicatam à populo. Qua propter illam à populo habet dependenter, Vnde si populus per consuetudinem facit contra legem, illa robur non potest habere,sed hæc ratio,tantum habet vires in populo,non habente Principem,sed se ipsum gubernante,nam in habẽte Principem, vt diximus potestas translata est totaliter,ad Principem,& in populo,nullatenus manet, alij vt Castro 1.de lege,cap. 1.Respondent,quod licet potestas sit collata principi,hæc tamen dependentia, vt populus consentiat legi institutæ. Qua propter supradiximus,requiri acceptationem populi,sicut ergo à principio potuit populus resistendo legem in validare, ita & postea per consuetudinem illam abrrogare, idem enim est post institutam agere contra illam,atque à principio non acceptare. Sed hæc etiam solutio supponit falsum,quod populus hac conditione potestatem principi contulerit,sed absolute illam transtulit. Respondetur ergo,quod consuetudo habet vim legis in quantum à principe formaliter, aut virtualiter aprobatur,vt statim dicemus. Vnde,sicut princeps à principio resistentes obligare, ita & in contrarium consuetudinem intromittentes, & sicut non acceptatio habet vim in quantum princeps videt, & tacet,ita & consuetudo contraria post legem institutam,& acceptatam.

Impug. *2.Sen. Castro.* *Impug.* *Vera solut.*

Dixi autem in conclusione, quod consuetudo abrrogat legem contrariam precedentem:nam si lex sit posterior,& consuetudo contraria sit prior. Tunc potius lex abrrogat consuetudinem, hoc aduertit Rex Alphonsus in illa leg. 6. & sic est interprætanda, lex 2. C. quæ sit longa consuetudo, vbi dicitur consuetudinis vsus, qui longebæ non vilis est authoritas, verum non vsque adeò sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem. Hoc enim intelligitur de lege subsequente, quam consuetudo anterior nõ vincit,sed potius lege vincitur, ita Panor. cap. fin. de consuetud.à num.24. Canonistæ,cap. 1.de constit.in 6.contra Bart.lege de quibus citata,& leg. Prætor, ff. de sepulcro violato,itaque consuetudo,& lex contraria debent considerari, vt duæ oppositæ leges,quarum vltima valet facta comparatione respectu eiusdem loci:nam sicut lex generalis,non abrrogat contrariam pertinentem,ad locum particularem, nisi facta speciali mentione, ita dicendum est de lege, & consuetudine contraria, quælibet enim illarum sit, posterior abrrogat priorem eadem limitatione posita, vt constat ex cap.1.de constit.in 6.videatur ibi Panorm. idem dicendum est, si consuetudo contraria alteri succedat debent enim con-

Not. Pro explicatione conclusionis. *Panor.*

siderari

siderari, vt duæ leges, quam posterior de-
Medicis. bet prævalere, videatur Medicis tractat. de leg. part. 2. quæst. 14. nume. 5. vbi hoc probat, ex leg. pacta nouissima, C. de pactis, & l. 2. C. de inoffic. dor. idem dicendum, de interruptione, quod abrogat consuetudinem, sicut alia consuetudo contraria. Notãdum tamen, quod si consuetudo
Not. sit popularis, requiritur interruptio à maiori parte, per aliquos actus, si autem interruptio sit, à tota communitate sufficit interruptio per solum vnum actum, vt consuetudo amittat vim legis.

4. Concl. Quarta conclusio, consuetudo potest abrogare legem præcedentem, aut in totum, aut in partem ipsam limitando, hæc patet: quia sicut à principio potuit, institui lex magis restricta, aut ampla, ita potest, & post latam princeps abrogare, aut totam, aut partem ipsam restringẽdo, cum ergo eadem sit ratio, de lege superueniente, & de consuetudine: quia hæc etiã habet vim legis, sicut potest noua lege limitari prior, ita & consuetudine superueniente.

1. Corol. Contra Castro. Ex quo sequitur. Primò, quod si lex erat pœnalis potest consuetudo abrogare pœnam, non abrogando culpam, vt si lex erat sub pœna excommunicationis, potest consuetudo abrogare excommunicationem, retenta obligatione præcepti ipsius legis, hoc sequitur contra Castro 2. de lege pœnali, cap. 12. vbi refert Hostiensem, & alios asserentes, per consuetudinem posse abrogari pœnam excommunicationis ferendæ non tamen latæ: quia ferenda sequitur per nouum præceptum iudicis, quod per consuetudinem impediri potest, lata tamen sequitur ad ipsum opus, sed hoc falsum est, & nostram assertionẽ, tenet Panor cap. 1. de tregua, & pace, &
Panor. Navarro. Glossa. Ioa. And. Innoc. Sylvester. Angelus. Azor. Conc. Tol. Nauarro, coment. 3. de regul. num. 55. & in summa, cap. 27. nu. 106. glos. cap. cum multæ 15. quæst. 8. Ioann. Andr. Innoc. cap. 1. de tregua, & pace, Siluester, verbo consuetudo, quæst. 3. & 11. & Angel. nu. 10. Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 18. quæst. 10. fauet, cap. denique, dist. 4. & cap. cum venerabilis, de constit. & Concilium Tolletanum 9. cap. 10. ponens filijs Clericorum pœnam seruitutis in Ecclesia, quæ tamen consuetudine abrogata est, & in Clementina ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæ quantum ad alia fuit recepta, & conseruata & non quo ad pœnam. Et ratio pro cõclusione, id probat clare: quia sicut potuit poni lex sine pœna excommunicationis, & iterum separari, ita & per cõ suetudinem possunt separari, vt maneat culpa, & nõ pœna, imo è contra, quod maneat pœna, & non culpa, & præceptum independens est vnum ab alio, loquendo de pœna temporali: nam pœna excommunicationis ablata culpa remanere nõ potest, vt patet ex sua materia hoc confirmatur: quia sicut potest quis facere votum obligans ad culpam, & non pœnam, & è contra ad pœnam, & non culpã, & dispensatio voti potest fieri similiter in vno, & nõ in alio, ita & consuetudo separare potest obligationem culpæ, & pœnæ, & abrogare vnum alio remanente.

Secundo sequitur, quod si lex est irritans, etiam consuetudo potest abrogare irritationem manente prohibitione legis, hoc patet eadem ratione, sicut precedens: quia cum Legislator posset ponere legem prohibentem, & non irritantem, & postea tollere irritationem manente prohibitione, ita consuetudo, cum habeat vim legis, idem poterit facere eo, vel maxime, quod irritatio actus est, quasi pœna. Vnde eadem ratio est, atque de pœna. Hæc doctrina specialem habet difficultatem, in lege matrimonij non solum prohibente, sed etiam irritante matrimonium, si fiat intra talem gradum, de quo Sanchez, tom. 2. de matrim. lib. 7. disp. 4. vbi nume. 13. refert multos Authores, asserẽtes impedimenta dirimentia matrimonium, nullatenus posse consuetudine abrogari: quia redunt personam inhabilem, consuetudo autem habilitare non potest, sed ipse Sanchez, & Innoc. cap. 1. de cognat. Spiri. & Gab. in suplem. 4. dist. 42. quæst. 1. art. 3. dub. 6. quibus ego libenter assentio asserunt, iuxta doctrinam datam impedimenta dirimentia, cõsuetudine posse abrogari: quia cum sint de iure humano eadem est ratio, atque de quacumque alia lege, vt consuetudine possit in totum, vel in partem abrogari, nec obstat omnes actus, quibus talis consuetudo est introducenda esse malos, & in validos: quia vt postea dicemus, etiam actibus malis consuetudo bona, & præscripta aprobatione saltem tacita Legislatoris introduci potest, licet enim institutio horum impedimentorum iustam causam habeat, ni mirum, vt charitas etiã ad extraneos extendatur, & non solum maneat intra cognatos, vt ait August. 15. de ciuit. cap. 16. & refertur, cap. 135. q. 1. nihilominus, & ablatio talium impedimentorum causam iustam, potest habere, propter quam consuetudo contraria aprobetur, sicut enim olim consanguinitas impe-

2. Cor. 1.

Sanchez. Inocen. Gabriel.

diebat

diebat, vsque ad septimum gradum, similiter, & affinitas, vt patet ex cap. non debet de consangui. & affin. & tamen iustis de
Conc. Tri. causis, in Conci. Trid. sess. 24. de matrimonio, cap. 2. restringitur gradus cognationis spiritualis, & capit. 3. gradus publicæ honestatis, & cap. 4. gradus affinitatis cõtractæ excopula fornicaria, quia inquit Concilium, ex multitudine prohibitionum, non leuia peccata pullulabant, ita & consuetudine, maior restricto in gradibus esse posset abrrogando priores. Confirmatur, quia impedimẽta dirimentia possunt introduci, per consuetudiuem præscriptam, & aprobatam, vt docet Hostiensis, cap. fin. num. 1. de sponsa duorum, & cap. 1. de consangui. & in sum. titul. de cognat. spirit. §. quis sit effectus, numer. 6. Henrric. cap. 1. de sponsal. Turrecremata, capit. placuit, dist. 32. artic. 2. num. 13. Tabiena, verb. impedimentum, 1. q. 4. Syluester, verb. matrim. 2. quæst. 3. ergo etiam per consuetudinem possunt talia impedimenta abrrogari, patet consequentia, qui quod potest legem introducere, potest & abrrogare, sed de hac materia. Videatur ad longum Sanchez, loco citato, num. 14. & Salas, disputation. 19. sectio. 10.

5. Concl. contra Syluestrũ. Angelum. D. Anton. Soto. Salas Nostra tamen cõclusio est Medina. Lorca. Azor. Nauarro.

Quinta conclusio, etiam si lex sit derogatoria consuetudinis futuræ, habẽs clausulam, quod illud obseruetur, non obstante, quacumque consuetudine superueniẽte: nihilominus consuetudo superueniẽs, (si conditiones habeat præscriptæ consuetudinis) abrrogat legem precedentem. Hanc ponimus contra Syluestrum, verbo consuetudo, quæst. 6. & Angelum, ibidem, num. 9. D. Anton. 1. part. tit. 16. ca. vnico, §. 6. Soto, lib. 1. de iust. quæst. 7. art. 2. & Salas, disput. 19. sect. 7. & alios, quos ipse refert, nostra tamen conclusio est Medinæ hic, & Lorca, disput. 29. mẽbro 1. in fine, & Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæst. 10. Nauarro in commentario, de spolijs clericorum, §. 14. num. 7. & 8. Et probatur clare, quia consuetudo superueniens, si habeat legitimas conditiones, est vere lex: ergo vere abrrogat præcedentem, quia semper est standum legi posteriori. Confirmatur, quia quantumcumque lex præcipiat aliquid fieri, non obstante lege futura in contrarium: nihilominus abrrogatur, lege futura: ergo idem dicendum de consuetudine, quæ vere habet vim legis. Secundo probatur, quia vt Angelus, & Syluester fatentur, si consuetudo superueniens, sit rationabilis abrrogat legem præcedentem, etiam habentem prædictam clausulam, sed si consuetudo habet cõditiones requisitas, vt habeat vim legis necessario est rationabilis: ergo semper habet abrrogare, talem præcedentem legem. Conf. quia secundum illos, si Legislator inueniat nouam causam in cõsuetudine superueniente, quam non cogitauerit à principio conditionis legis præcedentis poterit talis consuetudo præualere contra legem illam præcedentem, sed semper, quod consuetudo habet requisita interuenit talis causa, ob quam Princeps tacet, & finit talem consuetudinem introduci, aliàs non taceret, & consuetudo, non introduceretur: ergo semper talis consuetudo abrrogat, illam legem etiam in probantem consuetudinem futuram, tandem nostra conclusio videtur intenta, capit. 1. de fæudi cognitione, vbi dicitur legum autem humanarum, non est villis authoritas, sed non adeo vim suam extendunt, vt vsum vincant, aut mores, & certe authores contrarij, bene inspecti in idem veniunt, inquiunt enim legem posse præcauere consuetudinem futuram iniquam, & à ratione, & iustitia alienam, sed hoc nihil est dicere contra nos, quia si consuetudo est iniqua, & à ratione, & iustitia est aliena, non est opus, vt lex illam præcaueat, ex se enim viribus caret ad abrrogandam legem præcedentem, quia ad abrrogandum requiritur consuetudinem esse rationabilem, modo explicando in sequenti dubio. Si autem in- *Dub.*
quiras, ad quid ergo leges multoties asserunt id obseruetur, quacumque consuetudine non obstante. Respondetur, lo- *Resp.*
qui de consuetudine præcedenti, & si loquatur de futura est ad maiorem cautelam non permittendi vsum contrarium, & vt ministri iustitiæ inuigilent, vt introductionem consuetudinis impediant. Semel autem consuetudine introducta omnia ista abrrogantur, quia & lex non posita tali clausula ex se prohibet introitum consuetudinis contrariæ. Quapropter semper consuetudo incipit, per actus malos contra legem, & nihilominus consuetudine introducta lex abrrogatur: ergo idem est etiam si expresse lex consuetudini futuræ expræsse opponatur. Notandum tamen, quod si lex opponatur consuetudini futuræ, per tempus determinatum, dicens, vt consuetudo non prævaleat, nisi per tot annos perseuerauerit, tunc talis consuetudo, vsq; ad illud tempus non abrrogat legẽ præcedentem,

quia

quia bene potest per legem assignari tempus præscriptionis. Si autem tempus non assignet, sed absolute, consuetudini futuræ opponatur, tunc consuetudo abrrogat, secundum temous moraliter requisitum, vt habeat vim legis, vt statim explicabitur dub. sequenti. De hoc Molina tom. 1. de iust. tractat. 2, disputatio. 77. in fin.

Molin.

Ex dictis sequitur omissis multis differentijs, quas assignat Salas disput. 19. sectio. 20. de sumptas, ex Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 4. quæst. 5. inter consuetudinem, & de suetudinem, quod attinet ad propositum de abrrogatione legis præcedentis, vel non obligatione illius. Eadem est ratio vtriusque, qualiter enim ad obligationem legis requiratur acceptatio populi, & stante de suetudine, lex non obliget, actum est supra, quæst. 96. art. 4. dub. 8. ibi videatur: modo enim solũ necessum est obseruare, quod ad abolendam legem non sufficit sola desuetudo negatiua, vt docet Panor & Ioann. Andreas, capit. Ioannes, de clerico. coniugato, & Felin. cap. 1. de treuga, & pace, & Nauarro, consil. 1. de constit. quæst. 6. num, 25. & Rosella, verbo, consuetudo, n. 15. non enim oblata occasione legis, per nõ vsum illius non abrrogatur, etiam si transeant centũ anni, sed attendendum est oblata occasione legis, si in contrarium operatur, maior pars populi pluribus vicibus, etiam si vna vice oferatur modo, & altera post multos annos, idem dicẽdum de priuilegio, quod non amittitur, nisi pluribus vicibus oblata occasione non vtendo illo, idem de seruitute, aut tributo soluendo, non manet quisliber, per non vsum, nisi oblata occasione pluribus vicibus, tali iure, quis non vtatur. Item vt non vsus, aut de suetudo inualidet legem requiritur cognitio legis quia si ignoretur, etiam si oblata occasione, quis non vtatur lege, talis non vsus, non facit ad invalidandam legẽ, sed a die cognitionis legis est attendendum ad consuetudinem, vel desuetudinem.

Corol.

Not. Panor. Ioa. And. Felin. Nauarro. Rosella.

Dubium II.

Vtrùm qualibet consuetudo sufficiat abrrogare legẽ, quod est quærere quales conditiones requirantur ad consuetudinem, vt vim legis habeat, & præcedentem possit abrrogare?

PRO intelligentia notandum, quod cum consuetudo habeat vim legis, vt diximus, consequenter omnes conditiones legis supra positæ ei debent conuenire, quas iterum repetere non est necessarium, sed solũ examinabimus, illas quæ cum consuetudine peculiarem repugnantiam videtur habere, qualis est, quod lex debet esse rationabilis, & iusta, & quod lex debet esse à Principe, vel superiori instituta, & quod debet esse vniuersalis. Item, quod debet esse promulgata, & acceptata à populo, & insuper addere, quod est peculiare consuetudinis: nimirũ, quod debet esse præscripta multiplicatione actuum, & longitudine temporis, & quod actus, & tempus ad talem præscriptionem requiratur, vt constet de præscriptione, & obligatione consuetudinis.

Not.

Prima conclusio, consuetudo, vt habeat vim legis debet esse rationabilis, & iusta, ex parte obiecti, hoc est res circa, quam introducitur consuetudo debet esse res bona, nam de re mala, sicut non est lex, ita neque consuetudo habens vim legis.

1. Concl.

Est autem dificultas in explicando, quod nam obiectum, & res circa, quã est consuetudo dicatur, iusta & bona, vt ex hac parte consuetudo habeat vim legis. Primo explicat Nauarro commenta. de spol. §. 14. num. 7. ex August. epist. 118. & habetur, cap. illa, dist, 12. illud consuetudine admitti posse, vt bonum, quod neque est contra fidem, neque cõtra bonos mores, quod clarius dicit Nauarro, lib. 3. consil. tit. de censibus in prima quidẽ editione, cons. 7. num. 3. in posteriori vero, cons. 3. num. 3. consuetudinem esse de re bona, quando talis res, nec est cõtra ius naturale, neque contra diuinum positiuum, idem sequitur Gerson, 3. part. tractat. de vita spirituali, lect, 4. corol. 13. alphab. 62. litt. P. suplem. Gab. 4. dist. 42. quæst. 1. art. 3. dub. 6. Sed hic modus explicandi licet veritatem contineat, est tamen diminutus, ita enim est verum, quod res cõtra ius naturale, aut diuinum positiuum est mala, & circa ipsam non potest esse cõsuetudo habens vim legis, potius enim illa erit corruptela, quam consuetudo, vt patet, ex cap. cum tanto de consuetudine, sed non tantum res contra ius naturale, aut diuinum positiuum, dicitur non iusta circa

Dub. 1. Sent.

Nauarro. D. Aug.

Gerson. Gabriel.

circa,quam consuetudo legitima esse non possit,quia consuetudo non seruandi circunstantias interdicti vocatur irrationalis,cap.cum inter,de consuetud. & consuetudo non ferendi iudicium,vocatur irrationalis,cap.ad nostram,eod.tit.cap.cũ non liceat,cap.cum ex officio , de præscript.& alia huiusmodi,refert glossa,cap. fin.de consuetud.& Panor.ibi numer.5, cum tamen non sint huiusmodi cõtra ius naturale,aut diuinum positiuum.

2. Sent. Secundo explicant aliqui Canonistę & glossa cap.fin.de consuetud. illam rem dici iustam,& bonam, circa quam possit consuetudo introduci,quæ nec est contra legem diuinam,nec humanam,sed hęc explicatio,nulla est.quia sic nulla introduceretur consuetudo,contra legem humanã, quod est falsum.

Impug. 3.Sent. Panor.refert Ioan. Andr. Butrius. Cardin. Tertio,Panor.cap.fin.de consuetudine,refert alios asserentes irrationabile, & non iustum esse, quod per iura reprobatur,aut iuris resistentiam habet.& glossam asserentem iustum,& rationabile esse,quod non est contra normam Ecclesiasticæ disciplinæ,nec contra libertatẽ Ecclesiæ,& Ioannem Andræam asserentem irrationabile esse, quod est reprobatum, aut simile,aliàs reprobatis,& Butrium asserentem rationabile esse,quod conducit ad fælicitatem animæ, aut bonum publicum,& commune Ecclesiæ,vel Reipublicæ,& Cardinalem dicentem,illud præsumi irrationabile,quod est contra ius naturale,aut gentium,aut positiuum,nisi probetur contrarium,sed omnes istos modos reprobat ex iuribus multis allegatis esse insufficientes in illo videatur.

4.Sent. Panor. Impug. Quarto ipse Panor.ait illud esse iustum,& rationabile quod iudex attentis omnibus prædictis,si est ad bonum Reipublicæ vtile, aut iuribus contrarium est, iudicauerit esse iustum , sed hoc nihil est determinare. Vndè.

5.Sent. D.Thom. Quinta.& legitima explicatio est D. Thom.hic illud esse rationabile,& materiam consuetudinis legitimæ,quod est ratione regulatum ordinatumque, ad bonũ finem,licet oppositum præcipiat ius etiam in ordine ad aliumfinem,quia hic,& nũc, quod ius præcipiebat potest esse , minus vtile,propter rerum,aut personarum mutationem,vel clarius dicitur,illud esse iustum,& rationabile,quod potest esse materia legis:nimirum,quia aliàs licitum,& quia necessarium,aut vtile,ad bonum cõmune,aut quia oppositum est,nimis difficile,aut inutile, & alia huiusmodi , tunc enim,sicut posset institui lex noua,& abrogari antiqua,ita similiter, & consuetudo habens,vim legis,potest legitime introduci.Hæc est mens Diu.Thom.& ita explicat Sylvester,verbo consuetudo,q. 1.Soto,1.de iust.quæst.7.art.2.& Sanchez,lib.7.de matrimon.disp.5. nu.14. Vazquez disp.277.Valen.disp.7.quæstio.5.puncto 8.Salas.disp.19.sect.5.& si objicias,quod si res oppositæ præcepta, per legem est iusta,& rationabilis,& aliàs non esset lex,ex cap.erit autem lex,dist. 4.& l.leges santissimæ,C.de legibus,qualiter erit res iusta, circa quam introducitur consuetudo, quia oppositæ nequeunt iustificari.Respondetur, ex Ioanne Andræa,Panor.& Tabiena,supra citati, & Menochio,2.de arbitra.centuria 1.casu 82.num.16.quod illa oppositæ iusta esse possunt.secundum diuersas rationes,sicut si propter prædicta instituerentur nouæ leges tunc abrrogãs,& abrrogata,iustæ essent secundum diuersas rationes,& circunstãtias temporis,& loci,&c. *Sylvester. Soto. Sanchez. Vazquez. Valentia. Salas. Obiectio. Solutio.*

Secunda conclusio,consuetudo legitima,& præscripta,& habẽs vim legis potest incipere.& introduci actibus bonis, & etiam actibus malis , & peccaminosis. Hæc est Diu.Thom. hic & cum illo Cajet.Conrrado,Medina,Soto,Sylvester, Gerson,Sanchez,Valentia, Vazquez, Salas,vbi supra citati,prima tamen pars, est contra Suarez,lib.7.de legibus , cap. 1.num.24.asserentem non posse consuetudinem abrrogantem legem introduci actibus bonis. *2.Concl. D. Thom. Caj. Conrrado. Medina. Soto. Sylvester. Gerson. Sanchez. Valentia. Vazquez. Salas. 1.Pars est contra Suarez.*

Quod probat,nam actus si sunt boni est,quia per epicheiam sunt facti , præter legem in materia,ad quam lex non extendebatur:ergo illi non generant consuetudinem abrrogantem legem. Patet consequentia,quia lex non abrrogatur,per cõsuetudinem,nisi contrariam.illa autem cõsuetudo ex actibus epicheiæ,non est contraria,quia non est, nisi præter casum legis,nec est animus populi,per illos actus epicheiæ factos in casu præter legem,agere contra legem,nec ex vi consuetudinis illius,licet agere,nisi in consimilibus casibus,præter legem.

Secundo id probat, quia si illi actus sunt liciti,ideò est,quia iudicatur contrariam legem esse inutilem,aut iniquam,sed tunc non abrrogatur lex,sed ostenditur, nulla & eo ipso cessasse:ergo numquã dabitur, quod actibus bonis introducatur consuetudo abrrogans legem. *1.Arg. 2.Arg.*

Nihilominus dicitur nostram cõclu- *Not.*

sionem

sionem esse veram,& pro eius declaratione notandum,quod actum fieri contra legem, stat dupliciter, aut formaliter, aut materialiter:formaliter quidem, quando fit contra legem,hic & nunc obligantem, materialiter autem,quando fit,contra id, quod verba legis absolute, sonant etiam si in isto casu ex aliqua circunstantia,non obliget,nec ad istum casum ex epicheia, lex extendatur: dicimus ergo cum Diu. Thom. quod non solum consuetudo ex actibus factis formaliter contra legem sit abrrogatio legis, vt statim dicemus, sed etiam per consuetudinem introductam, per actus ex epicheia factos contra legem materialiter,multiplicatur enim ocasionibus,vt huiusmodi actus licite fiant, vt si quotidie oferatur ocasio aperiendi portas ciuitatis ex epicheia, vt supra diximus, iam censebitur inutilis,lex claudēdi portas,& manebit abrrogata,quid enim vtilitatis habet claudere portas,ad finem legis,si ex circunstantia oportet quotidie, & frequenter illas aperire? Ista ergo consuetudo per actus licitos legem materialiter contrariam abrrogabit,per hoc patet.

Ad 1. arg. Ad fundamentum contrarium Suarez dicimus enim,quod tunc abrrogatur lex per consuetudinem contrariam materialiter,licet non contrariam formaliter, & hoc sufficit,vt diximus. Similiter dicimus,quod animus populi,per illos actus, non est agere contra legem formaliter, quia tunc peccarent,sed agere contra legem materialiter,sine peccato,quod sufficit ad introducendam consuetudinem abrrogantem legem priorem,ad alteram partem argumenti dicimus ex vi illorum actuū, nō licere facere cōtra legē,sed præter legē,antequā introducaturcōsuetudo semel autem per illos actus introducta,iā licet non solum facere contra legem materialiter,& præter verba legis in casu non obligante lege,sed etiam agere in materia ipsius legis,ad quam alias lex extendebatur: quia iam abrrogata manet lex, & illa materia iam non est prohibita,itaque ex actibuscirca materiam,ad quam lex nō extendebatur, secundum epicheiam introducitur consuetudo,per quam abrrogatur lex,& potest quis operari licite,circa materiam,aliàs contemptam,& prohibitam lege.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. quod multiplicatis huiusmodi actibus bonis, non redditur contraria lex,taliter inutilis, vt ex se ipsa cesset,tamquam nulla, sed habent se dispositiue,vt animus Principis inducatur ad abrrogandam talem legem,tamquā minus vtilem,& ideò dicitur consuetudinem abrrogare legem,quia disponit, vt à Principe saltem virtu aliter abrrogetur, quod si non fieret ipsa lex non,nulla,sed stabilis permaneret.

Secundo vero pars conclusionis, etiam patet, quia fere omnis consuetudo introducta est actibus malis contra legē, nam semel acceptata lege, & præscripta, qualiter contra ipsam possunt incipere actus contrarij,qui boni sint, & liciti, si enim aliqualiter huiusmudi actus excusationem haberent facti contra legem esset ratione ignorantiæ invincibilis legis, hæc autem admitti non potest in tota Republica,aqua consuetudo introduci debet,nec etiam iura,vt approbent consuetudinem exposcunt actus contrarios debere esse licitos,imo contrarium supponunt. Etsi contra facias arg. nam actus cōsuetudinis abrrogantis legem,debent esse rationabiles,sicut & consuetudo rationabilis debet esse:ergo non possunt esse actus mali,quia mali rationabiles esse nō possunt. Respondetur primo,quod illi actus licet sint mali,& quatenus contra legem sint irrationabiles,tamen in ratione fundandi consuetudinem rationabilem possunt dici rationabiles. Secundo tamē melius respondetur,quod consuetudo nō est rationabilis,nisi postquam præscripta est,& iam habet vim legis,& tunc etiā actus talis consuetudinis sunt rationabiles,quia sunt actus impletiui consuetudinis,tamquam legis,actus autem præcedētes,& disponentes,ad consuetudinem rationabilem,non requiritur esse rationabilis est,cum adhuc sit contra legem,non dum abrrogatam, itaque quandiù durat lex consuetudo rationabilis nō est,& quā do consuetudo rationabilis est, iam lex non durat,& sic actus consuetudinis non sunt mali,nec contra legem. *2. Pars cō clusionis prob.*

Tertia conclusio,consuetudo vt habeat vim legis requiritur,vt introducatur à tota communitate,& non solum abvna, vel altera,vel paucis personis. *3. Concl.*

Quid autem intelligatur nomine totius communitatis,non eodem modo ab omnibus explicatur,aliqui enim existimant non computari,incommunitate ad introducendam consuetudinem fœminas pueros,& amentes, quia solum possunt consuetndinem introducere, qui legem possunt condere,cum autem prædicti legem condere, non possint consequēter, nec *Diuersus modus explicandi. 1. Modus. Azor. Bartol. Panor.*

Glossa. Azor. Tiraq. Valen. Sylvester.

nec consuetudinem introducere (qua ratione Azor, etiam excludit externos, lege ex non scripto, ff. de iust. & iure,) sic tenet Bartol. lege 1. ff. de legibus, & Panormitan. capit. fin. de consuetudin. & ibi glossa, Azor, tomo. 1. libr. 5. capite 17. quæstio. 8. Tiraquell. tractat. de primogen. quæstion. 16. & Valentia, disputatio 7. quæstion. 5. punto, 8. Sylvester, verbo, consuetudo, quæstion. 4. numer. 7. Hæc tamen ratio nulla est, quia supponit esse potestatem condendi legem in communitate, quod supra diximus, esse falsum, quia translata est ad Principem, & solum posset habere verum in Republica Romana olim ipsa leges condente, vel in Republicis, quę sine Principe, idem conseruant.

Impugn.

Verus modus explicandi.

Dicendum ergo consuetudinem introduci posse à tota communitate, pro qua lex contraria erat instituta, non enim alij, pro alijs consuetudinem debent introducere. Quapropter, si lex est generalis pro tota Ecclesia à tota Ecclesia, debet consuetudo introduci, vt pro tota Ecclesia lex maneat abrogata, vt autem consuetudo introducatur, solum in vna diœcesi, vel Prouintia, solum requiritur à ciuilibus illius Prouintiæ introduci, & vna Prouincia, pro alia non sufficit, etiam Romana, pro alij, nisi Summus Pontifex, pro omnibus illam confirmet. De quo

Panor. Glossa. Turre.

Panormitan. & glossa, capit. fin. de feriis, Turrecremata, capit. nollite, distinctio. 11. & ibi textus, & capit. Ecclesiarum, & capit. palam, eadem distin. & capit. vasilicas, distin. 1. capit. scit sancta, & capit. nobit, distin. 12. vbi fit distinctio, de consuetudinibus generalibus, & particularibus. Similiter, si lex est lata, solum pro fœminis: tunc consuetudo à solis fœminis debet introduci contra legem, vt patet de illa lege Bonifacij, capit. vnico, de stat. regul. in 6. quam solum fœmine abrogare potuerunt. Similiter, si lex tantum est instituta pro mercatoribus, solum illi consuetudinem contrariam possunt introducere, vt notat glossa, & Bartol. lege 2. C. de constituta pecunia. Si autem lex communiter pro omnibus, tam viris, quam fœminis, quam pueris, vel mercatoribus sit instituta: tunc non potest consuetudo contraria introduci, nisi à communitate collecta, ex omnibus, nec enim solum mercatores aut solum pueri, aut solum fœminæ possunt introducere consuetudinem, sed tota communitas ex omnibus collecta, nisi tota communitas sit mulierum, vt monialium: tunc enim solum fœminæ pro sua communitate possunt consuetudinem intromittere, vt præfacti Authores notant, sumpta autem collectione communitatis modo prædicto, inquit Panormitan. quod tunc dicitur totam communitatem consuetudinem introducere, si duæ partes communitatis consentiant, ex lege nulli, & lege plane, ff. quod cuiusque vniuersitatis. Hoc tamen verum est communiter in electionibus secũdum ius. Ad consuetudinem, autem sufficit vt dicatur totam communitatem consuetudinem introducere, quod maior pars communitatis consentiat, & sic operetur, vt patet ex praxi, & glossa lege consuetudinis, C. quæ sit longa consuetudo.

Glossa. Bart.

Circa istam tamen conclusionem, duo notandum primo, quod vt communitas modo explicato contra legem consuetudinem introducat requiritur habere scientiam legis, & non tantum per errorem, aut ignorantiam agere contra illam, quia ignorantia causat in voluntarium, atque adeò actus contra legem interueniente ignorantia legis, non erunt humani in ordine ad abrogandam legem. Ita Medicis tractat. de legib. part. 2. quæstion. 14. numer. 5. Sylvester, verbo, consuetudo, quæstion. 4. Tabiena, not. 7. numer. 8. glossa, capit. fin. de consuetudine, & citat legem, quod non ratione, ff. de legibus. Verum est non requiri, scientiam legis in omnibus, si tamen communiter ab omnibus habeatur, & sic debet intelligi Panormitan. qui videtur contrarius glossæ, capit. fin. de consuetudine.

1. Not.

Medicis Sylvester. Tabiena, Glossa.

Secundo notandum, etiam requiri, quod communitas talem consuetudinem introducat animo legis, & obligationis, namsi introducatur, siue contra siue præter legem animo deuotionis, aut liberalitatis, aut vrbanitatis non sufficit, vt perueniat ad statum legis (verbi gratia) consuetudo recitandi Aue Maria pulsato cimbalo, aut deferendi oblationes ad Ecclesiam in die animarum, aut summendi cineres prima die quadragesimæ, aut Ramos Dominica Sexta, aut ieiunandi in vigilijs beatæ Virginis, nullo modo habent vim legis, quia sunt in consuetudine, per deuotionem tantum, ita Medina, hic & Soto. 9. de iustit. quæstion. 3. articul. 1. Molina, tomo 1. de iust. tractat. 2. disputio. 77. Bellar. 4. de Pontifice, cap. 18. Angelus, ver

2. Not.

Medina. Soto. Molin. Bellar. Angel.

Sylueſter. Innocen. Panor. Ioa.And. Menoch.

bo,conſuetudo,quæſtion.20.Sylueſter, quæſtio.14.numer.19.Inocentius,Panormit.& Ioan.Andræas,quos citat,& ſequitur Menochius, de arbitrar. caſu 494.num.4.Azor,tom.1.lib.5.cap.18. quæſtio.5.& ſumitur,ex lege creditoris, C.de pignoribus,& lege ciuile,C.de furtis,& capit.potuit de locato, notandum tamen,cum Soto,1.de iuſt.quæſtio.3.artic.2.ſæpe incipere conſuetudinem deuotione,& continuari animo obligationis, vt ieiunium in vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ,& tunc per nouam voluntatem poteſt peruenire ad vim legis.

4.Concl. vaoræ ſent.

Quarta concluſio,vt conſuetudo habeat vim legis neceſſario requiritur conſenſus Principis & Legislatoris.

1.Sen. Couarr. Azor. Rochus. Ioa.And.

Pro huius declaratione præſuponendum,circa illam varias fuiſſe ſententias. Prima enim aſſerit conſenſum Principis, non requiri,ſiue ſit Princeps ſæcularis,ſiue Eccleſiaſticus. Hanc tenet Couarruuias,de matrimon.part.2.cap.6.§.10.numer.19.Azor,tom.1.libr.5.capit.17. quæſtion.8.Rochus,tracta.de conſuetudine.& Ioan.Andræas.cap. conſuetudo,diſt.1.& §.leges, diſt.4.& cap.fruſtra,diſt.8.Hæc probatur,quia in omni iure,tantum requiritur conſenſus populi, & continuatio temporis,&c. & nulla fit mentio conſenſus Principis, vt patet ex lege,ſed & ea,ff.de legibus,& lege de quibus,eodem tit.& cap.cum tanto,&fin.de conſuetudine.

2.Sent. Rochus.

Secunda ſententia aſſerit non requiri conſenſum Principis ſæcularis in aliqua conſuetudine, Principis autem Eccleſiaſtici licet regulariter,non requiratur, requiri tamen in quatuor videlicet in Sacramentalibus.Quapropter,ſine tali conſenſu,nec ſecundæ nuptiæ poſſunt benedici, nec puellæ corruptę ad ingreſſum religionis poſſunt ſacrari. Item requiritur talis conſenſus ad conſuetudinem, in his quæ iure communi Papæ ſunt reſeruata. Item in his quæ ad publicam vtilitatem pertinent. Item ad conſuetudinem contrariam legi improbanti talem conſuetudinem. Hanc tenet Rochus citatus,& alij plures, quos citat Salas,diſputatio.19. ſectio.5.

3.Sent. D.Anton. Driedo. Conrrado.

Tertia ſententia aſſerit generaliter, numquam requiri conſenſum Principis ſæcularis,ſemper autem requiri conſenſum Pontificis.Hanc tenet Diu.Anton. 1.part.titul.16.capit.vnico,§.ſexto,& Driedo,libr.1.de libert.Chriſtiana,capit.11.& Conrrado,hic aliquãtulum videtur in illam inclinare,ratioque illorum eſt diſtinctio inter poteſtatem ciuilem,& Eccleſiaſticam,quod illa communicatur à populo. Vndè ſi populus,id vellit independenter à Principe,erit validum,& hanc poteſtatem,videtur ſibi retinuiſſe, quando illam tribuit Principi,vt ſi oppoſitum vellit populus validum eſſet,poteſtas autem Pontificis eſt a Deo independenter à populo. Quapropter roborem habere non poteſt legis conſuetudo populi,niſi conſenſus Pontificis accedat.

4 Sent. Salas. Tabiena.

Quarta ſententia aſſerit, tantum in duobus caſibus requiri ſcientiam, & conſenſum Principis, vt conſuetudo,vim habeat legis: nimirum quando conſuetudo eſt, contra ea, quæ ſunt reſeruata Principi inſignum ſpecialis priuilegij, aut authoritatis illius, & quando lex habet clauſulam derrogatoriam contrariæ conſuetudinis.Hanc tenet Salas loco citato,& affert proſe Tabienam,verbo,conſuetudo,§ 6.numer.7.& alios affert, ſection.4.§.4.& probat ex cap.ſuper quibuſdam,de verborum ſignificatione.

5.Sent.vera. D.Thom. Soto. Sylueſter. Angelus. Armilla. Lorca. Vazquez. Rex Alf.

Quinta tamen ſententia vera, & tenenda eſt,nullam conſuetudinem poſſe obtinere vim legis, niſi accedente conſenſu principis,tam ſæcularis, quam Eccleſiaſtici. Hanc tenet expreſſe Diu. Thom.hic ad tertium,vbi diſtinguit, de Republica non habente Principem, & tunc ſufficere,tantum conſenſum Reipublicæ,quando autem Principem habet, inquit Diu.Thom.ipſa conſuetudo in tali multitudine prævalens obtinet vim legis,in quãtum per eos tolleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere, ex hoc enim ipſo videntur à probare,quod conſuetudo introduxit:idem tenet Soto, 1.de iuſt.quæſtio.7.artic.2.Sylueſter, verbo,conſuetudo,quæſtion.3.Angel. numer.6.Armilla,numer.5.& Lorca,diſputatio.29.membro 2.Vazquez,diſputatio.177.capit.2.& 5.& 7.& 8.not.6. numer.8.& expreſſe Rex Alphonſus, part.1.titul.2.lege 5.his verbis: *Sabiendolo el ſeñor de la tierra,è no lo contradiziendo,è teniendolo por bien,* & idem dixit, lex 3.idem habet gloſſa,capit.fin. de conſuetudine,& Innocentius,in rubrica de conſuetudine,Gregorius Lopez, in lege 3.titul.2.part.1.gloſſa 7.& alij, quos ipſi referunt. Et ratio eſt manifeſta, quia conſuetudo, non poteſt habere

te robur legis, nisi à potente condere legem, sed populus sine Principe, non potest condere legem: ergo nec robur legis consuetudini tribuere, sine consensu Principis: minor patet, quia populus potestatem condendi legem transtulit in Principem, & à se abdicauit, chimericumque est, sibi retinuisse ad legem, per consuetudinem instituendam. Vtrum autem iste consensus debeat esse explicitus, aut implicitus manet sublite: aliqui ex præfatis in sententijs relatis, asserunt semper requiri explicitum in Principe sæculari, & Ecclesiastico. Alij, quod in Ecclesiastico requiritur expressus. & non in sæculari. Alij, quod in aliquibus relatis requiritur expressus, & non in omnibus: resolutorie tamen dicendum est in Principe, tam sæculari, quam Ecclesiastico requiri, & sufficere consensum implicitum, talis enim consensus est verus, & voluntarius, & humanus sufficiens in omni negotio.

Corol. Ex quo sequitur, necessario requiri in Principe, cognitionem consuetudinis, vt sciens dicatur implicite consentire, interueniente autem ignorantia implicitus consensus esse, non potest. Verum est, aliquos vt Salas, loco citato, dicere non requiri cognitionem, huius Principis in singulari, sed sufficere cognitionem, & à probationem Principis, absolutè expræssam in iure, capit. fin. de consuetudine, vbi aprobatur consuetudo habens reliquas conditiones positas, & ponendas, quod etiam videtur, sentire Sylvester, & Angelus: nihilominus melius dicitur, requiri scientiam Principis gubernantis, dum consuetudo introducitur, vt ille tacens consentire videatur, nec est alicuius momenti, quod Princeps particularis, non potest omnia scire, quæ suo tempore, consuetudine fiunt, non in quam hoc est alicuius momenti, quia nec etiam est necessarium omnem consuetudinem contra legem præscribere. Quapropter deficiente scientia Principis deficiet, & præscriptio consuetudinis, & idem omnino dicendum est in Sacramentalibus respectu Papæ, secundum multos authores, quos citat Salas in fin. sect. 5. iam citatæ.

Salas. Impug.

2. Corol. Ex dictis etiam sequitur, quod si Princeps resistat consuetudini, nullatenus præscribere potest, quia si consensus Principis, vt Legislatoris requiritur, ad dandum robur legis consuetudini, cum resistentia, talis consensus esse non potest, nec etiam virtualis, qui non compatitur, cum contrario expresso, atque adeo illa consuetudo: nullatenus vim legis habere potest.

5. Concl. Quinta conclusio, vt consuetudo habeat vim legis præscriptæ requiritur, esse continuatam, per longum tempus, quod debeat esse per longum tempus, patet ex lege de quibus, lege sed ea, ff. de legibus, instit. de iure nat. §. ex non scripto, C. quæ sit longa consuetudo. *Diuersus modus explicandi.*

In assignanda autem longitudine, huius temporis variant Doctores. Prima sententia asserit ad consuetudinem ciuilem, requiri tempus decem annorum, ad Ecclesiasticam autem quadraginta. Ita Sylvester, verbo consuetudo, numer. 4. quæst. 2. & numer. 6. quæst. 4. Angelus, numer. 8. & 9. Nauarro, libr. 1. consil. titul. 48. de consuetudine, consil. 1. Corduua, lib. 1. quæstio. 12. Tabiena, verbo, consuetudo, quæstio. 6. numer. 7. Armilla, numer. 5. Rosella, numer. 13. Molina, tracta. 2. de iust. disputat. 77. Azor, tom. 1. libr. 5. capit. 4. quæst. 4. Bartol. lege de quibus, ff. de legib. Felinus, cap. 1. de tregua, & pace, Gregor. Lopez, lege 5. glossa 4. titul. 2. part. 1. Diu. Anton. 1. part. titul. 16. §. 4. Panormit. cap. fin. de consuetudine, numer. 11. & ibi Rochus, & glossa, Innocentius, cap. cum dilectus, de consuetud. Turrecremata, cap. consuetudo, quæstion. 2. & cap. mos, quæstion. 4. fundamentum istorum est, quia longum tempus in iure in ciuilibus assignatur, decem annorum, in Ecclesiasticis, autem quadraginta, vt patet, §. iure Ciuili, instit. de vsucaptionibus, & lege super longi temporis, ff. de præscriptione, & ex capit. auditis, & alijs, titul. de præscription. in decretalibus. *1. Sent. Sylvester. Angel. Nauarro. Cordou. Tabiena. Armilla. Rosella. Azor. Bart. Felin. Greg. Lop. Molina. Panor. Rochus. Glossa. Innocen. Turrecrem.*

Secunda tamen sententia asserit, tam pro consuetudine Ciuili, quam Ecclesiastica requiri, & sufficere tempus decem annorum, quia cum longum tempus requiratur ad interprætandum consensum Principis videntis, & tacentis, & non sit quantum ad hoc, maior ratio de Principe sæculari, quam de Ecclesiastico, si ad talem interprætationem in Principe sæculari, sufficiunt decem anni, etiam sufficient in Principe Ecclesiastico, & præcipue hoc habet verum, si consuetudo non sit contra, sed præter legem Ecclesiasticam, ita Nauarro, citatus & alij. *2. Sent.*

Tertia sententia asserit, quod si consuetudo non sit contra ius Canonicum, *3. Tertia. Lasius.*

sed præter legem, habet verum præcedens sententia. Si autem sit contra legem, & iuri resistat habet verum. Prima sententia, quod in Ecclesiasticis requiruntur, quadraginta anni, ita Læsius, 2. de virtutibus, cap. 22. dub. 14.

4. *Sen. Medina. Soto. Gerson. Valen. Læsius. Lorca. Vazquez.*

Quarta sententia asserit, nullum tempus esse determinatum in iure, vt consuetudo, siue sæcularis, siue Ecclesiastica, habeat vim legis, sed illud esse relinquendũ arbitrio viti prudentis, quando prudenter poterit existimari, iam consuetudini accessisse consensum Principis, sic tenet Medina, hic Soto, 1. de iust. quæst. 7. artic. 2. Gerson, lect. 4. de vita spirituali, coro. 13. litt. R Valentia, disp. 7. quæst. 5. pũto 8. Læsius citatus, & Lorca, disp. 29. memb. 3. & Vazquez, disput. 177. cap. 5. superadit autem Vazquez, non solum in iure, non esse tempus determinatum, vt consuetudo, vim legis habeat, sed neque Principem, id determinare posse, quia quacumque determinatione sic assignata, adhuc accedente virtuali consensu Principis ipsius, vel successoris consuetudo habet vim legis, & quando accedat talis consensus determinate constare non potest, voluntas enim successoris à determinatione prioris, non dependet, verum est, quod illa determinatio prioris Principis esset optima, ad signum consensus posterioris, non autem decretum infallibile, cui necessario esset in hærendum. Itaque hæc sententia, non negat tempus præfixum in iure, ad præscriptionem, sed asserit hoc esse, ad præscriptionem in bonis Ecclesiæ, aut iuribus Ecclesiæ, non autem loqui de præscriptione, consuetudinis contra legem, sic enim patet. ex capit. super quibusdam. de verborum signification. qualiter in præiudicium Ecclesiæ debeat esse præscriptio in bonis quidem illius, per quadraginta annos. Si autem sit præiudicium contra authoritatem Romanæ Ecclesiæ, aut Coronæ debere esse, per centum annos, aut de qua memoria non sit, sed de consuetudine contra legem, numquam in iure tempus præfigitur.

4. *Sent. Vera.*

Quinta tamen sententia vera, & tenenda, distinguit, quod legis vim habere potest consuetudo dupliciter. Primò, per præscriptionem. Secundo, per Legislatoris consensum: siquidem loquamur de præscriptione requirit, consuetudo tempus præfixum, & determinatum, & sic vera est, prima sententia, aut secunda, aut tertia determinans tempus, ad valorem consuetudinis contra legem. Si autem loquamur, de consuetudine habente vim legis ex consensu tacito Principis, tunc est vera: Quarta sententia, quod ad cognitionem huius consensus, non est tempus determinatum, sed relinquendum arbitrio prudentis. Prima pars huius sententiæ probatur, quia nullum est incoueniens taxare tempus præscriptionis legis, sicut, & aliarum rerum, quia per hoc non tollitur voluntas successoris, vt oppositum faciat si ei placuerit, sicut in constitutione, cuiuscumque legis, & sic sentiunt Doctores communiter, capit. fin. de consuetudine, per textum dicentem legem consuetudine tolli modo sit rationabilis, & legitime præscripta: ergo supponit textus, consuetudinem præscribere posse, & per longitudinem temporis posse habere robur, etiam consensu Principis, non accedente: si ergo lex præscribere, potest tempus præfixum, debet ad hoc assignari, quia præscriptio, per determinatum tempus habet vires. Si autem fuerit immemoriale, tantoque melius, quia tempus præfigitur, vt ad minus illud tempus debeat, per transire præter locum citatum, affert Rosella, verbo, consuetudo, numer. 13. alia loca, & leges scriptas, aut per traditionem habitas, vt consuetudo, per longum tempus præscribere possit, ad hoc etiam facit, capit. 3. de consuetuedine, in 6. & capit. cum anna. de electione, & capit. cum Ecclesia, de causa possessionis, & proprietatis, & non solum de consuetudiue Ecclesiastica, sed etiam de ciuili, quod præscribere possit, loquitur capit. fin. de consuetudine, vbi Pontifex loquitur, sine distinctione consuetudinis ciuilis, vel Ecclesiasticæ, sed absolute, de consuetudine contra legem positiuam, & iubet ad hoc, quod adducit verba ex iure Ciuili, ex lege consuetudinis, C. quæ sit longa consuetudo. Itẽ de præscriptione consuetudinis, contra legem Ciuilem, plures leges affert Salas, disputation. 19. sectio. 4. Verum est, non reperiri verbis expressis in iure Canonico, quod in consuetudine, reperiatur præscriptio, reperitur tamen re ipsa, quod ad præscriptionem requiritur. Vide Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 17. quæstion. 7. vbi ad hoc refert Rochum, & glossam, Bart. & Baldum asserentes præscriptionem esse de essentia consuetudinis, vt habeat vim legis.

1. *Pars pb.*

Azor. Rochus. Glossa. Bart. Bald. Corol.

Ex dictis sequitur, quod si consuetudo

suetudo sit præter legem, & non contra, nec resistente iure, tunc cum in tali consuetudine non sit præscriptio, propriè loquendo, quia præscriptio est contra alium, tunc non expectatur tempus præscriptioni assignatū in prima sententia, sed statim, atque consensus Principis accedit, consuetudo iam est introducta, nec ad aliud attendi debet, quæ autem contra legem introducitur, vt sit præscripta debet expectari ad annos præscriptionis.

2. Pars. 5. Sent. Probatur.

Secunda pars conclusionis, quod vt consuetudo sit valida, & obligatoria ex consensu Principis, non expectatur certum tempus, sed relinquitur arbitrio prudentis iudicantis de tali consensu, virtuali, est manifesta, quia de consensu virtuali, non potest esse manifesta cognitio, sed coniecturalis, secundum occasiones oblatas, in quibus dum consuetudine, contra legem agitur Princeps tacet. Aliquando enim pluribus occasionibus oblatis, minus tempus sufficiet, & aliquando, quia occasiones oblatæ fuerunt pauciores, tempus longius requiritur, regulariter autem assignatur tempus sufficiens ad talem virtualem consensum, decem annorum, siue in consuetudine, contra legem Ciuilem, sine contra Ecclesiasticam, & hoc probatur ex lege quinta, titul. 2. part. 1. Vbi dicitur, consuetudinem introduci à populo, quando maior pars illius decem, aut viginti annis alicuius rei vsum habuerit potuit disiunctiue decem, aut viginti, quia inter præsentes, cum Principe, requiruntur decem, absente autem Principe requiruntur viginti, vt docet Syluester, verbo, consuetudo, qnæstio. 2. numer. 4. & multi Iurisperiti, lege de quibus, ff. de legib. & lege 2. C. quæ sit longa consuetudo, & Vazquez, disputatio. 177. capit. 3. & Sayrus, libr. 3. capit. 11. numer. 8. aut vero, sine misterio, ait Lorca positum est, sub disiunctione decem, aut viginti, per modum exempli, non per modum determinationis, talis temporis, sed est ac si diceret inter decem, & viginti ad bonum arbitrium est tempus requisitum ad interprætandum consensum Principis.

Nota.

Dixi autem in conclusione consuetudinem debere esse continuatam, quia siue titulo præscriptionis, siue titulo consensus Principis continuationem requirit, si enim post aliquod tempus, in quo consuetum est, aliquid fiat contrarium, totum illud tempus amittitur, & debet iterum incipere consuetudo, per integrum tempus præscriptionis, ac si numquam tale consuetum fuisset: similiter, si per mixtè fit aliquid, & contrarium, non præsumitur voluntas Principis, sed debet esse continuatio infrequētia actuum, continuatio tamen debet esse à tota communitate inducente consuetudinem, nam nihil interest, quod vnus, vel alter oppositum faciat. Si tamen tota communitas semel oppositum faceret ante firmitatem consuetudinis tolleretur continuatio, & destrueretur vis consuetudinis. Dico ante firmitatem consuetudinis, quia etiam si dum consuetudo laborat ad firmitatem, vel præscriptionem sufficiat vnus actus ad discontinuitatem, & consuetudinem in validandam. Semel tamen consuetudine firmata, aut præscripta, non sufficit vnus, vel alter actus oppositus ad consuetudinem abolendam, sed requiritur continuatio oppositi, per longum tempus sufficiens, aut ad præscriptionem, aut ad consensum Principis, vt talis consuetudo iam firmata, aut præscripta destruatur, quia iam iudicandum est, de illa consuetudine firmata, sicut de alia qualibet lege, quod non possit alia consuetudine destrui, nisi consuetudo, per quam præcedens debeat destrui, sit & ipsa firmata longo tempore, aut præscripta.

1. Coroll. Panor. Azor. Salas.

Ex dictis sequitur. Primo, quæ dicta sunt de præscriptione consuetudinis debere intelligi, in materia, in qua secundum ius, potest esse præscriptio, nam si lex contineat ius in præscriptibile, tunc consuetudo contraria, non præscribit, nec expectatur tempus præscriptionis in illa, sed solum obtinebit, vim talis consuetudo ex consensu Principis præsumpto tempore transacto sufficienti moraliter, ad consensum virtualem, iuxta dicta, quæ autem sit materia, in qua præscriptio locum non habet. Vide in Panorm. cap. fin. de præscriptio. & Azor, tom. 1. lib. 5. c. 17. q. 8. & Salas, tract. 14. disp. 19. sect. 6. Hæc enim longa materia est apud Iuristas.

2. Coroll.

Secundo sequitur, quod sciente, & tollerante Principe, cum posset commode punire non puniens, sufficiunt, vnus aut duplex actus contra legē, vt cōsuetudo abroget legem, dixi aut vnus, quia talis potest esse vnus, vt permissus æquiualeat pluribus, non solum incoactiue, sed etiam completiue, regulariter tamen,

quando actus non ita sunt insignes plures requiruntur repetiti, per tempus explicatum, nisi ille vnus, aut duo continuentur, per tantum tempus, quod equiualeant repetitioni multorum, de hoc Syluester, quæst. 6. num. 9. Angelus, numer. 9. verbo, consuetudo, & plures Theologi, & Iuristæ, quos citat Salas, disputat. 19. sect. 8. & Azor, vbi supra, quæst. 9.

Syluester. Angel.

3. Corol. contra glos sam. D. Anton. Medicis.

Tertiò sequitur, ad consuetudinem firmatam ex virtuali consensu Principis, non requiri esse firmatam in contradictorio iudicio, vt volebat glossa, cap. fin. de consuetudin. & Diu. Anton. 1. part. tit. 16. cap. 1. §. 4. & Medicis, tracta. de legi. part. 2. quæst. 14. num. 5. Quod clare impugnat Panor. cap. fin. de consuetud. ex multis vtriusque Iurisperitis. Si tamen in iudicio, secundum consuetudinem sententia feratur, tunc non est amplius expectandum, vt sciatur, iam consuetudinem vim obtinuisse legis, illud enim optimum signum est, cum iudex non legem instituta, sed secundum legem præ existentem debeat iudicare. Hoc probat Panor. ex iure communi, clare tamen habetur ex lege 5. tit. 2. part. 1. Videatur ibi Greg. Lop, qualiter, licet non requiratur talis sententia in iudicio contradictorio, vt consuetudo habeat vim legis, etiam in nostro Regno, vt volebat Burgos de Paz, l. 1. Tauri, num. 247. Si tamen talis sententia vis interueniat, secundum legem præfatã consuetudo obtinet vim legis, etiam in foro exteriori.

Greg. Lop. contra Burgos.

6. Consil. Bart. Bald.

Sexta conclusio, tempore cursus consuetudinis, adhuc existente, dubio si consensus virtualis Principis accesserit, & iam consuetudo habeat vim legis, tunc in foro conscientiæ potest seruari consuetudo, vt iusta si ab aliquo viro docto, & præcipuo iudicetur consuetudinem, iam vires obtinuisse. etiam si plures alij oppositum censeant dummodo clare, non constet de ratione opposita illorum, sic Bartolus, & Baldus, lege de quibus, ff. de legib. & alij plures, quos citat Salas, sectio. 8. disputatio. 19. in foro autem exteriori, non censetur consuetudo habere, vim legis, nisi communiter viri docti, ita iudicauerint: tunc enim iam cessat dubium, & moraliter debet haberi pro certo, ita Panormitan. citatus, & Rochus de consuetudine, section. 7. numer. 24. Sanchez, 7. de matrimon. disputatio. 4. numer. 14.

Panor. Rochus. Sanchez.

Art. IV.

Vtrùm Rectores multitudinis possint in legibus humanis dispensare?

PRIMA conclusio, Rectores multitudinis possunt in legibus humanis, quæ suæ anthoritati innituntur dispensare.

Secunda conclusio, si absque ratione pro sola voluntate dispensatio fiat, in fidelis, & imprudens erit ille, qui dispensat.

Not.

Pro intelligentia nominis dispensationis, notandum, quod dispensare in prima significatione, significat peccuniam, aut alia communia inter particulares distribuere. Vnde æconomus dispensator dicitur, lege dispensatores, ff. de solutionibus, & lege Vrbana, ff. de verborum significatione, & sic per metaphoram, Prælati dispensatores dicuntur, 1. Cor. 4. & 9. & 1. Petr. 4. & Luc. 12. Diu. Bernar. de consideratiode, & capit. dispensatio, distin. 43. per analogiam autem à Theologis, & Iurisperitis, traslatum est nomen dispensatio ad significandam essemptionem ab obligatione legis factam, per potestatem iurisdictionis à Prælato, quatenus in hoc interuenit, quædam paternæ benignitatis distributio, dum obligatione legis alteri manente, ab illa alter eximitur, de quo Couarr. 2. part. 4. decretalium, cap. 6. §. 9. num. 1. & Lorca, & Salas, & Vazquez hic.

1. Cor. 4. & 9. Luc. 12. D. Ber. Couarr. Lorca. Salas. Vazquez.

Secundo Notandum, non esse idem, sed maxime differre irritatio, abrogatio, derogatio, epicheya, interprætatio, & dispensatio, permisio. & absolutio, & simplex facultas, & priuilegium. Imprimis, irritatio interminate, se habet ad factum, & ad faciendum, vt constat in matrimonio, potest enim irritari faciendum, & casum reddere factum, & in hoc distinguitur à dispensatione, quæ supponit legem, iam factam, in qua fit dispensatio, abrogatio legis est in totum legem reuocare, vt amplius, non obliget, derogatio vero est in parte legem reuocare, vt patet ex lege derogatur, 202. ff. de verborum significat. & l. derogatur, ff. de regulis iuris, sed epicheia, vt supra diximus est, per quà fit præter verba legis in casu

2. Not.

euidenti

euidenti,in quo lex non obligat.Hæc cõ munia sunt,dissensio autem maxima est in assignanda,differentia inter dispensationem,& interprætationem,multi enim pro eodem reputant existimantes hanc esse mentem D.Thom.qui hic dispensationem,per interprætationem superioris explicat iudicantis,hic & nunc legẽ seruare non esse conueniens,sicut etiam dicit de dispensatione,voti 22. quæst. 88. artic.10.& Caiet.art.12.& hic,& insum. verbo votum,D.Anton.1.p. tract 17. cap.vnico,§.29.Couarru. cap. quamuis pactum,part.1.§.3. numer. 4. Armilla, verbo.votum,num.13.Palud, 4. distin. 38.quæst.4.art.4.& Bonifacius,artic.2. quæstio. 3. Dicendum est tamen, quod dispensatio sumitur dupliciter primo generaliter pro eo,quod est a lege eximi,secundum rigorem,verborũ illius,quomodocumque hoc fiat,& sic communiter se habet ad declarationem,aut dispensationem stricte dictam,& sic agit de illa Diu. Thom.hic & quæstio.100.art.8.& illam explicat,per interprætationẽ. Quapropter ait legem naturæ dispensari posse, quoad præcepta minus vniuersalia,quod verum non esset de dispensatione stricte sumpta, quia in lege naturæ dispensatio esse non potest,stricte autem sumpta dispensatio ab interprætatione distinguitur, vt docet Soto, 1.de iust.quæst. 7. art. 3. & lib.7.quæst.4.artic.1.Nauarro, prælud.9.summ.numer.11.& 13.Turrecremata, 3.summ.capit.51.& cap. requisitis,1.quæstio.7.Couarruuias, 2. part.4. capit.6.§.9.numer.2. & capit. quamuis pactum,part.1.§.3.numer. 4. Sanchez, Vazquez.Scot.Gabr.Durando.Richardus, Viualdus, Reynaldo, Hostiensis, Angelus,Syluester, Tabiena, Rosella, Armilla, Panormit.& alij plures, quos citat Salas,disputatio.20.Sectio.1.& probatur clare,quia interprætatio potest fieri,& melius à Doctoribus,quam à Principe,& non potest fieri dispensatio ab illis. Item,quia interprætatio est in dubio obligationis legis: dispensatio autem etiam clare cognita obligatione.Quapropter interprætatio habet locum in omni cõ simili casu, non autem dispensatio. Item de interprætatione dubitatur: vtrum sit legitima,etiam stante potestate iurisdictionis, non autem de dispensatione, dubitari potest. Item Pontifex potest dispẽsare in propria lege,& non in lege naturę licet illam possit interprætari,& communiter docent Doctores, diuersa ergo est

1.Explicatio. Cai. D.Anton. Couarr. Armilla. Palud. Bonifacius. 2.Explicatio vera. D.Thom. Soto. Nauarro. Palud. Turrecre. Couarr. Sanchez. Vazquez. Scotus. Gabriel. Durando. Ricardus. Vinald. Reynald. Hostien. Ang. Syluester. Tablena. Rosella. Armilla. Panor.

ratio interprætationis,& dispensationis, tandem hæc est expressa sententia Diu. Thom.4.distin. 38. vbi reijcit sententiam asserentium dispensationem voti consistere in eius interprætatione, & asserit vere dispensare Pontificem in voto auferendo eius obligationem,licet aliter dispenset in voto, & in lege sua, in ista enim dispensat directe,quia ex potestate iurisdictionis,qua potuit legem condere potest,& illam auferre,in voto autem dispensat indirecte (cum eius obligatio sit de iure naturæ) quatenus ex parte Dei, vt pars eius cedit iuri, quod habebat ad impletionem voti,aut iuramenti,& quatenus iuramentum inducit iustitiam in promissorio respectu hominis,potest relaxari,de quo latius in sua materia. Permisio etiam patet,qualiter à dispensatione distinguatur,quia permisio non tollit obligationem,nec culpam transgresionis,sed solum dicit taciturnitatem pænæ dispensatio autem totaliter aufert obligationẽ, & culpam transgresionis. Absolutio autem,& dispensatio habent se sicut superius, & inferius, nam omnis dispensatio est absolutio a lege,vel voto,sed non omnis absolutio est dispensatio, quia potest esse absolutio à peccatis, & censuris, & pænis, quæ quidem non est dispensatio, sed potius multoties impletio legis, cum quis enim a peccatis absoluitur, non tollitur, aliqua lex, sed potius impletur,lex pænitentiæ, quod contritus absoluatur. Similiter, quando absoluitur à censura impletur lex, quod recedente contumatia auferatur censura, quia lex censuræ,aut pænæ erat medicinalis: vndè cessare debet sanitate adueniente: similiter facultas, aut licentia, non tollit obligationem, sicut dispensatio, sed apponit conditionem ipsius legis, vt si lex dicebat hoc fieri non posse,sine licentia,licentia implet, quod lex iubet. Similiter Prælatus dans licentiam subdito Religioso, ad aliquid donandum non dispensat in voto paupertatis, quia non tollit vinculum eius, sed implet, quod votum exposcit, quod sine licentia,nihil donetur. Similiter Episcopus dans licentiam ex iusta causa ingrediendi monasteria monialium,non dispẽsat,sed facit,quod lex iubet,quod sine iusta causa non ingrediatur,& illa posita ex licentia ingredi possit. De priuilegio etiam dicimus à dispensatione distinguitum,quia dispensatio est transiens respectu vnius actus, vel casus contra legem,

D. Thom.

priuilegium autem est quædam lex particularis permanens: tum etiam, quia dispẽsatio semper est contra ius, & quædam exemptio à vinculo legis, priuilegium autem potest esse non solum contra ius eximendo à lege, sed etiam præter ius, aut per modum restrictionis, respectu aliorum, quod isti conceditur pro cuius claritate. Notandum, quod priuilegium potest esse exemptio à lege, aut concessio præter legem, vt est legitimatio facta à Principe cui reseruatur, hoc facere, secũdum potentiam, præter legem positam in contrarium, aut vero datur priuilegium alicui, per hoc, quod nullus faciat, quod sibi conceditur facere: nullus impressionem faciat talis libri, cuius impressionis, isti datur priuilegiũ: dicimus ergo, quod priuilegium secundo, & tertio modo, cũ non sit contra legem, nec exemptio ab illa, per hoc clare distinguitur à dispensatione eximente à vinculo legis, priuilegium autem, primo modo licet sit contra ius, & exceptio à lege distinguitur tamen à dispensatione, quia ista non est permanens, priuilegium autem dicit permanentiam, cum sit lex particularis, de ratione autem legis est permanẽtia, sed de hoc Sanchez, tom. 3. de matri. lib. 8. disp. 1. num. 1.

3. *Not.* Tertio notandum, quod dispensatio ex parte materiæ diuiditur in dispensationem voti, & iuramenti, & legis, de hac vltima, modo agimus, nam de alijs suis in locis agendum est. Secundo diuiditur dispensatio, quod alia sit in parte, alia vero in totum, in parte est dispensatio, vt cum quis est irregularis, & fit cum eo dispensatio ad ordines minores, aut sacros subdiaconatus, aut diaconatus, aut Sacerdotis recipiendos, vel exercendos, in totum autem, quando sine limite fit dispensatio, etiam ad Episcopatum. De quo glossa, capit. nos consuetudinem, distin. 12. Tertiò diuiditur, dispensatio, quod alia sit ex præssa, quando fit verbis expresis sufficientibus declarare animum dispẽsantis, nam in iure non habentur verba determinata requisita, ad dispensationem, etsi in iure requiratur dispensationem fieri in scriptis: tum ad expræssam dispensationem requiritur esse in scriptis. Vbi notãdum, quod cum dispensatio sit odiosa contra ius, non extẽdenda, sed limitãda est, & eum rigore sunt accipienda, verba dispẽsationis, vt patet cap. 1. §. 1. de filijs præsbit. in 6. Videatur Sanchez, lib. 8. de matrim. disput. 1. num. 2. Alia vero est dispensatio implicita, & tacita, vt quando qui potest dispensare, & videt, & dispensare, & tacet transgresionem legis. Tunc censetur dispensare, quia cũ teneatur prouidere bono subditi animæ non censendum est velle ruinam eius tacens, sed ei obiare. per dispensationem, hoc intellige si superior est diligens, & non timoratus, aut si potest impedire transgresionem, sine magno malo imminenti, nam aliàs censebitur permisio, & non dispensatio, talis taciturnitas. Similiter præsumitur tacita dispẽsatio, quãdo etiã non præsente, nec sciẽti superiori ex circũstãtijs rationabiliter iudicatur, quod superior dispensaret, si sciret. Aliqui oppositum tenent, quod sicut in futurum non obligat præceptum præsumptum, ita nec de obligat dispensatio præsumpta, etiam enim si rationabiliter præsumatur, quod in tali occasione imponeretur præceptum, tamen non obligat, quousque de facto ponatur. Quod quidem verum est de actibus iurisdictionem requirentibus, etiam enim si præsumatur, quod illa à superiori iurisdictio in tali casu conferretur non potest, quis actus iurisdictionis exercere. Regulariter tamen vera est nostra doctrina: modo, tunc fit vere per præsumptam dispensationem operari, modo per epicheiam, vt aliqui volunt. Tacita etiam dispensatio est, quando superior sciens legem præcipit subdito oppositum legis, tunc enim tacite dispensat in lege, vt si Papa conferat beneficium, cui scit esse irregularem, aut si præcipiat carnes comedere sciens esse feriam sextam. Si autem superior legem, aut impedimentum ignoret, non præsumitur dispensare oppositum præcipiens. Ita Panormit. cap. cum incuntis, numer. 25. de elect. & cap. diuersis, de clerico coniug. Nauarro, præludio 9. numer. 15. & cap. 25. num. 74. Azor, tom. 1. lib. 5. capit. 15. quæstio. Sanchez, 8. de matrim. disputatio. 4. numer. 2. & est communis sententia, & ratio est manifesta, quia non præsumitur superiorem velle, quod inferior ex suo mandato agat contra legem, & hoc non solum intellige de superiori respectu suæ propriæ legis, vt vult Azor, Nauarro, & colligitur ex lege quidem, 37. ff. de re iudicata, sed etiam respectu legis ab alio superiori latæ, si tamen ipse facultatem habeat dispensandi, vt cum multis tenet Sanchez, vbi supra numer. 15. Quartò diuiditur dispensatio, etiam valida in licitam, & illitam (nam inualida supponitur esse illicitam) licita est, quæ fit cum

Azor, & Nauarro impugnat.

cum causa illicita vero quæ sine illa, de quo infra. Quinto diuiditur, dispensatio licita, in debitam, & permissam, debita est quando timetur scandalum, si non concedatur, ex cap. constitueretur, 50. dist. aut quando aliqua vtilitas, vel necessitas grauis occurrit quorum exempla videri possunt, §. nisi rigor, 1. quæst. 7. permissa autem est, quæ habet causam, & sine incommodis fieri potest, ex cap, si quis præsbyter. 50. dist.

Definitio dispensationis, ex Innocen. Ioann. Andr. D. Anton. Panor. Immol. Nauarro. Rodriguez

Ex dictis constat, definitio dispensationis, quod sit iuris relaxatio facta cum cognitione causæ ab eo, qui potest relaxare, ita Innocent. cap. dilectus, num. 4. Ioann. Andr. ibi num. 6. Anton. nu. 10. Panor. num. 5. Immola, l. quidam consulebat, num. 8. ff. de re iudic. Nauarro sum prælud. 9. num. 15. Rodriguez, tom. 2. regul. quæst. 46. art. 11. superflua tamē est illa particula, cum cognitione causę, quia illud solum requiritur ad dispensationem iustam, non ad validam, vt infra dicetur, & illa particula, ab eo qui potest relaxare, denotat causam efficientem, quæ extra essentiam rei est, ponitur autem ad maiorem explicationem. Vide Sanchez, vbi supra.

Sanchez.

Dubium I.

Vtrùm possit fieri dispensatio, nulla existente causa?

1. *Not.* PRO intelligentia supponitur, primo dispensationem fieri posse, & multoties esse conuenientem, ex ratione Diu. Thom. in art. quia cum leges constituant regulas generales, & communes necessum est, vt in particulari multoties deficiāt, & quod illud, quod multitudini erat vtile, particulari personæ sit nocibū. Quapropter sit rationabile, talem personam a communi lege eximere, per dispensationem, qua etiam ratione. Probatur in lege habere locum interprætationem, & epicheiam, remanet autem discutiendum, si ad dispēsationem, requiratur causa, aut vero, sine illa possit fieri dispensatio.

2. *Not.* Secundo notandum consulto solum fieri mentionem de dispensatione in lege non autem, de commutatione, quia hæc est differentia inter votum, & legē, quod votum vtroque modo potest tolli, & per commutationem, & dispensationem, lex autem per dispensationem, non autē per commutationem, & ratio discriminis est, quia votum cum fiat Deo respicit eius cultum, & voluntatem, cui cum magis placeat maius bonum conformiter ad voluntatem Dei, etiam a vouente potest votum in maius bonum commutari, lex autē respicit voluntatem Legislatoris, cui non constat magis placere maius bonum, quā sit illud lege præceptum, imo neque constat ad finem ab illo intentum per legem ita conuenire aliud maius bonum. Quapropter illud, quod præcipitur, & non aliud, etiam maius bonum debet obseruari, quamuis bono communi cognosceretur vtilius, quia ex alia parte maximum, nocumentum bono communi sequeretur, si quilibet pro suo arbitrio bonum legis in aliud melius posset commutare, & fere nullus legi astringeretur.

3. *Not.* Tertio notandum, quod hic possumus loqui de prælato dispensante in legibus alterius superioris, vt Papa in voto, aut iuramento, quæ sunt de iure diuino, & naturali, aut Episcopus in legibus Papæ non reseruatis, aut legatus in legibus eius cuius est legatus. Secundo possumus loqui de quolibet prælato respectu suarum legum, quas sua voluntate ipse statuit, siue sit Papa, siue Episcopus, siue Rex in ciuilibus, pro decisione sit.

1. *Concl. D. Thom. cum D. Tho. omnes eius interpretes & iuristæ.* Prima conclusio, dispēsatio facta ab aliquo prælato in legibus alterius superioris, si sine causa fiat est nulla, & in valida, vt si Papa, sine causa dispenset in voto, vel iuramento. Hæc est Diu. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 12. & ratio eius est manifesta, nā est hæc differētia inter potestatem dominatiuam patris, aut domini, aut mariti, & potestatem iurisdictionis ministerialē receptā a Deo, vt Papa possit dispēsare in prædictis, quod cū respectu potestatis dominatiuæ, tā materia voti, quā persona bouēs plenā habeat subiectionē, potest pro suo liuito dominus, & materiam, & personam à voto remouere. Respectu autem, iurisdictionis ministerialis, nō ita, quia illa non traditur a superiori, nec a Deo indestructionem, sed in edificationem, vt potestas æconomi ad gubernationem domus. Qua propter sine causa talis dispensatio non est, sed dispatio, vt ait D. Ber. 3. de consideratione. nec facit contra hoc, cap. veniens, de iure iur. vbi dicitur iuramentū non derogare ius superioris, quia tantum intendit, quod quantum cumque quis iuret semper manet potestas in superiori supra iuramentum, vt illud

posit relaxare.quia semper in bibitur cõ dicio,nisi superior aliter dispoſuerit, hoc tamen intelligendum est, iuxta naturam potestatis superioris,quæ illi à Deo tradi ta non est,nisi ad edificationem , & non destructionem,vt diximus,cum D.Tho. tenent omnes eius interprætes,loco citato,& hic vbi etiam Lorca,disp.27. & alij Theologi,4.distin.38.& omnes Iurisperiti,cum glossa,cap.non est,de voto, Caiet.verb.dispensatio,Soto,1.de iust.quæstio,7.art.3.ad 3,Syluester, verbo, votum,4.quæst.3.Panorm.cap.non est,nu. 4.de voto,Archid.cap.Florentinum,85. distin.Immola,cap.olim,decleri.coniug. Nauarro,cap.12.num.57.& 76. Et ex ratione prædicta,sequitur idem dicendũ esse,de quocumque inferiori dispensante in lege superioris, id debere facere ex causa,& aliàs dispensationẽ,non valere,quia ei à superiori non datur facultas dispensandi in destructionem,ita Vazquez disput.178.cap.3.num.17.Valentia, disp. 7.quæst.5.puncto 5.Nauarro prælud.9. num.15.Sanchez,supra disp.17.Syluester,verb.dispensatio,quæst.3.numer.5. Angelus,num.3.Soto,7.de iust. quæst. 4.art.3.& lib.1.quæst.7.art. 3. Couarr. 2.part.4.decre,cap.7.§.7.num.11.Innocent.cap.cum ad Monasterium,nu.4.de statu Monach.Hostiensis.ibi, num. 32. & Ioann.Andr.ad finem,&Panor.num. 17.Baldus,l.barbarius,num.7.ff.de officio prætoris,Felin cap.2.num.8.& cap. etsi clerici,§.de adulterijs,num.10.de iudicibus,Turrecremata,cap.1.distin.89. art.4.num.14.Verum est superiorem,cuius est lex posse tribuere potestatem inferiori.vt dispenset,etiam sine causa,vt ipse potest,si tamen expræsse hoc non dicat, non putandum est talem potestatem in destructionem tribuere,etiam nuntio,vel legato,quibus plenitudinem potestatis, videtur tribuere,de quo videatur Sãchez 8.de matri.disp.17.num.5.vbi plures ad hoc allegat pro se: aliqui quos ipse refert asserunt,hoc debere intelligi,quando superior.non nominat personas, cum quibus inferior debeat dispensare,nam si nominet videtur superiorem examinasse causam,& hoc non debere examinare inferiorem,hoc probabile videtur, melius tamen dicitur iuxta prædicta, quod si expresse, non conferat potestatem, ita latã, vt etiam sine causa dispensare possit,debere intelligi,illam tribuere suppoſita causa legitima & vera,nam si inferior , etiam Papa respectu Dei dispensans,in lege superioris existimet esse causam legitimam fallatur tamen,etiam si bona fide id faciat factum non tenet,contra Sanchez,vbi supra,quia bona fides,licet excuset à peccato,non tamen actibus valorem tribuit vt patet incontrahẽtibus bona fide in gradu prohibito consanguinitatis,vel affinitatis,& patet experientia,nam recedente bona fide in foro exteriori, si probetur causam defecisse declaratur nulla dispensatio. Vnde supponitur, etiam cum bona fide dispensationem factam non fuisse validam,& non interest bonam fidem fuisse ex parte Prælati,vel ex parte , dispensati quia ex quacumque parte sit,& de falsitate causæ appareat dispensatio , pro nulla haberi debet,si tamen res fuerit dubia, an causa fuerit legitima,vel non tunc standũ est dispensationi factæ. Videatur Nauarro loco citato,& Ludouicus Lopez , 1. part.instructor.cap.4.paulo post principium.

Secunda conclusio , dispensatio facta à Prælato in sua propria lege,etiam si fiat sine causa valida est,& factum tenet,hanc ponimus contra Vazquez , disput. 178. cap.4.quem refert Salas,disput.20.sect. 4.& alios,quos refer Azor,tom.1.lib.5. cap.15.quæst.3.& alios quos refert Couarr.2.par.de matrim.cap.6.§.9.num.8. illam tamen tenet Caiet.supra quæst.96. art.5,& 22.quæst.104.art.5. & tom.1. opus.tract.27.de dispensatione matrimonij,quæst.vnica,Victor.relect.de potest. Pap.prop.14.&15.n.14.Sot.1.de iust. quæst.7.art.3.& lib.7.quæst.4.art.3.ad 2.& 4.dist.21.quæst.2.art.2.& dist.39. quæst.vnica,art.2.Cano,de pænit. part. 5.Medina hic & Lorca , disputatio.27. Ludouicus Lopez.1.part.instructo,cap. 4.& 2.part.cap.108.Aragon,2.2.quæst. 89.art.9.Rodriguez,tom.2.regul. quæstio.46.art.5.Nauarro in summ. prælud. 9.num.14.& cap.23.num.44. Couarr. cap.Alma mater.part.1.§.1.numer.7.& multi ex Iuristis,quos citat Salas loco citato,imò videtur clara Diu.Thom.hic & Cõrrado,& ratio manifesta,quia lex omnino dependet ex voluntate Legislatoris,& quantum ad fieri,& quantum ad cõseruari: ergo sicut potest poni,& non poni,ita potest semel posita abrogari,vel nõ abrogari extendi ad plures,aut coarctari ad pauciores,vt sibi placuerit,ita vt factũ teneat,antecedens patet,ex glossa l. relegati,ff.de pænis,vbi sic dicitur,vt lex positiua non liget est in Principe pro ratione voluntas,vbi id tenet Bartolus, & Decius.

Corol: Vazquez. Valent. Nauarro. Sanchez. Syluester. Angelus. Soto. Couarr. Inocen. Hostien. Ioa. And. Panor. Bald. Barber. Felin. Turrecre. Noz. Sanchez.

2.Concl. contra Vazquez,illam tenet Caiet. Victor. Soto. Cano. Medin. Lorca. Ludo.Lop. Aragon. Rodrig. Nauarro. Couarr. Conrrado: D. Thom. Bart. Decius. Baldus. Iason. Felin.

cius,&Baldus,l.1.§.pueritiam,Ias.l.quo minus,ff.de fluminibus,Felinus,cap.quę in Ecclesiarum,num.6.de constit.Confirmatur,quia à principio potuit Princeps statuere legem obligantem alios, & non istum,ergo idem poterit facere post legẽ institutam,per dispensationem,istum eximendo,nec valet solutio Vazquez,quod tunc valeret institutio legis,& non exẽptio istius,non in quam valet,quia in libertate illius est,vtrumque,non ergo est maior ratio.quod cesset exemptio,& permaneat legis institutio,quam è contra,cum ergo Vazquez concedat manere institutionem,debet concedere, etiam manere exemptionem.Confirmatur secũdo,quia Legislator absolutè est dominus,secundũ potestatẽ legislatiuã:ergo sicut aliquis potest ab vno,vt in dominio suæ rei,& factum tenet,ita etiam in præsenti. Item Legislator,potest pro suo libito duobus habentibus,causam dispensationis,dispẽsare cum vno,& non cum alio,ita vt factũ teneat,etiam si non sit causa,talis discretionis vnius ab alio:ergo similiter,etiam si non sit causa,respectu cuiuscumque illorum ad dispensationem.Item etiam sine causa potest,quis absolui à censura,ab eo qui illam in posuit,etiam remanente respectu aliorum,vt patet excap.venerabilem,§.sane,de sent.excommunicat.in 6.imò & à principio potuit,talis censura,& quæcumque alia etiam irregularitas imponi, cum exceptione istius,vel illius : & tunc iste exceptus,non incurret,talem censuram,quia non erit contumax(si est exẽptus)quod requirebatur,vt illam incurreret:ergo idem dicendum est,de lege, nam quantum ad hoc pariter sunt,lex & censura in potestate imponentis,& certe infiniti scrupuli orirentur ex opposito, dum quis non certo sciret:vtrum fuisset,vel nõ fuisset causa suæ dispensationis. Itaque resoluendo prædicta,aliter se habet Prælatus,quando procedit ministerialiter,vt dispensando vota,vel iuramenta,aut concedendo indulgentias,tunc enim,ista sine causa non valent,quia nõ aliter est voluntas domini,cuius est minister,aliter vero se habet in his,in quibus procedit, vt causa principalis,vt est institutio extensio,aut coartactio, aut dispensatio legis, tunc enim solum ad voluntatem instituẽtis debet attendi, vt factum teneat, nisi aliàs sequuntur peculiare damnum tertij,vt si(verbi gratia)Rex imponens tributum eximat aliquos,si ex hoc sequatur alios manere magis grauatos in iusta,& in valida est talis exemptio si fiat, sine causa. Si tamen non magis grauentur poterit pro suo libito eximere aliquem,ita vt factum teneat,nam si in prædictis peccet dicetur statim,sed de hoc videatur Corduua,lib. 4.quæst.8.& 9. Et nota, quod ratio huius conclusionis,non solum probat de Papa respectu suarum legum, sed etiam de Episcopo,respectu suarum, quia in illis, vt dominus procedit,nec obstat,cap.cum omnes,de constit.vbi prohibetur Episcopum, sine causa dispensare,etiam in suis legibus,quia hæc est prohibitio,vt non recte fiat,sed non est nullitas,vt factum nõ teneat:multi oppositũ tenẽt,sed nostrãdoctrinã multo verius,& plures grauiores affirmant,quos omnes citat Sanchez, 8.de matrim.disp.17.quæst.3.numer.27.non etiam obstat, quod Episcopus iurauerit constitutionem.quia licet sit, per iurus factum tamen tenebit dispensatio,nisi fiat cum in iustitia tertij,vt diximus,de dispẽsatione a distributione tributi.

Cord. *Not.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Resolutio.*

Ex dictis sequitur,quid sit dicendũ, si Episcopus,etiam sine causa possit valide in constitutionibus Synodalibus dispensare,nam qui tenent Episcopum esse inferiorem Synodo,in illoque congregatos habere votum decisiuum, non aliter, quam Decanus,& Canonici in suo capitulo,atque adeò Episcopum,etiã vi coeteiba teneri,ad leges Synodales,consequẽter debent dicere, quod licet Episcopus possit ex causa dispensare in constitutionibus Synodi,ex facultate saltem tacita ipsius Synodi: Si tamen sine causa dispenset irrita,& nulla est dispensatio,iuxta doctrinam traditam,quia inferior non potest,sine causa in legibus superioris dispẽsare.Ita tenet Medina,supra quæst.96.artic.5.dub.2.con.1.Rodriguez, 1.part. sum.2.edit.cap.23.nu.2.Vega, 1.tom. sum.cap.88.casu.2.Immola, cap. graue, num.22.de præb.ad finem.Qui autem tenent Episcopum esse superiorem ad Synodum,in illoque congregatos,tantum habere votum consultiuum,quia solus Episcopus subscribit in Synodo facta,tanquã plenam potestatem habens supra totam Diœcesim,& congregatos in Synodo, qui secundum se nullam potestatem Legislatiuam habent quales sunt Parrochi, & Clerici,tantumque teneri Episcopum ad constitutiones Synodales,vi directiua,sicut quilibet Legislator suis legibus, consequenter asserunt,iuxta prædicta Episcopum posse dispensare,etiam sine causa in constitutionibus Synodalibus, ita

Corol. *Medin.* *Rodriguez* *Vega.* *Immola.*

vt

Sanchez. Nauarro. vt factum teneat, ita Sanchez, 8. de matrimon. disp. 17. num. 33. Nauarro, in sum. num. 74. & cap. fin. num. 4. de Simonia, Azor, lib. 5. cap. 15. quæst. 3.

De Archiepiscopis. De Archiepiscopo respectu Synodi Prouintialis dicendum est, etiã iuxta præ dictam doctrinam, nam qui tenent Archiepiscopum esse superiorem tali Synodo. Quapropter a Synodo puniri non potest, ex cap. graue, de præbendis. Votumque solius Archiepiscopi esse decisiuum consequenter asserunt dispensationem factã, etiam sine causa in constitutionibus Synodi esse validam, ita tenet Hostien. cap. graue, citato, num. 16. & Ioann. Andr. num. 8. Butrius, nu. 4. quæst. 2. Anchar. num. 10. & alij plures, quos citat Inocen. ibidem, num. 3. Qui autem tenent Archiepiscopum esse inferiorem tali Synodo. Solumque esse caput ad congregandum Synodum, sicut Decanus ad congregandum capitulum. Ideoque primam sedem habere, esseque simul iudicem, & collegã aliorum Episcoporum. Quapropter leges, nõ solum ab illo, sed ab omnibus simul dimanare, quia solus Archiepiscopus, supra alias Diœceses iurisdictionem nõ habet, præterquam in causa appellationis, appellarique posse ab ipso ad Synodum: consequenter dicunt Archiepiscopum dispensare non posse, sine causa, dispensationemque esse nullam, imò etiam, cum causa dispensare non potest, nisi solum quo ad suũ Archiepiscopatum, quia sunt leges superioris, nisi aliquando ratione necessitatis, vt potest etiam in legibus Papæ, quando non est facilis additus ad ipsum: ita tenet Sanchez, 8. de matrim. disp. 17. num. 36. Nauarro, lib. 1. conf. 1. edit. tit. 31. de offic. ordin. toto conf. 7. & in 2. edit. tit. de maior. & obed. conf. 6. Hostien. cap. graue, de præb. & ibi Immola, n. 22. & Ioan. Andr. num. 5. Cardinalis, num. 6. quæst. 6. de sumiturque, ex Concil. Tollet. IV. vbi iubetur subscribere Archiepiscopũ simul, cum Episcopis, vel ipsum nomine, & vice, etiam omniũ illorũ. Vide alios plures, quos citat Sanchez citatus, & Salas, tractat. 14. disput. 20. sect. 4. Et in contrarium non facit illud, cap. graue, citatum, quia ibi non dicitur Archiepiscopum esse superiorem Synodo Prouintiali, sed à Synodo puniri non posse, ad quod sufficit esse caput, & præsidens habens authoritatem colligendi Synodum, vt ab ipso puniri non debeat.

Hostien. Ioa. And. Butrius. Anchar. *Sanchez. Nauarro. Hostien. Immol. Ioa. And. Cardin. Cõc. Tol. 4.* *Obiectio. Solutio.*

3. Conc. D. Thom. Tertia conclusio, Legislator qui in suis legibus, sine causa dispensat peccat, & ex genere suo mortaliter, ex parte autem materiæ erit veniale. Primam partem conclusionis ponimus cõtra aliquos, quos citat Sanchez, 8. de matrimon. disp. 18. num. 2. & Salas, vbi supra, sect. 5. asserentes nullum peccatum esse Legislatorem in sua lege dispensare, etiam sine causa, quia lex inquiunt ex sola voluntate Principis dependet, & quantum ad fieri, & conseruari, atque adeo, & quantum ad generalitatem personarum, vt istos, & nõ illos obliget, vel iam obligatos eximat, quia Princeps suis legibus, non tenetur, & certe si causa, ad dispensationem esset requisita, iam non esset dispensator. sed interpræs legis, stante enim causa ex natura rei, quis ab obligatione eximitur. Vnde indagare causam interpretatio erit, & nõ dispensatio, quæ obligationem tollit. Itẽ quia Deus, sine causa ex charitate, vel liberalitate potest in sua lege, cum aliquo dispensare, quare ergo non poterit, & Legislator humanus, qui potestatem potest, & debet imitari. Itẽ, quia in tributis Princeps, id sæpe facit remittendo partem, vel totum alicui ex familiaritate, & à Summo Pontifice, multoties dispensationes, sine causa petuntur, & ab illo, sic expresse conceduntur, vt patet ex practica Curiæ. Nostra tamen conclusio est Diu. Thom. hic & Medina, & Lorca, disp. 27. & Conrado, & Caiet. hic & supra, quæst. 96. art. 5. & apolog. de potest. Papæ, & in sum. verbo, dispensatio, ibi Syluester, §. 2. Victoria, relect. de potest. Pap. num. 6. Petrus de Soto, lect. 11. de matrim. Soto, 1. de iustit. quæst. 7. art. 3. & lib. 7. quæst. 4. & 5. dist. 39. quæst, vnic. art. 2. Cano, de pœnit. part. 5. Palacios, 4. dist. 15. disput. 8. Corduua, lib. 4. quæst. 8. & 9. Petrus de Ledesma, in sum. de Sacram. capit. 27. de matrim, dub. 1. post. 4. con. & in addit. ad 3. part. quæst. 54. art. 3. difficult. 4. post 2. con. Rodriguez, tom. 1. sum. capit. 24. con. 2. num. 4. & cap. 196. & tom. 1. reg. quæst. 22. art. 4. Vega, 2. tom. sum. capit. 23. casu 14. Ludouicus Lopez, 1. part. instructo, cap. 4. col. 2. sequunturque omnes moderni, Vazquez disp. 178. cap. 3. & 4. Valentia, disp. 7. quæst. 5. punto 9. & 22. disp. 5. quæst. 7. punto 2. Sanchez, 8. de matrim. disp. 18. num. 3. Azor, tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæst. 2. & Salas citatus, sect. 5. & ex Iuristis, Hostien. in sum. tit. de filijs præsbyt. Panor. cap. extirpandę, §. qui vero, num. 44. de præbend. & cap. quæ in Ecclesiarum, num. 17. de constit. & cap. per venerabilem, num. 4. qui filij sint

Medina. Lorca. Conrado. Caj. Sylueſter. Petr. de Soto. Soto. Cano. Palac. Cordou. Petr. de Ledesma. Rodrig. Vega. Ludo. Lop. Vazquez. Valent. Sanchez. Azor. Salas. Hostien. Ioa. And. Rebuffus. Panor. Nauarro. Conarr.

sint legitimi, Ioann. Andr. cap. cũ ad Monasterium, de statu Monachi, Rebuff. in concordatis, & in praxi beneficiorum, titul. de dispensat. ad plura benef. num. 55. Nauarro, cap. 12. num. 57. & cap. 25. numer. 5. & prælud. 9. num. 14. Couarr. capit. Alma, part. 1. §. 1. num. 7. de sent. excommun. in 6. & in 4. decretal. part. 2. capit. 6. §. 9. num. 7. & 10. & alij apud Salas, & ratio est manifesta, quia vt inquit *D. Thom.* Diu. Thom. Vsus talis potestatis est imprudens temerarius, & infidelis, & potius est dissipatio, quam dispensatio, vt dixit D. Ber. continetque absurdum, vt sine causa pars toti, non conformetur, ex quo illud partiale bonũ deperditur, quod ex obseruantia iustius resurgeret, estque æqualitatem, & iustitiam ofendere, contra c. iustum est, dist. 9. est etiam nõ ædificationem, sed in destructionem operari, cum per hoc detur ansa, cæteris ad ofen- *Cõc. Trid.* sionem, & legum fractionem, & tandem patet ex Conc. Trid. Sess. 24. de matrim. *Conc. Colo.* cap. 5. & Sess. 25. cap. 14. & 18. & Conc. Colonien. 3. part. 1. cap. 33. & ex l. relegati, ff. de pœnis, vbi semper monetur, & præcipitur, ne dispensationes, sine causa concedantur, quod vtique culpam in contrario reperiri manifestat. Notandum tamen ex Menchaca, lib. 1. quæst. illustriũ *Not. ex Mench.* cap. 25. num 9. & 16 non semper requiri causam, quasi iustitiæ, sed sufficere pro causa multoties Legislatorem, in aliquo casu venignum. & fauorabilem, maxime alicui Principi se exhibere, aut maiorem peccuniam ad sumptus communes, & vella recipere, qualiter pro causa assignatur, ad concessionẽ Bullæ Cruciatæ, sine omni tamen causa honesta dispensare peccatum, & inexcussabile est.

Ad arg. cõtrariorum. Vndè ad fundamentum contrariorũ, respondetur, quod licet absolutè, vt factũ teneat sit in voluntate Principis instituere, vel abrogare, vel limittare legem, vel hunc, aut illum eximere iusta supra dicta non tamen est in sua libertate, vt sit benefactum, sed causa non existente in omnibus prædictis peccat, quia iure naturæ tenetur, vt supradiximus, facere alios leges obseruare, licet ipse ab eis vicoerciua sit absolutus. Simile est in domino, qui prolibito potest vti re sua, vt factum teneat, nõ tamen, vt nõ peccet, sæpe contra liberalitatẽ, illa prodige dissipãdo. Ad illud autem, quod solum esset interpretator legis. Respondetur sufficere aliquam causam ad dispensationem, quæ non sufficiat, ad de obligationem: interpretatio ergo respicit causam de obligantem, quam interpretator declarat, dispensatio autem requirit causam non ex se de obligantem, sed sufficientem, vt per iuris dictionem à Legislatore ab obligatione soluatur relaxando legem, nec facit contra nos, illud simile de Deo, qui cum infinitam, & plenissimam potestatem habeat multa, potest circa suam legem, quæ non potest homo, cum potestatem limittatã, & à regulis rationis, & prudentiæ dependentem, habeat inter quæ, hoc numeratur, vt non sine causa, propter inconuenientia posita in sua lege licite, possit dispensare: Ad illud detributis. Respondetur, Principẽ posse alicui tributum, iam ex lege debitũ remitere, sine causa, quia in hoc segerit, vt persona particularis, non autem potest illum à lege tributi soluendi, sine causa licite eximere, quia in hoc procedit vt persona publica æqualiter adomnes eadem ratione, & causa omnium existente. Ad illud autem, quod defacto, sine causa huius modi dispensationes conceduntur. Respondetur dari, sine causa necessitatis, & iustitiæ non tamen sine omni causa modo prædicto, ex Menchaca in not. posito.

Secundam autem partem conclusionis ponimus contra aliquos, quos citat, & sequitur Salas, disp. 20. sect. 5. vt Sanchez supra num. 7. Valen. disp. 7. quæst. 5. pũcto 9. Nauarro, in summa, prælud. 9. nu. 11. & cap. 12. num. 57. & capit. 23. num. 44. & cap. 25. num. 5. Ludoui. Lopez, 1. part. instruct. cap. 4. col. 2. Corduba, lib. 4. quæst. 8. (citat etiam Soto, Caiet. & Azor, sed male) asserentes dispensare, sine causa non esse ex genere suo mortale, sed tantum veniale, fieri autem mortale, ex scandalo, vel occasione graui violandi legem cæteros: Dicimus ergo contra prædictos dispensationem, sine causa esse ex genere suo mortale, & tantum fieri veniale, ex paruitate materiæ, aut quia lex, in qua fit dispensatio, tantum obligabat ad veniale, aliàs autem, sine omni extrinseco ex natura sua potest esse mortale, vt dispensatio in pluralitate beneficiorum, aut celibatu Sacerdotum, aut ieiunio quadragessimæ, & similia, quæ ex suo genere sunt grauia, & ratio est manifesta, quia huiusmodi dispensatio, sine causa ledit iustitiã distributiuam, & legalem, istæ autem virtutes ex suo genere ad mortale obligant, vt ostẽditur suo loco, in 22. ergo, &c. hãc veritatem docet Caiet. verb. dispensatio initio, & Armilla, num. 13. Couarr. 4. decreto, part. 2. cap. 6. §. 9. num. 7. Ledesma,

2. Pars conclus. contra Salas, & multos quæ ipse citat. Tenetillam Caiet. Couarr. Ledesma. Vega. Corduua. Sanchez.

ma in sum. Sacramentorum, de matrim. capit. 27. post 4. con. dub. 1. Rodriguez, 1. part. sum. 2. edit. cap. 196. Vega, 2. part. cap. 23. casu 14. Vict. relectio. de potest. Pap. num. 6. & 15. & fabet Corduua, lib. 4. quæst. 8. & Sanchez fatetur esse satis probabile', & certe loca Concilij adeo grauiter monentia, ne dispensationes fiãt, sine causa maiorem culpam indicant, quã venialem, non enim de veniali, tantum toties repetendo curaret.

4. Concl. Cõtra Glss. Turrecr. Rebuffum Rosellam. Sylueſtrũ. Armilla.

Quarta conclusio, existente iusta causa dispensandi, non semper tenetur Prælatus dispensare, itaque requiritur iusta causa, vt possit dispensare licite, non autẽ sufficit iusta causa vt dispẽsare teneatur, hãc ponimus contra glossa, cap. domino sancto. 50. & ibi Turrecremata, nu. 9. & Antonium, cap. & si clerici, §. de adulterijs, num. 12. de iudicijs, & ibi Cardinalis, numer. 2. & Rebuffum, in repetit. cap. postulastis, not. 3. num. 12. de cleri. excommu. Rosella, verbo, dispensatio, nu. 4. ibi Sylueſt. quæst. 1. in fin. Armilla, num. 14. asserentes existente causa iusta, semper Prælatum teneri dispensare, ex capit. domino sancto. 50. dist. & cap. quanto, 2. quęst. 4. vbi præcipitur pœnitentes ad veniam, & pristinum honorem debere, per dispensationem admitti: & ratione probant, quia facere contra iustitiam distributiuam, per acceptionem personarũ est peccatum, ex Diu. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 3. sed non dispensare existente causa legitima est cõtra iustitiam distributiuam: ergo est peccatum. Minor probatur, primo, quia dispensare, sine causa est contra distributiuam, quia datur cui non debetur, vt docet Abul. Matt. 22. quæst. 117. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 20. §. 2. Soto, 3. de iust. quæst. 6. art. 5. ad 3. Aragon, 2. 2. quæst. 63. art. 3. ergo etiam non dare, cui ex causa debetur erit contra talem iustitiam, quia contrariorum, eadem est ratio, & sic si nõ existente causa tenetur ex distributiua, non dare, causa existente tenebitur, ex distributiua dare. Secundò probatur, eadẽ minor, quia existente æquali causa legitima pro duobus, tunc dispensare, cum vno & non cum alio est acceptio personarum, & contra distributiuam: ergo etiam, non dispensare, cum vno habente causam, patet consequentia, quia quod sit alius, vel non sit, non mutat ex causa, huic esse debitum dispensare, & si ei debetur, ex distributiua contra illam erit, cum illo non dispensare.

Arg. illorum.

Not. Pro

Contra istos tamen ponimus conclusionem prædictam, pro cuius intelligentia recollendum, quod in principio artic. diximus dispensationem diuidi in prohibitam, debitam & permissam, prohibita quidem est, quæ fit, sine causa. Vndè, quę cum causa fit diuiditur in permissam, & debitam. Quapropter non semper existẽte causa est debita, vt non faciendo peccet, sed poterit esse permissa, vt prolibito possit facere, vel non facere dispensationem, prædicta enim diuisio habetur, in glossa, capit. exigunt, 1. quæstio. 7. Panormit, cap. consilium, num. 4. de conseruatione ieiunij, & alij, tunc autem dispensatio ex causa est debita, quando Prælatus superior præcipit inferiori dispẽsare, vt ait Turrecre. sup. aut quãdo ex tali causa expedit bono cõmuni dispẽsatio, vt vtilitati multorum, vel Ecclesiæ, vt patet ex Aug. cap. vt constitueretur, dist. 50. & ex §. nisi rigor. 2. quæst. 7. vsque ad §. ecce. Panorm. at si clerici, §. de adulterijs, nu. 20. de iudicibus, & ibi Decius à numer. 163. vsque, 166. Abulensis, supra, aut vero, quando ex tali causa resultat bonum necessarium, aut maxime vtile animæ, vel corpori, vel honori, etiam priuatæ personæ, vt quãdo defflorata Virgine est periculum, vt vir mutet voluntatem nubendi, si statim dispẽsando in monitionibus, non nubat, aut si proximus morti, cum cõcubina non nubat ad legitimandam prolem, vel honori subeniendum, & in alijs hniusmodi, ex cap. cum ex eo, de elect. in 6. & ibi Archidiaconus, & Ioan. Andre. Decius cap. at si clerici, §. de adulterijs, num. 163. Barbatius, cõsil. 40. num. 3. Dispensatio autem est permissa, quando etiam si sit causa, non tamen habet necessitatem, aut vtilitatem prædictam, datur enim causa sufficiens vt possit dispensare, & nõ sufficiẽs, vt teneatur, plus enim requiritur ad teneri, quam ad posse, præcipue, quod cum dispensare sit, quasi legem vulnerare plus debet requiri, vt prælatus ad id teneatur, restat ergo veritas conclusionis, quod etiam existente causa nõ semper tenetur Prælatus dispensare, cum aliquando possit, & nõ teneatur. Qua ratione dispensatio aliquando vocatur gratia, vt patet ex cap. licet, Canon, de electio. in 6. & cap. didici, 1. quæst. 7. & cap. penul. de Cleri. excommun. Aliquando autem appellatur indulgentia, capit. 1. de statu Monach. in 6. Aliquando autem misericordia, cap. postulasti, de Cleri. excomm. quæ nomina posse, & non obligari significant, quia multa potest iudex, quæ non

conclusione, quam tenet Dec. Abulen. Ioa. And. Barbat.

tenetur

tenetur ex lege quidquid,40.ff.de iudicijs.

Ad arg. in contra.

Ad arg.autem in contrarium respondetur,illa loca importare licentiã,& posse,non autem præceptum,&obligationẽ, & si istam important,est interueniente necessitate,aut vtilitate prædicta.Ad rationem autem respondetur, dare sine causa esse contra distributiuam,quia datur,sine meritis personæ,cui datur,quod distributiua in dando prohibet, non dare autem habenti causam non est contra distributiuam,quia ista non præcipit dari omni habenti causam,sed cui debetur,solum autem debetur,quando causa importat necessitatẽ prędictã,vt dispẽsatio sit debita. Similiter dicitur,quod quando datur dispensatio vni habenti causam,& non alteri,non est acceptio personarum, quia ista committitur in distributione,ex debito.Vndè non dare,cui debetur etiam si alteri detur,vel non detur est contra distributiuam,& dari vni,& non alteri,si nõ debetur non est contra illam, itaque præsupponitur dispensationem esse debitam, vt contra distributiuam fiat. non dando, aut dando vni,& non alteri.

5.Concl. Cai. Pet.Ledes. Couarr. Sanchez. Corduba.

Quinta conclusio,qui petit dispensationem à prælato nullam habens iustam causam peccat mortaliter ex genere suo. Hanc tenet Caiet.2.2.quæst 87.& Pet. de Ledesma,in sum.de Sacram.capit.27. de matrimon.dub.1.post 4.con.Couarr. part.4.capit. 6.§.9.num.7.contra Nauarro.prælud.9.num.12.& Sanchez, 8. de matrimon.disp.18.num.8. & Corduna,lib.4.quæst.8.Qui solum existimant peccare venialiter,nostra tamen conclusio,patet,nam vt supra diximus, qui sine causa dispensat peccat ex genere suo mortaliter:ergo qui petit, patet consequentia quia cooperatur ad peccatum mortale prælati:ergo & ipse peccat mortaliter, nec interest Prælatum bona fide dispensare, si ille qui petit oppositum sciat, quia non licet inducere ad id,quod peccatum est, etiam materialiter ex parte commitentis, nec propterea condemnamus dispensationes,quæ quotidie ad euitãda scrupula petuntur expresse,sine causa,quia exprimitur,nullam esse causam ex parte petentis, supponitur tamẽ esse posse causam ex parte dantis,aut ad manifestandam liberalitatem,aut venignitatem,aut propter sumptus ex dispensatione prouenientes ad vel lum,&c. De quibus iam diximus,sufficere pro causa dispensationis,itaque in hac conclusione,non solum damnamus petitionem dispensationis, sine causa in lege superioris,vt voti,vel iuramẽti, quæ sunt de lege naturæ in quibus,sine causa dispẽsare,aut petere dispensationem : certum est,peccare mortaliter,sed etiam damnamus petere dispensationem, sine causa à Prælato in propria lege,quia etiam in illa,sine causa dispensare nõ potest submotali iex genere suo,vt supra diximus.

6.Concl. contra Vazquez, & Suarez,& Vibaldum, & Nauarro. Nostrã conclusionẽ tenet Caiet. Medina. Soto. Victoria. Valentia. Corduba.

Sexta conclusio,qui vtitur dispensatione facta,sine causa peccat, aliquando quidem mortaliter,aliquando vero solum venialiter. Hanc ponimus contra Vazquez,disp.178.cap.4 & Suarez, hic & Viualdum appendi ad candel. capit. 12. num.8.& Nauarro,capit.12. num. 57. & alios quos citat Sanchez,8.de matrim. disp.18.num.10.asserentes,semel obtenta dispensatione,etiam sine causa,nullum esse peccatum,illa vti,quia cum dispensatio,etiam sine causa factum teneat, iã lex non obligat,cum vere sit illius dispensatio.& sic nullum peccatum erit, vti tali dispensatione,cum non sit contra legem. Nostram tamen conclusionem,tenet Caiet.supra,quæstio.96.art.5.& Medina, ibidem Soto,1.de iust.quæstion.7.artic. 3.Victoria. Valentia,disputatio.7.quæstion.5.punt.9.Corduba,libr.4. quæst. 8.Rodrig. tom.1.reg.q.22.art.4. & alij plures,quos citat Sanchez,vbi supra, & Salas disputatio.20.section.6.estque cõmunis:quando autem sit mortale,quando vero veniale, maiorem habet difficultatẽ.Dicendũ tamen,quod in opinione illorum,qui dicunt dispensationem,sine causa esse nullam, consequenter dicendum est,esse peccatum mortale contra illam legem, in qua fuit facta dispensatio, quia si est nulla dispẽsatio, lex illa manet in suo robore,ac per consequens,vti dispensatione est vere agere contra illam legem, quæ ex genere suo obligabat ad mortale, quia tamen secundum nostram, & veram sententiam,si dispensatio sine causa fiat in lege superioris,vt dispensatio voti, vel iuramenti dispensatio non valet : tunc vti tali dispensatione erit mortale,quia fit cõtra illam legem naturæ, ac si dispensatio facta non fuisset. Si autem dispensatio,etiam sine causa fiat in propria lege ipsius dispensantis, vel prædecessoris illius cũ sit valida tunc vti tali dispensatione non erit contra illam legem, in qna fuit facta dispensatio,quia illa lex vere non manet. Vnde ex hac parte verum asserebant Authores citati,vti tali dispensatione,non solũ,non esse mortale, imò nullũ peccatum manet

Dub. Resp.

manet tamen difficultas, si vsus talia dispensationis sit peccatum, & quale peccatum contra ius naturæ, secundum quod tenetur se, vt pars alijs cõformari. Ad hoc enim, qui tenent Principem, nullo modo peccare agendo contra suam legem, quia nec tenetur sua lege, nec naturali. Similiter dicunt dispensatum, sine causa, cum non teneatur lege Principis, nec teneri lege naturæ, secundum tamen veritatem, & supra dictacum Princeps, etiam si sua lege non teneatur, tenetur tamen lege naturæ, se conformari alijs, ita & dispensatus sine causa, etiam si illa lege Principis non teneatur tamen, lege naturæ, & tunc quidem, si solum sit contra legem naturæ, vt cumque quia non conformatur alijs partibus solum peccat venialiter, sæcluſſo scandalo. Si autem sit contra legem naturæ, quia fit cum damno tertij est peccatum mortale, quia obligatio naturalis ex iustitia ex genere suo obligat ad mortale. Exemplum est in dispensatione à tributo soluendo, si quod ipse debebat soluere, alij soluere teneantur (verbi gratia) *quando estan en cabeça dos por vn tanto*: Secus est si aliàs ex dispensatione non plus quilibet debeat soluere, licet aliqui reclament contra hoc exemplum, asserentes ex liberalitate posse Principem, hunc exonerare, etiam cum grauamine aliorum. Secundum exemplum est, si fiat dispensatio in taxa tritici, tunc enim dispensatus vendẽs vltra taxam peccat mortaliter contra legem naturæ iustitiæ in damnnm tertij, doctrina est Soto, vbi supra. Notandum tamen, quod ea supra, quæ potest cadere dispensatio esse in duplici differentia. Alia, quæ habent vsum primarium, & secundarium (verbi gratia) matrimonium. Primus vsus dispensationis illius est nubere, secundarius est petere, & redere debitum, & in istis etiam, sine causa data dispensatione, non potest habere primum vsum, & peccat si nubat, semel tamen matrimonio facto: siquidem est validum potest habere, secundum vsum redendo, & petendo debitum. Alia vero sunt, quæ tantum vnum vsum habent, vt in dispensatione ieiunij, & in istis absolute dicendum est peccare vti dispensatione, sine causa, modo iam prædicto, & explicato.

Dub. Resp. Soto. Sed quid dicendum, quando est dubium de vera causa dispensationis? Respõdetur, cum Diu. Thom. 2.2. quæst. 88. artic. vlt. ad 2. quem sequuntur plures etiam extra suam scolam, quos citat Salas loco citato. Tunc posse vti tali dispensatione, non solum in foro exteriori, sed etiam interiori; & non solum quando ex proprio motu Princeps concesit dispensationem, sed etiam ad petitionem partis, quia in dubijs stand um est pro dispensante, & iurisdictione eius, de quo Soto, 4. distin. 21. quæst. 2. art. 2.

7. Concl. Septima conclusio, facta dispensatione ex causa sufficienti in lege propria, vel prædecessotis, etiamsi postea cesset talis causa vtendo tali dispensatione non peccat contra legem, in qua facta fuerat dispẽsatio: siquidem vinculum illius legis, iam fuit ablatum, per dispensationem, & non est. Vndè modo iterum reuiuiscat. Dixi non peccat contra illam legem, in qua fuerat facta dispensatio, quia forsitam peccat saltem venialiter cõtra legem naturæ, qua tenetur, vt pars conformari toti non interueniente iusta causa, ad contrarium. Si autem dispensatio fuerat facta in lege superioris, vt in voto, vel iuramento, quæ sunt de lege naturæ, tunc cessante causa, non potest vti tali dispensatione, quia cum talis dispensatio solum fuerit facta ministerialiter semper intelligitur facta, iuxta voluntatem Legislatoris superiorls, & talis non est, vt cessante causa ab obligatione naturali, per inferiorem maneat dispensatus. Vndè si facta fuit dispensatio, etiam perpetua in voto castitatis, vel Religionis, quia causa iudicata est vt perpetua, si postea cesset causa censenda est dispensatio facta, solum temporalis. Vndè si per dispensationem contraxit matrimonium, dissoluto matrimonio tenetur votum implere, non autem matrimonio durãte, qui sufficit a principio fuisse indicatam causam perpetuam, vt licite posset nubere, & actus matrimonij, semel licitecõtracti posit continuare. Notandum tamen intelligi, si causa dispensationis totaliter cesset, nam si solum cesset ex parte: tunc iudicandum est ad arbitrium prudentum de partiali causa remanente: vtrum sufficiat ad continuandum vsum dispensationis, potest enim causa partialis remanens esse sufficiens ad continuationem dispensationis, quæ non sufficeret, vt a principio fieret dispẽsatio, min⁹ enim requiritur etiã in naturalibus ad conseruationem rei, quam ad eius fieri, & primam productionem. Secundo notandum, non esse parem rationẽ de cõmutatione, aut dispensatione mixta, cum commutatione, atque de pura dispensatione, de pura enim dispensatione procedit ratio, & doctrina tradita, nam si loquamur de commutatione,

aut

aut dispensatione mixta alia est tatio, cum enim loco impletionis legis aliud subrogetur implendum in quod fuit facta commutatio, illud sufficit, & æqui valet impletioni legis. Vndè etiam cessante causa talis commutationis potest continuari, quis ex oneratus à lege.

Corol. Butrius. Panor. Tiraq. Glos. Archic. Cardin. Henrr. Angel. Sylvester. Obiectio. Solutio.

Ex dictis sequitur, idem dicendum esse de causa finali dispensationis, sicut dictū est de causa motiua, vel alia, ob quam fuit facta dispensatio: ita tenet Butrius, Panor. Tiraq. glossa, Archid. Card. Alexandri. Henricus, Ang. & Syluester, & alij quos citat Sanchez, 8. de matri. disp. 30. n. 13. licet oppositum ipse teneat, non tamē aliquid ponderis citat pro sua sententia, arguit enim, quod deficiente fine intrinseco legis cessat lex, tanquam inutilis: ergo idem dicendum est de dispensatione: sed respondetur legem esse grauamen, & odium, & ideò restringendum, vt non amplius obliget, quam causa durauerit, dispensatio autem est fauor, & ampliandus, ad obligandum enim maior causa, quam ad de obligandum debet requiri. Alia autem, quæ adducit de gratijs, & priuilegijs cessantibus causa cessante, non faciunt contra nos, quia illa sunt in damnum tertij, atque adeò ad durationem illorum requiritur, & ceusæ duratio, in dispensatione autem vbi nullum tercij damnum interuenerit, non eadem est ratio causæ durationis.

8. Concl. Innocen. Hostien. Iao. And. Panor. Henrr. Turrecr. Sanchez. Suarez. Salas. Lud. Lop.

Octaua conclusio, dispensatio facta, sine cognitione causæ (si tamen in re sit causa) valida est non solum in foro conscientiæ, vt docet Innocentius, capit. diuersis, de cleri. coniug. numer. 1. & Hostiensis, numer. 9. & Ioann. Andræas, numer. 8, & idem Innocent. capit. cum ad Monasterium, de stat. Monacho. num. 4. & Hostiensis, numer. 32. Ioann. Andræas, ad finem, Panormit. num. 17. Henrric. num. 17. Turrecremata, capit. 1. distin. 89. numer. 14. & alij plures, capit. at si Clerici, 8. de adulterijs, quos sequitur Sanchez, 8. de matrimon. dispntation. 17. num. 11. & Suarez, hic & Salas, disp. 20. Sect. 9. sed etiam valida est talis dispensatio in foro exteriori, donec reuocetur, vt docet Ludouicus Lopez, 1. part. instructo, cap. 4. col. ante penult. Pro cuius intelligentia notandum, quod possumus loqui, aut de dispensante in propria lege, aut vero de dispensante in lege superioris, aut legis naturæ, vt est votum, vel iuramentum siquidem loquamur de dispensante, in lege propria manifesta est conclusio, quia si dispensaret etiam, sine causa esset valida dispensatio, vt diximus ergo à fortiori, quando est causa, etiamsi non sit causa, imò tuncidem censendum est, ac si causa non esset, quia talis ignorantia causæ est concommitans: ergo, nec facit voluntarium, nec in voluntarium, sed non facit voluntarium. & relinquit actum, ac si talis ignorantia, non esset, vt supra diximus. Si autem loquamur de dispensante in lege superioris, etiam patet conclusio, quia in tātum deberet esse talis dispensatio nulla, in quantum intelligeretur. non esse secundum voluntatem superioris, sed non potest dici, quod non sit voluntas superioris: ergo valida erit. Probatur minor, quia voluntas superioris, nihil determinat de cognitione causæ, sed de existentia causæ, vult enim inferiorem, sine causa, nulla tenus dispensare, non autem requirit causam ab inferiori esse cognitam, nec dehoc fit aliqua mentio in toto iure, nec alicubi, reperietur talem dispensationem esse nullam. Etsi arguas qualiter ergo poterit iudicari talis dispensatio, vt valida facta ab inferiori. si de causa dispensationis non constat: siquidem constat, sine causa esse invalidam. Resp. sufficere vt causa sit cognita, aut à dispensante, etiam sine informatione, quia informatio, & examen, ad hoc tēdit vt ipsi constet. Vndè si ei constat etiam sine informatione, hoc sufficit, aut vero sufficit etiam, si à dispensante non cognoscatur, quod talis causa sit notoria, vt ex tali notorietate, valida dispensatio iudicetur, vt docet glos. c. manifesta, 2. q. 1. quia notorium, non eget examine, vt patet ex dict. c. & glos. c. si quis, sine examinatione, d. 81. & cap. fin. verb. qui concubinas, d. 51. Panor. cap. præterea, de testi. cogen. num. 11. Rosella, verb. dispensatio, num. 6. Sanchez 8. de matri. disp. 4. nu. 22. Sed contra prædictam conclusionem, est arg. ex c. necessaria, & ex cap. dispensationis, 1. q. 7. & præcipue ex Trid. Sess. 25. de refor. c. 18. vbi à dispensationem requiritur examen causæ, his verbis, quod si vrgens maior, quæ ratio quandoque postulauerit, cum aliquibus dispensandum esse id causa cognita, summaque maturitate à quibuscumque ad quos dispensatio pertinebit erit præstādum, aliter que facta dispēsatio subrreptia censeatur, propter hoc arg. tenet contra nostram cōclusionem, Nauarr. cap. fin. de Simon. n. 4. & Imol. l. quidam consulebat n. 7. & 8. ff. de re iudicata, & Azor. to. 1. lib. 5. cap. 15. q. 9. & 10, & alij quos ipse citat. Resp.

Glos. Rosella. Sanchez. Obiectio. Solutio.

Not.

tamen faciliter illa loca præcipere, quæ necessaria sunt, vt dispensatio sit recta, non autem vt sit rita, si enim cognitio causæ non sit erit rita, & valida dispensasio, licet non recta, & licita, aut specialiter, ad Concilium Tridentin. Respondetur, quod loquitur secundum præsumptionem in foro externo, quando enim causa non fuit cognita præsumitur dispensationem fuisse subreptitiam, & merito erit irritanda, non tamen dicitur esse irritam, & re vera subreptitiam, sed subreptitia censeatur.

1. Corol. Ex dictis sequitur. Primo, dispensatum posse, vti dispensatione facta, sine causa cognita à dispensante: si tamen sit cognita, ab ipso dispensato, si enim nec ab ipso cognita esset, illa vti non posset, quia ex sua existimatione esset vti dispensationefacta, sine causa, quod vtique licitum, non est, vt diximus.

2. Corol. Gloss. Hostien. Bald. Barbar. Decius. Rebuffus. Nauarro. Secundo sequitur, idem dicendum esse de dispensatione tacita. atque de expressa, quod etiam tacita valida sit, etiam causa non cognita à dispensante, quia quantum ad efectum, eiusdem rationis est dispensatio expressa, & tacita, & hoc non solum habet verum de dispensante impropria lege, sed etiam de dispensante, in lege superioris. Hoc dixerim contra aliquos asserentes inferiorem, non posse tacite, sed necessario debere expresse dispensare, in lege superioris, vt dispensatio sit valida, sic tenet Glossa, capit. litteras, de concession. præbendæ, Hostiens. capit. veniens, de fili. Præsbyter. numer. 6. & 8. Baldus, lege Barbarius, ff. de officio præt. numer. 6. & 8. Decius, capit. si quando, de rescriptis, numer. 23. Rebuffus in praxi beneficiorum, titul. de dispensatio. numer. 9. Navarro, libr. 5. consil. 20. numer. 2. & in summ. Prælud. 9. num. 15. & cap. 25. numer. 74. & Rodriguez, tom. 1. reg. quæsti. 13. Nostram tamen sententiam, quod etiam Prælatus inferior tacite possit dispensare in lege superioris, tenent multi, quos citat, & sequitur Sanchez, supra numer. 1. & 17. & 24. Si autem interroges, quando nam censendum sit Prælatum tacite dispensare. Respondetur: quod si Prælatus admittat ad actum, vel cum impedito exerceat actum, quem alias talis subditus, sine dispensatione exercere, non poterat censendum est: tunc Prælatum tacite dispensare, etiam causa non cognita dispensationis, quia præsumendum est de Prælato, minus pecca-

Nostrã sententiam tenet Sanchez.

Dub.

Resp.

tum quale est dispensatio, sine causa, quam maius quale est, sine dispensatione ad actum prohibitum admittere, vt patet ex lege, si adulterium cum incestu, §. 1. & 2. & 3. ff. ad legem Iuliam. de adulterijs, sicut quando aliquid exerceri potest, cum peccato, & sine illo præsumendum est exerceri, sine peccato, ex lege merito, ff. pro socio, & capit. 2. de vigamis Episcopus admittens vigamum, ad ordines priuatur potestate ordinaria, & redditur, ratio, quia in vigamis dispensare, non licet vbi supponitur, quod si Episcopus posset dispensare, eo ipso, quod admisit, ad ordines censendum esset tacite voluisse dispensare, & sic non esset puniendus. Etsi contra facias arg. ex capit. cum desideres, de sentent. excommun. quod Episcopus admittens excommunicatum, ad diuina non absoluit illum, nisi forma Ecclesiæ, vtatur ergo ad dispensationem non sufficit tacitus consensus. Respondetur, quod cum non vtatur forma verborum, quod fit per dispensationem expressam, censetur non dispensare, cum ita faciliter verbis posset, id exprimere, & præsumitur excommunicatum fuisse admissum, per ignorantiam, vel in aduertẽtiam, in re tamen si aduertenter illum admittat, vere tacite manet dispensatus, quia dispensatio nõ requirit verba, sed sufficit taciturnitas prædicta, licet ad absolutionem censuræ aliquod signum, vel nutus requiratur, quia forma verborum non est necessaria, nec ab Ecclesia præscripta, vt docent Theologi, 4. distin. 18. ibi Ricardus, art. 10. quæstion. 9. Syluester, verb. absolutio. 3. numer. 2. Nauarro, de pœniten. distin. 6. capit. 1. numer. 59. Couarr. cap. alma, §. 11. n. 6. & 7. videatur Suarez, de cẽsur. disput. 7. quæstio. 9. num. 2. Notandum tamen, non quacumque taciturnitatem sufficere ad dispensationem tacitam, sed requiri, vt videns, & potens prohibere, sine dispendio, vel difficultate taceat, aliàs autem non erit tacita dispensatio, sed pacientia, & permissio, quia cum tali dispendio, vel periculo forsitam prohibere non potest, vel non tenetur.

Obiectio.

Solut. ex Ricardo. Syluester. Nauarro. Couar. Suarez.

Not.

9. Concl. Sanchez. Salas. Nona conclusio, si illi qui petit dispensationem taceat, & non exprimat qualitatem, ad dispensationem requisitam à iure, vt exprimatur, aut requisitam ex stylo, aut ex consuetudine Curiæ Romanæ, vel Prælati, dispensatio valida non est, alias autem etiam si taceat aliquid pertinens, siue ad causam motiuam, siue finalem

lem dispensationis,quo cognito à Prælato non concederetur, aut retardaretur, aut difficilior redderetur dispensatio valida est dispensatio: Hanc conclusionem tenent multi Iurisperiti, & Theologi, & Sumistæ, quos citat, & sequitur Sanchez,8.de matrimon.disputation.21. & Salas hic disputation.20.section.15.Pro cuius intelligentia supponendum, quod licet rescripta iustitiæ valida sint, etiam si aliquid verum non exprimatur donec ab aduersario ope exceptionis elidantur, vt patet ex capit.fin.& capit.plerique, de rescriptis. Tamen rescripta gratiam continentia redduntur in valida,si aliquid verum necessarium in narratiua taceatur, iuxta capit. fin. de fil. Præsbyter. in 6. vbi licet textus loquatur, de quadam dispensatione ad beneficium, à Doctoribus tamen, ad alias dispensationes, & gratias extenditur. Vt autem manifestetur, quod nam sit verum irritans dispensationem, si taceatur, possuimus prædictam conclusionem. Prima ergo pars conclusionis, quod dispensatio sit, nulla si taceatur aliquid, quod ex iure requiritur, vt exprimatur probatur, quia intentio,& voluntas Principis præsumitur esse eandem,cum voluntate iuris: ergo vbi ius exigit, aliquid exprimi ad valorem dispensationis erit voluntas, etiam Principis, non valere, nisi exprimatur. Antecedens patet, ex lege ex facto, ff. de vulgar.& ibi aldus, & Decio, consil.33.numer.5. Secundo etiam patet, quia quandocumque in iure præcipitur, ne dispensetur in aliquo casu, si non fiat expresio,talis casus, dispensatio secundum omnes censetur nulla, ergo præsumitur intentionem Principis dispensantis esse eandem,atque intentionem,& voluntatem iuris. Antecedens patet,in casu, quo aliquis præsumsit contrahere, in gradu prohibito, quod tunc dispensatio non valet, nisi explicet se præsumsum si se prius, sine dispensatione contrahere ex eo solum, quia in Concil. Tridentin. Sesion. 24. de matrimon. capit. 5.Dicitur talem spe dispensationis cariturum: & similiter secunda dispensatio homicidij, non valet, nisi exprimatur dispensatio primi facta,quia lege 3.C.de Episcop. Audientia, determinatur, vt tale delictum tantum, semel remmittatur. Similiter impetratio beneficij redditur, nulla ex taciturnitate, alicuius veri, ex capit. si motu proprio, de Præbend.in sexto, & capit. si proponente, de rescriptis, quia ibi præcipitur, tale verum declarari. Secunda etiam pars conclusionis,quod si aliqua qualitas ad dispensationem requisita,ex stylo,aut consuetudine taceatur dispensatio sit nulla probatur, quia stylus Curiæ,aut consuetudo habet vim legis, vt supra probauimus, & patet ex lege minime,ff.de legibus: ergo idem dicendum est de taciturnitate, qualitatis requisitæ,ex stylo, vel consuetudine, atque ex iure requisitæ,& ita tenetRebuffus,Mascardo,Gutierrez, Flaminius,& alij citati à Sanchez, quos ipse sequitur,supra numer.16.& Salas loco citato. Quapropter,quod aliqui asserunt stylum Curiæ, extra Curiam non obligare intelligitur de stylo,quoad aliquas solemnitates accidentales, non autem,quoad qualitatem requisitam in dispensationibus, quia talis stylus,vim habet legis, vt diximus, & vbique retinet robur. Tertia pars conclusionis probatur ex multis casibus, nam si criminosus obtineat beneficium ignoratis criminibus factum tenet, etiam, si alias criminibus cognitis beneficium, non conferretur. Similiter,si Petrus filius hostis Episcopi ab illo incognitus,si obtineat beneficium factum tenet,etiam si alias ei non cõferretur,si cognitus esset. Similiter donationes,& eleemosinæ licentiæ,& facultates,& contractus celebrati, ex ignorantia alicuius, quod si sciretur,non fierent sunt validi, alias enim infinita scrupula orirentur:ergo similiter in dispensatione dicendum est. Notandum tamen,hoc debere intelligi,si dispensatio fiat absolute, nam si expresse,vel aliqua indicatione fieret dispensatio sub conditione aliqua; tunc si interuenit oppositum conditionis ignoratum,& non explicatum appetente dispensationem est nulla, quia tunc talis ignorantia facit,simpliciter, in voluntarium dispensantem, aliàs autem solum facit in voluntarium, secundum quid,& simpliciter est voluntarius in dispensatione, sic explicatam, tenet hanc doctrinam Innocentius,capit.dudum, secundo,de election.numer. 5. Gutierrez, libr.2.quæstionum Canonicarum,capit. 15.num.29.& alij plures, quos citat Sanchez,& Salas, vbi supra, & sic debent explicari multa loca, ex iure in quibus dispensationes, aut gratiæ declarantur nullæ, ex supræsione alicuius, quo cognito, non concederetur,loquun-

Not.

1.Pars conclus.pb.

Con.Trid.

2.Pars pb.

3.Pars pb.

Not.

Innocen. Gutierrez

tur enim de aliquo vero necessario explicando, secundum ius, aut stilum, aut consuetudinem, aut quia dispensans, vel gratiam concedens, hoc fecit subconditione expressa, aut indicata, contraria eius, quod suprimitur, & non explicatur.

Obiecteo. Etsi contra omnia prædicta facias arg. nam si taceatur aliquod verum pertinens ad causam finalem dispensationis est nulla dispensatio: ergo non tantum, quando tacetur, verum explicandum ex iure, vel stylo, vel consuetudine. Antecedens probatur, quia finis dispēsationis necessario requiritur ad valorem, dispensationis ergo tacere aliquid, circa talem finem, destruet valorem dispensationis. Respon-

Solutio. detur, quod si illud, quod tacetur, circa finem dispensationis, destruat finem dispensationis, consequenter etiam destruit dispensationem, quia sicut lex cessat cessante fine intrinseco eius, vt supra diximus, ita & dispensatio, nam talis finis pertinet ad intrinsecam rationem ipsius legis, aut dispensationis. Modo autem loquimur de extrinsecis ad naturam ipsius legis, aut dispensationis, & ex his dicimus, illa tantum, quæ ex iure sunt requisita, si taceantur facere, nullam dispensationem, alias autem etiamsi pertineant, non solum ad causam motiuam, sed etiam ad finalem nō irritam facere dispensationem, si taceantur.

Corol. Ex dictis sequitur, idem dicendum esse de proposito falso in narratiua, ad dispensationem, atque de suppressione veri, si enim falsum, quod ponitur in narratiua opponatur, vero, ex iure explicando dispensatio redditur nulla, non ex positione falsi, sed ex taciturnitate veri requisiti. Si autem falsum expressum opponatur, vero, non ex iure, vel stylo, vel consuetudine requisito, non reddit irritam dispensationem, sicut nec taciturnitas, illius veri, quod si exprimeretur, non concederetur dispensatio, itaque propositio falsi in narratiua ex taciturnitate veri debet pensari, & regulari plura alia de surreptione dispēsationis, & requisitis ad valorem illius, & quæ secundum ius, aut stylum Curiæ deberent explicari. Vide in Sanchez loco citato, nam modo tantum in communi de dispensatione legum agitur. Similiter de causis legitimis ad dispensandum, non est hic locus, vt agatur, in iure enim non inueniuntur determinatæ, sed in communi reducuntur ad vtilitatem, vel necessitatem boni communis, vel priuatę personę, quod tandem ad bonum commune reducitur. In particulari verò de hoc agitur in materia de matrimonio. Vide Sanchez, 8. de matrimon. disputatio. 19. & 20. & in materia de voto, & alijs huiusmodi, nam hic solum in communi agitur, qualiter causa ad dispensationem in lege requiratur.

Dubium II.

Qui nam sint qui in lege humana dispensare possunt?

PRIMA conclusio, Legislator in suis legibus, aut suorum prædecessorum, & æqualium, & inferiorum, potest dispensare. Quapropter Papa potest dispensare in toto iure Canonico, cum sint leges proprię, aut suorum prædecessorum, quibus æqualis est authoritatis, & hoc habetur, ex capit. proposuit, de concess. præben. potest etiam dispensare, in legibus Conciliorum, etiam includentium Summum Pontificem, si enim Concilium Pontificem non includat Papa est superior Concilio. & si Papam includat, quicumque Papa est æqualis. Quapropter quamcumqūe legem Concilij, potest Papa dispensare, tamquam legem sui æqualis, & legem cuiusque prædecessoris, & non solum dispensare, sed & reuocare potest cuiuscumque Concilij legem, eadem ratione, & Concilium definire, aut determinare non potest, vt Papa, non possit dispensare, aut derogare aliquam legem à se institutam, quia par in parem, non habet potestatem, & Concilium, quod sine Papa erat inferius, etiamsi Papam includat, non est superius, sed æquale, & sic Papam restringere, non potest, vt in legibus Concilij, dispensare non possit, aut illas reuocare. Si autem tenemus opinionem, quod Concilium sit supra Papam: tunc licet posset definire, vt Papa non posset abrogare, talem legem: non tamen posset præcipere, vt Papa non posset dispensare, quia hoc esset indestructionem, cum non semper sit Concilium ad dispensationem, & semper ad sit Papa, ad talem dispensationem faciendam. Videatur Victoria, relectio, de potest. Papæ, num. 4. Corduba, lib. 8. quæstion. 8. & 9. Azor, tomo 1. lib. 5.

1. *Concl.*

Videatur Victor. Corduba Azor.

Couarr. Turrecre. Glossa. Panor. Vazquez. Salas.

lib.5.capit.15.quæstion.5. Couarr. 2. part.4.cap.6.§.9.numer.6. Turrecremata, 3.summ.capit.52.& 53.glossa, capit. vbi periculum, de electio.in 6. Panormitan.capit.significasti,de election. Vazquez,disput.178.cap.2. numer.15. Salas,disputatio.20.sectio.3.qui plures aliios referunt,potest etiam Papa dispensare in legibus Apostolicis, quæ mere humanæ sunt,& quas vt pastores ordinarij instituerunt, vt sunt leges ieiunij, & obseruationis festorum deuigamo, non ordinando. De quo 1.Thim. 3. & aliæ huiusmodi,nam licet Apostoli, in alijs præcellant,Papa tamen in iurisdictione ordinaria æqualis est Apostolis, & Petro cuius est iucessor,& sic in legibus illius dispensare potest. Sic docet Diu. Tho

Videatur D. Thom. Victor. Couarr.

mas,quodlibeto 4. artic. 13. Videatur Victor.& Couarr.citati, potest etiam Papa dispensare in iuregentium, si opus fuerit ad bonum spirituale, & Ecclesiasticum, quia vt supra diximus, ius humanum est: sicut potest in quacumque lege sæculari ad prædictum finem dispensare, potest etiam Papa, sicut & quilibet alius Legislator, secum in prædictis legibus dispensare, sicut docet Diu. Thom.2.2. quæstio.185.art.8.Caiet.12.quæst.96.

D. Thom. Cai. Cordu.

art.5.Corduua,lib.3.quæstio.31.& non solum mediate tribuendo alteri potestatem, vt cum illo dispenset,sed immediate, licet æquius esset alteri talem potestatem tribuere, vt secum dispenset, quia nullus est bonus iudex in propria causa: vtrum autem immediate,secum dispensando sit propriè dispensatio, aut impropriè, quia ad propriam dispensationem requiritur iurisdictio,quam supra se ipsum non habet,nihil interest, hoc vel illud affirmare. Vide Salas disputatio. 20. section.12.

Corol contra Azor. Tene.tamē Sylueſter. Angel. Armilla. Tabiena. Sayrus. Sanchez. Salas.

Ex dictis sequitur,idem dicendum esse de Episcopo respectu suarum legum, aut Synodi, aut suorum prædecessorum, ad omnia enim ista superior vel æqualis est, vt dispensare possit, & hoc intelligitur etiam,si constitutio Episcopi à Papa sit confirmata simplici confirmatione: nam tunc non facit Papa propriam,si bi illam legem, vt maneat superior Episcopo, sed tantum intendit tribuere, robur legi Episcopali, vt melius Episcopus obediatur. Si autem aliqualiter Papa insinuaret,taliter illam legem confirmare, vt faceret illam,sibi propriam: tunc iudicandum esset de illa lege,sicut de alijs legibus Papæ, hoc corolarium est contra Azor,tom.1.libr.5.cap.15.quæstio.7. Nostram tamen doctrinam tenet Sylueſter,verbo.beneficium,3.quæstio.9. numer.13.Angel.numer.22.Armilla,numer.27.Tabiena,2.quæstion.15.num. 17.Sayrus,tom.1.libr.6.capit.11.numer.21.Sanchez,8.de matrimon.disputatio.17.numer. 30. & Salas, vbi supra, imò etiam si Papa,confirmet legem Episcopalem faciendo,sibi propriam probabile est Episcopum,adhuc in illa dispensare posse,quia etiam in legibus immediate à Papa factis pro vna diœcesi,solum & non pro tota Ecclesia, tenet Caiet. & multi, cum illo Episcopum dispensare posse,quanto magis in propria lege, etiã si à Papa confirmetur facta, sibi propria, pro illa diœcesi.

2.Corol.

Sequitur etiam,secundo idem dicendum esse de Legislatore sæculari, quod in sua lege,vel prædecessorum, vel inferiorum dispensare possit, quia quantum ad hoc eadem est ratio,in iure autem gentium,iam diximus, in superioribus posse dispensare in eo,quod attinet ad propriũ territorium. Si autem attinet simul ad aliud non potest,nisi simul ex conuenientia,cum altero Priucipe,etsi attinet ad totum mundum consensus omnium requiritur.

2.Concl.

Secunda conclusio, nullus potest in legibus superioris,sine illius commissione dispensare,& consequenter,nec Episcopus per se loquendo in legibus iuris Canonici dispensare potest. Prima pars,

1.Pars cõclus. Soto. Sylueſter 2. Cai. Valent. Glossa. Rebuf. Innocen. Panor. Archid. Felin. Couarr. Gutierrez

quod inferior etiam Episcopus dispensare,non possit in legibus superioris, tenet Soto, 1.de iust.quæstio.7.art.3. Sylueſter,verbo,dispensatio,quæstio.9. num. 14.Caiet.hic & putat esse Diu. Thom. ad 3.Valent.12.disputation.7.quæstio. 5.punto 9.& omnes moderni Theologi. Item glossa,cap.cum singula,§.vltim.de præben.in 6.Rebuphus,tractat.nominationum,quæstion.5.numer.32.& in practic.part.1.titul. de translat. Monach. numer.9.Innocent. capit. dilectus, de tempor.ordinar.numer.2.& 3. Panormitan.cap.tam litteris, de testibus, numer. 3.Archidiaconus, capit. licet. Canon. de election.in 6.Felin.capit.at si Clerici, §.fin.de iudic. numer. 5. Couarruuias, 4.decretalium,part.2 cap.6.numer.15. & §.10.numer.11.Gutierrez, 1. quæstionum canon. capit. 5. numer.10. & plures alij,quos citant, & sequuntur Sanchez,8.de matrimon.disputation.5.numer.1.& 2.de matrimon.disputation.40.

numer.1. & Azor tom.1.libr.5. capit. 15.quæstion.7.& Salas.disputation.20. section.3.& probatur ex clem.ne Romani, de elect.vbi expresse dicitur inferiorē non posse tollere legem superioris abrogando dispensando, &c. & capit. inferior,de maior.& obedien.& capit. inferior,21.distin.& capit.sunt quidam,& capit.ideò,21.quæstion.1.& lege 1.C. de legib.Ratioque est manifesta,nam idest, esse aliquem superiorem alteri,quod possit supra ipsum, & id est,esse inferiorem, quod non possit supra dispositionem alterius,nam si posset, iam in eo esset superior. Confirmatur, nam inferior, non habet iurisdictionem supra superiorem: ergo non potest dispensare, aut immutare dispositionem superioris,patet, consequentia,quia hoc iam esset iurisdictionem,supra superiorem, & acta illius habere, nec valet si dicas,quod inferior, si alias est Prælatus habens iurisdictionem ordinariam,eo ipso habet potestatem dispensandi, in quacumque lege. Respondetur enim,hoc sibi non competere, nec ex concessione iuris,cum oppositum disponat, vt probauimus,nec ex natura rei, quia potestas ordinaria inferior, potius dicit esse infra, quam supra dispositionem superioris. Etsi contra facias argumentum,quod Episcopus in sua Diœcesi potest, quidquid potest Papa in tota Ecclesia,nisi à Papa prohibeatur,vt colligitur ex capit.nuper,de sentent. excommun.in 6.& capit.at si clerici,§. de adulterijs,titul.de iudicijs, & sic habent pro certa regula,Abulensis,Victoria, Soto, & plures Iuristæ,quos citat Sanchez, 1. de matrimon.disputat.61.numer.3. Respondetur, illam non esse certam regulam,nisi supposito Episcopum immediate habere iurisdictionem iure diuino, non autem in opinione, quod illam habeat communicatam à Papa, illa tamen opinione ad Missa,adhuc Episcopus non habet,tam amplam potestatem in sua diœcesi, sicut Papa in tota Ecclesia, quia Papa potest committere Præsbytero ministerium Sacramenti confirmationis, vel ordinandi minoribus ordinibus, habet etiam potestatem dispensandi, in matrimonio rato, non consummato, vel dispensandi in voto solemni, secundum opinionem aliquorum, absolute concedendi indulgentias, pro viuis,& defunctis ad plenam remissionem pœnæ, instituendi censuras,approbandi Religiones, canonicandi solemniter Sanctos,quæ qui dam omnia Episcopus, non potest. Dato autem absolute esse verum Episcopum posse in sua diœcesi, quod Papa in Ecclesia intelligendum est, considerato Episcopo, seorsum,antequam Papa aliquid statuat. Semel autem aliquo statuto à Papa Episcopus,non potest illud immutare,quia iam excipitur a superiori, a iurisdictione inferioris. Ad locum autem allatum,ex capit.nuper,respondetur ibi loqui de absolutione ab excommunicatione, si enim non reseruetur, etiam si à Papa,ponatur,potest Episcopus ab illa absoluere, quia cum excommunicatio sit pœna medicinalis intendens correctionem, & emendam,si ista habeatur ius permittit,quod ab Episcopo, imò etiam a Parrocho absoluatur,cum absolutio necessaria sit ad vsum Sacramentorum, quem habita emenda,non vult ius impedire, quæ ratio non currit Dei regularitate, & alijs pœnis positis in iure Canonico. Quapropter, non ita ab illis, sicut ab excommunicatione,non reseruata Episcopus potest dispensare,nec etiam prædicta ratio currit, de dispensatione legis. Quapropter etiam,si ab excommunicatione posit absoluere non potest in lege dispensare,absolutio enim ab excommunicatione,non est legis dispensatio, nam lex dicit, quod excommunicatus, non communicet, & in hoc dispensare nō potest Episcopus, non autem præcipit, vt excommunicatus respiscens ab Episcopo,non absoluatur. Et ideò Episcopus absoluēs nō facit cōtra legē,quare autē magistratus possint leges superiorum,quātum ad pœnas lenire, & moderari, non autem iudices Ecclesiastici pœnas Ecclesiasticas, præter excommunicationem tractatur,cum Diu.Thom.2. 2. materia de iudicibus. Secunda vero pars conclusionis, quod inferior, vt Episcopus ex commissione, & de legatione superioris, possit etiam in legibus iuris communis dispēsare manifesta est,quia sicut Legislator potest per se ipsum,ita & per aliū illi suas vices cōmitēdo poterit dispēsare.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

2.Pars cō.

Maior autem difficultat est in explicando, quando inferior censeatur habere vices,& commissionem superioris, ad dispensandum. *Dub.*

In primis enim est talis commissio expressa, aut per clausulam generalem, vt in Concil. Triden. Section.24. capit.6.de reformat.aut designantem casum particularē,aut per priuilegiū perpetuo concessum alicui dignitati, vel perso- *Resp.* *Conc. Tri.*

næ,

næ. Secundo implicita,& virtualis, talis est,quando in iure dicitur posita aliqua lege,nisi cum eo fuerit dispensatum : tunc enim non determinando à quo debeat fieri dispensatio implicite concedit facultatem,vt ab Episcopo fieri possit, vt docet Syluester,vbi supra,& glossa.cap.in quibusdam de pœnis, vbi cum dicitur certos hæredes, non posse assequi prælationis honorem,nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum,intelligitur dispensationem fieri posse ab Episcopo,vt ibi explicat Ioann. Andræas, Gofrædus, & alij quos refert Panormit.numer.5. similiter cap.postulastis,de clerico excomm. vbi dicitur excommunicatos,non posse retinere beneficia,nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum intelligitur dispensationem fieri posse ab Episcopo,vt ibi explicat glossa,Innocent. Panormit.idem tenet glossa,capit.si quis de elect.& ibi Innocent.Hostien.Cardin. Baldus, Imola, & alij plures Iuristæ,& Theologi, quos citat,& sequitur Sanchez, 8. de matrim. disputatio.5.numer.1.& ad hoc est optima ratio,quia licet dispensatio sit odiosa, quia est contra legem,atque adeò sit restringenda,& verba illius commissionis limitanda,tamen potestas dispensandi est fauorabilis,nec contra legem,atque adeo extendenda. Vndè si in iure non reseruatur expresse potestas dispensandi ad Papam,sed dicitur,nisi cum eo fuerit dispensatum intelligitur implicite relinquere dispensationem Episcopo,& tantum per legem prohibere illud,si ab Episcopo non dispensetur.

Sylueſter. Gloſſa. *Ioa. And. Gofredus.* *Gloſſa. Innocen. Panor. Hoſtien. Cardin. Bald. Immol. Sanchez.*

Item præsumitur implicita commissio ad dispensandum,quando est talis consuetudo.ista enim vt diximus habet vim legis, sufficit quetribuere iurisdictionem,& sic illa stante potest ab inferiori fieri dispensatio in lege superioris.

Similiter est implicita commissio in casu magnæ,& subitæ necessitatis,quando non est facilis recursus,ad superiorem, vt docet Soto, Sylvester, & Azor, citati, quod quidem habet verum in dispensatione impedimenti dirimentis matrimoniũ, & etiam irregularitatis,vel cuiuscumque censuræ reseruatæ,vel voti.Contra multos,quos citat Sanchez,2. de matrimon. disputatio.40.numer.2.&Medinam hic. Tenet tamen nostram sententiam,Sylvester,verbo,dispensatio,quæstio. 9. num. 15.Tabiena,quæstion.14.Armilla,numer.19.Angelus, numer. 5.Rodriguez in Bulla Cruciatæ,§.13.num.6.Ludouicus Lopeb,2.part.instructo,capit.vltim. Vega, 1. summ. casu 232.& libr.6. casu 143.Soto,4.distin. 41. quæstion. vnic. artic.3.Nauarro,in summ.Hispan. capit. 22.numer.86. &in latina , numer. 85. Vazquez disputatio.178. capit.2. numer.16.Azor.tom.1.libr.5.capitul.15. quæstion.7.& Salas,loco citato,& multi Iuristæ,quos ipsi citant, maxime Sanchez,quod quidem limittandum est,quãdo impedimentum est occultum, & necessitas est publica,vt quando matrimonium est publicum,& impedimentum secretũ, quia tunc esset maximum scandalum in seperatione,vel impedimenti manifestatione. Vndè si alia via subeniri non potest, dum ad superiorem recurritur,& est periculum in mora,& non est facilis additus potest ab Episcopo dispensari:similiter si clericus incurrat irregularitatem occultam,& oriantur consimiles difficultates ex mora dispensationis à superiori , & idem de voto , ratioque est manifesta, quia præsumi non potest,quod Papa intendens bonum commune in tali casu dispensationem vellit reseruare in tantum detrimentum animarum:ergo tunc implicita,& interpretatiua est commissio ad dispensationem.

Soto. Sylueſter. Azor. Centra Medina. *Noſtram ſent. tenet Sylueſter. Tabiena. Armilla.* *Angel. Rodrig. Lud. Lop. Vega. Soto. Nauarro. Vazquez. Azor. Salas.*



Ex quo sequitur,quod licet ante contractum matrimonium,si tales difficultates,& inconuenientia occurrerent posset Episcopus dispensare ,tamen regulariter optime,aduertit Soto , Episcopum post contractum matrimonium posse dispensare , non antea vtique , quia antea talia inconuenientia non ocurrunt ,sed postea. Si autem ocurrant , licet raro eadem est ratio dispensandi , & pro pleniori intelligentia. Notandum,quod inter difficultates adeundi ad superiorem , vna est paupertas , ad expensas , & propter illam poterit Episcopus dispensare , quia non est verum , quod asserit Vazquez : tunc Episcopum teneri ad subeniendum,per elemosinam , & non per dispensationem, non inquam est verum , quia licet Episcopus teneatur , ad elemosinas , sed non ad istam , aliæ enim forsitam magis vrgent , & magis necessariæ sunt. Vndè per dispensationem,huic poterit necessitati subuenire. Hoc tamen si prædictæ necessitates fuerint manifestæ , nam si sit dubium poterit Episcopus interpretari, ad sæcuritatem conscientiæ,sed non dispensare,ad dispensationem enim , certo causam debet cognoscere,alias enim causa nõ existente,cũ sit dispẽsatio in lege superioris

Corol. Soto. Not. Contra Vaz quez.

rioris valida non erit, & si sit causa, si tamē non certo cognoscatur peccauit dispensando.

Vltimo præsumitur tacita, & implicita commissio superioris, vt inferior possit dispensare, quando est leuitas materiæ, quia parum, pro nihilo reputatur, aut frequentia euentus talis necessitatis, tunc enim molestum nimis esset frequenter, & pro parbis, ad superiorem recurrere, sic tenent Soto, Sylvester, Azor, & Caiet. 2.2.q.143.art.8. Nauarro, in summ. cap.21.num.21. Similiter iudicādum est de legibus pure pænalibus, vt sunt leges Dominicanæ, semper enim præsumitur manere in Prælatis inferioribus, vt prioribus potestatem ad dispensandum, quia eo ipso, quod superior nolluit obligare ad culpam indicauit non esse rem tanti momenti, vt vellet, sibi esse reseruatam, sed de hoc curare Prælatos inferiores, quibus maiora his committuntur.

Soto. Sylvester. Azor. Caiet. Nauarro

Tertia conclusio, si aliquis à Papa obtineat expressam licentiam, vt aliquis inferior, cum eo possit dispensare, non propterea amittit Episcopus, vel alius potestatem dispensandi, si illam habebat, aut ordinariam, aut ex commissione explicita, vel tacita. Vnde ille potest non vti illa licentia Papæ, & recurrere ad Episcopum, vt secum dispenset, per suā potestatem, quā aliàs habet ordinariam, aut ex commissione tacita, imò etiam si alius ex licentia obtenta Papæ, iam dispensasset commutando, posset Episcopus, vel habens potestatem ordinariam, vel commissionis tacitam dispensare, sine commutatione, aut commutando in partem matetiæ, in quā alius commutauerat, quia licentia illa alteri collata à Papa: nullatenus est reuocatoria potestatis ordinariæ, aut commissionis implicitæ, & tacitæ, quam Episcopus, vel alius habebat, & qui obtinuerat licentiam à Papa potest cedere iuri suo, & ad inferiorem recurrere. Vide Nauarro, lib. 1. cons. 1. de offic. num. 2. & Sanchez, 8. de matrim. disp. 14. num. 3. & 4.

3. Concl. Nauarro. Sanchez.

Maior autem difficultas est, quando petita licentia à Papa fuit ab illo negata, quia existimauit non esse legitimam causam, si possit Episcopus potestatem ordinariam, aut ex commissione tacita exercere dispensando, an vero illa negatio licentiæ, vel dispensationis sit virtualitis reseruatio, vt inferior illam facere non possit ad hoc. Respondetur, supponendo prædicta, quod potestas dispensandi inferioris, vt Episcopi, potest esse ordinaria, aut ex commissione, & ista duplex explicita, aut implicita. Item explicita potest esse per generalem commissionem, vt illa Concilij Trid. Sess. 24. quæ perpetua est, & officio annexa, aut vero potest esse particularis per speciale priuilegium. Dicimus ergo, quod si potestas dispensandi est ordinaria, aut officio, & dignitati anexa, quæ quasi ordinariae reputatur: tunc etiam licentia negata a Papa existimante, non esse causam potest Episcopus (verbi gratia) per suam potestatem dispensare, valide quidem, licet non licite per potestatem ordinariam, causa non existente. Si tamē causa existat, quam Papa non cognouit, potest etiam dispensare, per potestatem, prædictam commissionis, nam si causa nō esset dispensatio esset nulla iuxta supradicta, quia per negationem Papæ, non tollitur potestas, quam alias habebat Episcopus, nec fit reseruatio, sed non fit nona, & particularis concessio petita, & remanēt res in suo statu, ac si talis licentia, non esset petita, & idem dicēdum est, si potestas dispensandi erat collata, per speciale priuilegium. Si autem potestas dispensandi, tantum erat tacita, & interpretatiua, propter instantem necessitatem vel periculum in mora, vel alias causas assignatas, fundata in epicheya, talis potestas, tunc negata licentia à Papa, Episcopus, vel alius inferior Papa, dispensare non potest in illo casu, quia cessat tacita commissio, vbi adest oppositā contraria voluntas, non enim est virtualis voluntas, vbi adest contraria formalis, diximus in illo casu non posse, quia in alijs etiam cum similibus, & etiam eiusdem speciei in alijs personis concurrentibus potest dispensare inferior, quia volū tas formalis opposita, solum tollit virtualem in illo numero casu, nō autem in alijs in quibus iam secundum prudentiam potest iudicari, & præsumi Papam consentire in talem dispensationem.

Conc. Tri.

Dub.

Resp.

Dubium III.

Quot modis potestas dispensandi excommissione, aut ipsa dispensatio cesset, & finiatur?

PRO intelligentia notandum, potestatem dispensandi, aut dispensationem ipsam

1 *Not.*

ipsam cessare posse, aut ex parte concedentis, talem potestatem, vel dispensatio nem, aut vero ex parte illius cui committitur potestas dispensandi, vel cui conceditur dispensatio.

2.Not. Secundo notandum, concedentem, vel cui conceditur potestas dispensandi, vel ipsa dispensatio posse considerari, dupliciter primo materialiter, secũdũ personã, vt Petrus, vel Paulus est, secũdo formaliter, secũdũ dignitatẽ, vel officiũ, quatenus Papa, vel Episcopus, vel Vicarius est.

1.Concl. Prima conclusio, ex parte concedentis cessat dispensatio, aut potestas dispensandi, quando potestas dispensandi, vel dispensatio fit à superiori, vt persona particularis, & materialiter: tunc ipso mortuo, vel à moto aut officio relicto cessat potestas inferiori commissa, aut dispensatio ab ipso facta, si res sit integra, hoc est si iam inferior non incepit, vti tali potestate, nec de veniẽdũ est ad dispensatienẽ, nam si illa iam est facta, vel inceptum est fieri, maxime in negotio iustitiæ potestas commissa, non cessat vt patet ex cap. gratum, & cap. relatum, de officio, de legati, & l. mandati, C. mandati. Hæc conclusio patet, nam si concesio erat à persona vt talis, mortua persona non est à quo, illa cõmisio habeat robur. Notandum tamen, quod quando dicimus commisionẽ posse fieri à superiori materialiter, vt talis persona, non intendimus excludere dignitatem eius, nam illa exclusa, commisionem illam facere non posset, sed intendimus, illam commisionem fieri, à tali persona includente dignitatem specificatiue, & non reduplicatiue, videlicet, quod illam commisionem, faciat Petrus Episcopus, vel Papa materialiter, & personaliter, vt est hic Papa, & Paulus, non autem formaliter, vt Papa nomine dignitatis non determinando, quod sit Petrus, vel Paulus. Item notandum, hoc intelligi in foro exteriori de commisione iurisdictionis externæ, nam in foro conscientiæ, quomodocumque fiat commisio, vel dispensatio valida est, etiam mortuo superiori concedente, vt facultas eligendi confessãrium, non cessat etiam mortuo concedẽte. Item notandum dixisse in conclusione spirare dispensationẽ superioris mortui, si res sit integra, & dispensatio non sit, iam facta, quia superior, vt Papa dupliciter, solet dare dispensationem vno modo factã, quia statim ipse dispensat, alio modo tribuit dispensationem faciendam, quia dat facultatem (verbi gratia) Episcopo, aut Vicario vt illã faciat: dicimus ergo, quod si dispensatio est facta à superiori, etiam si ille moriatur dispensatio durat, vt si concesit licentiam celebrandi in oratorio, vel edendi carnes in quadragesima, vel non residendi, aut tribuit litteras dimissorias, ad ordines recipiendos: tunc facultas est facta, & non spirat, si autem dispẽsatio est facienda ab inferiori ex commisione superioris, vt talis persona, tunc spirat mortuo superiori. Si tamen vt diximus, iam non est facultas executioni mãdata, aut in cepta, mandari in negotio iustitiæ: nam tunc progrediendum est in negocio, quia durat commisio. Vide Sanchez, 8. de matrimon. disp. 27. & 28.

Secunda conclusio, quando potestas dispensandi. vel dispensatio est facta à superiori formaliter, secundum dignitatem, vt Papa non determinata persona Papæ: tunc talis commisio, vel dispensatio, non cessat, nec spirat, etiam superiori mortuo, vel officio relicto, hæc patet, quia si facta est à superiori, secũdum officium, vel dignitatem, cum officium, & dignitas, non cesset illo mortuo consequenter, nec eius commisio, durat enim quamdiù durat à quo talis cõmisio, vel dispẽsatio est facta. *2.Concl.*

Si autem inquiras qualiter dignosce re possumus, si commisio. vel dispensatio fiat à superiori materialiter, & personaliter, an vero ab illo fiat formaliter, & secundum officium, & dignitatem. Respondetur, attendendum esse, ad verba concesionis, si enim exprimat illud concedere, secundum durationem suæ voluntatis, vel beneplaciti, aut dum sibi placuerit, vel voluerit, vel ad arbitrium suæ volũtatis. aut verba similia. tunc commisio est personalis, & cessat morte illius. Si autem asserat illud concedere ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, aut dum Sedes Apostolica voluerit: tunc concesio est à superiori, secundum dignitatem, & non spirat morte illius. Idem dicendum est, si asserat hanc facultatem concedo. donec ipsam reuocem, durat etiam si moriatur: siquidem nõ reuocauit, non enim est idem dicere, si nõ reuocauero, hac dicere dum fuerit voluntas mea, quia illo mortuo non durat volũtas eius, & sic cessat commisio, mortuo autem etiam est verum, non reuocasse, & sic durat, quia comissa est, vsque ad reuocationem. Si autem concesio fiat, sine limitatione, sed absolute censenda est facta, formaliter ab officio, & sic durare etiam post mortem concedentis. *Dub.* *Resp.*

Tertia conclusio, etiam cessare potest ex *3.Concl.*

Felin. ex parte superioris dispensatio, aut potestas dispensandi commissa inferiori, per reuocationem talis concessionis, quę si gratis fuit facta a superiori reuocari potest ad libitum, vt docet Felin. capit. nobit, de iudicis, num. 8. & 9. & 10. reuocatio autem debet fieti in particulari, si concessio facta fuerat in particulari incommunitate, autem si facta fuerat incommuni. Si autē concessio, vel priuilegium contrarium est concessum duabus singularibus personis, si primum erat generale, & secundum speciale primum reuocatur per secundum etiam nulla facta mentione primi, & si vtrū que est generale primum valet, quia generale, non reuocatur, per aliud generale, & à fortiori, si primum etat speciale non reuocatur, per secundum generale, & similiter, si vtrumque est speciale. Dixi in conclusione ad libitum reuocari posse concessionem, si fuit facta gratis, nam si fuit facta, cum aliquo onere, & conditione implenda à dispensato, vel priuilegiato: tūc impleto onere, seu conditione reuocari non potest ad libitum, sed causa vrgente existente, & similiter si per talem concessionem, iam adquisisset aliquod ius, vel dominium: tunc enim in iuria irrogaretur dispensato, vel priuilegiato, si sine vrgēte causa dispēsatio, vel priuilegiū reuocetur. Quapropter etiā aduenięte anno iubilei plenissimi, etiā si omnes gratiæ, & indulgētię reuocētur Bulla Cruciatæ, nō manet reuocata, quia ista gratiæ Bullæ fuit concessa, cum onere, & conditione soluēdi duos argenteos, & illis solutis fieret in iuria soluenti: si ei gratia concessa reuocaretur, sic bene Rodriguez in expositione Bullæ, §. 12. numer. 13. & alij plures, quos citat, & sequitur Sanchez, 8. de matrimon. disputarion. 33. numer. 10. & Salas disputatio. 20. section. 18. Dixi etiam in cō clusione superiorem ad libitum posse reuocare potestatem, vel dispensationem data tam omnino gratis, quia Prælatus inferior dispensans ex commissione, non potest, sine causa dispensationem reuocare, & reuocatio esset nulla, sicut enim sine causa dispensare, non potest: ita nec sine causa dispensationem reuocare, quia est quasi legem instituere, iterum ad subiectionem legis dispensatum reducere, ita glossa, capit. cum ex eo, de election. in 6.

Rodrig. Sanchez.

Not.

Concl. Quarta conclusio ex parte illius, cum quo dispensatur, vel cui committitur potestas dispensandi potest cessare, talis potestas, vel dispensatio, dupliciter primo, nam si ei concedatur personaliter ipso mortuo cessat talis potestas, aut dispensatio, quia non stante persona, non potest manere commissio personalis. Si autem dispensatio, vel commissio detur ei tatione officij, vel dignitatis, etiam ipso mortuo, vel à moto manet, talis dispensatio, vel potestas in successore, quia cū inisto maneat eadē dignitas, vel officium manet formaliter ille cui data est dispensatio, vel potestas dispensandi, quando autem concesio sit personalis, vel ratione officij colligitur, sicut diximus, de concedente, si enim in concesione exprimatur nomen eius, cui fit concesio: tunc est personalis, si autem solum exprimatur dignitas, vel officium, tunc dignitati, & cuicumque habenti, illam datur talis commisio, vel dispensatio (verbi gratia) si commisio detur Petro, etiam si dicatur Petro Episcopo Segouiensi, est personalis. Si autem nomine proprio supræsso committatur Episcopo Segouiensi, commisio datur officio, & succedit in tali potestate, quicumque succedit in dignitate, sicut è contra, quando commisio est personalis durat durante persona, etiam si ab officio remoueatur.

Corol. Panor. Abbas. Ex quo sequitur, quod si commisio, & potestas dispensandi, detur Vicario, Episcopi, aut alterius, ipso mortuo, vel à moto durat talis potestas in sequenti Vicario, quia licet vicaria, non sit dignitas, nec propriè habeat successorem tamen, vt notat Panormit. cap. qui, Abbas, de officio de legati, numer. 11. ex vsu, & praxi, secundum mentem Pontificis habetur, quasi dignitas cuius commisiones permanent in sequenti Vicario, dico in sequenti Vicario, quia non remanet in Episcopo ante designationem alterius Vicarij, quia Episcopus non est successor Vicarij, sed alius Vicarius aduenies: itaque Vicarius dependet in fieri, & conseruari ab Episcopo, potestas autem collata Vicario a Papa non dependet ab Episcopo, sed illam habet, quicumque fuerit disignatus Vicarius ab Episcopo, vel capitulo sede vacante habente potestatem Episcopalem. Si autem in aliquo Episcopatu sint plures Vicarij, commisio intelligitur data Vicario principali, & si sint duo æquales, ad libitum est eligere, quemcumque, semel autem vno electo, non potest addiri, ad alium (nisi priori mortuo, vel a moto) etiam excesione prioris, quia tunc nomine Vicarij intelligitur ille remanens, à principio autem nomen Vicarij in litteris concesionis determinatur per electionem vnius illorum.

Secundo

Secundo potest cessare dispensatio, vel potestas dispensandi alicui commissa per non vsum decennalem oblata occasione illud exercendi.

Tertio etiam cessat, per expletionem actus ad quod datur dispensatio, vel potestas, est autem dissensio inter Doctores, quando dicatur actus expletus, vt dispensatio dicatur cessare, & omissis multis dico materiam dispensationis aliquando cõsistere in vnico solo actu, vt patet in dispensatione contrahendi, cum tali consanguinea, aut non implendi votum ingrediendi Religionem, vnico actu expletur talis dispensatio nubendo, cum illa, & sic finitur, aliquando autem materia dispensationis habet multiplicem actum, vt materia ieiunij, aut voti castitatis, aut non nubendi, aut non recitandi, &c. dico ergo tunc inspicienda esse verba concessionis: vtrum sint absoluta, vel determinata, si enim determinate fiat concessio, vt semel nubat vnico matrimonio finitur dispensatio, & altero coniuge mortuo, iterum nubere non potest. Similiter data dispensatione, non ieiunandi vna qurdragesima in altera debet ieiunare. Similiter data dispensatione non recitandi odie tenetur recitare cras, quia finitur dispensatio iuxta limitationem concessionis. Si autem concessio, aut dispensatio datur absolutè, sine verbo limitante, non finitur dispensatio vno, vel altero actu, sed remanet ad omnem actum in illa materia. absolute enim data dispensatione nubendi, non ieiunandi, aut non recitandi potest numquam ieiunare, num quã recitare, & toties quoties solutus fuerit à matrimonio nubere. Vide Sanchez, 8. de amon. disput. 31. num. 8.

Vide Sanc.

Quarto cessare potest dispensatio, aut potestas dispensandi ex parte illius, cui fit concessio, per renuntiationem, talis concessionis, & priuilegij dati in bonum particulare illius, nam si sit in bonum cõmunitatis, vel status renuntiare non potest, quia tunc non est ius apud ipsum, sed apud communitatem, vel statum, & ideò Clericus renuntiare non potest priuilegio fori in damnum suistatus. De quo Molina, tom. 2. de iust. tract. 2. disput. 571. §. maius dubium est, quod tamen intelligendum est acceptata renuntiatione, & cognita à superiori, nam si ab illo non sit cognita potest, iterum reddire ad vsum suæ dispensationis, quia adhuc, durat voluntas concedentis à quo pendet, valor dispensationis. Idem dicendum est si per litteras detur à Papa dispensatio facienda à commissario in voto, vel iuramento, etiam enim, si ante factam dispensationem à commissario mentaliter, renuntiet tale priuilegium, potest illo vti, quandiù concedenti, non constat talis renuntiatio, quia licet illa interior renuntiatio sit, quasi repetitio voti, vel iuramenti supra totum illud cadit facultas dispensandi, quandiù à commissario de facto, non est dispensatum. Semel autem facta dispensatione à commissario, si adhuc renuntiet, etiam interius talem dispensationem, inquirendum est de illo. si per hoc intendat, saltem virtualiter de nobo bobere, & se obligare, quia sic per nouum votum manet obligatus, licet antiquum dispensatione perierit, quia votum est lex particularis, quam sibi, quando placuerit potest imponere. Si autem, per illam renuntiationem, non intẽdit nouum votum, & nouam obligationem, sed per ignorantiam existimat pro suo libito posse vti, vel non vti dispensatione voti præcedentis, sine emissione nobi voti: ũc non manet irrita dispensatio, sed potest ad vsum illius reddire post renuntiationẽ internam illius non cognitam à superiori plura de priuilegijs. Vide in Salas tract. 14. disputat. 17. per totam, & nos aliqua diximus supra quæst. 90. art. vltim. dub. 4. Aliud dubium posset hic moueri de interprætatione dispensationis, sed de hoc late agit Sanchez, 8. de matrim. disp. 1. & Salas tract. 14. disp. 20. sectio. 10. & 11. & nos supra egimus, de interprætatione legis, quæstio. 96. art. 6. quæ omnia ad interprætationem dispensationis possunt adaptari.

Quæstion.98.De Lege veteri.

Art.I.

Vtrùm lex vetus fuerit bona?

Conclusio sit lex vetus bona fuit, sed non perfecta.

Dubitatur.

Vtrùm conclusio Diu. Thomæ sit vera?

Probatur, quod non primo ex illo Ezech. 1. *Arg.*

Ezech.20.dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent,& ad Hæbreos,8.Si illud prius(scilicet testamentum)culpa vacasset non vtique secundi locus inquiretur:si ergo culpa in veteri testamento reperitur non erit lex bona,

2.Arg. Secundo arg.illa lex erat causa, vel occasio multorum peccatorum:ergo non erat bona consequentia,patet, quia quod inducit ad malum non potest esse bonum antecedens verò probatur.Rom. 5. Lex subintrauit,vt abundaret delictum,Rom. 7.Peccatum non cognoui,nisi per legem & infra,sine lege peccatum mortuum erat &c.sed cum venisset mandatum peccatum reuixit,ad Galat.3.Lex propter trãsgressores posita est,& alij legunt,propter transgressiones,& facit sensum,vt abundarent transgressiones,vbi ly,vt,licet nõ imtet causam, dicit tamen euentum, & hoc sufficit, vt lex non dicatur bona, ex qua euenit malum,ad Hæbr.7.Ad minus vocatur inutilis,dũ dicitur reprobatio prioris mandati,propter infirmitatem eius, &

Conf.1. inutilitatem. Confirmatur,ex Chrisost. hom.28.Imperfecti dicente vides, quod lex in iusta est,& onerosa,& subdit ergo lex immittis est,lex superba est,&c. Con

Conf.2. firmatur secundo,nam 2.Corint. 3.Appellatur lex mortis,& Roman.7. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, quod si intelligatur,de morte animæ importat iniquitatem,& si de morte corporis crudelitatem.Confirmatur tertio, nam Exod.

Conf.3. 21.Præcipitur eruere oculum pro oculo,& dentem pro dente, quod tamquam crudele improbatur,Matth. 5. Superaddens:ego autem dico vobis non resistere malo,diligite inimicos,&c.

3.Arg. Tertio arg.illa lex erat impossibilis, aut difficilis valdè: ergo non erat bona, consequentia patet,quia vt supra diximus de natura legis est,non esse impossibilem, imò nec multum difficilem. Antecedens vero probatur,ad Galat.3. Quicumque ex operibus legis,sub male dicto sunt,scriptum est enim maledictus omnis,qui non permanserit in omnibus,quæ scripta sunt in libro legis,vt faciat ea,ac si dicat, qui non seruat legem male dictus est:ergo omnis,qui sub illa lege erat maledictus erat, quia nullus illam seruauit. Si ergo nullus illam seruauit impossibilis, aut multum difficilis erat.Idem patet.Actor.15.quid tentatis Deum,imponere iugum super cervices Discipulorum,quod nec Patres nostri,nec nos portare potuimus. Idem ad Roman.5.& 7.& 8. Quod impossibile erat legi:&c.de peccato damnauit peccatum,vt iustificatio legis impleretur.

4.Arg. Quarto arg.in illa lege, Deuter. 23. Concedebantur vsuræ,& cap.24. Concedebatur libellus repudij,quæ sunt contra rationem naturalem:ergo illa lex non erat bona, patet consequentia, quia quæ contra rationem sunt,non bona,sed mala sunt.

5.Arg. Quinto arg. præcipuum illius legis erant sacrificia,sed ista non erant Deo placita,sed potius ex vsa:ergo non erant bona.patet consequeutia, quia bonum non potest Deo,non placere,cum sit defectus voluntatis illius,omne enim bonum desursum est descendens à Patrem luminũ, vtique per eius voluntatem,per quam ad iunctam scientiæ omnia producit,iuxta illud omnia,quæcumque voluit fecit. Antecedens vero probatur,Esai.1.Quo mihi multitudo victimarum,vestrarum, &c. non afferatis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi Kalendas vestras,& solemditates vestras, odiuit anima mea facta sunt mihi molesta, Psalm. 50.Holocaustis non delectaberis,Psal.39. Sacrificium,& oblationem noluisti,Psal. 49.Non accipiam de domo tua vitulos, neque de egregibus tuis hircos, Hier.7. Non loquutus sunt,cum patribus vestris nec præcepi eis de verbo holocaustomatum, & victimarum, Amos.5. Proiecit festiuitates vestras, holocausta vestra, non suscipiam,Malach.1.Sacrificium acceptum non habebo ex manibus vestris.

Propter arg.posita multi hunc errorem habuerunt legem veterem,non bonam,sed malam fuisse,sic tenuit Simõ Magus,vt refert Bellar.lib.1.de verbo Dei, cap.5.ex Ireneo,lib.1.cap.20.& 22.& clem.lib.6.costit.Apost,cap.7.& 19.& 20.& Epipha.Hæres.21.idẽ tenuit Cerdon.Marcion.Valentin. & alij contra quos Epipha.loco citato,& August,lib. de Hæresi,cap.46.& Diu.Hieronym.in præfactione ad titum:id tribuerunt Manicheis asserentibus esse duos Deos,alterum bonum authorem bonorum,& alterum malum authorem malorum, & legẽ veterem, tamquam malam dicebant esse datam à Deo malo,contra quos August. lib.contra faustum,& lib.de spiritu. & litera. Videatur Gastro,lib.9.contra Hæreses,Hæresi 2.& Bellar.lococitato multos alios hæreticos huius erroris reterẽtes. *Sent. Hæreticorum Simon Magus. Cerdon. Marcion. Valentinus*

1.Concl. Prima conclusio,lex vetus fuit iusta sancta,& bona pro illo statu.Hæc est de

Fide

Conc. Tri. Lateranen. Fide Catholica, definita in Concilio Lateranensi sub Innocen. III. & probatur,
Psal.88. Psalm. 18. Lex Domini immaculata, Ps.
Psal.118. 118. Æquitas iudicia tua, itēin veteri lege multoties reperitur, quando præcepta ponuntur sancti estote, quoniam ego sanctus Sum. per obseruantiam illorum mandatorum. Dicit fore sanctos: ergo præcepta illa bona erant, 1. Timoth. 1. Scimus:
1.Thim.1 *Galat. 3.* *Acto. 16.* quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur, & ad Galat. 3. & Acto. 16. Paulus legalia, seruauit, & circuncidit Timotheum
Luc. 1. & 2. & Christus Dominus, illam docuit seruare, & ipse illam obseruauit, Luc. 1: & 2. &
Matth. 5. Matth. 5. Ait non veni soluere legem, sed ad implere, & infra iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, & Mat-
Matt. 23. th. 23. Super Cathedram Moysi ascenderunt scribæ, & Pharisei, omnia quæcumque vobis dixerint seruate, & facite, Mat
Matt. 8. th. 8. Approbauit sacrificia dicens. Vade
Luc. 1. affer munus tuum, quod præcepit Moyses in testimonium illis, & Luc. 1. de Zacharia, & Elisabh erant ambo iusti incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini, & loquitur de mandatis veteris legis, & quia illa seruabant dicuntur iusti. Secundo probatur, quia illa lex continebat præcepta decalogi, quæ quidem dictat recta ratio in singulisque præceptis illius legis aliqua honestatis, vel iustitiæ misericordiæ, vel Religionis, ratio reperitur, vt infra docebit D. Tho. Deusque est author illius, vt infra ostendemus: ergo est bona illa lex. Vndé Diu. Clemens, lib. 6. constit. Apostol. cap. 19. illam appellat sanctam, & naturalis legis, ad iutricem.

2.Concl. D. Thom. Ad Hæb. 7. Secunda conclusio, lex vetus licet bona fuit, tamen imperfecta. Hanc docet etiam Diu. Thom. hic & patet, ad Hæbre. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex, & infra reprobatio fit præcedentis mandati, propter eius infirmitatem, & infra vocat, illa præcepta infirma, & egena elementa, & ratione probatur, illa lex est perfecta, quæ proprium finem perfecte, consequitur, sed illa lex non consequebatur perfecte proprium finem: ergo non erat perfecta. Maior patet, nam ex eo, vt infra dicetur, lex noua perfecta est, quia perfecte à sequitur proprium finem intentum, & lex humana in suo genere, etiam est perfecta, quia per suam dispositionem perfecte consequitur suum finem, nempe pacem, & transquilitatem Reipublicæ. Minor vero probatur, quia finis legis diuinę est ducere hominem ad vitam æternā præparando, per præcepta, ad virtutes, & tollendo impedimenta peccatorum. Hæc autem lex vetus perfecte non faciebat, quia vt inquit Augustin. illa lex iubebat, sed nō iubabat, nec ad finem perfectum beatitudinis, per ducebat, hæc enim reseruabantur fieri per Christum, Ioan. 1. Lex per Moysem data est gratia, & veritas, per Iesum Christum facta est. Nec valet impugnatio Vazquez, quod etiam lex humana non iubat ad sui obseruantiam, sed necessario requiritur gratia, & auxilium per Christum ad obseruantiam illius, & nihilominus dicitur perfecta: ergo illa ratio est nulla. Respondetur enim, quod vt infra ostendetur ad opera bona moralia, qualia sunt præcepta legis humanæ, non requiri speciale auxilium, per Christum, sed sufficit auxilium naturale. Quapropter nihil deest, vt talis lex, etiam non interuenientę gratia dicatur perfecta. Ad impletionē autem legis veteris gratia requirebatur, quam illa lex ex proprijs nō habebat, sed per Christum erat communicanda, nec tamen ista tūc de erat, vt lex impleri posset, quotquot enim tunc sancti fuere ex gratia Christi: tunc incipiente eluceſcere fuerunt sancti. Vndè fides, & spes, & alia mā data supernaturalia in illo statu fuerunt, quasi quædam inchoatio noui Testamenti. Pro cuius maiori intelligentia notandum, illam legem posse dupliciter considerari, primo ex proprijs. Secundò, quantū ad id, quod habebat concommitanter, ex proprijs quidem non habebat, nisi præcepta naturalia, & ceremonialia, præmiūque naturale pro eorum obseruantia, vt patet Deut. 27. & Leui. 26. & Esa. 1. Si audieritis me bona terræ comedetis, quod si no lucritis, & me ad iracundiā prouocaueritis glaudius deuorabit vos. Quapropter D. Ber. ser. 30. in Cant. Graue iugum, & vile præmiū, & Chris. hom. 4. in Mat. & D. Hier. Dialog. 1. Aduersus pelagiū asserunt Regnum Cœlorum, primum in Euangelium prædicatum fuisse, habebat tamen illa lex concommittanter præcepta supernaturalia, quæ semper fuerunt ab initio mundi, etiam in lege naturæ, quæ sic vocatur, non quia præcepta supernaturalia non haberet. sed quia illa non habebat scripta. Quapropter illa præcepta, nō erant propria illius legis. Vndè illa lex ex proprijs considerata imperfecta erat, nec ad finem supernaturalem dirigebat, licet concomitanter in illa lege haberetur fides, & cognitio supernæ felicitatis, & æterni suplicij, vt late ostendit ex sacra

Obiect. 01 Vazquez.

Solutio.

Not.

Deut. 27. Leu. 26. Esai. 1. D. Ber. D. Chris. D. Hier.

Scriptura.

Lorca. *Arg.* scriptura, Hic Lorea disp. 30. in fin. Etsi arguas, quia si illa lex ex proprijs includit præcepta decalogi, & legis naturalis? ergo erit lex perfecta in suo genere, licet sit imperfecta comparatione ad legem gratiæ, quia lex naturalis inclusa in illa lege veteri in suo genere perfecta est. Respon

Solut. detur, non solum comparatiue, sed in suo genere, etiam esse imperfectam, & hoc intendit Diu. Thom. assignans differẽtiam inter illam legem, & humanam, nam comparatiue ad legem gratiæ, etiam lex humana est imperfecta, intendit ergo, quod lex humana in suo genere est perfecta, quia consequitur suum finem, lex autem vetus etiam ie suo genere imperfecta est, quia suum finem, quem Deus per legem diuinam intendit: nempe supernaturalem, non consequitur, & argumentum positum, nihil probat, quia homo claudus, vel cecus in suo genere imperfectus potest includere, & componi ex anima in suo genere perfecta, & domus imperfecta in suo genere potest componi, & claudere aliquos l apides perfectos in suo genere. Quatenus tale compositum plus requirit, ad perfectionem sui generis, quã requirat illa pars ex qua componitur: sic ergo dicendum de lege naturæ, & veteri ista plus requirit: nẽpe consecutionem æternæ felicitatis, quã ex proprijs non habet, lex autem naturalis fine, naturali contenta est, & adhuc ipsa perfecta, non est perfecta. Lex vetus, in

Dub. qua lex naturalis continetur. Et si adhuc arguas, ad quid ergo facta est lex vetus, si

Resp. imperfecta, & inutilis erat? Respondetur fuisse, tunc necessariam ad cognitionem peccati, vt patet, Rom. 3. Cognitio autem peccati necessaria erat ad suscipiendum Christum, cum in remedium peccatorum venturus esset, & non estimaretur ad ventus eius, si homines peccatores, & gratia Christi egentes, non se agnoscerent, & hoc est intentum totius, Epistolæ ad Roman. ad Galatas persuadere omnes peccatores esse, & egere gratia Christi, cum per nullum aliud medium humanum, nec per legem Mosaycam à peccato liberari possent. Item vt à sue factus colere Christum in vmbra, (quia aut ait Paulus lex habens vmbram futurorum) melius ipsum veritate aduenïente coleret. Item vt terrore pœnarum, & oblatione temporalium, ille populus ad Christum duceretur, & paula-

D. Aug. tim altiora, per fidem saperet, vt Augustꝰ prosequitur lib. 1. de spiritu, & littera, capit. 11. & lib. 22. contra Faustum, cap. 6.

Ad Gal. 3 Quapropter lex illa, ad Galat. 3. Recte appellatur Pedagogus, iste enim in moderãtos impectus pueriles moderatur: Tum docendo, tum suplicijs illum cohercẽdo: tũ minoribus munusculis à eliciẽdo pro captu illius ætatis, non adhuc ei paternam hæreditatem proponendo: ita Deus puerilẽ illum populum, antequam per legem Euãgelicam, tamquam dociuiles Dei proposita æterna hæreditate ad bonum virtutis moberet, instruebar, coherceuar, & alicie bat, per illam legem docentem peccatum mortem comminantem, & præmia temporalia, tamquam minora largientem, vt sic suo tempore aptum ad paternam hæreditatem supernam redderet.

Ad primum argumentum resp. cum D. Thom. hic ad 1. Illa præcepta appella *Ad 1. arg. D. Thom.* ri non bona, non quia mala, sed quia minus bona, quam præcepta nouæ legis, & minus bonum comparatione, maiori boni non bonum solet appellari, sicut & minus malum respectu maioris mali solet appellari bonum. Quapropter subiunxit, & iudicia in quibus non viuent, vt denotaret, illa appellasse non bona, quia gratiam dantem vitam, sicut lex noba illa non continebat. Est doctrina etiam D. Greg. 28. *D. Greg.* mora. capit. 17. & Iustinus Dialogo, cũ *Iustian.* Trijphone, D. Ambros. Psalm. 118. & *D. Hier.* lib. 3. Epistolarum, Epist. ad Clementia- *Cirill.* num, & Diu. Hieronim. & Cirillus, & O- *Orig.* rigin. super illum locum. Secundo res- *2. Solut.* pondetur, multoties ly bonum significare, idem quod suaue, & delectabile. Sic Genes. 3. Vidit igitur mulier, quod esset *Gen. 3.* bonum, ideſt amenum, & gratum, & Ge- *Gen. 19.* nes. 19. Si bonum est in oculis vestris, id est si placet, per oppositum ergo non bonum erit, idem quod asperum durum, & graue. Sic ergo dicit dedi eis legem non bonam asperam duram, & grauem, iuxta illud, Actor. 15. Iugum quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus, & hoc dicunt, aliqui significare, in Hebreo. Illud verbum non bonam. Ter- *3. Solut.* tio respondetur, ibi, non loqui, de lege Veteri, quia verba comminatoria sunt, & quia legem non seruauerant dicit dedi eis, legem non bonam, loquitur ergo de lege Gentilium, & Idolatrarum, quam captiui didicerunt. Vnde fit sensus, quia legem meam non seruauerunt, ideò dedi eis legem non bonam, ideſt permisi eos, ad legem non bonam gentium transire, cui cõformat, Roman. 2. Tradidit eos Deus in reprobum sensum, & ideò adiunxit dedi eis legem non bonam, & pollui eos in muneribus suis, ideſt permisi eos pollui in

muneribus,& sacrificijs gentium transeũ do,ad legem non bonam eorum. Explica tio est Diu.Hieronym.& Batabli, vt refert Medina hic. Ad locum autem ad Hebræo.8.Respondetur,non loqui de lege, quod ipsa culpam haberet,sed de cultoribus illius. Vndè prosequitur paulus ipsos repræhendens.Explicatio est Diu. Thom.super illum locum. Secundo respondetur,nomine culpæ nõ intelligi peccatum.sed defectum, & imperfectionem iuxta dicta in secunda conclusione,sic explicat D.Thom.Theodoretus,Caiet.super illum locum,&Diu.Cirillus,1.de adoratione.

D.Hier. Batablus. Ad Hæ.8 1.Solutio.

2.Solutio.

Ad secundum arg.respondetur, legem illam non fuisse causam, sed tantum occasionem peccatorum,& non occasionem datam ex parte legis, sed acceptam ex malitia,& fragilitate hominũ, qui semper in vetita magis,per concupiscentiam exardescunt, expresse hoc docet ipse paulus,postquam enim omnia prædicta in argumento dixerat,de illa lege subiungit, Roman.7.Quid dicemus ad hæc, numquid lex peccatum est? Absit,& mandatum,quod erat ad vitam factum est mihi, ad mortem,& lex quidem sancta est, &c. ego autem in firmus venundatus sub peccato,& occasione accepta peccatum(idest fomes)per mandatum operatum est in me omnem concupiscẽtiam,quid clarius?

Ad2.arg.

Rom.7.

Ad Hæ.7

Ad illud Hæbre.7.respu.ad 1.Legem illam inutilem vocari comparatione ad legem Euangelicam. Ad 1.confirmat. respondetur.illa verba Christ. (si sua sunt) non esse sustinenda improprietate, forte enim non amplius voluit, quam rigorem illius legis exagerare cum vacuitate gratiæ,& parua vtilitate. Ad secundum confirmat. respondetur,ex Orig.lib.6.contra celsum,& hom.7.in Leuit.Legem antiquam dici lege mortis,& litterã eius occidere,non quia sensus litteralis non sit sequendus,imò necessarius est ad veritates fidei probandas,sed nomine litteræ intelligitur cortex,& sonus litteræ,qui multoties sensu,non intellecto ex ignorantia legentis,illum occidit,quantum ad præcepta autem,dicitur lex mortis, quia semper mortem comminantur, dum dicitur de non seruante illa,morte moriatur,& peribit anima illa de populo suo,sic Chrisost. homil.6.supr.2.ad Corin.&Gregor.11. Moral.cap.10.& Diu. Bernar. sermon. de Magdalena. Aut etiam appellatur,lex mortis loquendo,de morte spirituali peccati,non quia sit lex causa illius,sed occasio accepta,vt iam diximus, quatenus præcipiendo iubebat,& non iubabat,sic D. Augustlib.de spiritu,& littera,vbi supra. Nec valet argumentum,quia sicut illa lex minatur mortem:ita etiam promittit vitam,Deut.4.Ezech.20.Qui fecerit ea viuet in eis:ergo non potius est appellanda,lex mortis,quam vitæ. Respondetur enim,quod est lex mortis,& temporalis,& spiritualis,vt dictum est, non autẽ promittit vitam,nisi temporalem,& ideò mortis,& non vitæ, lex est appellanda, hoc enim ad legẽ gratiæ reseruatur, quia ad Galat.3.Iustus ex fide viuit, vita etiã spirituali,quæ absolute est vita. Ad tertiam confirmat. respondetur,illam legem rigidam fuisse,non tamen vt in iustam illam Christus improbauit, sed suauiorem instituit.

D.Chryst. D.Greg. D.Ber.

Obiectio. Deut.4.

Solut.

Ad 3.cõf.

Ad tertium arg.respondetur,illam legem difficillimam fuisse,tum propter seueritatem pœnarum,tum propter rigiditatem aliquorum præceptorum: tum denique propter multitudinem illorum, quia secundum Abulensem,Deut. 27. quæst. 1,& Ruth,1.quæst.24.& ibi Lyra,&Galatinum,11.de Archanis,cap.4.erãt præcepta legis 613.Secundum autem Burgẽsem inscrutinio scripturarum,lib.1. dist. 8.cap.9.erant 365.iuxta numerum dierum anni.Secundum autem Lorinũ, Actor.15.& Cornelium Musso,Roman.7. erant ex vna parte,365, negatiua iuxta numerum dierum anni, & ex alia parte. 248.affirmatiua iuxta numerum ossium, hominis.De quo vide Barradam, libr.1. in Euangel.cap.10.& Viegas, Apoc.2. com.4.Sesio.5.Azor,tom.1.libr.6.cap. 59.quæstion.3.aferentes alios,qui dixerunt,illa præcepta esse,218.& alios fuisse,248.Non tamen illa lex fuit impossibilis,(licet sic, propter difficultatem appelletur,)quia vt dicitur,Deut.30. Mandatum, hoc quod ego præcipio tibi hodie non est supra te, &c. Idest supra tuas vires,verum est ad obseruantiam illius requiri gratiam, quæ ex lege non dabatur. Nulli tamen denegabatur ex Christo vẽturo,licet non tam abundans,sicut modo quapropter etiam,cum illa gratia multum difficilis remanebat,& ideò impossibilis solet appellari,obquam difficultatem forsitam paulus insinuauit, nullum in integrum illam legem seruasse ex sua fragilitate,& non ex impossibilitate.

Ad3.arg.

Abulen. Lyra. Galatin. Burgen. Lorin. Cornelius Musso. Barradas. Viegas. Azor. Deut. 30.

Ad quartum argumentum,aliqui dicunt Deum potuisse concedere Iudæis vsuras,& libellum repudij,sine aliqua cõ

Ad4.arg.

tra-

trarietate ad rationem, sed melius dicitur,
Medin. Azor. cum Medina, hic illud non fuisse præceptum, sed permissum, sed de hoc agitur materia de vsuris, & materia, de matrimonio. Vide Azor, tom. 1. lib. 6. capit. 1. quæstion. 3.

Ad 5. arg. 1. Solut. Medin. Ad quintum arg. respondet Medina primo, quod eo modo loquendi Prophetarum insinuabatur illa sacrificia, licet bona cessatura, & in meliora nouæ legis fore
2. Solut. mutanda, quæ Deo magis placerent. Secundo respondet in illis locis, non respuere sacrificia, sed sacrificantes, qui plene peccatis putabant suas hostias Deo placi
Esai. 1. & 58. Ps. 39. & 50. Amos. 5. Malach. 1 turas, & ideò subdit Esai. cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam eas, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, & capt 58. Propterea repellit ieiunium eorum dicens in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & debitores vestros repetitis, & ad lites, & contentio-
3. Solut. nes ieiunatis. Tertio respondet in illis locis non condemnari sacrificia, sed quod tantum fiebant exterius, & non acceptan
Ioan. 4. tur, sine spirituali oblatione, iuxta illud, Ioa. 4. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Alias enim, quid Deo illa sacrificia tantum externa, nisi spiritu, & fide Christi adiuncta Deo proderant.

Corol. Hiere. Exod. 20. Ex hoc sequitur concordia, Hiere. 7. vbi dicitur non loquutus sunt, cum patribus vestris, nec præcepi eis, cum eduxi eos de terra AEgipti, de verbo, holocaustomatum, & victimarum, cum eo, quod dicitur, Exod. 20. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, &
Cai. pacifica vestra. Respondet enim Caietan. Deum solum immediate loquutum fuisse populo de præceptis decalogi, per Moysem autem loquutum fuisse de holocaustis, primum dicit, per Hieremiam, & secundum exprimit in Exodo. Diuus
D. Hiero. autem Hieronymus. Matthæi. 5. Dicit prima vice, tantum dedisse Deum scriptũ decalogum in lapidibus, & hoc asserit Hieremias, post idolatriam autem vituli, attendens ad inclinationem illorum, qui ad sacrificia erant procliui, ne illa Dæmonibus (sicut in AEgipto consueuerant) offerrent instituit sacrificia Deo offerenda, & de hoc loquitur in Exodo. ad nostrum tamen propositum, respondetur, Deum non instituisse illa sacrificia principaliter propter se, & hoc intendere. Hieremiam, sed illa instituisse ad significationem Christi venturi, quod ergo propter aliud, & non propter se institutum est, potest dici, non fuisse præceptum.

Art.II.

Vtrùm lex vetus à Deo data fuerit?

Conclusio est affirmatiua.

Dubium est.

Vtrùm tota lex vetus sit diuina à Deoque data?

1. Sent. Manich. Ptolom. IN hac re fuit error Manichæorum legem veterem fuisse datam à Deo, sed à malo Deo, quem errorem retullimus, art: præcedenti, quidã autem Ptolomeus, apud Epipha. Hæresi. 33. Asserebat veterem legem triplicem Authorem habuisse, & nullum illorum esse Deum. Primum quidem asserebant datorem partis legis opificem mundi, quem numen secundum appellabat, & non esse Deum dicebat, cõsonans errori asserentium verbum, per quod facta sunt omnia, & lex data esse primam creaturam à Deo, per quam aliæ processerunt. Alteram autem partem legis dicebat esse datam à Moysi, & alteram à senioribus.

2. Sent. Valen. Salmeron. Cano. Inter Catholicos autem aliqui affirmant decalogum datum esse à Deo, vt Authore, & Legislatore. Alia vero præcepta pentateuchi, tradita fuisse à Moyse, vt immediato Legislatore, ad hoc à Deo potestate Legislatiua data, istam sententiam videtur tenere Valentia, disp. 7. quæstio, 7. puncto, 4. in prima obseruatione, & illam manifeste, defendit Salmeron, tract. 61. & 62. in Acta. & 1. Cor. 7. disput. 12. existimatque esse D. Thom. Infra quæst. 100. artic. 5. ad. 1. Dicentis præcepta decalogi esse illa, quæ immediate populus recipit à Deo, vbi videtur supponere fuisse alia non immediate recepta, ab illo, sed à Moyse, vt Legislatore, nam vt à promulgatore omnia fuerunt ab illo, & hanc sententiam, videtur sequi Cano. 2. de locis, cap. 16. quantum ad legem de libello repudij, quod à Moysi, & non à Deo immediate facta fuerit, illa permissio. Etsi à Salmeron inquiras, qualiter ergo lex illa diuina dicitur, si non à Deo immediate tota est data. Respondet, quod legem esse diuinam stat dupliciter, primo large, & secun-

Obiectio.

Solutio.

do

do stricte, large quidem dicit esse diuinam, etiam datam ab Ecclesia authoritate diuina, sic enim etiam præcepta Apostolorum diuina appellantur, a Diu. Bernard. Epistol. 28. & libr. de præcepto, & dispensat, & Anacletus, Epistol. 1. & Victoria Papa, Epistol. ad Theophilum, capit. 1. vt refertur, capit. celebritatem de consecratio. distin. 3. & Diu. Leo epistol. 85. ad Episcopos, per Africam constitutos, vt refertur in decreto Ioannis, part. 5. capit. 16. & Innocent. IV. in Concilio Lugdunensi, vt refertur, cap. cum de diuersis, de priuileg. in 6. appellat ius Canonicum diuinum, ita etiam Ambrosio, libr. 8. Epistol. 66. Diu. Ciprian. ser. de lapsis, Athan. Epistol. ad omnes Orthodoxos, Basil. in regul. Breuio. interrogat. 139. Nazianzenus, Epistol. 71. ad Celensium, & iste est modus loquendi sacræ Scripturæ, Actor. 15. Visum est Spiritui Sancto, & nobis, 1. Corinth. 14. Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis cognoscat, quæ scribo vobis, quia dominj sunt mandata, ecce qualiter præcepta Apnstolorum dicuntur diuina, quia authoritate, & motione Dei sunt posita, dicuntur autem diuina in larga acceptione, stricte autem dicitur lex diuina, quæ immediate à Deo, est posita, licet ab hominibus promulgata: dicit ergo Salmeron omnia præcepta legis veteris large loquendo esse diuina, quia aut à Deo, aut à Moyse authoritate diuina sunt posita, non autem omnia esse diuina stricte, quia licet aliqua immediate sint posita à Deo. Alia tamen sunt posita à Moyse, ex potestate legislatiua, sibi concessa, & omnia, ab ipso fuisse promulgata, tam sua, quam Dei.

D. Ber. Anaclet. Victor. Papa. Innocen. Conc. Lug. D. Ambr. D. Cipr. D. Basil. Nazian. *Acto. 15. 1. Cor. 14*

Hæc sent. prob.

Hæc sententia probatur, quia in sacra Scriptura est diuersus modus loquendi: nam aliquando dicitur, aliqua præcipere Moysem, aliquando Deum præcipere: ergo signum clarum est vltra præcepta immediate à Deo posita, alia fuisse posita à Moyse. Prima pars antecedentis patebit ex conclusionibus. Secunda autem probatur, Deut. 4. Et nunc Israel audi præcepta, & iudicia, quæ ego doceote, &c. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis, ex eo, custodimini mandata domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis, & infra scietis, quod docuerim vos præcepta, atque iustitias, sicut mãdauit mihi Dominus meus, Eccles. 24. Legẽ mãdauit Moyses in præceptis iustitiarium, &c. Ecce qualiter dicuntur præcepta posita à Moyse, & ad Hæb. 10. Appellatur lex Moysis, & non aliter, nisi quia multa præcepta illius legis erant à Moyse posita. Conf. ex sententia sanctorum, & patruum, sic enim expræsse habet Origines, hom. 16. in num. sup. capit. 23. & Diu. Hieron. Matt. 19. D. Ambro. 8. in Luc. cap. 2. sup. cap. 16. In illa verba, ad duriciam cordis vestri permisit vobis Moyses, non dixit Deus, sed Moyses, vt vltra præcepta Dei, præcepta Moysis esse cognoscatur, idem tenet Clem. Alex. 3. Pedagogi, cap. 7.

Conf.

Prima conclusio, lex vetus fuit data à Deo bono optimo, & maximo, hanc ponit Diu. Thom. hic estque definita, de fide in Concil. primo Tolletano, in assertione fidei, & in Triden. Sesion. 4. decreto de canonicis scripturis, vbi sic dicitur, si quis dixerit alium esse Authorem, veteris testamenti, & aliumnobi anathema sit, & probatur ex sacris litteris, passim enim in sacra Scriptura habetur, hæc dicit dominus, hæc mandat Dominus, &c. vt patet Exod. 20. & 24. & Esai. 9. & Psalm. 18. & 118. & fere ex omnibus prophetis. Item Luc. 2. obtulerunt pro eo, &c. Sicut scriptum est in lege Domini, & capiti. Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula. Item eodem cap, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini, sine querella, & Marc. 7. Irritum feciſtis mandatum Dei, Matth. 15. Deus dixit honora patrem, & matrem, ad Hæbr. 9. Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus, ad Hæbr. 1. Multifarie, multisque modis Deus loquens patribus in prophetis, nouissime autem loquutus est nobis, in filio, 2. Cor. 4. Habentes eundem spiritum fidei credimur, &c. Insinuans ab eodem spiritu, vtrumque testamentum fuisse inspiratum. Et ratione probatur lex vetus fuit figura, & prophetia nobi testamenti, sed futura prædicere est proprium Dei, tamquam causæ principalis, iuxta illud, Esaiæ dicite nobis, quæ ventura sunt & dicemus, quia dij estis vos: ergo maior constat, 1. Cor. 10. ad Galat. 4. & epist. ad Hæb. & Rom. 1, Paulus vocatus Apostolus, segregatus in Euãgeliũ Dei, quod antea promisserat per prophetas suos in scripturis Sanctis de filio suo, & Luc. vlt. oportebat impleri, quæ in lege, & Psalmis & prophetis scripta sunt de me, & Ioa. 5.

1. Concl. D. Thom. Concil. 1. Tollet. Triden. Exod. 20. & 24. Esai. 9. Psal. 18. & 118. Luc. 2. & 1. Mar. 7. Matt. 15.

Ad Hæb. 9. Ad Hæb. 1. 2. Cor. 4.

1. Cor. 10. Ad Gala. 4. Rom. 1.

Ioann. 5.

Nam de me ille (scilicet Moyses) scripsit, &c. Actor. 3. Deus, qui pronuntiauit per os omnium prophetarũ pati Christum suum, & sic impleuit, & tandem illa, maior patet, quia vt diximus art. præcedenti, illa lex erat pedagogus omnino manu ducens illum populum ad agnitionem Christi, quia vt ait Paulus finis legis est Christus.

2. Concl. Secunda conclusio, lex vetus tota, & quo ad omnia sua præcepta est diuina stricte loquendo immediate a Deo data, nullũque præceptum illius est positum à senioribus, vel à Moyse, vt Legislatore, ad hoc potestate a Deo accepta, sed solum Moyses fuit promulgator totius legis omniumque præceptorum, illius quæ illi à Deo sunt data, vt illa promulgaret. Hanc docet Medina hic, & illam sequitur Valentia, disputat. 7. quæst. 7. puncto, 1. & Suarez, & Vazquez, hic & Salas, disputatio. 22, sectio. 2. Azor, tom. 1. lib. 6. capit. 2. quæstion. 2. Bellarm. 1. de verbo. Dei Ioann. Arboreus, 10. Theosophiæ, capit. 6. Maldonado, Matth. 19. & probatur, Exod. 24. Vbi postquam Moyses legit totum volumen fœderis. Respondit populus omniaquæ loquutus est nobis Dominus faciemus, & ex illo Ecclesiastici, vbi loquens de Moysi dicitur dedit illi Dominus legem vitæ, & disciplinæ, ad Hæbr. 9. Lecto omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens iste est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus, & Ioann. 1. Lex per Moysem data est, vbi Clemens Alexan. 1. Pædagogi, capit. 7. Notat non dixisse factam, sed dstam, quasi ab alio acceperit iam factam. Ratioque magistri Medina est optima, quia aliàs non possemus discernere, quæ nam essent præcepta Dei, quæ vero Moysis. Secundo, quia si aliqua illorum præceptorum erant posita à Moysi: ergo ille, vel successores illius poterant dispensare in illis iuxta supra dicta, quod nullus audebit concedere, nec valet solutio, quod postquam posita sunt à Moysi sunt confirmata, tamquam propria ipsius Dei, & sic nullus amplius in eis potuit dispensare. Hæc enim solutio ad libitum, & sine fundamento traditur. Tertiò probatur, quia si de aliquo posset habere verum, & aliquale fundamentum opposita sententia, maxime de lege illa repudij sed de illa non ergo de nulla. Minor probatur, quia illa lex repudij, aut erat licentia positiua, aut solum permissio non primum, quia in lege diuina, non poterat Moyses positiue dispensare dando positiue licentiam, non etism. secundum, quia licet Principes possint permittere mala cõtraius diuinum debet esse ad maius malum euitandum, & propter maius bonum conseruandum, quod assignari non potest in lege repudij, ergo non potuit Moyses facere talem dispensationem. Confirmatur, per illam legem repudij dissolbebatur matrimonium, & vxor poterat alterinubere: ergo à Deo, & non à Moysi, quia Moyses non poterat vinculum matrimonij ex iure diuino, & naturali dissolbere antecedens est probabile, & colligitur ex verbis Christi, dum dicit abinitio non fuit sic, ac si diceret ex natura rei, & ex iure diuino, prius illud vinculum erat perpetuum, quia quod Deus coniunxit homo, non separet, postea tamen obduriciam Iudæorum permissum est à Deo matrimonium, etiam consumatum dissolui. Not. tamen, quod licet omnia præcepta legis sint immediate à Deo data, possea nihilominus aliqua præcepta humana, & iudicialia sunt instituta, vt constat, 1. Reg. 30. Et aliqua ceremonialia, Hester. 9. Iudicum. vlt. 1. Macha. 4.

Medina. Valent. Suarez. Vazquez. Salas. Azor. Bellar. Arbor. Maldon. Exod. 24.

Ad arg. cõtrariæ sententiæ resp.

Ad fundamentum contrariæ sententiæ respondetur, in sacra Scriptura haberi, illum modum loquẽdi, & appellari multoties legem Moysis non quia ipse sit Legislator, sed quia fuit promulgator. Ad confir. respondetur, illos sanctos posse explicari, isto modo prædicto, etsi oppositũ tenent in hoc uon sequimur talem sententiam, nec D. Thom. illam tenuit, quia infra, quæst. 100. art. 5. ad 1. Non loquitur de præceptis decalogi comparatione ad alia præcepta dum illa, inquit fuisse immediate data à Deo, quasi alia immediate, non dederit, sed loquitur comparando, ad præceptum dilectionis sui ipsius, & respondet præcepta decalogi, quæ continent dilectionem Dei, & proximi fuisse data immediato à Deo (vtique expræsse) non autem dilectionis sui ipsius, quia in hoc non erat difficultas. aut continebatur virtueliter in præcepto dilectionis proximi. Vnde nihil contra nos ex Diu. Thomimò potius manifeste videtur docere nostram conclusionem, artic. sequenti ad tertium dicens: Quod solius Principis est sua authoritate legem instituere, sed quandoque legem institutam, per alios promulgat, & ita Deus sua authoritate

titate instituit legem, sed per Angelos promulgauit, vtique Moysi, & per Moysem populo. Vnde solum Deum ponit Diu. Thom. Legislatorem.

Art.III.

Vtrùm lex vetus data fuerit, per Angelos?

Conclusio est affirmatiua.

Dubitatur.

Vtrùm conclusio Diu. Thom. verum habeat?

1. *Sent. Euseb. Tertull. D. Cipria. Isidor. Beda.*

IN hac re est sententia asserens legem veterem, datam fuisse immediate ab ipso Deo. Moysi sine ymnisterio Angelorum, & aliqui, quidem id absolute asserunt. Alij autem dicunt, non Deum secundum omnes personas legem dedisse, sed verbum; & secundam personam Trinitatis, quia licet opera ad extra sint communia toti Trinitati, aliqua tamen attribuuntur, vni personæ, quod non alteri, & legem dedisse Moysi (inquit) attribuitur personæ Verbi. Primam partem huius sententiæ, quæ loquitur absolute Deū, per se ipsum immediate dedisse legē tenet Eusebius Cæsarienſis, lib. 1. de demonstrat. Euangel. capit. 5. & libr. 5. capit. 10. Tertullianus, lib. contra Iudæos, capit. 9. Ciprianus, libr. 2. aduersus Iudæos, capit. 5. Isidorus, libr. 1. de summo bono. capit. 12. sent. 23. Beda, tom. 8. in

2. *Pars sent. D. Chris. Theophi. D. Clem. D. Leo. D. Hyla. D. Amb. D. Hiero. Nazian. D. Athan. Theodor. D. Basil. Nicephor. Tertul. D. Clem.*

lib. quæstio. quæstion. 9. Secundam vero partem huius sententiæ, quod fuerit verbum diuinum tradens legem Moysi, tenet Chrisost. hom. 16. in acta, & hom. 3. sup. Epist. ad Hæb. & com. sup. ad Galat. 3. Theophylatus, & æcumenius, supr. illud Galat. 3. in manu mediatoris, insuper, & aliqui adunt Verbum diuinum dedisse legem Moysi, incorpore à sumpto, ita asserit D. Clemens, lib. 5. constitut. Apost. cap. 21. D. Leo Epist. 13. ad pulcheriam Augustam, Hilar. 12. de Trinit. Amb. 1. de fide, c. 5. Hiren. lib. 4. cap. 37. Nazian. tract. de fide, Athan. q. 12. ad anthiochū, & ser. 4. contra Arrian. Chris. Genes. 32. Theodoretus, quæstio. 88. in Gen. Basil. cōtra Eunom. Nicephoro, li. 1. c. 5. Tertullianus, lib. contra praxeam, c. 14. Clemens Alex. lib. 1. pedagogi, cap. 7. Iustinus, Dialogo cum triphone Conciliū Sirmiense, anathematismo. 14. quod quantū ad confessionem fide contra Photinum, confirmatum fuit à Papa, licet aliàs fuerit Concilium Arrianum, vt refert Varonius tom. 3. pag. 662. de quo vide Barrada, to. 1. in Euang. lib. 1. cap. 15. *Alex. Conc. Sir*

Prima pars huius sentētiæ, quod Deus dederit immediate illam legem, probatur omnibus locis sacræ Scripturæ, quibus probabimus secundam conclusionem, art. præcedentis: nimirum legem veterem datam esse à Deo, in quibus semper subscribitur, ego Dominus, hæc mandat Dominus, &c. quæ verificari non possent, nisi Deus esset immediate, qui loquebatur. Secunda vero pars sentētiæ, quod fuerit verbum, & secunda persona, quæ dedit legē probatur, ex illo ad Galat. 3. vbi dicitur de illa lege, quod fuerit ordinata, per Angelos in manu mediatoris, nomen autem mediatoris Christum, & Verbum significat in sacra Scriptura, vt patet, 1. Timot. 2. Vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. *Hæc sent. probatur. Prima pars. 2. pars pb.*

Conclusio tamen Diu. Thom. est adeò vera est, vt asserat Medina, sine temeritate negari non posse, cum D. Thom. tenēt omnes Theologi, etiam moderni Valentia, disputatio. 7. quæstion. 7. puncto, 1. Azor, tom. 1. lib. 6. capit. 2. quæstio. 2. Vazquez, hic, & Salas, disput. 22. sectio. 2. & Lorca, disp. 30. & præter citatos sanctos in priori sententia est communis Sanctorum, ita August. 2. de Trinit. capit. 13. & libr. 3. cap. 11. & libr. 12. Genes. cap. 27. Diu. Gregor. proæmio moral. capit. 2. D. Hieron. sup. Galat. 3. Cyrillus, lib. 3. Thæsauri, capit. 2. Dionisius capit. 4. de cœlesti Hierar. & Albertus, ibi. Videatur Salmeron, 1. Cor. 7. disputation. 12. Lorinus, Actor. 7. Barrada, lib. 1. in Euangel. capit. 15. & probatur à Diu. Thom. in arg. Sed contra ex illo, ad Galat. 3. Lex data est per Angelos in manu mediatoris, & Actor. 7. Dicit Stephanus accepitis legem in dispositione Angelorum, ad Hæbr. 2. Si Sermo. qui per Angelos dictus est factus est firmus, &c. Si respondeatur cum Diu. Chrisost. Primo, quod in illis locis nomine Angeli intelliguntur Sacerdotes, iuxta illud Malach. 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercitum est, *Conclusio D. Thom. Valen. Azor. Vazquez. Lorca. D. Aug. D. Greg. D. Hier. Cirillus. Dionisius. Albertus. Vide Salmeron. Lorino. Barrada. Ad Gal. 3. Acto. 7. Ad Hab. 2.*

quia ergo lex data est per Moysem, & Aarom Sacerdotes, ideò dicitur data-

2.Solutio. tam fuisse per Angelos. Secundo respondet, datam dici fuisse per Angelos illam legem, quia astiterunt promulgationi, & ministerio Angelorum facta sunt tonitrua nubes, & sonitus buccinæ, &c.

Impug. 1. Sed contra primam solutionem arguitur, quia appellare Sacerdotes Angelos est impropria locutio, & non cogit ratio, vt in tot locis repetitum nomen Angelorum in datione legis, non accipiamus propriè illud nomen Angelo-

Impug. 2. rum pro veris Angelis. Contra secundam etiam arguitur, nam illa verba in locis allatis, ordinata, per Angelos, & in dispositione Angelorum, & qui per Angelum dictus est sermo, &c. non solum dicunt assistentiam, sed veram legis traditionem, non enim, qui assistit publicationi legis, vel aliqua ad solemnitatem eius operatur dicitur legem dare, sed Princeps, qui illam instituit. Duplici autem ratione probatur à Diu. Thom. sua conclusio prima, quia diuina debent deferri ad homines mediantibus Angelis, vt docet Dionisius, capit. 4. cœlestis hierarc. & non debemus alium in vsitatum ordinem assignare, vt lex data sit immediate à Deo. Secunda ratio est, quia lex vetus fuit imperfecta, & disponens, ad salutem perfectam, quæ danda erat per Christum in noba lege: ergo conueniens fuit, quod illa lex daretur, mediante ministerio Angelorum, & lex noba immediate ab ipso Deo, patet, consequentia à simili: nam in fabricatione nabis (verbi gratia) nauifactor compaginat nauim, qui est vltimus, & perfectus effectus. Alij autem ministri inferiores dolant ligna, & præparant materiam ad talem compaginem, & sic in omnibus artibus contingit: ergo similiter si vltimus, & perfectissimus effectus intentus à Legislatore diuino est lex noba, & antiqua tantum erat, quædam dispositio imperfecta, ad hunc effectum, congruum erat, vt ista lex noua immediate à Deo, illa vero à mynistris eius Angelis traderetur, & hoc insinuat Paulus, ad Hæbr. 1. Ponens differentiam, quod in nobo testamento. Propter eius excellentiam loquutus est nobis in filio, in veteri autem lege, loquutus est per Prophetas, vel Angelos. Tertio probat, etiam Diu. Thom. ad secundum, quia vt notauit Augustin. 12. supra, Genes. Ad litteram, dum dicitur in Exodo loquutus est Dominus facie ad faciem (vtique dum acciperet legem) superadditur Moysem postulasse, ostende mihi gloriam tuam signum ergo est, quod tunc Angelum, & non Deum videbat, quem postulabat aspicere: quod autem dicitur loquutum fuisse facie, ad faciem intelligendum est, aut secundum opinionem populi, sic enim existimabant Deum facialiter loqui Moysi, aut intelligitur nomine illius facialis locutionis, quædam eminens contemplatio, & familiaris infra diuinæ essentiæ visionem. Nec Diu. Thom. sibi est contrarius, dicens 2.2. quæstion. 174. artic. 4. Paulum. & Moysem vidisse diuinam essentiam, quia hoc contigit post dationem legis, in qua hoc donum postulauit, dicēs ostende mihi faciem tuam: dum autem legem acciperet essentiam Dei, non vidit, inquit Diu. Thom. quia non à Deo, sed ab Angelo illam recipiebat: si enim illum, tunc videret, non postulasset ostundæ misii faciem tuam, superaddit autem barradas, illum Angelum dantem legem fuisse Michaelem, vide ipsum.

Concordatur D. Th.

Ad fundamentum, sententiæ oppositæ. Pro prima parte respondetur ex Diu. Thom. hic ad 1. cum Diu. Gregor. loco citato Angelum aparentem posse agere, & personam sui ipsius, & etiam personam Dei, & cum agit personam Dei dicit: ego Dominus, &c. Vocat se dominum, quia personam Domini agit, & quando sui personam agit nomine Angeli appellatur. Vndè constat multoties eundem loquentem, modo se Dominum, modo se Angelum appellare, quia modo loquitur ex se, modo autem in persona Domini interius loquentis, & præsidentis efficatiamque dominij, & authoritatis Angelo tribuentis, hoc manifeste, est videre Genes. 22. Apparuit Angelus de cœlo, & clamauit dicens, ne extendas manum super puerum, &c. nunc cognoui, quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo, propter me, ecce qualiter se ipsum eundem loquentem nominatum Angelum appellat Dominum, quia vtramque personam agebat, & Genes. 31. Dixitque Angelus Dei ad me in somnis, Iacob, & ego respondi. Ad sum', qui ait ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, &c. Qui nominatus fuerat Angelus, dicit se esse Deum, Exod. 3. Legitur, apparuisse dominum Moysi in rubo, & Actor. 7. Apparuit illi indeserto sina, Angelus in igne flamæ rubi, & alia sunt plura loca hujusmodi,

Ad arg. pro 1. par. contrariæ sent. Diu. Thom. D. Greg.

Gen. 31.

Exod. 3.

Actor. 7.

Ad

Ad 3. arg. pro 2. par. Ad secundam partem fundamenti illius sententiæ, qua nitebatur probare fuisse diuinum Verbum, quod dedit legem. Respondetur enim, quod licet aliquando opus ad extra potius tribuatur vni personæ, quam alteri, hoc fit ad manifestationem alicuius à tributi vnius personæ, quod non reperitur in datione legis, vt hoc potius, verbo, quam alijs personis tribuatur. Ad illud autem ad Galat. 3. Quod *Ad Gal. 3.* data est, lex in manu mediatoris. Respondetur, ibi: Nomine mediatoris non intelligi Christum, quia idem est in manu mediatoris, ac dicere, per manum mediatoris, & lex illa non est data, per manũ Christi, *Ioan. 1.* Ioann. 1. Dicat lex per Moysem data est gratia, & veritas, per Christum, & quia Christus est mediator, in quantum homo, & sic non dedit legem, quia tunc non erat homo: tunc ergo mediatorem, præter Christum debemus assignare, per quem lex vetus sit data, & istum dicimus, *Cai.* esse Moysem, secundum Caietanum. Et *Primasius.* primasium, supra illum locum, dicitur enim mediator, idest, repartitor, quia ipse terram inter filios Israel partitus est, aut illum populum ab alijs separauit, aut quia vere fuit mediator inter Deum, & illum populum faciens pacem inter vtrumque. Vndè Deuteron. 5. Ego sequæ *Deut. 5.* ster vester, cũ hoc tamen stat, quod Christus dicatur vnicus medicator absolutè, & simpliciter ad omnem effectum redemptionis, & salutis æternæ, & respectu totius generis humani, Moyses autem mediator, secundum, quid respectu illius populi, & pro aliqua solum vice data est: ergo lex in manu, & per manum istius mediatoris ad publicationem, authoritatiue autem vtà Legislatore a Deo per personam Angeli agentis personam Dei.

Art. IV.

Vtrùm lex vetus dari debuerit soli populo Iudæorum?

PRIMA Conclusio est affirmatiua.

Secunda conclusio, quod illa lex daretur solum illi populo non fuit ex aliquo merito illius, sed ex Dei, misericordia, & prædestinatione, & electione Dei.

Primam conclusionem, probat Diu. Thom. ex illo Roman. 3. Quid ergo amplius Iudæo? Multum quidem per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis, eloquia Dei, & Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, probatur etiam ex illo. Exod. 19. Eritis mihi populus in pecculium de cunctis gentibus, Deuteron. 4. Quæ est alia gens, sic inclinata, vt habeat cæremonias, iustaque iudicia, & vniuersum legem? Rationem autem quare pocius huic, quam alteri populo Deus dederit, hoc beneficium assignat. Diu. Thom. Dicens hoc Deum fecisse propter promissionem factam patribus eorum, quod Christus, secundum carnem nasceretur ex illis, conueniens: ergo fuit, vt populus, ex quo Christus nasceretur sanctificatione polleret, secundum illud Leuitici. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Hanc promissionem declarauit, ad Galat. 3. Abraæ dictæ sunt promissiones (vtique Genes. 22.) Et semini eius, non dicit seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus, hanc etiam rationem assignauit, etiam Paulus Roman. 9. Loquens de Iudæis, quorum est adoptio filiorum Dei, & testamentum, & Legislatio, quorum patres, ex quibus Christus est, secundum carnem, qua etiam ratione pecculiarem curam habuit, Deus domus Iuda, & domus Dauid, quia ex illa, beata virgo, & Christus eius filius nascituri erant, vt ait, Rupertus, 5. de Victoria verbi, capit. 18. & sic Israel, Osseæ. 9. Osseæ, 9. Dicitur, absque misericordia perpetua captiuitate puniendus. De Iuda, autem, & domo Dauid ait misericordiam meam non dispergam ab eo, vtique quia Christus nasciturus erat ex illo, & sic promittit, Genes. 49. Non auferetur sceptrũ de Iuda, nec Dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus est, &c. Nec valet contra arg. quia Deus omnibus Angelos destinabit: quare ergo non omnibus legem, per Angelos datam conferret. Respondet enim Diu. Thom. destinationem Angelorum pertinere ad prouidentiam, & curam naturalem, vt inferiora superibus sint subiecta, & ab illis gubernentur, quam quidem curam de omnibus, etiam irrationabilibus habet, dare autem legem erat donum supernaturale, quod propter culpam, saltem primi hominis à multis subtrahitur. *1. Concl. D. Thom. Rom. 3.* *Exod. 19.* *Deut. 4.* *Galat. 3.* *Gen. 22.* *Rupertus.* *Osseæ. 9.*

2.Concl. Diu. Tho.

Secundam conclusionem, ponit Diu. Thom. vt perfecte examinet primam, nam si potius huic populo dedit legem, quia ex illo Christus erat nasciturus, & potius, ex hoc populo Christus erat nasciturus, quia sic promisserat, & iurauerat patribus eorũ: Restabat examinare, quare sic promisisset, & iurasset potius, ex eis quam ex alio populo nasci, & hoc dicit Diu. Thom. reducendum esse ad misericordiam, prædestinationem, & electionẽ Dei. & non ad merita, etiã Abraæ, & illorum quibus facta est repromisio, & hoc probat Deut. 9. Scito, quod non propter iustitias tuas Dominus Deus, tuus dedit tibi terram, hanc in possessionem (& nomine terræ, etiam lex intelligitur) cum dure cervicis sis, sed vt compleret verbum suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob, quare autem, sic iurasset, & pollicitus esset, explicuit. Esai. 41. Vbi loquens de Abraham dicit, qui suscitauit ab oriente iustum vocauit eũ, vt sequerẽtur se, & Deut. 4. Audistis verba illius de medio ignis, quia dilexit patres, & elegit semen eorum post illos, ecce qualiter non ad merita, sed ad vocationem, & electionem, totum redducit, quod est reducere, ad misericordiam, & prædestinationem, cuius non est quærenda causa, quia vt

D. Aug.

inquit Aug. tracta. 26. supr. Ioan. Quare hunc trahat, & illum non trahat nolli vel le iudicare, si non vis errare, nec per hoc fit Deus acceptor personarum, quia hoc tantum habet locum in his, quæ sunt ex debito, non autem in his, quæ ex gratuita voluntate conferuntur. Notandum tamen, hoc intelligendum esse loquendo,

Not.

de merito iustitiæ, nam loquendo de merito congrui probabiliter posset dici, cum

Valen.

Valentia, disputation. 7. quæstion. 7. punto, 2. Abraham propter suam obedientiam meruisse ex congruo, vt Christus ex sua stirpe nasceretur, supposito, iam decreto incarnationis Verbi, sicut dici solet, quod supposito tali decreto beata virgo ex congruo meruit, quod ex suis viscerebus carnem assumeret, & magnum fundamẽtum sumitur ad hoc, ex

Galat. 3. Gen. 12. & 13. & 22.

Gen. 22. Per me metipsum iurauí dicit Dominus, quia feci sti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propterme benedicã tibi, &c. & benedicentur in semine tuo (id est Christo, vt exponit ad Galat.). 3. omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ, verum est istum locum, non conuincere, quia Gen. 12. & 13. Ante illam obedientiam facta fuerat illa repromisio, licet non ita clare. & in illo cap. 22. Solum fit promisio firmior, & stabilior, per iuramentum: nihilominus doctrina Valentiæ, retinet suam probabilitatem, quia illo, cap. 12. & 13. Forsitam, non erat promisio in carnationis, sed terræ promisionis, vt exOrig.

plicat Orig. Hom. 9. in Gen. Aut dici potest, cum alijs Abraham, non meruisse illam electionem, meruisse tamen executionem, sicut electio ad gloriam nõ meretur, bene tamen executio, & consecutio illius, (maxime loquendo de congruo) sic enim communiter dicitur, 3. part. quæstion. 1. patres antiquos meruisse executionem in carnationis, sed circa prædicta supposito, quod illa lex solum data est Iudæis, quantum ad obseruantiam.

Dubitatur.

Vtrùm illa lex vetus non solum ad Iudæos, sed etiã ad Christianos pertineat?

Sent. Manich. Arg. 1.

IN hac re fuit eror Manichæorum asserentium illam legem nullatenus pertinere ad Christianos, sed omnino finitam esse in Iudæis, quibus data est per Moysem. Hæc sententia prpbatur primo, nam hæreditas relicta in illo testamento est, tantum temporalis, & præcipua erat terra Cananeorum promissa. sed hanc hereditatem Christiani, non expectant, sed potius ab illa ex hæredantur: ergo ad illos non expectat, illud testamentum, nam testamentum ex relicta, hæreditate, maxime pensatur. Minor probatur, quia Christiani potius temporalia contẽnentes ad supernaturalia aspirantes, nec aliquam terræ promisionis, consequendæ aliquando fiduciam habuerunt.

2. Arg.

Secundo arguitur, ad illud testamentum pertinet, qui voluntatem testatoris, in illo expressam, & conditiones illius seruat, sed hoc nõ faciũt Christiani: ergo ad illos non pertinet illud testamentum. Minor patet, quia voluntas, & conditiones, illius testamenti erat, vt subditi, illius legis circunciderentur: cæteraque legalia, & sacrificia obseruarent ab istis autem Christiani omnino sunt liberi, imò illa non seruare tenentur: ergo.

3. Arg.

Tertio arg. si propter aliquam rationem

nem illa lex ad Christianos pertineret, maxime propter testimonia, & vaticinia de Christo in illa lege contenta, sed nulla talia sunt: ergo ad Christianos illa lex non pertinet, minor probatur, quia si aliquod tale testimonium esset, maxime illud Deuter. 18. Prophetam suscitabo eis, simile tibi, hoc tamen de Christo intelligi nequit cum Moysi Christus similis, nullatenus sit, est enim Moyses homo peccator, ex coitu natus, & vt ofensor Dei in monte occisus, Christus autem est Deus Sanctus, ex Virgine natus in monteque Caluario propria voluntate mortuus est.

4. Arg. Quarto arg. si alia ratio assignari posset vt illa lex ad nos pertineret esset ad cõponendos mores, per modum exempli, & doctrinæ, sed ad hoc non facit illa lex, ergo probatur, minor quia potius in illa lege proponuntur, detestanda exempla, quam sequenda, vt quod Iudas dormierit, cũ nuru sua, quod Sanson Nazareus, cũ meretrice miscereturquod Iacob duas sorores duceret vxores, quod Dauid commisserit adulterium, quod Salomon tot tãtosque mulieres adamaret.

5. Arg. Quinto arg. illa lex minus attinet ad nos, quã ad Apostolos filios, illius populi, & nationis, sed ad Apostolos, non attinebat: ergo nec ad nos. Minor probatur, quia Apostoli iugum illius legis à se excusserunt, & Paulus ad Galat. Repræhendit eos, qui ad obseruantiam legis vellent redire, & vt eos ab hoc remoueret vocat illa egena, & vacua elementa.

6. Arg. Sexto arg. & cõf. quia sic docet Christus, nemò panuum nouum bestimento veteri assuit, &c. intendens nobæ legis professores veteri legi non esse ad hęrendos. Item dicit lex, & prophetæ, vsque ad Ioãnem, intendens sibi finitam esse illam legẽ, De qua etiam Paulus, quod veterascit, & fenescit prope interritum est, tandẽ, quia illa lex ait posita est parricidijs matricidijs, & per iuris, non autem, his qui iuste viuunt in Christo. Vndè ait, quod iusto lex non est posita.

Conclusio. Conclusio tamen sit, quod lex vetus licet, quoad obseruantiam, solum data sit Iudæis. tamen quoad finem principalem, illius pertinet ad Christianos, finis enim principalis proximus erat dilectio Dei, vt ait, 1. Thimot. 1. Finis præcepti est charitas, & Deut. 10. Et nunc Israel. quid Do-
1. Tim. 1. minus Deus tuus petit à te nisi, vt timeas
Deut. 10. Dominum Deum tuum, & Ambules. in vijs eius, & diligas eum, finis autem remotior, licet principalis erat, ad præfigurandum, & Prophetandum misteria Christi, vt latè pro sequitur Diu. Thom. à quæst. *Diu. Tho.* 102. vsque ad 105. Hæc autem potius pertinent ad Christianos. Vndè ad nos absolute pertinet illa lex, quod latissime probat D. August. in libris contra faustum, & lib. contra addimantum Manichæum, & 18. de Ciui. cap. 11. Specialiter autem illam legem, & promisiones illius Christum præsignare patet, 1. Corint. 1. quot quot enim promisiones Dei in ipso sunt (scilicet Christo) Roman. 15. Dico Christum ministrum fuisse circuncisionis ad confirmandas promisiones patrum, quæ quidẽ nõ ad eos pertinet, qui tantũ de semine Abrae sunt secũ dũ carnẽ, sed ad eos, qui filij sunt promisio Abraę, & cõputãtur in semine Isaac. De quo dictum est Rom. 9. In Isaac vocabitur tibi semen, qui est Christus, & Galat. 3. Abraæ enim dictæ sunt promisiones, & semini eius, non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus, & 1. Petri. 1. Exquisierunt, & scrutati sunt omnes Prophętę, quide vẽtura in nos gratia vaticinati sunt, & 1. Corin. 10. Nollo *1. Cor. 10.* vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse Baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & eundem potum spiritalẽ biberunt bibebant autem de spirituali consequente eos, petra, petra, autem erat Christus, & infra omnia in figura contingebant, illis, scripta sunt autem propter nos in quos fines, seculorum debenerunt, & Rom. 15. Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinã scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem spem habeamus, & alia quæ hic afert Medina, ex D. Aug. locis citatis.

Ad 1. arg. hæreticorum resp. ex D. *Ad 1. Arg D. Aug.* Aug. lib. 4. contra faustum ad nos non pertinere illam legem, quatenus hæreditatem illam terrenam promitebat, sed quatenus hæreditas spiritualis in illa significabatur, consequenda in lege Euangelica, quam etiam patres sancti illius legis ibi inclussam intelexerunt, Psalm. 143. *Psal. 143.* Erue me de manu filiorum alienorum, &c quorum filij sicut nobellæ planctationes in iubentute sua, filiæ eorum compositæ, &c. beatum dixerunt populũ, cui hæc sunt, sed irridens hãc felicitatẽ superaddit veatus populus cuius dominus Deus eius.

Ad 2. arg. resp. August. lib. 10. cõtra *Ad 2. arg.* Faustum, cap. 2. non pertinere ad nos illa

quantum ad obseruantiam, sed quantum ad significationem, vt dixi.

Ad 3.arg. D. Aug. Ad 3.arg.resp.Aug.libr. 16. contra Faustum illum locum intelligide Christo, & ad veritatem eius non requiri omnimodam similitudinē, nam & agnus, & Leo Christus dicitur, cum qui in multis similitudo verificari non potest, est ergo Christus dissimilis Moysi in illis positis in arg. similitudinem tamen habet in eo, quod homo est, & vere de muliere natus, in monte que mortuus licet propria voluntate oblatus, & in alijs multis in quibus Moysi cōparari potest.

Ad 4.arg. D. Aug. Ad 4.arg.resp.Aug.libr. 22. contra Faustum omnia illa in sacra Scriptura Narrarri ad nostram eruditionem, primo ad fidem. cum fideliter omnia narret. Item vt appareat condemnatio, & vituperatio illorum vitiorum, cum vituperatione enim, illa narrantur. Item ad timorem, quia casus maiorum, timor est minorum. Item ad spem peccatorum, dum constat etiam grauissima illa peccata Deum condonasse.

Ad 5.arg. D. Aug. Ad 5.arg.resp.Aug.lib.9.contra Faustum: cap. 2. Apostolos excusisse, illud iugum, quantum ad obseruantiam, reprehēditque Paulus volentes, circuncidi, non autem negant, imò docent, sæpe vt diximus significationem Christi in illa lege, & quæ sub vmbra figurata sunt in nobis impleta esse, & hac ratione diximus, illam legem ad Christianos pertinere.

Ad 6. Arg D. Aug. Ad 6.arg.resp.Aug. libr. 15. contra faustum, cap. 2. illud de panno veteri, & nouo non intelligendum, de lege, & veteri, & noba, sed de vita spirituali, & terrena non enim, vnum alteri debet cōiungi, nec qui cælestia, quærit terrenis adherere, quia nemo potest duob⁹ dominis seruire, quod Christus ait, ad hoc propositum. Illud autem, quod lex vsque ad Ioan. Intelligitur quantum ad figuram, quia ex tunc iam veritas eluceſcit: dicitur autem, quod iusto lex, non est posita, quia non est contra ipsum, cum antea iam illa faciat, quod lege præcipitur, sed ponitur in iusto, ad condemnationem trāsgressionis, plura de hoc dubio, vide in Medina hic.

Art. V.

Vtrùm omnes homines obligentur seruare legem veterem?

1. Concl. PRIMA Conclusio lex vetus, quantum ad præcepta naturalia, quæ continebat, omnes obligabat, non quatenus erāt præcepta illius legis, sed quatenus erant præcepta legis naturæ. Hæc probatur, quia lege naturali omnes tenentur, & ex eo, quod illa præcepta ponerentur in lege scripta non desinebant esse naturalia, & quæ omnes obligarent, sed ideò in illa lege scripta erant posita, vt eis magis innotescerent, & nullatenus ignorantia excusarentur. Vndè Iudæi magis tenebantur ad illa præcepta, quam Gentiles: tum ratione scientiæ, quia Gentiles ex ignorantia, aliquando aliquo modo excusari possent: tum etiam, quia Iudæi duplici præcepto, & naturali, & scripto, tenebantur, ad illa seruanda. *D. Thom.*

Secunda conclusio, lex vetus quantum ad illa præcepta, quæ superadebat, ad legem naturalem, & erant propria illius legis solum illum populum Iudæorum obligabat. Hanc probat ex Dionysio, capit. 9. cælestis hierar. dicente multos Gentilium, per Angelos reductos esse in Deum cum tamen constet, illos legem Moysis, non seruare, nō ergo tenebantur ad illam legem: nam aliàs, sine illius obseruantia ad Deum per Angelos, non reduceretur, & idem docet Paulus Rom. 2. Gentiles, sine illa lege saluari potuisse. Item Genes. 17. Circuncisio solum Habraæ, & posteris eius demandata est, & consequenter solū illos, lex obligabat, quia lex vetus, solum obligabat circuncisos, vt lex Christiana solum obligat baptizatos, solum ergo obligabat lex, quos obligabat circuncisio. Quapropter verba legis semper ad illum populum solum diriguntur, vt patet Exodo. 19. & 20. & Deut. 1. Et ratio D. Th. in art. est manifesta, quia illa lex solum data est illi populo, propter peculiare prærrogatiuam sanctitatis, & reuerentiam Christi, qui ex illo populo nasciturus erat: ergo solum illos obligabat, patet cōsequentia, quia quando aliquid datur ad particularem sanctificationem aliquorum solum illos obligat. Sicut quædam obligant Clericos, aut Religiosos, quæ non obligant sæculares, quia dantur, ad particularem sanctitatem illorum ratione professionis, qua layci non habent. *2. Concl.* *D. Dion.* *Exod. 19. & 20. Deut. 1.*

Tertia conclusio, ad 3. quicumque alterius nationis poterat ad legem Iudæorum transire, illamque profiteri circuncisionem recipiendo. Hæc patet Exod. 12. si quis peregrinus ad vestram voluerit trāsire colonia, & facere phase domini circuncidetur, prius omne masculinum eius, & *3. Concl.* *Exod. 12.*

Hester. 8. *1.Par. 22* *2. Parap.* *17.& 20.* *Thobiæ 1.* *Ezech. 14* *Matth. 23* *Acto. 2.* *Galat. 3.*

& tuncrite celebrabit, eritque sicut indigens terræ, & hoc pluresfeciſſe legitur, Hæſt. 8. Qui proſelyti vocantur. De quibus, 1, Paralipomen. 22. & 2. capit. 17. & cap. 30. Thobiæ. 1. Ecchi. 14. Matt. 23. Acto. 2. Qui ergo circunciſionem recipiebat animo, ſe agregandi illi populo, adtototam legem obligauatur, vt patet ad Galat. 3. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quia debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Si autem non animo ſe agregandi illi populo, ſed ex alia deuotione circunciſionem acciperet, non ideò adtotam legem teneretur, obligatioque tam Iudæorum, quam eorum, qui illi populo agregabantur ad ſeruandam legem erat, ſub mortali in foro conſcientiæ, & non ſolum in foro exteriori, quia cum illa lex fuerit diuina neceſario ex genere ad mortale, obligabat: ſic enim eſſentialiter peccatum definitur, à D. Ambro. lib. de paradiſſo, cap. 8. vt ſit præuaricatio diuinæ legis, & cæleſtium in obedientia mandatorum, & Aug. 22. contra fauſtum, cap. 27. peccatum eſt dictum, &c. contra legem Dei.

D. Amb. *D. Aug.*

4.Concl.

Quarta concluſio ſit ſuperaddita, ad maiorē explicationē præcedentis, quod ſicut vna natio, poteſt ex legibus aliorū ſumere præcepta, quæ ſibi placuerit, & illa imitari quibus obligabitur, quatenus efficiūtur leges propriæ inſtitutæ à propria Rēpublica, vel principe, licet nō quatenus præcepta erant alterius nationis: ita ſimiliter, quæcumque Reſpublica gentiū poterat imitari, & à ſumere, quodcumque mandatum legis veteris alia relinquendo, & illud, ſibi ſtatuere pro lege humana, qua teneretur vt à ſe inſtituta, & non vt lex diuina erat Iudæorum, quid enim impediebat vt ſicut leges, aliàs non ita legem Moyſis poſſet, quæcumque Reſpublica imitari? Quoad præcepta, ſibi placita pro ſua bona gubernatione? Et ita ſit modo in Eccleſia, in qua eſt præceptum humanum ſoluendi decimas ad imitationem legis antiquæ, in qua hoc erat præceptum diuinum. Notandum tamen, hoc intelligendum de his quæ, aliàs legi naturali, non erant oppoſita, nam lex repudij, & ſimiles, alia natio à ſumere non poterat, quia ſibi lege naturali, hoc erat prohibitum, & ſolumauthoritate diuina propopulo Iudæorum erat diſpenſatum.

Art. VI.

Vtrùm lex vetus conuenienter data fuerit tēpore Moyſi?

CONCLVSIO eſt affirmatiua. *Concl.* Hanc probat D. Thom. ex illo ad Galat. 3. Quod lex eſt ordinata per Angelos, ideſtordinabiliterdata, vt ibi explicat gloſſa ordinaria, & ratione ſic, nam lex datur ad domandum duros, & ſuperbos, illoſque à malis compeſcendum, ſimulque iuſtos, & bonos adiubandos, vt per legem inſtructi, quod intendunt implere poſsint, ſed ad vtrumque fuit conueniens tempus, in quo data eſt lex, ergo. Probatur minor, quantumad bonos, quia cum tunc ratio naturalis maxime, propter exuberantiam peccatorum eſſet obſcurata indigebant auxilio legis manuducantis, per imperfecta, ad perfectionem, quantum ad malos autem probatur, nam mali de duobus ſuperbiebant, & de ſcientia, & de potentia, vt ergo ab vtroque ſanarentur, per legem neceſſumerat, vt vtrū que experirentur deficere in eis, & ſcientiam, & potentiam. Defectum ſcientiæ experti ſunt relicti regimini ſuæ rationis in tot errores, & Idolatrias, ante legem prolapſi. Vndè poſt talem experientiam congruenter dataeſt lex, ad medicinam illius, quia vt dicitur Rom. 5. Per legem cognitio peccati, impotentiam autem experti ſunt receptā lege. dum implere, non poterant, quod cognoſcebant. Vndè concluditur, Rom. 8. Quod impoſsibile erat legi in qua infirmabatur, per carnem, miſit Deus filium ſuum, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Et ſi dicas, quod tempore Noe, iam erat experientia prædictorum, quare ergo tunc non oportune traderetur lex: Reſpondetur, quodtunc nondū erat danda promiſio Chriſti, aut pactum illius per circunciſionem. Vndè nondum erat tempus legis continentis, talem promiſionem, vt diximus. Etſi adhuc dicas: ergo ſaltem tempore Abraham debuit dari: ſiquidem cum illo inſtitutum eſt pactum, & Sacramentum circunciſionis. Reſpondetur, à tempore Abraham incepiſſe teſtamentum, non tamen legem, hoc enim nomen teſtamentum æquiuoce ſumitur, & pro teſtamento morituri. & pro pacto, vt docet Diu. Hieron. comment. ſup. ad Galat. & Aug. libr. 1. locutionum de Gen. & ſic Pſalm. 82. Simul adverſum te teſtamentum diſpoſuerunt ſeptuaginta legunt pactum, & Gen. 26. Vidimus tecū eſſe Dominum, & id circo, nunc diximus,

Rom. 5. *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *D. Hiero.* *D. Aug.* *Gen. 26.*

sit iuramentum inter nos, & in eamus fœdus, &c. Septuaginta vertunt faciamus te
Actor. 3. stamentum, & Acto. 3. Vos estis filij prophætarum, & testamenti, ideſt, & pacti, & promisionis, & Luc. 1. Memorare testamenti sui sancti, ideſt pacti sui, in hac ergo acceptione testamentum vetus incepit ab Abraham, quia cum illo initum est pactum, & ab illo cæpit circũcisio vt præambulum, & incohatio quædam legis tantũ lex autem data est post quadringentos, & triginta annos, vt recte deducit ex sacra Scriptura, Medina fideliter annos patriarcharum, qui mediauerunt enumerando, & sic asseritur, ad Galat. 3. & optime
Galat. 3. D. Aug. dixerit, Aug. 16. de ciuit. c. 24. Etsi modo inquiras, quare ergo inito, iam pacto,
Dub. & circũcisione instituta, non statim data
Resp. est lex Abraæ. Respondet Diu. Thom. ad 2. quod vt supra dixi; quæst. 90. art. 2. & 3. & quæst. 96. art. 1. ad 3. lex debet dari populo, & cum tempore Abraæ, ille populus circunciſione insignitus, nondum esset, nisi domus quædam, & familia: tunc tantum domestica, & familiaria præcepta, & non lex debuit dari, nec postea, etiam iam populo Israelitico, in AEgipto multiplicato, quousque a seruitute redimeretur, quia vt ait Arist. 3. Polit. cap. 3. Ser-
Arist. rui non sunt pars populi, nec Rempublicam capacem legum possunt construere statim autem, atque populus multiplicatus eductus est ex AEgipto recepit legẽ
Obiectio. inde ferto. Et sic adhuc arguas, quia sicut non data est lex ante Abraham, quia nondum initum erat pactum, ita videtur non dandam, vsque ad Dauid, vel dandam solum Tribui Iuda, quia ex domo Dauid, & non ex alijs ex pacto, Christus erat
Solut. venturus. Respondet. Diu. Thom. ad 3. quod licet pactum solum esset, vt ex domo Dauid nasceretur, quia tamen signum talis pacti, quod est circuncisio, ab omnibus illius populi ex Abraham recipiebatur, ideò omni illo populo, statim in libertate posito, & circuncisio debuit dari, & promulgari, illa lex.

Not. Notandum tamen, quod licet ad intentum D. Thom. & probandum oportunum tempus legis sufficiat explicare ex Apostolo, qualiter per legem fuit cognitio peccati, per quam cognitionem humiliata est superbia hominis, non tamen intendit, quod lex solum daretur, ad cognitionem peccati, vt falso superaddit, Paulo, Luthærus, multas enim alias lex vtilitates habet præter peccati cognitionẽ ape-
Galat. 3. rire, quas explicat ad Galat. 3. Quid igitur ex? ac si dicat, quas vtilitates habet? & respondet, propter transgresionem positæst ad detegendam, & manifestandam, transgresionem dando cognitionem peccati, vt explicat Aug. & non tantum, vt cognitionem, quasi speculatiuam daret, sed etiam practicam inducendo ad humilitatem, propriam ignorantiam agnoscentes, qui de scientia superuiebant, aut propter transgresionem, vtique præcedentem cohercendam, vt minis, & terroribus, & suplicijs à peccatis, & transgresionibus homines arcerentur multiplicique ritu collendi Deum ab eis diuerterent, vt ex-
D. Chris. D. Hier. plicat Chrisost. & Hieron. ibi: Aliã etiam vtilitatem assignat, Paul. dicens: Sub lege custodiebamur in eam fidem, quæ reuellanda erat, quia vt diximus, supra erat, quasi Pedagogus instruens ad Fidẽ Christi, per quem essemus iustificandi, & saluandi, multas alias vtilitates illius legis ponit Dauid, Psalm. 118.

Quæst.99. De præceptis veteris legis.

Art.I.

Vtrùm in lege veteri continea tur solum vnum præcep-- tum?

CONCLVSIO sit, lex vetus se
Concl. D. Thom. Ad Eph. 2 D. Ambr. Matt. 22, cundum diuersas materias continet diuersa præcepta, iuxta illud ad Ephes. 2. Legem mandatorum decretis euaquans, vbi secundum Ambros. tom. 5. supra istum locum, loquitur de lege veteri, ex parte, tamen finis, lex continens diuersa præcepta, est tantum vna, sicut & ars cõtinens diuersa præcepta, circa materialia disponenda, est tantum vna ex vnitate finis, & scientia: similiter ex vnitate obiecti, & finis vnitatem habet licet plures cõclusiones, aut demonstrationes includat, finis autẽ legis vnicuseſt, iuxtaillud 1. Timot. 1. Charitas est, per quam Deum, & proximum diligimus: hæc enim licet quoad explicationem duo videãturvnũ sunt, quia in delectione Dei, includitur dilectio proximi, propter Deũ, & indilectione proximi, etiam includitur dilectio Dei propter quem ex charitate diligitur proximus. Vndè, quandoque dicuntur duo præcepta, vt Matt. 22. In his duobus mãdatis

dati spendet omnis lex,& Prophetæ, & 1. aliquando dicitur, vnum solum, vt Rom. 13. Si quod est aliud mandatũ in hoc verbo instauratur diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Vndè in dilectione proximi, etiam implicite continetur dilectio sui ipsius, tamquam regula dilectionis proximi: iuxta illud, 9. Ethi. cap. 8. Amicabilia quæ sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus, quæ sunt homini ad se ipsum.

Art.II.

Vtrùm lex vetus cõtineat præcepta moralia?

Conclusio. D. Thom. Eccles. 17 Glo. ordin. Ad Hæbr. Exod. 20.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Diu. Thom. ex illo Eccles. 17. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit eos, disciplina autem ad mores pertinet, vt explicat glossa ordin. sup. illud, ad Hæbr. 12. Omnis disciplina, &c. Item patet. Exod. 20. Non occides, non furtum facies, &c. Quæ præcepta moralia sunt, ratio etiam est manifesta, nam sicut intentio principalis legis humanæ est, vt faciat amicitiam hominum adinuicem: ita intentio legis diuinæ est principalis facere amicitiam hominis cum Deo, amicitia autem super similitudinem fundatur, quia similitudo est causa amoris, & illud Eccles. omne animal diligit, sibi simile, non autem homo similis esse potest Deo optimo, nisi bonus sit, *Leuit. 19.* & sic Leuit. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, bonitas autem est effectus virtutis, quæ sic definitur, quod sit illa, quæ bonum facit habentem: ergo de primo ad vltimum lex vetus diuina præcepta moralia virtutum, debet continere vt proprium finem consequatur, qui est facere amicitiam hominis cum Deo. *Obiectio.* Nec valet si arguas, quod illa præcepta sunt legis naturæ, & sic non erat opus, vt à lege veteri ponerentur. *Solutio.* Respondetur enim legem veterem non esse contrariam legi naturæ, licet ab ipsa distinguatur, per superadditionem ad præcepta naturalia, vt infra dicetur, & hoc quidem conuenienter, quia cum ratio naturalis humana sit per peccatum multum obscura, licet communissima præcepta naturalia ignorare non posset, tamen alia particularia, quæ se habent vt conclusiones illorum communium ignorare potest. Vndè ad hoc necessaria fuit lex diuina illustrans, ne homo iudicaret bona mala, & mala bona, vt ob tenebrati peccatores faciunt, secundum Esaiam, sicut (verbi gratia) Deum esse vnum lumine naturæ cognosci potest, quia tamen ex ignorãtia ignorari potest, ex qua Gentiles, sibi Deos multiplicauerũt, ideò hoc inter fide credenda nobis proponitur, sic præcepta moralia, quæ ad legem naturalem pertinebant, ne homines ignorantia laborantes, circa illa errarent proposita sunt à lege diuina.

Notandum tamen, ex Cai. quod quãdo Diu. Tho. ait finem principalem legis humanæ esse amicitiam hominum interse, intelligendum esse, quantum est ex parte legis humanæ sistendo intra proprios terminos, quia licet hoc vlterius sit ordinandum ad cultum Dei, hoc tamen est faciendum, per altiorem legem diuinam respitientem, hunc altiorem finem. Qua propter lex humana non est iniqua, illum finem principaliter ex se respitiens, non contrarie sed negatiue, se habens ad aliũ altiorem finem subiecta legi diuinæ, vt ab illa in illum dirigatur, imò, & lex humana ex sua ratione propria, cultum diuinum ordinare potest ad proprium finem, & amicitiam ciuium, non sumendo cultum ex parte Dei culti, vel amati, sed ex parte colentis, & amantis cum subiectione tamen prædicta, vt iterum lex humana in totum à diuina ad illum finem altiorem dirigatur. *Nota*

Art.III.

Vtrùm lex vetus contineat Præcepta ceremonialia præter moralia?

Conclusio D. Thom. Deut. 14

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Deut. 14. decem verba, scripsi in duabus tabullis lapideis mihique iniunxit, in illo tempore, vt docerem vos cæremonias, & iudicia, quæ facere debeatis: ergo præter præcepta moralia scripta in lapidibus, alia sunt cæremonialia, ratioque est manifesta, nã lex diuina, vt dictum est art. præcedenti, principaliter habet homines ordinare in Deũ, sed homo non solum ad Deum ordinatur per actus internos, vt est credere sperare, & amare, sed etiam per actus externos, quibus diuinam seruitutem profitetur, &

qui

qui cæremoniæ vocantur: ergo lex etiam huiusmodi præcepta ceremonialia debebat imponere, nec facit contra hoc huiusmodi cæremonias cultui Dei seruientes præcipi, per virtutem Religionis, quæ moralis est, & inter præcepta moralia cõputatur, atque adeò, non esse necessarium præcepta cæremonalia superaddere. Respondetur enim, quod sicut præcepta communia naturalia determinari possunt, aut lege diuina, aut humana, & talis determinatio, non ad legem naturalem, sed ad diuinam, vel humanam determinantem pertinet: ita quod in communi pertinet ad Religionis virtutem, quod est Deum colere potest determinari: per tales cæremonias, vt per istas, vel illas collatur, & præcepta, quæ tales cæremonias determinant none runt moralia, sed cæremonialia à moralibus distincta.

Obiectio.

Solutio.

Medina. Contra Caiuinum.

Magister Medlna hic agit cõtra Caiuinum, qualiter latria, quæ cultum Dei respicit distinguatur adulia, quæ versatur, circa honorem, & seruitutem creaturæ, & qualiter vox Græca seruitus, vtrumque significet, & seruitutem Dei, per latriam, & seruitutem creaturæ per duliam, sed de hoc Damascenus, libr. 3. Apologet. Augustl. libr. 15. contra Faustum, cap. 9. & 10. Decius, cap. 1. Beda, in cap. 4. Luc.

D. Damas. D. Aug. Beda.

Art. IV.

Vtrùm præter præcepta moralia, & cæremonialia sint, etiam præcepta iudicialia?

Conclusio. D. Thom.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Diu. Thomas, Deut. 6. Hæc sunt præcepta, & cæremoniæ, atque iudicia, &c. vbi nomine præceptorum, per antonomasiam intelliguntur præcepta moralia, & præter illa assignat cæremonialia, & iudicialia, & ratione probat, quia ad legem pertinet hominem ordinare ad Deum, & adinvicem ad alios homines. Hoc autem licet fiat incommuni adicta mine rationis, ad quod referuntur præcepta moralia ordinando ad Deũ, per virtutem Religionis, & ad homines, per iustitiam, tamen opus est, hoc fieri determinate, per præcepta quidem cæremonialia determinando Religionem, & per præcepta iudicialia determinando iustitiam, & sic Roman. 7. cum Apostolus dixisset, quod lex est sancta, superaddit, quod mandatum est iustum, & bonum, & sanctum iustum quidem, quantum ad iudicialia sanctum, quantum ad cęremonialia, quia sanctum dicitur, quod est Deo dicatum, bonum autem, id est hnnestum, quantum ad moralia. Verũ est, quod cum hæc tria mutuo se includant multoties in sacra Scriptura, nomine vnius significatur, & aliud, vt Deut. 5. Audi Israel cæremonias atque iudicia in illo nomine iudicia, etiam moralia compræhenduntur, & Leuit. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis in illo verbo præcepta, etiam cæremonialia compræhuntur.

Rom. 7.

Leui. 18.

Art. V.

Vtrùm aliqua alia præcepta cõtineatur in lege veteri præter moralia iudicialia, & cæremonialia?

CONCLVSIO sit, quod omnia legis præcepta continentur, sub moralibus cæremonialibus, & iudicialibus. Alia vero non habent rationẽ præceptorum, sed ordinantur ad præceptorum obseruationem.

Nota

Pro intelligentia notandum, in lege veteri plurima esse præcepta, vt constat ex toto pentatheuco, qvæ licet in eodem fine ordinandi ad Deum, & Christum significandum conuenirent, inter se tamen materia, & obiecto erant diuersa, & adeò grauia, vt propterea, ad Ephes. 2. Lex mãdatorum dicatur, & Esai. 28. Quasi illam sugillans dicat manda remanda, manda remanda, &c. Tanta enim erat duricies ceruicis illius populi, vt necessarium fuerit multitudine præceptorum illum subiugare, & tamquam rudem minutatim, per tot præcepta illum in omnibus instruere insuper, & cæremonias multiplices instituere ad propensionem idolatriæ compescendam, & vt astrictus ritibus diuinis à Gentilium superstitionibus abstrahæretur. Et denique ad bonam gubernationem Reipublicæ iudicialia fuerunt necessaria, & licet omnia prædicta adeò diuersa essent, tamen his tribus generibus optime compræhenduntur, de cuius diuisionis sufficientia. Videatur Azor, tom. 1. lib. 6. capit. 2. quæstion. 3. & capit. 3. Valentia, disp.

Ad Eph. 2. Esa. 28.

Videatur Azor. Valentia.

Salas. disputatio.7.quæst.7.puncto, 3. Salas disp.22.sectio.8.sed melius omnibus D. Thom.in hoc art.clarissime elucidat sufficientiam prædictæ diuisionis.

Art. VI.

Vtrùm lex vetus debuerit inducere ad obseruationem præceptorum per temporales promisiones, & comminationes?

Conclusio. D. Thom. Esai. 1. Deu.4. Leuit 26. & 28. CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Diu. Thom. Isaiæ. 1. Si volueritis,& audieritis me bona terræ comeditis,quod si nollueritis,& me ad irracundiam prouocaueritis gladiusdeuorabit vos,& præterea,Deut.4. & Leuit.26.& 28.& ratione declarat. quia sicut aliquis inducitur inspeculatibis ad à sensum conclusionis,per media sillogistica acõmodata auditori,quapropter semper proceditur à clarioribus,quæ facilitér amplectãtur,ita in practicis,lex debet inducere ad obseruantiam sui proponendo præmia,& suplicia,vtique acommodata subdito legis, sed inter subditos legis veteris,& nobæ,Hęc est differẽtia,quod illi sunt, veluti pueri. Quapropter lex vetus pedagogus,illorum appellatur,ad Galat.3.Qui autem ad legem nõbam pertinent viri perfecti nuncupantur, ergo illi sunt tractandi,vt pueri,isti vero, vt viri perfecti.Conditio autem puerorum est, vt munusculis,& minis atrahantur , cum viri perfecti,non nisi maiori præmio sint alecti:ergo congruum est,vt in veteri lege ad obseruantiam illius inducantur,per comminationes,& promisiones temporales,quæ parba sunt in lege autẽ noba, per maiora quale est præmium beatitudinis, aut suplicia a Deo in altera vita infligenda.Vndè ad Phil.3.vt perfectus Paulus dicebat,quæ quidem retro sunt oblibiscens ad ea,quæ priora sunt me extendo, quicumque ergo perfecti sumus, hæc sentiamus,quia imperfectorum est temporalia bona desiderare , etiam inordine ad Deum (nam in illis finem ponere peruersorum est) & de illis Psalm. 48 *Psal. 48. Carol.* Confitebitur tibi, cum benefeceris illi.Ex quo sequitur,quod communis status illius populi fuit in prosperitate,quandiù legem serbabat, ab illa autem declinãs multas calamitates paciebatur, etsi aliqui viri perfecti,etiam in illa lege in aduerfitates incidebant,iam velut spirituales,quasi nobam legem odorantes à temporalibus,ad maiorem perfectionem abstrahebantur.

Et pro maiori intelligentia doctrinæ Diu.Thom.Notandum,quod vtpatet,ex Diu.Ambro.primo de Cain,& Abel,capit.7.Est enim testamentum , quo defertur bonorum hæreditas,cum ergo lex vetus,& noba sint testamentum, hæreditatẽ vtrãque debet asignare,& quia lex noba melius testamentum est,ad Hæb.8.Quia melioribus sancitum est, ideò meliorem hæreditatem nouum testamentum debuit asignare. Etsi objcias,quod vbi testamentum est,mors necesse est intercedat testatoris,ad Hæb.9.Cum ergo in lege veteri, Deus non fuerit mortuus,qualiter testamentum dici potest. Respondetur etiam in illo testamento interceisisse mortẽ Dei,non in re,sed in figura,vt ait Theodoretus,per oblationem hostiarum,& sic testamentum confirmauit:verũ est,quod cum solum figuraliter fuerit Dei mors:ita & solum siguraliter fuit testamentum , & præmium , & hæreditas eius solum fuit, quasi figuralis paruique momenti qualia sunt temporalia,de quibus Apostolus prę terit figura huius mundi,figuram, & non substantiam temporalia appellauit,in nobo autem testamẽto intercedit vera mors Dei testatoris,& sic est perfectum testamentum,hæreditasque illius perfecta testamentumque irreuocabile , & perpetuum,vt dicitur Matth.26. Hic est sanguis nobi,& æterni testamẽti,sed de his, VideSalmeron,tom.1.prologom.1.pag. 5.colum.1.& Prologom.21.& Barradã, lib.1.cap.1. Vbi optime ait,quod sicut mundus diuiditur in regionem elementalem,& cœlestẽ,ita volumen Sacræ Scripturæ in vetus,& nouum testamentum, vetus est quasi pars elementalis corporalia præmia continens,nouum autem testamẽtum est pars cœlestis cælestia,& spiritualia præmia promittens.

Not.ex D. Amb.

Ad Hæb.8

Obiectio.

Solut.

Matt. 26. Vide Salm. Barrada.

Dubitatur.

Vtrum in Veteri testamento solum temporalia,& non vita æterna promittatur?

IN hac re, est prima sententia asse- *1.Sent.*

rens

rens solum temporalia, & non æterna in
D. Thom. illa lege promissa esse. Hanc Videtur do
D.Bona. cere Diu. Thom. hic & quæst. 114. artic.
D Aug. 10. ad 1. & in 3. distin. 40. quæst. 1. art. 1.
D. Hiero. D. Bonau. ibidem, art. 1. quæst. 1. ponens
D.Ber. differentiam, quod illa lex promitteret tẽporalia, ista vero promittat æterna, quæ differentia non esset si illa lex etiam æternа promitteret, id etiam docet Aug. 4. cõtra Faustum, cap. 2. & Epist. 120. ad honoratum, & 18. de Ciui. cap. 11. & lib. retracta, cap. 22. & Diu. Hiero. 1. contra Pelagium, ait Regnum Cœlorum primo prędicatum in Euangelio, per Baptistam Christum, & Apostolos, & Diu. Ber. serm. 30. in cant. ait graue legis iugum, & vile præmium, nam terrena est in promissione. Quę sententia probatur, vltra discursum huius articuli ratione alia, quia non debet, quis promittere, quod non potest solbere, sed ex vi illius legis Regnum Cœlorum, nec dona spiritualia dari poterant, vt infra patebit, & supra ex parte diximus: ergo non debuit, hæc promittere.

2.Sent. Secunda sententia asserit, in illa lege no
Medin. titiam esse, & futuræ vitæ, & animæ im-
Vazquez. mortaliratis, vitæque æterne, vt præmij
Salas. promissionem, & Gehennæ, vt æterni supli
Azor. cij. Hanc docet Medina, hic & Vazquez
Arg. pro & Salas, disp. 22, sectio. 8. Azor, tom. 1.
1.part.sen lib. 6. cap. 2. quæst. 4. Et probatur prima
ten. pars, quod ex illa lege constet esse aliam
Gen. 37. vitam, ex Gen. 37. Descendam in infer-
1.Reg. 28 num lugens filium meum, vbi Iacob. A-
Iob 19. liam vitam agnobit, 1. Reg. 28. Narratur
Ezech. 37 vera apparitio Samuelis, ex qua constat
Dan. 12. alteram vitam esse, Iob, 19. Credo, quod
Matt. 22. redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra, surrecturus sum, & rursum circundabo pelle mea, & Ezechi. 37. Per illam ossium viuificationem optime describitur mortuorum resurrectio, Dan. 12. Multi de his qui dormierunt in terræ pulbere euigilabunt, vtique resurgendo ad vitam, Matth. 22. Probat Christus contra Saduceos esse alteram vitam, dicens non legistis, quod dictum est, a domino ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob non est Deus mortuorum, sed viuentium. Secunda pars huius sentẽ
2.Pars. tiæ, quod ex lege veteri constet vitam æ-
Sent. pb. ternam dandam esse in præmium. Proba-
Gen. 15. tur Gen, 15. Ego protector tuus sum, &
Psal. 111. merces tua magna, nimis (nimirum æter-
Tobiæ 12. na vita) & Psalm. 111, In memoria æter-
2 Mac. 6. na erit iustus, Tobiæ, 12. Vitam illam ex
Hier. 12. pectamus, quã Deus daturus est his, qui fi
Iob 2. dem suam, numquam mutant ab eo, Iob
19. In carne mea videbo Deum saluatorẽ *Psal. 72.*
meum, 2. Macha. 6. Dicebat ille iubenis *Esa. 64.*
in tormentis positus fratres mei modico, *Ad Gal. 3.*
nunc dolore sustentato sub testamento *Ad Eph. 1.*
æternæ vitæ efecti sunt, Ierem. 12, Iob 2. *Ad Hæb.*
& Psal. 72. Proponitur illa quæstio qua- 11.
re via impiorum prosperatur, &c. & dissoluitur per spem æternæ retributionis, & Isai. 64. Oculus non vidit. nec auris audiuit, nec incor hominis ascenderunt, quæ præparasti diligentibus te. Hæc autem enchomia de præmio temporali, nequeunt intelligi. Denique hanc partem continuo docet D. Paulus, ad Galat. 3. & Ephes. 1. Dicens Christum in illa lege esse promissum in quo erant benedicendæ omnes gẽtes benedictionibus spiritualibus in cælestibus, ad Hæb. 11. Loquens de patribus antiquis expectabant fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus est, & infra à longe illas salutantes dicebant se aduenas esse super terrã, &c. & subdit nunc autem meliorem appetũt, idest cælestem, & id confirmat exemplo de Abraham Moyse, & Noe, ad Hæbr. *Ad Hab.*
11. Sine fide impossibile est placere Deo, 11.
&c. Oportet enim accedentem ad Deum credere, quia est, & quia remunerator est cum ergo in patribus antiquis esset fides prædictam cognitionem remunerationis habebant. Vide D. Aug. lib. 4. cõtra Faustum, cap. 2. & lib. contra Adamantium, cap. 18. & 20. Tertia denique pars huius sententiæ, quod etiam ex lege veteri *3.Pars sen*
constet, de pæna, & suplicio alterius vitæ *ten. proba-*
probatur, Tobiæ, 4. Eleemosina ab omni *tur.*
peccato, & morte liberat, & non pacietur animam ire in tenebras, Dan. 12. Euigilabunt alij in vitam æternam, alij in opprobrium, 2. Macha. 6. Dicebat alter iubenis in tormentis, etsi in præsenti tempore à suplicijs hominum eripiar, sed manus omnipotentis Dei, nec viuus, nec defunctus efugiam, Eccles. vltim. Cuncta quæ sunt adducet Deus in iudicium, pro omni errato, & Iudith. 16. A Eternum præmium, & æternum supplicium memorantur, Sap. 5. Postquam dixit de gloria sanctorum subdit de supplicio malorum talia dixerunt in inferno, qui peccauerunt. Item Isaias 3. & 66, pænas inferni describit.

Sit tertia conclusio, in veteri lege erat *Conclusio.*
cognitio alterius vitæ, & promisio æternæ felicitatis comminatioque æterni suplicij. Hanc probant efficaciter loca sacrę Scripturæ allata pro secunda sententia, nec obstiterit veritati, D. Thom. & alij relati pro prima sententia, quia illi solum

solum intendunt, quod in illa lege, non ita explicite, ista continerentur, sicut in lege noba, sed subvmbra, & typis, & figuris, illa continebantur explicite autem in lege noba sunt promulgata, sic ait Aug. 1. Retracta, cap. 22. & hoc dicit Paulus, ad Hæb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum. Aut vero dicitur præmium illius legis, aliquid temporale, non quia etiam æternum non promitteretur, sed quia promissio temporalium erat frequentior, in nobo autem testamento fere, numquam temporalia promittuntur, sed in futurum semper præmium reseruatur, & suadetur in temporalibus præmium nõ esse querendum. Aut tertiò dicitur, quod cum in illo statu beatitudo non consequaretur, sed in lege noba ianuis cœlestibus per Christũ apertis, ideò dicitur præmium æternum non pertinere ad illam legem, sed ad nobam, non quia in illa non cognosceretur, & promitteretur, sed quia in illa non dabatur, sed reseruabatur dandum in lege noba, per Cfiristũ. Aut quarto dicitur, quod præmium æternũ, & spirituale, non dabatur, nec promittebatur in illa lege, ex vi legis stricte sumptæ, vt importat iudicialia, & cæremonialia superaddita, ad præcepta fidei spei, & charitatis, & alia supernaturalia, sed si præmiũ æternum in illa lege, erat promissum hoc erat ratione fidei, & aliorum præceptorũ [illegible] quæ formaliter, ad illam legem stricte sumptam, non pertinebant, vt infra dicetur, Diu. Thom. autem loquitur in art. formaliter de illa lege stricte sumpta, quod ad illam præmium æternum beatitudinis non pertineret, sed solũ temporales promissiones, felicitas autem æterna, ad legem gratiæ formaliter, & ex propria ratione pertineat.

D. Aug. Ad Hæb. 10.

Quæstio. 100. De præceptis moralibus veteris legis.

Art. I.

Vtrùm omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ?

Not.

PRO resolutione præmitit D. Thom. quod esse aliquid bonum morale stat dupliciter: Primò, communiter pro omni eo, quod ad mores potest pertinere conformiter, ad rationem, siue talis conformitas sit ab intrinseco, siue ab extrinseco, siue ex natura rei, siue supposita lege. Et sic etiam iudicialia, & cæremonialia bona erant moraliter, & præcepta illorum, sic sunt præcepta moralia. Secundò modo dicitur, aliquid bonum moraliter specialiter pro eo, quod est bonum, secundum se, & ex sua natura, sicque præceptũ morale distinguitur à cæremoniali, & iudiciali, estque de illo bono, quod secundum se est conforme rationi: nam moralitas in ordine ad rationem sumitur, & illud est bonum moraliter, quod iudicio rationis est conforme: illud autem est malum moraliter, quod à ratione discordat, illa autem, quæ secundum se iuditio rationis sunt cõformia & bona, sunt in duplici differentia: nam sicut in speculabilibus, alia sunt, prima principia, ab omnibus cognita, alia vero sunt, quæ licet respectu aliorum sint principia, tamen respectu priorum sunt conclusiones, & egent discursu, & non nisi à sapientibus, & philosophis cognoscuntur: ita in practicis aliqua sunt principia prima, aut adeo communia, & clara vt modica consideratione à quolibet cognoscantur. Alia vero sunt quæ licet secundum se conformia sint rationi tamen obscura sunt, & egent vt à sapientioribus percepta minoribus tradantur, hoc supposito ponit D. Thom. sequentes conclusiones.

Prima conclusio, præcepta moralia, vt à cæremonialibus, & iudicialibus distinguuntur pertinent ad legem naturæ. Hanc probat ex illo Rom. 2. gentes quæ legem, non habent naturaliter, ea quæ legis sunt faciunt, quod necessario debet intelligi de præceptis moralibus, quæ sunt in lege, & simul sunt de lege naturæ, & ratione, quia talia præcepta sunt de his, quæ secundum se bona sunt iudicioque rationis conformia: ergo sunt de lege naturæ, ratio enim naturalis dictat, & præcipit esse sequendum, id quod secundum se est bonum. *1. Concl. D. Thom. Rom. 2.*

Secũda cõclusio, præcepta moralia diuersimode pertinent ad legẽ naturæ, hanc probat, quia aliqua illorũ sunt, de quibus ratio naturalis cuiuslibet, statim dictat esse faciẽda, vel nõ faciẽda, vt honorare patrem, non occidere, non furari. Alia vero sunt, quæ subtiliori consideratione rationis à sapientibus di iudicantur esse obseruanda egentque minores disciplina maiorum, ad illa cognoscenda, vt quod quis co- *2. Concl.*

ram

ram cano debeat surgere, senemque honorare. & tandem, alia præcepta moralia sunt adeo superiora, vt non solum quis à sapientiori homine, sed à Deo debeat erudiri, vt est illud non facies tibi sculptile. neque omnem similitudinem, non à sumes, nomen Dei tui in vanum. &c. Etsi contra facias arg. nam si præcepta moralia pertinent, ad legem naturæ: ergo non ad legem Moysi, nam lex naturæ semper manet obseruanda, lex autẽ Moysi, mortua, & mortifera est obseruantibus eam. *Arg. con. D. Tho.* *Solutio.* Respondetur, illa præcepta moralia, & pertinere ad legem naturalem, & iterum repetita esse in lege Moysi, qua ratione duplici præcepto magis obligabant Iudæos, quam Gentiles, & peccatum contra illa Iudæis erant maiora. cessauerunt ergo, qua parte erant præcepta lege Moysi, & manserunt, qua parte erant de lege naturæ, aut dicitur cessasse legem veterem, quantum ad ea, quæ à Christo non sunt confirmata, præcepta autem moralia, & decalogi confirmata, & repetita sunt à Christo in Euãgelio, aut item dicitur cessasse, quæ propria sunt legis veteris stricte dictæ, ad illam autem sic, vt superaddens, ad legem naturæ non pertinent præcepta moralia, sed cæremonialia, & iudicialia, moralia autem vt de lege naturæ semper manent communia, & legi veteri, & nobæ Euangelicæ,

Dubitatur.

Vtrùm fuerint de lege veteri præcepta Fidei spei, & charitatis?

1. Sent. Vazquez. Suarez. Azor. Salas. Arg. IN hac re est prima sententia, asserens prædicta præcepta pertinere intrinsece, ad legem veterem. Hãc tenet Vazquez supra quæst. 99. artic. 1. & Suarez, hic, & Salas, disputatio. 22. sect. 8. & Azor, tom. 1. lib. 6. cap. 1. & illam tribuunt Caiet. hic imò, & Diu. Thom. qui hic ait, quædam esse præcepta (& loquitur de moralibus legis) ad quæ iudicanda, ratio humana indiget instructione diuina, per quam erudimur de diuinis. Hæc autem instructio, certum est esse per fidem, & art. 3. sequenti, ad 1. ait illa duo præcepta diliges dominum Deum tuum, & diliges proximum esse principalia inter præcepta moralia illius legis, & probatur Matt. 22. Vbi legis perito interroganti, quod est mandatum magnum, in lege respondit Christus, diliges Dominum Deum tuum, &c. & Deut. 6. Statuitur præceptum Fidei, dum dicitur: Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est, & præceptum Fidei de Christo venturo statuitur, Deuteron. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit, tibi Dominus Deus tuus ipsum audies. Etsi ab istis authoribus quæras, ad quod nam genus præceptorũ ista reducãtur, quis dixi mus omnia esse moralia cæremonialia, aut iudicialia. Respondet. Vazquez vltra præceptamoralia, & ceremonialia, & iudicialia, esse testimonia, vt est illud Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est, & illud Gen. 1. In principio creauit Deus Cælum, & terram, & adhæc inquit, reducuntur præcepta fidei, quibus authoritas Legislatoris commendatur, sunt etiam iustificationes, sic enim appellantur propositiones præmioruu, & supliciorũ, & ad hæc reducũtur precepta spei, & penitentiæ factæ ex charitate, Azor autem respondet, huiusmodi præcepta ffidei spei, & charitatis reduci ad præcepta moralia, quæ sunt de lege naturæ, quia licet in particulari huiusmodi præcepta sint, supra naturam, in communi tamen, & quodam modo ad rationem naturalem pertinere: quatenus ratio naturalis dictat Deum esse credendum sperandum, & amandum. *Obiectio.* *Solutio. Vazquez.*

Pro intelligentia notandum, hanc quæstionẽ esse de nomine certũ est enim, tunc fuisse illa præcepta supernaturalia, sicut & in omni tempore, etiam in lege naturæ, sic enim appellabatur, quia nõ erat scripta, non autem, quia in illa præcepta super naturalia, non essent, est autem quæstio, si sint intrinseca, illi legi, & ad illam pertineant, an vero sint præter talem legem solum illi concommittanter se habẽtia. Et pro decisione. *Not.*

Conclusio sit, illa præcepta superna turalia Fidei spei, & charitatis supra illam legem, & præter illam erant, nec intra rationem illius continebantur. Hanc docet Medina. quæstio. præcedenti, artic. 5. & Lorca, disputatio. 31. & Valentia, disputatio. 7, quæst. 7. puncto 4. imò videtur Diu. Thom. hic enim ait ad aliqua præcepta illius legis fuisse requisitam instructionem fidei, non autem asserit ipsam fidem fuisse præceptam in illa lege, & art. vlt. huius quæstionis vniuersaliter asserit præcepta moralia veteris legis, non iustificasse, *Concl: Medina. Valent. D. Thom.*

ficasse, quod asserere non posset si sentiret prædicta præcepta intrinsece, ad illam legem pertinere, cum huiusmodi de fide sit iustificare. Vnde sic formatur argumentum pro conclusione, lex illa iustificare non poterat, sed si prædicta præcepta continerentur in illa lege necessario, dicendum erat iustificare: ergo talia præcepta, ad illam legem non pertinebant. Maior patet, Rom. 4. & Galat. 3. Vbi expræsse ait neminem ex lege iustificari. Minor vero habetur eisdem locis credidit Abraham Deo, & reputatum est, illi ad iustitiam, & rursus iustus ex fide vivit. Secundo probatur, quia in eisdem locis Diu. Paulus distinguit inter legem, & prædicta præcepta: ergo non pertinent intrinsece ad legem, antecedens, patet, quia inquit Roman. 4. Non ei, qui ex lege est solum, sed ei qui ex fide est habræ, &c. & Cal. 3. Lex autem non est ex fide, &c. Ecce qualiter ponit distinctionem inter fidem, & legem.

Rom. 4. *Galat. 3.*

Rom. 4. *Galat. 3.*

Ad fundamentum contrariæ sententiæ, respondetur nos, non negare illa præcepta imposita esse seruatoribus legis antiquæ, sed dicimus ad illã legẽ strictè sumptam non pertinere, & sic Diu. Thom. imò Christus loquuntur large de lege veteri, secundum omnia, quæ sub illa viuentibus erant præcepta, nos autem loquimur strictè de illa lege veteri. Quapropter postquam Deut. 6. Enumerauit omnia pertinentia, ad illam legem strictè sumptam, dicens hæc sunt præcepta, & cæremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester, vt docerem vos, & faciatis ea, &c. Et assignato præmio seruantibus, illam legem, quasi extra illam post modum superadditur audi Israel, &c. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Itaque ista præcepta supponebãtur ad multa præcepta illius legis moralia, imò & ad cæremonialia figurantia Christum Dominum. Non autem intra illam legem, nec intra præcepta moralia continentur, nisi large loquendo, de præceptis moralibus, nam ista in rigore, prout sunt præcepta illius legis pertinent ad legem naturæ, Iterum repetita in illa lege, præcepta autem fidei spei, & charitatis, non pertinent, ad naturalem rationem, nisi illustratam, & elebatam diuinitusque supernaturaliter instructam, vt explicat Caiet. hic.

Ad Arg. contrariæ sent. D. Thom.

Deut. 6.

Art. II.

Vtrùm præcepta moralia veteris legis sint de omnibus actibus virtutum?

CONCLVSIO sit omnes actus, virtutum explicantur in lege diuina, quædam quæ pertinent, ad præceptum, quædam vero, quæ cadunt sub admonitione consilij. Hanc probat Diuu. Thomas, primo, quia secundum Diuu. Ambros. tom. 4. libr. de Paradiso, cap. 8. ante medium, peccatum est transgressio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum, sed sic est, quod potest esse peccatum contra omnem virtutum actum, ergo & omnium illorum est obedientia, & sic omnes actus virtutum cadunt sub præcepto. Secundo probat, quia vt supra dictum est, lex ordinatur in bonum commune, cum autem sit duplex communitas. Alia hominum inter se, & alia hominum in ordine ad Deum, ideò alia est ratio legis humanæ, quæ respicit homines inter se, & alia est ratio legis diuinæ, quæ respicit homines in ordine ad Deum. Ratio enim legis humanæ, tantum respicit actus iustitiæ, vel aliarum virtutum in ordine ad iustitiam, quia consideratio hominum inter se est consideratio iustitiæ. Ratio autem legis diuinæ respicit actus omnium virtutum, quia ad Deum est communitas, & ordinatio, per actus omnium virtutum, per alios quidem, simpliciter, & cadunt sub præcepto, per alios autem ad melius esse, & cadunt sub consilio.

Conclusio D. Thom.

D. Amb.

Sed contra hanc resolutionem. Argumentor primo, nam supra quæstio. 99. art. 5. ait Diu. Thomas, in lege veteri solum dari præcepta de iustitia: ergo male hic asserit dari præcepta de omnibus actibus virtutum.

Contra Arg. 1.

Secundo arg. nam artic. præcedenti, diximus præcepta fidei, spei, & charitatis, non pertinere ad illam legem: ergo illa lex non præcipit actus omnium virtutum.

2. Arg.

Tertio arg. quia consilia sunt prærrogatiua perfectionis Euangelicæ, & nullo modo ad illam legem pertinebant, quim potius in illa paupertas persecutiones orbitas filiorum, & infecunditas intermale dicta computabantur: ergo non omnes actus virtutum, saltem, qui subconsilio cadunt pertinebant, ad illam legem. Confirmatur, quia virginitas est virtus, vt docet Diu. Thom. 2. 2. quæstion. 152. artic. 3. & tamen de actu illius, nullum

3. Arg.

Conf.

lum erat præceptum in illa lege, imò nec consilium: ergo.

Ad 1. arg. Ad primum istorum arg. respondetur, ibi tantum loqui Diu. Thom. de præceptis cæremonialibus, & iudicialibus, non autem de moralibus. Vndè licet, illa sint tantum de iustitia, ista sunt de omni virtute.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur Diu. Thomam, loqui hic de moralibus præceptis, & pertinentibur, ad illam legem, ista autem sunt, illa quæ pertinent ad legem naturalem. Vndè illa lex præcipit actus omnium virtutum moralium, naturalium, intra quæ illa præcepta supernaturalia, non continentur.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum respondetur, & erit secunda solutio prioris, quod licet illa lex stricte sumpta, non se extenderet, ad omnes actus virtutum, bene tamen sumpta, cum extensione secundum omnia, quæ in illa reperiebantur, & seruabantur, & sic loquitur de illa, hic Diu. *D. Thom.* Thomas. Qua ratione, & ad præcepta supernaturalia, & ad consilia in argumento posita, se extendebat, in illa enim lege, præter legem stricte sumptam, etiam beata virgo, votũ virginitatis emisit, secundum Diu. Thomam, & rechabitæ professi sunt vitam monasticæ similem, Ieremiæ *Hier. 35.* 35. Aut iterum dicitur forte Diu. Thomam, licet inceperit, in art. agere de lege veteri transtulisse sermonem ad legem diuinam, in communi, sicut & artic. 9. Diffusus est, vt ageret de modo virtutis, & de modo charitatis, in art. 10. Vtrùm cadat sub præcepto, quod tamen ad legem diuinam absolute, & non ad legem veterem pertinet, & sic non dixit Diu. Thom. in conclusione huius artic. quod omnes actus virtutum explicantur in lege veteri, sed quod explicantur in lege diuina, sic autem in communi loquendo de lege diuina: certum est ad omnem actum virtutis, se extendere, quia omnis virtus in lege diuina, secundum præceptum, vel consilium continetur, & per hoc patet. Ad confirmationẽ, quod virginitas erat in cõsilio, etiam in illa lege large sumpta, & præter illam stricte sumptam.

Art. III.

Vtrùm omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta Decalogi?

Conclusio. D. Thom. Matth. 5. CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat ex Glossa Ordinaria, super illud Matth. 5, Beati estis, cum male dixerint, &c. Dicente, quod Moyses decem præcepta proponens postea, per partes, explicat ergo omnia alia, ad illa decem reducuntur, explicat autem istam conclusionem Diuus Thom. Supponendo, quod præcepta de calogi sunt illa, quæ immediate sunt à Deo recepta, vtique in monte scripta in tabullis lapideis Moysi, vt patet Exod. *Exod. 20. & 24. Deu. 9. & 10.* 20. & 24. & Deuteron. 9. & 10, quæ in artic, sequenti, proponentur, quæ vtique sunt aliàs cognita lumine naturæ, vt conclusiones primorum principiorum, & vt principia aliarum conclusionum, quæ enim secundum legem naturæ, & secundum se bona, vel mala sunt, in tria diuiduntur. Alia quidem sunt communissima, & omnium principia, per se nota, vt bonum est faciendum malum fugiendum, nullum debemus nocere, &c. Alia vero, quæ existis inferuntur, vt conclusiones magis determinatæ, & non multa Inquisitione, sed facile attentione ad illa prima principia cognita, vt quod parentes sint honorandi, quod non est licitum occidere, fornicari aut furari. Alia vero sunt, quæ ex istis inferuntur obscurius egentque disciplina sapientum, & illa mediante cognoscuntur, & traduntur à Deo licet sint de lege naturæ, & secundum se bona, vel mala, præcepta ergo decalogi, nec sunt priora, nec posteriora, sed secundo loco posita. Vndè ad illa patet, quod omnia præcepta moralia, quæ ad legem naturalem pertinent reducuntur, Prima quidem continentur in illis secundis, vt principia continentur in conclusionibus, illa vero tertia continentur in prædictis secundis, vt conclusiones in principijs, quia bene potest esse, quod conclusio respectu vnius sit principium respectu alterius.

Corol. contra sentent. & Gabriel. Ex doctrina Diu. Thomæ, sequitur omnia præcepta Decalogi esse de lege naturæ contra Scotum, qui 3. distin. 37. quæst. vnica, §. ad quæstionem, quem sequitur Gabr. ibidem, quæst. 1. artic. 2. Asserentem præcepta secundæ tabullæ, non esse de lege naturæ, bene tamen naturæ

turæ consona, sicut dicitur de diuisione rerum, quia ista præcepta, inquit, non sequuntur per euidentem consequentiam, ex primis principijs naturalibus. Fallitur tamen euidenter enim ex primis principijs moralibus, sequuntur, vt probat D. Thom. in tota hac quæstione, & sic de lege naturæ sunt, & cum Diu. Thom. tenent omnes Scolastici, 3. distin. 37. & idem docet Ireneus, libr. 4. aduersus hæreses. cap. 31. Augustin. libr. 19. contra Faustum, cap. 18. & libr. 3. contra duas Epistol. Pelag. capit. 4. Videatur Lorca, hic disputation. 32. & Salas, disputarion. 22. sectio. 9. De tertio tantum præcepto est aliqualis difficultas, & August. insinuat esse positiuum, & cæremoniale, & Scotus, & Gabr. dubitanter loquuntur, sed Diu. Thom. absolute ponit, illud inter præcepta moralia, art. 1. 3. & 4. sequenti. Quia licet determinatio talis diei, sit de iure positiuo, illius legis. & modo sit mutatum ad diem Dominicam, & sic quantum ad hoc non sit de lege naturæ, quæ mutari non potest, tamen absolute habere tempus, & illud determinare ad Deo bacandum, & illi gratias referendum pro beneficijs acceptis est de lege naturæ.

Doctrina est D. Tho. Iren. D. Aug. Lorca. Salas.

Dub. Resolutio cõtra Scot. & Gabri. est D. Tho.

Art. IV.

Vtrùm præcepta decalogi conuenienter distinguantur?

Conclusio. D. Thom. Isichius.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam vt explicet præsupponit Diu. Thom. quod 1. Sichius, in capit. 26. Leuit. ait. Præceptum de obseruantia Sabbati non esse de decalogo. Vndè vt compleat numerum decem præceptorum decalogi distinguit in prima tabulla, quatuor præcepta, tria quidem in illis verbis: ego sum Dominus Deus tuus, &c. Non habebis Deos alienos, &c. Non facies tibi scultile, & quartum est illud, non à summes nomen Dei tui, in vanum, in secunda autem tabulla ponit, sex præcepta, quæ sequuntur reducendo, ad vnum concupiscentiam vxoris alienæ, vel bonorum proximi, idem tenet Diu. Hieronym. Osseæ. 10, & idem sequitur Diu. Ambros, ad Ephæs. 6. Item Origin. Homil. 8. in Exod. Sic disponit, ait enim, quod illud Verbum, ego sum Dominus non est præceptum, sed contestatio, & nominatio, qua Legislatoris authoritas commendatur. Primum ergo, præceptum est non habebis Deos alienos. Secundum non facies scultile. Tertium non à summes nomen Dei tui in vanum. Quartum memento, vt diem Sabbati sanctifices, in secunda autem tabulla disponit, alia sex, vt Isichius reducendo ad vnum duo vltima, de concupiscentia bonorum, & vxoris alienæ, quod etiam facit Ioseph. 3. antiqui, capit. 6. & 8. & Ruper tus, Exod. 20.

D. Ambr. Orig.

Ioseph. Rupertus.

Conclusionem tamen, ponit Diu. Thomas optimam distinctionem præceptorum decalogi esse, quam ponit Diu. Augustin. quæstion. 71. in Exodum, & Epistol. 119. capit. 11. quam sequitur glos. in capit. 20. Exodi, Isidorus, in Exod. suo capit. 29 Bernard. serm. 4. supr. Salue Regina, & Magist. & omnes Scholastici in 3. distin. 37. & communis vsus Ecclesiæ, quod in prima tabulla sint ponenda, tantum tria præcepta. Primum non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi scultile (nam illud ego sum Dominus, bene ait Origin, Esse tantum commendationem authoritatis Legislatoris.) Secundum præceptum, non à summes nomen Dei tui in vanum. Tertium momento, vt diem Sabbati sanctifices. Quartum, & primum, secundæ tabuilæ honora Patrem tuum, & Matrem tuam, vt sis longebus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Quintum non occides, sextum non Mæchaberis, septimum non furtum facies, octauum, non loquæris contra ptoximum tuum falsum testimonium, nonum, non concupisces vxorem proximi tui, decimun, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa, quæ illius sunt, sufficientiam autem huius distinctionis, probat Diu. Thom. quia in omnibus illis ego Dominus, &c. Non adorabis. &c. Non facies tibi scultile, &c. Non opus est plura præcepta distinguere in omnibus, enim illis, idem præcipitur, quod est cultus solius Dei veri, nam illud ego Dominus, &c. aut solum authoritatem Legislatoris commendat, vt volebat Origines, aut in illo cultus veri Dei importatur. Cætera autem ponuntur ad huius maiorem explicationem, aliquod enim illorum verborum importat affirmationem, & aliud negationem, & affirmatiuum. & negatiuum, non important diuersa præcepta, quando negatiuum includitur

D. Aug. Glos. Isidorus. D. Ber. Magister Orig.

in affirmatiuo, aut è contra, vt præcep-- tum de non furando,& de non retinendo aliena,& de restituendo, non plura,sed vnum præceptum est in decalogo, quia vnum includitur in alio, similiter illa duo vltima præcepta de non concupiscendo, non recte resumuntur ad vnum, quia ex diuersa radice,& diuerso vitio, procedunt concupiscentia vxoris alienæ, oritur ab intemperantia concupiscentia, vero bonorum ab abaritia,& sic diuersa præcepta assignari debent.

Dub. Sed circa illa verba non facies tibi sculptile est, controuersia inter Doctores, vtrum in illis verbis, sit prohibitus Hebreis omnis, vsus imaginum, in qua re, Vazquez, 2. de adoratione, disputation. 4. asserit prohibitum fuisse de pingere imagines, etiam Dei,& Angelorum, vt adorarentur, sed solum adornatum vt modo pinguntur Imperatores aut alia ad ornatum Cameræ. Quapropter quantum ad hoc erat præceptum cæremoniale, quod modo cessauit in lege noba, in qua pium est, tales imagines ad adorationem de pingere: tunc autem iusta de causa, hoc est prohibitum, ne paulatim Iudæi ad idolatriam pro cliues ex adoratione imaginis Dei, ad adorationem idolorum laberentur. Et idem sequitur Valentia disputation. 7. quæstion. 7. *Sent. Vazquez. Valencia.* punct. 4. Nec existimat oppositum sentire D. Thomam hic.

Sent. D. Thom. Sententia tamen Diu. Thom. expressa, in hoc articulo est, solum esse prohibitum facere sculptile, & imagines, vt adorarentur, quod pro dijs, tamquam Idola, non autem esse prohibitum absolute imagines de pingere, quia *Exod. 25.* Exod. 25. Præcepit Deus fieri imaginem, Seraphim in tabernaculo. Vndè ly sculptile, idem est, quod idolum adorationis, & sic idem est præcipere non facere sculptile, & non habere Deos alienos per Idolatriam, sed de hoc latius, 3. part. vbi de adoratione agitur.

Art. V.

Vtrùm præcepta Decalogi conuenienter enumerentur?

Concl. D. Thom. CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Deuteron. 4. Ostendit vobis pactuum suum, quod præcepit, vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis conuenienter ergo numerantur, numero denario. Ratione autem, sic probat, quia vt supra dictum est, sicut lex humana ordinat hominem ad communitatem humanam: ita lex diuina, ad Rempublicam diuinam, & quandam communitatem cum Deo, vt autem aliquis bene commoretur in aliqua communitate, duo requiruntur. Primum, vt bene se habeat, ad Gubernatorem, talis communitatis, secundum, vt bene se habeat, ad consotios talis communitatis, debent ergo in lege diuina duo præcipi: primum in ordine, ad Deum Gouernatorem communitatis spiritualis, & diuinæ, & alterum in ordine ad proximos consotios, talis communitatis sub Deo Gubernatore: ergo & Principi communitatis tria sunt debita, primo fidelitas. Secundo reuentia. Tertio famulatus. Fidelitas consistit in eo, quod honorem Principatus ad alium non deferat (*Siendo traydor*) & secundum hoc ponitur primum præceptum non habebis Deos alienos, &c. Reuerentia autem exhibenda Principi, in eo consistit, vt nihil in iuriosum, contra eum committatur, & secundum hoc ponitur, secundum præceptum non à summes nomen Domini Dei tui in vanum, famulatus autem consistit in recompensatione beneficiorum, quæ à Principe recipiuntur, & quantum ad hoc ponitur obseruantia Sabbati ad gratiarum actionem pro beneficio creationis, in ordine autem ad proximos, Dupliciter se potest aliquis bene habere, & specialiter ad aliquos, & generaliter ad omnes, & sic specialiter ponitur præceptum honoris parentum. Generaliter autem oportet nullum nocere, potest autem illum nocere in propria persona, quantum ad consistentiam eius, & sic ponitur quintum præceptum non occides, aut quantum, ad personam coniunctam in generatione prolis, & sic ponitur, Sextum non Mæchaberis, aut quantum ad rem possessam, & sic ponitur, Septimum, non furaberis, aut potest esse nocumentum oris per verba, & sic ponitur, Octauum, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, aut potest esse nocumentum cordis, & sic ponitur, Nonum, & decimum, non concupisces, &c. Aut item per hoc, quod sit opere cogitatione, & locutione possunt distingui, tria prima præcepta in-

ordine

ordine ad Deum, nam ad opus pertinet, non facias sculptile, ad locutionem, autem non à sumes, nomen Dei tui in vanum. Ad cor, autem pertinet obseruantia Sabbati, quæ pertinet ad quietem cordis in Deum, aut aliter hæc tria præcepta possunt distingui, ex Augustin. tom. 8. supr. Psalm. 12. contione, 1. & lib. quæstio. in Exod. quæst. 11. tom. 4. Quod per primũ præceptum reueremur vnitatẽ primi Principij pertinentis ad patrem, cui soli est honor, & gloria, per secundum veritatem diuinam pertinentem ad filium per tertium eius bonitatem pertinentem ad Spiritum Sãctum, per quem sanctificamur, & quiescimus, vt in fine. Solutiones autẽ argumẽtorum, quibus intẽditur probari esse, aut plura, aut pautiora præcepta, quam decem sunt clatissimæ in Diu. Thoma.

D. Aug.

Art. VI.

Vtrùm præcepta decalogi conuenienter decem ordinentur?

Conclusio. D. Thom. Rom. 13.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat ex illo, Rom. 13. Quę à Deo sunt, ordinata sunt. Cum autem præcepta Decalogi, sint à Deo immediate ordinata, conuenientem ordinem habent, ratione autem sic probat, quia præcepta decalogi dantur, de his quæ mens humana in promptu, & faciliter capit, vt à natura dictata. Id autem facilius, & magis in promptu percipit, vt bonum, cuius oppositum facilius percipit, vt grauius malum, & magis rationi repugnans. Id autem percipit, vt grauius, & magis malum, quod opponitur fini à quo ordo rationis incipit in operatione, cum ergo finis humanæ vitæ sit Deus, vt ex supra dictis patet, illa erunt priora præcepta, quæ ad Deum pertinent, & grauiora peccata, quæ contra Deum committuntur, sicut in exercitu, primum est, quod quis duci subdatur, & posterius est, quod cum alijs bene ordinetur, & grauius est agere contra Ducem, quam contra alios, inter illa autem, quæ ad Deum pertinent, primum est, quod quis ei fideliter subdatur. nullam confederationem, cum eius inimicis faciens, & ad hoc ponitur præceptum primum. Secundum autem est, quod ei reuerentiam exhibeat, & ad hoc ponitur, secundum præceptum. Tertium autem est, quod ei famulatum impendat, & ad hoc ponitur: tertium præceptum, sicut hoc etiam, patet, in exercitu, primum enim, & grauius est contra Ducem, cum inimicis confederari. Secundum autem minus graue est ei aliquam in iuriam irrogare. Tertium, & minus est aliquem famulatum ei, non exhibere. Recte ergo prius ponuntur præcepta, quæ pertinent ad Deum, quam quæ ad proximum, & inter illa rectus ordo seruabatur ponendo prius, quod pertinet ad cultum, & postea, quod pertinet ad reuerentiam, non à sumendo in vanum, nomen eius, & vltimo, quod pertinet ad eius famulatum seruando Sabbata illius, inter præcepta etiam, quæ ad proximum pertinent rectus seruatur ordo, quia illud est grauius, quod pertinet ad proximiores, quam ad remotos, & sic recte prius ponitur præceptum de honoratione parentum, inter illa autem, quæ ad alios proximos pertinent grauiora sunt, quæ opere proximum nocent, quam quæ ore, & ista grauiora sunt, quam quæ corde illum nocent, & sic recte prius ponuntur, quintum, sextum, & septimum præceptum, quæ opere nncent, & postea. Octauum, quod nocet ore, & tandem, nonum, & decimum, quæ nocent corde. Inter illa autem, quæ opere nocent grauius est nocere in vita, iam existente, & sic ponitur prius non occides deinde nocere in prole futura. & sic ponitur non Mœchaberis, vltimo nocere in bonis temporalibus, & sic ponitur non furtum facies.

Art. VII.

Vtrùm præcepta decalogi conuenienter tradantur?

Conclusio D. Thom. Sapien. 2.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Sapien. 2, quia Deus omnia fecit in numero pondere, & mensura, & præcipue in dispositione suæ legis sapientia debebet resplendere, & sic Deut. 4. Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populis.

Art. VIII.

Vtrùm præcepta Decalogi

sint dispensabilia?

Conclusio. D. Thom. Esa. 24.

CONCLVSIO est negatiua, quam probat D. Thomas, Esai. 24. Vbi conquæritur dominus, quod mutauerunt ius dissipauerunt fœdus sempiternum, &c. Vbi insinuat contra talia præcepta nullatenus fieri posse, & ratione patet, quia tunc fit dispensatio in lege, quando ex obseruantia legis potius, sequitur contra intentionem Legislatoris, & contra bonum commune, quod ipse intendit. Sed obseruantia præceptorum decalogi, numquam potest esse contra intentionem Legislatoris, aut contra bonum commune: ergo numquam in tali obseruantia potest fieri dispensatio. Probatur minor, quia obseruantia istorum præceptorũ cõducit ad bonum Dei, qui est finis, & ad bonum iustitiæ proximiorum, in quibus bonum commune conseruatur: ergo non potest contra bonum commune esse talis obseruantia, vt ea ratione fiat dispensatio, de materia huius articuli ad longum actum est supra tom. 2. quæstio. 71. artic. 6. dub. 2. & in isto tomo, quæst. 94. artic. 5. Vndè amplius de hoc non est repetendum, vide Medinam hic.

Art. IX.

Vtrùm modus virtutis cadat sub præcepto legis?

Conclusio. D. Thom.

CONCLVSIO est negatiua, quam probat, quia non habens habitum virtutis faciendo opus a lege præceptum ad implet legem, & tamen nõ operatur, cum modo virtutis: ergo modus virtutis non cadit sub præcepto virtutis, & legis. Minor patet, ex Philosopho, 2. Ethicorum, cap. 4. & 5. Ethicor. capit. 5. Maior vero probatur. Primò, quia ille non meretur pœnam legis: ergo ad implet illam, nam transgressori legis debetur pœna legis. Secundo probatur, quia ille per illud opus facit, quod intendit lex, & Legislator: nimirum inducere operantem, per illa opera bona ad virtutem: ergo sine modo virtutis ante illam operando ad implet legem, & sic modus virtutis non cadit sub lege. *Not.* Pro maiori autem claritate distinguit Diu. Thom. quod modus operis à lege præcepti est triplex primus, quod tale opus fiat scienter, & cum cognitione legis secundus, quod fiat libere, & cum intentione implendi legem, tertium, quod fiat prompte, & delectabiliter, qui est modus operandi ex virtute, & ex habitu: primus ergo modus requiritur ex lege tam diuina, quam humana ex ignorantia, enim eximitur à pœna, tam secundum legem humanam: qnam diuinam: si ergo in ignorantem lex pœnam non inducit consequenter, nec ipsum lex respicit, quia lex per pœnam subditum legi cogit. Secundus autem modus requiritur, ex lege diuina, non autem ex humana, quia illa libertas, & intentio est interior, solumque ad Deum potest pertinere, quia vt dicitur 1. Regum. 16. Homines vident, quæ patent Deus autem intuetur cor. Vndè ad Deum solum pertinet de interioribus, tanquam suæ legi subditis iudicare, secundum illud, Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus, & illud Matth. 5. Qui irrascitur fratri suo, Reus erit iudicio, non autem ad legem humanam, ista enim non punit volentem occidere, sed occisorẽ. Tertius autem modus operandi, nec pertinet ad legem humauam. nec diuinam, qui enim habitum, & virtutem non habet, nihilominus faciendo opus præceptum a lege, secundum substantiam, talem legem, siue diuinam, siue humanam adimplet. *1. Reg. 16* *Psal. 7.* *Matt. 5.*

Sed pro ampliori intelligentia huius doctrinæ notandum. Vltra prædictos tres modos esse, & alios duos, nimirum, quod opus fiat bonum, secundum omnes circunstantias. Aut etiam, quod fiat ex charitate: dicimus ergo, quod adimpletionem legis, & præcepti necessario requiritur modus cognitionis, & libertatis, nam alias non esset actus humanus, lex autem actu humano impleri debet, & insuper patet, quia minus requiritur ad fractionem legis, quam ad impletionem, cum ergo, sine cognitione, & libertate, lex frangi non possit consequenter, nec impleri, & hoc manifestum fit in paruulis ante vsum rationis, hac enim ratione, nec frangere, nec implere possunt legem. Si autem inquiras, quæ nam libertas in actu requiratur ad legis impletionem. Respondeo, & requiri libertatem, quoad exercicium operis, nam si quis invitus ieiunaret, per vim cibo sublato, aut per vim in templo Missæ præsentaretur in die festo neutrum præceptum impleret ieiuinandi, aut audiendi sacrum, requiritur etiam, & voluntas implendi legem, & præceptum, nam etiamsi ieiunet, aut Missam audiat, si *Not.*

non

non intentione implendi præceptum, id faciat non satisfacit legi, & præcepto, sed de hoc late egimus, supra quæst. 96. art. 3. dub. 2. quando autem Diu. Thom. ait hanc voluntatem, tamquam actum internum ad legem humanam non pertinere intelligitur, si mere interna sit, de quo egimus supra, & ideò pulsuit exemplum in vellitione interno occidendi, non facta occisione, illam enim lex humana non punit, non autem negat actum externum lege humana præceptum debere concomitari actum internum voluntatis, sine quo actus externus, nec humanus, nec subditus esset legi. De modo autem suauiter, & faciliter ex virtute, & habitu operandi, iam dixit Diu. Thom. sub lege non cadere.

Dub. Resp. Remanet autem difficultas de modo circunstantiarum, & de illo dicimus, non requiri ad impletionem legis, dummodo enim opus a lege præceptum ex obiecto bonum fiat, etiamsi ex mala circunstantia vitietur ad impletur lex, quia licet finis Legislatoris sit facere operantem, simpliciter bonum, talis finis est extrinsecus legi, & sub præcepto legis, non cadit, sed solum substantia operis ex obiecto boni, tale enim etiam ex circunstantia malum habet rectam commensurationem ad illam legem, licet alias sit incommensuratum, (verbi gratia) eleemosina, currente, præcepto: facta ex inani gloria, habet commensurationem requisitam, ad legem misericordiæ, licet sit incommensurata, ad præceptum, & legem humilitatis. De modo autem charitatis dicimus, illum esse requisitum, vt opus sit Deo gratum, & meritorium, iuxta illud *Gen.* 4. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, & *Eccles.* 34. dona impiorum non probat altissimus, non autem requiritur talis modus ad legis impletionem, de alijs virtutibus, etiam enim si fiant actus illarum in peccato mortali, lex & præceptum impletur. De lege autem, & præcepto ipsius charitatis, aut necessario illam concomittantibus alia est ratio, sed de hoc latius, artic. sequenti. *Gen.* 4.

Art. X.

Vtrùm modus charitatis cadat sub præcepto diuinæ legis?

CONCLVSIO est, quod modus charitatis cadit sub lege, & præcepto ipsius charitatis, præceptum enim eius, quando instat (siquidem est affirmatiuum,) impleri non potest, nisi sit dilectio Dei super omnia ex totocorde, &c. Modus tamen charitatis non cadit sub lege, & præcepto aliarum virtutum, quia etiam extra charitatẽ impleri possunt præcepta aliarum virtutum, alias enim in omni opere suo, quis extra charitatem peccaret mortaliter, cum talem modum seruare non posset, quod est falsum, potest enim quis etiam, sine gratia, & charitate, facere multa bona impletiua præceptorum, & omnia bona moralia diuisiue, licet nõ collatiue, sed præcepta non sunt de illis collectiue, sed diuisiue. De quo amplius infra, quæst. 109. de charitate autem qualiter præceptum eius perfecte extra gratiã impleri non possit pertinet, ad 2. 2. quæstio. 23. art. 3. & 4. & qualiter sit forma aliarũ virtutum, vt sine illa perfecte haberi non possint, licet quo ad substantiam, sine illa inueniantur agitur ibidem, art. 7. & 8. illis in locis hæc sunt agẽda, & hic nihil amplius, vbide impletione legum in communi agitur. *Conclusio D. Thom.*

Art. XI.

Vtrùm conuenienter distinguãtur alia moralia præcepta legis præter decalogum?

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat. quia præter præcepta decalogi sunt alia, per quæ anima immaculata redditur, ad Deumque conuertitur, iuxta illud, Psalm. 118. Lex Domini immaculata conuertens animas; ergo præter præcepta decalogi sunt alia præcepta in lege, quia per obseruantiam præceptorũ anima cõuertitur ad Deum, & immaculata redditur, & ad huius explicationem recollit illam distinctionem positam supra articul. primo, quod illa, quæ à ratione naturali dictantur sunt in triplici differentia, alia enim sunt communissima, & omnibus, sine aliqua difficultate nota, vt dilectio Dei, & proximi. Alia vero sunt magis determinata, quæ faciliter ex primis inferuntur, & circa illa in paucis contingit errare, vt honorare parentes, non furari, non Mœchari, *Conclusio D. Thom.* *Psal.* 118.

ri,&c,&hæc sunt præcepta decalogi. Alia vero sunt,non adeò omnibus manifesta,sed sapientioribus , (superadde , aut quia non frequenter ocurrunt,sed sunt rara,vt blasfemia,aut peccatum contra naturam)&ista,aut minus nota , aut minus occurrentia superadduntur,& reducuntur,ad præcepta decalogi (verbi gratia) primo præcepto colendi Deum superadditur prohibitio eorum,quæ ordinantur,
Deut. 18. ad cultum idolorum,vt Deut.18. Non inueniatur in te,qui lustret filium suum,aut filiam suam ducens per ignem,nec sit maleficus, atque incantator, nec Phitones consulat,neque diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Secundo etiam præcepto non periuranti superadditur prohibi-
Leuit. 14. tio blasfemiæ, Leuit.14. Et prohibitio
Deut. 13. falsæ doctrinæ, Deut.13. Tertio vero præcepto sabbatizandi superadduntur omnia cæremonialia. Quarto vero, præcepto honorandi parentes superadditur præceptum honorandi senes, Leuiticor. 19. Et vniuersaliter omnia præcepta inducentia, ad reuerentiam exhibendam maioribus,aut beneficia exhibēda, æqualibus, vel minoribus. Quinto vero, præcepto non occidendi superadditur prohibitio odij,& cuiusuis violationis contra proximum,Leuit.19. Sexto autem, præcepto non adulterandi, superadditur
Deut. 24. prohibitio meretricum, Deut.24.&pro-
Leuit. 18. hibitio peccati contra naturam, Leuitic. 18. Septimo autem præcepto non furandi superadditur prohibitio vsuræ, Deuteron.18. Et prohibitio cuiuscūque frau-
Deut. 25. dis.Deut.25. Et vniuersaliter prohibitio omnium,quæ ad calumniam,vel rapinam pertinent. Octauo vero, præcepto non dicendi falsum testimonium superaddi-
Exod. 23. tur prohibitio falsi iudicij,Exod.23. Et prohibitio mendacij,ibidem, & prohibitio detractionis,Leuit.19. Nono autem & decimo præcepto, nullum superadditur,quia per illa vniuersaliter omnis mala concupiscentia prohibetur. Videatur omnino littera Diu. Thom. clarissime enim,& vtilissime in illa pro contionatoribus,& confessoribus ad examen conscientiæ rudium procedit.

Art. XII.

Vtrùm præcepta moralia veteris legis iustificarent?

CONCLVSIO est negatiua , quam probat 2.Cor.2.littera occidit,quod etiam de præceptis moralibus,explicat Aug.lib.de spiritu littera, cap.4.& 14.tom.1.pro cuius expiicatione notat,quod sicut sānum dicitur analogice per prius quidem de illo , quod formaliter habet sanitatem per posterius autem de causa,vel signo ipsius sanitatis:ita iustificatio per prius importat ipsam factionem iustitiæ,per posterius autem signum,vel dispositionem iustitiæ:præcepta ergo legis iustificabant,tamquam signa, aut dispositiones ad gratiam Christi iustificantem,quia vt ait Aug.22.contra Faustum,cap.24.tom.6.etiam vita illius populi prophetica erat,& Christi figuratiua,sed si loquamur deiustificatione Primo modo , & proprie sumpta,tunc etiam distinguendum est,quod iustificatio ,aut sumitur in habitu,aut in actu,& sic iustificatio sumitur,aut prout inducit habitum,aut prout operatur actum ipsius iustitiæ,& est executio illius : præcepta ergo moralia legis non iustificabant inducendo,& causando habitum iustitiæ,quæ est gratia infusa à Deo,& non operibus humanis acquisita, iustificabant autem , quatenus inducebant ad opera,secundum se iusta,qua ratione,& cęremonialia,etiā iustificabant,licet aliter , quam moralia , illa enim continebant iustitiam in generali prout important cultum Dei inspeciali autem,id non habebant,nisi ex institutione Dei in illa lege,quod illis cerem onijs coleretur,ista vero scilicet moralia,& iudicialia importabant iustitiam etiam in speciali,quia nulla determinatione facta ex lege secundum suam naturam, & in speciali iustitiam continebant, si quidem secundum se iustum important,iustitia enim generalis est virtus inclusa in omni virtute cadente sub prædictis præceptis,vt patet 5.Ethi.cap.1.Moralia quidē important iustum ipsius operātis,iudicialia vero iustitiam, circa contractus , qui sunt inter homines ad inuicem,cum ergo iustificare propriè importet inducere, & causare habitum iustitiæ, & gratiæ prout nunc loquimur de iustitia,& præcepta legis etiam moralia,gratiam non haberent causare,ideò absolute dicitur illa,non iustificare,quod etiam dicendum est de Sacramentis illius legis,siquidem gratiā nō causabant , sicut Sacramenta nobæ legis habent causare.

Conclusio. *D. Thom.* *2.Cor.2.* *D.Aug.* *D.Aug.* *Arist.*

Pro intelligentia huius doctrinæ notandum,quod opera,& præcepta moralia possunt,

possunt,dupliciter;considerari. Primo ex puris naturæ,aut prout precisse,ex lege veteri adiungebantur, secundo vero modo,vt procedebant ex fide, quæ tunc erat,licet nõ ad formalẽ rationem illius legis pertinerẽt: præcepta ergo moralia,primo modo non habebant iustificare loquẽdo de iustitia supernaturali, per gratiam, de qua hic loquitur Diu. Thom.licet iustificarent loquendo de iustitia naturali, quia vt dictum est faciebant iustum, sumpta autem præcepta illa, secundo modo iustificabant, vtique ex opere operantis, Diu. Thom. autem loquitur, primo modo & sic dicit illa non iustificare, & per hoc patet intelligentia duorum locorum, quæ sibi invicem videntur aduersari. Primus est Rom. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro,coram illo, secundus est,Roman. 2. Factores legis iustificabuntur. Prima concordia est, quod in primo loco,ideò asserat neminem iustificari, ex lege,quia nullus obserbabat legem. Si autem aliqui illam obseruarent iustificarentur, vt asseritur in secundo loco, secundo concordantur, quod ex operibus legis, quis non iustificatur iustitia habituali gratiæ,licet iustificaretur iustitia naturali, quatenus per illa opera iustus ostenderetur, vt explicat August. lib. de spiritu, & *D. Aug.* littera,cap. 26. facilius autem concordatur,per notabile positũ,quod per illa præcepta,& opera moralia ex viribus naturæ,aut ex vi illius legis non iustificabãt; prout tamen ex fide supernaturali procedebant poterant ex opere operantis iustificare,& sic coucordatur, vterque locus. Sed qualiter Sacramenta,aut legalia iustificare possent,reseruatur, ad quæst. 103. art. 2. vbi de hoc longiorem faciemus sermonem.

Quæstio. 101. De præceptis cæremonialibus secundum se.

Art. I.

Vtrùm ratio præceptorum cæremonialium in hoc consistat,quod pertinent ad cultum Dei?

Conclusio. CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Exod. 18. Esto populo in his,quæ ad Deum pertinent ostendasque populo cæremonias,& ritum colendi, & ratio est manifesta,nam præcepta cæremonialia determinant præcepta moralia, quæ sunt in ordine ad Deũ,sicut præcepta iudicialia determinãt præcepta moralia quæ sunt in ordine, ad proximũ,cũ ergo cæremonia importet cultum si determinant præcepta moralia, quæ sunt in ordine ad Deum talia præcepta cæremonialia pertinebunt ad cultum Dei, & non solum reputanda sunt præcepta cæremonialia,quæ immediate sunt circa cultum Dei,sed etiam illa quæ sunt circa præparatoria,ad talem cultum,quæ enim præparatoria sunt ad aliquem finem pertinent,etiam ad rationem ipsius finis,huiusmodi sunt præcepta, quæ dantur de vestibus,& cibis, & ieiunijs et abstinentia à talibus animalibus &c. *D. Thom. Exod. 18.*

Pro intelligentia nominis notandum aliquos volui se, hoc nomen cæremoniae esse Grecum,nam Chæte, Grece,idem est quod salue. Vnde cæremonia dicitur,quæ est regula salutis, cum enim salus hominis præcipue sit adeo præcepta,quæ respiciunt cultum Dei à quo salus, expectatur cæremonialia dicuntur: ita D. Thom. hic ad 3. sed quia hoc nomen cæremonia latinum est, & non Grecum,quo sæpe in suis operibus vtitur Cicero. ideò alij dixerunt,hoc nomen cæremonia deribari à cereis, & quia in solemnitatibus cerei accẽduntur, ideò ad ea,quæ ad solemnitatem cultus pertinent deribatum est nomen ceremonia, ita D. Thom. hic ad 2. Tertio melius potest dici, hoc nomen deribari a Dea cereræ. Vnde, cæremoniæ dicuntur quasi munia cereræ dedicata, erat enim dea frugum cui prima ex frugibus ofereba- *Not.* *D. Thom.* tur: translatum est ergo nomen vt significet, quæ ad Dei cultum pertinent, & oblationes illi factas, ita D. Thom. supra quæst. 99. art. 3. aut vltimo melius inquit D. Thom. ibidem, hoc nomen introductum esse à latinis ad significandũ cultum diuinum à quodam oppido iuxta Romam, quod cære, vocabatur, in quo Roma capta à Gallis sacra à Romanis oblata sunt, & reuerendissime habita, vt refert Valerius maximus, libr. 1. capit. 1. *D. Thom.*

Art. II.

Vtrùm præcepta cæremonialia

lia sint figuralia?

Conclusio. D. Thom. Colloſen.2

CONCLVSIO est affirmatiua, quã probat ad Colloſen.2. nemo iu dicet vos in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Pro clariori autem inteligrntia notat, quod cæremonialia ordinantur ad cultum Dei cultus autem Dei, est duplex interior, & exterior cum homo ex anima, & corpore componatur, & secundum vtrumque debeat colere Deum, interius per animam, & exterius per corpus, iuxta illud Psal.83. cor meum, & caro mea exultaberunt in Deum viuum interius, quidem collitur Deus, per intellectum, & affectum, exterius autem secundum, quod per actus exteriores diuersimode applicatur ad cultum Dei, aliter enim applicatur ad Dei cultum in futura gloria intuendo immediate diuinam essentiam in se ipsa, & aliter in via secundum quod radius diuinæ veritatis nobis illucescit sub aliquibus sensibilibus figuris, vt dicit Dionisius, cap.1. celestis Hierar. Illa ergo, per quæ in patria ad cultum Dei applicatur cum se habeant immediate ad Deum, non habent rationem figuræ. Illa autem per quæ in via ad talem cultum applicatur, quæ sunt cæremonialia rationem figuræ habẽre debent, aliter tamen illa, quæ pertinebant ad cultum Dei in lege veteri, & aliter quæ ad cultum Dei pertinent, in lege noua. Illa enim cum nõ solum non haberent manifestam diuinam veritatem in se ipsa, sed neque tunc esset propalata via ad illam perbeniendi, vt patet, ad Hæb.7. Ideò non solum erant figura diuinæ veritatis manifestandæ in patria, sed etiam erant figuratiua Christi, qui est via ad illam patriæ veritatem, ista vero quæ in lege noba sunt, cum iam via, ad patriæ veritatem sit reuelata non sunt, figuratiua, nisi solum futuræ veritatis reuelandæ in patria, & præteriti rememoratiua, iuxta illud ad Hæb.10. Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum, cum enim vmbra minus sit quam imago, ideò quæ legis antiquæ sunt vocauit vmbram (vtique etiam eorum (quæ in lege noba futura erant. Illa autem, quæ sunt legis nobæ appellauit imaginem, vtique propter repræsentatiõnem futuræ gloriæ, recte ergo manet explicatum qualiter præcepta cæremonialia essent figuralia in lege veteri.

Psal.83.

Ad Hæb. 10.

Ex dictis in hoc art. sequitur qualiter non solum cultus Dei sit in actibus externis, & corporalibus, sed etiam possit esse in actibus interioribus in quibus virtus Religionis exerceri potest, vt est laus, gratiarum, actio, oratio, &c. Et idẽ est de adoratione, non enim solum exterius, sed etiã interius fieri potest, vt docet Suarez, 3. part. quæst.25. nam aliàs Angeli, qui tantum actus interiores haberepossunt, non vere adorarent, nisi incorpore à sumpto, quod est falsum, & contra illud, & adorent eum omnes Angeli eius, hoc dixerim contra Vazquez, in hoc art. & lib.1. de adoratione, disp.1. sed de hoc latius, 3. part. loco citato.

Corol.

Suarez.

Art. III.

Vtrùm debuerint esse multa cæremonialia præcepta?

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat Oseæ, 8. Scribam eis multiplices leges intus, & Iob 11. vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, quod multiplex sit lex eius, ratione autem probat, quia lex datur populo, & communitati, vt supra diximus, in populo, autem sunt duo genera hominum alij quidẽ mali cohercendi, per legem, alij verò boni ad bonum inclinationem habentes, siue ex natura, siue ex consuetudine, siue ex gratia, qui sunt per legis præceptũ instruẽdi, & in melius promobẽdi: ergo necessariũ erat ponere cæremonialia, & promalis, & pro bonis, pro malis, quidem illius populi, qui pronierant ad idolatriam necessum erat ponere cæremonialia, quibus reuocarentur ad cultum veri Dei, & quia multipliciter idolatriæ seruiebant oportebat è contrario multa instituiad singula reprimenda, & multa eis imponi, quibus onerati, non vacaret idolatriæ deseruire, pro bonis autem etiam necessarium fuit cæremonialia multiplicare, vt multipliciter mẽs eorum referretur in Deum, & assidue cæremonialia exercentes Deo vacarent, & vt mysterium Christi cæremonialibus figuratum multiplices vtilitates afferens mundo, multipliciter figuraretur, multipliciterque inconsiderationem eorum veniret, licet enim finis, qui est Christus, & Deus vnus sit, illa media, ad talem finem, tamquam in efficacia, & in valida multiplicari debebant, sicut media, ad salutem, multipli-

Conclus. D Thom. Oseæ 8.

multiplicantur, quando vnum tantum est in efficax, & in validum, esse autem illa media in efficacia dixit Paulus ad Hæbr. 7. Reprobatio fit præcedentis mandati, propter infirmitatem, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adiexit lex.

Art. IV.

Vtrùm cæremoniæ veteris legis conuenienter diuidãtur in sacrificia, Sacramenta, sacra, & obseruantias?

Conclusio. D. Thom. Leuit. 7. Num. 15. Exod. 38. 3. Reg. 9.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, quia omnia prædicta in sacra Scriptura cæremoniæ nuncupantur, sacrificia nuncupantur cæremoniæ, num. 15. Et Sacramentum ordinis, etiam vocatur cæremonia, Leuit. 7. Sacra etiam vocantur cæremoniæ, Exod. 38. Obseruantiæ similiter nuncupantur cæremoniæ, 3. Reg. 9. Ratione autẽ probat, quia præcepta cæremonialia ordinantur ad cultum Dei, vt diximus, in cultu autem Dei & potest considerari ipse cultus, & collentes, & instrumenta collendi, cultus autem consistit in sacrificijs, quæ in Dei reuerentiam offeruntur instrumẽta autem colendi pertinent ad sacra, vt tabernaculum, & vassa, & alia huiusmodi ex parte autem collentium, potest considerari, aut eorum institutio ad cultum, per quamdam consecrationem populi, vel ministrorum, & ad hoc pertinent Sacramenta, aut potest considerari eorum singularis conuersatio, per quam distinguntur à non collentibus, & ad hoc pertinent obseruantiæ in ciuis, vestimentis, &c. Ergo recte diuiduntur cæremonialia in prædicta.

Not.

Pro ampliori intelligentia huius doctrinæ, & qualiter ad prædicta, quatuor omnia cæremonialia reducantur notandum inter cæremonialia in lege veteri, primum fuisse præcepta Sacramentorũ, quale fuit circuncisio, licet ante legem fuerit institutum, similiter Agnus Paschalis, cõsecratio Pontificis, vt ait hic D. Thom. similiter, & sacrificia expiatoria, & quædã expiationes Sacramenta erant, ex Diu. Thom. quæst. 102. art. 5. alia etiam erant Sacramẽta propria Sacerdotibus, v t essus panum propositionis, & ablutiones, & rationes, quædam ex Diu. Thom. ibidem, & multa alia Sacramenta. De quibus August. lib. de vera Religione, cap. 17. & 3. de doctrin. Christiana, cap. 9. & lib. 15. contra Faustum, cap. 13. Videatur Valentia, disputatio. 7, quæstio. 7. puncto 5. Azor, tom. 1. lib. 6. cap. 3. quæst. 1. *D. Aug. Vide Valentia. Azor.*

Secundo fuerunt inter cæremonialia, sacrificia diuersissimarum rerum, & animalium, quorum aliud vocabatur holocaustum in recognitionem diuinæ maiestatis, aliud hostia pacifica oblata, aliquãdo ad obtinenda beneficia, & aliquando in actionem gratiarum pro beneficijs receptis, aliud pro peccato ad eius expiationem, vel satisfactionem, &c. De quorum diuersitate, & multiplicitate, Diu. Thom. quæst. 102. Abulensis orig. hom. 5. in Leuit. Philo. lib. de sacrificijs, Azor, vbi supra, cap. 25. vsque ad 30. Ioseph. 3. antiquit, cap. 10. Ribera, 4. de templo. Valentia, supra, qualiter autem omnia ista sacrificia in vno Missæ sacrificio contineantur tractat. Suarez tom. 3. 3. part. ad finẽ, & qualiter distinguatur sacrificium, & Sacrameutum, & in quo vtrumque consistat agitur, 3. part. in sua materia de Eucharistia in fine, dum agitur de sacrificio Missæ. *D. Thom. Abulensis. Azor. Iosephus. Ribera. Valentia. Suarez.*

Tertio fuerunt inter cæremonialia, quæ nominantur sacra, vt tabernaculũ, arca fæderis, templum, altare, & vassa, & alia ad diuinum cultum instituta. De quibus Azor, supra cap. 45. vsque ad 58. Villalpando, tom. 2. sup. AEcechielem, & Ribera, 1. & 2. de templo, & ad idem pertinent vestes Sacerdotales, & celebritates festorum. De quibus Ribera, lib. 5. de templo, Azor, à cap. 31. vsque ad 40. & capit. 41. & 42. specialiter de vestibus. *Azor. Villalpan. Ribera.*

Quarto fuerunt inter cæremonialia illius legis peculiares obseruantiæ illius populi, vt specialia ieiunia, & abstinentiæ. De quibus Deut. 18. & Leuit. 3. Et abstinentia ab esu quorundam animalium, Leuit. 11, & Exod. 23. & Deut. 14. & de fructibus terræ, Leuit. 19. & de semine seminando, ibidem. de vestibus virorum, & mulierum, Deut. 22. & num. 15. De quibus omnibus Azor, supra cap. 22. & Barrada in morali Dei nocentibus. *Deut. 18. Leui. 3. & 11. Exod. 23. Deut. 14. Leuit. 19. Deut. 22. Num. 15. Vide Azor Barrada.*

Quæstio. 102. De causis cæremonialium præceptorum.

CIRCA istam quæstionem, no- *Not.*

ta,

ta,aliquos voluisse præcepta cæremonialia nullam aliam causam litteralem, & historicam habuisse præter significationem fututorum,tamen Diu.Thom.supra modum sapienter, & acute dilucide interpretatur causas illorum,nam circuncisio præter significattonemfuturi baptismi habebat illum populum ab alijs distinguere.& permactationem animalium in sacrificijs, se dignos morte, propter peccata profitebantur,& sic pro illis satisfaciebant,& veniam impetrabāt,& sic de alijs, vide diligenter litteram Diu.Thom.quia præter illam non est aliquid amplius desiderare:ita enim satisfacit doctrina eius, quod Burgensis à Doctoribus grauissimis dicatur conuersus à Iudaismo, solum ex lectione Diu.Thom.in hac parte,fatebatur enim senunquam spiritum legis Mosaycæ,& veritatem intellexisse,vsque dū ex beneficio singulari Dei, Diu.Thomam,legit.

Explicator D.Thom. *Exod.25.* *Vazquez.* *Suarez.* *Medina.*

Solum autem necessum est aduertere art.4.ad 6. haberi propritiatorium fuisse tabullam lapideam,quod nullus vnquam asseruit,imo est expræsse contra illud,Exod.25.Quod propiciatoriumerat tabula,vel instar tabullæ, de auro purissimo. Quapropter Vazquez,& Suarez, hic & Medina asserunt textum Diu.Thom.essemendosum,& illam particulam,lap dea fuisse a librarijs superadditam, nam teste Medina in partibus manu scriptis Diu. Thomæ,quæ habentur in Biblioteca Salmantina,talis particula,non habetur, sed solum dicitur,& super arcam erat, quædam tabulla,quæ dicebatur propiciatorium,& idem expræsse habetur,ex eodē Diu.Thom.ad Hæb.9.Lect.1. Asserente fuisse tabullam auream. Vide Azor, tomo 1,lib.6,cap.44.quæstio.2. Valentia, disputatio.4.quæst.7.punto,5.& Vazquez de adoratione,lib.2.disput. 4. cap. 4.vbi late agunt de propiciatorio.

Vide Azor Valentia. Vazquez.

Quæst. 103. De Durationepræceptorumcæremonialium.

Art. I.

Vtrùm cæremonia legis fuerint ante legem?

CONCLVSIO est negatiua, quā probat,Deut.6.Hæc sunt præcepta,& cæremoniæ,quæ mandauit Dominus Deus noster,vt docerem vos: ergo prædictæcæremoniæ antea,nō erāt, quia si fuissent non eguissent de his doceri.Pro maiori autem declaratione recollit sæpius repetitum,quod cæremoniæ ordinabantur ad Dei cultum,& Christi vēturi significationem. Quapropter diximus præcepta cæremonialia, determinare præcepta moralia, quæ sunt inordine ad Deum,sicut iudicialia,determināt præcepta moralia,quæ sunt ad proximum,sicut ergo ante legem non erant iudicialia determinata lege diuina,sed institutione humana,ita & cæremonialia, non erant determinata lege diuina,sed fiebant iuxta deuotionem humanam collentiū Deū, licet aliqui viri pro vi,& perfecti expeculiari instinctu,quasi expeculiari lege, & priuata aliquem certum,& determinatum modum collendi habuerint,licet ergo ante legem fuerint cæremoniæ, non tamen determinatæ,nisi per ipsam legem, excipit tamen ab hac vniuersali conclusione, circuncisionem,quæ ante legem fuit instituta,sed hæc non fuit Sacramentum legis,quasi in lege institutum, sed in lege obseruatum,& sic Ioann.7. Circuncisio, non ex Moyse est,sed ex patribus. Etsi contra prædicta arguas,quia Genes.7. fit distinctio animalium mundorum, & in mundorum. Respondet fieri distinctionem illorum,quantum ad sacrificia, non autem quantum ad essum,quia Gen.9.Dicitur omne,quod mobetur, & viuit erit vobis incibum. Si autem, tunc in munda aliqua animalia nominantur est locutio, per anticipationem,quia in lege;vt in mū da prohibenda erant,etsi tunc etiam aliqua animalia, non comedebantur, non erat ex prohibitione, sed ex abominatione,sicut,&modo aliqua sunt cibaria, in aliquibus terris,quæ in alijs sunt abominabilia.

Conclusio. D.Thom. Deut.6. *Ioan.7.* *Obiectio.* *Gen.7.* *Solutio.*

Ex dictis in hoc art.sequitur intelligentia multorum locorum sacræ Scripturæ,in quibus ante legem,videtur fuisse aliqua cæremonialia,& aliqua præcepta positiua circa cultum,aut circa cibos,si enim Gen.2.Dicitur benedixit Deus diei septimo,& santificabit illum loquitur.per occupationem, quia illa dies sanctificanda erat in lege,non autem,quia ex tunc iam maneret sanctificata,& obseruanda, &si Gen.4.Abel,& Cain obtulereprimitias, & suorum bonorum primos fructus, non

Corol. *Gen.2.* *Gen.4.*

est

est quia specialem ritum collendi haberent, sed ex beneplacito, illo modo colere voluerunt, sicut & Gen. 14. Abraham decimas obtullit Melchisedech, & Gen. 15. Immolaturus animalia quadrupeda, & aves illa diuisit, & istas non secuit, ex suo enim beneplacito istum ritum seruauit, aut inſ inctu, & lege priuata, quę non mansit pro alijs posita, esus etiam carnium non fuit prohibitus ante Noe, vt aliqui volunt, sed esus herbarum fuit præceptus, Gen. 1. Esus tamen carnium, si non fuit in vsu, non tamen fuit prohibitus, vt ait Lyra, & Caiet. Gen. 9. Imò Soto, 5. de iust. quæstio. 1. art. 1. Dicit etiam fuisse vsitatum, tunc carnes comedere, abstinentia tamen à sufocato, & sanguine, vt existimo præcepta fuit, Gen. 9. vt docet Azor. tom. 1, lib. 6. c. 1. quęst. 8. & Pererius in Gen. libr. 14. disputation. 2. Vnde non fuit præceptum seruatum in lege, sed non de nobo in lege positum, sicut circuncisio, sed repetitum, imò & post legem aliquo tempore in Ecclesia durauit, Acto. 15. Vt tenet Abulensis, Caiet. Lyra Chrisost. imò D. Thom. ibi.

Gen. 1. Lyra. Cai. Soto. Gen. 9. Azor. Perei.

Acto. 15. Abulen. Cai. Lyra. D. Chris. D. Thom.

Art. II.

Vtrùm cæremoniæ veteris legis haberent virtutem iustificandi tempore legis?

CONCLVSIO est negatiua, quam probat ad Galat. 2. si data esset lex, quæ posset iustificare Christus gratis mortuus esset (ideſt, sine causa, pro huius declaratione notat, quod in lege veteri duplex immunditia observabatur altera spiritualis, quæ est per culpam, & altera corporalis, quæ tollebat idoneitatem ad cultum diuinum, vt esse læprosum, tangere morticiniũ, &c. Quæ nihil aliud erat quam quædam irregularitas cæremoniæ ergo veteris legis ab hac immunditia emundabant, tamquam remedia ex ordine legis ad hoc exhibita, & de hac emundatione loquitur, ad Hæb. 9. Quod sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos, sanctificat, ad emundationem carnis, ab immunditia vero spirituali culpæ, huiusmodi non curabant, quia talis emundatio à culpa solum fit per Christum, qui tollit peccata mundi, Ioann. 1. Et mysterium Christi, & Passionis eius, tunc non erat realiter peractum. Quapropter illæ cæremoniæ non poterant realiter in se continere uirtutem profluentem à Christo incarnato, & passo, sicut continent Sacramenta nobæ legis, & sic non poterant iustificare, vt dicitur ad Hæbr. 10. Quod impossibile est sanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata, & ideò ad Galat. 4. Vocat, illa infirma, & egena elementa, infirma quidem ad iustificãdum, quia egena, & vacua, ratione prædicta gratiam nõ continentia: fiebat ergo iustificatio tempore legis, per fidem Christi venturi, & passuri, quam protestabantur per illas cæremonias Christum significantes. Quapropter offerebant sacrificia propeccatis, non quia sacrificia à peccato mundarent, sed quia per illa fidem protestabantur, per quã ex opere operantis remittebatur culpa, & fiebat iustificatio, & hoc insinuatur, Leuit. 4. & 5. Dum facta oblatione hostiarum pro peccato subditur orabit pro eo Sacerdos, & dimittetur ei, vt deturintelligi non virtute sacrificij, sed Fide, & deuotione offerentis peccatum remitti. Notandum tamen, quod illa emundatio corporalis, etiam erat figuratiua emundationis spiritualis à culpa, quæ fit per Christum, nihilque aliud erat, quam remotio irregularitatis, & impedimenti ad cultum diuinũ, non enim illæ cæremoniæ in mundiciam corporalem tollebant (verbi gratia) leprã sed illa iam alias Sanata, & per Sacerdotem salute iudicata admittebantur ad cultum, & per hoc dicebantur per cæremonias ab in munditia corporali emundari, quod patet Leuit. 14. Vbi dicitur, quod Sacerdos, ægressus de castris, cum inuenerit lepram esse mundatam prçcipiet ei, qui purificatur, vt offerat, &c. Supponitur ergo iam lepram esse mundatam, & per illas cæremonias, solum dicitur mundari, quatenus per illas, iam mundus ad cultum recipitur, quasi ab irregularitate absolutus. Verum est, tamen secũdum aliquos, quod si Sacerdos falleretur in declaranda mundicia, & in rei veritate à lepra non esset mundatus, quod tunc in honorem Sacerdotis, ne falsus appararet miraculosse à lepra, per talem declarationem munditiæ, mundabatur virtute diuina, non autem virtute sacrificiorum, sicut etiam miraculose mulieris adulteræ femur computrescebat bibitis aquis, in quibus Sacerdos maledicta congesserat, vt habetur, numer. 5.

Concl. D. Thom. Galat. 2.

Ioann. 1.

Ad Hæb. 10.

Leu. 4. & 5.

Leuit. 14.

Num. 15.

Dubitatur

Dubitatur.

Vtrùm iusti in lege naturæ, aut scriptæ habuerint gratiam habitualem inhærentem?

1.Sent. Prado. Villalpan. D.Aug. Theoph. Cirillus. Soto. Magister. Barro. Glossa. Arias Mõtan.

IN hac re est sententia asserens ante ad vẽtũ Christi, iustos nõ habuisse gratiã habitualẽ inhærẽtẽ, & cõsequẽter nõ fuisse iustos eiuldẽ rationis, cũ iustis Euãgelicis, sed solum iustos in figura, & nomine tenus. Hanc tenet Pradus, & Villalpandus, Ezech. 1. part. 3. sect. 12. colum. 2. litt. B. & videtur August. lib. quæstio. nobi, & vet. testam. cap. 123. tom. 4. vbi ait, nec etiam Adamum in statu inocentiæ habuisse Spiritum Sanctum, nec alios ante ad ventum Christi, & lib. contra addimantum, cap. 16. & Theophilatus, Ioan. 1. & Cirillus, 1. in Ioannem, capit. 14 & Soto, 4. distin. 2. quæst. 1. art. 4. ait iustos legis Moysi, non plene, & perfecte meruisse nomen filiorum Dei, gratiamque illorum, non perfecte obtinuisse nomẽ gratiæ, & de parbulis per circuncisionem iustificatis, etiam excepisse docet Magist. 4. dist. 1. §. penult. & Barro, 1. dist. 41. quæstio. 2. & glossa, cap. quod autem de consecrat. dist. 4. non recipere gratiam inhærentem. Hæc sententia probatur, 1. Ioan. 3. vbi comparans iustos nobæ legis ad iustos veteris legis, ait. Videte qualem charitatem, dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus, ad Galat. 4. Loquens de fideli nobi testamenti, ait ergo iam nõ est seruus, sed liber, quod si filius, & hæres per Deum, & Ioan. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, Rom. 8. Accepistis spiritũ adoptionis filiorum Dei, & 2. Pet. 1. Magna, & præciosa pro Miffa donauit, vt diuinæ efficiamur consortes naturæ, quæ loca ad propositum, huius sententiæ, explicat Arias Montano, sit tamen.

Hæc sent. prob.

2. Concl. D. Thom. D. Athan. D. Chris. Matt. 22. Matt 18. Iob 1. & 2 Vide Suar.

Prima conclusio Angeli vere sunt filij Dei per adoptionem, & gratiam inherentem, hanc docet D. Thom. 3. part. quæst. 23. art. 3. ad 2. & Athanasius, ora. 2. cõtra Arrianos, quia licet in sacra scriptura, id expræse, non habeatur, vt notat Chris. hom. 22. in Gen. habetur tamen, æquiualens, cum dicatur Matt. 22. Erũt homines sicut Angeli Dei, & Matt. 18. Angeli eorum semper vident fatiem patris mei, si ergo beati sunt consequenter, & filij, quia illa hæreditas est filiorum, per adoptionem gratiæ, eo, vel maxime, quod Iob 1. & 2. filij Dei Angeli nominantur. Videatur Suarez 3. part. quæst. 23. art. 3.

2. Concl. D. Thom. Albertus. Bellar. Suarez. Salas. Cõtra Scot. & Alens. ex Concil. Aran. & Trid.

Secunda conclusio, Adam vere fuit filius Dei adoptiuus per gratiam habitualem, siui inhærentem, quam simul, cum natura recepit, per illam habens ad vitam æternam hæreditatẽ, hanc docet D. Tho. 1. par. 1. quæst. 95. art. 1. Albertus, & alij 2. dist. 24. Bellar. lib. de graria primi hominis cap. 3. tom. 3. Suarez, vbi supra, & Salas de legibus, disputatio. 22. sect. 13. contra Magist. 2. distin. 24. & Scotum ibidem, & Alensem, 3. part. quæstion. 10. Probatur tamen conclusio, ex Concil. Arausi. 2. Can. 19. & Tridentin. Session. 5. decreto de peccato originali, & Sessio. 6. cap. 7. Vbi de omnibus iustis, & etiam de Adam ait, itaque veram, ac Christianam iustitiam accipientes eam ceu, primã stolam, pro illa, quam Adam sua inobedientia, sibi & nobis perdidit per Christũ Iesum illis collatam, ecce qualiter supponit Adam habuisse, gratiam, & iustitiam inhærentem, quam per peccatum amisit. Idem probatur ad Ephes. 4. Re nobamini spiritu mentis vestræ, & induite nobũ hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis, & Colloss. 3. Expoliantes vos veterẽ hominem, cum actibus suis, & induentes nobum eum, qui renobatur in agnitionẽ, secundum imaginem eius, qui creauit illum. Videatur Ciprian. Basil. Amb. Nazian. Chrisost. Aug. Cirillus. Diu. Leon. Magnus, locis citatis à Bellar. vbi sup.

Ad Eph. 4

Coloss. 3.

D. Cipria. D. Basil. D. Ambr. Nazian. Chrisost. D. Aug Cirillus. D. Beo.

3. Concl. D. Chris. Ad Gal. 4 Rom. 9. D. Cpria. D. Athã. Cirillus. Chrisost. D. Aug.

Tertia conclusio, omnes iusti qui fuerunt ante ad ventum Christi vere habuerunt gratiam inhærentem, per quam fili Dei adoptiui efficiebantur, hanc probat Chrisost. hom. 22. in Gen. Explicans illud Gen. 6. Videntes filij Dei filias hominum, & aperte docet Paulus ad Galat. 4. Comparans patres legis veteris filiohæredi subtutore, & ad Rom. 9. De illis dicit quorum est adoptio, & multoties in sacra Scriptura vocantur filij Dei, & filij Regni, vt notauit Cipria. orat. Domi. Athan. orat. 2. contra Arrian. Cirill. 1. Ioã. cap. 14. Chris. hom. 13. sup. Ioann. August. 3. contra duas Epist. Pelag. cap. 14.

Ad Arg. opp. sent. explicantur loca Scripturæ

Ad fundamentum autem contrariæ sententiæ. Respondetur, iustos nobæ legis, specialiter vocari filios Dei, nõ quia antiqui tales, non fuerint, & non vere habuerint gratiam inhærentem, sed quia illam

1.a. 1. Ioa. 3. Galat. 4 Ioan. 1. Rom. 8. 2. Pet. 1.

lam non habebant ex vi legis formaliter, & stricte sumptæ, sicut nos ex vi nostræ legis habemus, sed illam habebant, vt ait Diu. Thom. ex fide Christi, quæ erat præter illam legem stricte sumptam, & secundum quam rationem potius ad nostram legem pertinebant. Aut secundo respondetur, quod licet illa adoptio per gratiã fuerit vera, non tamen perfecta: quatenus erat in statu imperfecto, in quo hæreditatem gloriæ consequi non poterat, nostra autem gratia magis commendatur, & filiatio extollitur, quia iam ei patent regna cęlorum, tamquam hæreditas filiorum in matura ætate existentium, extra curam tutoris, & pedagogi legis antiquæ, sicut & modo nostra gratia respectu gloriæ est im-

Rom. 8.

perfecta, & Rom. 8. Dicitur, quod expectamus adoptionem filiorum, non quia adoptionem essentialiter non habeamus, sed quia est imperfecta respectu adoptionis in gloria: ita dicendum est de gratia antiqua respectu nostræ, dicuntur enim expectare gratiam, & adoptionem (vtique perfectam huius legis) licet tunc etiã gratiam, & adoptionem haberent, & sic sancti, & loca sacræ Scripturæ debent intelligi. Vide Medinam infra quæst. 107. artic. 1. Supposito ergo, quod in illa lege iusti, & sancti gratiam inhærentem, & habitualem habebant, restabat examinare conclusionem articuli: vtrum illam causarent sacrificia, aut Sacramenta illius legis ex opere operato, sicut illã nostra Sacramenta operantur, an vero solũ ex opere operantis ex fide Christi venturi. sed hoc habet proprium locum, 3. part. quæst. 62. art. 6. Vbi de hoc agit Diu. Thom. & ibi eius interprætes, & in particulari de Sacramento circuncisionis, quæst. 70. art. 1. & 2. ibi videantur.

Art. III.

Vtrùm cæremoniæ veteris legis cessauerint in ad ventu Christi?

Conclusso est affirmatiua.

Dubitatur I.

Vtrùm conclusio Diu. Thomæ verum habeat?

IN hac re est sententia Iudæorum asserentium legem veterem duraturam, & obligare, vsque ad finem mundi lege Euangelica spreta, hæretici autẽ sunt nulli, qui obligationem legis Euangelicæ agnoscentes asserunt legem Moysi, simul esse seruandam: ita docuit Ebion. & Cherinthus; & Nazarei, vt refert Epiphanius Hæresi, 18. 28. 30. & 66. Ireneus, libr. 1. cap. 26. Aug. lib. de Hæresibus, cap. 8. & 9. & 10. D. Hieron. Epist. 89. & apud August. 11.

Sent. Iudæorum & hæret. corum. Ebion. Nazarei.

Hæc sententia probatur primo ex locis sacræ Scripturæ in quibus illa lex sempiterna, & numquam abroganda, dicitur vt Gen. 17. dicitur de circuncisione, quod sit pactum sempiternum. & Exod. 30. & Levit. 16 & Baruch. 4 hic est liber mandatorum Dei, & lex in æternum, & Matth. 5. Dicitur non veni soluere legem, in quo docet illam numquam fore abrogandam, Rom. 3. Legem ergo destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus.

Arg. 1.

Secundo probatur circuncisio data est in signum fidei Abraæ, vt ait ad Roman. 4. Et obseruatio Sabbati ad recolendum creationis beneficium, sed fides Abraæ semper est imitanda, & beneficium creationis, semper est recolendum: ergo illa lex semper debet durare.

Arg. 2.

Tertio probatur, quia illa lex erat bona, & à Deo data, vt supra diximus: ergo non est ratio, quare sit mutanda. Si respõdeatur esse bonam pro illo statu significans Christum venturum, modo autẽ bona esse, non potest, quia cum iam Christus advenerit, illa significatio venturi, vera esse nõ potest contra arg. quia prẽter illã significationem, illa lex ad Dei cultum erat instituta, ut sæpe diximus, & quantum ad hoc retineri poterit.

Arg. 3. Solutio. Impug.

Quarto arg: quia Christus mandauit læpreso mundato, vt se ostenderet Sacerdoti, & offerret munus, quod Moyses pro huiusmodi præceperat: ergo non adueniente Christo illa lex cessauit. Confirmatur, quia modo in Ecclesia multa manẽt illius legis, vt vestes sacræ, vnctio olei in censum, templum, & alia huiusmodi: ergo non cessauit lex per ad ventum Christi.

Arg. 4.

Pro intelligentia notandum aliud supponi, & aliud inquiri, supponimus enim illam legem Antechristum omnes Iudæos obligare submortali, vt supra diximus, nullumque in illa dispensare potuisse, cũ esset, lex diuina, & in lege superioris, nullus dispensare potest, nisi ex commissione,

Not.

ne, ista autem nulli legitur concessa, solus Christus, qui Deus est in illa dispensare
Matt. 12. potuit, vt insinuauit, Matth. 12. Dominus est filius hominis, etiam Sabbathi, po
terat tamen interprætari à Pontifice illius
Deu. 17. temporis, Deut. 17. Siquid ambiguum, & difficile, &c. Etsi ad Pontificem difficilis erat additus interprætari poterat à sapien
1. Reg. 21 tibus, aut iudicibus, vt 1. Reg. 21. Dauid per interprætationem panes propositionis comedit, quod solis Sacerdotibus licebat, vt ait Christus, Matth. 12. Similiter
Matt 12. *Leuit. 24.* Leuit. 24. & Exo. 12. Designabatur dies
Exod. 12. celebrandi Pascha, & tamen licebat, per
Num. 9. interprætationem diem mutari, ex Num. 9. Similiter Machabei, optimo consilio habito diem Sabbathi, propter pugnam, non seruauerunt, cum prius multi, propter obseruantiam inermes mansissent occisi, inquiritur autem vtrum adveniente Christo, iam illa obligatio cessauerit.

Concl. Conclusio ergo Diu. Thomæ est certa secundum fidem, quam optime probat,
D. Thom. *D. Cipria.* & explicant Ciprianus, 1. contra Iudæos,
Iustinus. cap. 8, Iustinus dialogo, cũ triphone Cle
D. Clemẽs. mens lib 6. constitut. à cap. 12. vsque ad
D. Aug. 23. August. contra Faustum Epipha. Hę
D. Epipha. resi, 40. Orig. hom. 6. in Iosue. Videatur
Orig. Galatinus, lib. 11. de Arcanis à principio
Galatin. & probatur. Primo ab istis sanctis ex veteri testamento (quoniam Iudæi non reci
Prob. piunt testamentum nouum) Ierem. 31.
Hier. 31. Vbi promittitur fœdus nouum, non sicut
Gen. 17. prius, ideſt nouum veterabit prius, explicat ad Hæbr. 8. Hoc est abrogabit, prius
Ad Hab. 8. fœdus, ideſt legem, fœdus enim legem significat, Gen. 17. Exod. 34, Deut. 25. Leuit. 26. Vetera nobis superuenientibus
Exod. 34. *Deu. 25.* *Leuit. 26.* proijcietis, & Malach. 1. Non est mihi vo
Malach. 1 luntas in vobis, & munus non suscipiam, de manu vestra magnum est nomen meũ in gentibus. & afertur nomini meo oblatio munda, in quo loco prædicitur totum illum cultum abolendum, & in aliud purissimum sacrificium commutandum, vt explicat Concil. Trid. Sessio. 22. cap. 1. De quo Bellar. Suarez, & alij tracta. de sacri-
Orig. ficio Missæ, & Orig. Leuit. 26. Barrada,
Barrada. 2. lib. cap. 21. Esaiæ, 43. Loquens de ad-
Esa. 43. uentu Messiæ, postquam dixerat de Oriẽte aducam semen tuum subiungit nememi neritis priorum, & antiqua non intueamini, Psalm. 109. Tu es Sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech. Ex quæ habetur à Christo aliud Sacerdotium esse instituendum, & consequenter aliam legem, nam vt ait ad Hæb. 7. Translato Sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, Dan. 9. post 62. Hæbdomadas; dicitur Christus occidendus, & in dimidia Hæbdomadæ hostiam, & sacrificium esse cessaturum. Secundo probatur ex nobo testamento, etiam contra hæreticos,
Luc. 16. Luc. 16. Lex & Prophetæ, vsque ad Ioã
Luc. 16. nem, & Rom. 6. Non enim sub lege estis,
Rom. 6. sed subgratia, Rom. 7. Lex in homine dominatur, quandiu viuit (quandiu viuit ipsa lex, sicut quandiu viuit vir, dominatur in vxorem,) Vndè supponit Apostolus, legem morituram, sic explicat Barradas, *Barrada.*
& Rom. 8, Lex enim spiritus vitæ in Chri *Rom. 8.*
sto Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis, dictum est autem supra qualiter lex vetus diceretur, lex peccati. & mortis, ad Ga
Gal. 3. & 4. lat. 3. Lex pedagogus noster fuit in Chri
Ad Hab. 7. & 8. sto, vt ex fide iustificemur, at vbi venit fides: iam non summus sub pedagogo, &c. 4. Allegorice ad hoc propositum exponit illud eijce ancillam, & filium eius, ad Hæbr. 7. Translato Sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, & infra reprobatio, quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem, & cap. 8. Dicendo nouum testamentum veterauit prius, quod autem antiquatur, & senescit prope interitum est, ad Ephes, 2.
Ad Eph. 2 Legem mandatorum decretis euacuans,
D. Hier. legem mandatorum appellat legem vete-
Chrisost. rem, propter multiplicitatem præcepto-
Theoph. rum, & illam dicit, decretis vtique nobæ
Eucumen. legis euacuasse. Ita explicat Hyeronim. Chrisostom. Theophilatus, & Eucumenius, aut dicitur decretis euacuans, quia iliam legem, sine decretis, & eis vacuam reliquit, & idem intendit, eodem cap. dicens, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ dissoluit. medium parietem appellat illam legem populum Iudaicum, & Gentilium diuidentem, & illam dicit dissoluisse, sicut maceriam, & ad Collosenses 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, ac si dicat in illis iudicandi non estis, quia iam vt vmbra transierunt adbeniente corpore, quod est Christus. Tertio probatur, eficacibus rationibus à Barrada, vbi supra, tum,
Ad Hæb. 7. quia illa lex erat imperfecta, & infirma, vt dicitur Hæb. 7. Item, quia erat grauissimum iugum, Acto. 15. Item, quia iam impleta erat. Matt. 5. Non veni soluere legem, sed ad implere, hoc est, ad dandam plenitudinem figuratam, per vmbram, & vacuitatem illius. Item, quia si vmbra erat cessare debuit adveniente sole, ait Hieron.

Galat.4. ron.ad Galat.4.Et sicut obscuritas fidei. cessat adveniẽtes claritate gloriæ 1.Cor.
1.Cor.15. 15. Ita adveniente cognitione clara pe
D.Aug. Christum illa debuit aboleri, ait Aug. 2.Contra aduersarios legis, c.7.& sicut superflua est lucerna à parente sole, & superuacaneus Pedagogus, his qui perfectam acceperunt sapientiam, & inutile, lacnutricis, his qui solido cibo vescuntur & collecto frumento palea reijcitur, & prodeunte fructu flos decidit, ita per adventum nobæ legis antiqua debuit cessare, ait Theodoretus, ad Philip.3. & D.
Theodor. *D.Ber.* Bern.hom.1.sup.missus est. Item vt vnum obsie fieret ex vtroque populo medium parietem legis dissoluere oportuit. Item, quia ad dignitatem Messiæ pertinebat posse antiquam legem abrogare, & nobam condere, in hoc enim à Moyse distinguitur, quod iste solom potuit legem promulgare, Christus autem etiam instituere, & certe præomnibus, D. Thom. in corp.art. lucidissime, probat istam conclusionem, quia illa cæremonialia legis ad Dei cultum ordinabantur, cultus autem exterior per cæremonias cultui interiori debet proportionari, qui vtique consistit in fide, spe, & charitate, iuxta diuersitatẽ: ergo status fidei spei, & charitatis, cultus exterior cæremoniarum debet esse diuersus,

Est autem triplex status istius interioris cultus primus. in quo habetur fides, & spes de bonis cœlestibus, & de hisper quę tanquam per media ad cælestia introducimur, tamquam de futuris, & iste, est status legis antiquæ, secundus status est, in quo habetur fides de cælestibus obtinendis, tanquam de futuris, & de medijs, tanquam de præsentibus, & iste, est status legis Euãgelicæ, tertius status est, in quo omnia prędicta habentur, vt præsentia, & nihil creditur, aut speratur, vt futurum, & iste est status beatorum, in quo nihil est figurale, sed cultus in gratiarum actione, & voce laudis consistit. Quapropter dicitur, Apoc.21. Templum Dei non vidi in ea Dominus enim omnipotens templum illius est, & agnus, sicut ergo in tertio statu cessant cæremonię status secundi, ita adveniente, secundo statu legis Euãgelicæ cæremonię status primi legis veteris debent cessare, vt sic cultus exterior cæremoniarum cultui interiori sit proportionatus. Tandem hæc conclusio fuit definita in primo Concilio Apostolorum celebrato, A
Actor.15. ctor.15. Vbi cessatio antiquæ legis determinatur, dum dicitur visum est Spiritu Sãcto, & nobis nihil vltra oneris vobis imponere, &c.

Ad primum arg. à principio resp. ex *Ad 1.arg.* D.Tho. illam legem dici eternam, quantõ *Salas.* ad moralia, quæ licet vt erãt præcepta illius legis cessauerint, absolute tamen perseuerant, vt præcepta sunt naturalia, & de nobo in lege Euangelica confirmata, de quo ad longum Salas, disp.23. sect.3. cæremonialia autem dicuntur æterna, quantum ad veritatem per illa figuratam, non autem quantum ad ipsam figuram, Christus enim per illã figuratus manet in æternum Sacerdos, secundum ordinem Melchisedech, imò ipsa potest dici in æternum manere, dum veritate promissa perficitur. Resp. enim ad melius deducta, non dicitur finiri, sed meliorari, intra limites autẽ suæ imperfectionis, illa lex finem habet, vt dicit Cirillus, 9.contra Iulianum. Aut se- *D.Cirillus* cundo dicitur, cum Medina, eternum vo- *2.Solutio* cari, quod per longum tempus durat, iux- *Medina.* ta illud. Psalm.75. A montibus eternis, & sic illa lex vocatur eterna, cum tamen post longum tempus finem habuerit, ad hoc affert Salas, disputation.23. section. 2. multa loca sacræ Scripturæ, secundum textum Hæbreum, & per hæc patet, ad loca adducta in argumen. dicitur Christum legem non soluere, sed implere, quia veritatem figuratam complet, & dicitur legem non destrui, quia ad melius redducitur. De quo videatur August. quæstio. 43.& *Explicãn* 124.in Exod.& libr.contra Priscilianistas, cap.5.& quæstion.31.in Gen. Diu. *tur loca sa* Hieronim. A Ecechi.32.& Lyra, Exod. *cræ Script.* 15. Aut tertio dicitur, cum Abulensi, *Gen.17.* Exod.15. quæstion 18. dici legem eter- *Exod.* 30. nam quantum erat ex se, si aliàs à Deo nõ *Leuit.* 16. reuocaretur, quia ex se tempus limitatũ, *Baruch* 4. non habebat. *Matt.* 5. *Rom.*3.

Ad secundum arg. respondetur, quod *Ad 2.arg.* in illa lege protestauatur per circunciſio- *Ad Phi.* 2. nem fides Christi venturi, nos autem de- *Explican* bemus, illam profiteri, vt Christi. qui iam *tur, illud* advenit, & ideò debemus, illam profiteri *Rom.*4. alio signo adventus illius, quale est baptismus, qui circunciſioni succedit, vt ait ad Philippenses, 2. Sabbatum etiam erat ad recognoscendnm beneficium creationis consummatæ die septima, in qua Deus requieuit ab omni opere, præfigurando nobam creationem creaturæ spiritualem, per Christum, & requiem eius ab hoc opere in resurrectione, quam ipsi expectabant, & nos de illa gaudentes, & vt iam factam feliciter posidentes recognoscimus, per solemnitatem diei Domini-

cæ, in quam Sabbatum transmuttatur, sicut & aliæ festiuitates illius legis inconsimiles nostræ legis commuttantur. De quibus ad longum hic D. Thom. ad 4.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, illam legem fuisse bonam ad significandum Christum venturum, cum autem iam aduenerit retineri, non potest, quia illa significatio futuri esset falsa, & similiter dicitur de cultu, pertinebant enim ad cultum illius status exteriorem congruentem interiori fidei Christi venturi, modo autem cum cultus interior sit fidei Christi, qui iam advenit, per alias cæremonias congruentes tali interiori cultui debet fieri, talis cultus exterior, per quas collamus, & profiteamur Christum aduenisse.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur, ex D. Tho. ante Passionem legem veterem obligare, licet Euangelium, tunc esset in fieri, & ideò, tunc recte præcepisse læproso, vt legem impleret, sed de hoc, dubio sequenti, ad illud autem de alijs cæremonijs, quod manent in lege noba. Resp. ex Valent. disput. 7. quæst. 7. punto. 7. manere eadem generice. non autem specialiter, quantum ad modum, quo præcipiebantur in illa lege. *Valen.*

Dubium II.

Vtrùm lex vetus post aduentum Christi, etiam ante mortem illius, iam cessauerit obligare?

Arg. 1. PARS affirmatiua probatur. Primo, in lege erant præfigurata multa, quæ statim Christi nato sunt impleta, maxime gratia, cuius author est Christus, Ioa. 1. Gratia & veritas, per Iesum Christum facta est durante vita eius multis est collata: ergo saltem partialiter, quantum ad ea, quæ ante mortem sunt impleta lex cessauit.

2. Arg. Secundo arg. finis principalis illius legis erat Christus, Roman. 10. Finis legis Christus ad salutem omni credenti: ergo aduenięte Christo, lex cessauit, quia adæpto fine, illaque sunt ad finem non sunt necessaria, & hoc insinuabit, ad Galat. 3. Dicens legem necessariam, donec veniret semen. vtique Christus.

3. Arg. Tertio arg. quia Luc. 16. dicitur lex, & Prophetæ, vsque ad Ioannem, ergo tunc cessauit, & hoc insinuat illud Matth. 5. Non veni solbere legem, aut Prophetas, sed adimplere: ergo per aduentum eius adimpleta, & completa est lex, & sic amplius non manet, quia tantum manebat, vt vmbra quandiu per verum corpus non implebatur.

4. Arg. Quarto arg. circuncisio cessauit ante mortem Christi: ergo & lex, patet consaquentia, quia lex illa supponebat circuncisionem, & non obligabat lex, nisi circúcisione pręsuppośita. Antecedēs verò probatur: nam ante mortem Christi institutus est baptismus, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, quod de baptismo intelligit, Concil. Trid. sess. 7. can. 2. Aut vero institutus est, quando Christus fuit baptizatus in Iordane, sed stante baptismo circuncisio, non obligat, ergo ante mortem Christi, iam circuncisio, non obligabat. Ista minor probatur, quia baptismus erat sufficiens remedium ad originale: ergo circuncisio, non erat necessaria, & consequenter, nec sub præcepto, quia præceptum illius, tantum erat propter necessitatem. Hoc vltimum antecedens probatur, quia si baptismo instituto Iudæus baptizaret paruulum, & non illum circuncideret paruulus obtineret gratiam, & per baptismum consequeretur gloriam: ergo baptismus erat sufficiens remedium. *Conf.* Confirmatur, nam baptismus statim institutus obligabat sub præcepto: ergo præceptum circuncisionis, iam cessauerat, non enim dicendum est vtriusque esse præceptum. Antecedens probatur, nam Iudæus doctrina Christi sufficienter instructus tenebatur, legem illius recipere, & Christianus fieri, quod facere non poterat, nisi baptismum recipiendo, ergo id ex præcepto tenebatur facere, & clarius, id patet in Gentili ad fidem conuerso: de quo nullus dubitabit, tunc ad baptismum teneri: præceptum ergo erat illius. *Solutio.* Si respondeatur, tunc baptismum, tantum cadere sub consilio, circuncisionem autē sub præcepto. *Impug.* Contra arg. nam etiam si baptismus tantum esset sub consilio, sequitur circuncisionem non esse sub præcepto: ergo per hoc non euaditur vis argumenti, Probatur antecedens, quia consiliū vnius reitollit præceptum oppositi, vt consiliū virginitatis tollit præceptum nubendi: ergo si est consilium baptismi non stat simul præceptum circuncisionis.

Sem. Propter argumenta posita, maxime propter quartum, tenet hanc partem affirmatiuam Scotus, 4. dist. 3. quæstion. *Scot.* 4.

Gab. Rada. 4. §. quantum ergo Gab. dist. 1. quæst. 4. art. 3. Dub. vnico, concl. 1. Rada, tom. 2. controuer. vltim. art. 2. & alij Scotistæ.

Nor. D. Hier. D. Aug. Pro intelligentia notandum legem posse summi stricte, prout distincta à circunciſione, ita enim præsupponebatur, & fuit multo ante instituta, Gen. 17. Aut vero summi potest lex vetus, vt etiam circũciſionem præsuppositam includit. Primo modo conueniunt, D. Hieron. & D. Augustin. Epist. 19. Cæterique sancti Patres & vniuersaliter Scholastici ante Passionem Christi legem non cessasse, nos tamen vniuersaliter, etiam de lege includente circunciſionem disputamus.

Concl. D. Thom. Soto. Medin. Cap. Nuño. Palud. D. Bon. Ricard. Maior. Duran. Vazq. Valen. Salas. Concluſio ergo sit ante mortem Christi legem antiquam nonceſſaſſe obligare, ſed retinuiſſe, non ſolum licentiam, illa vtendi, aut vtilitatem, & fructum volenti illa vti, ſed etiam neceſsitatem, & præceptum illam ſeruandi, hæc est mens Diu. Thom. hic ad 2. dum ait durante vita Christi myſterium eius esse inchoatum, ſed nõ conſumatum, vſque ad mortem. Quapropter mandauit læproſo obſeruantiam legis factę pro illo. Quod autẽ ait D. Th. ſimul tunc currere Euangelium, & legem veterem non est intelligendum, quãtũ ad præceptum vtriuſque, ſed Euangelium, quantum ad conſilium, legem autem quantum ad præceptum, aut ſimul currere Euangelium, quantum ad prȩceptum incohatiue, tantum legem autem abſolute currere pro tunc quantum ad præceptum, idem docet Diu. Thom. 3. part. quęſt. 37. art. 1. ad 1. & in 4. diſt. 3. art. 5. quæſt. 3. cũ D. Tho. tenet omnis illius, Schola Soto, 2. de iuſt. quæſt. 5. art. 4. Medina, hic con. 3. Nuño 3. part. quæſt. 66. art. 2. dub. 3. Cap reol. 4. diſt. 3. quæſt. vni. ad 1. contra primam, con. Palud. quæſt. 6. & extra ſcholam, D. Bona. q. 2. Ricar. artic. 3. q. 5. Maior, q. 2. Duran. d. 1. q. 9. & omnes moderni Vazq. diſp. 108. ca. 2. & 5. Valen. diſp. 7. quęſt. 7. pun. 7. Salas, diſp. 23. ſect. 4. vt probatur clare, nam Christus dum vixit obſeruauit illam legem, & illam obſeruari præcepit, ergo obligabat. Antecedens patet Matt. 5. Non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere, & tempore Paſchatis in obſeruantiam legis feſtum cenæ agni celebrauit, & Matt. 23. Obſeruandam docuit dicens ſuper Catedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſei omnia, quæ dixerint vobis ſeruate, & facite, & Luc. 5. & 17. Læproſos mundatos iuſsit ad obſeruantiam legis Sacerdotibus præſentari. & Luc. 12. Iudicialia iudicibus, illius populi remiſit,

Matt. 23.

Luc. 5. & 7. & cap. 12.

dum fratribus de hæreditate altercantibus, dixit quis me conſtituit iudicem ſuper Voa, certum est autem iudicialia, & cæremonialia ſimul duraſſe. Item probatur, quia tantum durauit, lex quantum Sacerdotium, ad Hæb. 7. Translato Sacerdotio neceſse est, vt legis translatio fiat, ſed Sacerdotium antiquum durauit, vſque ad mortem Chriſti: tunc enim vna hoſtia excluſa est differentia victimarum: ergo & lex vſque tunc etiam durauit. Item probatur, Rom. 7. Quæ ſub viro est mulier viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius liberata est a lege viri, itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis legi, per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, qui ex morte reſurrexit comparatione, enim vxoris ad virum, explicat Paulus qualiter lege antiqua tenẽbantur, vſque ad mortem Chriſti, per quam à lege ſunt liberati.

Ad Hæb. 7.

Ad primum argumentum reſpondetur, non esse decens, vt lex per partes, ſed tota ſimul deſineret, tota autem completa non erat ante paſsionem, nec propterea etiam, quoad partes, iam completas falſa reddebatur, quia etiam illa non ſignificabat, niſi inordine ad finem Paſsionis, & quandiu, iſta non advenerat, illa non erant completa, & conſumata, licet quoad ſubſtantiam, iam eſſent impleta, aut vero dicitur, legem quoad illas partes præter ſignificationem eorum, quæ geſta ſunt ante mortem Chriſti habuiſſe alias ſignificationes, aut fines, propter quæ poterant remanere impleta prima ſignificatione, dum remanebat, ſecunda ſine aliqua falſitate (verbi gratia) circunciſio præter baptiſmum ſignificabat reſurrectionem, propter quod remanere poterat, etiam poſt inſtitutum baptiſmum, vt ait Ciprianus, Epiſtol. 59.

Ad 1. arg.

Ad ſecundum arg. reſpondetur, finẽ legis eſſe Chriſtum redemptorem, ante mortem autem non fuit Redemptor. Quapropter ante mortem non fuit adæptus finis legis, & ideò ante mortem non ceſſauit.

Ad 2. arg.

Ad tertium arg. reſpõdetur, illud verbum vſque ad Ioannem intelligendũ eſſe moraliter, ideſt, vſque ad tempus Ioannis, quod eſt tempus aduentus Chriſti, aut dicitur duraſſe, vſque ad Ioannem, ſana & integra, quia ex Ioan. Iam cæpit ægrotare, & ſe neſcere, & eſſe prope interritum, aut vero loquitur de profetia Chriſti futuri, quæ ceſſauit adueniente Ioanne, & prophetizante præſens dum dixit ec-

Ad 3. arg.

ce agnus Dei, quod insinuatur, Matth. 11. Dum dicitur omnes prophetæ, & lex vsque ad Christum prophetauerunt, vtique quia iam non prophetabatur de Christo futuro, licet, quod antea erat prophetatum nondum cessasset, quia nondum cõsumatum, & completum erat.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur, quod etiam instituto baptismo circuncisio non cessauit, quia licet tunc non esset necessaria ratione finis, quia vt probat argumentum per baptismum poterat, quis saluari erat, tamen necessaria necessitate, præcepti, nam sicut alia præcepta legis obligabant: ita & circuncisio, cum omnia alia circuncisionem præsuponerent, & ob aliam significationem, aut finem, vt diximus. Quapropter licet paruulus, sine circuncisione baptizatus saluaretur, parentes tamen non circuncidendo peccarent contra præceptum circuucisionis. Itaque sicut paruulus ante octauum diem iustificatus Sacramento, legis naturæ periculo mortis constitutus: nihilominus viuens tenebatur eius pater illum octauo die circuncidere, & sicut Abraham iustus, ex mandato Dei circuncisus est, & Cornelius iustus ex præcepto debuit baptizari. Actor. 10. Ita & baptizatus ante mortem Christi ex præcepto circuncidi

Obiectio. debebat. Etsi contra arguas, quod Gentilis, illo tempore baptizans filium, non tenebatur, illi Sacramentum legis naturæ ex præcepto ad remissionem originalis applicare: ergo nec Iudæus filium baptizatum circuncidere, quia iam est effectum, per baptismum, quod erat faciendum, per circuncisionem. Respon-

Solutio. detur negando, consequentiam, & disparitas est, quod Gentilis tantum tenebatur ad signum protestatiuum fidei in communi potens prohibito eligere, quod vellet. Vndè per quodcumque signum in particulari applicantum, illud præceptum implebat, & sic per baptismum præceptum naturale manebat impletum, præceptum autem circuncisionis erat particulare, & determinatum Iudæo, non solum ad remissionem originalir, sicut baptismus, sed vt diximus, etiam ad alium finem ordinatum. Vndè ex sua obligatione particulari, & in baptismo, non inclusa manebar implendum, eaiam a baptizato. Ad illud autem, quod consilium vnius tollit præceptum. Respondetur, quod consilium vnius tollit præceptum oppositi incomposibilis, cum eo, quod est in consilio, vt in exemplo virginitatis, & matrimonij, circuncisio autem, & baptismus contrarietatem, aut incomposibilitatem, non habebant durante lege, cum ad diuersos fines possent ordinari, & sic consilium baptismi impletionem præcepti circuncisionis, non impediebat.

Ad conf. Ad conf. respondetur negando, antecedens, quia licet Diu. Thom. hic asserat vtrumque simul currere, & legem, & Euangelium, non est intelligendum æqualiter de vtroque, quia 3. part. quæstio. 66. art. 2. expresse docet, tunc baptismum tantum esse in consilio, ad primam probationem dicitur, quod Iudæus, tunc conuersus ad Christum, & recipiens legem Euãgelicam tenebatur ad baptismum in voto, recipiendum suo tempore, quando lex Euangelica publicata obligaret, licet ex consilio, tunc baptizarentur, vt constat *Ioan. 3. &* Ioann. 3. & 4. Apostolos ante mortem *4.* Christi multos baptizasse: secus est de Gentili sufficienter instructo, non circuncisso, nec lege veteri astricto, in quo nihil assignari potest, quaræ præcepto baptismi, non tunc teneatur.

Dubium III.

Vtrùm lex vetus in ipsa morte Christi cessauerit obligare?

Arg. 1. PARS negatiua probatur primo, quia lex noba non obligabat statim Christo mortuo: ergo nec lex antiqua cessauerat, consequentia patet, quia per obligationem, & inceptionem nobæ cessauit obligatio antiquæ. Antecedens vero probatur, quia lex non obligat, quousque sit promulgata, statim autem post mortem, lex noba promulgata, non erat, & sic non poterat obligare.

2. Arg. Secundo arg. quia Iudæus statim post mortem Christi ante publicationem Euangelij tenebatur circuncidere puerum, cum ei non constaret esse reuocatam circuncisionem: ergo adhuc non cessauerat vetus lex, patet cõsequẽtia, quia si illa lex ceffasset non obligaretur Iudæus puerum circuncidere. Conf. 1. quia post *Conf. 1.* mortem Christi ante publicationem Euãgelij homo, nõ erat destitutus remediocerto, & sibi noto, sed tunc non erat, sibi notum

tum remedium aliud, quia nondum erat publicatum: ergo circuncisio erat sibi remedium cognitum, & ad illud tenebatur, & consequenter, lex quantum ad circuncisionem non cessauerat, aliàs mundus ante cognitionem Euangelij, sine remedio esset. Confirmatur secundo, quia si tunc Iudæus invincibiliter ignorans Euangeliũ circuncideret puerum, iste saluaretur, imò etiam si cum ignorantia culpabili, id faceret, quia iniquitas patris non debebat ei nocere, sicut non nocet, quod quis culpabiliter erret circa baptismum, si cũ intentione Ecclesiæ baptizet: ergo tunc lex non cessauerat, quia si cessasset, nulla tenus illa circuncisio prodesset.

Conf. 2.

Sent. Scot.

Propter argumenta posita Scotus, 4. distin. 3. quæst. 4. asserit saltem pro ignorantibus Euangelium nondum promulgatum, legem vererem non cessasse, & ad huc obligare,

1. Concl. D. Thom Matt. 27. D. Leo. D. Aug. Hugo. Medin. Nuño. Palud. Soto. D. Bona. Duran. Ricard. Adrian. Maior. Valen. Vazquez. Salas. Ad Col. 2. Ad Heb. 10. Glossa.

Prima conclusio, lex vetus in ipsa morte Christi cessauit obligare, hæc est Diu. Thom. hic ad 2. & 3, part. quæst. 37. art. 1. ad 1. & sic intelligit illud dictum in Cruce, Ioan. 19. Consumatum est, quod de lege veteri loqueretur, & hac ratione, Matth. 27. Velum templi scissum est disruptionem legis significans, sicut & D. Leo. hoc ipsum ait significasse Caipham vestẽ Sacerdotalem rupisse, hoc enim se Sacerdotio expoliauit, & consequenter lex cessauit, quia vt sæpe diximus, ex Diu. Paulo translato Sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, eandem sententiam tenet Diu. Hieron. & August. Epist. 11. & 19. & Hugo, 2. de Sacramentis, par. 6. capit. 4. & cum Diu. Thoma tenent omnes eius discipuli Medina, hic & art. 4. Nuño 3. part. quæst. 96. art. 2. difficul. 2. & 3. Paludanus, 4. dist. 1. quæst. 6. art. 5. Soto 2. de iust. quæst. 5. art. 4. & extra scholam eius, D. Bona. 4. distin. 3. art. 3. quæst. 2. Durandus, dist. 1. quæst. 9. num, 8. Ricardus, art. 6. quæst, 4. Adrianus, dist. 3. quæstio. 1. de Bapt. §. quoad primum. Maior, 4. distin. 3. quæst. 1, Valent. disp. 7. quæstio. 7. punto 7. Vazquez, disp. 181. cap. 2. Salas, disp. 23. sect. 5. Hæc conclusio probatur omnibus locis sacræ Scripturæ, & sanctorum quibus dub. 1. probauimus legem veterem cessasse in aduentu Christi, quia omnia illa insinuãt, hoc fuisse per mortem illius, præcipuè illud ad Colloss. 2. Delens, quod aduersus nos erat chirographum decreti affigens illud Cruci, & ad Hæb. 10. Vna oblatione consumauit in æternum sanctificatos: si ergo in Cruce consumata est redemptio, consequenter, & cessauit lex redemptionem significans, & adumbrans, id etiam docet Glossa, super illud, ad Hæbr. 10. Hostiam, & oblationem noluisti. Dicens noluisti, scilicet à tempore passionis, nam tunc illa displicere cæperunt, quando est completa veritas, cuius erant figuræ, vt ait Diuu. Augustin. Psalm. 39. id etiam constat, Daniel. 9. Vsque ad dimidium Hæbdomadæ stabit pactum, per dimidium autem hæbdomadæ sancti Patres tempus Passionis intelligunt. Tandem patet ex illo, Luc. Hic Calix nouum testamentum est in meo sanguine: si ergo in sanguinis effusione, & morte nouum testamentum incipit, consequenter, & vetus cessat, quia ad inceptionem venius est finis alterius. Tandem probabatur, quia in lege veteri erat præceptum non prædicandi, nec communicandi cum gentibus, vt patet Matth. 10. Vbi ex lege ait Christus in viam gentium, ne abieritis, post mortem autem præcepit Euangelium gentibus prædicari, Marc. vltim. Prædicate Euangelium omni creaturæ, & Matth. vltim. Docete omnes gentes. quod & fecit, Actor. 10. Petrus cum Cornelio Gentili, & Actor. 8. Philippus cum Eunuche, etiam Gentili, & Actor. 11. Iudæi contra Petrum sunt indignati eo quod ad gentes ingressus fuisset. De quo late Salas, disputation. 23: section. 7. ergo iam in Passione Christi, lex antiqua cessauerat, aliàs enim contra præceptum illius agerent.

D. Aug.

Matt. 10.

Matt. vlt.

Matt. vlt.

Acto. 10.

Acto. 8.

Acto. 11.

2. Concl. contra Soto, & Nuño.

Secunda conclusio, lex vetus cessauit obligare in ipso puncto Passionis, & mortis Christi, cum primo eius anima à corpore est ægressa. Hanc ppnimus contra Soto, vbi supra, & Nuño, asserentes nomine Passionis, non intelligi physice ipsum instans mortis, sed moraliter tempus, vsque ad resurrectionem, tunc enim completum est mysterium redemptionis, quia vt dicitur Roman. 4. Surrexit propter iustificationem nostram, & ipsa resurrectio erat etiam in lege significata, per circuncisionem, vt diximus, & docet Diu. Ciprian. Epistol. 59.

Arg: illorum.

Nostra conclusio pb.

Nostra tamen conclusio probatur efficaciter, quia nostra redemptio, per quam incæpit testamentum nouum, & antiquum cessauit, consumata est, per satisfactionem, & meritum Christi facta perfecta, & rigorosa solutione Patri, sed omnis satisfactio, & meritum Christi

sti consumatum est in puncto mortis; ergo tunc consumata est redemptio. Minor est Diuu. Thom. Rom. 4. Lect. 4. & patet, quia sol⁹ viator satisfacere, & mereri potest, post instans autem mortis Christ⁹ viator non est, & certe, si ratio Soto probaret intentum, etiam probaret durasse legem, vsque ad Ascensionem, & Pentecostē, quia illa etiam fuerunt prænuntiata, in lege vt dicitur, Actor. 2. Et quodammodo, sicut resurrectio pertinent ad redemptionem. Item patet conclusio ad Hæbr. 10. Vna oblatione consumauit in æternum sanctificatos, & infra, in qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi, & idem significat, Esa. 53. Si posuerit pro peccato animā suam videbit semen longeuum. Etsi interroges qualiter lex tunc fuerit finita, Soto, 2. de iust. quæstion. 5. artic. 2. & lib. 1. quæstion. vltim. ait fuisse finitam, quia instituta fuerat per tempus limitatum, vsque tunc & sic intelligit ad Galat. vbi venit plenitudo temporis, & illud non veni solue re, sed adimplere, ideſt, ad complendum tempus pro quo lex fuit lata, sed hoc non est verū. quia sic non fuisset propriè abrogata, imò non esset lex, quia de ratione legis est de se esse perpetuam, & hoc habuit illa lex, ait Abullensis, Exod. 15. quæstion. 18. Barradas, libr. 2. in Euangelia, capit. 20. Alij dicunt Christum illam explicite reuocasse, & hoc manifestasse Apostolis, aut ante mortem, aut post resurrectionem, sed melius dicitur fuisse reuocatam implicite instituendo nobam, cum qua vetus s non compatitur.

D. Thom.

Ad arg illorum, respon. ex D. Thom.

Ad fundamentum autem Soto, contra conclusionem. Respondetur, ex Diu. Thom. Roman. 4. Lect. 4. Resurrectionem pertinere ad iustificationem nostram non per modum satisfactionis, aut meriti, sed per modum exemplaris, Roman. 6. Vt quemadmodum Christus surrexit à mortuis, per gloriam patris, ita, & nos in nobitate vitæ ambulemus, & ad confirmandam fidem, & spem, 1. Corinth. 15. Si Christus non resurrexit in annis est fides vestra, inannis & prædicatio nostra.

3. Conclu. D. Thom. Medina. Soto. Valent. Suarez.

Tertia conclusio, legis veteris obligatio cessauit in morte Christi, non solum quantum ad præcepta cæremonialia, & iudicialia, sed etiam, quantum ad moralia. De cessatione quidem quantum ad cæremonialia patet, ex dictis, quia significatio illorum omnino completa est in morte Christi, de iudicialibus etiam patebit, quæstion. sequenti, qualiter iudicialia ex vi legis veteris cessauerint, licet vt quædam prudentes ordinationes possint imitari à quacumque Republica, & ex tali institutione habere vim obligandi humanam: restat ergo probare de moralibus, iam cessasse, quantum ad obligationem ex vi illius legis, quod quidem videtur Diu. Thom. supra quæstion. 98. artic. 5. asserentis præcepta decalogi obligasse Gentiles, non vt erant legis Moysis, sed vt naturalia: si ergo tunc Gentiles non obligabant, nec etiam modo, & cum Iudæus conuersus, non ad amplius teneatur, quam alij nullus Christianus ex vi illius legis, ad prædicta tenebitur, sed ex vi legis naturalis, sicut antea, quilibet tenebatur, aut ex superadditione præcepti legis Euangelicæ, Confirmatur, Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, & infra, qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, vbi nomine legis intelligit Paulus legem veterem: dicit ergo legem illam, nullatenus obligare Gentiles, & nihilominus peccasse contra legem naturæ, & ideò perituros. Confirmatur secundo. nam lex vetus solis Iudæis data est, ergo solum Iudæos obligabat, & nullatenus Gentiles, aut ad legem Euangelicam pertinentes. Antecedens patet: Exod. 20. Daturus legem specialiter loquitur ad illos dicens: ego sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægipti, & Psalm. 47. Qui annuntiat Verbum suum Iacob, & iudicia sua Israel non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua, non manifestauit eis. Secundo probatur, conclusio ex omnibus locis allatis in primo dub. ad probandum legem, illam cessasse in ad ventu Christi, cum enim loquantur absolute, & sine distinctione, de omni lege, quoad omnia præcepta ex vi illius legis debent intelligi eo, vel maxime, quod eadem est ratio de omnibus, nam vt inquit Hæbr. 7. Reprobatio sit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Hæc autem infirmitas etiam in præceptis moralibus, ex vi illius legis reperitur, nam ideò illa infirma erant, ait Augustin. libr. de spiritu, & littera, quia iubebant, & non iubabant, quod sine dubio, etiam in moralibus ex vi legis, reperitur ergo omnia, etiam moralia præcepta ex vi illius legis posita debent cessare. Vltimo probatur, quia ad Galat. 3. illa lex dicitur Pedagogus, non solum quatenus instruc-

Azor. Salas. Barrada. Pereirus. Palud. Durand.

Ad Hab. 7.

Galat. 3.

de

de cæremonialibus, aut iudicialibus, sed etiam de moralibus. Subdit autem Apostolus, vbi venit fides, iam non sumus, sub Pedagogo: ergo liberi sumus à lege, etiam vt præcipiente moralia, istam conclusionem tenent cum Diu. Thom. Medina, hic Soto. 2. de iust. quæstion. 2. art. 4. Valentia, disputatio. 7. quæstion. 7. punct. 2. Suarez hic Azor, tom. 1. lib. 6. capit. 1. Salas, disputatio. 23. sect. 3. Barrada, lib. 2. in Euang. cap. 21. colum. 2. Pereirus, Roman. 2. licet postea, videatur, Rom. 7. oppositum sentire, infra tamen explicabitur, qualiter intelligatur, vt Paludanus, & Durandus.

Obiectio. Vazquez.

Sed contra istam conclusionem, Vazquez disputatio. 180. cap. 3. & 4. ait præcepta moralia, non solum ex vi legis naturæ, sed etiam ex vi legis veteris modo remanere, licet enim, inquit lex vet⁹, quoad cæremonialia, & iudicialia solum data sit Iudæis, quoad moralia tamen, etiam Gentiles obligabat, & sic modo manet. Quapropter à pedagogia legis, quantum ad hanc partem adhuc durat, eitatque pro sua sententia, Durandum, 4. distin. 1. quæstion. 9. num. 8. Palud. quæst. 6. artic. 5. imo Diuu. Thom. hic ad 1. dicentem, quod lex vetus dicitur esse inęternũ, secũdum moralia quidem, simpliciter, & absolute, secundum cæremonialia vero, quantum ad veritatem, per eam figuratam, & quæstion. 104. art. 3. distincte, ait cæremonialia, & iudicialia cessasse, & de moralibus tale non dicit, & ad Ephes. 2. lectur. 4. ad hoc propositum, exponit illud Matth. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere, vtique quoad partem moralem, quam Christus non abstulit, sed adimpleuit: tum explicando: tum etiam consilia superaddendo, vt perfectius seruaretur, iuxta illud audistis, quia dictum est antiquis, non occides: ego autem dico vobis omnis, qui irascitur, &c. Probat etiam Vazquez, Rom. 13. Non adultera vis non occides, &c. in hoc verbo instauratur diliges proximum tuum, sicut te ipsum, & ad Ephes. 6. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum, primum in promissione, Iacob. 2. Si tamen legem perficitis regalem, secundum scripturas diliges proximum tuum sicut te ipsum, benefacitis, & in eodem, capit. quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno factus est omnium Reus, qui enim dixit nõ mæchaberis, dixit nõ occides, quod si non mæchaueris, occidas autem factus es trangressor legis, ecce qualiter in omnibus istis locis, isti Apostoli obligationẽ seruandi præcepta moralia, referunt ad antiquam legem, quasi modo in hac parte vires retineat. Tandem probat Roman. 7. Condelector legi Dei, secundum interiorem hominem: ergo adhuc durabat, lex cui condelectabatur, quod ad minus de moralibus debet intelligi.

Impug. Medin. & Lorca. Obiectio, soluitur.

Sed certe hæc sententia singularis est ab omnibus recedens, cum Medina asserat esse contra fidem, dicere totam legem in morte Christi, non cessasse, & ad minus esse audacem, asserit Lorca. disputation. 34. & contra ipsam constanter probant fundamenta, nostræ conclusionis, & solum restat respondere ad argument. Dicimus enim, quod præcepta moralia manent, modo materialiter, & quantum ad substantiam, non autem formaliter, quatenus præcepta erant illius legis, in quo distinguntur à cæremonialibus, & iudicialibus, quæ omnino cessauerunt, & nec materialiter manent, & hac ratione communiter à Theologis, & Diu. Tho. dicitur moralia remansisse, aut quod etiã Gentiles obligabant: nimirum materialiter, non autem prout erant præcepta illius legis, & eodem modo intelligenda sunt loca sacræ Scripturæ, adducta à Vazquez, & in eodem sensu loquitur Paludanus, & Durandus. Quapropter singularis est, Vazques asserens illa præcepta formaliter modo manere. Ad vltimum locum Rom. 7. Dicimus D. Paulum loqui in persona Iudæi subditi, illi legi, & vt manifestaret infirmitatem eius, & qualiter adviucendam rebellionem carnis, non iubaret, inquit condelector legi Dei, secundum interiorem hominem, &c. Lex spiritualis est: ego autem carnalis venundatus sub peccato, & velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Videò autem aliam legem, & alia huiusmodi, ait ad intentum propositum, non autem loquitur in propria persona, aut Christiani in lege noua, qui iã in illa lege nõ debet cõ delectari, cũ omnino cessauerit, & inutilis, sit reddita, & si adhuc arguas, quia si præcepta moralia ex iure naturæ erant, remansura, & aliàs in lege Euangelica erant confirmanda, ad quid illa reuocatio, vt non remanerent, tanquam præcepta legis veteris, ridiculum enim videtur illa reuocare, vt iterum confirmetur. Respondetur hoc probare de reuocatione. adæquata solum illorum, quia tamen sunt reuocata inadæquate ad reuocationem totalem

Explicãtur loca sacræ Script. adducta à Vazq. Rom. 13. Ad Eph. 6. Iacob. 2. Rom. 7.

talem legis, ideò potius fuit conueniens, vt ad destructionem totalem legis illis destructis, iterum firmarentur, & sic retineant modo obligationem præcepti naturalis, & Euãgelici, sicut antea illam habebant ex lege veteri, & naturali.

Ad 1. arg. A principio.

1. Solutio.

Ad primum arg. à principio negatur antecedens, ad probationem dicitur legem nouam fuisse institutam, & Apostolis manifestatam, & publicatam, vt statim antiqua lege per mortem Christi completa noba obligaret. Quapropter statim post mortem, antiqua non obligabat, nisi ratione conscientiæ erroneæ in ignorantibus invincibiliter, sicut & per accidens ex tali ignorantia multa lege noba excussabãtur, absolute tamen obligabat, quia ad hoc sufficit institutio legis, cum intimatione, quæ facta est Apostolis. Secundo

2. Solutio. Impug.

respondet, Medina plus requiri ad astruẽdam rem, quam ad illam destruendam, & ideò licet, tunc lex noba, non esset astructa defectu sufficientis promulgationis, lex tamen vetus erat destructa per Christi mortem, sed hæc solutio non placet, quia vetus expulsa est, per nouum. Vndè quandiu non est noba introducta, non intelligitur vetus expulsa, & quia tunc essemus, sine lege si iam vetus est abrogata, & noba nondum obligabat.

Ad 2. arg.

Ad secundum arg. patet ex dictis, tũc Iudæum teneri circuncidere puerum ex conscientia erronea, & ignorantia invincibili legis nobæ, & non aliàs. Ad pri-

Ad 1. cõf.

mam conf. respondetur, tunc mundum remedio, nõ carere, quia iam obligabat baptismus, nec erat necessarium ab omnibus cognosci, & iam vt diximus, ab Apostolis, & alijs pluribus erat cognitum, illi etiam, qui tunc tale remedium ignorabant, remedio non carebant, quia vsque dum circuncisio esset mortifera, & lex noba vniuersaliter in Pentecostes publicata, poterant circuncidere, & paruulus iustificaretur circuncisione non vt erat legis veteris, quæ iam cessauerat, sed vt erat legis naturæ remedium, quodcumque signum, & pro tunc remedio legis naturæ, poterat vti, vt docent Doctores, in 4. distin. 3. & ibi Capreolus, quæst. 3. art. 3. & Soto, 2. de iust. quæst. 5. art. 4. Etsi contra arguas, quia etiam remedia legis naturæ cessauerant, per legem Christi, sicut & remedia legis veteris: ergo.

Obiectio. Solutio. Ex D. Th.

Respondetur ex Diu. Thom. 2, 2. quæst. 1. art. 3. à simili de Iudeo habente fidem nocte natalis Domini, prout est Christi, & non prout est venturi, ita etiam dicimus, remedia legis naturæ importare duo, & protestationem fidei diuinæ, absolute, & etiam, secundo protestationem Christi vẽturi, quoad hic secundũ cessauerũt, sicut & illa, quæ sunt legis veteris, non tamen quoad primum, secundum, quam rationem: tunc poterant applicari, vsque ad plenam publicationem Euangelij, quia iam nõ solum lex vetus, sed etiam Sacramenta legis naturæ cessauerunt, itaque in illo interstitio temporis à passione, vsque ad sepulturam legis antiquæ incerueniente ignorantia invincibili, poterant applicari remedia legis naturæ, non vero remedia legis veteris, nisi prout remedia legis naturæ poterant deseruire, quia pro tunc lex vetus erat abrogata, non autem lex naturæ, propter ignorantes invincibiliter legem Euangelicam & per hoc patet. Ad secundam conf. qua-

Ad 2. cõf.

liter in illo casu saluaretur puer, per circũcisionem, vt Sacramentum legis naturæ, non vt Sacramentum legis veteris.

Art. IV.

Vtrùm post passionem Christi legalia possint seruari, sine peccato mortali?

CONCLVSIO est negatiua, quã probat ad Galat. 5. Si circundimini Christus, nihil vobis proderit, sed

Concl. D. Thom.

fructus Christi non impeditur, nisi per peccatum mortale: ergo circuncidi, & alia legalia seruare peccatum mortale est, & ratione etiam patet, quia legalia erãt ad protestationem fidei, quia illam non solũ verbis, sed etiam factis potest, quis illam protestari, sed si quis post passionem legalia obseruaret non solum fidem, non protestaretur, sed potius contra illam aliquod falsum proferret: ergo mortaliter peccaret. Minor probatur, quia fides nostra, & antiquorum, licet sit eadem, quantum ad substantiam, in hoc tamen differt, quantum ad modum, quod fides illorum erat Christi venturi, nostra autem Christum aduenisse profitetur, illi dicebant ecce virgo concipiet, nos autem, quod virgo concepit, illi quod Christus est passurus, nos autem, quod est passus, vt ait August. 19. cõ

D. Aug.

tra Faustum, cap. 16. ergo qui modo legalia obseruaret contra fidem, quam habere debemus, quod Christ⁹ advenerit profiteretur, & falsum factis protestaretur, quia

legalia

legalia proteſtantur Chriſtum vēturum, & non minus peccaret, quam qui ex præſſe, & verbis diceret Chriſtum naſcituru, & nondum eſſe natum.

Dubium. I.

Vtrùm legalia poſt paſsionem, etiam ſi non obligent, tamē aliquam vtilitatem habuerint, an vero ſint mortua, & nullius vtilitatis?

Not. PRO intelligentia, notandum quæſtionem, non procedere de moralibus aut iudicialibus. nam vt diximus, moralia, licet non ex vi legis veteris, tamen materialiter, quæ erant præcepta legis modo manent vtiliter ex vi legis naturæ, & Euangelicæ. ſimiliter, & iudicialia modo imitari poſſunt vtiliter ex inſtitutione humana, licet ex inſtitutione illius legis, iam ceſſauerint, quærimus ergo: de legalibus, qualia erant ſacrificia, & Sacramenta, vtrum modo, aut poſt paſsionem Chriſti ex aliquo capite, vtiliter ad iuſtificationem manſerint: ita vt licet quantum ad obligationem, ſint mortua. tamen quantum ad vtilitatem manſerint viua.

2. Not. Secundo notandum omnium ſententiam eſſe concordem, quod ſtatim, atque lex noba obligauit, & præceptum bapsiſmi incæpit, iam lex vetus, & Sacramenta illius, non ſolum ceſſauerunt, quantum ad obligationem, ſed etiam quantum ad vtilitatem, ſtante enim præcepto (verbi gratia) baptiſmi circuncidi, & non baptizari, eſt malum, & peccatum, ſiquidem eſt contra præceptum: ergo non poteſt eſſe vtile ad iuſtificationem, quia peccatum ad iuſtificationem, vtile eſſe non poteſt, diſſenſio tamen eſt in aſsignando tempore præcepti, & obligationis baptiſmi, & legis nobæ obſeruantiæ, quidam enim aſſerunt, hoc præceptum incepiſſe à die Pentecoſtes, quando lex Euangelica ſolemniter fuit publicata. Alij autem, quod non incepit: vſque ad ſufficientem publicationem in toto orbe, quod exiſtimant factū, poſt viginti, aut triginta annos poſt Pentecoſtem, ſic docet Vega, 5. in Trid. capit. 3. Alij autem exiſtimant pubicationem incepiſſe, Proincolis Ieruſalem a die Pentecoſtes ſucceſsiue autē, & paulatim, pro diſtantibus, & ad paſſum publicationis currere obligationem. & vbi obligatio incipiebat legis nobæ, finiebatur vtilitas ad iuſtificationem legis antiquæ ſic Scotus, 4. diſtin, 3. quæſt. 4. §. quantum ad iſtum, D. Bona. art. 3. quæſt. 2. Gabr. diſtin. 1. quæſt. 4. art. 3. not. 2. con. 2. Maldonatus, Matth. 5. in illud non veni ſoluere legem, Rada, tom. 2. controuer. vlt. art. 2. imo Diu. Bernar. Epiſt. 77. Alij autem aſſerunt legem nobam, & præceptum baptiſmi obligaſſe ſtatim à morte Chriſti. Vnde conſequenter, & concorditer dicendum eſt ſecundum, iſtos ſtatim à morte Chriſti legalia fuiſſe mortua, & inutilia, ſecundum vero alios, vtilia fuiſſe, vſque ad Pentecoſtem, vel vſque ad tempus, quod publicationi, & obligationi baptiſmi aſſignant, quid autem horum ſit verius diſputabitur infra, cum de inceptione obligationis legis nobæ agamus. Difficultas ergo modo examinanda eſt ſuppoſito, quod lex antiqua ceſſauit in morte Chriſti, quātum ad obligationem, ſiue ſumamus mortem pro inſtanti ſeparationis animæ, ſiue pro temporeuſque ad reſurrectionem, eo ipſo, quod ceſſauit obligatio ceſſauerit etiam eius vtilitas, ſiue ſtatim illa lege veteri ceſſante inceperit obligare noba lex, ſiue poſtea, itaque dato, quod lex antiqua ceſſauit in morte, & noba non inceperit obligare, vſque ad Pentecoſtem, vel longius tempus, in illo temporis interſtitio. lex antiqua mortua, quantum ad obligationem, vtiliter ad iuſtificationem operetur.

3. Sent. *4. Sent. Reſp.*

In aſsignando tempore obligationis legis nobæ eſt diuerſitas authorum. 1. Sent. Vega. *2. Sent. Scot. D. Bona. Gabr. Maldon. Rada. D. Ber.*

Prima ſententia aſſerit, quod lex vetus, poſtquam ceſſauit obligare, & quantum ad hoc mortua erat, adhuc erat vtilis vſque ad tempus promulgationis, & obligationis, & præcepti legis nobæ, & baptiſmi, modo hæc inceperit à Pentecoſtes, modo in alio tempore, itaque lex vetus prius ceſſauit, quantum ad obligationem, quam quo ad vtilitatem, ceſſauit enim quantum ad vtrumque quando primum incepit obligare lex Euangelica, ſed tempore antecedente vtilis erat (licet abrogata, & quantum ad obligationem, iam ceſſaſſet.) Vndè mortua erat, quantum ad obligationem viuebat, tamen quantum ad vtilitarem. Hanc tenet Scotus, 4. diſtin. 3. quæſt. 4. & Gabr. diſtin. 1. quæſt. 4. art. 3. Palacios. 4. diſtin. 3. diſput. 1. pag. 60. Salas diſp. 26. ſect. 3. & Hugo de Sāctoviſtore, lib. 2. de Sacram. part. 12. cap. 4. & D. Bernar. Epiſt. 77. ad eundem Hugonem. Hæc ſententia probatur, primo bap-

De dubio principali. 1. Sent. Scot. Gab. Hugo. D. Ber. Palacios. Salas.

1. Arg.

tismus ante promulgationem, non erat ne cessarius ad salutem: ergo poterat aliud re medium adhiberi, alias enim omnino necessarius esset, antecedens insinuatur in Concil. Trid. sesio. 6. cap. 4. Dum dicit à promulgat one Euangelij, neminem iustificari à peccato, sine baptismo in re, vel in voto, sentit ergo ante promulgationē iustificari posse, sine baptismo, & aliud re medium esse, non autem aliud assignari potest pro Iudæis, nisi circuncisio pro originali, & alia legalia pro actualibus: ergo vtilia erant ad iustificationem. Si respondeatur iam legem nobam, & baptismum publicatum esse Apostolis à Christo ante passionem. Vndè statim à passione, in qua lex vetus abrogata est, lex noba cæpit obligare, & antiqua inutilis esse, contra arg. quia de tali publicatione, non constat, & Diu. Thom. 3, part. quæst. 66. art. 2. doc et Baptismi præceptum incepisse, quando post resurrectionem Christus, dixit Apostolis euntes docete omnes gētes baptizantes eos, &c. ergo adhuc manet difficultas de illo intermedio tempore, quod lex vetus esset abrogata à passione, & tamen vtilis esset, vsque ad illam intimationem.

Solutio.

Impug.

3. Arg. Secundo arg. in illo tempore inter medio à cessatione legis antiquę vsque ad publicationem noba, homines non carebāt remedio ad iustificationem, & remissionem originalis, sed ignorantibus invincibiliter legem nobam defectu publicationis, non erat remediū baptismus, qui moraliter supposita tali ignorantia applicari, non poterat: ergo aliud debebat esse pro illis, & assignari, non potest, nisi remediū legis veteris ergo, ista adhuc erat vtilis. Si respondeatur, cum Vazquez, disputatio. 181. cap. 3. num, 31. Tunc carere remedio, per accidens ex ignorantia, nam per se, iam est remedium: nempe baptismus institutus, Contra arg. quia de misericordia diuina, non est præsumendū velle invincibiliter ignorantes: tunc perire, & etiam per accidens remedio, sine sua culpa carere.

3. Sent. Secunda sententia asserit, legem veterem simul fuisse abrogatam, & cessasse, quantum ad obligationem, & vtilitatem: itaque à punto suæ cessationis, & obligationis inutilem fuisse dicunt. Quapropter, cum à passione cessauerit à passione Christi inutilis fuit, hanc existimo D. Thom. cum explicatione ponenda in Con. illam tenent concorditer D. Hiero. & Aug. conuenium: enim post passionē inutilem fuisse, & in eo diferunt, quod D. Hiero. ait post mortem Christi non solū fuisse mor tuam, & inutilem, sed etiam mortiferam, & peccatum illa vti, Aug. autem ait fuisse mor tuam, & inutilem, non autem mortiferam, sed potuisse, sine peccato, illa ad tempus vti, eandem sequitur D. Bona. 4. d. 3. par. 2. art. 3. quæst. 2. Ricar. d. 1. art. 6. quæst. 4. Durandus q. 9. Palud. quæst. 6. art. 5. Adrianus 4. quæst. 1. §. quo ad primum, Soto 2. de iustitia, quæst. 5. art. 4. & Medina hic, Vazquez disp. 181. cap. 2. Salmeron, ad Galat. 6. disp. 31. & Lorca, disp. 35. Membro 1. ait istam sententiam esse communem, licet ipse neutram partem affirmet, sed sub distinctione asserat, quod si in illo tempore inter medio, lex vetus erat licita consequenter habebat vtilitatem, aliàs ad quid licebat ea vti. Si autem illicita erat consequenter, nec vtilis, quia illicitum, vtile ad iustificationem esse non potest, sed hoc restat examinandum dub. sequenti. Vndè ibi expectanda est determinata sententia Lorca.

Soto. Medin. Vazquez. Salmeron. Lorca.

Hæc sententia probatur, efficaciter, quia legalia non aliter vtilia erant, ad iustificationem, quam ex institutione diuina, quam quidem habebant ex vi legis, & quatenus in lege erant, præcepta ergo cessante in illis ratione præcepti, & legis nullatenus intelligi potest rationem vtilitatis, & virtutem iustificandi remanere, cū ergo à passione cessauerit vis, & obligatio illius legis, & præceptorum consequēter, & vtilitas illorum. Conf. quia lex vetus in morte Christi est abrogata, & mortua, vt omnes fatentur ergo, ex tunc vtilitatem, & virtutem iustificandi (qualem illa lex habebat) amisit, patet consequentia, quia per mortem cessat operatio, & præcipuus actus vitalis illius legis erat vtilitas iustificationis, cum ergo illa lex vita functa est, & vtilitas iustificationis in illa est finita.

Prosentin. arg.

Conclusio ergo sit, quod statim à passione Christi, lex vetus, & Sacramenta eius, nullam vtilitatem habuerunt ex vi illius legis, & quatenus erant Sacramenta illius. Benetamen fuerunt vtilia ad iustificationem (verbi gratia) circuncisio, quatenus rationem Sacramenti legis naturæ retinebat, itaque cum lex naturalis haberet, vt Sacramentum ad originalis remissionem (verbi gratia) quodcūque signum protestatiuum fidei, hoc determinatum est Abraæ, & postea confirmatum in lege ad signum circuncisionis, abrogata ergo

Conf. Conclusio. Soto. Capreo. Medina. Nuño. Suarez.

ergo lege veteri finita est ratio huius determinationis per legem, remansit tamen circuncisio. Secũdum vim, & virtutem Sacramenti legis naturæ: siquidem in tali lege naturæ, quodcumpue signum protestatiuum fidei, hanc virtutem habebat. Et per hoc potest componi veritas vtriusque sententiæ allatæ, quod enim post mortem Christi, illa lex vtilis esset, & virtutem iustificandi haberet, per circuncisionem verum habet, cum prima sententia loquendo de circuncisione, vt Sacramentum legis naturæ, & in virtute illius, quod probant efficaciter argumenta illius; quod autem post mortem Christi, non habeat vtilitatem iustificandi, quod asserit, secunda sententia est verũ loquendo ex vi illius legis veteris, & hoc probat eius fundamentum, itaque homo in nullo tempore debet esse, sine lege requisita, & necessaria ex præcepto ad eius iustificationem, cum ergo in illo tempore post passionem ante sufficientem promulgationem Euangelij pro toto mundo, lex vetus non obligaret, cum esse abrogata, & lex noba, non obligaret, cum non esset sufficienter promulgata, vt non maneat homo, tunc sine lege obligante, dicimus obligari lege naturæ, quia si prius lege naturali solum, non adimplebat obligationem erat, quia per legem scriptam. requisita erant determinata, ablata autem tali determinatione, per abrogationem legis scriptæ reditur ad statum legis naturæ. Etsi arguas, quia ex hoc sequæretur, tunc Iudæum posse iustificari quocumque signo protestatiuo fidei, & non esse requisitam circuncisionẽ. Respondetur negando consequentiam, quia licet secundum se: tunc quodlibet signum sufficeret. & sic tunc Centiles, quocumque signo poterant iustificari tamen Iudæus ex conscientia ærronea obligationis legis Mosaycæ, & ignorantia invincibili legis nobæ tenebatur, vt remedium circuncisionem adhibere, quæ per se, vt signum protestatiuum fidei absolute erat necessaria ex lege naturæ, vt tale tamen signum determinatum solum per accidens ex conscientia ærronea, quod lex vetus obligaret. Istam conclusionem tenet Soto, 2. de iust. quæst. 5. art. 4. Capreolus, 4. distin. 3. quæst. 3. art. 3. Medina. art. 3. præterito, Nuño, 3. part. quæst. 66. art. 2. dub. 3. ad 2. Suarez, 3. part. tomo de Sacramentis ingenere.

Vtraque sen. componitur.

Obiectio.

Soluio.

Dub 2

Restat tamen explicandum: vtrum si in illo tempore post passionem, ante sufficiẽtẽ promulgationẽ Euãgelij factãpro toto orbe, puer circũcideretur à Patre vincibiliter, & culpabiliter ignorãte Euangelium: tunc circuncisio prodesset paruulo, Soto, & Medina, vbi supra tenent partẽ negatiuam, quia cum illud Sacramentum debeat habere efectum, in fide parentum, si parentes fidem culpabiliter non habeãt Sacramentum non prodest. Verumtamen probabiliter dici potest, vt fatetur ipse Medina: tunc pro de se, quia fides requisita ex parte parentum est illa, quæ requiritur ad faciendum, quod facit Ecclesia. Vndè sicut baptismus ab hæretico factus est validus, si intẽdat facere, quod facit Ecclesia, etiam si aliàs habebat personaliter ærrorem contrarium, ita in præsenti de efectu circuncisionis, quantumad efectum, quẽ habet, quasi ex opere operato suo modo, quia licet ille erret circa obligationem Euangelij, dum tamen intendit implere legem Moysis virtualiter intendit facere, quod potest, & adimplere, requisita in lege naturæ. Vndè non per intentionem, vt impletiuam legis Moysis, sed vt impletiuam legis naturæ, quæ tunc retineret suas vires habet effectum iustificationis paruuli, magis enim viget virtus legis naturæ in bonum paruuli, quam malicia parentum in eius damnum, & damnationem, quia pronior est Deus ad miserendum, quam ad puniendum, nec modo posset, sic pro de se circuncisio, quia modo non valent Sacramenta legis naturæ, sicut tunc, sunt enim abolita, per legem Euangelicam promulgatam, sicut antea per legem Moysis uiuentem respectu Iudæorum.

1. Sent. Soto. Medin.

2. Sentẽ

Dubium. II.

Vtrùm post Passionem Christi lege veteri abrogata, & vtilitate carente esset licitum ea vti, quod aliter solet quæri: vtrùm tunc non solum esset mortua, sed etiam mortifera: ita vt esset peccatum illam seruare ante sufficientem promulgationem legis Euangelicæ.

IN hoc dubio agendum est, de concer-

Præsuppo-nendum est

certatione magna habita inter D. Hiero. & Diu.Aug. Epistolis mutuo missis ex vna ad alteram partem circa cessationem legalium, habetur enim hæc concertatio ab Epist.8.vsque ad 19.D.Augustini. Explicaturque sententia D.Aug.Specialiter Epist.8.& 9.& 19.sententia autem D.Hiero. Epist.11.apud Aug.& 89. apud Hiero.conuenerunt ergo isti doctores sancti,& Ecclesiæ luminā in eo,quod ante Passionem Christi lex vetus, & obligationem,& qualemcumque suam virtutem iustificandi retinebat, & in eo, quod in morte,& Passione abrogata est lex,& eius obligatio, & vtilitas ad iustificationem cessauit. Item etiam in eo,quod post mortem non fuerit licitum legem seruare ponentes spem salutis in illa,quasi ad salutem esset necessaria, est autem diferentia sensus, & intelectus licet non charitatis inter vtrumque,vtrum post mortem esset licitum seruare legalia alio fine, & intentione & animo,tamen,& vere illa seruando, inquit enim D.Hiero. statim post Passionem legalia nullo modo fuisse licita,nec solum mortua, sed etiam mortifera,& peccatum illa seruare, numquam que Apostolos ex animo, & vere illa seruasse,vt ad legem pertinebant, sed obaliam causam, vt si aliqua vetita in lege non comederunt, fuit propter abominationē, vel aliquid huius modi, vel si Sabbatum custodierunt, non fuit propter legem, sed propter animi quietem, vt modo posset obseruari: Tandem ait illam litem inter Petrum,& Paulum, & reprehensionem Pauli Petro factam fuisse simulatam & ex conuentione ad sedandos Iudæos, & stabilienda,quæ necesario essent seruanda, aut omitenda occasione desumpta ex tali concertatione ab vtroque præventa.Quapropter nullum peccatum fuit,nec in Petro legalia defendente,nec in Paulo reprehendente,D.autem Aug. è contra asserit legalia,& legem veterem post mortem Christi fuisse mortuam, non tamen mortiferam, vsque ad sufficientem promulgationem Euangelij. Quapropter tunc erat licitum seruare legem,& legalia vere,& ex animo legis,non tamen ponendo spem salutis in illa, tamquam necessaria,vt sic lex cum honore sæpeliretur, & sic ait, Apostolosillo tempore legalia vere,& ex animo legis seruasse,illamque litem inter Petrum,& Paulum, non fuisse conuentionalem,sed veram, & ex proprio vtriuspue sensu,vereque, & ex animo Petrum fuisse reprehensum à Paulo, & Petrum aliqualiter peccasse, non quia pro illo tempore defenderet legalia seruanda,cum tunc licerent,sed quia plusnimio huic sententiæ adhærens illa defendebat,cum periculo audientium, vt possent existimare illa tunc etiam obligare, & nondum mortua esse,sed hanc litem inter hos præclarissimos Doctores habitā,& resolutionē eius fusius disseramus.

Prima ergo sententia est Diu.Hiero. in tribus cōsistens. Primo dicit post mortem Christi legem veterem fuisse, non solum mortuam, sed etiam mortiferam, & nullum potuisse illam,aut legalia exercere,sine peccato mortali. Hanc docet Epistol.89,& ad Galat.2. In illa verba, cum autem venisset Petrus Antiochiam, &c. & citat profe,præter Apollinarem,& Alexandrum,hæreticos,& præter Originem,& Didimum, quorum authoritatem contemnit,D.August.Eusebium,Theodorum. Hæracleotam, Diu.Chrisostomum,sup.ad Galat.2,& homil. 46.in acta,quem sequti sunt Theophylatus, & AEcumenius,ad Galat.2.& Actor. 21. & Thæodoretus,ad Galat.2. & Anselmus ibidem,& Glossa ad hoc magis inclinat,idem tenet D.Ambros.ibi.& Cirillus,lib.9.contra Iulianum,& illam indicat Tertullianus, lib.5. contra Martionem,cap.3.ex Scholasticis illam defendit Adrianus,4.quæst.1.& illam videtur amplecti.Caiet.ad Galat.2.& vt probabilē defendi posse,asserit Maior,4. distin. 3. quæst.1. Salmeron ad Galat. 2. disputatio.23. Valentia,hic disputatio. 7. quæstion.7,punto,7.& Lorca disputation. 35.membro 2.

D.Hier. 1.Sent. 1.Dictum Ita sentit Apollinar. Alexan. Orig. Didimus. Eusebius. Theodor. Hæret. D.Chrisost. Theoph. AEcume. Theodor. Ansel. Glos. D. Amb. Tertul. Adrian. Cai. Maior. Salmer. Valen. Lorca.

1.Arg.

Hoc primum dictum Diu.Hiero.probatur ptimo:ex illo ad Galat.5. Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit,& euacuati estis à Christo,qui in lege iustificamini, intendit enim Apostolus post Christi passionem, nullatenus circuncisionem esse licitam,& illa vti esse euacuare gratiam Christi. Cōfirmatur,quia hoc sapit hæresim Nazareorum, qui volebāt Iudaismum,cum lege Euangelica coniungere,si stante lege Euangelica,iudaica est licita. Confirmatur secundo,nam tunc illa lex est abrogata,& inutilis,vt diximus, ad quid ergo,tunc est licita,si nullum efectum vtilem præstare potest.

2.Arg.

Secundo arg. nullum est fundamentum in sacra Scriptura,aut in patribus antiquis,aut aliqua reuelatio facta Apostolis,vt semel abrogata illa lege,licite posset obseruari,ergo nullo modo id est asserendum,

rendum, quia rem adeo grauem, sine fundamento prædicto asserere, nō debemus.

Solut. Si respondeatur magnum fundamentum esse ad hoc, honor debitus illi legi, & ne Iudæi scandalizarētur, si ex abrupto proijceretur, nec Gentiles ex eo existimarēt fuisse malam: vt ergo cum honore sæpeliretur debuit paulatim cessare, illo tempore, usque ad sufficientem promulgationē Euangelij. Contra arg. quia ista congruētia non est magni momenti, non enim illi legi in honorem debebatur sepultura, sicut corporibus defunctis, & si talis deberetur, non solum esset licitum, sed præceptum illam pro tunc obseruare, quod dici non potest: ergo.

Impug.

Conf. Conf. nam si ista congruentia est sufficiens, etiam probabitur modo esse licitum legem illam seruare in honorem illius, ne existimetur fuisse malam.

3. Arg. Tertio arg. si tunc verbis, quis profiteretur Christum venturum falsum, & ne resim assereret: ergo si factis, & legalibus legem intendebat facere falsum idem profitebatur, patet consequentia, ex D. Tho. qui hac ratione probat modo non esse licita legalia, quia esset opere ac si verbis profiteretur Christum esse venturum. Si respondeatur, non seruari, tūc legalia, vt significatiua Christi venturi, sed alia ratione, & fine. Contra arg. qui a non esset seruare legalia, quia legalia ex sua ratione, prædictam significationem important.

Solut.

Impug.

2. Dictum. Secundo dicit D. Hieron nunquam Apostolos ex animo legis seruasse legalia, sed quadam simulationem, & apparentia. hoc dictum imprimis, videtur verum, ex arg. factis pro primo dicto, nam si seruare legalia, ex lege, & animo legis, non est licitum, sed mortiferum, non est dicendum Apostolos animo legis, illa seruasse.

2. Arg. Modo autem probatur primo nam Apostoli cognoscebant, illam legem, iam esse abrogatam, & inutilem: ergo non poterant animo legis illa seruare, patet consequentia, quia facere legalia animo legis supponit legem subsistere, nam qualiter animo legis, quam sciunt nō subsistere possunt illa seruare.

3. Arg. Secundo arg. quando Apostoli tunc legalia seruabent erat, vt se ostenderent cultores legis similes Iudæis illam seruantibus, vt viuam, & necessariam, vt sic Iudæos, non terrerent, sed paulatim ad Euangelium reducerent, alias enim nihil proficiebat obseruantia legalium illorum: ergo id non vere faciebant, & ex animo, nā mortaliter peccarent, sed solum simulatione, & apparentia per obseruantiam exteriorem legalium, legemquasi viuam venerabantur, quam nouerant esse mortuam, quāliter autem hæc simulatio obseruationis legis, vt viuæ esset licita probabitur in tertio dicto, D. Hiero. sequenti.

3. Arg. Tertio arg. quando Paulus circuncidit Timotheum, non id fecit animo illum subijciendi præceptis legalibus: ergo nō circuncidit, illum animo legis, sed solum apparentia legis, patet consequentio, nam si animo legis illum circuncideret animo, etiam illum subijciendi præceptis legis debebat illum circundidere, quia ad Galat. 5. Qui circuncidit se debitor est vniuersæ legis faciendæ.

4. Arg. Quarto arg. quia de Petro expræsse dicitur, ad Galat. 2. In huiusmodi simulatione dum subditur, & simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

5. Arg. Vltimo arg. quia quando Paulus se purificauit, secundum ritum Iudæorum, erat post viginti annos à morte Christi, quando iam omnino legalia erant mortifera, & promulgatio Euangelij sufficienti, sine facta: ergo non potuit fieri vere, & ex animo legis, sed solum in apparentia, & simulatione. Qualiter autem simulatio esset licita patebit in tertio dicto, D. Hiero.

3. Dictum. Tertio dicit D. Hiero. litem illam, & concertationem habitam inter Petrum, & Paulum, reprehensionemque Pauli relatam, ad Galat. 2. Fuisse simulatam, & ex conuentione inter vtrumque, habuerunt enim se, sicut in disputatione per modum respondentis, & arguentis, Petrus quidē agens causam Iudæorum in defensionem legis, Paulus vero agens causam Euangelij, Petrum redarguens, vt sic ex disputatione ab vtroque præuenta veritas Euangelica comprobata maneret, & sic intelligitur dictum Sanctorum, hoc factum fuisse ex dispensatione, non sumitur dispensatio pro relaxatione legis, sed pro prudenti dispositione. Et sic D. Hieron. conatur vtrumque Apostolum à culpa liberare, & quod nec Petrus excesserit in defensione legalium, nec Paulus in reprehensione, non enim videtur admittendam esse ignorantiam, cicta legalia in Apostolis à Spiritu Sancto edoctis, nec illos per disidium scandalum discipulis possuisse.

1. Arg. Hoc dictum probatur primo ex ipsa littera, dicitur enim, & simulationi eius (loquendo de Petro) consenserunt cæteri Iudæi. Item dicit Paulus in faciem ei restiti, hoc est in specie, & apparientia, vt

inter-

interprætatur Christ.sic enim sæpe in sacra Scriptura,facies pro apparientia sumitur,2,Cor.5.Vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur,& non incorde, & cap. 10. Quæ secundum faciem sunt videte, nec obstat,quod subditur in faciem ei restiti,quia repræhensibilis erat, nam Diu. Ambro.(& in Græco habetu.)legit,quia repræhensus erat,vtique à Iudæis, vt notat Caiet.ex eo,quod cum gentibus manducaret,quia ergo sic repræhensus à Iudæis Petrus,a gentibus se subtraxit restitit ei Paulus,vt repræhensionem gentiũ confirmaret,& sic ad partem gentium inclinans illos confirmaret in fide,& in hoc sensu,nihil tangitur de repræhensibilitate Petri,aut dicitur,quia reprehensus, nimirum ab ipsis gentibus,ex eo,quod propter quærellam Iudæorum se a gentibus subtraxisset.

2.Arg. Secundo arg.nam si vera esset controuersia, & resistentia Pauli, certe impugnaret,quod ipse aliàs fecerat, nam 1. Cor.9.Ait Iudæis factus sum Iudæus,vt Iudæos lucri facerem,& Acto.16.Circũcidit Timotheum ex patre Gẽtilem,quia ex matre Iudæus erat.& cap.18.totundit sibi caput,& cap.21.ex consilio seniorũ, & Iacobi,purificauit se, vt templum ingrederetur,qualiter ergo modo vere, & ex animo Petrum propter eandem reprehenderet?

3.Arg. Tertio arg.nam si hæc contentio vera esset,& reprehensio rationabilis,magna occasio,& ansa præberetur hæreticis, vt contra Apostolos primates, & præcipuas Ecclesiæ columnas possent furere, ex opposita enim intelligentia ad Diu. Hieron.sumpsit occasionem Marcio, vt diceret Apostolos,non plenam intelligentiam Christianæ Religionis habuisse diuersamque formam Religionis voluisse introducere,vt refert Tertullianus, libr. de præscriptionibus,cap.23.& lib.4.contra Marcionem, cap.3.vbi illum impugnat,& Porphirius,vt ait Hieron im. inde sumpsit occasionem contra Paulum ipsum reprehendens,quod insurgat contra Petrum in eo,quod ipse gesserat,& Iulianus apostata in Petrum conuicia iactat eo, quod varius fuerit nunc more Iudæorum nunc gentiũ viuens, vt refert.D.Cirillus, 9.contra Iulianum,in fin.

4.Arg. Quarto arg.si propter aliquam rationem,non esset sustinenda explicatio præ dicta de simulatione Apostolorum,maximè quia simulatio est mala, & importat mendatiũ,vt docet D.Thom.2.2.quæst. 111.art.1.sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia multoties simulatio potest esse,sine malo, & sine mendatio,vt patet 1.Reg.21.Quando Dauid simulauit se fingendo in sanum, & 4.Reg. 10.vbi Iehu simulauit sacrificiũ solemne, se facturum Baal,vt comprehenderet omnes Sacerdotes,& cultores eius interficeret,afert etiam Adrianus,illud 4.Reg.5. Denasamansiro consulente prophetam, per hæc verba, hoc autem solum est de quo deprecaris Dominum pro seruo tuo quando ingredietur Dominus meus templum Remmom,vt adoret,& illo inniten te super manum meam, si adorauero in templo Remmom adorante eo, in eodem loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo,super hac re.Cui respondit Hæliseus vade im pace,ecce qualiter àprouabit,simulationem adorationis idoli,cum in veritate illud non adoraret. Item Christus, ad Calat.asumpsit similitudinem carnis peccati,& non peccatum, & Luc.24.Finxit se longius ire, vt inbitaretur à Discipulis:ergo,&c.

Secunda tamen sententia vera, & tenenda D.Aug.loco citato constitit in tribus omnino oppositis tribus dictis, D. Hiero.quam sẽtẽtiam sequitur, D.Tho. hic Caiet.Courrado,Medina, & omnes Thomistæ,Soto,2.de iust.quæst. 5.art. 4.& extra schoiam Diu. Thom. omnes Scholastici,Lorca,hic disp.disp.35.mẽbro 2.Salas disputatio.23.sect.9.Valentia,disp.7.quæst.7.punto. 7. Vazquez, disputation.182.cap.2.Diu.Bonauentura,4.dist.3.art.5.qnæst.2.Scotus,quæstio.4.§.quantum ergo,Maior,quæst.1, & 2.h.circa illud,& dist.1.& ibi Ricar.artic.6.quæst.4.Duran.quæst.9.num.7.& 8.Palud.quæst.6.art.5.con.4.Gab.quæstio.4.art.3.dub.3.Hugo,2.de Sacram. part.6.cap.4.& quæst.6.sup.ad Galat.& ibi Salmeron,dsputation.23.& capit.6. dispuration.31.Ludouicus Legionensis, supta,cap.2.Cornelius Mussus, supr.ad Rom.2.Et generaliter omnes vno solo, Adriano,excepto,& Diu.Bern.Epistol. 77.Primo ergo dicit D. August. in sua sententia legem vererem,& legalia omnibus fuisse ſcitam post Christi Passionem vsque ad sufficientem Euangelij promulgationsm,itaque licet tunc illa lex esset mortua, non tamen mortifera citatque Diuus August.Pro sua sententia, Diuũ Ambro.& D.Ciprianum,hoc dictũ probat August,quia sic erat conueniens, vt lex illa,cum honore sæpeliretur,hoc est,

2.Sent. D.Aug. D.Thom. Cai. Conrrado. Medina. Soto. Lorca. Valentia. Vazquez. D.Bona. Scot. Maior. Ricar. Duran. Palud. Gab. Hugo. Salmeron. Lud.Lasio Corn.Mussus. D.Ber. 1. dictum Aug. 1.Arg.

vt

vt appareret differentia inter illam legem, & gentium sectas, tenebantur enim gentes statim conuersi, illas deserere, & amplius ritus idolorum, non exercere, tanquam malos, Iudæis autem permissum est, dataque licentia, vt paulatim legalia desserent, vt sic intelligeretur, illa fuisse bona, a Deoque bono data. Quapropter hic honor sepulturæ dandus legi, ob causam prædictam, non probat præceptum, sed licentiam illius legis, conueniebat etiam ad suauem conuersionem Iudæorum, cum esset gens tenacissima suæ Religionis, ne scandalum paterentur, vt paulatim à legalibus dimouerentur. Secundo probat *2. Arg.* suam sententiam, quia in sacra Scriptura legitur Apostolos legalia seruasse, quod nō facerent, si licita non essent, nec valet dicere seruasse illa in apparentia, & non ex animo legis, vt explicabimus dicto sequenti. *Not. contra Salmeron.* Diximus autem omnibus, hanc licentiam seruandi legalia esse concessam, quia etiam Gentiles conuersi, id poterant facere oppositum tenet Salmeron, Galat. 6. disp. 31. & Galat. 2. disput. 22. imò aliqui adunt saltem à Concilio Hierosolimitano, Actor. 15. Hoc fuisse præceptum, ac per consequens, ex tunc Gentilibus legalia fuisse mortifera. Sed nostram sententiam, tenet August. qui absolute dicit, tūc legalia fuisse licita, nullum discrimen assignans Iudæorum, & gentium, & hoc insinuat ad Galat. 2. dicens, non circuncidisse Titum ex vtroque parente Gentilem. propter introductos falsos fratres insinuans, non hoc feciſſe, quia circūcisio nō liceret, sed ne faueret Iudæis falsis existimantibus circuncisionem esse necessariā, & obligare, & quidem si Gentiles ante passionem Christi poterant transire ad legē viuam Moysis, tanquam bonam, quare post mortem, non possent transire ad illā licitam, quandiū durabat licentia, nec locus, Actor. 15. Est contrarius, quia ibi declaratur gentes ad legalia, non obligari. non autem præcipitur gentibus, illa non seruare, sed relinquntur in suo statu.

Coral. Ex dictis sequitur, tunc legalia non fore seruanda, prout in boluebant significationem Christi venturi, nam esset falsa protestatio, & illicita, sed vt importabant significationē Christi absolute, aut propter alios fines, vt est vitare scandala, aut incommoda animæ, vel corporis, aut ad parandam viam facilem prædicationi Euāgelij, & conuersioni Iudæorum, &c. Denique post tempora D. Aug. Videtur iam *Conc. Flor.* hoc definitum in Concilio Florentino, his verbis. Non tamen negat sancta Synodus, licuisse illa seruare, ante sufficientem Euangelij promulgationem modo ad salutem necessaria, non crederentur, dicit enim Concil. tunc legem esse mortuam licitam tamen, sic refert definitionem Concil. Caiet. & Soto, 2. de iust. quæst. 5. art. 4. Et si dicas hoc non esse definitum à Cō cilio, quia non dixit licita esse, sed non negamus licita esse. Dico propterea oppositum non esse errorem in fide, à probauit tamen Concilium, sententiam Augustini vt probauiliorem communiorem, & sanā doctrinam, intelligenda tamen est secluso scandalo, nam illo interueniente, etiam alicitis est cessandum, & sic cessauit Diu. Paul. à circuncisione Titi, aliàs licita propter scandalum, quod tunc imminebat. *Obiectio.* *Solutio.*

Secundo dicit D. Aug. quod Apostoli seruauerunr legalia post mortem Christi ex animo, & vere sine simulatione, aut fictione, itaque aliquando illa seruabant, aliquando vero, non quia si licita erant, & non præcepta poterant facere, & non facere prout occasio ex recta prudentia postulabat, & quando illa obseruabant, dicimus non esse ficte, & cū simulatione, qua si facerent legalia, non facientes, sed vere illa faciebant, tamquam licita licet, vt diximus in illis, non ponerent spem salutis, & iustificationis. Hoc probatur, quia talis *1. Arg.* simulatio esset mendatium, sed mendatiū, nullo modo est licitum etiam in leuibus, vt docet Innocent. III. cap, super eo, de *Innoc. III.* vsuris, & D. Thom. 2. 2. quæst. 111. art. *D. Thom.* 1. ergo non est ponenda talis simulatio, si ne causa in Apostolis. Maior probatur, quia mendatium, non solum reperitur in verbis, sed etiam in factis ad deceptionem alterius. Si respondetur, cum Lorca mēdatium, quidem non esse licitum, tamen licitam esse equiuocationem, aut amphibologiam in verbis, aut etiam in rebus vtendo in differentibus ad diuersos fines, quia tunc deceptio alterius est, tantum permissa, & non intenta, & talem fuisse fictior.ē, seu simulationem Apostolorum assignatam, à D. Hieron. Contra arg. quia si Apostoli seruabant legalia erat, ex proposito, vt Iudæos haberent gratos, ad conuersionem, existimantes Apostolos legalia seruare: ergo si illa non vere, sed ficte seruarent ex proposito, & intētione Iudæos fallebant, & sic mentiebantur, & deceptio Iudæorum, non esse permissa, sed intenta itaque simulatio, tam in verbis, quam in rebus concedimus, quod potest esse, & materialis, quando non fit animo fallēdi, sed *Solutio.* *Impug.*

alio

alio fine, & tunc esse, per accideus, quod alius fallatur, & hoc magis reperiri in rebus, quam in verbis, propterea, quod verba magis determinatam habent significationem ex sua impositione, res autem maiorem indifferentiam, habent, vt ad plures fines ordinari possint, & potest etiam esse simulatio formalis animo decipiendi, & quod materialis est licita, non autem formalis, sed D. Hieron. non intendit simulationem materialem in Apostolis, sed formalem, quia dicit illam esse licitam ex iusta causa, intendit ergo honestare ex iusta causa simulationem formalem, aliàs malam, & non loquitur de simulatione materiali, quæ aliàs mala non est, nec honestatione illa egebat.

2. Arg. Secundo probatur, dictum D. Aug. ad hominem contra D. Hieron. nam lex vetus erat, tunc iam mortifera, secundum ipsum ergo, non licebat agere simulatione seruando legalia, probatur, consequentia, quia fides, aut religio, non solum, vetat cultum interiorem, sed etiam exteriorem legis reprobatæ, & falsæ, maxime quãdo instat præceptum confessionis veræ fidei, tunc enim licet simulatio, alias esset licita, aut leuis culpa instante præcepto cõfessionis qualiscumque protestatio, aut signum legis reprobatæ, graue peccatũ est contra confessionem fidei (verbi gratia) in tali occasione deferre vestes Sacerdotales alienæ Religionis, aut ad eius significationem institutas, cum ergo post mortem Christi instaret præceptum confessionis Euangelij, si lex vetus erat reprobata, qualiter posset simulari obseruantia eius, & legalium. *Conf.* Confirmatur, nam seruando legalia simulatione, aut erat simulando legem Moysis, & eius obseruantiam, vt licitam, aut vero, vt obligatoriam, & necessariam, si primum habemus intentum, contra Diu. Hieron. quod pro tunc illa lex erat licita, si secundum erat contra fidem veram simulare obligationem, & necessitatem legis, iam reprobatæ: ergo nullo modo astruitur necessaria talis simulatio.

1. Solut. Si respondeatur cum Lorca, primo quod cum tunc non adeò esset manifesta contra dictio legis veteris, & Euangelij, ideò tunc poterant simulare obseruantiam legis, vsque tunc bonæ licet non possent simulare ritus idolatriæ euidẽter malæ. *Impug.* Cõtra arg. nam hac ratione potius probatur, licentia obseruantiæ illius legis, quam simulatio illius reprobatæ, congruentius enim dicitur ex illa ratione Deum concessisse licentiam obseruantiæ, quam simulationis. Si secundo respondeatur, cum eodem, non licere, vti ritu, aut cæremonia legis reprobatæ, determinatè, significante professionem illius legis, bene autem si illa indifferentia sint, quæ autem Apostoli seruabant indifferentia erant, quę etiam modo obseruari possent, vt non comedere idolotita, quæ modo possent, non comedi, propter abominationẽ, & custodire Sabbatũ, quod modo posset esse ex deuotione beatæ Virginis, & circũcisio, quæ modo potest esse propter munditiam carnis. *2. Solutio.* Contra arg. quia licet ista modo, sine prædicto fieri possint. non tamen prætextu, & simulatione legis Mosaycæ, maxime instante occasione confessionis nostræ fidei, & reprobatione illius legis, sed Apostoli, tunc ista faciebant intuitu legis ergo, vel legis erat licentia, aut ipsi graui- *Impug.* ter peccabant vtendo illis, simulatione, & prætextu legis reprobatæ.

Tertio dicit D. Aug. illã quæstionẽ, & litem inter Petrum, & Paulum Galat. 2. *3. Dictum D. Aug.* non fuisse simulatam, & fictam, aut ex cõuentione, sed veram, & in rei veritate Petrum defendere, quod Paulus reprehendit, hæc enim refert Paulus, vt scriptor Ecclesiasticus, & Canonicus qui mentiri non potest, sed vera debet esse narratio eius, & vt persona particularis, cap. 1. ait, quæ autem scribo vobis testificor coram Deo, quia non mentior, si autem hæc in veritate, non contigissent, periurus esset, & ex ipso textu probatur, inquit enim in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat, illud enim verbum in faciem, non sumitur pro eo, quod est in apparientia, licet aliquando in sacra Scriptura, ita sumatur, sed pro eo, quo quod est publice, quod ipse Paulus explicat, dicens dixi Cephæ coram omnibus &c. Illud etiam verbum, quia reprehensibilis erat, denotat, etiam Petrum in debite, & non solum ficte facere defensionem, ex simulatione enim, & conuentione præuia si fuisset facta nõ esset reprehẽsibilis, nec valet quod in Græco, & D. Amb. habeatur reprehensus, & non reprehensibilis, quia in nostra vulgata, quæ omnino sequẽda est habetur reprehensibilis, quod, & magis explicatur, cum Paulus dicat, cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem Euangelij, ecce qualiter factum Petri, vt non rectum condemnat, nec valet dicere, quod ibi cum alijs discipulis loquatur, quia etiam cum Petro loquitur, & principaliter, quem alij sequebantur, *Solutio.* & cuius simulationi, alij consenserunt, *Impg.*

hunc

Secundum Aug. sequitur. Dim. Ambros. & Cipria. Anselm. Glos. Caiet. Epipha. & pro illo. Arg.

hunc sensum Diu. Augustin. præter Diu. Ambros. & Ciprianum, quos ipse cirat sequitur Anselm. Glossa, & Caietan. ibi, & Ephiphan. Hæresi 41. Et omnes alij citati in primo dicto, pro sententia, Diuu. Augustin. Et ratio huius est manifesta, nam quod Petrus se subtrahæret à gentibus, vel erat incommoditatem prædicationis Euangelij, aut non, si primum non erat necessaria reprehensio, etiam si mulata, vt ratione illius dicatur reprehensibilis, si secundum vere erat reprehensibilis, & vere à Paulo, & prudenter est reprehensus. Etsi contra obijcias ex ipso rextu illud, quod simulationi eius conse serunt, &c. Ergo fuit simulatio ex parte Petri. Respondetur primo, cum Lorca, simulationem illam non fuisse in facto defensionis, quæ vera fuit, sed in modo, quia parum aduertenter, vt Iudæis condescenderet, plus nimio, cum periculo scandali gentium, talem defensionem faciebat. Secundo melius respondetur, non simulasse obseruantiam legalium, vt licitorum, sed simulauit, illa quasi necessaria, & obligatoria, ex modo illa defendendi, quia ex illo possent audientes intelligere, non solum illa docere, vt licita, sed etiam vt necessaria, & hoc merito reprehendit Paulus, quod quidem colligitur ex verbis reprehensionis illius, cũ dicit, tucum Iudæus sis Gentiliter viuis (hoc est legem Moysis non serbas) quomodo ergo cogis gentes Iudaicare? Hoc est, quomodo doces Iudaismum ex necessitate seruandum. hoc enim significat illud verbum cogis. id est obligas. Vbi obiter nota, qualiter Paulus, Petrum leuiter deficientem, etiam superiorem in publico reprehendit, quando oportuit ad doctrinam aliorum, & Petrus etiam superior reprehensionem humiliter tullit, vt discant contionatores fatrem superiorum, non vereri, quando oportet reprehensio populo, aut ipsi Prælato, etiam si defectus leues sint, & Prælati reprehensi discant hoc patienter ferre. Si autem inquiras, efficatiam doctrinæ prædictæ. Aliqui fugere non valentes, dicunt Cepham, reprehensum à Paulo non fuisse D. Petrũ, sed aliũ ex septuaginta duobus discipulis huius nominis, sic Clemens Alexand. hypotespos seon, quem sequitur Eusebius, 1. hist. cap. 12. & A Eucumenius, Galat. 2. Sed esse Diuum Petrum asserit, Diuu. Hieron. & Augustin. Galat. 2. & patet nam Simon de nobo à Christo vocatus est lingua Syriaca Cephas, quod Græce, & latine est, idem quod Petrus, & in eodem, cap. Petrum appellat Paulus nomine cephæ faciẽs mentionem de Cepha, Ioanne, & Iacobo, qui videbantur columnæ esse, & iterum loquens de Petro ait dixi Cephæ, coram omnibus, non autem est vero simile in eodem cap. æquiuocasse nomen Cephæ, vt loqueretur de alio dicens in faciem ei restiti, &c. eo vel maxime, quod in sacra Scriptura, nulla talis mentio fit de alio Cepha, qui esset Discipulis.

Obiectio.

1. Solutio.

2. Solutio.

Not.

Contra explicationẽ, Clemen. Alexan.

Eusebij. & Eucumenij. est Diu. Hiero. & D. Aug.

Dubi

Dubium tamen est circa prædicta, in quo fuerit reprehensibilis Petrus, vt vere à Paulo sit reprehensus, in primis supponendum est mortaliter, non peccasse, cum fuerint Apostoli, per adventum Spiritus Sancti., confirmati in gratia, hoc supposito Ludouicus Legionensis, Galat. 2. Omnino excussat Petrum à culpa, & solum ait factum eius fuisse reprehensum à Paulo, ne audientes ofenderent in doctrina eius minus explicata. Alij autem vt Vazquez disputation. 182. cap. 7. ait si ne culpa fuisse aliquam inaduertentiam, & incautionem scandali, qui posset oriri, melius tamen dicitur, ut verificetur fuisse reprehensibilem Petrum peccasse licet leuiter, & venialiter, sic D. Th. Aug. & Valen. disp. 7. q. 7. punto, 7. & Angles, q. de essentialibus baptismi, art. 10. Salm. Gal. 2. disp. 23. & 24. & Sal. hic disp. 23. sect. 9

1. Sent. Ludo. Legionen.

2. Sent. Vazquez

3. Sent. vera D. Thom. August. Valent. Angles. Salmeron Salas.

Ad argumenta à principio pro sentẽtia D. hieron. Respondetur.

Ad arg. pro sent. D. Hier.

Ad primum pro primo dicto dicitur, illud probare illam legem non esse necessariam, aut obligatoriam ex qua gratia expectaretur, non autem probat non esse, tunc licitam, nec hoc est incidere in hæresim Nazareorum, qui legem Mosaycam, cum Euangelica, vt necessariam, aut modo utilem vollebant conseruare, fuit autẽ pro tunc licita ad effectum explicatum, vt facilis, & suauis via prædicationis Euangelicæ Iudæis apperiretur, & sic patet ad vtramque confirmationem.

Ad 1. pro primo dicto

Ad 2. Arg.

Ad secundum respondetur, illam congruentiam sufficere ad licentiam, non autem ad præceptum, & congruẽtia illa probat licentiam, pro tunc, non autem pro nunc, quia iam honorifice sepulta est, & omnibus fidelibus constat fuisse bonam illam legem fuisse tamen, vt imperfectam veniente eius perfectione abrogatam, & sic patet. Ad confir.

Ad 3. arg.

Ad tertium respondetur, bonam esse illam solutionem ad replicam dicitur, ex vi legis, non tantum habere significattonem Christi venturi, sed alios fi-

nes explicatos. Vndè illa seruare, propter prædictos fines erat legalia seruare.

Ad arg. pro 2. dicto Ad argumenta pro secundo dicto respondetur. Ad primum dicitur, quod seruare legalia vt licita, supponebant legem subsistere, quantum ad licentiam, non quoad præceptum, sic enim erat abrogata.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum respondetur, Apostolos vere seruare legalia, vt licita, & sic se ostendebant veros legis cultores, non autem illa seruabant, vt viua, quia primum sufficiebat ad suabem conuersionem Iudæorum, & quod ipsi deciperentur existimantes Apostolos, illa seruare, vt viua, & necessaria nihil interest, erat enim per accidens respectu intentionis Apostolorum.

Ad 3. arg. Ad tertium respondetur, circumcisum manere subiectum legi, eo modo, quo circuncisionem recipiebat, qui enim antea viuam circuncisionem recipiebat legi, & eius præceptis manebat subiectus, qui autem voluntarie mortuam, & tantum licitam circuncisionem recipiebat, tantum manebat sub lege, per licentiam, non per præceptum, & obligationem.

Ad 4. arg. Ad quartum respondetur, quod iam patet ex tertio dicto D. Augustin. & eius explicatione, quid simulatione, quid vero, secundum veritatem egerit D. Petrus, circa legalia, vere enim illa vt licita seruauit, & indiscrete, vt necessaria simulauit.

Ad 5. arg. Ad vltimum respondetur, etiam vsque ad illud tempus Pauli, durasse licentiam, vt patebit dubio sequenti. Vndè non ficte, sed vere illa, vt licita, tunc seruabat.

Ad arg. pro 3. dicto D. Hiero. resp. Ad arg. pro tertio dicto, Diu. Hieronym. respondetur. Ad primum sufficientissime patet ex tertio dicto. D. August. & his quæ à nobis, ibi dicta sunt.

Ad 1. arg. *Ad 2. arg.* Ad secundum patet, similiter, qualiter Paulus, non reprehendit in Petro ob seruantiam legalium, quæ ipse, tanquam licita seruabat, sed reprehendit modum, aut simulationem necessitatis, & obligationis, vt diximus.

Ad 3. arg. Ad tertium respondetur, illam reprehensionem fuisse necessariam ad sedanda scandala, & excessus Petri fuit leuis, qui etiam in viris perfectis reperitur. Vndè illi hæretici impudenter ausi sunt, contra Sanctos Apostolos loqui.

Ad 4. arg. Ad quartum, iam patet qualiter simulatio materialis, ex qua per accidens, sequitur deceptio alterius est licita, formalis autem, quæ deceptionem intendit est mala, & hanc intendit excusare, Diuu. Hieronim. in Apostolis, & nos illam omnino, negamus, de exemplis autem, allatis nihil ad nos, vbi enim simulatio formalis, reperitur actio condemnatur, vbi autem tantum materialis excusationem habet. Vide expositores supra illa loca, alios quidem defendentes, alios vero condemnantes, eo vel maxime, quod in aliquibus illorum agitur de idolatria, quam fingere non licet. Vide D. Thom. 2.2. quæstion. 111. articul. 1. *Vide. Diu. Thom.*

Dubium. III.

Vtrùm licentia seruandi legalia tantum duraverit, vsque ad Pentecostem, quando fuit facta generalis promulgatio Euangelij, aut eo amplius per maius tempus. vsque hodie durent?

1. Arg. PROBATVR Etiam post mortem, vsque hodie durare, quia Paulus ad Roman. 14. Loquens de discretione ciborum, iuxta legem ait, vnusquisque in suo sensu abundet, hoc est (interpretante Glossa) in suo consilio dimittatur, ne scandalum passus à charitate, quæ est mater omnium virtutum, recedat ergo hæc obseruatio cæremoniarum stat cum charitate, & sic permanere potest, & solum ratione scandali, hoc prohibet Apostolus, dum subdit, si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Confirmatur, quia in Concilio Bracharensi, & refertur, 3. distinctio. capit. si quis. Hoc ipsum confirmatur, imo præcipi videtur, dum dicitur. Si quis carnem manducantem, ex fide, cum Religione (præter sanguinem, & Idolo immolatam, & suffocatum) crediderit condemnandam, tanquam spem, non habentem, qui eam manducat anathema sit.

2. Arg. Secundo arguitur, quia apud Indos Præsbyteri Ioannis, modo seruatur

tur circunciſio, & alij ritus, qui non ſolum, non reprobantur à Theologis, quim potius à probantur à Caiet. 3. part. quæſtion. 37. artic. 1. ergo legalia, etiam vſque hodie licite durant.

3. Arg. Tertio arg. quia ſi propter aliquam rationem, illa modo ſeruari, non poſſent, maximè propter ſignificationem falſam Chriſti venturi, ſed hæc ratio eſt nulla: ergo probatur minor, quia vt diximus, relicta hac ſignificatione poſſunt, alij fines boni, eſſe intenti, per illa, qua ratione diximus, etiam poſt mortem Chriſti licite ſeruari potuiſſe: ergo eadem ratione modo ſeruari poterunt, imo de facto multa ſeruantur, vt vſus lucernarum, & thurris, & beſtium ſacrarum, primiciæ, & decimæ, & alia huiuſmodi.

4. Arg. Quarto arguitur, abſtinentia a ſuffocato, & ſanguine erat legalis, & tamen non ſolum fuit permiſſa, poſt mortem, & ſufficientem promulgationem Euangelij, ſed etiam mandata: ergo legalia permanere, poſſunt etiam modo. Minor probatur, Actor. 15. Vbi ſic definitur viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil, vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis, ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Et confirmatur, quia circunciſio Timothei, & Tonſio, & purificatio Pauli, & alia legalia, quæ Apoſtoli ſeruauerunt fuerunt viginti anni poſt Aſcenſionem Chriſti: ergo hæc non ceſſauerunt, cum promulgatione Euangelij.

Conſ.

Not. ex Capreo. Pro intelligentia notandum, ex Capreolo, 4. diſtin. 3. quæſtion. 3. artic. 3. Duplicem eſſe promulgationem Euangelij alteram, qua promulgatur neceſsitas ſeruandi Euangelium, quia Ioann. 3. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Alteram vero, qua promulgatur ſolum Euangelium eſſe ſeruandum, & ritus legis Moſay cæ abijciendos. De prima promulgatione agetur, infra vtrum facta fuerit in die Pentecoſtes. Modo agitur de ſecunda: vtrum concomittetur, primam, & fuerit ſtatim mortifera lex vetus, atque promulgata eſt lex noba neceſſaria, an vero poſt primam promulgationem tardauerit, ſecunda ita, vt Euangelio neceſſario ſeruando promulgato, duret per tempus, aut ſemper licentia prioris legis.

Prima concluſio, facta ſufficienti promulgatione Euangelij, ſtatim fuit lex vetus mortifera, nec legalia amplius fuerunt licita, hoc concorditer, docent Diu. Hieronym. & Diu. Auguſtin. & omnes Theologi, imò Caietan, & Soto, vbi ſupra aſſerunt hoc definitum in Concilio Florentino (licet difficile ſit in illo inuenire) extat tamen authoritas Innocent. III. vt refertur, capit. maiores, de baptiſmo abſit (inquit) vt in illam hæreſim damnatam incidamus, quæ affirmat legem veterem, cum Euangelio eſſe obſeruandam, & ratio eſt manifeſta, nam antè ſufficientem promulgationem Euangelij, ideò lex vetus erat licita, vt ſæpeliretur, cum honore: ergo ſemel ſepulta licita non eſt, eſſet enim illam exhumaræ ad fetorem, vſuſque Eccleſiæ id confirmat, nam qui inuentus fuerit legalia ſeruare, vt Hæreticus, & Apoſtata ab Inquiſitoribus merito punitur, quod non fieret ſi ſalua fide illa eſſent licita. Vndè de hoc tempore loquitur, Eſai. 1. Quo mihi multitudo victimarũ veſtrarum, & Malach. 1. Non ſuſcipiam munus de manu veſtra, nec eſt mihi voluntas amplius in vobis.

1. Concl. D. Hier. Caiet. Soto. Innocen. III. Eſai. 1.

Secunda concluſio, legalia non deſierunt eſſe licita, nec lex vetus cæpit eſſe mortifera ex determinatione Apoſtolorum, aut Eccleſiæ. Hanc ponimus contra Angles, quæſtion. de eſſentialibus baptiſmi, artic. 9. concl. 3. qui oppoſitum docet. Noſtra tamen concluſio probatur, quia lex vetus ſolum a Deo eſt abrogata, & ad tempus ex cauſis poſitis permiſſa licentiaque conceſſa, ad obſeruantiam, illius ergo ſolum à Deo potuit tempore oportuno cauſis ceſſantibus, talis licentia reuocari, ſolum enim poteſt licentiam reuocare, qui illã conceſsit, aut ſuperior illius. Confirmatur, quia ſolus Deus fuit Author illius legis: ergo ſolus ille potuit illam reuocare, quantum ad obligationem retenta licentia illius pro tempore, ſibi placito, Apoſtoli autem, ſicut Authores legis, non erant: ita nec reuocare poterant, nec licentiam concedere, nec tempus licentiæ taxare, aliàs modo etiam licentiam illam, ſi viuerent poſſent concedere, aut quod perpetuo duraret poſſent, dum viuerent determinare, quod eſt abſurdum, vt docet Diuu. Auguſtin. Epiſtol. 19.

2. Concl. Contra Angles.

Tertia concluſio legalia, non ceſſa-

uerunt esse licita statim post promulgationem Euangelij in die Pentecostes, nec postea simul, & in eodē tempore omnia cessauerūt, sed successiue. Prima pars conclusionis, patet, nam vt constat, ex dictis etiam post Pentecostem, Apostoli legalia seruabant: ergo adhuc, non erant mortifera. Secunda pars conclusionis, ponitur contra aliquos volentes assignare tempus totalis cessationis legalium, Chrisost. enim homil. 76. in Matthæi supra, illa verba, in vniuerso enim orbe prædicabitur, & Vega, 5. in Tridentin. capit. 3. existimant licentiam legalium omnino cessasse, post viginti, aut triginta annos. Alij autem vt Salas hic disputation. 23. section. 9. sequentes Capreolum, vbi supra asserunt omnino cessasse licentiam legalium, & fuisse mortifera, post quadraginta annos facto exidio, & destructione Hierosolimæ, iam enim non extabat, ratio licentiæ, vt Iudæis fieret à temperatio, nostra ergo.

1. Pars.

2. Pars contra Chris. Vegam Salas.

Nostra doctrina probatur ex dignasio.

Secunda pars conclusionis probatur manifeste, nam statim tempore Ignacij, discipuli beati Ioannis Euangelistæ, obseruatio Paschæ erat prohibita, cum tamen alia legalia, post illud tempus sint obseruata, inquit enim Epistol. 8. Contestor Episcopo, & Præsbiteris in Domino, si quis cum Iudæis celebrat Pascha, aut simbola festiuitatis eorum recipit particeps est eorum, qui Dominum occiderunt, & Apostolos eius. Secundo patet in abstinentia à suffocato, & sanguine, cuius præceptum Apostolorum durauit, per multum tempus multis Ecclesiæ decretis confirmatum. De quo extat memoria in Concilio Bormacien si, anno 868. & habetur in Concilio Grangensi, Can. 2. vt refertur, 30. distin. capit. si quis carnem, vbi sic dicitur, si quis carnem edentem (præter sanguinem, & Idolis immolatum, & suffocatum) cum Religione, & fide condemnat, vellut spem propter huiusmodi perceptionem, non habentem anathema sit. Vide exceptionem præter sanguinem, &c. docens in illa sanguinem, & suffocatum, & Idolis immolatum, vsque tunc non licere, imò Glossa, supra illud, capit. tenet esse præceptam illam obseruantiam a sanguine, & suffocato tempore illo, & adducit pro hoc, capit. Præsbyteros, 50. distin. & capit. sicut Satius, 32. quæstion. 4. Diu. Augustin. de bono. coniugali, vt refertur dicto capit. dicentem Satius est fame mori, quam Idolothitis vesci, & in Concilio Aurelianensi secundo, capit. 20. Iubetur excommunicari, qui vescitur bestiarum morsibus extincto, vel quolibet morbo, vel casu suffocato, & Can. 62. Apostolorum sic habetur, si quis Episcopus, aut Præsbyter, aut Diaconus, aut omnino quicumque, ex Sacerdotali consortio commederit carnes in sanguine animæ cessas, aut a vestijs à reptum, aut suffocatum de ponatur, hæc enim lex prohibuit, sim vero laicus sit à communione excluditur, quid clarius de duratione præcepti à sanguine, & suffocato, & Tertullianus, dicit capit. 9. Apologetici, quod durauit centum quinquaginta annis, quidquid autem durauerit, certum est modo, non perseuerare, per non vsum tempore antiquatum, licet expressa reuocatio illius, non habeatur.

Conc. Bormacien se.

Concilio Grang.

Glossa.

Conc. Aurelia.

Tertullia.

Si autem quæras, quænam ratio fuerit, vt hoc præceptum specialius ab Apostolis fuerit confirmatum, & de nobo positum.

Dub.

Aliqui respondent, illud præceptum fuisse antiquissimum, ante legem, Genes. 9. Omne, quod mobetur, & viuit erit vobis in cibum excepto, quod carnem, cum sanguine, nō cōmedetis, quia licet aliqui, hoc explicent moraliter, quod inter dicat homicidium, & Caiet. quod solum inter dicat commedere carnes viuas.

1. Resp.

Melius tamen, & communiter intelligunt inter dici sanguinis ciuum, vt Chrisostom. & Theophi. Isidorus, Procopius, Rupertus, Lyra, Tostatus, & Diu. Thom. ratione: ergo antiquitatis illud præceptum repetitum est in lege veteri, & de nobo in lege Euangelica confirmatum, & propter congruentem moralem significationem, vt per abstinentiam à sanguine brutorum. homines ad monerentur omnem crudelitatem, & effusionem sanguinis cabere.

2. Resp. Verius. D. Chris. Theoph. Isidor. Procopius. Ruper. Lyra. Tostatus. D. Thom.

Alij asserunt, hoc præceptum per mansisse ad facilem copulationem gentium, cum Iudæis conueniendo, cum istis, qui sanguinem, & suffocatum ex horrebant, sed hæc ratio, non vrget, quia hac ratione, etiam gentibus commedere carnem su illam possent prohibere.

3. Resp.

Melius ergo Diu. Thom. quæstion. 103. articul. 6, ad 1. ex Orig. lib. 8. contra Celsum, ait ideò esse veritam illam commestionem, quia in sanguine animalium inhærat, quid superstitionis à gentibus obseruatum, vt sic omnis

4. Solutio. D. Thom.

species

speciesidolatriç caberetur.

Corol. Restat ergo probatum, qualiter legalia, non statim à Pentecostes, fuisse illicita, nec simul in aliquo tempore signato cessasse licentiam illorum, sed paulatim, & successiue tempore congruo, quando causæ licentiæ cæssabant, quod moraliter, in vno quoque tempore est iudicandum, respectu huius, vel illius obseruantiæ, & melius dicitur cæssasse, quatenus successiue Euangelium per orbem sufficienter diuulgabatur, & contradictio periculosa Iudæorum cæssabat.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio respondetur, distinctionem ciborum, non esse præceptam, nisi ex conscientia erronea, omnis autem alia in lege posita, iam cessabit iuxta prædicta. Ad locum Concilij, iam patet, qualiter vsque tunc duraret obseruantia, imò & præceptum de non commedendo sanguinem, & suffocatum, modo autem non durat.

Vid 2. arg. Caiet. Ad secundum argumentum, fusse respondet Caiet. loco citato in argumento, quod si Indi, illud faciunt ad imitationem Christi Circuncisionis, absolute, & non vt Christus sub lege Mosayca circunciſſus est, non malum faciunt, & videtur, id solum intendere, siquidem tolleruntur ab Ecclesia, dequorum defensione. Vide Damianum Gois Lusitanum, & fortasis consuetudo illa deuota, iam obtinuit, vim legis, si vero id faciunt ex vi legis Mosaycæ Iudaicant mortaliter, & valde timendum est ex lege, illud facere, cum videant alios Christianos, non circuncidi.

Damianus Gois.

Ad 4. arg. Ad tertium argumentum respondetur, illas cæremonias seruari in Ecclesia, non ex vi legis antiquæ, sed quia ex præcepto humano Ecclesiastico eliguntur, vt apta ad ritum, & cultum diuinum.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum respondetur, ex dictis in tertia conclusione, qualiter Genes. 9. Positum sit præceptum non commedendi sanguinem, & suffocatum, & hoc licet expresse, non sit repetitum in totum in lege, sed in parte Leuitic. 17. & 17. Vbi prohibetur comestio sanguinis, & non fit mentio comestionis suffocati, tamen vsus erat, etiam suffocatum, non comedere, quia illa lex sic intelligebatur, quod sanguis non esset comedendus, nec extra, nec intra carnem in suffocato autem manet sanguis, & sic suffocatum non comedebant. Actor. 15. Dicunt aliqui, vt Diu. Amdros. 1. Thimot. 4. Etiam non fuisse positam expressam prohibitionem suffocati, sed additum esse à Græcis, & postea expræssum fuisse à Concilijs citatis, cui videntur à sentiri Ireneus, lib. 3. capit. 12. & Augustin. lib. 32. contra Faustum, capit. 13. Nullam mentionem suffocati facientes, sed in nostra vulgata habetur, non solum prohibitio sanguinis, sed etiam suffocati, & hoc est sequendum, sed dato, id non exprimeretur, dicendum est prohibitionem suffocati contineri in prohibitione sanguinis, vt diximus, de prohibitione, Leuitic. 7. & ad arg. posita respondetur, illud fuisse obseruatum, non in ratione præcepti legalis, sed in ratione præcepti Apostolorum impositi ex causis explicatis in 3. conclus. & modo non manere, nec in ratione præcepti legalis, nec Apostorum, vt dictum est. Ad illud autem de fornicatione dicitur esse præceptum naturale morale, & sicut alia moralia modo manet singulariter autem inter omnia moralia positum est ab Apostolis, propter Gentiles, falso existimantes fornicationem esse licitam.

Act. 15. D. Ambr.

Irenæus? D. Aug.

Quæst. 104. De præceptis iudicialibus.

Art. I.

Vtrùm ratio præceptorum iudicialium consistat in hoc, quod sint ordinantia ad proximum?

Concl. D. Thom. Ezech. CONCLVSIO Est affirmatiua, quam probat Ezech. 19. Si iudicium verum fecerit inter virum, & virum, &c. Cum ergo iudicialia à iudicio dicantur versati debent, circa ordinationem hominum adinuicem, ratione sic patet, nam vt supra quæstion. 99. articul. 3. dictum est, præcepta legis, quædam vim habent ex dictamine rationis, & hæc sunt moralia, quia à ratione dicuntur mores humani, alia vero sunt, quæ vim habent, non ex ipsa ratione naturali, sed institiutione diuina, vel humana, tamquam dererminationes præceptorum moralium. Quæ ergo sunt ex institutione diuina inordine ad

ad Deum, & cultum eius sunt dicuntur cæremonialia, quæ autem pertinent ad ordinationem hominum adinuicem dicuntur iudicialia, sunt ergo iudicialia, quæ non habent vim ex ratione naturali humana, sed ex institutione ordinando homines adinuicem, itaque sicut ex illo principio naturali Deus est colendus institutio diuina determinauit sacrificia, quibus Deus cõlleretur, quæ sunt præcepta cæremonialia: ita ex illo principio naturali, quod pax est in Republica custodienda determinauit institutio diuina leges, quibus hæc pax inter homines seruaretur, & hæc sunt iudicialia (verbi gratia) quod qui vnam obem furatus esset, quatuor solueret, & quod fur nocturnus infragranti comprehensus interficeretur, non vero diurnus. Ex dictis sequitur præcepta cæremonialia debere esse plura, quam iudicialia, quia cum magis appareat secundum rationem naturalem ordo, ad proximum, quam ordo ad Deum, sic oportuit plura determinare, & explicare in ordine ad Deum, per cæremonialia, quam in ordine ad proximum per iudicialia.

Art. II.

Vtrùm præcepta iudicialia aliquid figurent?

Concl. D. Thom. CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, quia Exod. 21. Præcepta iudicialia alegorice, & moraliter exponuntur, qualiter autem iudicialia sint figuratiua, explicat Diu. Tho. per hoc, quod cæremonialia. Primo, & per se sunt significatiua, quia cum ordinentur ad cultum Dei sanctificantis, & sanctificatio esset futura per Christum, ideò cæremonialia Christum debebant significare, dum per illa Deum colebant, iudicialia autem, non primo, & per se, sed ex consequenti habebant figurare, quia primo, & per se ordinabantur ad rectum ordinem proximorum inter se, in quo figuratio, non interuenit. Secundario autem, & ex consequenti habebant figurare quatenus totus status illius populi, qui per huiusmodi iudicialia regebatur, erat *1. Cor. 10.* figuralis, secundum illud, 1. Corint. 10. Omnia in figura contingebant illis, & vt *D. Aug.* docet Diu. August. contra Faustum, capit. 24. Qua ratione etiam bella figuratiua erant in illo populo, non autem bella (etiam maiora) verbi gratia, Romanorum, sic etiam, & similiter solutio decimarum significabat vltimam perfectionem, per vltimam vnitatem significatam Christo esse tribuendam, & quod Exod. 21. Seruus sexenalis. Septimo anno maneret liber significabat, post seruitutem huius vitæ subsequuturam perfectam libertatem in patria, quæ erit perfectũ Sabbatum.

Et notandum huiusmodi præcepta, *1. Not.* non solum habere significationem spiritualem, aut moralem, allegoricam, vel anagogicam, sed etiam litteralem, & historicam, vt docet Azor, tomo 1. lib. 6. cap. 2. *Azor.* quæst. 4. & Valentia, disputation. 7. quæ *Valen. ia.* stio. 7. punto, 6. Et secundo notandum, *2. Not.* quod quando dicitur, si non primo, & per se tamen secundario, & ex consequenti, præcepta illius legis, sicut & omnia illius populi esse figuratiua intelligitur de illis quæ propria erant illius legis, & populi. Quapropter præcepta moralia, quæ non erant propria illius legis, sed per se pertinent ad legem naturæ talem significationem, nec etiam ex consequenti oportet habere. De quo vide Valentia, vbi supra, & 1. part. disputation. 2. quæstion. 1. punto, 1. §. 12. & de significatione istorum, D. Thom, quæst. 105.

Art. III.

Vtrùm præcepta iudicialia veteris legis perpetuam obligationem habeant?

CONCLVSIO est negatiua, quam probat ad Hæb. 7. Translato *Concl. D. Thom. Ad Hæb. 7.* Sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, cum ergo Sacerdotium. Aaron ad Christum fuerit translatum consequenter, & illa lex debuit transferri, & omnino finiri. Notat tamen Diuu. Thomas aliter fuisse euacuata, per Christum cæremonialia, & aliter iudicialia, cæremonialia quidem euacuata sunt, taliter vt iam non solum sint mortua, sed etiam mortifera, iudicialia autem sunt mortua, & ex lege veteri, non habent vim obligandi, non tamen sunt mortifera. Vndè, si quis Princeps, illa in sua Republica instituerret, non peccaret, nisi mandarentur obser-

obseruari, tamquam si haberent vim obligandi, ex lege veteri. Et ratio huius discriminis sumitur ex præcedenti articulo, quia cum cæremonialia, primo, & per se sint figuratiua Christi eorum obseruatio, & permanentia præiudicat fidei Christi, per quam confitemur mysteria illa iam esse completa, iudicialia vero solum sunt figuratiua, ex consequenti, ex vi illius legis, primo autem, & per se, sunt ad disponendum statum populi. Possunt ergo remanere quantum ad id, quod habent per se primo, cum cessatione illius, quod tantum habent ex consequenti, quatenus erant præcepta illius legis, si non maneant, ut præcepta illius legis, sed vt nobiter instituta institutione Principis ad benedisponendum statum sui populi. Etsi contra facias arg. quod iustitia, quam intendunt Iudicilia est perpetua, vt patet ex deffinitione Iuristarum, est enim constans, & perpetua voluntas reddendi vnicuiq; ius suũ: ergo & ipsa iudicialia debent esse perpetua. Respondetur, iustitiam, quidem esse perpetuam, media autem, qualia sunt iudicialia, quibus intenditur conseruatio iustitiæ variari possunt, secundum diuersam dispositionem, aut statum populi, si enim supra diximus, leges esse perpetuas, hoc est ex se, tamen ex parte dispositionis populi possunt, imò expedit multoties mutari, & reuocari, cum ergo status populi sit mutatus, per aduentum Chsisti iudicialia etiam mutari debuerunt, quantum ad vim ipsius legis veteris, nisi alia noba institutione cæperint obligare.

Obiectio.

Solutio.

Art. IV.

Vtrùm præcepta iudicialia possint habere aliquam certã diuisionem?

Concl. D. Thom.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, quia iudicialia erant, per quæ ille populus ordinabatur: ergo ipsa ordinem debebant habere, per inordinata enim res ordinari nõ possunt. Si autem ordinata sunt, & diuisionem debent habere, quia diuisio maxime importat ad ordinem rerum. Ratione, item secũdo probatur, quia lex est quasi quædam ars humanæ vitæ instituendæ. Vndè sicut ars diuisionem regularum habet ad artificiata, ita & lex diuisionem præceptorũ ad ordinandum populum debet habere, ista autem præcepta sunt iudicialia, quæ in quatuor diuiduntur, iuxta quadruplicem ordinem, qui in populo reperiri potest, primus quidem ordo est inter Principem, & populum, secundus est subditorum adinuicem, tertius est eorum, qui sunt de populo ad extraneos, quartus autẽ ad domesticos, vt patris ad filium, vxoris ad virum, domini ad seruum. Primo ergo dãtur præcepta iudicialia ad ordinem seruandum inter Principem, & populum, & qualiter Principi honor, & reuerentia sit exhibenda, secundo dantur iudicialia ad ordinem seruandum inter concibes, vt circa emptiones, & venditiones, & circa lites, & pœnas infligendas alterum nocenti. Tertio dantur præcepta iudicialia de bellis gerendis contra hostes de susceptione peregrinorum, & advenarum, de permisione vsurarum, &c. Quarto dantur præcepta iudicialia ad domesticam conuersationem de seruis, & vxoribus de pluralitate vxorum de permisione repudij de gradibus consanguinitatis, & affinitatis, sed de his late in suis materijs, & Azor tom. 1. lib. 6. cap. 4. & sequentibus, & Valentia citatus supra, art. 2.

Azor. Valent.

Quæst. 105. De iudicialium præceptorum causa & ratione.

Art. I.

Vtrùm conuenienter lex vetus de principibus ordinauerit?

Concl. D. Thom. Num. 24.

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, num. 24. quam pulchra sunt tabernacula Iacob, & tentoria tua Israel, quod vtique dicitur, propter rectum ordinem Gubernationis illius populi. Ad huius autem explicationem, duo sunt supponenda, primum, quod ad rectam gubernationem, requiritur omnes partem habere in Principatu, & regimine, sic enim omnes bono cõmuni, tanquam proprio, in quo partem habent prospiciunt, ex quo maxime pax populi resultat, vt Philosophus, ait 3, Polit.

1. suppon. dum. Arist.

2. *supponē dum.* lit.cap.4.tom.5. Secundum vero debet supponi, ex eodem Philosopho rectum regimen esse in quo vnus principatur, & ad vnum totum regimen deboluitur, qui alijs secundum virtutem præficiat, sub se tamen alios principantes contineat, quod enim vnus debeat principari super omnes conducit ad pacem. Vndè si plures gubernent in tantum pacem conseruabunt, in quantum vnitatem vnius imittentur, quia virtus vnita fortior est, quam diuisa & hoc etiam in naturalibus reperitur, regimen enim omnium membrorum reducitur ad vnum caput animaliaque gregatim viuentia vnum rectorem agnoscunt, vt videre est in apibus, & gruibus, imò & in astris vnum primum mobile cognoscitur Deusque in sua dispositione, sic procedit constituit enim in Iudaico populo vnum Pontificem omnibus Sacerdotibus Prælatum, cui non parere capitale erat, & in lege Euangelica vnum, primum pastorem, & Papam constitnit, & in cœlo tot milia Angelorum per suos ordines diuisit in vno quoque suum Principem instituens, & omnibus, denique creatis vnus Deus Prrinceps, & gubernator assistit, cum hac tamen vnitate Principis, inquit, D. Thom. hic, & supra quæst. 95. artic. 4. Conueniens est alios inferiores principātes assignare, vt sic omnes in regimine partem habentes: melius bono communi, ab omnibus prouideatur, & si objcias, in hoc Diu. Thom. videri in volbere contradictionem, cum ex vna parte dicat optimū regimen esse reducendum ad vnum Principem, & ex altera affirmat esse optimum regimen si inter pluries diuidatur. Respōdetur tamen, optimum esse vnum tantum præsidere si ille virtute sit omnibus, & singulis præstantior: nam alijs præfectus illis melior debet esse, sed quis est hic, & laudauimus eum: si ergo vnus omnibus melior reperiri non potest in plures, vni tamen subditos regimen diuidatur. Itaque secundum se melius esset ad vnum tantum regimen reducere, si vnus ad hoc aptus reperitur, quia tamen moraliter, hoc non reperiretur optimum est regimen in plures, vni tamen subditos diuidere. quod & Reges modo faciunt Cubernantes, per Senatores, & consiliarios, imò formaliter loquendo non est, hoc ab vno regimen distrahere. quia vbi sunt plura, propter vnū ibi est vnum tantum, imò Deus cum sit ipsa sapientia, nullius consilio aut auxilio egens subditos ministros, & principantes ad regimen, tam naturale, quam morale, velut causas secundas à sumit.

Vt autem prædicta commoda ex regimine vnius Principis in Republica eueniant oportet, inquit D. Thom. Principem, & Regem ex ipso populo Cubernando eligere electoresque ipsius Regni esse, vt ex amore proprię patrię, & electio electorum, & regimen Principis electi vt ex actus, & bono communi suaue, externi enim electores, aut Princeps extraneus, non ita bono Reipublicæ prouidebunt. Hunc ordinem Deus seruabit, cum populo Iudaico, elegit enim Moysem (& quēlibet successorem eius) vt vnum totius populi Gubernatorem, quod est quædā species Regni, adiunxit autem ei ad regimen septuaginta duos seniores, secundum virtutem, & hos quidem de illo populo, vt patet Deut. 1. Tulli de vestris tribubus viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, & Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros sapientes, &c. Ex speciali autem amore ad illum populum titulum Regis, & regimē vnius Principis, sibi reseruabit, vt speciali cura, ab ipso regeretur, vt patet Deut. 7. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, & si quem Vicarium vnum in illo populo voluit habere nolluit, vt ab alio, quam ab ipso Deo immediate esset electus, quod agnoscens Moyses, num. 27. Ait prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui si super multitudinem, hāc & sic dominus elegit Iosue, vt post Moysem populum Gubernaret, & de alijs iudicibus post Iosue, dicitur, quod Deus suscitauit populo Saluatorem, & quod spiritus Domini fuit in eis, vt patet Iudicum, 2. Aut secundo inquit D. Thom. Deus illi populo à principio Regem, non constituit, quia licet Regnum sit optimum regimen, vt dictum est, hoc tamen, si non corrumpatur, de facili enim, propter magnā potestatem Regi concessam regimē degenerat in tyranidem, nisi sit perfecta virtus eius, cui talis potestas conceditur, quia nō est, nisi virtuosi, bene ferre bonas fortunas, vt Philosophus, ait 10. Ethicor. Perfectæ autem virtus in paucis inuenitur, & præcipue cum Iudæi crudeles essent, & ad auaritiam proni, per quæ homines, maxime in tyranidem decidunt, ideò Dominus eis à principio Regem non cōstituit cum plena potestate, sed iudicem in eorū cūstodiam, postea autem per indignationem eis Regem postulantibus concessit, 1. Reg. 8. Quam indignationem explicuit dicens Samueli, non te abiecerunt, sed me

Not.

Deut. 7.

Num. 27.

1. Reg. 8.

ne

ne Regnem super eos, & similiter, propter dissensiones, maxime contra Dauid iustũ in pœnam diuisit Regnum in plures Reges. Vnde Oseæ. 13. Dabo tibi Regem in furore meo, & Oseæ, 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me Principes exciterunt, & non cognoui, semel autem Deus determinatus eis Regem concedere, conditiones Regis instituit, vt in eius electione expectaretur iudicium Domini, & vt non esset alterius gentis, quia Rex alterius gentis, vt parum afectus non curat de bono populi, instituit etiam, vt non multiplicarent, sibi currus, & æquos, neque vxores, neque immensas diuitias, ne ẽxcupiditate istorum in tyranidem declinarent iustitiã derelinquentes. propter quod Sacerdotibus alimenta designauit, non autem Regibus, quia cum Sacerdotes essent ex determinata familia, non habente substantiam temporalem, nec peculium in hæreditate populi decisinatum, necesse fuit eis in alimẽta, decimas, & inoblationibus, & sacrificijs partẽ assignare, cũ tamẽ Reges extoto populo assumerẽtur, ex sua familia certas possessiones propias haberẽt ex quibꝰ viuere possent, nõ amplius eis concesit ne diuitijs abũdarẽt aut magnifico aparatu, ne ex his ad superuiam, & tyranidem erigerentur, & etiam quia si principatus ex vna parte, est laboriosus, & solicitudine plenus, & ex alia parte, nõ ei diuitiæ abundarent, sic tolleretur à popularibus Regnam di affectus, & seditionis materia, nec facit contra hoc illud 1. Reg. 8. hoc erit ius regis, qui imperaturus, est vobis filios vestros tollet. &c. Quod ad magnificam opulentiam, & abundantiam Regum videtur pertinere, non inquam facit contra dicta, quia illud non à signabatur ex institutione diuina sed potius prænuntiabatur vsur patio Regum qui sibi iusiniquum constituunt in tyranidem degenerantes, & subditos de prædantes, quod pater ex sequentibus, vosque eritis ei serui, quod proprie pertinet ad tyranidem reges, non debent habere subditos, & vassallos, non seruos, doctrina expressa, & de verbo ad verbum, est D. Thom. hic Notat tamen aliquando hoc posse facere reges si adbonum commune oportuerit cabeant, tamen ne prætextu boni communis suam vtilitatem, & nimium Faustum quærant, & adhoc Theologi consulentes tributa, maximè, debent atendere ex doctrina, D. Thomæ.

Not.

Tandem Deus instituit qualiter reges se debeant habere circa Deum, vt scilicet semper legerent, & cogitarent de lege Dei, & semper essent in Dei timore, & obedientia, & qualiter se debeant habere circa subditos: vt non superbe eos contemnerent, aut oprimerent, nec etiam à iustitia declinarent, hæc sunt, quæ de institutione regis modo agit D. Thom. multa autem alia, quæ disputari poterant videlicet vtrum, sit de ratione regis esse supra singulos, & non supra omnes simul, & vtrum sit melius esse Regem per electionem quam per hæreditatem, & sanguinis successionem, & vtrum res publica proli bito possit mutare Regẽ repellendo vnũ, & eligendo alium, & vtrum possit dare auctoritatem gubernandi vni, vel pluribus pro sua voluntate, & vtrum rex, sit Dominus bonorum subditorum, sic vt in proprios vsus possit res subditorum, conuertere alterius, est loci vidæ, 2. & 3. & 10. Polit. & ibi D. Thoma, & opus de regimi principum à cap. 2. vsque ad 8. & 1. part. qnæst. 103. art. 3. & 4. contragent. cap. 76.

Art. II.

Vtrùm conuenientur fuerint tradita præcepta iuditialia quantum ad popularem cõuictum?

CONCLVSIO Est affirmatiua, quam probat quia, vt dicit tullius populus, est cætus multitudinis iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus, communicatio autẽ, est duplex altera, quæ fit autoritate Principis, secũdum quod populus à Principe Gubernatur. Alia quæ fit propria voluntate personarum priuatarum per conuictum ad inuicem voluntarium, secundum primã cõmunicationem ponuntur leges forenses. De institutione iudicum, de Ordine iudicij seruandi de muneribus à iudicibus, nõ recipiendis, ne iuditium corumpatur de numero testium ad plenam probationẽ, & sententiam ferendam. De pœnis in fligendis prodibensis delictis, secundum verò communicationem voluntariam ad inuicem ponũtur leges de distinctione possessionum de vsu communi, & particulari illarum, de illis non alienandis in perpetuum, sed quod post tantum tempus ad Priores Dominos deberent redire, de

Concl. D. Thomæ Tullio.

iure hæreditario possessionum inter cognatos seruando. De communicatione possessionum proximi, & vsu illarũ, vt quod ingrediens vineam alterius possit comedere, & non extrahere, quod pauperibus manipuli, & fructus, & racemi obliti relinquerentur, & quod de fructu septimo anno communiter participarent. De liberalitate tribuendis leuitis, peregrinis, advenis, pupillis, & viduis. De precio emptionis, & venditionis, & locationis. De mutuo sine vsura, de depositio seruando, Qualiter damna rei mutuatæ, velinde posito sint resarcienda de omnibus istis completissime affert D. Thom. leges in solutionibus argumentorum, & incorpore, itavt non sit necesse, nec vnum verbum super addere aut explicare, sed illa in D. Tho. legere. Quapropter clarissime probat sufficientiam legum, & rectum ordinem institutum quantum ad popularium conuictum.

Art. III.

Vtrùm iudicialia præcepta sint conuenienter tradita, quantum ad extraneos?

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, per distinctionem, nã connersatio hominum, cum extraneis potest esse duplex altera pacifica. Alia vero hostilis, quantum ergo ad communicationem pacificam, cum extraneis instituit legem Deus misericordiæ seruandæ, cum peregrinis extraneis, per terram Iudæorum transeuntibus, & cum eis, qui ad habitandum in terra eorum advenirent, & cum eis, qui ad ritum, & legem eorum seruandam conuerterentur. Qualiter isti recenter conuersi, non statim ad consortium popularem admitterentur, & ea tractanda, quæ populi sunt, nam amore parum radicato ad populum, aliqua mala contra ipsum possent molliri, quidã ergo ex istis ut Egiptis, cũ quibus populus Iudaicus est nutritus, & Idumei filij Esaufratris Iacob, admitebantur ad consortium populi in tertia generatione Ammonitæ autem, & moabitæ, & à malechitæ, qui semper fuerunt hostes, & cum quibus nullam cognationem habebant perpetuo manebant separati, numquamque ad consortium populi admitebantur, fuit tamen aliquando dispensarum, propter eximium actum virtutis, cum aliquibus, vt cum Achor Duce filiorũ Ammon, Iudic. 14. Et cum Ruth. moabita, vbi notat huiusmedi perpetuã separationem istorum esse, quantum ad conuictum temporalem populi, & communicationẽ officiorum, quæ ad regimen pertinebant, nam quantum ad cultum, & ea quæ ad salutem animæ pertinebant nullus illorum excludebatur, sed statim cõuersi ad hæc admitebantur, nam in his, vt dicitur Acto. 10. Non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Quantum ad communicationẽ hostilem, cum extraneis etiam conuenientissime Deus leges instituit, vt quod bellum iuste iniretur, quod ante pugnam pacem offerrent, quod bellum inceptum fortiter prosequerctur posita fiducia in Deo, & ad hoc Sacerdos eos confortaret promitendo auxilum Dei, vt impedimenta belli remoberentur, remitendo in suas domos, qui impedire possent, tandẽ quod victoria moderate vterentur, parcendo mulieribus, & paruulis, & ligna fructi fera Regionis non inciderent, vt sibi profica remanerent, de quibus omnibus, & singulis copiose, & clarisime D. Tho.

Iud. 14.

Acto. 10.

Dubitatur.

Vtrùm statuta, quæ in quibusdam Ecclesijs, & religionibus obseruãtur vtqui ex Iudæis vel Sarracenis originẽ trahunt ad Religionis, vel Ecclesie ingresum non admittantur licita sint, & cõuenientia?

PARS negatiua probatur. Primo ex illo Pauli, quicumque in Christo Iesu babtizati estis Christum induistis, non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina, ergo in christianismo, non attenditur natio, aut conditio, aut sexus, aut qualitas personarum, & ad Colosen. 3. Fere idem habetur dum dicitur non est gentilis, nec Iudæus, circuncisio, & præputium, Barbarus, & Scitha, seruus, ac liber, sed omnia, & in omnibus Christus.

Arg. 1.

Confir-

Conf. Cõfirmãtur, quia Rom. 11. Potius in Christianis modo, docet Iudæos esse præferendos, dũ inquit si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium quanto magis plenitudo eorum, & rursus, quòd si delibatio Sancta est, & massa, & si radix Sancta, & rami, & infra comparat Gentilem conuersum ramo naturali, & tandem concludit Israelitas cæteris gentibus anteponendos, si quidem gentes introductæ sunt Inchristianorũ cætum, & salutem sunt cõsecutæ, vt Israelitæ tandem conuerterentur.

2. Arg. Secundo probatur, ex Concilio Basilien si sess. 9. vbi dicitur ne sint commertia Christianorum, cum Iudæis, & in fauorem Iudæorum, qui conuersi sunt subditur, vt qui per gratiam Baptismi ciues Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur hoc lege statuimus, vt ciuitatum, & locorum inquibus Sacro Baptismate regenerantur priuilegijs libertatibus, & munitatibus gaudeant, qua ratione dunta xat natiuitatis, & originis alij consequuntur.

3. Arg. Tertio ratione, quia oppositum odiosam facit Religionem nostram, & difficilis efficitur conuersio illorum quisciunt, si cõuertantur infames futuros internos, qui in sua Religione honorabiles habebantur. *Conf.* Confirmantur, quia acceptio personarum mala est, maximè in Christianismo Iacobi 2, nolite in acceptionem personarũ accipere fidem Domini nostri Iesu Christi, quia secũdum hoc prætermisis dignioribus, & sapientioribus, cũ magno Ecclesiæ detrimento eliguntur minus digni ad officia, & dignitates, & edificationem Corporis Christi, solum vt eligantur, qui ex gentibus nati sunt, relictis qui ex Iudæis, ergo talis ordinatio, non est licita, nec conueniens.

1. Concl. Medina. Prima Conclusio, statuta Religionũ aut Ecclesiarum, aut Collegiorum, quòd natione Iudæi, aut Sarraceni non admittatur licita, & conuenientissima sunt, hæc conclusio probatur à simili, sicut enim Ammonitæ Moabites, & Amalechitæ in pœna præcedentium delictorum pribati erant in perpetuum dignitatibus, & honoribus in populo Iudaico, etiam si ad legẽ Mosis conuersi essent, ita non mirum, quod Sarraceni, propter continuam persecutionem Christianorũ, & Iudæi propter peccatum mortis Christi sint in perpetuum honoribus in Ecclesia pribati, & hoc adeò censet Medina conueniens, vt oppositum asserat esse dogma hæreticũ, *1. Tim. 3.* & videtur probari 1. Thim. 3. vbi Paulus Neophytum, id est nobiter conuersum prohibet eligi in Episcopum, ne occasione noui honoris in superbiam elatus incidat intentationem, & in laqueum Diaboli, & in Concil. Trid. præcipitur de ordinandis, & consecrandis prius fieri examẽ verum de moribus, & genere, & natalibus extantque statura auctoritate Ecclesiæ confirmata, in Ecclesia Tolletana, & Collegijs Vniuersitatũ, & Religionibus D. Iacobi, & alijs militaribus, & Sancti Dominici, & Hyeronimi, nec potest dici in re tam graui Ecclesiam errare, & qui oppositum ausi sunt asserere coacti sunt à Tribunali Sãctæ Inquisitionis retractare sententiam, hæc veritas, etiam habetur in Concil. 4. Tollet. cap. 64. & refertur 17. quæst. 4. cap. constituit, vbi dicitur Iudæis, & qui ex Iudæis sunt officium publicum, nõ comitatur. Videatur, ibi glossa Archidiaconus, & ratione probatur conclusio, quia si Tribunal Sanctæ Inquisitionis merito delinquentes in fide pribat habitu serico, & honorifico auro, & geminis, & ornatu precioso, quare nõ etiam merito prædicti in pœnam delictorũ, non poterunt priuari dignitatibus, & officijs honorificis, minus enim esset inconueniens, eis vestimenta serica concedere, quam de illis dignitates, & officia confidere, nam per hæc traditores fidei, & fidelium poterunt esse, etsi ad hoc signo exteriori ab Inquisitione notantur, vt cum eis, non tuta habeatur conuersatio, quo modo erit conueniens illos per dignitates, & officia in Magistros, & exemplaria morum præbere sub, vellamine enim dignitatis faciliter simplices decipere potetunt denique, hæc est maxima gloria nationis Hispaniæ, maximè inter omnes fide lucentis, vt non sit contenta expulsione Iudæorum, & infidelium, maximo cũ detrimento bonorum tẽporalium in Regno, & tributorum Regibus exhibendorum, sed etiam semen, aut feces eorum nolit ad dignitates, & honores recipere, nesi honore occultentur damnum occulte, in fide possint inferre. Quapropter maximè aliqui decipiuntur dicẽtes huiusmodi statuta vergere in infamiã nostræ nationis, quia per hæc inter nos apparent tot tãti, qui nationis illius prauæ de quibus inter alias nationes, non constat, dico enim certũ esse inter alias nationes plures esse Iudæorum, cum à nobis expulsi ad illas declinauerint, quòd autem apud alias nationes, non inoteseant, quia talia statuta, non sint vergit in damnum fidei illarum,

Conc. Tolet. 4.

quæ

quæ quotidie periclitatur propter inimicos fidei occultos inter nos autem fides manet firma, quia hoſtibus cognitis facilior, eſt fidei defenſio, & damni euaſio, & certe, qui huiuſmodi ſtatuta nituntur euertere, non longe ſunt ab intentione libertatis conſcientiæ concedendæ.

2. Concl. Secunda Concluſio, magis neceſſariũ, & cõueniens eſt, quòd prædicta ſtatuta ſeruentur, vt aliqui recipiantur in mini*Not.* ſtros Inquiſitionis. Ad huius probationem prænotandum magnitudinẽ, & ſplendorem Monarchiæ Hiſpaniæ, ideò melius omnibus alijs conſeruari, quia in illa fides Chriſtiana magis viget, in huius enim præmium Deus optimus maximus, Regibus Hiſpaniæ minori exercitu pugnantibus, contra in fideles Inſignes victorias tribuit, cum ergo ad fidei conſeruationem tanti momenti, & tam neceſſarium ſit Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, ideò Reges Hiſpaniæ: tanto celo hoc Tribunal conſeruare procurarunt, ne forte illo defitiente, & fides deficeret, ſicut in alijs Regnis vicinis noſtris, ex minoribus (forte) peccatis fides defecit, per deffectum vigoris huius Sancti Tribunalis. Qua propter optimum conſilium ſtatus Chriſtiani eſt hoc Tribunal tueri, vt ipſo fidẽ deficiente temporalis ipſa Monarchia conſeruetur. Conſeruare autem, & tueri hoc Sanctum Tribunal, non eſt tantum officia, & ſtipendia Tribunalis fundare. ſed magis perſonas idoneas ad executionẽ huius muneris probidere quales ſunt natione Gentiles nulloque modo, ex Saracenis, aut Iudæis deſcendentes origine, de iſtis enim valde timeri poteſt, quod ſuã radicem, & pro ſapiani ſapientes, fi audulenter res fidei tractent, & remiſſe. Se habeant impuniendo infideles memores ſuorum prædeceſſorum, quod tales fuerint quales admanus, eius alij veniunt puniendi. Et certe ſi magna eſſet in prudentia cuſtodiam caſtri comitere filio olim tradi toris illius ita, & hoc Tribunal, quod eſt caſtrum in defenſionem fidei fundatum comitere illis, qui ab Iudæis ſemper volentibus Eccleſiam tradere, & funditus euertere deſcẽdunt, & originem trahũt. Et multo magis, & ex actius deberet fieri examẽ natalis ad officium Inquiſitionis, quam ad habitum Religionum Millitariũ, quia cum finis iſtarum Religionum ſit hoſtes de bellare armis, ad hoc magis conducit fortitudo, quam fides, cum autem finis Sanctæ Inquiſitionis, ſit fidem conſeruare, maximè conuenit milites huius intenti in fide eſſe firmos, ex ſua origine, quia qui ex ſe firmus, non eſt, non bene alios firmare poterit, prius enim Chriſtus firmauit fidem Petri decens, ego rogaui prote, vt non deficiat fides tua, poſtea autem commen dauit illi confirmationem aliorum dicens, & tu conuerſus confirma fratres tuos.

Notandum tamen dictis, non obſtan*Not.* tibus, quod ſicut D. Thom. Ait ab illa regula Generali, non recipiendi ammonitas ad honores populi in perpetuum propter eximium actum virtutis, achor appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſsio generis eius. Ita & in Eccleſia aliquando, ſi aliquis eximice virtutis, aut literaturæ eſſet, bene & congruenter, cum eo fieret diſpenſatio ad huiuſmodi honores, & dignitates, quia in tali caſu, non timeretur periculum explicatum, & hac ratione, ex quodam breui Apoſtolico digne, & laudabiliter diſpenſatum eſt, cum Domino Paulo Archiepiſcopi Burgenſi, & ſucceſſoribus eius, vt ac dignitates honores collegia, & Inquiſitionem poſſent ad mitti.

Ad argumenta poſita à principio fa*Ad 1. Arg. D. Thom.* cilis eſt ſolutio, ex dictis, non enim prohibentur à neccẽſarijs ad ſalutem animę, & conſecutionem vitæ eternæ, ſed à temporali commertio indignitatibus, & honoribus, vt ait D. Thom. ad 1. in pænam peccati, & propter inconuenientia porpoſita. Qua propter non eſt acceptio perſonarum, quia liçet aliquando, ex vna parte propoſita in argumentis, videantur digniores tamen ex alia parte propoſita in concluſionibus ſunt, minus idonei ad tales dignitates, & officia. Si autem ex omni parte aliquis nimis doctus, & virtuoſus, & ſecurus in fide inueniretur, iam diximus, optimum conſilium fore, cũ illo diſpenſare, ſed talis raro inuenietur, & ſtatuta reſpiciunt, ſicut leges id quod frequẽter contingit.

Art. IV.

Vtrùm conuenienter lex vetus præcepta ediderit circa domeſticas perſonas?

CONCLVSIO Eſt affirmatiua, quam probat, quia comunio domeſtica

Concl. D. Thom. mestica secundum Philosophum, 1. Polit. cap. 2. tom. 5. Est secundum quotidianos actus ordinatos ad necessitatem vitę, hæc autem dupliciter conseruatur. Primo, quantum ad individuum, & ad hoc conducunt exteriora bona necessaria ad victum, & bestitum, & alia huiusmodi vitæ individui necessaria ad quæ ministranda serui necessarij sunt. Secundo conseruatur vita, quantum ad speciem per generationem ad quam indiget homo vxore, vt exilla generet filium: Ex quo sequitur, quod in domestica communione triplex habitudo consideratur Domini ad seruum viri ad vxorem patris ad filiũ, & quantum ad hoc lex vetus conuenientia præcepta instituit, quantum ad seruos enim instituit, vt modeste tractarentur, & nenimis laboribus affligerẽtur, Deut. 5. Et si quis seruũ mutilaret liber maneret, Exod. 21. Et similiter si ancillam in vxorem duceret libera maneret, & circa seruos ex illo populo dispositi, vt septimo anno liberi essent exirentque, cum omnibus quæ attullerant, etiam vestimentis, vt habetur, Exod. 21. Et eis daretur viaticum, Deut. 15. Circa vxores vero instituit, quod essent ex eadem tribu ne sortes triuum confunderentur habetur, Num. vlt. Et quod quis ducat vxorem fratris defuncti, sine liberis, vt saltem haberet successorem secundum ad optionẽ, vt habetur, Deut. 25. Prohibuit etiam alienigenas ducere in vxores propter seditionem vitandam, & propinquas, propter reuerentiam naturalem eis debitas, & qualiter vxores sint benigne tractandæ, & non infamandæ, & grauiter puniendũ, qui falsum crime vxori in posuerit, vt habetur, Deut. 23. Item quod filius propter odium vxoris damnum, nõ pateretur, Deut. 21. Et etiam, quod vir propter odium vxorem, non male tractaret, sed potius dimitteret, & repudiaret, Deut. 24. Item vt vir vxori maiori amore copularetur instituit, ne viro à principio coniugij officium Reipublicæ, quod ipsum ab vxoris familiari communione posset distrahere, non commendaretur, circa filios autem instituit qualiter patres eos docerent, & instruerent in fide, Exod. 12. Deut. 21. in moribus, Deut. 21. Hæc omnia amplius, & clarius, explicat, D. Thom. In solutionibus argumentorum, vide in ipso, quia vtilissima sunt.

Deut. 5. Deut. 25. Deut. 21. Deut. 24. Exod. 12. Deut. 21.

Not. ex Medina. Circa illud vero, quod dicitur fœminas, non posse nubere, nisi cum viris ex eadem tribu, Medina hic docet, qualiter excipiatur tribus Leui, quia ex mistione illius, cum alia tribu Iuda Christus futurus erat Rex, & Sacerdos, & qualiter, id etiam intelligatur de fœminis succedentibus in hæreditatem paternam, ne sortes confunderentur, ex vna ad alteram tribum; non autem de fœminis, non succedentibus in paternam hæreditatem, sed quæstio hæc scripturaria est, & ideò omittenda modo. Vide Medinam, & D. Thom. 4. distin. 30. quæst. 2. art. 1. quæst. 3. Lyram num. 36. Burgensem, Iudic. 10. Abulensem Iosue, 6. Caietanum citatum à Medina, & reliquos expositores. Exod. 6. 4. Reg. 11. 2. Paralip. 22. Luc. 1.

Vide D. Thom. Medinam. Lyram. Burgensẽ. Abulẽsem Cayetanũ.

Quæst. 106. De Lege Euangelica.

Art. I.

Vtrũ lex noua, sit lex scripta?

CONCLVSIO Sit, quod lex noua, & Euangelica principaliter est indita in corde secundario vero, est scripta.

Dubium est.

Vtrùm conclusio Diui Thomæ verum habeat?

Not. PRO Huius resolutione notandum, quod lex sumitur. Dupliciter primo prodictamine practico rationis dirigente intellectum, ad quid faciendum, vel cauendum sit. Secundo modo pro inclinatione, & propensione apetitus ad aliquid faciendum, vel fugiendum, in quo sensu, Rom. 7. Propensio, seu inclinatio concupiscentiæ, lex membrorum appellatur, & inclinatio brutorum, supra diximus, quod est quædam participatio legis eternæ, estque ratio legis dicta deutroq; per Analogiam, nam sicut lex in prima acceptione habet cogere, & obligare: ita & in secunda magis enim, videtur aliquẽ propẽdere, ad opus per inclinationẽ, quã per dictamen etiam practicum, quia per dictamen ducitur, quasi metu per inclinationem, autem amore, per hoc ergo ratio legis dicta de primo extenditur per similitudi-

Rom. 7.

tudinem ad secundum. Similiter ergo in presenti lex noba, & Euangelica, dicitur. Dupliciter primo de ipsa gratia, & charitate, quam Spiritus Sanctus efudit in nos abunde, vt per ipsam inclinemur ad opera bona, & cælestia, vt ipsa opere complea mus. Secundo dicitur, de dictamine practico, vel præcepto, aut collectione præceptorum ad quæ gratia, & charitas inclinat. Si ergo ista duo considerentur in ratione significati per hoc nomen lex per prius dicitur, de collectione præceptorũ. Analogice autem, & secundario dicitur de gratia, tanquam de causa effectiua, & affectiua operum præceptorum, & finali ipsorum, quia vt dicitur Rom. 13. & Gallat. 5. Plenitudo legis, est charitas. Si autem ista in ratione rei considerentur principalior est gratia, quia causa tam effectiua, quam finalis principalior est suo effectu, nec mirum est, quod id, quod in ratione rei est principalius, in ratione significati, sit minus principale, vt dicunt Sumulistæ, de hac voce Leo primario dicitur, quantum ad significationem, de vero Leone, & secundario, & per similitudinem de Christo licet, in essa rei Christus, sit excellentior. Diuus ergo Thomas, non loquitur de principalitate Grammaticali significationis huius vocis lex, sed de principalitate rei, & quia sic gratia principaliter, est lex noua secundario vero, tanquã ex illa causata est lex, & agregatio præceptorum Euangelij, ideò dicit, quod lex Euangelica principaliter est in cordibus. Secundario vero est scripta, quia gratia, & charitas diffusa est in cordibus nostris, præcepta vero scripturæ mandantur qualiter autem, vtraque pars vera sit explicatur in conclusionibus.

1. Concl. Prima conclusio, lex Euangelica principaliter, est indita, in corde. Secundario vero est scripta hanc docet, D. Thom. hic, & eius discipuli, Soto, 2. de iust. quæst. 7. num. 1. Salmeron, tom. 1. in Euang. Prologom. 26. & 2. Cor. 3. & Hebræ. 8. Barrada tom. 1. in Euang. lib. 1. cap. 2. D. Aug. 15. contra Faustum, cap. 4. Theophil. 2. Cor. 3. D. Hier. Psalm. 21. sup. illud, factum est cor meum, tanquam cera liquescens, vbi nomine cordis intelligit Ecclesiam charitatis igne emolitam, & ratio pro prima parte, est manifesta, nam si principaliter lex Euangelica dicit gratiam, & charitatem, hæc in anima, & corde certum est residere, & hoc tanquam de fide, docet ad Heb. 8. ex illo Ierem. 31. Hoc est testamentum, quod disponam domui Israel, post dies illos dauo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscriuam eas, hoc enim explicat D. Paul. de lege Euangelica, & hoc iterum docet, 2. Cor. 3. Epistola estis Christi ministracta à nobis, & scripta nõ atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabullis cordis carnalibus. Etsi contra arguas, nam etiam patres antiqui gratiam, & charitatem habuerunt, ergo non minus ratione gratiæ dicetur illa lex scripta in cordibus, quam lex Euangelica. Respondetur, quod vt supra diximus, illa lex formaliter, & ex proprijs, non conferebat gratiam, sed qui illam habebant erat virtute Christi venturi. Vndè illa collatio gratiæ ad legem Euangelicam pertinebat, & per illam erant incoatiue Christiani nostra autem lex, ex propria ratione habet causare gratiam, vnde lex gratiæ appellatur, vnde specialiter dicitur esse in cordibus ratione gratiæ, quam causat. Secunda vero pars cõclusionis patet, nam secundario lex Euangelica dicit collectionem præceptorum fidei, & Sacramentorum, & etiam moralium, hæc autẽ scripta sunt ab Apostolis, & Euangelistis.

D. Thom. Soto. Salmerom Barrada. D. Aug. Theophil. AdHeb. 8 Ierem. 30. 2. Cor. 3. Obiectio. Solut.

2. Concl. Secunda conclusio, lex Euangelica etiam sumpta pro collectione mandatorũ principaliter est indita in corde, & secundario est scripta. Itaque lex Euangelica licet sumpta pro collectione præceptorũ, sit secundario respectu legis Euangelicæ sumptæ pro gratia, tamen ipsa sumpta pro collectione præceptorum consideratur principaliter, & secundario, & principaliter est in corde, & secundario est scripta in quo distinguitur à lege veteri, ista enim principaliter erat scripta, & secundario erat, quod in mente, aut memoria, aut voluntate retineretur, lex autem noba principaliter, insita est in corde secundario vero scripta est ab Apostolis, aut Euãgelistis, quam differentiam assignat, D. Aug. de Spirit. & lit. ca. 17. & Chrisost. tom. 3. hom. de Spiritu Sancto in Pentecostem, rationeque id probatur prima pars, nam lex vetus erat præcipue, lex factorum extrinseceque imposita ad terrorem, noba vero est lex fidei viua intus posita, vt homines iustificarentur, vnde illa principaliter debuit scribi, ista vero secundario. Quapropter antequam Euangelium Matthæus scriberet, lex erat Euangelica, vtique in cordibus hominum, & hoc certe ad nouum, & excellentissimum Legislatorem pertinebat, vt nobo modo le-

D. Aug. D. Chrys.

gem

gem, instituere t, per lapsum, in cordibus, non terribili clangore buccinæ proposita, sed molli oratione interius loquentis,

Obiectio. Etsi cõtra fatias arg. quia etiam lex naturalis principaliter, est indita in corde, iuxta illud Psal. signatum est super nos lumen vultus tui Domine, ergo hoc, non

Solutio. est proprium legis Euangelicæ. Respon-

D. Thom. detur, ex D. Thom. ad 2. quod lex naturalis, est indita, quasi pertinens ad naturam, lex vero Euangelica, quasi superaddita ad naturam per gratiæ donum. Item lex naturalis est indita indicans, quid sit faciẽdum lex vero Euangelica, etiam adiubãs ad implendum, & ideo appellatur lex Spiritus, & vitæ quia dat Spiritum, & vitam adimplenda ea, quæ præcepta sunt. Secun

2. Pars. Con. Prob. dauero pars conclusionis, quod hæc lex provt importat præcepta secundario sit scripta patet, cum Euangelistæ in scribendo, hanc legem suum munus exercuerint post institutionem, & publicationem eius in die Pentecostes. Notãdũ tamen, quod

Not. licet lex Euangelica, vt importat præcepta, sit secundario respectu gratiæ, & provt scripta sit secũdario, respectu illius provt incorde, tamen tam lex præceptorum incorde, quam in scripto, nõ in proprie est lex, sed proprie licet secundario, hæc tamen distinctio principalis, & secundarij, non reperitur in hoc nomine Euangeliũ, quia licet hoc nomen lex Euangelica dicatur principaliter de gratia respectu præceptorũ, & de præceptis incorde respectu præceptorũ in scriptura, hoc tamen nomẽ Euãgelium proprie solum sumitur pro lege Euangelica, provt ab Euangelistis, est scripta.

Dub. Restat tamen dubium quare Christus, non scripto à principio suam legem tradiderit, sed incorde relinquens illam scribẽ-

Resp. D. Thom. dam ab Euangelistis. Respõdet D. Thom. 3. part. quæst. 42. art. 4. id fuisse conueniens primo, propter dignitatem ipsius, quo enim excellentior, est Doctor, eo excellẽtior debet esse modus docẽdi illius,

Matth. 7. cum ergo Christus excellentissimus omnium, sit Doctor, de quo Matth. 7. Erat docens eos, sicut potestatem habens, ideò excellẽtissimo modo debebat docere verbo suam Doctrinam cordibus imprimens, ad hoc enim scriptura ordinatur, vt Doctrina mentibus imprimatur, excellentius ergo erit Doctori, si sine scriptura suam Doctrinam mentibus infundat quod, & arroganter aliqui Philosophi, sibi vsurpa

Pythagoras. revoluerunt pithagoras, enim nihil scripsit, & Socrates ad fabulas Æsopi parbos versiculos adidit, vide Aug. lib. de cõsen. Euang. c. 7. & 8. & lib. 6. de Trin. cap. 2. Secundo inquit D. Thom. id fuit conueniens propter excellentiam Doctrinæ Christi, quæ litteris cõprehendi, non potest. Secundum illud, Ioan. vlt. sunt, & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribẽdi sunt libros, quod inquit Aug. tract. vlt. in Ioan. Intelligendum, non de capacitate loci, sed de capacitate legentium, si ergo Doctrina Christi litteris mandaretur, nihil altius de illa homines existimarent, quam quod scriptura contineret. Tertio inquit D. Thom. id fuit conueniens, vt Doctrina eius ordine quodam ad omnes perueniret manifestando illam Apostolis, & illi ceteris per scripturam, alias enim si Christus litteris mandasset transcribẽdo à Christo immediate ad omnes perueniret, scriptum autem erat Prob. 9. de sapientia diuina, quod misit ancillas suas (hoc est mini-

Prob. 9. stros) vocare ad arcem (hoc est ad Ecclesiam, quæ præsidium est fidelium) superaddit autem ad D. Thomã, ex Salme-

Sacmeron. Salas. ron, Salas hic disp. 24. sec. 3. & aliàs rationes, nimirum id fuisset conueniens, quia non decet, quis laudari ore proprio, sed

Prob. 27. alieno, Prob. 27. Laudet te alienus, & nõ ostuum, ne forte aliquis contra ipsum falso obiceret illud Ioan. 8. Tu dete ipso testimonium perhibes, & testimoniũ tuũ, non est verum. Item ne scriptura Christi alia prophetarum vilescerent item, quia olim, quasi absens congruebat scribere modo autem quasi præsens loqueretur, in

Galat. 4. filio, ad Galat. 4. Item ad auctoritatem fidei Ecclesiæ, quæ sine scriptura illo tempore, sine controuersia traditione diuina veritatem Euangelicam retinebat. Item, quia quę Christus docuit maiori ex parte erant præcepta naturalia, aut gratię conaturalia, quæ non ita pro tunc à memoria poterant excidere, maximè Spiritu Sancto sugerente, ne autem per temporis elapsum Doctrina Christi oblibioni traderetur voluit suos Apostolos, & Euangelistas scripturæ mandare, hoc ipso Christo dictante, & quasi suis manibus (cum mẽbra eius essent Apostoli) scribente, id solum, quod nos scire voluit alia reticendo, sic enim, ait Esaias, quam speciosi pedes Euangelicantium, & Ezehiel 1. assignat rationem dicens de illis animalibus significantibus Apostolos, & specialiter Euangelistas, & manus hominis (Christi qui filius hominis est) sub plantis pedis eorũ

(vtique

(vtique ad dirigendos pedes eorum inuiã pacis prædicationis Euangelicæ) & clarius idem Propheta, cap. 10. & aparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pœnas eorum, vt significaret subtus pœnas, aut calamos Euangelistarum esse manum hominis Christi dirigentis, & dictantis scripta Euangelistarum, nec hoc minuit credulitatem nostram, nã qui scriptis Euangelistarum, non crediderit, nec etiam scripturæ Christi crederet, cũ scriptura Euangelistarũm, vt dictum est sit ab ipso dictante sicut, nec fides Prophetiæ Ierem. minuitur, quia scripta sit per manum Beruch. cap. 36, aut Epist. ad Rom. Quæ scripta est per manum Titi, Rom. 16. saluto vos ego Titus, qui scripsi Epistolam in Domino, quia illa scripserunt, non ex proprio capite, sed dictante Ieremia, & Paulo, sic dicendum est de scriptura Euangelistarum respectu Christi dictãtis: denique notat D. Thom. ex Aug. 1. de consens. Euang. cap. 9. & 10. tom. 4. Christum non solum, non scripsisse suam Doctrinam, sed nec vllum aliud præter id, quod Ioan. 8. digito scribebat in terra statim obliterandum: nam quod aliqui gentiles dixerunt Christum scripsisse librum directum ad Petrum, & Paulum in quo detegebat se omnia miracula arte incantatoria patrasse abscondita huius artis pandens, hæreticum, & blasfemum est mendatium, contra quod Aug. 1. de consens. Euang. cap. 10. & 11. illud etiam quod refert Eusebius 1. hist. Christum scripsisse Epistolam ad Regem Abagarum Apocriphum est, vt dicit Gelasius in Concil. Romano Septuaginta Episcoporum,

Esa. 10. Baruch 36 Not. D. Thom. ex Aug. Ioan. 8.

D. Aug.

Eusebius.

Art. II.

Vtrùm lex noba iustificet?

CONCLVSIO Sit, quod lex noua sumpta principaliter pro gratia Spiritus Sancti iustificat, sumpta autem secundario pro documentis fidei, & præceptis legis Euangelicæ ordinantibus actus humanos, non iustificat.

Circa hunc articulum qualiter gratia, & iustificatio, sit propria legis Euangelicę ita vt quicumque ante Christum gratiam habuerint ad legẽ Euangelica pertineãt. Qua propter gratia modo sit copiosior, & abundantius tribuatur, quã tempore legis scriptæ, tam per Sacramenta, quam per propria opera, & ex opere operantis propter maiora, & abundantiora auxilia optime tractat Medina videte in illo, & in materia de Sacramentis. *Medina.*

Art. III.

Vtrùm lex noba debuit dari à principio mundi?

Conclusio est negatiua.

Dibium est.

Vtrùm lex noba, & Euangelica ceperit obligare à die Pentecostes?

PRO Intelligentia notandum, omnes conuenire debere, in eo quod lex Euangelica sumpta principaliter pro gratia Spiritus Sancti cordibus infussa, aliquo modo ab origine mundi incepisse, si quidem ex tunc fuerunt iusti per gratiam habitam finaliter per Christum. Qua propter D. Thom. sæpe dixit illos in coatiue fuisse Christianos, & ad legem Euangelicam pertinere si quidem gratia, nec ex vi legis naturæ, nec scriptæ dabatur, sed per Christum finaliter creditũ, sic docet hic, & art. 1. & 2. præcedentibus, & quæst. sequenti art. 1. & Aug. lib. de Spiritu, & lit. cap. 17. & idem dicendum est de lege Euangelica quantum ad præcepta fidei spei, & charitatis ab origine enim mundi dicitur agnus occisus, in Apoc. per hoc, quod per sacrifficia, & Sacramenta, ex tunc cepit confessio, & professio Christi venturi, & passionis futuræ illius, fuit ergo occisus per figuram, & professionem fidei licet, non realiter, vt explicat D. Thom. sup. hunc locum, qua propter a binitio aliqualiter iusti professione fidei Christiani erant. Loquendo autem de lege Euangelica, etiam principaliter quantum ad gratiam super abundantem, & plenitudinem eius sicut modo datur, non fuit ab origine mundi, sic enim debet intelligi, Ioan. 7. nondũ erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, quod probat D. Thom. in art. triplici ratione. Primo, quia gratia, ita

1. *Not. D. Thom. D. Aug.*

Ioan. 7.

ita abundanter dari non debuit quousque impedimentum eius, quod est peccatum consumata Redemptione per Christum tolleretur, quod expresse docet Rom. 8. Deus filium suum mitens insimilitudinē carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis hoc est, vt iustitia plena nobis conferretur. Secundo probat, quia aliquid non aducitur statim à principio ad perfectum, sed temporis successione, vt prius quis est puer, & postea vir, prius ergo debebat homo esse, quasi puer sub minori gratia, sub pedagogo legis constitutus, modo autem quasi vir perfectus sub pleniori gratia, sic docet Paulus ad Gall. 3. Tertio probat, quia lex noba est lex gratiæ, qua propter fuit conueniens, vt homo expertus suæ fragilitatis cadendo in peccatū cognosceret egere gratia Dei, vt dicit Paulus Rom. 5. lex sub intrauit, vt abundaret delictum, vbi autem abundauit delictum super abundauit, & gratia. Loquendo etiam de lege Euangelica secundario quantum ad præcepta, & Sacramenta, & quantum ad vnitatem fidelium in rem publicam, & in vnum ouile sub vno pastore Christo, & eius Vicario Romano Pontifice, per quæ patet aditus Regni cælorum, certum est non fuisse ab origine mundi, quia hæc omnia supponebant Christum existentem in natura humana, vt Legislatorem, & Redemptorē, & istorum institutorē: Incarnatio autem Christi, nec fuit, nec debuit esse ab origine mundi, vt late probat D. Tho. 3 part. quæst. 1. art. 5. incepit ergo lex noba post ad ventum Christi. Nn hoc omnes conueniunt. & sic de ista felicitate dicitur Lucę. 10. beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, & hoc vaticinatus est, Isaias 30. erit lux Lunæ, sicut lux Solis, &c. Vbi loquitur de abundanti gratia, & clarissimis radijs fulgentis Ecclesiæ in aduentu Christi vide Diu. Hieron. sup. istum locum.

Rom. 8. *D. Thom.* *Esa. 30.* *D. Hier.*

2. Not. Secundo notandum, etiam esse certum apud omnes statim in aduentu Christi ante passionem obligare præceptum fidei omnesque, tunc teneri sufitienter instructi credere Christum aduenisse, vt patet Ioan. 18. ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, omnis qui est ex veritate audit vocem meam, vnde tunc Christus incredulos arguebat dicens, si non venissem, & locutus eis fuissem peccatum non haberent, nunc autem excusationem, non habent de peccato suo (scilicet infidelitatis) & Ioan. 1. Euāgelista conquæritur, quod Christus in propria venit, & sui eum, non receperunt (scilicet perfidem) & ratio naturalis, hoc dictat, vt statim veritate sufitienter proposita, sit credenda, nec alia requiritur promulgatio, & idem dicendum est de præceptis spei, & charitatis, & penitentiæ, & alijs connaturalibus gratiæ, idem dicendum est, de obedientia Christi exhibenda, si enim aliquid præciperet etiam ante mortem teneretur, quis ei obedire, quia satis se ostenderat esse Messiam, de quo Deut. 18. Prophætam susciabit Dominus, &c. ipsum audite. Vnde qui ei præcipienti, non obediret peccaret mortaliter, modo autem de facto procedimus, quando videlicet præcepta legis illius, secundum voluntatem eius instituentis ceperint obligare.

Ioan. 1. *Deut. 18.*

3. Not. Tertio notandum, certum etiam esse antepassionem Christum instituisse aliqua, & forsitā omnia Sacramenta, de quo D. Thom. 3. part. quæst. 66. art. 2. instituit enim antepassionem baptismum Eucharistiam, & Ordinē, & in 4. dist. 2. art. 4. quæst. 3. ad 1. dicit Sacramentum confirmationis instituisse, quando pueris siui præsentatis manus imposuit Sacramentū autem extremæ vnctionis, quando mitēs Apostolos ad prædicandum disposuit infirmos oleo inungere, imò, & Paludanus, 4. dist. 2. quæst. 1. art. 1. ait penitentiam institutam antepassionem, licet D. Thom. asserat fuisse antea promissam datam tamen postea potestatem clauium, & de alijs Sacramentis alij idem tenent, sic explicantes illud per quadraginta dies, loquens de Regno Dei, id est, de Ecclesia disponens Sacramenta, & alia ad Ecclesiā necessaria, quod libet tamen verum sit, quod etiam ante passionem Sacramenta instituerit, hoc debet esse certum illa antepassionem non obligasse, quia instituta sunt pro tempore futuro, Redemptione completa, & lege veteri per passionem extincta, cum enim antepassionem lex antiqua viueret, & obligaret lex noba, tunc vigere, & obligare, non debebat, quod verum habet etiam, de baptismo, antepassionem enim licet esset in consilio, non tamen sub præcepto, quia circuncisio, tunc obligabat, vt supradiximus, nec solū obligabat Iudæos, & illis erat cōsiliū baptizari, sed etiā gentes baptismus, non obligabat, sed sicut Iudæus circuncisione, ita gentes Sacramento le-

D. Th. om. *Paludanus.*

gis naturæ poterant saluari, quidquid dicat Soto 2. de iust. quæst. 5. art. 4. & doctrina hæc manifesta est, siquidem Apostolos prohibebat gentibus prædicare dicens inuiam gentium ne abieritis, & ipse ait non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, non autem prohiberet prædicationem, si tunc iam lex obligaret, & illi iuueni dixit, si vis ad vitam ingredi serua mandata, vtique illius legis, quam ipse nouerat nulla mentione facta de lege noba, quam ipse ignorabat. His ergo suppositis, quod ante passionem lex Euangelica non obligabat manet dubiũ, quo tempore post passionem in ceperit obligatio.

Conta Soto

1. Sent. In hacre est prima sententia asserens legem Euangelicam cepisse obligare statim post passionem Christi. Hæc videtur Diu. Thom. supra quæst. 103. art. 3. ad. 1. & 3. part. quæst. 66. artic. 2. & in 4d. 2. quæst. 1. artic 4. quæst. 3. & distin. 3. quæst. 1. artic. 5. quæst. 3. illam tenet Palud. 4. distio. 2. quæst. 1. artic. 1. concl. 1. Diu. Bonauent. dist. 3. 2. part. artic. 3. quæst. 2. Ricardus artic. 1. qnæst. 6. Durandus quæst. 5. Adrianus quæst. 1, de baptismo Soto, 2. de iust. quæst. 5. artic. 4. Salas hic disputatione 24. sectione 4. Licet Soto asserat cepisse obligare, post passionem adie Resurrectionis alij vero statim à punto passionis.

Palud. D. Bona. Recar. Duran. Adrianus Soto. Salas.

1. Arg. Hæc sententia probatur. Primo Roman. 7. vbi exemplo mulieris, quod soluta sit à lege viri per mortem eius explicans qualiter per mortẽ Christi solutũ, sit viniculum legis antiquæ si autem illa, tunc cessauit consequenter videtur dicendum legem nobam in cepisse: quia vt dicitur ad Hæb. 8. dicendo autem nouum veterauit prius, & cap. 10. aufert primum, vt sequens statuat vbi docet simul fuisse vnam finiri, & alteram incipere, quod clarius dixit, cap. 9. testamentum enim in mortuis confirmatum est.

2. Arg. Secundo argum. post passionem erat aliquod remedium ad salutem, & non ex lege veteri, cum iam esset mortua ergo ex lege noba (verbi gartia) baptismus, nec valet dicere, quod esset medium sufitiens baptismus, sed non necessarium inconsilio, sed non in præcepto, non in quam valet, quia si non est aliud medium, non solum in consilio, sed in præcepto debet esse, quia præceptum est de apponendo medium necessarium, & si non esset aliud illud erat necessarium.

2. Sent. Secunda sententia asserit legem nobam non obligasse, vsque ad Pentecostem, tunc autem per solemnem promulgationem obligasse totum mundum licet ex ignorantia imbincibili aliqui possent excusari quandiu per alias partes mundi non dibulgabatur, hanc tenet Medina hic, & supra quæst. 103. artic. 3. Capreolus 4. dist. 3. quæst. 3. ad 3. Scoti contra duas primas conclusiones Lorca hic disp. 37. Valentia disp. 7. quæst. 8. punto 1. reputat illam probabilem, sed absolute illam tenet 3. part. disp. 4. quæst. 1, punto 4. Angles, quæst. dessentialibus baptismi, artic. 9. & Diu. Ber. epist. 77. Diu. Aug. epist. 119. D. Leo, serm. 1. Pentecostes.

Medina. Capreo. Lorca. Valencia Angles. D. Ber. D. Aug. D. Leo.

1. Arg. Hæc sententia probatur. Primo, nam de ratione legis est promulgatio, vt obliget, vt diximus supra, sed ante Pentecostem, non est promulgata, ergo non obligabat, minor probatur, quia in illa die fuit publicata, quasi in curia, in qua Deus publico ritu collebatur assistentibus ex omninatioue, quæ sub cælo est, vt ait Diu. Lucas. & cum apparientia subsigno visibili ipsius Spiritus Sancti, nec valet solutio Vazquez disp. 181. quod promulgatio est requisita ad legem humanam, vt cõstet de auctoritate Principis, non autem ad legem diuinam, nõ in quam valet, quia vt supra diximus promulgatio est de intrinseca ratione legis, nam alias non potest esse mensura actionum humanarum Conf. quia tunc ad prædicationem petri audientes baptizati sunt Acto. 2. vbi ostẽditur, tunc incepisse obligationem.

Solutio. Vazq. Impug. Conf. Acto. 2.

2. Arg. Secundo probatur, quia non fuit cõueniens legem Euangelicam obligare, quousque misteria Christi, & nostræ Redemptionis, & figuræ antiquæ compleren tur, sed non sunt completa, vsque ad Pentecostem, ergo vsque in illum diem lex noba non obligauit. Etsi contra arguas, quia totum opus Redemptionis consumatum est in morte, vt dicit Diu. Thom. supra quæst. 103. artic. 3. ad 2. Respondetur, quod licet in morte, sit consumatum quantum ad meritum, & satisfactionem, alio tamẽ genere causę misteria post mortem subsecuta nostram salutem operata sunt, vt docet Diu. Thom. 3. part. quæst. 56. & 57. art. 6. Quapropter omnino debuerunt consumari, vt lex Euangelica inciperet obligare. Conf. quia vt diximus lex Euangelica principaliter consistit implenitudine Spiritus Sancti, & gratiæ, quæ data non est quousque Christus fuit glorificatus. Conf. secundo, quia

Obiectio. Solutio. Conf. Conf. 2.

quia Christus Dominus præcepit Apostolis, vt manerent, & quiescerent in eodem loco, quousque induerentur virtute, ex alto per aduentum Spiritus Sancti, & non prædicarent, ergo lex non obligabat, nam non videtur consonum imponere obligationem, & impedire prædicationem, maximè in principio quando magis erat necessaria, cum ergo statim recepto Spiritu Sancto, cum fiducia loquerentur, & prædicarent ex tunc, iam videtur legem obligare, & non antea.

3. Arg. Tertio probatur bonus latro mortuus est post Christum, quia cum inuenissent eum iam mortuum, non õfregerunt eius crura, & tamen bonus latro saluus factus est, vt impleretur verbum Christi hodie mecum eris in paradiso, cum tamen legem nobam, tunc non impleberit recipienda baptismum, ergo non statim post mortem lex Euangelica, quæ à baptismo incipit obligabat. Nec potest responderi tripliciter, cum Aug. lib. 1. de anima, & eius origine. Primo ex Cypriano illum fuisse Martyrem, & hic recepisse baptismum sanguinis, nam improprie per confessionem in Cruce Martyr dicitur, cum pro Christo, non sit occisus Secundo, quod sit baptizatus in aqua exeuntis de latere Christi, quia nec constat aquam illum atigisse, nec fuisse talem intentionem Christi baptizandi, nec latronis, vt baptizaretur. Tertio, quod forte latro antea fuerat à Christo vel Apostolis baptizatus, quia de hoc nõ constat, ergo dicendum saluum fuisse per contritionem, sine aliqua obligatione baptismi.

Solutio. Impug.

3. Sent. Tertia sententia asserit legem Euangelicam incepisse obligare à die Pentecostes in illa probintia, & circumvicinis, nõ autem obligasse totum orbem, nisi tempore successione: quatenus successiue dibulgabatur per diuersas Probintias, hanc tenet Scotus 4. distin. 3. quæst. 4. §. quantum ergo, & Gab. distin. 1. quæst. 4. art. 3. & Vega lib. 5. sup. trid. cap. 13. Quitamen determinat tempus huius dibulgationis, vsq; ad viginti aut triginta annos intra, quod tempus sufficienter ab Apostolis Euangelium est prædicatum per totum orbem, vt Chrys. dicit hom. 76. sup. Matth.

Scot. Gab. Vega.

D. Chrys.

1. Arg. Hæc sententia probatur. Primo, quia non videtur Deum statim à Pentecostes voluisse obligare ignorantes, & remotissimos. Secundo, quia alias multi inbinci-

2. Arg.

biliter manerent, sine remedio suæ salutis si iam virtus legis Mosaycæ cessasset, & lex naturalis, iam virtutem iustificandi, non haberet, vt non habuit; ex quo lex Euangelica obligauit.

Prima conclusio, lex Euangelica in ratione tantum præcepti statim post passionem Apostolos obligauit, imò quencumque alium cui sufficienter proponeretur, teneretur enim statim baptizari, & post baptismum peccata confiteri (si iam penitentia erat instituta) & in articulo mortis communicare, & Apostolis obedire, hanc docet D. Thom. 3. part. quæst. 66. art. 2. & Medina hic, & Salas disp. 24. sect. 4. & hanc probat fundamentum primæ sententiæ, & probatur Matth. vlt. vbi increpauit incredulitatem illorum (scilicet Apostolorum) & duritiam cordis, quod non faceret, si iam præcepta cognita Apostolos, & scientes, non obligarent. Dixi autem, tunc obligare in ratione præcepti, quia minus requiritur ad obligationem præcepti, quam legis ad primum enim sufficit notitia mandati, etiam in particulari ad legis autem obligationem requiritur publicatio generalis, vt supra diximus, cum ergo statim à passione præcepta essent nota Apostolis iuxta illud omnia, quę audiui à patre meo nota feci vobis, & iam, tunc lex antiqua esset abrogata tenebantur ad talia præcepta, cum autem promulgatio solemnis facta, non esset, vsque ad Pentecostem, non obligabat per modum legis generaliter omnes.

1. Concl. *D. Thom. Medina. Salas. Matt. vlt.*

Secunda conclusio, lex Euangelica cepit obligare à die Pentecostes per modum legis obligatione communi, & generali, quia tunc, vt diximus iam omnia misteria, & figuræ erant completæ promulgatioque solemnis facta. Vnde ex tunc ceperunt Apostoli illam, vt iam obligantem prædicare. Hæc patet ex fundamentis secundæ sententiæ.

2. Concl.

Tertia conclusio à die Pentecostes lex Euangelica obligauit, non solum in illa prouintia, aut incircumvicinis, sed omnes totius orbis, hanc ponimus contra Scotum illam tamen tenent omnes Doctores, tam primæ, quam secundę sentẽtiæ. Vnde in Schola nõ recipitur, vt probabilis sentẽtia Scoti, sed vnanimiter omnes asserunt obligationẽ legis Euãgelij, vt plurimum, vsque ad Pentecostem, esse diferendam, & non amplius, & præter fundamenta posita in prima, & secunda sententia adhuc probatur, quia si propter

3. Concl.

aliquam rationem, non statim à die Pentecostes obligaret, maximè, quia ab illo die, non omnibus constabat de promulgatione, & expectandum esset, vt omnibus innotesceret, sed hęc ratio est nulla; ergo, probatur minor. Primo, quia de ratione legis, non est, vt omnibus innotescat, sed quod in curia regia, ita sit promulgata, vt desse omnibus possit innotescere, ita vt licet remotiores excusentur, non tamen de obligentur lex autem Euangelica in curia Hyerololimitana residentibus, ex omni natione promulgata est. Secundo probatur ad hominem contra Scotum nam si, hæc ratio aliquid valeret etiam modo, non totum mundum obligaret, quia nondum ad notitiam totius mundi cognitio Euangelica peruenit, quod nullus audebit concedere, ergo certe, vt Orig. tracta 28. in Matth. & Rufinus 1. hist. cap. 9. & Aug. epist. 80. & D. Bern. 3. de consider. tuis temporibus, & etiam nostris constat multas Barbaras remanere nationes quibus Euangelium, non est prædicatum, cum tamen ad Euangelium obligentur.

Orig. Rufinus. D. Aug. D. Ber.

Solutio. Scot.

Respondet Scotus modo omnes obligari, quia Euangelium quantum est ex parte Apostolorum sufitienter est promulgatum. Quapropter dicitur in omni mundo prædicate, ex mandato Christi dicentis docete omnes gentes, &c. Et eritis mihi testes, vsque ad vltimum terræ, & Rom. 10. de illis ait in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & Matth. 24. prædicabitur, hoc Euangelium in vniuerso mundo, & tunc veniet consumatio, id est destructio Ierusalem, vt ibi explicat D. Hier. & Chrisost. hom. 76. in Matth. non quia de facto in toto mundo, tunc sit prędicatum, sed quia quantum erat ex parte prædicationis Apostolorum notitia Euangelij ad totum orbem potuisset deuenire, sed contra Scotum. Vt dixi ad hominem arg. quia si non requiritur actualis notitia, & prædicatio in toto mundo, sed desse sufitiens qualis erat prædicatio Apostolorum, quare non idem dici poterit de publicatione facta in die Pentecostes, quod licet de facto, non omnibus fuerit manifesta sufficit desse publicam, & notoriam esse? Hæc sententia Scoti adeò falsa, est vt aliqui censura dignam illam iudicauerint, ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 4. definiente post promulgatũ Euangelium, sine labacro regenerationis in re, vel in voto neminem iustificari posse, sed talem censurã nõ meretur, quia

Impug. ex Conc. Trid.

concilium non determinat, quando fuerit facta promulgatio, & Scotus ait, non fuisse factam sufitienter, pro omnibus in die Pentecostes, sed vt diximus improbabilis est, & à nullo recipitur, nisi à Gabriele, & Vega, aut quobis suæ scolæ.

Ad primũ arg. pro prima sententia quatenus militat, contra secundam conclusionem. Resp. ex illo tantum probari legem Euangelicam, nõ obligare ante passionẽ, sed post illã, à quo autem tẽpore post passionem ceperit obligare, non determinat Apostolus. Aut secũdo respondetur per primam cõclus. probare, quod in ratione præcepti obligauerit statim post mortẽ, non in ratione legis, quia erat expectãda promulgatio; & vtraque solutione explicandus est D. Thom. adductus in argumento.

Ad 1. arg. 1. Sent.

Ad secundo arg. resp. probare etiam, quod post passionẽ sciens teneretur baptizari obligatione præcepti licet, nõ obligatione legis ignorans tamen, vsque ad solemnem promulgationem, vti poterat remedio legis naturæ.

Ad 2. arg.

Ad primum pro tertia sent. respondetur, hanc esse naturam legis promulgatæ incuria, vt etiam remotos habeat obligare licet ex ignorãtia inuincibili excusentur, aliud enim est excussari, quam non obligari, excussabantur ergo remoti, sed non de obligabantur.

Ad 1. arg. 3. Sent.

Ad secundũ arg. respondetur, mundum non esse sine remedio aliquo tempore, quia vsque ad passionem erat remedium legis obligantis pro Iudæis, & remedium legis naturæ progentibus, post passionem autem pro scientibus erat baptismus, pro ignorantibus autem remedium legis naturæ, qui aut diximus, hanc vim habebat etiam, tunc circuncisio, post Pentecostes autem, tantum erat pro omnibus baptismus, & si ignorabant in vincibiliter excussabãtur à peccato, sed periebant deffectu remedij, iam omnino necessarij, sicut modo pereunt apud ignorantes etiam in vincibiliter, quia pueri illi, non debebant esse melioris conditionis, quam pueri qui modo propter ignorantiam per accidens carent tali remedio quarem autem illis, vel istis remedium per se appositum, & requisitum non innotescat, sine culpa illorum ad iuditium Dei, & in pœnam peccati est referendum, de quo plura in materia de baptismo.

Ad 2. arg.

Art. 4.

Art. IIII.

Vtrùm lex noba sit duratura, vsque ad finem mundi?

Conclusio est affirmatiua.

Dubitatur.

Vtrùm conclusio D. Thomæ sit vera.

Sent. Montanus. Priscillam

IN Hac re D. Aug. lib. 1. de Hæresi, cap. 26. & lib. 19. contra faustum, cap. 31. & de vtilitate credenti, cap. 3. refert Montanum, & Priscillam, à seruisse promisionem de Spiritu Sancto, dando non fuisse completam in Apostolis, sed in eis, & Manichei dicebant, hoc impletum esse in ipso Manicheo, quem dicebant esse ipsum paraclitum. Quapropter isti non recipiebant, vt Canonica acta Apostolorum vbi narratur, hoc in Apostolis fuisse cõpletum, asserebant ergo isti aliud tempus esse expectandũ, & aliã legẽ Spiritus Sancti. E contrario quidam hæretici, qui flagellantes vocantur asserebãt legem Euangelicam, per aduentum suæ sectæ iam cessasse, pro decisione veritatis sit.

2. Sent. Flagellantes.

1. Concl. Psal. 109.

Prima conclusio, lex noba, & Euangelica duratura est, vsque ad finem mundi, nec post ipsam alia est expectanda hęc est de fide, & patet Psalm. 109. Iurauit Dominus, & non penitebit eum tues Sacerdos in æternum iuramẽtum ad hibuit, vt habeatur promisio omnino immutabilis, quod & repetit, Paul. ad Hæb. 7. Similiter, & Regnum Christi æternum dicitur, Luc. 1. ex quo sumitur arg. Nam Regnum Sacerdotium, & lex eandem durationem habent, nam vt ait Paul. translato Sacerdotio oportet, vt & legis trãslatio fiat, si ergo asseritur Regnum, & Sacerdotium Christi esse æternum idem dicendum, & de le Euangelica illius. Item Ecclesiastici 17. loquens de lege Euangelica, ait testameutum æternum constituit, cum illis, & iustitiam, & iuditia sua ostendit illis, & Bacuch. 2. & statuam illis testamentum alterum sempiternum, & Psalm. 110. Redemptionem misit Dominus populo suo mandauit in æternũ testamentũ suum, id etiam dicitur in verbis consecrationis calicis nobi, & æterni testamenti, quia licet illa particula, non sit posita ab Euangelistis habetur tamen extraditione Ecclesiæ Apostolos à Christo id accepisse, vt ait Inocent. 3. cap. cum marte de celebratione Missa habetur, etiam ad Hæb. 13. quod sit testamentum æternum, quia aliud postea, non est futurum, vt ibi explicat Theodoretus, & Apoc. 14. dicitur Euangelium æternum. Vbi Nota, non dici æternum solum, quia multum sit duraturum, sicut diximus supra de lege veteri, nec etiam dicitur æternum sicut Deus, vel Angelus, quia nunquam habebit finem, nisi loquamur de Ecclesia, vt est eadem, cum Triunfantæ in gloria, quę etiam sic est æterna loquendo, autem de militante dicitur æterna, quia vt diximus est duratura, vsque ad finem mundi, nec erit alia post ipsam, vt explicatur ex illo Matth. vlt. Ecce ego vouiscum sum vsque ad cõsũmationem seculi, & ex illo Matth. 24. prædicabitur hoc Euangelium in vniuerso mundo (scilicet eficaciter, ita vt ab omnibus recipiatur) & tunc veniet consummatio (id est dies iudicij) videatur Aug. epist. 80. ad Cassullanum, & quæst. 124. in Exod. & lib. 17. deciui cap. 17. & 1. contra ad versa legis, & propheta, cap. 20. & epist. ad Esycium, & Victoria relect. de Indijs, 1. part. tandem patet Matth. 24. non præteribit generatio, hęc donec omnia fiant, vbi nomine generationis intelligit, Chrisost. hom. 78. in Matth. & Theophil. sup. Luc. cętum fidelium, iuxta illud hæc est generatio, quęrentium Dominum, dicit ergo, quod non præteribit generatio hæc, & Ecclesia donec omnia siant (de quibus loquebatur) scilicet iuditiũ, & signa, quæ ad illud debent præcedere, & ratio D. Thomæ pro hac cõclusione conuincit, nam ideò lex vetus cæsauit, & noba post ipsam secuta est, quia illa, vt sæpe diximus, ex D. Paulo erat infirma, & imperfecta debebat autem euacuari, quod erat imperfectum per aduentum perfecti, sed lex noba est perfectissima, nullaque alia perfectior esse potest, ergo ista semper durabit, nullaque alia post ipsam expectari debet. Minor probatur, quia ista lex introducit homines ad vltimum finem iuxta illud ad Hæb. 10. habentes, itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nobam accedamus ad eum, ergo nulla lex potest esse perfectior, quia intantum

Ecclesi. 17

Ad Hæb. 7.

Luc. 1.

Inocent. 3

Nota

Vide D. Aug.

Victoria

Matt. 24

D. Chrysost.

Ad Hæb. 10.

aliquid est perfectum in quantum coniungit, & ducit ad vltimum finem, & illi est propinquius.

2. Concl. Secunda conclusio lex noba, ita est immutabilis, vt non solum secundum se totam semper perseueret, sed etiam secundum omnes eius partes, ita vt nec augeri possit nec diminui, sic enim Deus perfectam dedit legē, vt erroneum, sit aliquod nouum Sacramentum, aut sacrificiū a Deo instituendum expectare, nec etiam aliquā rebelationem fidei pertinentis ad vniuersalem Ecclesiam, quia si de nobo aliqua circa fidem ab Ecclesia per suas definitiones proponuntur, non est per nobam reuelationem, sed per nobam explicationē veritatis iam reuelatæ, & nondum intellectæ, aut oblitæ. Vnde talis definitio, aut explicatio Ecclesiæ solū est conditio, sine qua non illa veritatis credulitas obliget fideles in actu secundo, de quo latius in materia de fide, & ratio omnium istorum est manifesta, quia vt supra diximus inferior, non potest augere, vel minuere ad legem superioris, supra legem ergo Dei potestas humana, nihil potest innouare augendo, vel minuendo, ita vt quod addit sit de lege diuina, nam si aliquid adiderit, non erit, nisi de nobo lex humana, minuere autem non potest tollendo obligationem diuinam ratione iam dicta, sed solus Deus potest, non institutum instituere, aut institutum reuocare secundum suam legem, vide D. Aug. 3. confes. cap. 8. Vbi nota, quod etsi Deus possit augere, vel minuere ad suam legem, aut in illa dispensare, non tamen censendum est aliquando id facere, nisi id per auctoritatem Ecclesiæ constet reuelationibus enim particularibus, non est credendum, quim potius existimandum tales esse illusiones, & nō reuelationes circa mutationem legis diuinæ per dispensationem.

D. Aug. Not.

3. Concl. Tertia conclusio, Papa nullo modo potest dispensare in lege diuina, & præceptis eius, siue sint præcepta fidei, siue Sacramentorū, siue quęcumque alia. Hęc patet ex ratione supra dicta, nam inferior potestatem, non habet dispensandi in lege superioris, nisi ex potestate superioris Deus autem talem potestatem nulli hominum concesit illud enim pasce obes meas, & quod cumque ligaueris, & solberis, &c. Non tribuit talem potestatem, sed intelligendum est hoc debere fieri iuxta decreta legis Christi, vt bonus dispensator Regens non mutans, sic tenet D. Thom. quod lib. 4. art. 13. Et quod lib. 9. art. 5. & supra quæst. 97. art. 4. ad 3. Soto 1. de iust. quæst. 7. art. 3. maior. 4. distin. 24. quæst. 12. turre crema ra 2. sum. Eccles. cap. 107. Siluester verbo, *Papa*, quæst. 16. Couarrubias 24. cap. 6. §. 9. num. 4. & alij quos ipse refert verum est aliquos Canonistas oppositum tenere, vt videre est in nocent. c. 2. de transl. Episcop. Felinus, cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. num. 19. Decius, ibi num. 25. & consil. 112. Hostien. & Panor. cap. vlt. de constitut. & aliqui Legistæ lege manu missiones, ff. de iust. & iure, & lege 2. C. de seruitutibus, ideo tamen quia confundunt legem diuinam, & naturalem, & humanam, quam aliquando vocant diuinam, & ius gentium comprehendunt sub lege diuina. Smiliter loquuntur large de dispensatione, vt etiam comprehendit interpretationem, & sit ista confundentes aserunt Papam posse dispensare in iure diuino stricte autem loquendo de dispensatione, & de lege diuina nullus clare asserit Papam in iure diuino posse dispensare, etsi aliquis dixerit, non est audiendus, si autem obijtias Papam dispensare, quod Sacerdos simplex possit confirmare, quod est munus Episcopi, & in residentia Episcoporum, & in voto solemni, & in matrimonio rato, quæ omnia sunt de iure diuino, hæc non sunt huius loci, sed in suis propriis materijs tractanda sunt. Videatur hic Salas disp. 24. sect. 5.

Soto. Maior. Turrecre. Siluester. Oponitum tenet. Inocent. Felinus. Decius. Hostien. Panor.

4. Concl. Quarta conclusio, lex noba quantum ad gratiam Spiritus Sancti, & quantum ad obseruantiam Legis varietatem, & mutabilitatem habet, sicut enim lex vetus in aliquo tempore melius, quam in alio fuit obseruata, ita & lex noba in suo initio magis quantum ad obseruantiam vigebat, & Apostolis; maior gratia est collata iuxta illud nos primitias spiritus habentes, ita vt potius relaxatio, quam augmentū gratiæ, & obseruantiæ legis sit expectandum primitias enim gratiæ acceperunt, & tempore prius, & cæteris abundantius, vt explicat glossa Rom. 8.

Rom. 8.

Quæstio centesima septima, de comparatione legis nobæ ad veterem.

Art. I.

Art. I.

Vtrùm lex noba, sit alia à lege veteri?

Concl. D. Thom. Ad Hab. 7.

CONCLVSIO Est affirmatiua, quam probat, quia vt dicitur ad Hæb. 7. translato Sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, cum ergo Sacerdotium nouum, & antiquum distinguantur, vt ibidem Apostolus probat cõsequenter, & lex noba à veteri debet distingui. Ratione autem sic manifestat, nam illa, quæ ex fine distinguntur specie distinguuntur, quæ autem solum distinguũtur pænes maiorem, vel minorem accessum ad finem solum distinguuntur, sicut imperfectum, & perfectum, vt patet in motibus, qui enim sunt ad diuersos terminos sunt specie distincti, qui autem magis, vel minus accedunt ad eundem terminum, vt motus, & pars eiusdem motus solum, vt perfectum, & imperfectum distinguuntur. Cum ergo lex ordinet conuersationem humanam ad aliquem finem illæ leges specie erunt diuersæ, quæ ad diuersum finem ordinauerint, & illæ tantum pænes perfectum, & imperfectum distinguuntur, quæ propinquius, aut remotius ad eundẽ finem ordinauerint. Cum ergo lex vetus, & noba ordinent ad eundem finem scilicet vt homines subdantur Deo qui vnus, & idem est veteris, & nobi testamenti, secundum illum Rom. 4. vnus Deus est qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidẽ consequenter istæ leges specie differentes, esse non possunt, quia tamen lex noba propinquius accedit, & ordinat ad hunc finem, ideò distinguitur a veteri, sicut perfectior à minus perfecta, & ideò lex vetus, tãquam imperfecta vocatur pædagogus puerorum, ad Galat. 3. Galat. 3, lex autem noba est, lex perfecta, quia est lex charitatis, de qua ad Colloss es 3. quod est vinculum perfectionis.

Distinct. legum ex D. Thom. & Aug.

Ad hanc differentiam pænes perfectum, & imperfectum debent reduci, vt inquit D. Thom. ad 2. omnes alie differentiæ, quæ ad Aug. & alijs Doctoribus inter legem veterem, & nobam solent assignari, & quas prosequitur D. Thom. in hac quæstione. Primo, ergo distinguuntur ex parte Legislatoris, nam illa per Moysem, ista vero per Christum, vt ait D. Ioan. lex per Moysem data est gratia, & veritas (in quo principaliter lex noba consistit) per Iesum Christum facta est, hãc differentiã extollit, Paulus ad Hæb. 1. Olim Deus loquens patribus in Prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, vtique, vt Doctore, & Legislatore, contra dicit Vazquez dicens, quod Moyses, non fuit Legislator, & sic ista differentia supponit falsum, sed Vazquez loquitur nimis audacter, & differentia posita intelligenda est in bono sensu, nam licet non in rigore, tamen aliqualiter Moyses fuit Legislator, & per ipsum promulgata est lex, & magna illius pars extra tabulas lapideas à Deo datas manu illius scripta, lex autem noba immediate data est à Christo Deo myniſterio humanitatis, & non Angelorum, vt vetus lex secundo differunt, quod lex vetus fuit scripta tabulis lapideis noba, vero in cordibus tanquam perfectior, de quo egimus supra quæst. 106. art. 1. Tertio distinguuntur, quod lex vetus fuit solum data illi populo Iudæorum, noba vero toti mũdo iuxta illud prædicate Euangelium omni creaturæ, de quo etiam supra diximus. Item differunt in eo, quod lex vetus data fuit ad tempus determinatum noba vero, vsque in sempiternum, vt diximus, quæst. præced. art. 4. Item, distinguuntur in eo, quod lex vetus solum fuit vmbra noba vero ipsa veritas adumbrata, de illa enim dicitur, quod omnia in figura contingebant illis, de ista vero, quod gratia, & veritas (significata per illas vmbras) per Christum facta est. Item, distinguuntur in eo. quod lex vetus fuit timoris, lex vero noba, lex amoris, quod latè explicat, Aug. lib. contra ad Amantium, cap. 17. & *D. Aug.* lib. 3. contra duas. Epist. Pelag. cap. 4. Quapropter lex illa ad sui obseruantiam solũm promitebat bona temporalia, quæ quia caduca sunt, ideo illa lex vetus appellatur, & transgresoribus timorem incutiebat, lex vero noba promitit bona sempiterna, & quæ semper viresc unt, & ideo lex noba appellatur, de quo Aug. lib. 4 contra Faustum, & nos supra ex quo infert D. Paulus, Rom. 8. illam fuisse legem seruorum, istam vero filiorum, dicit enim nõ accepistis spiritũ seruitutis iterũ intimore, sed accepistis spiritũ ad optionis filiorum est. Item diferunt in eo, quod lex noba est finis legis veteris, de quo art. sequẽtibus, 2. & 3. Itẽ in eo, quod lex vetus fuit iugum intollerable noba vero suaue, & onus leue, de quo art. 4. sequẽti. Item differunt impræclaris consilijs, quæ habentur de nobo in lege Euangelica, de quo quæst. sequenti art. 4. tandẽ est

insignis differentia in eo, quod lex noba iustificat vetus vero, id non valebat facere, vt docuit Diu, Thom. supra, quæstio. 106. art. 2. & nos ibi, ex Paulo Rom. 3. & 5. & 8. & ad Galat. 2. & 3. & ad Hæbr. 7. & 1. Corint. 1. & 15. & 2. Corint. 3. & in Trid. Sess. 6. cap. in istis enim locis agitur de infirmitate, illius legis, & maxima virtute, legis nostræ ad iustificandum.

Rom. 3. & 5. & 8. ad Gal. 2. & 3. Ad Hæb. 7. 1. Cor. 1. & 15. 2. Cor. 3. Con Trid.

Hanc differentiam voluit explicare, Luth. ad Galat. 2. & Melancton, in locis tit. de lege Euangelica Caluin. 10. instit. cap. 11. sect. 17. & 19. quod lex vetus cõferret gratiam, si omnia præcepta illius eruarentur, iuxta illud Leuit. 19. & Deut. 21. adductum a D. Paulo, ad Galat. 3. Qui fecerit in ea viuet in illis. Nostra vero lex noba conferat gratiam, per solam fidem, sine obseruantia præceptorum, sed contra hanc hæresim determinat. Iacobi, 2. Abraham pater noster non ne ex operibus legis iustificatus est? Et subdit videtis, quod ex operibus legis iustificatur homo & non ex fide tantum, & Pau. fides, sine operibus mortua est. Videatur Conc. Triden. sess. 6. c. 5. & 6. & 8. De quo late agitur, in Mat. de fide. Alij explicant prædictam differentiam, quod in lege antiqua, non conferetur gratia habitualis modo, vero sic, sed contra egimus, supra qualiter etiam antiqui patres haberent gratiam habitualem, licet non virtute illius legis, sed quatenus initiative erant Christiani, per fidem Christi venturi, & ad nostram legẽ quodammodo pertinebant. Alij explicant prædictam differentiam, quod Sacramenta nostræ legis causant gratiam physice, non vero Sacramenta veteris legis, sed hoc non est ad propositum, quia valde in opinione versatur: si etiam Sacramẽta nostra physice causent gratiam, quod autem est certum est Sacramenta illa, non continere gratiam, ex vi illius legis; nec intra proprios limites legis, illam causare, vt nostra causant, vt supra explicuimus, eo vel maxime, quod non loquimur solum de Sacramentis, sed de iustificatione, etiã extra Sacramenta, & illã dicimus, per illã legẽ. aut eius obseruãtiã, nõ fieri qualiter fit per nostrã. Alij vt Vazq. disp. 183. c. 2. explicãt, quod lex antiqua erat lex præceptorũ, & sicnõ iustificabat, lex autẽ noba, præter præcepta principaliter portat gratiam, & fidem per quam adiubat, & inclinat ad bene operandum, & sic habet iustificare, & sic explicat Diu. Thom. contra mentem ipsius, quod loquatur de lege noba, solum principaliter sumpta pro gratia, sed Diu. Thom. loquitur propriè de lege, vt præcepta importat, & in hoc ponit differentiam, quod lex vetus, non iustificabat lex vero noba iustificat.

Explicat Lutheri. Melan. Caluini. Impug. Iacob. 2. 2. Explicatio. 3. Explicatio. Impug. 4. Explicatio Vazq.

Vera ergo explicatio est, quod lex vetus gratiam ex proprijs, non causabat, quia tota erat vmbra Sacramentaque illius egena, & vacua elementa ad Hæb. 10. Nec potuisse perfectos facere credentes, ad Hæb. 9. Vide hoc determinatum in Concilio Florentino, & Trid. iam citato, nostra autem lex ex proprijs, & ratione proprij status iustificat, quia habet Christum præsentem in illaque est sacrificium Eucharistiæ infiniti valoris, in quo Christus realiter ofertur, & continetur. Quapropter ex nostra lege antiqui sancti debuerunt ditari, vt sæpe repetit D. Thom. & hic ad 3. habuerunt enim nobiscum eũdem spiritum, 1. Cor. 4. videatur Euseb. 1. hist. in principio. & Aug. 3. contra duas Epist. Pelagianorum, cap. 4. ex hoc sequitur, quod lex noba aperit regni Cœlorũ ianuam, quia cum gratia sit semen gloriæ, si lex Euangelica habet iustificare, & causare gratiam, non vero antiqua, lex consequenter, hæc lex, & non illa habet ianuam Regni Cœlorũ aperire. De quo Inocen. III. cap. 3. cap. maiores, de baptismo, & Soto, 4. dist. 2. quæst. 1. art. 1. & 4. & habetur ex Apostolo, ad Hęb. 9. & 10. De alijs distinctionibus inter vtramque legem, qualiter doctrina Euangelica sit perfectior, & qualiter lex noba sit suauior, &c. ageturin sequentibus articulis, videatur circa omnia prædicta, Barrada tom. 1. lib. 1. vsque ad cap. 14. Salmeron, tom. 5. in Euang. tract. 1. Rada. 2. senten. controuersia 20. quæst. vltim. art. 1. Soto 2. de iust. quæstion. 8. art. 2. Lyra, præfat. ad nouum testam. Diu. Augustin. toto, libr. de spiritu, & littera, & libris, contra Faustum, Salas. Valentia, Vazquez, & Medina, sup. 12. quæstion. 106. art. 2. & sup. istum art. & Azor, tom. 1. libr. 6. cap. 59.

Vera explicatio. Ad Hæb. 9. Conc. Flo. Con. Trid. D. Thom. D. Aug. Inocen. Soto. Ad Heb. 9. & 10. Barrada. Salmeron. Rada. Soto. Lyra. D. Aug. Salas. Vazquez. Medina. Azor.

Art. II.

Vtrùm lex noba legem veterem impleat?

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, Matth. 5. Non veni solnere legem, sed adimplere, & iterumi ota vnum, aut vnus apex, non præteribit à lege donec omnia fiant. Ratione autem,

Coccl. D. Thom. Mat. 5.

autem, sic probatur, quia imperfectum impletur, per perfectum: quatenus perfectū tollit imperfectionem, & defectum imperfecti, sed lex vetus erat imperfecta: ergo debuit impleri, per legem nobam perfectam tollentem defectum legis veteris. Defectus autem veteris legis multiplex est qui omnes, per nobam legem, sicut ablati. Primo enim, lex vetus non perfecte ducebat ad finem, quod est homines Deo subdere, & hoc perfectissime factum est, per nobam legem, vt manet explicatum, supra secundo lex vetus non iustificabat, noba autem iustitiam causat, quam vetus, solum figurabat. De quo etiam, iam diximus, tertio lex vetus, solum promittebat, in noba autem omnes illius promissiones implentur. Vnde dicitur sæpe in Euangelio, hoc factum est, vt impleretur, quod

Esa. 25. scriptum est, &c. quod & sancti antiqui postulabant, Esai. 25. Consilium tuum antiquum verum fiat, quarto lex vetus præcepta moralia habebat obscura in Euangelio, autem clarissime explicantur; nec reuocantur, sed melius ad suum finem re-

D. Aug. ducuntur, vt ait August. 19. contra Faustum, cap. 16. nam si in lege veteri, datur libellus repudij, hoc est, vt non repente, per iram vxor dimittatur, sed per interstitium temporis dilatati forsitam vir à proposito dimittendi resipiscat, & hoc melius consequitur, Matt. 15. Dum Christus præcipit solum ob causam fornicationis vxorem esse dimittendam. Similiter lex vetus prohibet per iurium, vt autem hoc melius consequatur præcipit Christus omnino, non iurare, nisi in casu necessitatis, qui enim omnino non iurat longius abest à periurio. Similiter lex vetus ponendo pœnam tallionis intendit ab in moderata vindicta cohibere, & ab hoc perfectius remouet Christus monendo omnino ab indicta abstinere, circa dilectionem, vero proximi exclusit errorem antiquorum de odio inimici, dicēs diligite inimicos vestros, docens culpam, & non personam odio esse habendam, quinto lex vetus habebat defectum explicationis doctrinæ, noba autem, id ad impleuit omnia manifestissime explanādo, verbi gratia, lex vetus prohibebat homicidium, & adulterium, nihil superadendo. Quapropter scribæ, & Pharisei decepti existimabant solum actum externum prohiberi, Christus autem explicuit, etiam actus internos esse prohibitos, verum est etiam in illa lege doceri mysterium Trinitatis, Resurrectionis, & eternæ, vitę, vt supra ostendimus, id tamen multum implicite, ita vt solū aperitissimis legis, hæc essent cognita, in lege autē noba hæc mysteria adeo clare sunt manifestata, & edocta, vt etiam a Rudi populo cognoscantur. De quo Aug. 18. de ciuit. cap. 11. & sup. Psal. 37. & 19. contra Faustum, cap. vlt. D. Hiero. Dialogo, 1. contra Pelagianos, videatur Felisius, 1. part. Decalogi. Sexto impleuit cæremonialia: tum illa obseruando, ad hoc enim circuncisus est, & alia talia fecit factus sublege, vt ait ad Galat. 4. Tum etiam principaliter veritatem illarum figurarum in executione ponendo, erant enim vmbræ, quæ ipsa veritate, & corpore adumb, ato debebant cōpleri. Quapropter sic dum cōplentur euacuantur, & cessant, quia nō necessaria est vmbra, vbi adest corpus, & veritas adumbrata. Vnde ad Ephes. 2. legem mandatorum, decretis euacuans, legem mandatorum appellat legem Moysis, illam ergo euacuauit decretis Euangelicis, quibus illa vacuitas impleta est, vt docet D. Hiero. Chris. Theophilatus, AEcumenius, nam lectio Erasmi ex Græco, non est admitenda, dicit enim legendum legem mandatorum in decretis (scilicet consistentem in decretis euacuans, nostra enim vulgata sequēda est vt fiat sensus prædictus, quod lex vetus, quæ lex mandatorum appellatur, sit euacuata (quia impleta) decretis Euangelicis Christi Domini. Et si contra facias arg. quia Christus potius fregit cæremonialia, quam illa obseruauerit: ergo non opere illa compleuit. Antecedēs probatur, Matt. 8. Tangendo leprosum, & Ioan. 9. non est hic homo à Deo, qui Sabbatum, non custodit, quod sæpe legimus fecisse. Respondetur, nullatenus Christum contra præcepta cæremonialia fecisse, quia ideò prohibebatur tactus leprosi ne per immunditiam tactus irregularisma neret, quia tamen Christus tangebat ad emundationem, contra præceptum, non agebat, similiter de obseruantia Sabbathi dicitur, numquam contra illam fecisse, facere enim miracula virtute diuina, & ad salutem humanam, non erat Sabbatum violare, in quo vt Christus dixit licitum erat, & animalia curare. Vnde falso ei Pharisei imponebant, hoc crimen. Vltimo per legem nobam impleta est lex vetus, quantum ad iudicialia, per hoc, quod ad quandam tranquillitatem, & pacem cœlestem, lege noba homines ducuntur, dum docentur, nec perturbationibus, aut aduersitatibus esse cedendum, & vt omnino lex ve-

D. Aug. *D. Hier.* *Felisius.* *Ad Gal. 4.* *Ad Eph. 2.* *Obiectio.* *Solutio.*

tus completa,& perfecta maneret superad dit Christus consilia ad præcepta, vt sic magis præcepta moralia manerent illæsa, sed de consilijs infra dicetur.

Art. III.

Vtrùm lex noba in veteri con tineatur?

Concl. D, Thom. Ezech. 1. D.Greg. CONCLVSIO est affirmatiua, quod probat ex illo Ezech. 1. erat rota in medio rotæ,idest nouum testamentum in veteri,vt explicat,D. Gregor.hom.6.sup.Ezech. Modum autem continentiæ explicat,illo exemplo,Matci.4.Vltra terra fructificat primum herbam,deinde spicam demum plenum frumentum inspica,sup.quod Chris. ait primo herbam fructificat in lege naturæ post modum spicas in lege Moysi,postea plenum frumentum in Euangelio, omnia enim,quæ in Euangelio prædicantur velut insemine in lege continebantur antiqua,quia illic implicite,hic autem explicite habentur,vt explicuimus,art. præcedenti,& in hoc sensu præcepta nobæ legis dicuntur maiora.

Mar. 4.

D. Chris.

Art. IV.

Vtrùm lex noba sit grauior, quam vetus?

1. Concl. D. Thom. Matt. 11. D. Hilar. PRIMA conclusio quãtum ad actus exteriores,& præcepta operum exterorũ lex vetus erat grauior, vt patet ex illo Matth.11. Venite ad me omnes, qui laboratis,& onerati estis,vbi Diu. Hylarius,Can.11.sup.Matt.circa finem, de labore legis,& onere peccati, & Chrisi. hom.10.imperfecti.Item patet Exo.17. vbi manus Moisis graues appellãtur,quia graue onus legis in possuerunt.Quapropter illam appellat sarcinam innumerabiliũ obseruationum,Aug.ser.9.de verbis Domini,& Epist.119.cap.19.& Actor.15. dicitur,quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum,quod nec patres nostri,nec nos portare potuimus,incomportabile iugum appellat legẽ, propter nimiam difficultatem,non propter impossibilitatem,quia Deus non obligat ad impossibile,vt explicat Trid. Sess.6. can.

D. Chris.

D. Aug. Acto. 15.

Con. Trid.

18. Aug.de nat.& gratia,cap.43.D. Hiero,in expositione symboli,ad Damassum. etiam Apoc.2.Non mittam super vos aliud pondus,quod de lege veteri, explicat Ricardus de Sanctovict.& Hugo Cardinalis.Item ad Hæb.Deponentes omne pondus,quod multi intelligunt, de lege veteri.Item ad Galat.5.state, & nollite iterum iugo seruitutis contineri, vbi admonet libertatem à lege veteri, è contra autem in lege Euangelica præcepta actuũ exteriorum,non ita multiplicantur,nec a Deo grauia opera externa præcipiuntur, vt notauit Aug.Epist.118.sicut promissum erat,Esa.10.& erit in die illa auferetur onus eius,de humero tuo,& iugum de collo tuo,& computrescat iugum à facie olei.Quapropter 1.Ioan.5.dicitur de lege Christi mandata eius grauia non sunt, quia vt ipse dixit Matt.11.onus meũ leue,facitque ad hoc,vt onus præceptorum legis Euangelicæ sit leuius,abũdatior gratia,& maiora auxilia,ad talia opera facienda,de quo Esai.41. Egeni,& pauperes quærunt aquas,& non sunt aperiam in supremis montibus flumina,& terram inuiã in ribos aquarum, primum dixit de lege veteri auxilijs necessitãte, secundum autem de lege noba illis abundante, facit etiam,quod ipse Christus in laboribus ferendis exemplum se præbuit, vt ipse ait, qui vult venire post me tollat Crucem suã, & sequatur me,quod Esa.30.Prædixerat dicens occuli tui videbunt præceptorem tuum,& aures tuæ audient verbum post tergum monentis(vtique per exemplum) quia vt dicitur Mich.2.congregans congregabote,Iacob,& subdit ascendit enim iter pãdens ante eos,quia viam laborum incedens ipse planã sequentibus relinquit & ad hoc Actor.1.Cepit Iesus facere, & docere,ad hoc facere cepit,vt doctrina eius facilis ad executionem,rederetur.Etsi contra facias arg.nam iustis multi labores, & pericula,& persecutiones insurgũt,iuxta illud,2.Tim.3.omnes qui pie volunt viuere persecutiones pacientur.Respondetur,huiusmodi difficultates,non oriri ex natura præceptorum,quæ facilia sunt,sed ex inuidia Diaboli,& malitia ministrorũ eius,& ab extrinseco,& ad hoc etiam consolationem præuenit dicens,si mũdus vos odit scitote,quoniam me priorem odio habuit,& sicut dicitur 2.Cor.1.sic ait in nobis abundant passiones Christi,ita & per Christum abundat consolatio nostra.Quapropter omnibus pensatis præcepta nostra leuissima sunt,respectu præceptorum legis veteris.

D. Aug. D. Hier. Apoc. 2. Ricard. de Sanctovict. Hugo. Galat. 5.

D. Aug. Esa. 10.

1 Ioan. 5.

Esa. 41.

Esa. 30.

Mich. 2.

Acto. 1.

Obiectio.

2. Thim. 3

Solutio.

Ex

Corol. Ex quo sequitur, quod licet in Ecclesia sit potestas superaddendi præcepta, & leges humanas ad præcepta Christi, de quo supra egimus cabere, maxime debent Prælati à multitudine præceptorum, & legum, hoc enim erit abuti sua potestate in grauamen legis Euãgelicæ, quam Christus volult esse suauem, & lebem, eritque legem Euangelicam grauiorem facere lege Iudæorum, de quo Aug. Epist. ad Inquisitiones Ianuarij, nec ex hoc sumant hæretici detrahendi Religiones præceptis grauatas, nec Religiosi à sumant quærellam, nam doctrina tradita est respectu omnium fidelium, qui velint nollint legibus manent subiecti, Religiosi autem, qui sua sponte Religioni. & regulæ se subiecerunt grauamen illius, & multitudinem legum pacienter ferant, nisi inordine Dominicano, qui ex suo statuto, & regula etiam voluit Prælatos à multitudine præceptorum se abstinere.

D. Aug.

2. Concl. Secunda conclusio, quãtum ad actus interiores lege noba explicite præceptos qui in veteri tantum implicite præcipiebãtur, lex noba est grauior, quã lex vetus, Matt. 5. hæc probatur Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquã scribarũ, & Pharisæũ nõ intrabitis in Regnũ Cœlorũ, & illud arcta est via, quæ ducit ad vitã, & quia fideles nostræ legis tenẽtur ad fidẽ magis explicitã, & ad charitatem feruentiorem, Luc. 7. quia Luc. 7. Cui plus dimittitur plus diligit, & rationi est consentaneũ, vt cui plus donatum est, plura reddat obsequia, & plus diligat & ratio Diu. Thomæ, in art. est manifesta, nam actus interiores præcepti, in lege noba sunt actus virtutis, nõ enim possunt impleri, nisi in gratia, & charitate, & per virtutem, nam in hoc distinguuntur præcepta de actibus externis à præceptis actuum interiorũ, quod illa impleri possunt per exhibitionem operum, quantum ad substantiam, etiam si fiant extra charitatem. Ista vero impleri non possunt, nisi in gratia, nam modꝰ virtutis (qui sine gratia esse non potest) cadit sub ipso præcepto actuũ interiorum, sed actus virtutis, maxime difficilis est, quia debet fieri prompte, & faciliter, quod vtique non habenti virtutem difficillimum est, vt ait Arist. 5. Ethico. cap. 9. Quapropter dicitur, quod virtus est, circa difficile: ergo lex noba præcipiens huiusmodi actus maximam habet dificultatem, itaque licet actus virtutis in sensu composito, & supposita virtute, facilis sit, quia virtus tollit difficultatem, tamen in sensu diuisso, & absolute ille actus difficilis est, & ad illũ absolute obligat præceptum, quia etiam non habens virtutem præcepto obligatur ad illum actum, quem tamen exercere non potest, nisi prius virtutem habeat, verum est quod licet absolute, lex noba, quantum ad huiusmodi actus interiores virtutis sit grauior, tamen omnibus pensatis, etiam quantum ad hoc onus est leue, & suaue, quia vt ait Aug. de nat. & gratia, cap. 69. & tract. de laudibus charitatis amãti, nihil est graue, lex autem noba, vt supra diximus est, lex amoris omnia facilitans, vt dicit Ose. 14. in funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis, & ero, quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt vesceretur, vbi paraphrasis Caldaica, ait veluti bonus Agricola, qui boũ humerum alleuat, & relaxat in maxilli seorum, &c. Ecce qualiter licet lex noba ob prædictam grauitatem iugum appelletur, tamẽ dicitur aleuiatum amore, ita vt vinculis charitatis, quasi facili filo trahi possint, & magis dicantur à iugo liberi, quam illud portare superaddit antem, Propheta vt vesceretur, ad significandum Christum in Ecclesia Sacramentum Eucharistiæ instituisse, quod est Sacramentum amoris, & charitatis ad leuamen, & consolationẽ fidelium, in quibus, cumque laboribus, & tribulationibus. Restat ergo, quod absolute lex noba est suauior, & non ita grauis, & ponderosa, sicut lex antiqua.

D. Aug.

Quæst. 108. De his quæ continentur in lege noba.

Art. I.

Vtrùm lex noba aliquos actus exteriores debeat præcipere, vel prohibere?

Concl. D. Thom. Ioan. 12. CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, quia fideles in lege noba sunt filij lucis, Ioann. 12. credite in lucem, vt filij lucis sitis: ergo debent operari opera lucis abijciendo opera tenebrarum, ad Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate, opera autem lucis sunt opera exteriora bona, secundum illud vos estis lux mundi, &c. sic luceat lux vestra, vt videant opera vestra bona: ergo opera exteriora bona cadunt sub præcepto. Secundo

cundo autem probat, nam lex noba, vt dictum est principaliter consistit in gratia Spiritus Sancti manifestata, per fidem operantem, per dilectionem, quam quidem consequimur, per Dei filium hominem factum, humanitatẽ enim illius prius Deus repleuit gratia, & ex illo ad nos est deribata, vt à capite. Vndè de illo dicitur Ioãnis 1. Verbum caro factum est, &c. plenũ gratiæ, &c. & de plenitudine eius nos omnes accepimus: ergo vt gratia nostra, velut peculiaris effectus Verbi incarnati, & visibilis appareat, per opera externa debet resplendere, & sic talia opera exteriora sub præcepto cadunt. Notandum tamẽ quod opera exteriora ad gratiam interiorem, dupliciter comparantur, primo, vt inducentia, ad gratiam, & talia sunt opera Sacramentorum, quæ in lege noba ad causandam gratiam sunt instituta, vt baptismus Eucharistia, &c. quæ sunt septem. Alia uero sunt opera exteriora, quæ ex instinctu gratiæ producuntur, de prioribus certum est esse præceptum, vel respectu particularis personę, vt sunt quinque priora Sacramenta, aut respectu communitatis, vt sunt duo posteriora, videlicet Sacerdotium, & matrimonium, de secundis autem operibus externis ex gratia procedẽtibus, oportet distinguere, nam alia sunt quæ necessariam connexionem, vel contrarietatem habent ad gratiam, & hujusmodi cadunt sub præcepto, vt sunt præcepta moralia, & confessio exterior fidei est præcepta, sicut & negatio prohibita, Matt. 10. qui confitebitur me coram hominibus confitebor, & ego eum coram patre meo, qui autem negauerit me corã hominibus negabo, & ego eum coram patre meo. Alia vero sunt opera exteriora, quæ cum gratia interiori necessariam connexionem, non habent, & talia a Legislatore Christo, non sunt præcepta, sed relinquuntur electioni, & voluntati vnius cuiusque prout curam gerit, siue sui, siue aliorum, vt quid expediat possit determinare faciendum, vel vitandum, & quantum ad hoc lex noba, potest etiam vocari lex libertatis, quia lex vetus fere omnia determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinanda, etiamsi cum gratia necessariam connexionem non haberent non autem dicitur lex libertatis, quia actuum exteriorum in lege noba præcepta non sint, quod enim ex præcepto gratia, ad hoc inclinante fiant non tollit libertatem, libere enim operari (ait Arist. 1. Metha. cap. 1. est operari ex se ipso. Vndè operari ex habitu congruente naturæ, est ex se ipso operari, quia talis habitus inclinat inmodum naturæ, quando autem habitus naturæ repugnat, homo non agit ex se, sed ex corruptione superueniente, & hoc derogat libertati, cũ ergo gratia sit habitus, maxime congruus naturæ, & illam maxime perficiens agere opera (etiã præcepta) ex inclinatione gratiæ, non tollit libertatem, sed maxime libere, facit nos illa implere. Hoc tamen intelligendũ est, (inquit Medina) quando habitus est consonus, vel dissonus naturæ principali, nã quod sit conformis naturæ minus principali, non facit operari ex se ipso, & ab intrinseco, sicut cum animal descendit exalto præcipitatum non dicitur moueri ab intrinseco licet ille motus sit conformis naturæ corporis, cum sit contra naturã principalem animalis, similiter, qui operatur ex habitu vitioso cõformi appetitui, contrario tamen rationi, non operatur, nisi vt seruus, vt ait Cicero. & de illis, Iacob. 1. vnusquisque tentatur a concupiscẽtia sua abstractus, & illectus, & quasi compulsus, quia autem gratia est conformis naturæ, rationali, quæ principalior est in homine imò & naturæ cælesti, & diuinæ, ideò qui ex gratia operatur maxime liber est, & nullatenus seruus, etiamsi ex præcepto operetur.

Not. ex Medina.

Art. II.

Vtrùm lex noba sufficiẽter exteriores actus ordinauerit?

CONCLVSIO est affirmatiua, quam probat, quia exteriores actus ordinandi in lege noba sunt, illa quę aut antecedenter requiruntur ad gratiam introducendam, aut consequenter ad rectum vsum illius ex connexione necessaria, cum gratia, quæ antecedenter requirũtur sunt Sacramenta, quæ Christum per se ipsum instituit, scilicet baptismum Eucharistiam ordinem instituendo ministros Apostolos, & septuaginta duos Discipulos, & penitentiam, & matrimonium indissolubile. Confirmationẽ, quã promisit per Sancti spiritus misionem, etiã ex eius institutione legitur Apostolos oleo infirmos vngendo sanasse, Matt. 16. quæ sunt septem Ecclesiæ Sacramenta, quæ autem ad vsum gratiæ, consequenter requiruntur sunt illa, quæ per se, ad gratiam, & charitatem

Concl. Thom.

ritatem expectant, & talia sunt præcepta moralia habita in lege veteri, & de nobo instituta à Christo, sine superadditione ad illa, & hæc quidem in communi, nam in particulari, illa determinare, aut in ordine ad cultum Dei pertinet ad cæremonialia, aut in ordine ad proximũ pertinet ad iudicialia: cum ergo Christus ordinauerit Sacramenta, & precepta moralia decalogi in communi, recte ordinauit actus exteriores ex necessitate ad gratiam pertinentes relinquendo determinationem cæremonialium, aut iudicialium arbitrio humano, siue in ordine ad se, siue in ordine ad alios per ministerium Prælatorum. Si autem suis Apostolis aliqua in particulari, determinauit, solum fuit pro ipsis, & non pro omnibus fidelibus succedentibus: nã cum essent sub cura Christi, sicut modo subditi, sub cura Prælati, ita ad ipsum pertinebat, etiam eis determinata mandare, sicut Prælatus, cum subditis. Non autem ea voluit pro omnibus manere, vt patet Luc. 22. Cũ enim tulisset Apostolis, vt si nepera, & sacculo iter agere, tempore passionis ait, sed nunc qui habet sacculum tollat: similiter, & peram, &c. vt insinuaret iã sua passione illam determinationem pro Apostolis personaliter factam cessare, & solum in communi legem moralium, pro omnibus remanere lege, D. Thom. solut. ad 3.

Art. III.

Vtrùm lex noba hominem circa interiores actus sufficienter ordinauerit?

Conclusio est affirmatiua.

Concl. D. Thom. D. Aug.

D. Thom. hunc articulum instituit, solum vt latissimam, & copiosissimam doctrinam D. Augustini lib. de sermone Domini in monte, ad compendium resumeret. Vnde, qui ad longum intendit videre, videat Augustinum, & qui sumam eius doctrinæ voluerit inspicere legat, hic Diu. Thotnam, quia nihil amplius, aut melius extra illos desiderari potest.

Art. IV.

Vtrùm conuenienter in lege noba consilia, quadam determinata sint proposita?

CONCLVSIO est affirmatiua, quod probat, primo Prob. 27. Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur, cum ergo Christus amicus noster sapientissimus sit, consilia vtilia, & cõuenientia nobis debuit præbere. Secundo probat ratione, quia homo constitutus est inter, res mundi huius, & spiritualia bona, In quibus eterna beatitudo consistit: oportet ergo ad spiritualia bona, & beatitudinem comparandam, vt à rebus mundanis separetur, ita vt in eis finem vltimum non constituat, hoc enim necessariam connexionẽ habet cum gratia, quæ conseruari non potest posito vltimo fine in creatura in quo peccatum mortale consistit, ad hærere autem temporalibus non ponendo in eis vltimum finem, nõ habet necessariam connexionem, cum gratia, potest enim illa conseruari, etiam si terrenis isto modo adhæreat. Vndè non adhærere, primo modo terrenis cadit sub præcepto, adhærere autem secundo modo minime, sed relinquitur arbitrio humano, quia tamen melius, & securius spiritualia consequuntur, dum nullo modo temporalibus adhæretur, ideò sub consilio cadit ad melius spiritualia consequenda totaliter à terrenis abstinere. Bona autem terrena, quæ pertinent ad vsum humanæ vitæ in tribus consistunt, scilicet in diuicijs bonorum exteriorum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum, & in delicijs carnis, quæ pertinent ad concupiscẽtiam carnis, & in honoribus, quæ pertinent ad superbiam vitæ, secundum 1. Ioan. 2. ab his ergo totaliter abstinere pertinet ad consilium, & in hoc fundatur omnis Religio, quæ statum perfectionis profitetur, diuitiæ enim abdicantur per votum paupertatis delitiæ carnis per votum perpetuæ castitatis superbia vitæ, per votum obedientiæ, & perpetuæ seruitutis, sequi ergo omnia ista simul est perfectio simpliciter obseruans omnia consilia. Si autem vnũ aut alterum obserbetur est consilia, & perfectionem ex parte sequi, & non in totum statum perfectionis habere, vt si quis tantum eleemosinam tribuat, quando dare non tenetur. Similiter, qui aliquando adelectationibus abstinet, vt Deo bacet, aut qui aliquando suam voluntatem, non sequitur cum posset, multa alia sunt, quæ de consilio, & non de præcepto habentur

Concl. D. Thom. Prob. 27.

1. Ioan. 2.

bentur, sed ad hæc tria omnia faciliter reducuntur.

Dubium est.

Vtrùm lex Euangelica sit vere lex veraque contineat præcepta?

1. Sent. Caluinus probatur.

IN hac re Caluinus sup. illud, Gal. 4. Misit Deus filiũ suũ factũ sublege, vt eos, qui sub lege erãt redimeret, dicit nullatenus Christũ fuisse Legislatorẽ, nullamq; legẽ instituisse, sed potius veterem abrogasse, vt homines lege soluti liberi manerent, id probat Ioan. 3. Nõ misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, Ioan. 5. non iudico quemquam.

2. Sent. hæreticorũ

Secundus error, quem refert Medina hic est asserentium legem nobam, vere esse legem, tamen tantum præcipere opera exteriora, qui error, iam tempore Christi prævalere incipiebat, sed ab ipso reprobatus est, Matth. 23. Comparans huiusmodi sepulcris de albatis exterius pulchris, interius tamen plenis vermibus, & fætore contra quos, Hiere. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam, Borith, maculata es iniquitate tua.

3. Sent. Lutherus, & alij hæretici.

Tertius error etiam relatus à Medina est per oppositum sufficere præcepta seruare interius internamque habere sanctitatem, operaque externa omnino esse inutilia, imò Lutherus ait sufficere interiorẽ fidem, externa autem opera, non solum esse inutilia, sed & peccata, & D. Aug. de fide, & operibus, cap. 14. Ait hunc errorẽ esse antiquissimum, multi enim ex Paulo magnificante fidem occasionem malo intellectu senserunt, vt intelligerent fidem sufficere, quem errorem notauit, 2. Petri. 3. (loquens de Epistolis Pauli) in quibus sunt, quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles de prauant in sui ipsorum perditionem, & contra hunc errorem scripserunt suas Epistolas Canonicas Apostoli Petrus, Iacobus, Ioannes, & Iudas.

1. Concl. Con. Trid. Ioan. 15. Matt. 5. Ioan. 14. Matt. 19.

Prima conclusio lex noba est continens vera præcepta, & est vere & propriè lex. Hæc est definita in Concilio Triden. Sess. 6. Can. 19. & 21. & probatur, Ioan. 15, hoc est præceptum meum, & Matt. 5. Ego autem dico vobis. Ioan. 14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me, & rursus, si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea, & rursus vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, Matt. vlt. Eũtes docete, &c. Docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis, vbi videatur D. Hiero.

D. Hier. 2. Pars conclusio. Ad Hab. 8. Hier. 31. D. Hier. D. Aug. Esa. 2. Mich. 4. D. Aug. Esa. 33. Esa. 42. Psal. 83. Rom. 2. Rom. 3. Galat. 2. Vide Suar.

Secunda pars probatur, ad Hæbr. 8. ex Hier. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorũ super scribam eam. De quo D. Hiero. ibi, & Aug. de Spirit. & lit. cap. 26. & 27. Esa. 2. & Micheæ, 4. De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Hierusalem iudicabit gentes, &c, quem locum de lege Euangelica, explicat Aug. de ciuit. cap. 17. Esai. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, & cap. 42. legem eius insulæ expectabunt, Psalm. 9. Constitue Domine Legislatorem super eos, Psal. 83. Etenim benedictionem dabit Legislator, quæ loca de Christo intelligunt omnes interprætes, Rom. 7. Cum ego, sine lege non essem, sed in lege essem Christi. Galat. 5. Omnis lex in vno sermone impletur diliges proximum tuum, sicut te ipsum, Rom. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, Rom. 3. Legem ergo destruimus per fidem? Absit; sed legem statuimus, Galat. 2. per legem legi mortuus sum, idest per nobam legem mortuus sum veteri. Vide Suarez, 3. part. tom. 1. disp. 47. sectio. 2. Ratio autem huius est manifesta, nam Ecclesia est quædam Respublica, vt autem bene ordinata sit, & perpetuam conseruationem habeat legibus debet gubernari.

2. Concl. Psalm. 44 Ioa. 4. Vide D. Thom. Medina. Soto. Vasemã.

Secunda conclusio, lex Euangelica præcipue consistit, & præcipit actus internos, quia præcipuus ornatus animæ est interior, Psalm. 44. omnis gloria eius abintus, & rationem insinuat, Ioan. 4. Spiritus est Deus, & ideò in spiritu, & veritate illum adorare oportet, & Matt. 5. contra Pharisæos existimantes in actibus interioribus peccatum non esse, dicit nisi abũdauerit iustitia vestra, plusquam scribarũ, & Pharisæorum, nõ intrabitis in Regnum cœlorum, & ad hoc docuit cohiberi odiũ, prauam concupiscentiam, & intentionẽ, &c. quæ omnino ad interiora pertinent. Item patet, quoniam potissima perfectio Christiana consistit in actu præstantissimarum virtutum, quales sunt Theologales, & Religio, sicut & beatitudo in præstantissima operatione debet consistere,

sed

sed præstantissimi actus illarum virtutum sunt interni ergo, &c. inter hos autem actus internos præcipue, & primo præceptus est actus fidei, in quo etiam hæretici conueniunt, & late probatur, materia de fide, & infra, quæst. 113. Videatur de hac conclusione D. Thom. art. 2. & 3. & Medina, & Valen. disp. 7. quæst. 8. puncto, 2. Soto, 2. de iust. quæst. 9. art. 1.

3. Concl. Tertia conclusio, licet secundario, & minus principaliter, tamen opera exteriora sunt præcepta in lege Euangelica, hæc patet Galat. 5. Vbi loquens de operibus carnis, quæ exteriora sunt, qui talia agũt Regnum Dei, non consequentur, & Mat. 25. Propter defectum operum exteriorũ dicitur, item maledicti inignem eternum, sitiui enim, & non dedistis mihi bibere, &c. & è contra venite, benedicti Patris mei, si tibi enim, & dedistis mihi viuere, ecce qualiter propter bona, aut mala opera exteriora damnantur, aut saluãtur à Christo. Item probatur optima congruentia; nam sicut anima licet sit spiritualis indiget, vt actus est corporis actibus ipsius corporis, vt conseruetur, tam in esse, quã inoperari: ita similiter gratia in qua principaliter consistit, lex Euangelica, licet sit omnino interior, indiget tamen ad sui conseruationem actibus exterioribus, & aliàs interior sanctitas euanesceit, iuxta illud, D. Ioann. in sua canonica, qui viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera misericordiæ, in illum, quomodo charitas patris manet in illo? Diximus minus principaliter esse præcepta opera exteriora, quia Luc. 10. facta comparatione interiorum ad exteriora subnomine duarum sororum Christus protullit sententiam in fauorem interiorum: dicens Maria optimã partem elegit, &c.

Galat. 5. Matt. 25. Luc. 10.

4. Concl. Conc. Bienense. Clemen. Con. Trid. Mat. 19. 1. Cor. 9. Insania. Bergadorum. Vide D. Aug.

Quarta conclusio, opera externa non solum sunt præcepta, & necessaria incipiẽtibus, sed etiam viris, quantuncumque perfectis, hæc est definita in Concilio Bienẽsi in Clement. ad nostrum de hæreticis, & in Trid. Sessio. 6. Can. 20. & patet Matt. 19. Si vis perfectus esse vade, & vẽde omnia, quæ habes, & da pauperibus, & 1. Corinth. 9. Cum Paulus perfectissimus esset, ait castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Quapropter insaniã fuit vegardorum asserentium viros contẽplationi deditos censendos esse a spiritu decessisse, si exterioribus implicentur. Vnde, nec Eucharistiam esse adorandam, ne à contemplatione impedirentur, de hac cõclusione, & præcedenti. Videatur Aug. de fide, & operibus, cap. 14. & 15. Rosen sis, art 32. Castro, lib. de hæresibus, titulo, fides hæresi, 2. & verbo opera hæresi, 1. Soto, lib. de nat. & grat. & iterum infra, quæst. 113. redibit sermo. qualiter sola fides, sine operibus non sufficiat ad iustificationem contra Lutherum, modo autem restat explicare, quæ nam sint præcepta de actibus exterioribus in lege Euangelica, pro quo ponuntur sequentes concl.

Rofensis. Castro. Soto.

5. Conc. Matt. 5. D. Aug. Ioann. 13. & 15. D. Aug. D. Clem. Matt. 23. Ad Gal. 6.

Quinta conclusio, in lege Euangelica sunt præcepta moralia posita à Christo domino, sicut & in veteri posita erant, imò sunt à Christo aucta, quantum ad maiorẽ explicationem, vt patet, Matt. 5. Ego autem dico vobis, &c. vbi maiorem explicationem dilectionis proximi apposuit, vt ait Aug. lib. de ser. dom. in monte, & 1. retracta, cap. 22. ideò Ioan. 13. & 15. præceptum dilectionis fraternæ vocat præceptum suum, & mandatum nouum, ideſt à se renouatum, vt explicat Aug. & D. Clem. lib. 6. consti. Apost. cap. 23. adiungens, illud, Matt. 23. quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, vnde ad Galat. 6. alter alterius onera portate, & sic ad implebitis legem Christi; ex quo sequitur præcepta moralia obligare ex institutione Christi, etiã si aliàs legenaturæ nõ obligarẽt, modo autẽ vtrãq; obligationẽ habẽt, & legis naturę & Eãgelicę sicut & antea præter obligationẽ naturæ ex veteri lege obligabãt, vt sup. diximus.

6. Concl. Ioan. 3. Ioan. 6. Ioan. 20. D. Thom. Ioan. 16.

Sexta conclusio, in lege noba sunt præcepta cæremonialia de Sacramẽtis, & dispositionibus, requisitis ad ipsa, & de sacrificio in particulari, de Sacramentalibus autem solum in communi, vt sancta sancte tractentur relinquens illa ab Ecclesia determinãda. Quod sint in particulari præcepta de Sacramentis, patet, nam de baptismo ponitur, Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. de Eucharistia, Ioann. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitã in vobis. De confessione, Ioan. 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c. De confirmatione dicit D. Tho. 3. part, quæstio. 72. art. 1. ad 1, quod non fuit institutum a Christo exhibendo, sed promittendo, Ioan. 16. Si non abiero paraclitus nõ veniet ad vos, si autem abiero mittam eũ ad vos. Vnde in missione Spiritus Sancti institutum est, hoc Sacramentum, licet sit in opinione: vtrum præceptum eius obliget ad mortale, an vero solum ad veniale Sacramentum etiam extreme vnctionis,

inquit

D. Thom. inquit D.Thom.in additionibus,ad 3.p. part.quod Christus instituit,licet non illud publicauerit,sed hoc fecit per Apo-
Iacob.5. stolos Iacob.5.infirmatur,quis in vobis inducat Præsbyteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini,& oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus,& si in peccatis sit remittentur ei.De hoc etiam Sacramento in opinione versatur: vtrum obliget sub mortali,aut subveniali. Sacramentum ordinis instituit nocte cænæ,& simul cum Sacramento Eucharistiæ instituit sacrificium,dicens hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis,quæ verba præceptum sacrificandi important impositum Sacerdotibus, tunc consecratis,
Con Trid. vt habetur ex Trid.Sess.22.cap.1.Vndè
Refellitur Maldonado. in hoc errauit Maldonatus,Ioan.6.num. 53.in aliquibus codicibus oppositum asserens. Quapropter a suis consodalibus in noba impræssione, hoc est expurgatum,
Matt.14. de Sacramento matrimonij,constat Mat.
Ad Eph.5 14.Quod Deus coniungit homo non separet.De quo ad Ephes.5.Sacramentum hoc magnum est,&c,in præceptis autem Sracamentorum clauditur etiam præceptum dispositionis ad illa iuxta naturam vniuscuiusque.

7.Conc. Septima conclusio, præter præcepta fidei spei, & charitatis, & Religionis, & præcepta moralia, & Sacramentorum,& dispositionũ ad ipsa, & sacrificij Missæ, nullum aliud præceptum est positum à Christo in lege Euangelica, nisi præceptum obedientiæ, vt in alijs Ecclesia possit determinare pro tempore, quod expediens fuerit, & nos teneamur obedire. Qua propter, nulla iuditialia præcepta sunt posita à Christo, sed illa instituenda reliquit Ecclesiæ in illis verbis, Ioãn.21. *Ioann.21,* pasce oues meas,& illud Matt.16.dic Ec- *Matt.16.* clesiæ,si Ecclesiam non audierit, &c. de *Vide Div.* hac conclusione.Vide D.Tho.quodlib. *Thom.* 2.art.8.Soto,vbi supra Medina, & alij *Soto.* moderni hic, Valen.disp.7.quæst.8.punto,2.Azor,tom.1.lib.7.cap.34. quæst. *Medina.* 4.§.in his igitur. *Valen.* *Azor.*

Ad fundamentum Caluini a principio respondetur,in illis locis loqui Chri- *Ad arg.* stum,quandiu erat in mundo,in primo ad- *Caluini ex* ventu,non venisse iudicem,sed vt Saluato- *Ioan.3.&* rem,non autem asserit absolute iudicẽ, *5.Resp.* non esse,imò oppositum patet,1.Cor.4. *1,Cor.4.* Qui autem iudicat me Dominus est,Rom. *Rom.2.* 2.Thesaurizas tibi iram in die iræ,& re- *Matt.16.* uelationis iusti iudicij Dei,Matt.16.Pa- *Acto.17.* ter omne iudicium dedit filio,& potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est,Acto.10.Ipse est,qui constitutus est à Deo iudex viuorum,& mortuorum,& idem habetur,Actor.17.Qualiter autem consilia Euangelica congruẽter superaddita sint præceptis satis erudite,tractat Medina super vltimum art.4. *Vide Medina.* in illo videatur, & hæc de legibus dicta sufficiant,& vt de necessitate gratiæ ad legum obseruantiã tẽpus est,vt iã agamus,

Ex hac dicta de materia legum.incommuni,pro Theologis sufficiant.

FINIS.



QVAEST.

QVAESTIO.C.IX.DE EXTERIORI PRINCIPIO actuum humanorum, scilicet gratia.

Introductio ad materiam de gratia.

MATERIA de gratia celebris est cũ enim Theologia de Deo agat cuius participatio est gratia de illa præcipue pertinet ad Theologũ agere, est enim maxime necessaria eius cognitione, cupiẽtes vitare, scilã Pelagij omnẽ iustificationem viribus naturæ tribuentis incidimus, incaribdim Lutheri, tribuẽtis gratiæ omnem efficatiam: ita vt liberum arbitrium mere passiue, se habeat velut ex anime instrumentum quodam, quia vt notat Aug. Epist. ad Valent. dum liberum arbitrium constituimus gratiam auferre, videmur, qui autem bene de gratia, sentit illam in ordine ad supernaturalia, adeo necessariam debet existimare, vt verificetur, illud Christi Domini, sine me nihil potestis facere, concursum autem negare non debet arbitrij, vt verificetur Deum reliquisse hominem in manu consilij sui, & ante ipsum vitam, & mortem esse, vt quæ maluerit possit eligere, per quod euitantur, etiam alij errores, vt est error Manicheorum, qui statuebant duo principia rerum, alterum Deum, vt principium totius naturæ bonę, & operationis rectæ, alterum vero Dæmonem, vt principium naturæ, & operationis malę, imò ex hoc inferebant in nobis duplicem esse animam, & duplicem voluntatem alteram bonam, & principium bonę operationis, & nullatenus malæ, alteram vero malam, & principium malæ operationis, & nullatenus bonæ. Quapropter nullam vnicam potentiam agnoscebant, vt liberam, & indifferentẽ ad bonum, & malum, sed per hoc hominem esse liberum, quia duplicem habet potentiam, potentem vti altera ad bonum, altera vero ad malum.

1. Not. Died. Soto. Canisius.

Circa quid nomis autem notandum multipliciter in sacra Scriptura, & Concilijs, & Sanctis Doctoribus, hoc nomen, gratiæ accipi. De quo Driedus, libr. de gratia, & lib. arb. tract. 2. c. 2. Soto, 1. de nat. & gra. cap. 2. Canisi. libr. 5. de beata Virg. cap. 5. primo accipitur pro formositate, iuxta illud fallax gratia, & vana est pulchritudo, secundo accipitur pro modo quo aliquis alteri placet, vt est illud, Exo. 3. Dabo gratiam populo huic coram Egicijs, *Exod. 3.* & illud Luc. 2. Inuenisti gratiã apud Deum, *Luc. 2.* tertio accipitur pro gratitudine, secundum quod dicitur aliquis pro beneficio gratias referre. De quo D. Th. 2 2. q. 160. Aug. lib. 83. q. q. 3. quarto accipitur pro beneuolentia, secundum quod amico fit bonorum elargitio, vt est illud, 2. Reg. 16. Hæc est gratia, ad amicum, quod Diu. Hier. intelligit, de misericordia amico exhibita, sic D. Pau. 2. ad Cor. 8. vbi laudat gratiam Macedoniorum, idest, benevolentiã in elesiam Dei, & eleemosinas in Sãctos, quinto accipitur pro lege Euangelica, Ioa. 1. Lex per Moysem data est gratia autem, & veritas per Iesum Christũ, quod de lege Euangelica, explicat Abul. Mat. 26. q. 245. cui consonat Aug. 3. de Trin. cap. 19. vbi gratiam appellat cognitionẽ de Christo, sexto accipitur pro beatitudine, quia fundatur in gratia, ita August. In inchir. c. 107. sic D. Pau. ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, Ioan. 1. Gratiam pro gratia, idest gloria pro meritis, septimo accipitur, pro quocumque dono, absque meritis, & obligatione, qua ratione etiam naturalia gratia vocantur, quia à Deo gratis sunt donata, ita in Concilio Constantinopolitano, 6. Act. 11. vbi dicitur Angelos ex Dei gratia esse incorruptibiles, quia licet id habeant ex sua natura, hanc mere libere à Deo receperunt, & in Concilio Milleuitano, & Cartaginensi, vt refert Driedo, vbi supra, sic August. lib. 4. confes. cap. 16. Chrisostom. homil. 29, supra Matt. & homilia 13. in Ioann. Et in hac acceprione auxilium generale naturale compræhenditur, sic accipitur gratia à Diuu. Thom, 3. part. quæstion. secunda. articul. 10. Dicente, quod vnio humanæ naturæ ad Verbum

Exod. 3. *Luc. 2.* *D. Thom.* *D. Aug.* *2. Reg. 16* *D. Hiero.* *2. Cor. 8.* *Ioan. 1.* *Abulen.* *Matt. 26.* *D. Aug.* *D. Aug.* *Rom. 6.* *Ioan. 1.* *Conc. Const. tantiuopo.* *D. Aug.* *D. Chris.* *D. Thom.*

diuinum facta est per gratiam, & 1.part. quæstion.21.artic.4.vbi ait, quod in omni opere Dei, etiam neturali habet verum illud Psal.24. vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas (scilicet iustitia, & misericordia) misericordia enim est, quod vniuersa ex nihilo creauerit nulla obligatione, sed tantum propria libertate interueniente, iustitia autem est, quod illa secundum propriam perfectionem, vnicuique debitam condiderit, vt ignem calidum solem lucidum, &c. in hac acceptione vtebatur Pelagius, nomine gratiæ dicens liberum arbitrium esse ex gratia Dei, qua versutia, plurimos seducebat. Ex hoc plurimos parturiens errores, vt notauit August. lib. de nat. & grat. cap. 10. & 11. & 24. & 51. & epist. 95. ad Innocentium, & in hac acceptione explicat Aug. loco citato illud, 1. Cor. 4. quid habes, quod non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. Octauo specialiter accipitur pro dono supernaturali, siue extrinseco, vt vocatio prædicatio excitatio, &c, siue intrinseco, vt habitus supernaturales auxilia recepta, & donum immediate in essentia animæ inhærens, siue sit actuale, per modum transeuntis, vt auxilia, siue habituale, de his enim omnibus, in octaua acceptione contentis, tractat. Diu. Thom. in hac materia, modo enim agit de auxilijs, modo de gratia inhærente in anima, modo de extrinsecis, modo de intrinsecis, vt passim est videre in hac materia, in hac acceptione loquitur, Diu. Paul. ad Roman. 4. Ei qui operatur merces non imputatur, secundum gratiam, sed secundum debitum, & cap. 11. Si autem ex operibus iam non est gratia, alias enim gratia, non esset gratia, & 1. ad Corinth. 15. gratia Dei, in me vacua, non fuit, & gratiam sic large, sumptam diuidit, Diu. Thom. quæstion. 111. præcipue vero pro dono permanenti in essentia animæ accipitur in sacra Scriptura, ita Diu. Petro, asserente per illam nos effici diuinæ consortes naturæ, filios Dei, & gloriæ hæredes sic loquitur Concil. Triden. Sess. 6. Can. 11. dum dicitur, quod gratia à Deo infunditur, & nobis inhæret, & sæpissime sic loquitur de gratia, Diu. Paulus ad Hebr. 12. habemus gratiam, per quam seruiamus placentes, &c. hoc enim diuinissimũ donum gratia appellatur. Tum, quia sine meritis: tum etiam, quia per illud Deo grati efficimur, & de gratia sic specialiter agit Diu. Thom. quæst. sequenti.

Psal. 24. *Pelag.* *D. Aug.* *1. Cor. 4.* *Rom. 4.* *1. Cor. 15* *D. Thom.* *Conc. Tri.* *Ad Heb.*

2. Not. Secundo notandum necessarium esse explicare dictum Diu. Thom. quod gratia sit principium extrinsecum humanorum actuum, Prima explicatio est Conrradi, quod loquatur de gratia, vt se tenet ex parte Dei, quod insinuat Diu. Thom. dũ inquit agendum est de exteriori principio humanorum actuum, scilicet Deo, vt per gratiam adiubat, &c. & quæst. 90. vbi incipit agere de principijs extrinsecis humanorum actuum, ait, quod principium exterius ad malum inclinans est Diabolus, principium autem exterius mobẽs ad bonum est Deus, qui & nos instruit, per legem, & adiubat per gratiam, &c. intelligit ergo, hic nomine principij extrinseci gratiæ Deum, vt per gratiam mobentem, similiter, quæst. 79. dicens se velle agere de causis exterioribus peccati, ait primo tractandum ex parte Dei, secundo ex parte Diaboli, tertio ex parte hominis: similiter ergo, hic vt dictum est. Secunda explicatio est loqui in communi de gratia, vt se extendit ad auxilia prædicationem, &c. sic enim extrinsecum principium est permisiue, quia aliqua inferiora extrinseca sunt, licet alia sint intrinseca, vt gratia iustificans hac ratione loquutus est, supra quæst. 90. dum ait legem esse principium extrinsecum humanorum actuum loquitur de lege in cõmuni, quæ permisiue est extrinseca, cum lex ciuilis, vel vetus scripta extrinseca sint, licet lex naturalis sit intrinseca. Tertia explicatio est, quod sit extrinseca, non suppositio, quasi non sit inhærens, sed quia non est in potentia aqua, actus producitur, sed in hæsiue est in essentia animæ, hac ratione Diu. Thom. supra quæst. 78. ait, peccatum ex malitia esse ab intrinseco ex passione autem ab extrinseco, quia licet passio sit homini intrinseca, non tamen voluntati cuius est peccatum. Quarta explicatio est vocari extrinsecum principium, quia quod gratia superaddit ad actus humanos, in quantum humani, & voluntarij est aliquid extrinsecum, sicut charitas dicitur extrinseca iustitiæ, licet sit in eadem potentia, cum illa quia ratio charitatis extrinseca est iustitiæ, vt iustitia. Etsi contra primam explicationem arguas, quia sequeretur omnes habitus infusos debere appellari principia extrinseca, quia sunt à Deo, & se tenent ex parte illius, sicut gratia. Respondetur, non esse a Deo inmediate, sicut gratia, sed illa mediante. Quapropter simpliciter loquendo considerãtur ex parte subiecti.

D. Thom. 1. Explica Conrrado. *2. Explic.* *D. Thom.* *4. Explic.* *Obiectio.* *Solutio.*

3. Not. Tertio notandum, quod de hac ma-

ria

Soto. Vega. Abulen. Roñes. Marsi. Driedo. Bellar. D. Thom. D. Hier.

ria agunt Doctores in 2. à dist. 26. vsq; ad 29. Soto edidit tractatum ad patres Concilij Triden. potissimum, videatur lib. 2. à cap. 20. vsque ad finem operis, Vega per plures libros, supr. Con. Trid. sess. 6. Alen. 3. part. quæst. 69. videatur etiã Bañez, 22. q. 10. ar. 1. Marsi. 2. q. 17. & 18. Driedo, edidit etiam tractatum de grat. & lib. arbi. Vellarm. tom. 3. contro. 3. agit de hoc copiose Zumel, & omnes discipuli D. Th. hic Aug. to. 7. per plures tract. cõtra Pelag. D. Hier. Epist. ad thesi fontem, & dialogo, contra Luciferianos.

Art. I.

Vtrùm sine gratia homo possit aliquod verum cognoscere?

PRIMA conclusio in cognitione cuiuscumque veri eget homo auxilio generali Dei, quod est concursus primæ causæ. Secunda conclusio ad agnoscẽdas veritates naturales non eget speciali auxilio gratiæ. Tertia conclusio ad cognoscendas veritates supernaturales super antes facultatem naturæ, indiget homo speciali illustratione gratiæ.

Pro explicatione primo supponendum circa primam conclusionem veritatem illius non solum esse cognitam lumine natu 1. Suppon. ræ, sed etiam passim haberi in sacra Scriptura, quod omnia, tam maxima, quam minima à Deo dependeant, & quoad fieri, & quo ad cõseruari, sic Ioan. 15. sine me nihil potestis facere ad Hæbreos primo, portans omnia verbo virtutis suæ, quem locum Ioan. 15. elegantissime, explicat Diu. Thom. D. Thom. ibidem, lect. 2. & Iob. 10. manus tuæ do- Lob 10. mine fecerunt me, &c. & rursus pelle & carnibus vestisti me, &c. licet homo præter Adamũ fiat mediantibus causis secundis, tamen dicitur à Deo factus, quia Deus ad quemlibet effectum concurrit. Quapropter vitandi sunt duo extremi errores, primus asserens, ita Deum omnia efficere, vt causæ secundæ, nihil operentur, quem vt sententiam probabilem aprobat Gab. 4. dist. 1. quæst. 1. art. 3. dub. 3. hoc enim in Gabr. quit magnificat Dei, potentiam, vt solus ipse omnia efficiat assistentibus, tamẽ causis secundis, cum quibus pepigit pactum, vt ad præsentiam illarum operaretur. Hęc tamen sententia stulta appellatur à Diuo Thom. in 2. distin. 1. quæstion. 1. art. 4. & contrà illam agit, 3. conc. Gen. capit. Soto. 67. & sequentibus, Soto, 2. Phi. quæst. 4. quia per hoc destruitur modus loquendi Philosophorum, & frustra Deus tot genera causarum produxisset, si nihil operantur, nec esset maior ratio eligendi ignem ad conburendum, quam aquam, & aquam ad frige faciendum, quam ignem. Secundus error, per aliud extremum asserit Deum, nihil operari, sed solum causas secundas operari, hunc tenuit Abicena asserens Deum creasse primum Angelum, & istum creasse secundum, & secundum Abicena. creasse orbem. & orbem omnia hæc inferiora. Contra quem disputat, Diu. Tho. 1. parte, quæstion. 45. artic. 5. huic errori accedit Dur. dicens: Deum conseruare res, & earum virtutes, non tamen operari D. Thom. ad effectus illarum, sed effectus tantum fieri à rebus, & virtutibus illarum à Deo conseruatis, sic docet 2. distin 1. quæstio. 9. contra hoc tamen disputat. Diu. Tho. 3. contra Gen. cap. 67. & deinceps, & 1. part. quæst. 105. art. 5. & Augustin. libr. 4. supr. Gen. cap. 14. & lib. 5. cap. 10. Vi D. Aug. deatur Soto, vbi supra, qui probat contra Soto. hoc, & soluit argumenta, quæ fieri pos- 1. Cor. 12. sunt pro durando, optimeque, explicat ad propositum illud 1. Corint. 12. nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto, cuius legitima explicatio est, nos nullam rem, vel verbum pro ferre, posse Deo nobiscum, non concurrente. Videatur etiam contra istos errores Ve- Bellar. lar. tom. 3. lib. 4. cap. 4.

Secundo supponendum falsam esse sentẽtiam Duran. & Scoti quod etiam ces- 2. Supp. sante motu cæli motus corporales, non cessarent. De quo vide Diu. Thom. 1. part. quæst. 15. art. 4. & in 4. distin. 44. quæstio. 4. contra primam conclusionem.

Tertio supponendum dictum D. Th. 3. Supp. quod omnes motus inferiorum corporales reducendi sunt in motum cœli non verificari de motibus intentionalibus, vt emissio specierum. quia hoc conuenit corpori ex participatione superiorum substantiarum separatarum, & nõ pertinet ad corpus, vt corpus subditur cœlo. Vndè post iudicium, sine miraculo erit emissio specierum, etiam si motus cœli cesset. Item motus corporis, cum sit ab anima independenti à cœlo non dependet ab illius motu: secus est in animantibus, quorum forma est corporalis omnino à cœlo dependens; loquitur ergo Diu. Thom. de motibus corporum, prout cœlo subduntur, hoc est prout motus aqualitate elementali proueniunt, doctrina est D. Thom. quæst. 5. de potentia, art. 4. ad 8.

4.Suppo. Quarto supponendum est, quod veritates, aliæ sunt mere speculatiuę, aliæ practicæ, alię naturales, alię supernaturales: rursus, vel considerentur diuisiue, vel collectiue, & de omnibus est disputandum, similiter auxilium, aliud est naturale, aliud supernaturale, & hoc vel sumitur generaliter pro quocumque dono supernaturali, siue sit gratia, siue auxilium, siue coordinatio specierum virtute superiori, &c. vel sumitur specialiter pro gratia iustificante, non loquimur hic isto vltimo modo, nã certum est, non requiri gratiam iustificantem ad cognitionem etiam supernaturalium, cum illa cognoscãt fideles, etiam in peccato mortali, sed hic loquimur de gratia, vt importat, donum supernaturale, vt cumque: vtrum requiratur ad cognitionẽ veri, & hæc acceptio gratiæ pro dono supernaturali voluntaria non est, sed communis, 1.part.quæst.12.art.13.& 2.distin.28.art.5.

Circa secundam conclusionem.

Dubium I.

Vtrùm homo viribus naturæ possit cognoscere omnes veritates speculatiuas diuisiue?

1.Arg. 2.Arg. PROBATVR quod non, primo ex D.Th.1.part. quæst.1.art.1.vbi ait fuisse necessariam doctrinam diuinitus reuelatam, etiam respectu veritatũ naturalium. Secundo arg. Post peccatum intellectus habet vulnus ignorantiæ: ergo non poterit cognoscere omnia speculabilia, aliàs enim, quod vulnus habet? & rursus patet consequentia, quia hac ratione probatur, non posse cognoscere omnes huiusmodi veritates collectiue, non autem videtur maior ratio, de illis collectiue, & diuisiue. Confirmatur primo, Conf.1. quia si omnes collectiue non potest cognoscere: ergo nec diuisiue, patet cõsequẽtia, quia datur aliqua veritas continens tãtum difficultatem, sicut omnes collectiue, videlicet cognitio Dei, qui est obiectũ infinitum, etiam vt author naturæ, & vt cadit sub obiecto naturali intellectus creati Confirmatur secundo, Conf.2. quia ingenia sunt inęqualia: ergo minus perfectum non poterit omnes etiam diuisiue cognoscere, patet consequentia, quia non potest minus perfectum, tantum sicut magis perfectum, sed magis perfectum etiã non potest omnes collectiue cognoscere: ergo minoritas respectu veritatum diuisiue debet assignari. Conf.3. quoniam aliquæ sunt veritates, quas nemo, vnquam vsque adeo cognouit, vt quadratura circuli, & motus aliquorum astrorum, & futura contingentia, cum tamen hæ sint veritates naturales: ergo non potest viribus naturæ cognoscere omnia diuisiue. Conf.3.

In hac re, vt refert D.Th.2.dist.28.q. vnic.ar.5. qui tenẽt esse eundẽ intellectũ agentem in omnibus, & hunc esse Deum dicunt, non posse hominẽ aliquod verum naturale cognoscere, sine peculiari radio, & illustratione Dei, sicut enim inquiunt, sine radio solis aliquid videri non potest, ita sine radio illustrationis intellectus agentis (qui Deus est secundum illos) nihil potest intelligi, sic enim se habet lux intellectus agentis in visione spirituali intellectus, sicut sol in visione corporali. 1.Sent.

Secunda sententia est quam refert Palac.2.d.28.dis.5.& Velar.cont.3.lib.5. cap.1.& 3. quam quidẽ tenuit Greg. quod hæc veritas Deus est, & aliæ huiusmodi, quæ de Deo formari possunt, sine illustratione gratiæ cognosci non possunt. 2.Sent. Greg.

Pro intelligentia not. ex Cai.3.p.q. 89.ar.3. quod intellectus per fidem, non solum perficitur in ordine ad supernaturalia, sed etiam acquirit perfectionem in ordine ad obiectum naturale, ita vt non ex fide, sed per suas vires, per fidem tamẽ perfectas in esse naturę possit aliqua circa proprium obiectum naturale. quæ si fide non perficeretur non posset cognoscere: de huiusmodi ergo non quærimus in præsenti certum enim est fide, & illustratione supernatural', non interueniẽte huiusmodi nõ posse viribus naturæ cognoscere, etiãsi naturalia sint. 1.Not. ex Cai.

Secundo not. obiectum naturale sumi multipliciter, primo pro omni creatura producibili citra Deum, & isto modo, etiam beati, non cognoscunt omnia naturalia, nec cognoscere possunt, quia esset Deum compræhendere, vt dici solet, 1.p.q.12. secundo modo sumitur naturale pro omni producto in ęternitate, siue præsenti, siue præterito, siue futuro in nostro tẽpore, & sic etiam à nullo viribus naturæ omnia naturalia cognosci possunt, quia fuctura viribus naturæ, nisi à Deo cognosci nõ possunt, iuxta illud Isa. dicite nobis, quæ vẽtura sint, & dicemus vobis, quia dij estis vos, quia solum ad Deum, cui omnia, quæ sunt in ęternitate præsentia sunt pertinet viribus 2.Not.

bus naturę futura cognoscero, ratioq; est manifesta, quia cum cognitio ex viribus naturæ in creatura, nõ habeatur, nisi quia vel fertur intuitus circa res præsentes, vel circa principium, in quo res cognita, certo continetur, cum futurum contingens, nec sit præsens, neque in aliquo principio certo contineatur, vltra Deum, ex quo cognitio deduci possit, hinc est viribus naturæ huiusmodi cognosci non posse à creatura. Tertio modo sumitur naturale, pro omni ente in natura actu contentum, siue sit corporale, siue spirituale, siue intra, siue supra cœlum, vt in hac acceptione etiam Angeli contineantur, isto etiam modo certum est hominem viribus naturæ omnia naturalia, non posse cognoscere vt patet ex illo Iob, numquid nosti ordinem cœli, aut redes rationem eius in terra? & illud Ecclesiastici, quæ in cõspectu nostro sunt invenimus cum labore, quæ autem in cœlo sunt, quis investigabit? & ratio est manifesta, quia Angeli, & alia huiusmodi, vt sunt cogitationes in Principijs naturalibus non continentur. Vnde cognitione hominis ex viribus naturæ, cum ex principijs deducatur haberi non possunt. Quarto sumitur naturale pro rebus sensibilibus, & corporalibus contentis sub cœlo in causis naturalibus, & de istis procedit, quæstio, & si dicas, quia etiam naturalia, & spiritualia continentur in obiecto intellectus creati: ergo erit eadem ratio de illis. Respondetur, obiectum intellectus esse, vel extensiuum ad quod, siue naturaliter, siue supernaturaliter se potest extendere, in quo etiam Deus clare visus continetur, vel potest esse adæquatum obiectum respectu luminis, naturalis ex viribus naturæ, siue in hac, siue post hãc vitam homo consideretur, & in hoc etiam Angeli, & spiritualia naturalia continentur. Tertio tamen sumitur pro obiecto proporcionato, in quod pro isto, statu tendere potest, & huiusmodi tantum sunt corporalia, quia cum pro isto statu nostra cognitio ortum habeat à sensu non potest quidditatiue, nisi incorporalia ferri, dixi quidditatiue, quia connotatiue, etiam ad Angelos se extendit formãdo conceptum illorum, quasi corporalium.

3. *Not. ex D. Tho.* Tertio not. ex D. Thom. de verit. quæstio. 14. art. 10. in cor. & 1. con. Gen. cap. 4, quod de homine possumus loqui. Dupliciter primo, secundum quod à principio consideratur ante experiẽtiam, & longum discursum. Secũdo modo in progressu vitæ, secundum quod de rebus experiẽtiam cogitationem, & indagationem, potest habere in præsenti, nõ loquimur, Primo modo, certum enim est, quod à principio non potest omnia etiam diuisiue cognoscere, quia multa sũt, quę requirũt experientiam, quam à principio, quis non habet, & alia sunt, quæ ad sui cognitionem necessario præsuponunt cognitionẽ aliorum, vt conclusiones scientifice, cum inter se ordinentur. Ita, vt quinta, sine tertia. & tertia, sine secunda cognosci nõ possit: certum est, quod quando, nec primam, ne secundam, nec tertiam cognoscit, quartam cognoscere non potest, loquimur ergo, secundo modo, secundum progressum temporis, & successiue: vtrum vita durante, & homine experientiã capiente omnia naturalia corporalia, & omnes veritates speculatiuas diuisiue possit cognoscere.

Conclusio. Conclusio sit omnes huiusmodi veritates potest homo diuisiue cognoscere viribus naturæ, hæc est D. Thom. hic & Diu. Chris. ho. 54. sup. Gen. & hom. 2. ad pop, & D. Aug. lib. de spi. & lit. cap. 2. & serm. 55. de verbis domini, vbi ad hoc propositum exponit illud ad Rom. 1. quod notũ est Dei manifestum est in illis, &c. estque communis inter Theologos, & probatur, sap. 13. à magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum. Videri, & ad Rom. 1. in visibilia Dei perea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur sempiternam, quoque eius virtus, & diuinitas. Ecce quo modo cognitionem creaturarum, & Dei authoris naturæ ponit homini connaturalem. Vnde sententia, Gregor. quod viribus naturæ non possit cognoscere homo omnia diuisiue, quia non potest cognoscere viribus naturæ Deum esse falsa apparet ex locis aductis. Secundo probatur ratione D. Tho. nam ex propria virtute potest quælibet potentia tendere in propriũ obiectũ: ergo sine speciali auxilio gratiæ potest intellectus cognoscere omnes huiusmodi veritates diuisiue, patet consequẽtia, quia nulla illarum est, qui intra propriũ obiectũ non cõtineatur.

D. Thom. D. Chris. D. Aug. Rom. 1. Sap. 13. Rom. 1.

Ad 1. arg. Ad primum arg. à principio respondetur D. Th. loquide naturalibus collectiue quæ vt dicetur, sine gratia cognosci nõ possunt, vel loquitur de veritatibus naturalibus conducentibus ad vitam eternam, vt sic, vel inquantum huiusmodi veritates cõducunt ad cognitionem aliorum supernaturalium, vel de cognitis naturaliter, ex coniunctione fidei, quæ sine illa cognosci non possunt, vt dictum est.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur vulnus ignorantiæ

norantiæ esse respectu omnium collectiue quas viribus naturæ cognoscere, non potest, & respectu illarum diuisiue, quatenus cum multa difficultate multas illarum inuenire potest, nõ autem, quia absolute sit aliqua, quam cognoscere non potest. Ad 1. conf. resp. plus esse difficultatis incognoscendo omnes collectiue, quam solum istam, Deus est: tum quia hæc cognoscitur vno actu illæ vero pluribus, & maior difficultas est incognoscẽdo pluribus actibus quam vno solum, quia pluribus intentus, Minor est ad singula sensus, tum secundo quia licet in hac veritate Deus est omnia alia contineantur, continentur tamen implicite, & in confusso in se autem debent explicite cognosci, plusautẽ difficultatis est cognoscere multa explicite, quam implicite. Vnde non valet si non potest omnia collectiue non posse cognoscere, hãc Deus est, quia licet in ista illa cõtineãtur continentur solum implicite, vt dictũ est.

Ad 1. cõf.

Ad 2. cõf. ex Cai.

Ad 2. conf. resp. ex Cai. 22. q. 2. art. 4. circa solut. ad primum, nostram conclusionẽ non debere intelligi, de quolibet ignaro, sed loquimur de humano genere, esse quidem in illo, qui omnia huiusmodi possit cognoscere, cum non excedãt facultatem naturalem, quia si excederent nullus posset. Sic resp. Zumel hic. 2. resp. quod quilibet homo, potẽst omnia huiusmodi cognoscere, quia facultatem suæ naturænõ excedunt, differentia autem ingeniorum cõsistit in eo, quod non quilibet æqualiter, sed vnus alio difficilius. Ad 3. conf. resp. illas veritates seorsum non habere dependentiam ex sensibilibus, & nos loquimur, tãtum de istis, vt dictum est, & eadem ratio est de futuris.

2. Solutio.

Ad 3. cõf.

Dubitatur. II.

Vtrũ omnes huiusmodi veritates possit homo cognoscere viribus naturæ etiã collectiue?

1. Arg.

PROBATVR, quod sic primo omnes huiusmodi veritates etiam collectiue continentur intra obiectum naturale intellectus ergo viribus naturæ, sine auxilio gratiæ poterit homo illas cognoscere, consequentia patet, quia quælibet potẽtia habet vires naturales, vt tẽdat in propriũ obiectum, antecedẽs autem probatur. Primo, quia etiam si collectiue sumantur non assurgunt ad esse supernaturale. Secundo quia, vt patet ex Arist. in princip. Meth. omnis homo naturaliter scire desiderat omnes veritates, etiam collectiue: ergo cõtinentur in proprio obiecto, quia vt appetitus naturalis non fraudetur, non debet ferri, nisi in proprium, & connaturale obiectum. Conf. quia in natura integra, hoc posset: ergo etiam in natura lapsa, patet cõsequentia, quia post peccatum naturalia integra permanserunt, & si lumen rationis manst vulneratum ignorantia, hoc est circa practica: non autem circa speculabilia. De quibus tantũ loquimur in præsenti: nam de practicis veritatibus postea dicetur.

Secundo arg. sint omnes veritates collectiue, (verbi gratia) 4. quia finitæ sunt: tunc homo potest cognoscere tres: ergo potest cognoscere, quatuor, quod erit cognoscere omnes collectiue. Antecedens supponitur, quia potest omnes diuisiue, & cognoscendo tres, non cognoscit omnia collectiue: ergo potest cognoscere tres, cõsequentia vero principalis, probatur, si nõ cognouisset tres, posset cognoscere illam quartam: ergo etiã potest cognitis tribus. Antecedentis probatur, quia potest, quãlibet diuisiue: ergo si auferatur collectio per non cognitionem trium præcedentiũ posset illam, quartam cognoscere, consequentia, vero probatur, quia per cognitionem illarum trium, fit potẽtior ad cognoscendam quartam, vt patet in scientia, in qua per cognitionem plurium conclusionum reditur quis potẽtior ad reliquas, cognoscendas: ergo si ante cognitionem trium cũ esset minus potens poterat cognoscere illam, quartã à fortiori poterit cognitis tribus. Si resp. quod licet per cognitionem trium fiat potentior remanet, tamen laxatus, vt quartam non possit cognoscere, sicut infirmus de ambulando potentior fit, sicta mẽ laxatur, vt abulãdo tres passus (verbi gratia) nõ possit quatuor. Contra arg. quia ex lassitudine, iã datur aliqua veritas in particulari, quam nõ potest cognoscere, quod est non posse omnia diuisiue contra prædicta, dub. præced.

2. Arg.

Solutio.

Impg.

Tertio arg. potest omnes diuisiue cognoscere ergo collectiue, patet consequentia, quia collectio non est aliquid, vltra quatuor veritates, si non sunt plures: ergo si potest diuisiue, quatuer potest etiã collectiue, si hoc non est amplius, quam quatuor cognoscere.

3. Arg.

In hac re, qui sentiebãt, vt refert Alb. 3. de anima. tract. 6. cap. 6. intellectum agentem esse substantiam separatam, & per vnionem

1. Sent.

vnionem cum intellectu possibili ttibuere illi species omnium rerum, vt dici solet 1.p.q.55. Deum Angelis contulisse consequenter dicunt hominem omnia posse collectiue ex receptione omniũ specierũ.

2. Sent. Egidius. Gab. Abulen. Caiet. Soto. Secunda sent. est communi in 2. dist. 28. quam tenet Egid. art. 1. quæst. 1. dub. 2. q. 1. Gab. q. 1. art. 1. & 2. Abul. sup. 19. Mat. q. 176. hic vniuersi discipuli D. Th. præcipue Cai. & Soto, lib. 1. de natur. & gratia, cap. 2. non posse hominem in natura lapsa cognoscere omnes veritates speculatiuas collectiue inter illos, tamen est disensio aliqui enim dicunt, quod eadem ratio esset, si homo conderetur in puris naturę, alij autem, quod tunc posset, modo vero non rursus etiam inter se differũt aliqui enim dicunt in natura lapsa non posse hominem cognoscere omnia collectiue loquendo de potẽtia morali, bene autẽ potest loquẽdo de potentia physica, alij autem asserunt. non solum potentia morali, sed etiam physica illa non posse cognoscere collectiue.

Not. Pro intelligentia not. quid sit potentia phisica, quid vero moralis potentia physica est considerando vim naturalem porẽtiæ absolute abstrahẽdo a difficultatibus & ocupationibus, & latitudine, &c. solũ per comparationem, & mensuram inter potentiam, & obiectum, potentia vere moralis est prout regularirer contingit, prout potest attentis occupationibus difficultatibus lasitudine, &c.

1. Concl. Prima concl. loquendo de potẽtia physica, bene potest homo etiã in natura lapsa cognoscere omnes veritates speculatiuas collectiue, probatur nam, vt dictũ est potentia physica solum respicit commensurationem potentiæ ad obiectum, sed omnes huiusmodi veritates etiam collectiue pertinent ad obiectum; naturale ergo physice loquendo potentia potest omnes illas cognoscere. Minor probatur, nam vt dicitur, 3.p.q.12.a.2.1. & 2. anima Christi domini per scientiam aquisitam, & naturalem, & similiter Angelus naturali lumine illa cognoscit ergo continentur intra obiectum naturale, secundo probatur naturalis beatitudo exposcit cognitionem omniũ istarum veritatũ, etiam collectiue: ergo nõ transcendunt potentiam phisicã naturalis enim, beatitudo potentia naturali assequibilis est. Si resp. in natura lapsa non posse beatitudinem naturalem vitibus naturæ à se qui. Cõtra arg. quia hoc nõ est ex defectu potentiæ phisice, sed morales, ex eo, quod volũtas sit auersa, a Deo authore naturæ, ad quem sine gratia conuerti, nõ potest, vt infra dicetur. si adhuc dicas, quod potentia physice, & realiter est vulnerata. *Solutio.* Vndè non solum habet in potentiam moralem, sed etiã physicam, ita vt nõ solũ moraliter, sed etiam phisice, non possit tantũ sicut antequam vulnus haberet. Contra arg. quia licet realiter sit vulnerata, hoc solum arguit difficultatem, quod pertinet ad potentiam moralem, quia tamẽ illa realis vulneratio non diminuit conmensurationem potentiæ ad obiectum (in hoc enim sensu verũ habet, quod etiã post peccatũ naturalia integra permanserunt) inde fit, quod potentia physica, idem possit modo adque antea, quia obiectum non minorem extensionem habet. *Impug.*

Secunda conel. homo in natura lapsa, non habet potentiam moralem, vt omnes huiusmodi veritates collectiue possit cognoscere, vtramq; conclusionem tenet Curiel, hic dub. 1. & Vazq. disp. 188. & Suarez, lib. 1. c. 1. & Lorc. disp. 2. memb. 1. & hæc probatur Eccl. 1. cuntæ res difficiles & non potest eas homo in vestigare sermone, & Sap. 9. cogitationis mortalium timidæ, ex quo loco probat D. Th. inf. art. 9. non posse hominẽ ad plenũ scire, quid sibi conueniat ad plenum autem, idem est, quod collectiue, probatur etiã ex D. Th. 1.p.q.8.art.7. vbi ait non solum intellectum practicum, qui ad operationem conducit, sed etiam intellectum speculatiuum contraxisse vulnus ignorantiæ: ergo ratione huius vulneris, nõ potest omnes veritates speculatiuas collectiue cognoscere. Item 1.p.q.58.art.25. specialiter Angelis concedit, & q.94.ar.4. homini insta tu iustitiæ originalis, quod ille ex lumini naturæ, iste vero ex dono, speciali Deipoterant omnia speculabilia collectiue cognoscere: ergo id homini in natura, lapsa non est concedendum. Secundo probatur ratione voluntas ex vulnere peccati, non potest omnem legem collectiue adimplere: ergo neq; intellectus omnia speculabilia collectiue cognoscere, antecedens patet, art. 4. sequenti, consequentia, vero probatur, quia non minus læsus est intellectus, ad verũ quã volũtas adbonũ. Tertio probatur, quia nullus, vsque adeò cuiuscũque accuminis ingenij repertus est, quia omnia illa intellectiue cognouerit. Quapropter D. Th. 1.p.q.1.a.1. & 2.2.q.2.a.4. & 1. con. Gen. cap. 4. maxime dicit necessariam fuisse Theologiam, vt homo cito, & clarius multa cognosceret, quæ per lõgũ tẽpus, & difficiliter, & aliqua, quæ nũquã forsam. *2. Concl. Curiel. Vazq. Suar. Lorca. Eccles. 1. Sap. 9. D. Thom. D. Thom.*

forsam, attingere posset, & 3. part. quæst. 12, art. 1. id Christo conceditur, vt maxima perfectio. Conf. quia excellentissimi naturæ, auscultatores, vt Arist. circa speculabilia naturalia, maxime errauerunt asserentes mundum fuisse abeterno, & quod ex nihilo, nihil fit, & quod accidens non possit esse, sine subiecto: ergo signum est non esse potentiam moralem ad omnia ista collectiue. Quarto probatur, ad cognitionem horum omnium collectiuè requiritur magna puritas potentiarum exteriorum, & interiorum ministrãtium intellectui, cũ cognitio nostra assentibus oriatur, sed talis puritas, post peccatum non inuenitur: ergo moraliter impossibile est omnia illa cognoscere. Vltimo probatur, quoniã cognitio fit per discursum in cuius fine, attingitur veritas: ergo non potest homo moraliter omnia illa cognoscere, patet consequentia, nam tempore discursus, ante finem illius ingenium lassatur occupationes, & impedimenta eueniunt, & experimentum necessarium, ad progressum discursus est fallax, vita brevis, veritates, quasi innumeræ: ergo moraliter impossibile est omnia illa cognoscere, quia vt dictum est, potentia moralis omnia prædicta requirit.

Arist.

Corol. Ex dictis sequitur, idem esse dicendum de homine in puris naturæ, haberet enim easdem occupationes, & impedimenta, quia vt dici solet homo in illo statu, & in natura lapsa, solum distinguitur, sicut nudus, & nudatus, eodẽ enim modo se haberet præterquã, quod modo propter peccatum habet rationem pœne, quod tunc solum esset defectus naturalis: vtrum autem in illo statu sic posset homo viuere, quod post hanc vitam beatitudinem naturalem consequeretur, qua habita omnia huiusmodi collectiue cognosceret, infra dicetur.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio respondetur, quod licet hæc omnia collectiue contineantur intra obiectum nostri intellectus, non tamen sequitur posse omnia collectiue cognoscere, sed sufficit diuisiue, sicut omnia visibilia etiam collectiue, non trascendũt obiectum naturale, visus tamen à nullo videri possunt collectiue, similiter omnia, quæ eminẽter sunt in Deo producibilia, ab ipso nõ excedunt obiectum naturale intellectus, & tamẽ vt dicitur, 1. part. q. 12. art. 7. à nullo quantuncumque lumine gloriæ illustrato videri possunt, sufficit ergo diuisiue quodlibet posse, vt omnia etiam collectiue intra obiectum naturale dicantur contineri. Secũdo facilius respondetur, probare potentiã physicã, quæ secundum commensurationẽ obiecti consideratur, non autem potentiã moralem dependentem ex tot circunstantijs, & impedimentis, ad secundam probationem respondetur, appetitum naturalẽ posse esse ad omnia simul, licet potentia tãtum sit, ad quodlibet diuisiue, sicut appetitus naturalis est ad semper viuere, cum tamen hoc pro omni tempore non sit possibile collectiue, sufficit ergo pro quolibet tempore diuisiue posse mortem fugere, vt appetat semper viuere. Tertio respondetur, non desiderare omnia collectiue, sed diuisiue, quia desiderium non est de impossibilibus. Quarto respondetur facilius de appetitu, sicut de potentia, appetitum, quidem correspondere potentiæ physicæ, non autem solum morali. licet ergo moraliter omnia collectiue, non possit, cum tamen possit potentia physica inde sit esse posse appetitum omnium collectiue, licet non potentia moralis. Ad conf. respondetur, in natura integra non solum esse potentiam physicam, sed etiam moralem ad omnia collectiue, quia tunc non erat excecatio, neq; impedimenta, quemodo sunt lumenque rationis erat efficatius. Denique iustitiæ inordine ad obiectum naturale perficiebatur. Quapropter non sequitur, quod si poterat tunc possit modo ad inprouationem, dictum est ex D. Thom. non solum mansisse hominem vulneratũ in ratione practica, sed etiam in intellectu speculatiuo.

2. Solutio.

1. Solutio.

4. Solutio.

Ad Conf.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. bene ibi resp. ad replicam dicitur non esse inconueniens ex illa suppositione deuenire ad aliquam veritatem, quæ ex lassitudine, & impedimentis attingere non possit, quia ex attingentia illius, sequitur omnia collectiue attingere, quod non potest moraliter. Vel facilius dicitur illam veritatem posse cognoscere in sensu diuisso, secundum se consideratam in sensu tamen composito, ex suppositione, quod tres præcedentes cognouerit, quartam non potest, quia tunc non cõsideratur, vt vna, quam absolute, & secundum se posset, sed consideratur, vt quatuor quas moraliter nõ potest cognoscere, poterit ergo illam, quartam sicut, & quamlibet aliam diuisiue seorsum cognoscere, non autem prout collectiue capitur cum alijs, hoc autem non est dari aliquam, quã non possit, quia hoc sonat sensum diuisũ, sed est non posse omnes collectiue.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. resp. collectionem non

nõ esse aliquid vltra quatuor, sed dicimus non posse quatuor collectiue, si plures nõ sunt, nec licet inferre, si potest quatuor diuisse posse collectiue, licet collectio non addat ad quatuor, quia arg. a sẽsu diuisso, ad compositum nihil valet.

Dubium III.

Vtrùm possit homo viribus naturæ omnes veritates practicas cognoscere?

Ar. 1.Par.20. 2.Cor.8. Con Mile. Arausic.

PROBATVR pars negatiua, 1. Paralip. 20. cum ignoramus. quid facere debeamus, & 2. Cor. 3. nõ sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, vbi ad minus de practicis veritatibus debet intelligi, Ioa. 8. cum loquitur ex proprijs mendax est. Item in Con. Mileuitano, can. 4. dicitur vtrumque est donum Dei. & scire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus. & in Concilio Arausi. can. 9. diuini est muneris, cum recte cogitamus, & pedes nostros à falsitate, & in iustitia tenemus. Item Celestinus Papa, Epistol. 5. ad Epis. Galliæ, cap. 9. & est etiam doctrina Sanctorum, Aug. illud Psalm. 38. obmutui, & Sylui à bonis, D. Hier. in illud ad Galat. 5. Caro concupiscit, &c. Vbi irridet existimantes se posse cognoscere veritatem agendorum, sine gratia Spiritus Sancti, D. Basil. hom. 1. in Psalm. 45. dicit ad cognitionem veritatis, aut vicij, necessariam esse fidem multique alli sancti super illud Psal. 41. Notam fac mihi viã in qua ambulem.

2. Arg. Secundo principaliter arguit. homo existens in gratia, præter auxilium habituale illius indiget speciali motione Dei actuali dirigente, quid debeat operari, vt inquit D. Thom. infra art. 9. ergo à fortiori, sine gratia, verum practicum, cognoscere non poterit, patet consequentia, quia debilior est, sine gratia, quam cum illa.

3. Arg. Tertio arg. ad cognitionem practicã requiritur prudentia, hanc homo in peccato, non habet, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 47. ar. 13. ergo absque gratia, practica cognoscere non potest.

4. Arg. Quarto arg. magis manfit læsus intellectus practicus, quam speculatibus, sed pro vno vulnere in speculatiuo licet possit omnia diuissiue, non tamen omnia collectiue: ergo practicus magis læsus, non solum, non poterit omnia practica collectiue, sed neque etiam diuisiue, nam si omnia diuisiue potest, in quo magis est læsus?

In hac re Greg. 2. dist. 26. quæst. 1. art. 1. con. 9. & disp. 29. quæst. 1. art. 2. & ipsum. Videtur sequi, Capreo. 28. quæst. vnica, art. 3. ad arg. Greg. contra 1. conc. fundatus in Diu, Thom. art. 9. asserente, non posse hominem ad plenum scire, quid ei conueniat, tenet quod in statu naturæ lapsę, sine speciali Dei, auxilio non potest homo, aliquod verum practicum cognoscere, est tamen discrimen, quod Greg. asserit requiri auxilium habituale, Capreolus autem dicit sufficere actuale. *Sent. Greg. Capreo.*

Pro intelligentia notandum primo, quod verum practicum, & speculatiuũ habent se sicut excedens, & exessum in difficultate cognoscẽdi, speculabilia enim difficiliora sunt, quatenus magis abstracta, & remota à sensibus à quibus cognitio dependet, practica vero, cum magis sensibus offerantur faciliora sunt ex hac parte practica vero difficiliora sunt: quatenus ex tot circunstantijs, & adiectamine rationis & prudentiæ, & appetitus rectitudine dependent, sic enim speculabilia faciliora sunt, quia simpliciora, & maxis determinata: siquidem solum dependẽt ab eo, quod res est, vel non est. *Not.*

Secundo recollenda sunt prædicta de potentia physica, & morali de intellectu, secundum se, vel pro vt supposito lumine supernaturali perficitur in ordine ad proprium obiectum naturale, nam si loquamur de potentia physica, idem dicendum est, atque de veritatibus speculatiuis, cum etiam practica obiectum naturale nõ trãscendant, restat ergo solum difficultas de potentia morali, si impedimenta sic se habent, vel diuersimode, atque in speculatiuis: certum etiam est de veritatibus practicis, quas cognoscit ex suppositione gratię non posse illas, sine gratia cognoscere, vt quod pœnitentia sit agenda pro peccatis, ex suppositione gratiæ cognoscitur lumine naturæ, vt dicit Caiet. 3. part. quæstio, 84. art. 7. Et tamen sine gratia hæc veritas cognosci, non potest. *2. Not.*

Tertio not. quod vt colligitur ex dictis cognitio est duplex altera speculatiua, & altera practica, primo sumitur in ordine ad res, quia ab eo, quod est, vel non est propositio, dicitur vera, vel falsa, practica vero sumitur in ordine ad appetitum rectum, vt ait Arist. 6. Ethic. cap. 2. Hæc au- *3. Not.*

tem cognitio practica est duplex alia in cõmuni (verbi gratia) quod tibi non vis alteri non facias,&quod parentes sint colendi,& Religio seruanda, &c. Alia vero est de rebus agendis in particulari, prima cognitio es à scientia Philosophiæ Moralis,de prima loquendum est omnino, sicut de speculatiuis veritatibus, cognitio enim practicorum in communi,per scientiam est cognitio speculatiua, solum ergo restat difficultas de cognitione agibilium in particulari provt,sunt aprudentia.

1.*Concl.* *D.Thom.* *Aluer.* *D.Bona.* *Scot.* *Soto.* *D. Chrys.* *Psalm.* 4. *D. Cyril.* *Rom.*2.

Prima conclusio,viribus naturæ sine auxilio gratæ, potest homo cognoscere aliquam veritatem practicam,hæc est contra Greg.Adeò tamen certa, vt sententia Greg. non careat temeritate, illam docet D.Thom.hic,& est communis omnium, sic Aluer.Mag.2.dist.28.quæst. 1. Diu. Bona.2.quæst.3. Scot. quæst. vnica Ricar.& Dur. quæst. 1. Soto,1. de nat. & grat.illãque explicat eleganterD.Chrys. hom. 12. ad pop.& 54. sup. Genes.& probatur Psal.4.multi dicunt quis ostẽdit nobis bona signatũ est, super nos lumem vultus tui, quod de lumine naturali intelligitur,à D.Cyrilo lib.1.inIoan.c.9.vbi ait hominem excussionẽ, nõ habere de fractione præceptorum moralium,cum illa ostendat lumen naturale,quod clare dicit D.Paul.adRom.2.gentes quæ legem, non habent ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium redente illis conscientia ipsorũ, quem locum cõmuniter intelligunt Doctores,tamGręci, quam latini degentibus, non habentibus fidem,neq;Christum cognoscentibus, de quo vide Belar.controu. 5.lib.5.cap. 2. ratione autem probatur. Primo, quia huiusmodi veritates continentur intra obiectum proprium naturale,ergo potest homo aliquas saltem illarum cognoscere, nec obiat vulnus ignorantiæ, quia hoc non destruxit potentiam, sed infirmauit: ergo aliquod potest circa proprium obiectum, etiam viribus naturæ. Conf. quia ex principijs vniuersalissimis bonum est, faciendum malum est fugiendum, non apparet quomodo,nõ possit occasione oblata, aliquam veritatem practicam elicere. Tandem probatur,quia sequęretur,quod habentes ignorantiam invencibilem fidei,&gratię omnino escusarẽtur à peccato. Vnde, neque imputaretur fuctum homicidium,&c.hoc autem nullus audebit, dicere: ergo se clussa gratia aliquæ veritates practicæ cognoscuntur illæ, scilicet quarum transgresio seclussa gratia imputatur.

Belar.

Secunda conclusio,probabile est,hominem non habere potentiam moralem, respectu omnium veritatum practicarum diuisiue,probabilius,tamen est oposítum prima pars,patet,quia alique sunt veritates practicæ, quas nullus,vsque hodiæ Philosophus cognouit.Item vulnus circa practica est maius. Item impedimenta maiora:ergo aliquas veritates etiam diuisiue non poterit cognoscere, cuius etiam optimum signum, est plures esse opiniones circa practica,tanquam circa maxis in certa, quam circa speculabilia, secunda pars etiam patet,quia huiusmodi veritates continentur intra proprium obiectum: ergo nulla erit,quam diuisiue non posset cognoscere,& id probant omnia argumẽta posita,ad probandum idem, de veritatibus speculatiuis, nec obiat esse maius vulnus in intellectu practico, quia hoc tãtum probat maiorem difficultatem, non autem impossibilitatem eo, vel maximè, quod si ex vna parte practica dicũt maiora impedimenta ex alia parte, vt dictum est, speculatiua præminent in difficultate, nec valet argumentum; quia vt infra dicetur,datur aliquod præceptum, etiam naturale,quod sine gratia seruari non potest,vt continentia iusta illud scio Domine,quod nemo potest esse continens, nisi tu deris: ergo datur aliquod practicũ, quod cognosci non possit, non inquam valet, quia plus requiritur ad faciendum, quam ad cognoscendum, estãte enim cognitione ocurrũt passiones,quæ moraliter necessario impediunt obseruantiam,si nõ sit auxiliũ supernaturale,quibus tamẽ passionibus cognitio nõ tolletur potest: ergo diuisiue omnes cognoscere licet omnes diuisiuenõ possit,sine auxilio gratię seruare

2.*Concl.*

2.*Pars.* *Prob.*

Tertia conclusio, non potest homo viribus naturæ moraliter loquendo cognoscere omnes veritates practicas imparticulari collectiue provt dictantur aprudentia,hæc est adeò certa, vt opositũ, sit proximum errori, illam tenet D. Thom. hic, & omnes eius discipuli, Soto 1. de nat.& grat.cap.2.& 3.& 4. Dur. 2. dist. 28. quæst.1.& probatur Iob. 3. Viro cuius abscondita est via, & circundiedit eum Deus tenebris,Prob.14.est via,quę videtur homini recta nouissima autem illius,de ducunt ad mortem, quod explicat D.Greg.5.Moral.cap.4. optime docet, qualiter homo sæpius erret in praxi, & D.Thom.ad Rom.8.lect.4. in fine dicit, quod in particulari, non possumus discernę

3.*Concl.* *D.Thom.* *Soto.* *Duran.* *Curiel.* *Suarez.* *Iobi* 3.

D. Greg. *D. Thom.*

nere motus cordis nostri, an sint ex cælo iustitiæ, an verò ex de prauata passione,
D. Aug. idem dicit Aug. lib. 2. sup. Gen. cap. 20. circa illud insudòre vultus tui, &c. Ratione autem patet, nam maius est vulnus circa practica, sed dictum est non posse moraliter òmnia speculatiua simul: ergo a fortiori, nec òmnia practica. Conf. quia vt dictum est dificultates, & impedimenta sunt maiora circa practica: ergo minus possunt cognosci. Conf. 2. quia qui subtilissime de moralibus disputarunt in multis agendis a prudentia errauerunt, vt Cicero, asserens lacessitum in iuria propria authoritate se posse vindicare, contra illud,
Rom. 12. Paul. ad Rom. 12. non vos defendentes carissimi (scilicet vindicantes) scriptum est enim mihi vindictum, & ego retribuã. Vltimo probatur, quia nullus, sine auxilio gratiæ potest vitare omne peccatum,
D. Thom. vt dicit D. Thom. art. 9. ergo, nec omne verum practicum cognoscere, patet consequentia, quia peccatum supponit errorem practicum, vt dicitur supra quæst. 77. art. 2. ergo si nullus potest vitare omne peccatum nullus potest vitare omnem errorem practicum, sicut enim nõ stat peccatum, sine errore pratico, ita nec stat rectum iuditium, cum peccato. Quapropter mutua est consequentia, si non potest vitare omne peccatum, qnod nec etiam possit vitare omnem errorem, & è contra in resolutione, etiam huius dubij conuenit nobiscum, Curiel, & Suarez in præsenti, cap. 2.

Ad 1. arg. Ad primũ arg. resp. omnia illa loca debere intelligi de supernaturalibus, vel de naturalibus, vt conducunt ad supernaturalia, & ad vitam eternam, ita Aug. lib.
D. Aug. Concil. mil leuitanum. Arausi. de pred. Sanct. cap. 2. & Concil. Milleuit. can. 4. & 5. & Arau. can. 7. & 8. Dicitur autem absolute, sine gratia nihil posse, quia quæ ad vitam eternam, non conducunt in sacra scriptura solent appellari, nihil, iuxta illud, si tradidero corpus meum, ita vt ardeam charitatem, non habeam nihil sum, vel etiam potest splicari, quod loquatur de auxilio generali actuali ad omnia requisito. Et si contradicas, quod pro huiusmodi cognitione practica sancti orare soleant: ergo non potest assequi viribus naturæ. Respondetur negando consequẽtiam, quia etiam naturalia a Deo possuntur, vt plubia, & alimentum, cum dicimus panem nostrum, &c. Non quia illa naturaliter consequi, non possumus, sed vt a Deo copiosius, & facilius, & cum bene dictione habeamus.

Obiectio.

Solutio.

Ad Secundũ arg. resp. loqui D. Tho. de is ad quæ gratia est necessaria, & de huiusmodi, dicit non tantum illam, sed etiam auxilium actuale esse requisitum, hæc autem supernaturalia sunt. *Ad 2. arg.*

Ad tertiũ arg. resp. quod licet sine gratia, non maneat prudentia infussa potest tamen manere adquisita imperfecta, vt dicit D. Thom. 22. quæst. 47. art. 3. & ratione huius potest agibilia practica cognoscere, imò etiam si adquisita prudentia, non remaneat, vt contingit in peccãtibus ex habitu potest huiusmodi veritates cognoscere persindere sim, & dictamen practicum, quod in homine nunquam deficit. *Ad 3. arg.* *D. Thom.*

Ad quartũ arg. resp. illud maius vulnus, non abstulliſſe potentiam, sed superaddisse difficultatem. Quapropter magis vulneratam esse potentiam circa practica, non est aliquam veritatem practicam, nõ posse cognoscere, sed licet possit omnes diuisiue difficilius tamen, quam ad speculatiuas se habere. *Ad 4. arg.*

Dubium. IIII.

Vtrùm sine gratia possit homo cognoscere aliquod supernaturale, & assentiri rebus fidei?

PROBATVR, Quod sic primo veritates supernaturales continentur intra rationem specificam nostri intellectus: ergo potest naturaliter tendere in illas consequentia patet, quia potentia naturaliter tendit in suum obiectum, cum sit potentia respectu illius à quo debet actuari, & compleri, antecedens vero probatur. Tùm, quia obiectum nostri intellectus est ens, vt sic, subquo etiam supernaturalia continentur. Tùm etiam, quia si supernaturalia intra rationem specificam intellectus, non continerentur etiam auxilio supernaturali adiuta potentia, non posset tendere in illa, sicut potentia visiua, quomodocumque adiubetur, in non colo ratum, non potest tẽdere, si respondeatur huiusmodi veritates contineri, intra obiectum adequatum intellectus, non tamen intra proportionatum, in quod viribus naturæ tendit contra, quia contradictio est, quod sit obiectum, & non sit proportionatum potentia enim, cum ab obiecto mensuretur *1. Arg.* *Solutio.* *Impug.*

suretur debet proportionari, cũ illo alias, non erit potentia, neque mensuratio ad tale obiectum.

2. Arg. Secundũ arg. quia Iudæi assentiuntur multis articulis fidei, quibus ante aduentum Christi assentiebantur, & similiter hæretici negantes aliquam veritatem assentiuntur alijs, & tamen non per habitum fidei quem, non habent: ergo. Conf. probabile est, quod in hæretico manet Theologia, vt docet Bañez, 22. quæst. 5. arr. 3. ergo per illam absque fide, & auxilio supernaturali potest assentiri rebus fidei.

rg. Tertium arg. per actus fidei infusæ adquiritur, etiam habitus fidei humanæ circa supernaturalia, vt colligitur, ex D. Thom. de veri. quæst. 17. art. 1. ad 4. ex factis 2. loco vbi ait, ex actibus charitatis generari similem habitum naturalem dilectionis: ergo per talem habitum fidei humanæ poterit, absque auxilio supernaturali atingere veritates fidei. Patet consequentia, quia habitus potest exire in assensum, & actus consimiles, quibus est genitus.

4. Arg. Quartum arg. suppositasententia probabili Cai. de euidentia in atestante, tunc viribus naturæ atingit supernaturalia Angelus: ergo. Probatur antecedẽs, tunc Angelus facit istum, si logismum, omne dictũ a Deo est verum; sed quod Deus sit trinus, & vnus est dictum adeo: ergo hoc est verum. Maior cognoscitur euidenter lumine naturali, & minor cognoscitur euidentia in atestante, hæc enim est opinio cai, quod tunc cognoscit euidenter Deum esse qui loquitur: ergo euidenter etiam lumine naturæ cognocit, tunc Angelus conclusionẽ. Patet ista consequentia, quia in silogisimo demonstratiuo, non stat cognoscere præmissas, & non conclusionem, vt dicitur 1. post. Ergo si lumine naturæ cognoscit euidenter præmissas, non stat, non cognoscere lnmine naturali conclusionem. Videlicet, quod sit verum, quod Deus sit trinus, & vnus, quod est aliquid supernaturale.

5. Arg. Quintum arg. demones cognoscunt lumine naturæ aliquid supernaturale: ergo. Probatur antecedens, quando verbi gratia Christus asserebat, se esse Deum, & in huius confirmationem suscitabat mortuos, demon tanquam compræhensor naturæ cognoscebat, illud esse vere miraculum, quia vere sciebat illam animam esse separatam, & in natura, non esse vires à restitutionem habitus post priuationem, Item lumine naturæ cognoscebat Deum non posse speciali auxilio concurre ad statuenda falsa, cũ sit prima veritas, quæ nec falli, nec fallere potest: ergo sciens euidenter Deum operari illud miraculum inconfirmationem huius, quod Christus est Deus euidenter sciebat, sic esse verũ, quod Christus sit Deus. Conf. quia hoc videtur sonare illud Iacobi, demones crẽdunt, & contremiscunt, quod euidentia conuicti demones cognoscant, nõ autem perfidem requirentem piam affectionem voluntatis. Conf.

Sextum arg. viribus naturæ cognoscitur credibilitas veritatum fidei: ergo etiam veritas fidei, antecedens est D. Thom. 22. quæst. 1. art. 4. & insinuatur, 1. part. quæst. 32. art. 1. consequentia, vero probatur, quia credibilitas est aliquid supernaturale, cum sit circa idem obiectum, atque veritates fidei. Secundo probatur consequentia, quia assensus veritatis fidei reducitur ad assensum credibilitatis, non enim potest quis credere, quod non existimauerit prius credibile: ergo si credibilitas est lumine naturali cognita, quia est euidens similiter lumine naturæ veritas fidei attingitur. Tertio probatur bene sequitur, hoc est euidenter credibile: ergo est euidenter possibile, quia quod est impossibile, non est credibile; ergo qui lumine naturæ cognoscit antecedẽs euidẽter scilicet misteria esse credibilia lumine etiam naturæ cognoscit euidenter illa esse possibilia, & vera, quod aliquid supernaturale est. Confirmatur vltima resolutio fidei, fit in fidem humanam: ergo reducitur aduires naturæ antecedens probatur, quia si interrogetur fidelis quare credis dicet, quia Deus rebelauit. Et si rursus, vnde scis, quod rebelauit dicet, quia Ecclesia proponit, si autem roges, vnde scis hanc esse Ecclesiam, vel hoc Concilium congregatum, hanc veritatem definiens esse legitimum, non poterit respondere, nesi quod fide humana, hoc credit dicere enim, quod Concilium definit se esse Concilium, & consequenter credendum esse assertis ab ipso, non valet, quia etiam Concilium, non legitimum, hoc definit, & sic discernere, non potest, quod sit legitimum, quod vero nõ, nisi ex fide, & coniecturis humanis. Confirmatur secũdo, quia in actibus supernaturalibus, non datur processus in infinitum: ergo tãdem deveniendum est ad aliquem, qui sit immediate à natura. 6. Arg.

Septimum arg. actus fidei est naturalis, 7. Arg.

lis, quoad substantiam, super naturalis autem, quantum ad modum, ergo saltem, quoad substantiam potest quis viribus naturæ assentiri rebus fidei, antecedens probatur, nam actus fidei est vitalis effectiue, quia productus ab intellectu: ergo est naturalis, quoad substantiam vitalitas enim aliquid naturale est cũ sit ab intrinseco ipsius potentiæ.

8. Arg. Octauo arguitur, nam saltem sequitur, quod posito habitu fidei, non requiratur actuale auxilium ad credendum, quod est contra D. Thom. hic, sequela probatur, nam posito habitu fidei, est proportio potentiæ ad obiectum, sed posita porportione, vnaquæque potentia proprijs viribus, cum auxilio naturali generali potest exire in actum circa obiectum proprium, ergo.

1. Sent. Pelagij. In hac difficultate, est prima sententia Pelagij asserentis posse hominem generali auxilio naturali suppositа reuelatione Euangelij, & sufficienti proportione mysteriorum fidei illis assentiri, & proprijs viribus naturæ, & hanc sententiam deplorat, se secutum fuisse August. lib. de prædest. sanct. cap. 3. & lib. 1. retract. cap. 23.

1. Sent. Durandus Scot. Caiet. Secunda sententia, est Durandi 2. dist. 28. quæst. 1. num. 6. & 7. qui tenet lumẽ fidei supernaturale, non esse simpliciter necessarium ad credendum, sed tantum ad melius, & facilius credendum, & hanc videtur sequi, Scot. 3. dist. 28. quæst. 1. & Caiet. art. 4. huius quæst. licet mutauit sententiam, 22. quæst. 6. art. 1.

3. Sent. Molina. Tertia sententia, est Molinæ in lib. de concord. liberij arbitrij, disput. 4. & 8. docentis posito habitu fidei sufficere auxilium generale naturale ad credendum veritates fidei, absque aliquo auxilio supernaturali, sequunturque ipsum, sicut ipse nouitatis sectatores.

Not. 1. Mectina. Zumel. Bañes. Pro intelligentia not. 1. quod exacta explicatio huius difficultatis pendet, ex his quæ doceri solent. 22. quæst. 1. art. 4. & 5. & quæst. 6. vbi docetur fidem esse supernaturalem, quoad substantiam, & modum, ita vt sine habitu, & principio supernaturali talis actus nullatenus haberi possit, ibique ad longum docetur, quare vltra habitum requiratur motio diuina actualis. Rursus ex illo loco summendum est qualiter actus fidei requirit auxilium supernaturale, non solum ex parte intellectus, sed etiam ex parte voluntatis, quia non solum ad credendum requiruntur rationes, & motiua ex parte intellectus, sine quibus qui crederet leuis esset corde, sed etiam, quia cum huiusmodi rationibus, & motibis intellectus, non conuincitur euidenter, vt certo, & firmiter adhæreat, requiritur pia affectio voluntatis captiuans, vt ait Paul. in obsequium fidei, si ergo actus vtriusque potentiæ concurrit ex parte vtriusque potentiæ auxilium supernaturale requiritur, de hoc vide ad longum, Medina, & Zumel hic, & Bañes, 22. quæst. 1. art. 4. Vbi prædictam piam affectionem voluntatis, non solum assignant ad actum fidei, quoad exercitium, cum sit actus libet, sed etiam, quia actus fidei requirit motionem voluntatis, etiam quoad specificationem, & ex parte obiecti, cum ab illo intellectus non maneat conuictus.

2. Notẽ Secundo not. obiectum formale cognitionis quadrupliciter se habere. Primo, quod tam ratio formalis quæ, quam ratio sub qua, & modus tendendi, sit naturalis, vt patet in rebus cognitis à Philosophis per scientiam, & de huiusmodi certum est viribus naturæ posse attingi. Secundo se potest habere sic, quod ratio formalis quę, sit supernaturalis, ratio vero sub qua, & modus tendendi, sit naturalis, vt quando hæreticus (verbi gratia) a fide humana, vel testimonio Doctoris asserentis, vel sua voluntate credit aliquam veritatẽ fidei, tunc res credita supernaturalis est, ratio vero sub qua, & modus tendendi est naturalis, cum in hæretico non sit fides supernaturalis, ex qua possit huiusmodi veritatem credere. Tertio modo, è conuerso se potest habere, quod ratio formalis quæ, sit naturalis, ratio vero subqua, & modus tendendi, sit supernaturalis, vt patet quando aliquid naturale creditur, ex diuina reuelatione, vt quod Rebecca habuerit duos filios. Quarto denique, se potest habere sic, quod ratio formalis quę & subqua, & modus tendendi, & motiuũ credendi, sint supernaturalia.

3. Notẽ Tertio not. quod lumen requisitum ad cognitionẽ est duplex, alterum ex parte obiecti, alterum vero ex parte potentiæ: quæritur, ergo si ad cognitionem supernaturalem requiratur lumen supernaturale ex parte vtriusque, an vero sufficiat esse supernaturale ex parte obiecti videlicet esse reuelatum, &c. Et non requiratur lumen supernaturale ex parte potentiæ, sed lumine naturali potentiæ, posset quis attingere obiectum supernaturale reuelatum lumine supernaturali ex parte obiecti.

Prima

6. Concl. Defide. Contra pelag. est Augusti.

Prima coucluſio, non ſolum quando ratio formalis quæ, & ſubqua ſimul ſunt ſupernaturalia, ſed etiam quando ratio formalis ſubqua, eſt ſupernaturalis, requiritur auxilium ſupernaturale ex parte potentiæ, & fides diuina ad credendũ: ita vt viribus naturæ omnino, ſit impoſsibile aſſentiri illis. Hæc eſt de fide contra Pelagium, & ſententia illius eſt hæreſis manifeſta, contra quem ſepiſsime Diu. Auguſt. lib. cõtra ipſum, & præterea lib. de ſpirit. & lit. lib. de gratia Chriſti, cap. 8. lib. de fide ad Petrum, cap. 32. lib. de prædeſtinatione ſanct. cap. 3. & epiſt. ad Inocent. & epiſt. ad Paulinum, & epiſt. ad vitalem Cartaginenſem, & tract. 3. ſuper 1. can. Ioan. & probatur primo, ex

Ierem. 31 multis locis ſacræ ſcripturæ, Ierem. 31. dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Vbi ad literam loquitur de cognitione Euangelij: dicit ergo, dabo, vt inſinuet non ſufficere auxiliũ generale naturale, quod eſt quaſi debitum omnibus rebus, ſed requiritur ſpetiale ſupernaturale, quod eſt gratuitum donum, & ſuper addit in viſceribus eorum, & in corde eorum, vt inſinuet, non ſufficere externam promulgationem Euangelij, ſed intrinſecam motionem cordis per auxilia eſſe requiſita, explicatioque iſta ex ipſa littera deſumitur, ſuperaddit enim Profeta, hæc dicit Dominus qui dat ſolẽ in lumine diei, &c. Vt inſinuet auxilium prædictum adeò eſſe neceſſarium ad cognitionem fidei ſicut illuſtratio externa ſo-

Eſa. 64. lis ad viſionem corporalem. Item Eſai. 64. qui locus explicatur, à Paul. 1. Cor. 2. oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit. Vbi loquitur de huiuſmodi potentijs ſecluſa fide cõſideratis iu propria virtute naturali. Vbi obiter aduerte, quod ait ſupernaturalia, non aſcendere in cor, intellectus enim aliter comparatur ad materialia, & inferiora, aliter vero ad ſupernaturalia, & ſuperiora, quando enim intelligit materialia res cognita aſcendit per depurationem, vt fiat intelligibilis, intellectus vero quaſi deſcendit, & à re cognita inficitur, qua propter Chriſtus Dominus de terrenis cogitationibus dixit, quid aſcendunt cogitationes in corda veſtra? Cum vero intellectus intelligit ſpiritualia, vt fiat proportio, res cognita deſcendit, intellectus vero aſcendit, & maximè perficitur. Item

Ioan. 6. veritas concluſionis patet, Ioan. 6. hoc

Ad Phil. 1. eſt opus dei, vt credatis, id eſt, ſpiritualis gratia Dei, & infra, nemo poteſt venire ad me niſi pater, qui miſsit me traxerit, eum, ad Philip. 1. vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum, vt in eum credatis, ſed vt pro illo patiamini, ad Epheſ. 2. gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis Dei enim donum eſt. Super quem locum vide Auguſt. optime explicantem ad noſtrum propoſitum. Item, hæc veritas habetur in Concil. Arau. 2. can. 5. his verbis ſi quis, ſicut augmentum, ita & initium fidei ipſum credulitatis affectũ, quo in eum credimus, qui iuſtificat impium, & ad generationẽ baptiſmatis peruenimus, non per gratiæ donum, id eſt, per inſpirationem Spiritu Sancti, ſed per voluntatem noſtram, ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem naturaliter nobis, in eſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius aprobatur dicente Apoſtol oad Epheſ. 1. vobis datum, eſt non ſolum, vt in eum credatis, &c. Et can. 6. idem difinitur. & rurſus can. 7. dicitur ſi quis dixerit per naturæ vigorẽ bonum aliquod, quod ad vitam eternam pertineat eligere, vt expedit, aut cogitare, aut predicato Euangelio conſentire poſsit afirmat, ſine illuminatione Spiritu Sancti hæretico ſpiritu falitur, non intelligens vocem Domini, ſine me nihil poteſtis facere, & in Concil. Cõcil. Mil Mileuitano can. 4. definitur vtrunque eſſe donum Dei, & ſcire quid agere debeamus, & eligere quid fatiamus. Item in Conc. Trid. ſeſ. 6. can. 3. ſic habetur, ſi quis dixerit, ſine preueniente Spiritu Sancti inſpiratione, atq; eius adiutorio hominem credere ſperare, & diligere, aut penitere poſſe, ſicut oportet Anathema ſit. Nec poteſt ſuſtineri ſolutio Vazquez, hunc locum explicari poſſe complexiue, non autem diuiſiue, non dicit poſſe, quod libet iſtorum, ſine Dei auxilio viribus naturæ, non inquam ſuſtineri poteſt, quia nulla eſſet firma diffinitio Conciliorum, cum omnia, quæ damnare intendunt copulatiue communiter ſcribant. Et conſimilis explicatio, Suarez in decretum confeſsionis per litteras damnata eſt, & ſummus Pontifex, qui copulatiue diffinierat declarat, nò ſolum complexiue, ſed etiam diuiſiue diffinitionem debere intelligi, & contra ipſam fuiſſe explicationem prẽditam, circa hanc veritatem videatur, etiam Auguſt. epiſt. 105 & 106. & 107. in inquiri, cap. 31. lib. de ſpiritu, & lit. cap. 31. & 32. lib. de gratia Chriſti, cap. 31. lib. 1. contra duas epiſt. pelagij, cap. 3.

Epheſ. 2. Concilium Arauſi 2. Vazquez. Impug. Vide Aug.

Ratione probatur concluſio. ſupernaturalia, vel ſunt adintra, vel ad extra ſi

adintra

adintra nemo nouit patrē, nisi filius, & cui filius voluerit reuelare, cū enim huiusmodi in effectibus naturalibus, ex quibus nostra cognitio assurgit, nō resplēdeant viribus naturæ cognosci non possunt, si autē supernaturalia ad extra sint, cum huiusmodi dependeant solum ex voluntate diuina, non possunt, nisi per reuelationem diuinam inotescere. vt enim ait D. Paul. 1. Cor. 2. 1. ad Corint. 2. quis scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita neque, quæ sunt Dei nemo nobit, nisi spiritus Dei, eo vel maximè, quod huiusmodi, cum sint supernaturalia proportionem, nō habent, nisi potentia per aliquid supernaturale eleuetur.

Obiectio. Contra prædictam conclusionem ad huc est difficile argumentum, potest quis assentiri (verbi gratia) rebus fidei, fide diuina propter vanam gloriam, sed talis actus, non potest esse ex auxilio peculiari Dei ergo. Cuius cōtrariū asserit, prima cōclusio. Maior probatur ex D. August. lib. de Cathechicādis rudibus, vbi ait posse aliquē velle esse Christianum, vt promeretur, apud hominem à quo temporalia expectat; vel quia non vult offendere quem timet, etiam ex D. Thom. 22. quæst. 47. art. 18. ad secundum, vbi dicit actum fidei non postulare, ex se conformitatem ad apetitum rectum, ergo potest malo fine fieri. Minor vero patet, nam Deus non cōcurrit speciali auxilio ad peccatum cum, vt ait D. Iacobus intentator, sit malorum.

Solutio. Ad hoc argumentum respondetur primo, quod vt patet ex diffinitione virtutis, in qua dicitur, quod sit bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nullus male vtitur, virtus moralis non potest esse principium elicitibū actus mali, cum ergo virtutes Theologicæ, sint eminentiores moralibus actum malum elicere, nō possunt, vnde licet in aparientia ille actus credendi propter vanam gloriam videatur esse actus fidei diuinæ, non est nisi à voluntate de prabata. Vnde ad argumentum ne-

2. Solutio. gatur maior, & casus, qui opponitur est impossibilis. Secundo respondetur, concessa maiori, quod quādo aliquis credit propter vanam gloriam, duo affectus concurrunt ex parte voluntatis alter ad res fidei, alter ad vanam gloriam, ad quam actum credendi dirigit. Tūc ergo dicimus, quod ad primum affectum concurrit Deus speciali auxilio, quia ab illo pendet actus credendi, & talis actus bonus est omnino, ad secundum autem affectum vanæ gloriæ, cum malus sit Deus spetiali auxilio, non concurrit. Itaque, vt supra dictū est, quod quando aliquis actus apetitus sensitiui dirigitur in creaturam veluti in vltimum finem, tunc non est mortalis ipse actus apetitus, sed alter quo huiusmodi actus apetitus dirigitur, ita in præsenti quando creditur ex vana gloria, affectus credendi, non est malus, ad quem Deus concurrit spetiali auxilio, sed affectus vanæ gloriæ, qui distintus est: & quo dirigitur actus credendi est malus, & ad eum Deus peculiari auxilio, non concurrit. Tertio respō detur, dato esse eundem affectum voluntatis, quo vult credere: & quo afficitur vanæ gloræ eodem actu (vt supra dictum est) potest velle vnum propter aliud, vt eleemosinā propter vanam gloriam, dicimus ergo, quod ille affectus volūtatis potest dupliciter considerari. Primo, vt assectus credendorum. Secundo, vt affectus vanæ gloriæ. Secundum primam rationē, est adeo peculiari auxilio. Secundum posteriorem, est de probatæ voluntatis exemplum, est in Sacerdote quando vult consecrare, ex vana gloria illa intentio, vt consecratiua est à Deo spetiali auxilio concurrente per illam, vt per instrumentum ad consecrandum, vt autem intentio est vanæ gloriæ ad prauitatem Sacerdotis omnino redducitur. *3. Solutio.*

Secunda conclusio, etiam si res cognita, sit supernaturalis si ratio sub qua, vel motibum, sit naturale supposita promulgatione viribus naturæ potest cognosci, nec requiritur lumem supernaturale ex parte potentiæ, non tamen tanta certitudine, sicut si per fidem assentiretur illis, ex motibo supetnaturali. Prima pars patet, quia obiectum principaliter consideratur, ex ratione sub qua, ergo si hæc est naturalis viribus naturę poterit attingi, hoc patet in hæretico, qui ex motibo, & fide humana multis supernaturalibus assentitur, in quo tamem, non est fides diuina. Secunda pars etiam patet, nam quando iste huiusmodi veritatibus assentitur assentitur per opinionē, vel humanā fidē, quæ quidē infirma est, & falibili nititur fundamento scilicet testimonio humano: ergo non est tanta certitudo, sicut quando assentitur per fidem diuinam nitentem in infalibili testimonio Dei. Confirmatur, non potest certo assentiri, nisi certo iudicet Ecclesiam illud infalibiliter proponere, sed viribus naturæ, non potest certo iudicare Ecclesiam illud infalibile propo nere, ergo. *2. Concl.*

Ex

1. Corol. Ex hac conclusione sequitur primo falsum esse assertum Scoti posse aliquem viribus naturæ, ità certo assentiri veritatibus sũpernaturalibus ex motibo, & fide humana, sicut assentitur ex eadem fide esse Romam, hoc enim falsum est, nam esse Romam, cum sit veritas naturalis eficatius est testimonium humanum, vt in hoc ei adhibeatur fides. Respectu autem supernaturalium humanum testimonium tantam authoritatem non habet, vt propter ipsum assensus, ita certus præbeatur. Secundo sequitur, contra Durandum fidem diuinam, non solum dari ad facilius, & melius credendum, sed ad simpliciter, quia actus credẽdi omnino superat facultatem naturæ. Tertio sequitur, quod quando dicit Caietanus in fine huius. art. posse hominem assentiri supernaturalibus, absque aliquo intrinseco supernaturali recepto, debet intelligi, non de assensu certo, & eiusdem speciei, cum assensu Christiano, sed de assensu probabili per opinionem, vel fidem humanam. Quarto sequitur falsum esse assertũ ab aliquibus nobis Theologis posse aliquem viribus naturæ, secundum opinionem, vel fidem humanam assentiri rebus fidei ex ratione formali, & motibo diuino, hoc inquam falsum est, nam cum huiusmodi obiectum, vnde quaque, sit supernaturale potentia, vt tendat in ipsum debet esse eleuata, & supernaturalis, cum inter obiectum, & potentiam debeat esse proportio, itaque non solum circa tale obiectum, non potest habere actum fidei diuinæ viribus naturæ (quod hæreticium esset asserere) sed neque actũ fidei humanæ, implicat enim dicere obiectum ex ratione quæ, & subqua, & motibo esse supernaturale actum autem, circa ipsum proficisci a fide humana, quæ ex natura sua dicit esse ex motibo humano, & non diuino. Etsi contra fatias argumentum, quia ex motibo supernatuli potest aliquis viribus naturæ ad implere preceptum baptismi, vt patet in eo qui vult baptizari persistens in peccato, ergo similiter ex motibo supernaturali potest viribus naturæ assentiri fidei. Respondetur, ad impletio baptismi duo importare alterum ptofessio fidei, alterũ vero exterius ablui in signum huiusmodi ptofeisionis. Dicimus, ergo posse viribus naturæ implere præceptum baptismi quantum ad substantiam, quod est velle ablui, quia huiusmodi actus naturalis est, & proportionatus. Etsi, quæ supernaturalitas est in ablutione tenet se ex parte rationis quæ, quantũ ad actum autẽ profesionis fidei, quo formaliter impletur tale præceptũ baptismi, cum sit supernaturalis omnino viribus naturæ impleri, non potest, sed etiam si in peccato persistat tamen illud viribus supernaturalibus facit, multa enim supernaturalia auxilia, etiam peccatoribus confe runtur.

2. Corol.

3. Corol.

4. Corol.

Obiectio.

Solutio.

Tertia conclusio, preter habitum virtutis, vel cuiusc mque alterius supernaturalis eleuantis potentiã requiritur actualis motio, & auxilium supernaturale ad credendum. Hæc conclusio, est contra Molinam, patet in omnibus locis sacræ scripturæ, & Conciliorum positis in præcedentibus conclusionibus, quæ etiam hanc probant præcipue locus Concilij Arausicani can. 4. vbi dicit, non solum posse, sed etiam operari, esse à Deo concurrente speciali auxilio,

3. Concl. Contra. Medina.

Ratione probatur primo à D. Thom. hic, in supernaturalibus procedẽdum est, vt in naturalibus, sed in naturalibus vltra formam, per quam causa constituitur in esse agẽtis requiritur motio naturalis prima causæ ad actualiter operari: ergo simiiter in supernaturalibus præter habitum fidei, quæ est forma constituens requiritur actualis motio, & auxilium, vt actualiter operetur. Si respondeatur sufficere actuale auxilium Ordinis naturalis posita forma sepernaturali. Contra, nam cõcursus actualis, & habitualis debet esse eiusdem Ordinis, ergo si forma est supernaturalis, etiam actualis motio requisita ad exercitium. Secundo; quia sequæretur, quod ab Auctore supernaturali tantum esset posse operari, quod est per habitum, non autem actualiter operari, quod est per motionem actualem. Hoc autem est plusquam falsum: quia vt dictũ est ex locis allatis, non solum posse, sed & operari est ex viribus supernaturalibus. Tertio, nam sequæretur, quod in beatitudine posito lumine gloriæ, & charitate in voluntate posset, quis videre, & diligere Deum, Deo præcisse concurrente auxilio naturali generali, consequens est falsum ergo, sequela patet, eadem ratio est de vtroque, cum tam Ordinis supernaturalis, sit habitus fidei, sicut & lumen gloriæ.

Concil. Arausi.

Solutio.

Impug.

Quarta conclusio, auxilium actuale supernaturale, quod requiritur ad assentiendum rebus fidei ex motibo diuino, nõ solum requiritur ex parte intellectus, sed etiam ex parte voluntatis, & non solum loquimur de actu fidei formatæ charitate.

4. Concl.

Hoc

non enim adeò certum est, vt oppositum sit hæreticum, sed loquimur de actu fidei informis, vt est in peccatore, & in hoc sensu etiam conclusio adeo certa est, vt oppositum sit temerarium, imò errori proximũ, licet illud videatur defendere Scotus, in 3. dist. 25. quæst. 1. vbi dicit voluntatem secundum naturalia sufficere ad mouendum intellectum, vt credat rebus fidei, sed forte Scotus loquitur de actu crædendi, non Christiano, & diuino, sed humano, quo probabiliter, vt diximus, potest rebus fidei assentiri, & ad hunc bene dicit sufficere actum voluntatis ex proprijs viribus. Loquendo autem de actu fidei diuinæ, nostra conclusio est expræssa Diu. Augustin. tract. 26. super Ioannem, & lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 19. & patet ex illo actorum, vbi dicitur de Lydia purpuraria, quod credidit, quia aperuit dominus cor eius. Sicut de incredulis dicitur, Ioan. 12. Quod Deus indurauit corda illorum, in sacra Scriptura nomine cordis significatur voluntas. Item de incredulis cõmuniter solet dici in sacra Scriptura habere intellectam excecatum, & cor durum, vt insinuetur vtramque potentiam orbatam supernaturali requisito. Respondent contrarij ad huiusmodi loca, intelligenda esse de actu voluntatis, qui vltimate disponit ad gratiam, non autem de alijs, qui in peccatoribus habentur. Sed hæc explicatio nulla est, quia in Concilio assignato, non solum definitur contra Pelagium, iustificationem non fieri ex viribus naturæ. Quapropter definitur affectum voluntatis proxime disponentem ad iustificationem esse supernaturalem, sed etiam definitur in tali Concilio contra Marsilienses, semi Pelagianos asserentes initium credendi esse ex nobis. Vnde definitur, non solum actum proxime concurrentem ad iustificationem, sed quemlibet actum fidei esse ex viribus supernaturalibus. Ratione autem probatur, actus voluntatis requisitus ad fidem est supernaturalis: ergo debet procedere ex auxilio supernaturali, (qualis enim est actus sic & principium eius.) Antecedens vero probatur, quia talis actus respicit obiectum supernaturale ex motiuo supernaturali, vtique credendum ex fide diuina: ergo est supernaturalis: rursus, quia in talẽ actũ volũtatis actus fidei reducitur, in naturalem actum reduci non potest, quia sic in vires naturæ reduceretur.

D. Aug.

Ioan. 12.

Solutio.

Impug.

Alterum argumentum est difficile cõtra istam vltimam conclusionem: nullus actus requiritur ex parte voluntatis ad credendum: ergo nõ requiritur auxilium ex parte voluntatis, consequentia patet, nam auxilium datur ad actum. Antecedens vero probatur, nam si huiusmodi actus esset, generaret habitum in voluntate, cum per omnem actum repetitum generetur habitus, sed talis habitus genitus assignari non potest, ergo nec actus prædictus. Ista vltima minor probatur, nam talis habitus, non est virtus Theologica, cum hæc debeat esse circa Deum in se, talis autem habitus, sic esse non potest, quia actus affectionis, non est circa Deum in se, sed circa credenda. Nec etiam est virtus moralis. Tum quia omnis virtus moralis ad aliquam quatuor Cardinalium debet reduci, non autem assignabis ad quam illarum. Tum secundo, quia virtutes morales infusæ perduntur in peccatore. Huiusmodi autem habitus, de quo loquimur, si esset, in peccatore maneret, quia cũ in peccatore fides, & affectus fidei remaneat cõsequenter, & habitus genitus per affectũ remaneret.

Obiectio.

Ad hoc argumentum respondet Zumel, per affectum credibilium generari quidem habitum in voluntate, quæ licet materialiter, & physice à fide, quæ est in intellectu distinguatur, moraliter tamen, & in esse virtutis, non ponit in numero cum fide: sed virtus fidei vtrumque habitum complectitur. Exemplum est in liberalitate, quæ est in voluntate, & in appetitu habitum ponit, quia habitus licet physice, & realiter distinguantur, cum sint in diuersis potentijs, in esse tamen virtutis sunt idem, non enim est, nisi vna virtus liberalitatis.

Solutio Zumel.

Et si roges à Zumel, quæ nam sit illa virtus? Respondet non Theologalem, propter argumentum factum, quia non versatur circa Deum in se, sed moralem, proxime tamen accedentem ad Theologalem. Sicut Religio, licet non sit Theologalis, proxime tamen accedit, quia licet non versetur, circa Deum in se, versatur tamen circa cultum Dei. Ita prædictus habitus, licet non circa Deum, circa credenda tamen ab ipso versatur. Vnde ad Theologalem maxime accedit. Melius tamẽ posset respõderi, huiusmodi habitũ esse virtutem Theologalem reductiue, siquidem, vt dictum est, non ponit in

Obiectio. Solutio.

numero cum fide, sed est eadem virtus cum illa.

2.Solutio. Secundo respondetur ad argumentũ non esse necessarium ponere huiusmodi habitum genitum in voluntate per prædictum affectum. Ad argumentum autem dicitur generari habitum per actũ, quãdo est specialis difficultas, inclinãdo ad talẽ actũ ad hoc enim ponitur habitus, vt vincat difficultatem, quia ergo posito habitu fidei in intellectu nulla restat difficultas in voluntate, non necesse est ponere habitũ in illa. Exemplum est in temperantia, ad quã licet duplex actus requiratur alter appetitus alter voluntatis, posito habitu in appetitu nullus ponitur in voluntate, quia semel subiecto appetitu per habitum, nulla restat difficultas in voluntate ad eliciendũ actum, ita in præsenti, in resolutione huius dubij conuenit Curiel dub. 3.

Ad 1. arg. à principio Ad primum à principio respondetur, obiectum intellectus esse dupltx, alterum naturale, & proportionatum, alterum extensiuum, & adæquatum, sub quo etiam supernaturalia continentur, potest ergo viribus naturæ intellectus ad proportionatũ tendere, non autem in omne, quod intra adæquatum continetur, sed ad hoc indiget eleuatione superiori. Et si roges, à quo horum intellectus specificetur? Aliqui respondẽt, quod à proportionato, & naturali. Mihi tamen hoc non placet, quia sic supernaturalia intelligeret extra propriam speciem, & intellectio supernaturalium, non esset dicenda eiusdem speciei in ratione intellectionis, cum intellectione naturalium, imò impossibile esset supernaturalia intelligere, quacumque eleuatione facta, hac enim ratione dicitur vissum extra colloratum exire non posse quacumque eleuatione facta, quia a collorato specificatur, si ergo intellectus ab obiecto naturali specificaretur, extra illud per quamcũque eleuationem exire non posset. Respõdetur ergo specificari ab ente, vt abstrait à naturali, & supernaturali. Ad replicam autem factam, habebit ergo cum illo proportionem, potentia enim obiecto specificatiuo proportionatur, & consequenter etiam cum supernaturalibus sub illo adæquato contentis habebit proportionem, vt in illa viribus naturæ possit tendere. Respondetur, ens abstractum dupliciter, posse considerari. primo secundum se, & absolute, secundo vt abstrahit à naturali, supernaturali, specificatur: & ergo intellectus ab ente, secundum se, & absolute, & cum illo, vt sic proportionem habet, quia vt sic non intelligitur limites naturæ trãscendere, secundum autem illam formalitatẽ, vt naturalia, & supernaturalia cõtinẽs, & ipsum aliquid supernaturale est, & vt sic nec specificat, nec cum lumine naturæ habet proportionem, sed omnino excedit.

Obiectio.

Solutio.

Secundo respondetur, aliunde summi specificationem, aliunde vero proportionem, specificatio summitur ex obiecto, proportio ex lumine potentiæ, bene ergo stat obiectum esse specificatiuum, & aliàs ex defectu luminis potentiæ esse improportionem ad illud, lumẽ ergo naturale intellectus defectuosum, & paruum est, vnde secundum illud precisse, indiget eleuatione, superiori, vt sic cum specificatiuo habeat proportionem, exemplum manifestum est in talpa, cuius potentia vissiua, licet a lucido specificetur, cum soleta men maxime lucido ex defectu luminis potentiæ, non habet proportionem, si ergo respectu obiecti naturalis, videmus ad plus, se extendere potentiam, quam lumẽ eius, quod tantum ad proportionatum extenditur, & non ad specificatiuum, quid mirum respectu obiecti extensibi, & supernaturalis, id asseramus?

2. Solutio.

Tertio respondetur, obiectum specificatiuum intellectus, non esse idem specifice, & omnimoda identitate, sed esse idem analogice. Vnde in potentia, etiam quasi duplex ordo tendendi debet considerari. Quapropter quasi duplex potentia nuncupari potest, secundum naturalia tẽdit in naturale, secundũ supernaturalia in supernaturale, licet ergo supernaturalia cõueniãt in ratione obiecti, cũ naturalib⁹ quia illa ratio obiectiua, nõ est omnino eadẽ nõ sequitur, quod lumẽ sufficiẽs ad vnũ sit sufficiens ad alterum, propter excessum analogicum, in eodem obiecto repertum, in potentijs autem naturalibus, non est eadem ratio, cum enim (v.g.) obiectũ visus sit idem identitate specifica, secundum easdem vires, potest in omne contentum sub suo obiecto, & in quo non potest proprijs viribus, sub proprio obiecto cẽsetur, non contineri, cum omnino sit eadem omnium ratio, in potentijs autem spiritualibus, vt intellectus, & voluntas, cũ ratio obiectiua ominino non sit eadẽ, hæc ratio non currit. Et si interroges: ergo intellectus, nec potest dici naturalis, nec supernaturalis, sed abstrahẽs, siquidẽ obiectũ specificatiuũ (vt dictũ est) a naturali, & supernaturali est abstractũ. Resp. secũdũ modũ attingendi obiectum, ita verũ esse intellectum,

3.Solutio.

Obiectio.

Solutio.

intellectum, nec determinate esse naturalem, nec supernaturalem, sed vtranque rationē cōtinere, secundū modū attingendi naturalia est naturalis, secundum modum attingendi supernaturalia est supernaturalis, entitatiue vero, & formaliter accidens est, scibiliter autem, & secundum modum attingendi obiectum à substantia, & accidenti abstrahit, quia vtrumque subproprio obiecto continetur. De hoc vide latius, 1. p. quæst. 10. art. 1.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur, Iudæos, & hæreticos credere fide humana, quæ credunt, non autem vt oportet, vnde nil refert, vt viribus naturæ credāt. Si autem aliquando firmissime, & inmobiliter credunt expertinatia est, & nō ex certudine fidei, quam non habent. Ad confirmationem respondetur, in hæretico non manere veram Theologiam, quia prima principia huius scientiæ sunt articuli fidei supernaturaliter crediti, & ratio formalis illius est diuina reuelatio mediata, & virtualis, quæ reuelationem inmediatam articulorū fidei præsupponit, quæ quidem in hæretico non inueniuntur, nec oppositum huius ponitur, vt probabile à Magistro Bañes, sed intelligēdus est manere imperfectomodo.

Ad 4. arg. Ad tertium respondetur, huiusmodi habitum fidei adquisitum per actum fidei infusæ tantum durare, quantum durat habitus infusus, quo destructo, & adquisitus non permanet. Actus ergo habitus adquisiti habent esse dependenter ab habitu fidei infusæ, & ab auxilio talem habitum regente. Quapropter actus huiusmodi habitus adquisiti, viribus naturæ non fiunt.

Ad 4. arg. Ad quartum respondetur, nunquam ego credidisse sententiam Caietani de euidentia inatestante, impossibile enim est scire Angelum euidenter esse Deum, qui loquitur sibi, nisi intuitiue videat Deum, quod non fit extra beatitudinem, nec valet, quod supremus Angelus scit, non esse alium superiorem, qui possit alloqui sibi, quia licet comprehendat totum ordinem vniuersi, potest tamen ignorare circa Deum fuisse aliud vniuersum, sibi ignotum cuius aliquis Angelus, sibi loqueretur, & dato, cognosceret non esse aliud vniuersum, licet cognoscat, quemcumque Angelum, sibi esse inferiorem in natura, scit tamen posse esse superiorem in statu gratiæ ex diuina ordinatione. Vnde tunc posset dubitare, si aliquis Angelus in statu gratiæ superior constitutus ex diuina ordinatione, sibi ignotq; ei alloqueretur. Admissa tamen sententia Caietani respondetur, quod vt constat ex superioribus conclusio sequitur debilliorem partem præmissarum, licet enim præmissa maior sit euidens absolute, præmissa tamen minor, videlicet, quod Deus hoc dicit nō est euidens absolute, sed cum addito, hoc est inatestante. Quapropter conclusio cō cedimus, quod sit euidens, sicut minor hoc est euidentia inatestante, quod nō destruit fidem conclusionis in se. Vnde non negamus Angelum posse viribus naturæ cognoscere veritatem fidei inatestāte, sed posse agnoscere in se. Hoc enim sine lumine fidei impossibile est cognoscere, vt oportet ex motiuo supernaturali.

Ad 5. arg. Ad quintū respondetur, miracula Christi domini facere diuinitatem eius maxime probabilem, non tamen adeo, vt sine illustratione fidei, & pia affectione volūtatis homines proprijs viribus illa possent cognoscere. De Dæmone vero dicitur, quod licet cognosceret resurrectionē mortui esse veram, & verum miraculum factū que à Christo in confirmationem, quod esset Deus, non tamen cognoscebat euidenter illum esse Deum, quia potest Deus cō ferre alicui potestatem faciendi miracula ad quæ Deus speciali concursu concurrat & tamen, quod habens talem potestatem abutatur illa, ordinando in finem malum, vt est confirmatio falsitatis, vt patet in potestate Sacerdotis ad consecrandum, ad cuius executionem speciali concursu cōcurrit Deus, qua tamen potestate Sacerdos abuti potest ordinando in malum finē. Sic ergo licet Dæmon cognoscat Christum habere potestatem patrandi miracula, & illa esse vera, non tamen cognoscit euidēter esse veram propositionem in cuius cō firmationem miraculum patratur, quia nō scit euidenter illum tali potestate non abuti. Et si contra hoc facias argumentum difficile, quia cognito vero miraculo in confirmationem alicuius propositionis, quisquam tenetur credere talē propositionem, & peccaret non assentiendo illi mortaliter: ergo non potest talis propositio, vero miraculo confirmata, non esse vera, quia aliàs teneretur credere falsum. *Obiectio.* Respondetur, illum quidem teneri credere talem propositionem, si autem forsitam falsa esset inuincibiliter ab ipso ignorari, non enim maiorem diligentiam tenetur adhibere, quam veram patrationem miraculi videre. *Solutio.* Ad confirmationem respondetur, Dæmones ex acuitate ingenij credere misteria no-

ſtræ fidei,non quia omnino euidentia, ſibi appareant,ſed quia ex miraculis, ſic adeo probabilia iudicantur, vt ab aſſenſu reſilire non poſsint,credunt enim ex motiuo creato,& non diuino,vnde non mirũ, quod hoc fiat ex viribus naturæ.

Ad 6. arg. Ad ſextum reſpondetur, quod ſi loquamur de cognitione credibilitatis, quã quis habet poſtquam habet fidẽ,tunc quidem per habitum fidei cognoſcit euidenter,credulitatem articulorum licet veritatem non cognoſcat euidenter, ſed obſcure(tamen certo)necmirum,quod habitus qui,circa primarium obiectum habet eſſe obſcurus in aliquo actu ſecundario euidentiam imbolbat, ſicut habitus opinatibus formidoloſe iudicat de aliqua veritate,euidenter tamen iudicat, talem actum formidoloſum eſſe opinatiuum, ſimiliter & habitus fidei obſcuræ iudicat de veritatibus fidei,euidenter tamen inducit iudicium,quod ipſe ſit in intellectu hominis, quia licet quis nõ poſsit euidẽter cognoſcere ſe habere gratiã,& charitatẽ, euidenter tamen , ſcit ſe habere fidem,& non niſi per ipſam fidem , ipſa enim velut lux ſe manifeſtat. Sic ergo habet fides iudicare de veritatibus obſcure,euidenter tamẽ de credibilitate illarum. Si autem loquamur antequam quis habet fidem , dicimus eſſe cognitũ viribus naturæ,tamen ſuppoſito extrinſeco auxilio , videlicet miraculo,prædicatione.&c.quia illa veritas,quod illæ veritates ſunt credibiles, eſt veritas euidens,& naturalis. Quapropter ad ipſam auxilio ſupernaturali non indiget. Ad ſecundam probationem reſ-

Ad 2. pb. pondetur,proceſſum fidei eſſe huiuſmodi,primo enim reperitur iudicium euidens de credibilitate , ſecundo iudicium probabile de veritate , tertio iudicium, omnino certum(licet obſcurum)quod eſt à ſenſus fidei,primum , & ſecundum iudicium naturale eſt. Vnde,& actus voluntatis à quibus illa iudicia depẽdent naturales ſunt , iudicium enim credibilitatis, cum ſit euidens, licet quoad ſpecificationem ſit neceſſarium , quoad exercitium, tamen cum ſit liberum ab actu voluntatis dependet,tertium autem iudicium , vel à ſenſus fidei ſupernaturalis eſt ab effectu voluntatis omnino ſupernaturali proueniens , alterque in alterum in diuerſo genere cauſæ reducitur, à ſenſus quidem intellectus in genere cauſæ efficientis reducitur in affectum voluntatis , in genere autem cauſæ formalis,vel finalis affectus voluntatis in à ſenſum intellectus,neutrum autem habet infalibilem conſecutionem ex duobus iudicijs præcedentibus , & naturalibus , ſed ſtante primo,& ſecundo iudicio ex miſericordia Dei eſt conferre auxilium ſupernaturale,ex quo à ſenſus fidei,& affectus eius ſubſequatur . Vndè non in naturale,ſed inſupernaturale principium à ſenſus fidei reducitur. Itaque , licet ad tertium iudicium neceſſario præſupponatur primum,& ſecundum,hoc autem,non eſt,tanquam diſpoſitio , cum qua a ſenſus fidei infallibilem,conſecutionem habeat, ſed neceſſario præcedunt , tanquam natura ad gratiam,& actus naturales ad ſupernaturales. Ad tertiam probationem reſ- *Ad 3. pb.*
pondetur , aliunde ſummi credulitatem, aliunde vero poſsibilitatem; crædibilitas ſummitur ex rationibus,& authoritate dicentium,poſsibilitas autem ex rei cauſis phyſicis. Vnde ex vno ad alterum argumentum nihil valet,non enim ſequitur eſt credibile:ergo eſt poſsibile,neque è conuerſo. Similiter non valet,eſt incredibile ergo eſt impoſsibile,neque è cõtra eſt impoſsibile:ergo eſt incredibile, quia ratio, vel authoritas aſſerentis independens eſt à cauſis rei,& è conuerſo , vt ergo argumentum valere poſsit debet trahi ad idem genus ponendo cognitionem ſupra poſſibilitatem, vel impoſsibilitatem rei. Vnde bene ſequitur cognoſcitur poſsibile: ergo eſt credibile,cognoſcitur impoſsibile:ergo eſt incredibile,& è contra eſt incredibile:ergo non cognoſcitur poſsibile,ſimiliter eſt credibile:ergocognoſcitur poſsibile,vel non demoſtrati impoſsibile,non autem ſequitur eſt credibile : ergo cognoſcitur poſsibile,veritas enim , vel poſsibilitas ſupernaturalium lumine naturæ ognoſci,nequit,cum tamen credibilitas,vt dictum eſt,euidenter lumine naturæ attingitur. Etſi contra arguas,nam be- *Obiectio.*
ne ſequitur cognoſcitur impoſsibile : ergo eſt incredibile:ergo bene ſequitur ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis eſt credibile , ergo cognoſcitur poſsibile credibile enim,& incredibile, ſi cutpoſsibile,& impoſsibile oppoſitaſunt. Aliqui reſpondent,huiuſmodi conſequẽ *Solutio alio-*
tiam,non tenere ex oppoſito conſequen- *quorũ impug.*
tis , quia vtraque propoſitio affirmatiua eſt , eſt incredibile,eſt credibile , ſimiliter,& aliæ,cognoſcitur poſsibile , cognoſcitur impoſsibile , cum ergo quatuor propoſitiones , vtriuſque conſequentiæ affirmatiuæ ſint,non poteſt ſecunda cõſequentia tenere ex oppoſito conſequentis

tis ad oppositum antecedentis consequentiæ primæ, Sed hæc solutio non euadit argumentum, quia licet propositiones oppositæ non sint, termini autem oppositi sunt: videlicet credibile, & incredibile, possibile, & impossibile. Vnde restat soldum argumentum, si vt positi sunt alterum ex negatione alterius sequatur. Respondetur ergo, credibile adæquare cum cognito possibile, vel non cognito impossibile. Vnde quando arguitur ex opposito termino consequentis ad oppositū terminum antecedentis, dicendo, est credibile: ergo cognoscitur possibile arguitur à superiori ad suū inferius affirmatiue. Vnde nihil valet. E conuerso autem aqualibet parte disiūctiuæ, bene valet cōsequētia, arguitur ab inferiori ad superiꝰ, vt si dicas cognoscitur possibile: ergo est credibile, similiter nō cognoscitur impossibile: ergo est credibile, e conuerso autē, licet sequatur est credibile: ergo non cognoscitur impossibile, nō tamē sequitur: ergo cognoscitur possibile, quia non sequitur, non cognoscitur impossibile: ergo cognoscitur possibile, quia datur mediū, quod nec possibilitas, nec impossibilitas demonstretur, sed veritas tantum probabiliter cognoscatur. Sic ergo misteria fidei certo cognita possibilia, vel impossibilia soluendo argumenta contraria, licet possibilitas, non demonstretur euidenter, manēt credibilia. Ad confirmationem. Respondetur, quod licet ex signis habeatur fides humana hanc esse veram Ecclesiam, quia nulla talia in alia quacumque secta contigerunt non tamen vltimate in hoc reducitur fides, sed in motionem intrinsecam Spiritus Sancti, inclinantis cor, vt certo cognoscat, hanc esse Ecclesiam veram, & Cōcilium eius rite congregatum, nec hoc est cum Lutheranis conuenire, qui asserunt primum Ducem nostræ fidei esse motum intrinsecum Spiritus Sancti, vtique vt excludant visibilem Ecclesiam confitentes, & illam esse primam regulam in proponēdo, cui omnino standum, & obediendum, est. Dicimus preueniri motione interiori Spiritus Sancti, vt talem Ecclesiam cognoscamus, & illi adhibeamus fidem. Vnde in hanc promotionem vltimate fides reducitur. Ad secundam confirmationem respondetur, non dari processum in infinitum, sed vltimate debeniendum esse ad auxilium inmediate receptum in natura, nō enim eadem ratio est de receptione auxilij, & de operatione supernaturali, ad operationem enim comparatur potentia, vt agens. Vndè præsupponitur prius constituta principio supernaturali proportionante potentiam ad talem operationem, & sic per se ipsam inmediate pernaturalia operationem supernaturelem potentia, nequit elicere, respectu autem auxilij comparatur potentia passiue recipiendo, ad hoc autem, nihil præsupponitur, nisi natura recipiens, dicere enim vt aliqui dicunt præsupponi potentiam esse eleuatam ad auxilium recipiendum ficticium est, nam de tali eleuatione inquiro: vtrum sit naturalis. vel supernaturalis, si primum non est eleuatio: siquidem per naturale potentia intra naturam manet. Si autem supernaturalis est, de illa interrogo, si recipitur inmediate in natura potentiæ: nam si primum sicut illa eleuatio supernaturalis inmediate recipitur in natura, ita similiter ego dicam de auxilio, & talis eleuatio præcedens superflua erit. Si autem dicas secundum dabis processum in infinitum: si enim ad recipiendam eleuationem supernaturalem esset, præuentum alio supernaturali, de illo rursus, vsque in infinitum interrogabo, dicendum ergo, vt dictum est, auxilium inmediate in natura recipi, illoque potentia eleuata habere proportionē ad supernaturalē actū.

Vera solutio.

Ad septimum argumentum respondetur, actus supernaturales, non solum esse supernaturales, quantum ad modum, sed etiam quantum ad substantiam, & oppositum non est probabile, Ad improbationem autem respondetur vitalitatem naturalem potentiæ, tantum concurrere remote, & radicaliter. proxime autem non concurrit, nisi vt eleuata, & vt sic supernaturalis est. Quapropter vitalitas actus, non est vitalitas naturalis, sed supernaturalis.

Ad 7. arg.

Et si contra facias argumentum, nam si seorsum considerentur vitalitas potētię & principium supernaturale eleuans ipsam, principalius correspondet actus vitalis potentiæ naturali, quam principio supernaturali eleuanti: ergo vitalitas actus naturalis est, quia ex eo cui principaliter correspondet debet pensari. Antecedens vero probatur primo, quia principium eleuās nō est vitale: ergo actus vitalis nō principio eleuanti, sed potentiæ vitali principaliter correspondet. Secundo probatur, idē antecedens, quia tale principium eleuans habet rationem habitus: ergo non illi, sed potētiæ principaliter actus correspōdet, quia potentia concurrit simpliciter, habitus vero, secundum, quia ad me-

Obiectio.

Solutio. lius,& facilius operandum. Respondetur tamen negando antecedens, ad primam autem probationem dicitur, quod licet principium eleuans non sit vitale formaliter,est tamen vitale virtualiter,& vt quo tribuens potentiæ proximam rationem vitalitatis supernaturalis potentis elicere,talem actum supernaturalem,actus autem principaliter principio,quo formali correspondet. Ad secundam probationem respondetur,tale principium supernaturale, non tantum esse habitum, sed habere rationem potentiæ,quia vt dictum est,est formale constituum, proximum potentiæ inordine ad supernaturalia,vnde non tantum ad melius,sicut habitus,sed ad simpliciter,sicut potentia est requisitum,itaque sicut lumen naturale, (verbi gratia) intellectus,secundum quid habet rationem habitus(sic enim appellatur respectu primorum principiorum) absolute tamen est ratio formalis potentiæ tribuens totam vitalitatem illius,ita vt ante ipsum nullo modo potentia constituta intelligatur. Quapropter non tantum ad melius, sed ad simpliciter operandum est necessarium. Ita dicimus in præsenti, potentiam naturalem ante informationem principij supernaturalis non habere proximam rationem potentiæ respectu supernaturalium,sed formaliter constitui in esse potentiæ supernaturalis,per illud principium. Quapropter non ad melius tantum,sicut habitus, sed etiam ad simpliciter,& quantum ad substantiam actus, vt ratio constitutiua potentiæ est requisitum,qui autem pure habitus sunt,tantum ad melius requiruntur,quia ante ipsos potentia proxime vltimate completa intelligitur sufficiens ad actum quantum ad substantiam.

Ad 8. arg. Ad vltimum argumentum respondetur,quod sicut in naturalibus vltra habitū facientē proportionem in actu, primo requiritur actualis motio ad actum secundum: Ita in supernaturalibus,vt habitus fidei(verbi gratia) faciat proportionem in actu primo. vltra requiritur ad actum secundum,& ad actualiter operandum actualis motio,& hæc debet esse eiusdem ordinis,cum habitu,scilicet supernaturalis,vt dictum est.

Dub. Aliud dubium moueri potest hic, vtrum præter auxilium supernaturale, quod requiritur in potentia ad agendum circa supernaturalia requiratur aliud, ad

Solutio. recipiandum actum supernaturalem? Sed certe solutio est facilis,cum enim potentiæ vitales,simul sint actiuæ, & passiuæ, & non stet agere,quim simul sit pati, id quod requiritur ad agere sufficit ad pati, & recipi actionis.

Art. II.

Vtrùm Aliquis possit,sine auxilio gratiæ velle, & facere bonum?

PRIMA conclusio,tam in natura integra,quam in lapsa est requisitum auxilium generale naturale ad velle, & facere bonum,

Secunda conclusio, homo in natura integra,sine auxilio gratiæ,sed viribus naturæ poterat facere,& velle omne bonum consonum suæ naturæ.

Tertia conclusio,homo in natura lapsa,licet possit sine auxilio gratiæ viribus naturæ aliquod bonum,sibi consonum facere,ad omne tamen bonum etiam naturale eget auxilio gratiæ.

Quarta conclusio,tam in natura integra,quam in lapsa ad velle, & facere bonum supernaturale eget auxilio supernaturali gratiæ.

Pro intelligentia huius articuli notā dum,posse hominem in sex statibus considerari,primo in puris naturæ, sine gratia,& peccato,tamen secundum compositionem corporis,& animæ,secundum cōpositionem rationis,& appetitus, secundum sua naturalia,& essentialia, prout à philosophis naturalibus cognoscitur,sine superadditione alicuius doni, Secundus status est naturæ integræ sanatę aliquodo no superaddito inordine ad finem naturalem,& Deum authorem naturæ,siue illud sit naturale,siue supernaturale.hoc de facto habuit homo ex coniuntione iustitiæ originalis, quæ vna cum esset duplicem habebat efectum,& rectificare inordine ad finem supernaturalem,secundum quod erat gratia iustificans subijtiens spiritui carnem,secundus efectus erat rectificare naturam inordine ad proprium finem: ita vt ex coniunctione ad illā posset natura intra limittes naturales, id quod illa secluſſa, non posset: sicut cogitatiua ex coniuntione ad rationem, potest inordine ad proprium obiectum, qnod secluſſa tali coniunctione non potest, vt in brutis, hic status etiam naturalis est, primo,

Est not. pro intelligentia ar.

mo, quia licet hic vigor ex parte causæ sit supernaturalis, quia ex iustitia originali causatur, terminatur tamen (vt dictum est) ad finem omnino naturalem. Tertius status est, iustitiæ originalis, in qua conditus est homo, non solum in ordine ad naturalem, sed etiam in ordine ad supernaturalem finem, rectificatus, cum plena subiectione rationis ad Deum, & carnis ad rationem. Quapropter non solum naturalia, sed etiam supernaturalia præcepta, nec solum diuisiue, sed etiam collectiue poterat adimplere, (vt de fide tenendum est) vt patet in Concil. Trident. Sessio. 5 Can. 1. vtrum autem statim à principio creationis habuerit, homo hũc statum non est, ita certum, nam Scotus ait à principio tantum conditum fuisse rectum in ordine ad naturalia, postea autem collatam fuisse iustitiam rectificantem, etiam in ordine ad supernaturalia, licet opsitum sit asserendum, statim à principio habuisse integram rectitudinem. Quartus status est naturæ lapsæ, in qua humana natura originali peccato est inquinata. Quintus status est naturæ sanatæ per gratiam Christi restituentem iustitiam amissam, quæ licet sit intensiue maior, quam originalis, non tamen modaliter: siquidem rebellionem carnis non tollit, nec fomittem extinguit, præterquam in beata Virgine. Sextus status est gloriæ, de quo nihil in præsenti.

Dubium primum est.

Vtrùm in puris naturæ, & natura lapsa sit eadem potentia operandi, an vero plus possit in illo statu, quam in isto?

1. Sent. Henrric. Cord.

IN hac re est prima sententia, quam tenet Henrricus, de Gandabo, quodlib. 6. quæst. 11. hominem in puris naturæ plus posse, quam in natura lapsa, quia in illo statu (inquit) posset omnia præcepta naturalia non solum diuisiue, sed etiam collectiue ad implere, & beatitudinem cõsequi, licet etiam posset peccare, & damnari, in natura autem lapsa, certum est ipsum non posse. In eandem sententiam inclinat Corduba, lib. 1. quæstionarij, quæstion. 45. asserens in natura lapsa, aliquod positiuum reale oriri in appetitu sensitiuo, quod in puris naturæ, non inuenitur, videlicet fomitem peccati impedientem ad bonum, relictum quidem ex peccato originali.

Hæc sententia probatur primo, ex Triden. Sess. 6. Can. 1. vbi dicitur Adam, per præuaricationis offensam fuisse in deterius commutatum. In quo verbo, deterius insinuatur modo peioris esse cõditionis, quam in puris naturæ reperiretur. Confirmatur ex Diuo Thom. supra, quæstion. 82. artic. 3. ad primum, vbi ait, concupiscere esse homini naturale, si limites rationis concupiscentia, non transcendat concupiscere autem, vltra rationis limites esse contra naturam hominis: sentit ergo plus esse modo infectam naturam quam in puris naturæ reperiretur, & quod modo per lapsum concupiscat, vltra rationem in puris autem naturæ, illam non excederet. Similiter quæstion. 85. artic. 1. & 2. & 3. dicit hominem non solum in supernaturalibus, sed in naturalibus fuisse vulneratum, & bonum naturæ fuisse diminutum, detrimentumque naturale incurrisse, quod saluari non posset, si modo eadem vires, quas in puris naturæ haberet. *Hæc sent. Prob. 1.*

Secundo arguitur ratione, in natura lapsa habet homo aliquod intrinsecum impedimentum ad operandum, quod in puris naturæ non haberet: ergo plus posset, tunc quam modo. Antecedens probatur, quia in natnra lapsa habet maculam peccati, & inobedientiam ad Deum, & priuationem gratiæ, & communiter dicitur habilitarem ad bonum consentaneum torpo reteneri. Confirmatur, quia originale, vel consistit in habituali conuersione ad bonum commutabile, cui anectitur priuatio iustitiæ originalis, vel consistit in ipsa priuatione, quam committatur prædicta conuersio, de quo supra quæst. 82. art. 1. sed potentia sic conuersa difficilius operatur circa bonum, vt dicit D. Th. supra quæst. 85. art. 1. quod quanto aliquis inclinatur in aliquod obiectum, tanto minuitur inclinatio in contrarium (qua ratione per peccatum, inclinatio ad virtutem minuitur) ergo in natura lapsa includente peccatum. Maior difficultas esset operandi, quam in puris naturæ, in quo statu peccatum non clauditur, & consequenter non potest, ita bonum operari in natura lapsa, sicut posset in puris naturæ. Si respondeatur illam habitualem conuersionem non esse habitum superadditũ natu- *2. Arg.* *Solutio 1.*

ræ respicientem operatum, sed quandam obliquitatem non distinctam ab ipsa natura, atque adeò ex illa non attenditur diuersa facultas operandi. Contra arguitur quia licet talis habitualis conuersio a natura non distinguatur, negari non potest, quod ipsi naturæ impedimentum imprimat ad malum, ex quo inclinatio ad bonum minuatur, licet enim habitus non distinctus a natura, vel inmediante subiecta tus in illa nõ respiciat inmediate operatio nẽ mediate tamẽ, & virtualiter ordinatur ad illam, & consequenter ex diuersitate talis habitus diuersitas operis variari potest sed gratia operatiua non est, disponit tamen ad bene operandum licet mediantibus virtutibus.

Impug.

3. Arg. Tertio arguitur in natura lapsa homo habet rebellionem carnis ad spiritum, sed in puris naturæ, non haberet: ergo plus posset, tunc quam modo. Probatur minor primo ex Diu. Thom. quæst. 2. de malo, art. 12. ad 5. vbi ait, quod pronitas ad malum, & fomes peccati, nõ sequitur naturã, sicut sequitur habilitas ad bonum, sed corruptionem, quæ est ex culpa, & ideò potest totaliter tolli, per gratiã. Secũdo probatur eadem minor, quia sequeretur, tunc necesse fore miserum hominem, quia stãte rebellione nõ posset omnia præcepta collectiue seruare, vnde necessario peccaret: cũ ergo ad peccatũ, tunc nullũ esset remediũ, & stãte peccato beatitudinẽ consequi nõ posset necessario deberet esse miser. nec valet solutio, quod tũc esset remediũ naturale, vt rectitudini naturali restitueretur, cum peccatum nõ solũ destruat rectitudinem naturalem, sed etiam charitatẽ, quam Deus posset infundere. Contra quia, quantum est ex parte peccati contrariaretur, & quantũ ad hoc non tolleretur, quia vt sic tollatur requiritur gratia, quæ tunc non esset, vnde peccato manente, quãtum ad hanc rationem misẽriam causaret. Tertio probatur, eadem minor, quia Deus non obligat ad impossibile, vt ait D. Hieron. dialogo ad Luciferianos, sed in puris naturæ obligarentur homines ad seruanda omnia præcepta collectiue, quia hoc naturale est, ergo poterat seruare illa: ergo non habebat rebellionem carnis, quia hac stante omnia collectiue seruari, non possunt. Quarto probatur, eadem minor, quia si tunc esset rebellio carnis peccatum reduceretur in Deum: siquidẽ crearet naturam ad quam necessario peccatũ sequeretur. Quinto probatur eadẽ minor, quia si rebellio carnis pertinet ad naturam, secundum se, etiam non corruptam, non fuisset beata virgo, absq; tali rebellione, quia gratia non destruit naturam, sed culpam, & quæ ad culpam consequuntur, si gratia fuerit perfecta. Si dicas fuisse miraculum, quod etiam ab eo, quod esset naturale liberaretur. Contra quia D. Thom. 2. 2. q. 178. art. 1. ad primum dicit, non posse dari gratiam faciendi miracula permanentẽ, & per modum habitus, si autem hoc miraculum esset, gratia permanenter, & habitualiter habebat causare illud.

Solutio.

Impug.

Quarto principaliter arguitur, in puris naturæ posset homo viuere secundum rectam rationem, non autem in natura lapsa, ergo plus posset tunc, antecedens probatur homo ex sua natura inclinatur ad bonum rationis: ergo si natura non est corrupta, & infirma, ex proprijs viribus poterit illud consequi, patet cõsequantia, quia vt ait Arist. 2. de cœlo, si astra haberẽt inclinationem ad motum haberent instrumenta, & motiuam virtutem, & vt dicunt Theologi, si homo inclinaretur naturaliter ad videndum Deum natura dedisset media ad consecutionem huius, quia natura, non inclinat ad impossibile. si ergo inclinat naturaliter ad bonum naturaliter potest illud si natura non sit corrupta.

4. Arg.

Quinto arguitur in puris naturæ homo posset diligere Deum super omnia viribus naturæ, non autem in natura lapsa, ergo, &c. probatur minor, quia cum in natura lapsa homo sit conuersus ad bonum commutabile non potest conuerti in Deũ nisi à bono commutabili remoueatur, cũ autem hæc remotio non possit esse, nisi per gratiam, consequenter, neque in Deũ conuersio, etiam vt finis naturalis, in puris autem naturæ, cum non esset conuersio ad bonum commutabile à quo per gratiã egeret remoueri proprijs viribus in Deũ authorem naturæ conuerti posset.

5. Arg.

Secunda sententia est Magistri Medinæ, quod in vtroque statu esset eadẽ vis operandi, quia nullum magis adiutorium haberet in puris naturæ, quam habet in natura lapsa, quia tale adiutorium, nec potest esse supernaturale, quia iam non esset in puris naturæ, nec naturale, quia etiam modo esset: siquidem naturalia integra permanserunt. Nihilominus (inquit Medina) quod in vtroque statu esset differẽtia, quod tunc bonis operibus moralibus mereretur, in natura autẽ lapsa minime, quia tunc natura non esset à versa a Deo, & sic mereri posset apud ipsum, natura autẽ lapsa

2. Sedt. Medina.

sa auersionem importat, cumqua meritum non compatitur. Ex dictis infert Medina, quod tunc posset omnia præcepta implere diuisiue, non autem collectiue, non tamen necessario homo esset miser, sed posset consequi beatitudinem perfectam, quę tunc esset, quia veniens ad vsum rationis poſset cõuerti in Deũ & statim mori, vel si dur ãte vita peccaret esset a Deo aliquod remedium naturale, vel dolor naturalis, quo peccatum deleri posit.

3. *Sent. Zumel.* Tertia sententia est Zumel, qui multa inutiliter dicit, & aliqua inter se valde repugnantia, disp. 2. dicit potuisse Deum producere hominem in puris naturæ, & quod si produceret eum dono sanante naturam posset seruare omnia præcepta collectiue, & non peccare. Si autem, sine tali dono produceretur posset omnia diuisiue, & non collectiue, licet infractione cuiuscumqne libere peccaret, disp. 3. dicit non esse parem rationem, quantum ad sufficientiam operãdi in vtroque statu, quia in natura lapsa est diminuta inclinatio ad virtutem, vt ait Diu. Thom. supra quæst. 89. art. 1. in natura lapsa adhęret rebus cõtra lumen rationis incurritque maculam contra refulgentiam luminis naturalis rationis. Rursus, habet conuersionem ad bonum commutabile, hæc autem non essent in puris naturæ: ergo non potest modo ęqualiter operari, quia vt ait D. Tho. quæstio. 89. art. 1. quantum aliquis magis adhæret alicui obiecto, minus potest operari, circa contrarium, cum ergo in puris naturæ maior esset adhæsio circa obiectum naturale, quia attingeret Deum authorem naturæ aquo non erat auersus, posset que diligere, illum super omnia, minus prompte se haberet ad malum, quam modo se habet. Tandem disput. 4. dicit vigorem sanantem naturam non pertinere ad statum in puris naturæ, quæ modo permãsisset, quia naturalia integra permanserunt, vel natura esset modo truenca, aliquod naturæ debitum deficiens. Tandem dicit tunc non fore necessario miserum, sed posse consequi beatitudinem, non quidem perfectam, quæ tunc non esset, sed imperfectam, quia beatitudo consistit in perfectissima cognitione Dei, vt ait Arist. 2. Ethicorum, cap. 7. insuper in operatione virtutum, & consecutione boni, vt dicit idem Arist. 1. Ethicorum, cap. 7. & 8. insuper beatitudinem esse bonum firmum, & stabile in vita perfecta, hæc autem tunc non essent, nec beatitudo perfecta, licet tunc posset (ait Zumel) sine aliquo auxilio supernaturali deligere Deum authorem naturæ dilectione perfecta.

Pro intelligentia quæstionis notandum est primo) vt supra dictum est) ex Caiet. hic, & Soto de natura, & gratia à cap. 2. per plura capitula, & Medina in prolo go huius quæstionis posse hominẽ in via consi derari in multiplici statu, primo in puris naturæ, secundum essentiam, secundo sanata natura aliquo dono natnrali in ordine ad finem naturalem. Tertio, sanata iustitia originali, tam in ordine ad finem naturalem, quam ad supernaturalem, de qua modo non disputamus: vtrum a gratia iustificante distingueretur, vel nõde hoc enim agitur 1. p. q. 95. art. 4. Quarto consi dera tur in statu naturæ lapsæ post peccatum, & hoc secundum, vel sub peccato existens, vel peccato remisso existens in gratia, sic enim quantum est In statu naturæ lapsæ, quatenus gratia iustificans, post lapsum non plene subijcit apetitum rationi, nec restaurat damna peccati, quæ vt pœnæ, se habent illius, vt rebellio carnis, sententia mortis, & alia huiusmodi. Quapropter status naturæ lapsæ abstrahit ab esse in peccato, vel in gratia; vtrumque accidit statui, & solum constituitur per hoc quod iustitia originali, homo sit destitutus per peccatum præcedens, & incurrit pœnam amissionis illorum, quæ per iustitiam originalem tribuebantur, vt specialia priuilegia, dixi autem, in his statibus posse consideran, de facto solum hominẽ fuisse lapsum: dicimus tamẽ, optime quidem potuisse Deum producere naturam, vel cum dono sanante illam, vel sine tali dono, cum enim tale donum essentiale nõ sit realiterque à natura distinguatur nulla apparet repugnantia, quod, cum illo, vel sine illo producatur. 1. *Not. ex Cai. Soto. Medina.*

Secundo notandum, illud donum naturale, si naturæ ad eius robur tribueretur sic se habere in naturalibus, sicut gratia se habet in supernaturalibus, sicut enim gratia ponitur in essentia animæ faciens ipsam Deo gratam ex qua in potentijs virtutes emanant, quibus potentiæ, retificantur ad operationem, ita similiter, illud donum esset quædam qualitas in animæ essentia consistens faciens ipsam Deo authori naturæ diligibilem, ex quo dono in potentijs robur consurgeret ad debite, & secundum rationem operandum. Quapropter etiam per longissimum tempus recte posset viuere, & omnia præcepta etiã collectiue seruare, ita vt nunquam peccaret, esset tamen maxima differentia, quod si 2. *Not.*

poneretur hoc donum omnino naturale, non tolleret omnino pugnam carnis, neque habitualem, neque actualem, nihilominus, ita debilis esset pugna per rectificationem illius doni componentis appetitum, cum ratione, vt faciliter vinci posset rectè viuendo. Si autem illud donum ponatur supernaturale habens eminenter rectifficare in ordine ad naturalia, vt habuit de facto iustitia originalis, quæcum essantialiter supernaturalis esset, vtrumque habebat (vt dictum est) & rectificare in ordine adfinem supernaturalem, & similiter ad naturalem, tunc omnino tollitur rebelio, & pugna, ita vt primo venialiter peccare non posset, propter totalem subiectionem appetitus ad rationē, quod non esset si donum rectifficans omnino esset naturale: quia non ita perfectè subijceret, vt dictum est. Quapropter, tunc primo venialiter peccare posset. Itaque si homo in puris naturæ conderetur, sine dono sanante, neque naturali, neque supernaturali in omnium opinione homo primo pecare posset veniditer, cū tunc subiectio carnis ad spiritū, nō esset (vt infra dicetur) posito etiā dono supernaturali perfectè sanēte, quale fuit iustitia originalis rectificans, etiam in ordine ad finēnaturalem certum est, primo venialiter pecare, non posse etiam circa finem naturalem propter perfectam subiectionem appetitus ad rationem. Posito autem dono pure naturali sanante naturam ad finem naturalem, tunc in opinione versatur. Vtrùm ex tali dono sanata natura, primo venialiter pecare posset, qui enim existimant per tale donnum sanitatem esse perfectam cōsequenter dicūt, primo venialiter pecare, non posse, vt sanata dono supernaturali. Nos autē asserimus illam sanitatem ex dono pure naturali, nō esse perfectam omnino, atque adeo, non resultare perfectam subiectionem appetitus, & quantum libet ex tali sanitate omnia pecata, etiam collectiue vitare posset, maneret tamen in statu quo, primo venialiter pecare posset ex illa aliquali, non plena subiectione.

3. *Not.* Tertio notandum, quod si natura produceretur, cum illo dono naturali sanante illam, licet appellari posset in puris naturæ, si Ly in puris excludat supernaturalia, quia (vt dictum est) illud donum naturale esset, & in ordine ad finem naturalem solum rectificaret tamen simpiiciter, non appellatur in puris naturæ, nisi status in quo produceretur natura etiam, sine illo dono secundum, sibi essentialia, & nāturaliter debita, vnde posito illo dono, potius constituitur secundus status naturæ integræ, vt autem constituatur primus status etiam, sine dono summi debet natura.

Quarto notandum, quod licet (vt dictum est) Deus vtroquemodo posit naturam producere, nunquam tamen admitendum est, quod Deus de facto produceret naturam in primo statu, sine omni dono, vnde licet, sit posibilis status Methaphisice, non tamen moraliter. Primo quidē, quia si ex eo, quod homo factus est corruptibilis produxit Deus herbas salutiferas, vt infirmitatē præbeniret salutemque conseruaret, & non solum, vt post infirmitatem ab illa resurgeret, quare etiam si homo pecabilis, & deffectibilis creatur ex natura sua, non etiā Deus præbeniet auxilio, naturā vt mala, & peccata vitare posset, & non solnm, vt ab eis post lapsum resurgere posset? Confirmatur, quia magis pertinet ad prouidentiam præbenire fractionem rei, quam de reintegratione facta curare, sed vt dicetur conclusione 2. in illo statu Deus prouideret de remedio, vt homo à peccato posset consurgere, ergo melius, vt in illud, non posset cadere. Nec valet dicere, quod tunc in illo statu homo à statu iustitiæ originalis, non distingueretur circa naturalia, & idē posset, quod aparet inconueniens. Non inquam valet, quia illo dono præditus posset omnia collectiue mortalia, & venialia diuisiue vitare, cum tamen rebelio carnis, non omnino toleretur, non id posset ita faciliter, sicut in iustitia originali, sed ante omnem rebelionem, sicut & modo in gratia existēs potest omnia mortalia vitare etiā collectiue, eget tamē auxilio propter cōtinuā carnis pugnam. Nec valet etia dicere, quod tunc in illo statu melioris esset conditionis homo habens huiusmodi donum, & auxilium naturale, quam in natura lapsa carens tali dono. Non inquam valet, quia licet in natura lapsa huiusmodi donum, non habet, habet tamen aliquid eminentius, quo peccata vitare possit, vt sunt sacramenta, quæ ex opere operato iustificant, & presto ad est Deus auxilia, etiam supernaturalia conferre, & multa sunt alia remedia ad hunc effectū. Quapropter illo dono naturali, non eget, sicut solet dici, 3. part. quæst. 3. de personalitate, quod natura humana in Christo propria personalitate, non eget, dum personalitate diuina subsistit, quę eminētius habet effectum propriæ personalitatis cō

4. *Not.*

Solutio.

Impug.

Solutio.

Impug.

ferre;

ferre. Secundo etiam hæc Doctrina patet, quia quodammodo peccata tribuerentur Deo, cum natura, sine omni dono adeo fragilis esset, vt penes moraliter resistere posset. Dixi quodammodo tribuerentur Deo, quia absolute non tribuerentur: cum homo esset liber in peccando, dicitur tamen quodammodo, quia dure sonaret contra misericordiam Dei, vt sic hominem debilem omnino, sine addiutorio produceret. Nec est eadem ratio de homine in natura lapsa, quia licet secundum potentiam ordinariam, non possit vitare omnia venilia collectiue, potest tamē vitare omnia mortalia etiam collectiue, cum habeat auxilia sufficientia, vt id possit, quodmodo, etiam si cadat inmortale per contritionem resurgere potest, parum ergo curando de venialibus, quia facilæ sunt remissionis etiam si collectiue vitari, nō possint, de mortalibus magna esset differentia, quia cum in illo statu in puris naturæ omni dono destitutæ omnia collectiue (imò quod libet diuisiue (egre vitare non posset, omnis homo moraliter esset miser, quia cum magna difficultate liberari posset, vt dicetur. Admisso tamē, vt possibili illo statu, vt detur locus disputationi, quid fieret explicabitur sequē tibus conclusionibus.

1. Concl. Caiet. Conrado. Medina. Soto. Capreo. Fernara. Scot. Durandus Driedo. Ricardus. Vega. Albert. Pigius. D. Thom.

Prima conclusio, si homo conderetur in puris naturæ haberet rebelionem, & pugnam carnis, sicut habet in natura lapsa.

Hanc conclusionem communiter tenent discipuli D. Thom. Caietanus, Conradus, & Medina hic, & supra quæst. 85. art. 3. Soto, primo de natura, & gratia, cap. 13. Capreolus in 2. dist. 30. quæst. 1. art. 1. Ferrara 4. contra gentes, cap. 52. Item Scotus in 2. dist. 29. quæst. vnica, Durandus dist. 20. quæst. 5. & dist 30. quæst. 1. Driedo lib. 1. de gratia, & libero arbitrio, cap. 3. part. 4. Ricardus in defensione, art. 21. Vegalib. 2. super Concil, Trident. cap. 11. Albertus Pigius, controuersia 1. Videturque expressa Diu. Thom. 1. part. quæst. 95. art. 1. vbi dicit, quod illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis alioquim post peccatum mā sisset, cum etiam in demonibus naturalia integra permanserunt. Item, supra quæst. 82. art. 1. ad 3. dicit, quod ex peccato originali sequitur inclinatio in actum inordinatum, non directe, sed indirecte per remotionem prohibentis, scilicet originalis iustitiæ prohibentis inordinatos motus. Item, quæst. 87. art. 7. & in 2. dist. 31. quæst. 1. art. 1. dicit, factum esse, vt primo homine pecante natura humana, quæ in ipso erat, sibi ipsi relinquæretur, vt cōsisteret secundum ordinem suorum principiorum, & loquebatur de rebelione relicta ex peccato. Similiter loquitur 4. contra gent. cap. 52. & quæst. 4. de malo, art. 1. In quibus locis expresse videtur dicere rebelionem pertinere ad naturam, vt conditio eius, vnde non stante iustitia esset in ipsa natura pure, & secundum naturalia nude sumpta.

Solutio. Ad hæc loca Dini Thom. respondent contrarij duplicem esse subiectionem appetitus ad rationem, alteram perfectam secundum, quod fiebat à iustitia originali quatenus appetitus nullomodo poterat peccare venialiter priusquam ratio peccaret mortaliter. Alteram autem, non ita perfectam, quæ fieret per donum quodam naturale, supra dictum secundum quid, licet appetitus posset, ptimo peccare venialiter affectio tamen appetitus adeo debilis esset, vt ratio posset omnia præcepta collectiue seruare. Loquitur ergo D. Thom. de prima subiectione, quod non staret remota iustitia originali, non autem loquitur de secunda, hæc enim, cum non sit à iustitia, etiam illa remota remaneret, tanquam conditio naturæ, hæc solutio, non potest literæ D. Thom. conuenire, quia in eo, quod dicitur aliquem prohibere descensum lapidis, designatur descensum lapidi esse natutale, cum ergo D. Thom. dicat iustitiam prohibere appetitum in ordinatum insinuat illum esse naturalē, & licet D. Thom. aliquando loquatur de subiectione appetitus in primo sensu, ipse tamen se explicat, vt videre est supra, quæst. 89. art. 3.

Impugn.

Ratione autem probatur conclusio, quoniam Aristoteles primo Politicorū, & communiter Philosophi naturales disputantes, de his quæ conueniunt naturæ puræ, & secnndum se consideratæ inter alia asignant proprium illius huiusmodi rebelionem, ergo conuenit naturæ, etiam si in puris summatur.

Secundo probatur, cummodo quis pecat mortaliter licet amitat virtutem cōtrariam, non tamen adquirit omnia vitia, nec amitit inclinationem ad illas virtutes, nec amitit, nec aquirit aliquid proprium naturale, ergo similiter dicendum est de peccato Adæ, quia à nobis, non distinguitur, nisi in esse capitis reliquos infitiētis. Cum ergo modo habeatur prædicta

rebelio

rebelio euidens est, non esse effectum peccati, nisi per accidens, vt à remobente prohibens, vnde etiam anteiustitiam esset in puris naturæ. Tertio probatur, homo ex natura sua componitur ex corpore, & anima, ex appetitu animali sensitiuo, & ex appetitu rationali, componitur inquam ex contrarijs, ergo naturaliter sequitur rebelio, & pugna, patet consequētia, quia ratio appetit honestum, appetitus delectabile, quæ interse oppositionem habent, ergo eo ipso, quod componitur homo, ex appetitu, & ratione sequitur pugna inter vtrumque conando, quod libet in diuersum tendere, nec valet, quod appetitus à ratione cohibeatur, quia ratio imperat appetitui politice, non despotice, vnde non plene ratio subijcit appetitum, vt non conetur ad oppositum, & pugnet cō tra rationem. Confirmatur, hæc ratio ex illo sapientiæ, 9. Corpus, quod corrumpitur agrabat animam, &c. Vbi insinuatur compositionē naturalē contrariam, causare naturaliter huiusmodi pugnam. Idē insinuat D. Paulus ad Rom. 5. sentio aliá legem in membris meis repugnantē, &c. Legem appellat appetitum in ordinatum, quia naturalis est alius, nam huiusmodi nomem, non mereretur.

Vltimo probatur conclusio, quia si in puris nrturæ esset sedatio appetitus, maximè ex dono naturali exhibente, sed (vt dictum est) huiusmodi donnm, non pertinet ad naturam in puris considerată, si quidem secūdum omnia naturaliter debita consistit seclusо tali dono, ergo in puris naturæ, non esset talis sedatio.

Corol. Ex conclusione sequitur primo, in illo statu esse fomitem pecati materialiter, licet non formaliter in esse fomitis, quia realirer fomes, non est, nisi rebelio carnis, dicitur tamen fomes quatenus, hæc rebelio est effectus peccati, cum ergo tunc esset rebelio, sed non vt effectus peccati, esse fomitē materialiter non interest, sed de hac distintione, vide Diu. Thom. supra, quæst. 71. art. 6. & 3. part. quæst. 15. art. 2. & quæst. 27. art. 4. & ibi, Medina, Soto primo de natura, & gratia, cap. 13. & quæ supra dicta sunt, quæst. 71. art. 2. & quæst. 74. art. 3. & 4. asignantes differentiam inter appetitum, & sensualitatem, quia eodem modo dicitur in præsenti.

2. Corol. Secundo sequitur, quod in illo statu, non posset homo seruare omnia præcepta collectiue stante enim rebelione carnis, adhuc tanti motus inordinati insurgerent, vt multoties excecaretur, vt in præceptis deficeret.

Secunda conclusio, in illo statu, etiam si homo pecaret mortaliter haberet remedium, vt ab ipso liberaretur, nempe penitentiam, & dolorem naturalem per quem Deus cōdonaret huiusmodi peccata. Hęc conclusio, etiam cognita fuit à Philosophis naturalibus. Seneca multoties dicit, etiam si scirent homines nescituros, & Deum ignosciturum adhuc, non pecarēt, in quo supponit Deum ignoscere peccata, etiam stando in lumine naturæ; quod tantum ille habebat. Etiam communiter dicitur in Historijs Aristotelē horamortis dixisse causa causarum misserere mei. Vnde lumine naturali cognouit remissionem peccati. Ratio naturalis videlicet demonstrans, hæc est, quia lumine naturæ cognoscitur remissionem iniuriæ esse bonum excellentissimum, cognoscitur etiā Deum esse summe bonum, & misericordem, ergo cognoscitur, quod tribueret auxilium sufficiens omnibus, vt possent conuerti, & efficax multis, quo defacto conuerterentur. Confirmatur, & declaratur amplius, quia in statu gratiæ cōtulit Deus remedia eiusdem Ordinis, cum tali statu, ad delenda peccata commissa in illo, vt est contritio, & Sacramenta, &c. Ergo similiter in illo statu deberet conferre remedia proportionata illi statui ad delendum pecatum commissum in illo. Consequentia patet, ex paritate rationis. Secundo probatur conclusio, suppositа opinione probabiliori, quod contritio supernataralis, non solum est dispositio moralis, sed etiam Phisica, ita vt ex natura rei ad ipsam necessario sequatur gratia. Sic arguitur, sic se habet contritio supernaturalis inordine ad gratiam, sicut dolor naturalis in ordine ad amicitiam Dei naturalē in puris naturæ, sed contritio supernaturalis ex natura rei, vt supponitur in dueit gratiam in natura eleuata, ergo ex natura rei dolor naturalis induceret amicitiam Auctoris naturę in puris naturalibus. Nec valet dicere, quod in illo statu, non haberet talem dolorem, non valet, quia cum lumine naturæ cognoscatur peccatum esse malum, imò maius malum, quam amissio vitæ posset dolere de illo, & velet potius amisisse vitam, quam pecasse. *2. Concl. Seneca. Arist.*

Tertiæ conclusio, qui in illo statu, nō ageret penitentiam, sed moreretur in peccato mortali damnaretur, & puniretur pæne eterna. Hæc patet, quia vt ait Cicero de iure naturæ est punire delicta, ergo ad Auctoren naturæ tanquam ad Gubernatore[illegible] *3. Concl. Cicero.*

thorē Generalem pertineret punire delictum inquoquis decesit. Quod autem pæna esset æterna patet, quia separata anima immobiliter ad hæreret peccato, sicut Angelus: ergo semper durante culpa duraret suplitium, & pœna.

Dub. Resp. Si autem interroges, qua pæna puniretur. Respondetur, quod non puniretur pæna sensus probeniente ab extrinseco, ex aliquo instrumento eleuato, vt modo igne animæ torquentur, quia talis eleuatio instrumenti aliquid supernaturale est. Vnde non esset considerare naturam in puris naturalibus, haberet ergo vltra pœnam damni (videlicet carentiam perfectæ cognitionis authoris naturæ, inqua tunc beatitudo consisteret) pœnam sensus probenientem ab intrinseco ex cognitione, & cogitatione talis carentiæ aqua diuertere, non posset. Similiter posset Deus, vt author naturæ detinere animas in aliquo loco in fami, & ex tali detentione cognoscentes, sibi meliorem locum debitum tristarentur, & hoc totum naturale esset.

4. Concl. Cicero. Arist. Quarta conclusio, qui in illo statu decederet, sine peccato in amicitia authoris naturæ obtineret beatitudinem naturalē perfectam, quæ consisteret in cognitione omnium scientiarum naturalium, & præcipue authoris naturę per speties excellentissimas, quæ animæ post separationem, ab authore naturę secundum debitum naturæ tribuerentur, ex talique cognitione sequæretur authoris naturæ dilectio, in superfruitio, delectatio, gaudium, & letitia expellens omnem tristitiam. Hæc conclusio etiam lumine naturæ fuit cognita à Cicerone, lib. de somno scipionis. Quapropter damnatis posuit locum subter terram, probeatis supra cælum. In super Aristoteles multis locis citatis hic à Zumel. Ratione probatur, quia omnis creatura naturaliter potest consequi suum finem naturalem adquem ab authore naturæ destinatur, alias enim frustra destinaretur, & talem finem appeteret, ergo a fortiori homo, cum sit principaliter creatura suo fine, quem naturaliter desiderat, nō debet fraudari. Secūdo probatur, quia Deus etiā, vt author naturæ est iustus iudex: ergo sicut ad ipsum pertinet punire delicta post hāc vitam, vt dictum est, etiam præmiare bona, quæ in hac vita communiter manent impræmiata, cum melius reprobis quam bonis accidat. Etsi dicas, quod anima separata naturaliter haberet appetitū reuniendi se cum corpore, ergo hoc appetitu, non impleto esset inquieta, ac per consequens non beata, quia beatitudo omnem inquietudinem expellit. Respondetur, quod cum cognosceret reunionem naturaliter impossibilem, non appeteret appetitu ellicito, cum quo non compateretur quies, sed tantum appeteret appetitu naturali: & quodam pondere naturæ, quo stante perfecta letitia, & quies posset esse in voluntate. Esi rursus cōtradicas, quod demon habet potestatem naturalem supra animam tanquam superior, ergo posset illam contristari, & inquietare: & sic non esset perfecte beata, quia inquieta. Respondetur, ad authorem naturæ, tunc pertinere seruare animas ab incursu Demonū, & ponere illas in loco tuto (verbi gratia) intra corpus cæleste, ad quod Demones atingere, non possunt, quia ab illo sunt exterminati.

Obiectio. *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

Quinta conclusio, homo in natura lapsa (considerando omnia, quæ ad istum statum pertinent, siue per se, siue per accidens) multa impedimenta habet ab operando, quæ non haberet impuris naturæ. Probatur, quia in natura lapsa est possitiue inimicus Dei, in puris naturæ minime. Item modo habet, non solum priuationem, sed etiam contrarietatē ad gratiam, & opera supernaturalia, quæ ad ipsam sequuntur, tunc autem mere negatiue se haberet ad ista. Item modo habet carentiam iustitie originalis, & rebelionem carnis permodum pœne, tunc autem solum esset conditio naturæ. Item modo, non solum homo est auersus a Deo, sed etiam cō uersus ad bonum commutabile, tunc autem minime ergo. *3. Corel.*

Sed proplena intelligentia notandū, quod status naturæ lapsæ potest considerari dupliciter. Primo secundum ea quæ, sibi conueniunt per se, secundum talem statum. Secundum quantum ad ea quæ, sibi conueniunt per accidens. In prima consideratione, solum clauditur effectus peccati, itaque ex peccato natura passa est in proprijs, non autem clauditur ipsum peccatum, vel conuersio, vel auersio eius, &c. Sed hæc accidentaliter, se habent ad istum statum: itaque illa per se cōueniunt statui naturæ lapsæ, quæ natura habet, tā sub peccato, quam sub gratia ex proprijs viribus secluſa contritione, & auxilio gratiæ, quod autē potest ex gratia, vel quod minus potest ex peccato consideratur accidentaliter, ad statum naturæ lapsæ, licet quod ex gratia probenit transferat naturam ad alium statum, quod autem est in *Not.*

po-

potentiæ à peccato, non transfert ad aliũ ſtatum, ſed deterius facit ſe habere naturam in eodem ſtatu. Explicatur hoc clarius, peccatum eſt remouens prohibens, etiam iuſtitiam originalem, quod ergo ex remotione iuſtitiæ per peccatum remanet in natura, non includendo peccatum, ſed conſiderando illud, vt cauſa ſtatus, non autem, vt rationem formalem, illud pertinet per ſe ad ſtatum naturæ lapſæ, alia per accidens.

6. Concl. Sexta concluſio, in natura lapſa, ſi conſideretur ſecundum omnia quę habet, ſiue per ſe, ſiue per accidens ad illum ſtatum, habet eandem vim operandi, atque in puris naturæ, ſed plus poſſet tunc quãmodo. Si autem conſideretur ſolum, ſecundum ea, quæ per ſe pertinent ad iſtum ſtatum eandem vim habet operandi, & non poteſt plus, in vno quã in alio ſtatu (& ſic componitur ſententia Caietani, cum oppoſita.) Sententia Caietani habet verum loquendo de natura lapſa, ſecundum ea, quæ habet per ſe, oppoſita autem loquendo de natura lapſa, etiam ſecundũ ea, quæ habet per accidens. Prima pars concluſionis probatur omnibus argumentis factis à principio pro prima ſententia, & fundamento poſito in præcedenti concluſione, ſi enim in natura lapſa clauduntur (licet per accidens) omnia impedimenta, ibi numerata, quæ non pertinent ad naturam in puris conſideratam, minus poterit modo quam tunc, quia ex impedimentis, maxime conſideratur impotentia operandi. Secundo probatur, quia in puris naturæ poſſet homo diligere Deum auctorem naturæ ſuper omnia viribus naturæ, non enim apparet huiuſmodi impedimentum, modo autem non poteſt: quia vt id faciat debet tolli conuerſio ad creaturam, & hoc non poteſt fieri, ſine gratia. Et in hoc ſenſu verum habet opinio, quod homo in puris naturæ, & in natura lapſa, non ſolum conſideratur, vt nudus, & nudatus, ſed vt nudus, & male veſtitus, & vulneratus, & impeditus in multis, quæ in puris naturæ poſſet. Secunda pars concluſionis probatur, peccatum tantum eſt cauſa per accidens imbecilitatis naturæ, vt patet ex D. Tho. ergo eodem modo ſe habet poſt peccatum, atque ſine illo in puris naturæ, patet conſequentia, quia cauſa per accidens, nec minuit, nec auget effectũ cuius eſt cauſa per accidens, ſed omnino eſt idẽ, vt patet in lapide, qui eodem modo deſcendit ablato impedimento, atque ſi nunquam impedimentum habuiſet, quia deſcenſus, nec creſcit, nec minuitur ex remouente prohibens, quod eſt cauſa per accidens, ſed ſummitur ſecundum menſuram grauitatis, ſic ergo in præſenti, cum peccatum ſit remobens prohibens, vt dictum eſt. Secundo probatur, quia ſequeretur, quod natura modo eſſet trunca, & manca ſi minus poteſt, & aliquid naturale illi deeſt. Si reſpondeatur, hoc arguere eſſe infirmam, non autem trũcam, & mancam, nam ſi etiam omnes potentias naturales retineat ſtante infirmitate minus poteſt. Contra arguitur, ſi tantum eſſet infirmitas idem poſſet licet difficilius, infirmitas enim ponit difficultatem, non impoſſibilem, ſi ergo aliquid modo non poteſt, quod poſſet in puris naturæ, non tantũ infirma, ſed trunca eſſet per defectum potentiæ. Etſi contra arguas, quia in Concilio Arauſicano Anathematicatur, qui dixerit hominem, etiam in natutalibus, non fuiſſe vulneratum. Quod confirmatur ex illo Euangelij, quod homo deſcendens ab Ieruſalem in Hiericho incidit in latrones, qui eum expolliauerunt, & plagis impoſitis reliquerunt eũ ſemiuiuum, quod D. Gregorius, & communiter omnes Doctores explicant de caſu hominis, ergo in natura lapſa homo, non tantum eſt nudatus, ſed etiam in naturalibus vulneratus, & per conſequens minus poteſt. Reſpondetur, quod vt ſupra dictum eſt, iuſtitia originalis rectificabat, non ſolum in ordine ad ſupernaturalia, ſed in ordine ad finem naturalem. Quapropter natura ex coniunctione ad iuſtitiam, etiam in naturalibus adquirebat perfectionem, hanc ergo cum amiſſerit per peccatum dicitur, etiam in naturalibus eſſe vulneratum, nõ autem ex his, quæ ſibi ex proprijs conueniunt aliquid amiſſerit. Vnde conciliantur oppoſita dicta, aliquando dicitur eſſe vulneratam naturam, etiam in naturalibus, aliquando dicitur. quod naturalia integra permanſerunr. Primum intelligitur de perfectione naturali proueniente ex conſortio iuſtitiæ. Secundum autem de naturalibus, quæ naturæ ex proprijs conueniunt.

1. Pars prob.

2. Pars prob.

Obiectio.

Solutio.

Solutio.

Ad 1. arg. 1. Sent.

Ad argumenta primæ ſententiæ, quatenus militant contra ſecundam partem vltimæ concluſionis reſpondetur. Quod Concilium loquitur de natura lapſa comparatione ad ſtatum iuſtitiæ, in quo tot donis erat ornata à quo per peccatum cadens vere dicitur, quod in deterius eſt mutata. Vel loquitur comparatione ad naturam in ordine ad finem naturalem perfectam

ctam vigore naturali probeniente ex iustitia, qui vigor cum amissa iustitia, sit deperditus, etiam secundum naturalia in deterius est commutata, vel si loquatur cõparatione ad naturam in puris naturalibus summit naturam lapsam secundum ea, quę claudit accidentaliter, secundum quam rationem, etiam explicatum est in deterius esse commutatam, non autem si natura lapsa consideretur secundum quæ per se cõueniunt, huic statui, vt dictum est. Ad D. Thom. respondetur, nomine concupiscentiæ vltra rationem intelligere fomitẽ, vel sensualitatem, quæ formaliter (vt dictum est) non sunt naturales, sed effectus, & pœna peccati, in alijs autem locis asserens in naturalibus fuisse vulneratam, intelligendus est iuxta prædicta.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum patet, ex quinta conclusione hominem in natura lapsa habere multa impedimenta, hoc tamen per accidens, ex quo non probatur considerando solum ea, quæ conueniunt per se huic statui, habere minorem potentiam, quam in puris naturæ.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum negatur minor, ad primam probationem. Respondetur D. Thom. tantum intendere pronitatem ad malum, non sequi ad naturam eodẽ modo, sicut habilitas ad bonum, quia habilitas ad bonum sequitur per modum potentiæ, pronitas autem ad malum per modum impotentiæ, & defectus, qui per gratiam potest restaurari, neque ex eo naturalia dicentur minui, sed potius perfici, nõ autẽ intendit, quod huiusmodi pronitas, & imbecilitas, non sequatur ad naturam. Ad secundam probationẽ negatur sequela, & iam dictũ est quomodo etiam in puris naturæ remedium naturale ad abolendũ peccatũ esset. Ad impugnationẽ respondetur, quod licet peccatum in illo statu esset impedimentũ ad gratiã quatenus illo stante, nec gratiam poterat recipere, neque ad finem supernaturalẽ ordinari, non tamen tale peccatũ charitati, vel fini supernaturali esset contrarium, cum talis homo ad talem finem eleuatus, non esset, nec præcepta supernaturalia illi imposita, vnde nec pœnas debitas peccato opposito fini supernaturali incurreret, nec ad sui ablationẽ alio remedio, quã naturali egeret. Ad tertiam probationẽ respondetur, tũc nõ obligari ad impossibile, quia posset singula præcepta diuisiue seruare, ad omnia autem collectiue, non est præceptum, quia omnia collectiue est impossibile se offerre. Ad quartam probationem respõdetur, quod licet homo crearetur imbecillis, iuxta debitũ suæ naturæ, non ideò peccata Deo, sed ipsi homini tribuerentur, cũ in omnibus illis, sit liber. Etsi inquiras de primo instãti creationis talis hominis? Respondetur, aliter loquendum esse de illo, atque de Angelo, de quo dictum est supra in primo instanti peccare non potuisse, quia peccatum tribueretur Deo, cum enim Angelus procedat, sine discursu, & in instanti operari possit, de illo procedit hæc quæstio. Homo autem positus in primo instanti, cum ad operandũ egeat discursu, in quo tempus consumitur, non stat ad opus peruenire, & non esse iam sui compos, & extra manus auctoris naturæ, sic quod homini, & non Deo peccatum hominis tribuatur. Ad quintam probationem respondetur, quæ pertinent ad naturam permodum defectus salua natura, imò cũ perfectione eius, cum graia restaurari possunt, sicut mors naturalis est per iustitiam tamen originalem ab illa homo erat pręseruatus, sic de rebelione carnis dicendum est fuisse ab illa beatam virginẽ præseruatam per excellentissimam gratiam, sine corruptione, imò cum maxima perfectione naturæ, & licet hæc præseruatio fuerit à principio miraculosa, non tamen in prosecutione, sed illa excellentissima gratia posita ad ordinariam potentiam supernaturalem pertinebat huiusmodi præseruatio, vt de saluatur dictum D. Thom. non dari gratiam permanentem permodũ habitus faciendi miracula, sed permodum transitus, sicut prophetia.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentũ respondetur, in puris naturę verum esse habere inclinationem ad bonum, & media sufficientia ad illum prosequendum, quia vt dictum est diuisiue, quodlibet præceptum poterat seruare, sed similiter dicimus habere in natura lapsa considerando, quæ per se conueniunt huic statui, vt dictum est.

Ad 5. arg. Ad quintum respondetur, etiam in natura lapsa, considerando illam secundum illud, quod habet per se, posse hominem diligere Deum super omnia dilectione naturali, posito autem etiam, quæ per accidens includit, scilicet peccato, & auersione, &c. cõcedimus, nõ posse habere huiusmodi dilectionem, vnde secundũ hæc minus potest quam in puris naturæ, sed nostra comparatio, vt dictum est, non est nisi naturæ lapsæ secundum propria, & per se ad hominem in puris naturæ.

Corol. Ex dictis in hoc dubio sequitur, quod licet secundum præcisionem nostri intel

lectus,

lectus, quo consideramus naturam lapsam secũdum propria æqualiter posset ad quæ in puris naturæ, in exertitio tamẽ, & pro vt in re minus potest, quandiu peccato manet subiecta, quia in exertitio, & in re peccato coniuncta à prædictis impedimentis non separatur, qui autem est in gratia etiã ipsa non concurrente, sed ex proprijs naturæ operans, non minus potest atque si in puris naturę conderetur, quia tunc impedimenta peccati, nec principũ impediẽs adest, quæ tunc enim ex peccato manent vt pœna, etiam in puris naturæ essent, vt conditio naturæ.

Dubium II.

Vtrùm homo in natura lapsa sine auxilio supernaturali Dei possit facere aliquod bonum morale, vndequaque bonum simpliciter loquendo.

1. Arg. Eccles. 7. Sap. 8. Ioan. 15. 1. Cor. 4. 2. Cor. 3.

PROBATVR, Quod non, primo, quia Eccles. 7. dicitur non est homo iustus in terra, qui faciat bonum. Sap. 8. scio Domine nemo potest esse continẽs nisi tu dederis, Ioan. 15. sine me nihil potestis facere. 1. Cor. 4. quid habes, quod non accepisti si autem accepisti, &c. Et subinfert, non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. Cor. 3. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere pro sua bona voluntate. Ecce quomodo in sacra scriptura dicitur requiri auxilium supernaturale ad bona opera facienda.

2. Arg.

Secundo arguitur ex Concilio Arausicano can. 9. vbi sic definitur, quoties bene agimus Deus nobiscum, vt operemur operatur. Et can. 10. multa bona opera fiunt in homine, quę non facit homo, nulla tamen bona facit homo, quæ non præstet Deus, vt faciat homo. Similiter definitur in Concil. Mileuitano can. 4. & Celestinus Papa in epistola ad Episcopos Galiæ, cap. 9. sic ait, Deus in cordibus nostris, atq; in ipso operatur libero arbitrio, vt sancta cogitatio pium consilium, omnisque bonus motus voluntatis ex Deo sit.

3. Arg.

Tertio arguitur ex multis locis Sanctorum, quæ adducit magister Soto 1. de natura, & gratia, cap. 21. vt in ipso habetur præcipue D. Augus. 1. de predestinatione sanctorum, cap. 2. & 3. & dicit liberũ arbitrium captiuatum, non nisi ad peccatũ valere, & lib. de prædest. dicit, nemo sibi subditur ad incipiendum, vel perficiendum, quodcumque opus bonum. Similiter loquitur lib. de correctione, & gratia.

4. Arg.

Quarto arguitur. Sequitur eodem modo concurrere Deum ad opera moraliter bona, atque mala, consequens est falsum ergo. Probatur sequela, nam ad opera mala quantum ad phisicum, & naturale concurrit auxilio naturali generali, ergo si id solum sufficit ad opera naturaliter bona eodem modo concurrit ad vtrunque. Cõ firmatur, quia frustra peteret Ecclesia auxilia supernaturalia ad huiusmodi opera facienda si viribus naturæ ex auxilio generali, potest præstare. Conf.

5. Arg.

Quinto arguitur, vt opus sit bonum simpliciter, necessarium est, vt habeat omnes circunstantias bonas, has non potest habere, sine auxilio supernaturali, ergo: maior patet ex supradictis, quæst. 7. & quia proloquium est bonum ex integra causa, minor probatur, nam precipua circunstantia est finis, sed hanc non potest aponere peccator ergo. Probatur ista minor, quia nullus potest habere duos vltimos fines, cum ergo habeat vltimum finem in creatura per peccatum, nõ potest habere aliũ bonum finem per opus moraliter bonum. Et hoc argumentũ precipue currit in infideli, qui se, & omnia sua retulit, velut in vltimum finem in idolum, de illo enim, sic arguitur. Omnia opera facta ab homine iusto si non apponatur malus finis, sunt meritoria propter totalem relationem in finem charitatis ad quem operans est relatus, ergo similiter infidelis in omni opere peccabit propter virtualem relationem in finem idoli, in quem operans est relatus, vnde in infideli nullum opus bonum moraliter esse poterit.

6. Arg.

Sexto arguitur, pecator nõ potest aquirere veras, & perfectas virtutes morales, sine gratia, vt docet D. August. lib. 4. contra Iulianum, cap. 3. ergo nec etiam habere opera moraliter bona, probatur consequẽtia, quia ex huiusmodi operibus multoties repetitis virtutes morales perfectę generantur.

7. Arg.

Septimo arguitur, homo viribus naturæ, non potest se disponere ad gratiam, ergo neque habere opera moraliter bona, probatur cõsequẽtia, nã huiusmodi opera essent dispositiones ad gratiam. Quia, vt communiter dicunt Theologi qui semper bene

bene moraliter operaretur conuerteretur adeo. Et secundo probatur consequentia, nã peccatũ est impedimẽtũ, & magis separat à gratia: ergo opus moraliter bonũ est dispositio, & per ipsum magis, & magis acceditur ad gratiam, cum enim peccatum & opus moraliter bonum contraria sint, de ipsis loqui contrarie debemus, vt si peccatum est dispositio, & remotio à gratia opus moraliter bonum sit dispositio, & accessus ad gratiam.

8. argum. Octauo arguitur, ad operandum bene moraliter necessarium est vincere tentationes inducentes ad contrariũ, sed hoc nõ potest homo viribus naturæ ergo. Minor est D. Aug. epist. 106. vbi dicit, victoriã tentationũ nõ esse ex nostra volũtate.

1. Sentent. Lutheri. Calvini. In hac re est prima sent. Luth, & Caluin. quod homo ante iustificationẽ in omni opere suo peccat, imo & opera, quæ gratiã sequũtur dicit ex aliqua parte esse peccata.

2. Senten. Gregorii. Capreol. Rofens. Secunda sent. est Gregor. in 2. dist, 26. & 27. & 29. q. 1. art. 1. concl. 2. quod homo ante institificationem non potest viribus naturæ facere aliquod bonum opus morale, sed si quæ bona opera peccator facit, est ex auxilio supernaturali Dei, in infidelibus autem concedit opera omnia esse peccata. Hanc sententiam videtur sequi Capreolus dist. 28. ad argumenta contra secundam conclusionem, hanc videtur sequi Rofen, art. 36. & Gerson. lib. de vita spirituali, lect. 1. corolario 10. & 11. & Capreolus existimat esse sententiam D. Th. hic, vbi loquẽs de peccatore solũ posuit exemplũ in operibus indifferẽtibus, vt colere agros, plantare vineas, non autẽ aliquod opus bonũ morale nominauit.

3. Senten. Dionis. Cister. Tertia sent. fuit Dio. Cister. in 1. d. 17. q. 1. quod homo, sine gratia, & charitate, nullum præceptum Dei implere potest, etiam quantum ad substantiam.

4. Sent. Vazquez. Quarta sententia est, Vazquez disp. 188. & 189. & 190. Vbi ad resolutionẽ omnium istorum dubiorum astruit nouã quandã doctrinã, ait enim, quod cum actus volũtatis, & intellectus inter se conectantur secundum, D. Th. supra q. 9. & nõ fit processus in infinitum deueniendũ est ad vnum primum actum intellectus independentẽ à voluntate, & omnem libertatem eius præuenientẽ, quia ad vnũ primũ voluntatis independentẽ ab intelectu peruenitur, non potest, siquidem nihil potest esse volitum, quin præcognitum. Iste ergo primus actus intellectus, siue habeatur à principio vitæ, siue alicuius negotij, siue post somnũ, aut potest esse merè speculatiuus, nullo modo mouẽs voluntatẽ, nec dicens ordinẽ ad illã, aut vero practicus voluntatem respitiens, de primo non fit sermo hic, sed de secũdo, qui adhuc duplex esse potest, vel initium operationis malæ, aut bonæ, non etiam loquimur de priori, quæ omnino, sine gratia habetur, est & operatio voluntatis mala ex tali cogitatione secuta: cogitatio ergo bona & quæ boni operis est principiũ, adhuc est duplex alia tantum sufficiens ad operationẽ volũtatis, non tamẽ operationẽ inducens, alia vero est congrua, & efficax, quæ operationẽ exequitur: hæc ergo cogitatio cõgrua & efficax habetur a deo auctore naturæ peculiari prouidẽtia causante illã, & nõ solũ ex generali auxilio, & cõcursu creationis, & licet illã non causet semper immediate, sed medijs causis secũdis, vt mediãte sensu vel obiecto excitante repẽte potentiam dicitur tamẽ ex peculiaribus auxilijs Dei, & Deo peculiariter tribuitur, quod, & hoc ipsum peculiaris prouidẽtia fuit Dei, vt modo tales causæ concurrerẽt ad mouendum intelectum, vt hanc cogitationem congruam haberet, hac ergo ratione prædicta congrua cogitatio gratia, & ex gratia dicitur haberi, quidquid ex hac congrua cogitatione sequitur, quia talis congrua cogitatio habetur ex speciali prouidentia, & non ex debito naturæ, & quia non omnibus datur maximẽ suppositio originali, licet ipsa cogitatio quoad substantiam, & ex obiecto pure sit naturalis, etiam in homine non eleuato ad finem supernaturalem, sed in puris naturę: Si autem huiusmodi congrua cogitatio sit in eleuato ad supernaturalem finem ampliori titulo gratia datur: siquidem ad supernaturalem finem ordinatur, & talis cõgrua cogitatio ex meritis Christi habetur, quatenus nullum opus bonum, quod sequitur ex illa potest non esse ex meritis Christi, cum aliqualiter initium sint iustificationis, & dispositiones illius in peccatore, & in homine iusto initium alicuius meriti per hoc ergo videtur, sibi oppositas sententias conciliare, qui enim asserunt, cum Gregorio nullum opus vndequaque bonum fieri posse, sine auxilio gratiæ nomine gratiæ intelligunt prædictum donum gratuitũ cõgruę cogitationis intra limites naturæ. Qui autem communiter cum Thomistis asserunt, sine gratiæ auxilio fieri posse multa opera moraliter bona, nomine gratiæ intelligũt gratiã supernaturalẽ, & auxiliũ supernaturale ordinis diuini, quod quidem non requiritur ad

quodlibet opus bonum morale.

Supponendum sent. Pelagium, & contra Luth. & contra Greg.

Pro intelligentia supponendum tanquam de fide contra Pelagium hominem viribus naturæ, non posse habere opera bona meritoria vitæ æternæ. Contra Lutherum etiam supponendum est de fide, definitum in Trid. sessio. 6. can. 7. & 8. hominem ante iustificationem posse aliqua bona opera facere, neque in omni opere suo peccare, quis enim diceret dispo nere se ad gratiam esse peccatum, nisi hæretico fallatur spiritu, de quo ad longũ videatur 2. 2. quæst. 10. art. 4. supponendũ etiam est contra Gregorium, infidelem non in omni opere peccare, sed eodẽ modo loquendum de illo, atque de fideli peccatore. de quo etiam videatur loco citato, & ibi Magister Bañez, & Soto, 3. de natura, & gratia, cap. 4. & 5. Punctus autem controuersiæ nostræ in eo sistit: vtrum opera moraliter bona, quæ peccator ante iustificationem facit, & facere potest: vtrum necessario illa faciat ex auxilio supernaturali: an vero sufficiat auxilium naturale: ita vt viribus naturæ talia opera moraliter bona facere possit.

Ex Bañes. & Soto.

Punctus controuersiæ.

Not.

Pro intelligentia notandum est, auxilium quidem esse duplex, aliud generale, aliud vero speciale, generale est quo Deus communiter concurrit, cum causis secundis ad operandum, quasi ex lege, & pacto inito cum causis quoties opus fuerit operari. Speciale vero auxilium est, quo peculiari concursu Deus concurrit, quo non tenebatur ex pacto, neque ex lege concurrere, & vtrumque auxilium, tam generale, quam speciale est duplex, aliud in genere naturæ, aliud vero in genere gratiæ, generale in genere naturæ, est quo Deus concurrit, secundum leges communes naturæ, & speciale in genere naturæ est, quo Deus concurrit præter legem, & pactum in genere naturæ. Generale vero in genere gratiæ est, quo concurrit secundum leges communes gratiæ, & speciale in genere gratiæ est, quo concurrit specialiter præter leges in genere gratiæ (verbi gratia) in genere naturæ generali auxilio sustentat homines per cibos sua diligentia adquisitos, speciali autem auxilio sustentauit Danielem per cibum allatum à Prophera, cap. 14 & A Eliam ministerio coruorum, 3. regu. 17. & viduam per puxilum farinæ, & Lechitum olei. In genere autem gratiæ generali auxilio iustificat homines per Sacramenta ex opere operato, vt in lege noua, vel ad præsentiã illorum, vt in lege antiqua collata, per ordinarios ministros, speciali vero auxilio iustificat in vtero materno, vt Ieremiam, cap. 1. & Baptistam, Lucæ 2. Vel beatam Virginem, aut sine præuia longa dispositione peccato inhærente Paulum, aut Eunuchum ministerio Angeli mittendo ei Phillippum. Actor. 4. Aut Cornelium mittendo ei beatum Petrum.

Dan. 14. 3. Reg. 17

Hier. 1. Luc. 2. Acto. 4.

Secundo not. quod opus morale bonum dicitur illud, quod secundum suam naturam est conforme rationi, quia habet homo debitum obiectum, cui nõ aponitur mala circunstantia, & hoc quidem (vt sup. diximus) ex natura sua refertur in Deum, quia cum ratio naturalis sit quædã participatio rationis eternæ, illud quod secundũ rationem naturalẽ est, consequenter necessario est conforme rationi diuinæ, atque adeò statim tendit in Deum ex tali cõformitate, nisi ab operante opus de prauatum in malum finem referatur, quod est violenter opus à propria inclinatione distrahere, sicut lapis naturaliter tendit ad centrũ ex conformitate ad illud & violentiam patitur si ab centro distrahatur.

2. Not.

Tertio not. de fide tenendum esse contra Luth. & Greg. nõ omnia opera peccatoris, siue in fidelis, siue fidelis esse peccata, vt docet Bañez, 22. q. 10. art. 4. Soto, 1. de natura, & gratia, c. 19. & 20. & 22. Augustl. lib. de spiritu, & littera, cap. 28. & lib. 3. hipon. tom. 7. & expræsse definitum in Conc. Constant. error. 16. contra Hus, & sess. 14. & in Concil. Trid. Sess. 6. can. 7. & 8. verum est tamen Doctores sanctos cõmuniter non agnoscere opera, nisi meritoria vitæ eternæ in charitate, vel mala, & peccata in peccato facta; qui loquũtur in ordine ad finem supernaturalẽ. Vnde non faciunt mentionem operum bonorum moralium, quia ratione, & supra diximus, quæst. 65. a. 2. & virtutes adquisitas, sine charitate virtutes non appellari: nihilominus huiusmodi opera bona moralia, non relata in finem charitatis, agnosci debent etiam in sacra Scriptura, vt Ezech. 2. Dedit eis præcepta non bona, & iudicia in quibus viuerent, quod explicat Augustl. epist. 19. de præceptis iudicialibus, quæ non bona appellantur, quæ hominẽ bonũ facere nõ sufficiebant ad finẽ supernaturalẽ, cũ tamẽ aliàs bonitatẽ moralem continerent. Restat ergo examinare: vtrũ non solum non peccent in omni opere, & facere possit bonũ morale, etiã in peccato existens, sed etiã vtrũ hæc bona operamoralia possit facere ex viribus naturæ auxí

3. Not. Bañes. Sotõ D. Aug. Conc. Con. Conc. Tri.

Ezech. 2.

lio

lio generali, an vero requiratur auxilium gratiæ supernaturale generale, vel speciale.

1. Concl. Prima conclusio, sententia Vazquez est omnino falsa, & improbabilis, & parum tuta. Hæc probatur, & explicatur, nam illa congrua cogitatio, vt ipse fatetur, quantum ad substantiam, & ex parte regulæ, & ex parte obiecti, & finis, vndequaque est naturalis ad ordinem naturæ pertinens: ergo nullo modo vocanda est gratia, nec ex eo, quod illa requiratur, ad opera moraliter bona dicendum est, ad illam gratiam esse necessariam, sed quod hoc fit ex viribus naturæ. Si respondeatur, cum Vazquez, illam congruam cogitationem esse gratiam, quia non est debita, & quia non omnibus datur, & quia aliquale principium est iustificationis, & opus meritorium. Contra, quia licet non sit debita ex iustitia, est tamen debita debito connaturalitatis, & ex vi creationis: ergo non extrahitur à ratione naturæ, vt sit gratia. Antecedens probatur, quia creaturæ rationali ex propria natura debetur recta operatio, & consequenter auctor naturalis illius debet ei principium recte operandi tribuere. Si respondeatur, esse debitam speciei, non tamen indiuiduo. Vnde respectu illius est gratia. Contra arguitur, nam in primis de Angelo, hoc defendi non potest, quia cum natura, tunc in vno indiuiduo conseruetur, idem est debitum naturæ, & indiuiduo, & quia cum hæc congrua cogitatio sit prima, & in Angelo, & primo homine formato à Deo debeat tribui necessario, ei talis congrua cogitatio debetur, quia malam, & incongruam habere non potest, loquendo autem vniuersaliter de omni creatura rationali fit manifestum, quia quæ naturæ debentur in indiuiduo ei debent persolui, vt numquam detur gratia respectu indiuidui, quod alias respectu naturæ debebatur. Si respondeatur esse debitam vage indiuiduis, nõ autem determinate huic licet non omnibus debeatur, quę est secunda ratio Vazquez. Vnde, quod isti, & nõ alteri tribuatur est gratia. Cõtra arguitur, quia licet respectu alterius aliqualiter possit dici gratia: quatenus alteri non datur, absolute tamen non dicendum est esse gratiam, vltra donum creationis istius, speculiari enim dono huius creationis causæ naturales, sic sunt compositæ, vt huic talis cogitatio debeatur. Etsi adhuc respondeatur sufficere ad rationem gratiæ non esse debitum, huic absolute, licet sit debitũ absolute ratione creationis istius, quia hac ratione vocatio, verbi gratia, est donum gratiæ, licet debeatur ex suppositione prædestinationis istius, quia absolute, & respectu alterius non debetur: quatenus non omnibus datur. Contra arguitur, quia vocatio, non ideò solum dicitur gratia, quia non omnibus, sed isti datur, sed quia datur isti ex suppositione prædestinationis, quæ absolute est donum gratiæ, congrua autẽ cogitatio datur ex suppositione creationis istius, quæ non donum gratiæ, sed naturæ nuncupatur, itaque quod debetur ex suppositione sequitur naturam illius ex cuius suppositione debetur, & quia vocatio debetur ex suppositione prædestinationis, quæ absolute est donum gratiæ, ita & ipsa vocatio est gratia, congrua autem cogitatio debetur ex suppositione creationis isti, & cum creatio sit donum naturæ, similiter & illa congrua cogitatio ex suppoqtione creationis istius debita. Tertia autem ratio Vazquez, ideò dici gratiam, licet sit naturalis, & ab auctore naturæ, quia est aliquale initium iustificationis, & meriti peior est, quia aliquantulum videtur declinare ad errorem Pelagij, initiũ iustificationis sumi ex pure naturalibus, Pelagius enim congruam cogitationem, non negaret, neque contenderet, si hæc appellanda sit gratia, vel non, sed contentio eius erat, non requiri gratiã ordinis super naturalis, & hanc contra Pelagium contendebant sancti statuere, Et si adhuc respondeatur, amplius poni, quã à Pelagio, quia non ponitur congrua cogitatio, vt cumque, sed vt efectus Christi Domini, quod Pelagius dicebat, non esse necessarium. Cõtra arguitur, quia per hoc non asserit, Vazq. expręsse cũ Pelagio, accedit tamen aliquantulum ad ipsum, quia licet asserat esse per Christum, asserit tamen esse pure naturalem talem congruam cogitationem, & simul esse principium iustificationis, eo vel maxime, quod in hoc non sibi constat Vazquez, quia semel statuit, illam congruam cogitationem esse per Christum, qualiter asserit esse pure naturalem, etiam exparte finis, quia Christus dominus non est causa pure naturalium, vt docuimus supra, quæstion. 81. articul. 3. dub. 1. si enim naturalium est causa est in ordine ad finem prædestinationis, quatenus naturalia, ad effectum illius conducere possunt, & si naturalia iam considerantur in ordine ad finem prædestinationis, vt sint per Christum iam non considerantur

Solutio. Impug. Solutio. Impug. Solutio. Solutio. Impug. Ratio Vazquez. Impug. Solutio Vazquez. Impug.

rantur pure intra ordinem naturæ, vt vult Vazquez, eo vel maxime, quod huiusmodi naturalia ordinari ad finem supernaturalem non est intrinsice esse supernaturalia, sed extrinsece, per talem ordinationem, quod non sufficit ad esse principium iustificationis, vel meriti, ad hoc enim secundum concilia, & Sanctos requiruntur opera etiam intrinsice supernaturalia ex auxilio, & principio supernaturali, quia si in ipsis operibus intrinsice aliquid supernaturale nonponatur, habebit verum quod physice, & realiter iustificatio oritur ex principio naturali.

Not. Pro clariori intelligentia prædictorum notandum, nos non negare illam congruam cogitationem aliqualiter esse gratiam large sumptam, vt gratia dicit donũ non debitum, sed dicimus non esse gratiam, nec donum, vltra donum creationis intra limites naturæ, neque esse gratiam, prout hic loquimur de gratia, quandocũque enim quærit D. Thom. vtrum ad aliquid requiratur auxilium gratiæ loquitur stricte, de gratia ordinis supernaturalis, & sic semper cum Diu. Thom. procedimus in hoc tractatu, & hoc vocamus ex viribus naturæ, ad quod gratia, vel auxilium eius supernaturale, non requiritur, & Doctores sancti, quandocumque asserunt requiri gratiam ad aliquod opus bonum, de ista gratia supernaturali loquuntur. Nec aliquid valet congeries sanctorum, quam facit Vazquez asserentium ad congruam cogitationem requiri gratiam, in quibus de gratia stricte loqui non possunt, cum talis congrua cogitatio sit pure naturalis. Non inquam valet, quia sancti non loquuntur de congrua cogitatione pure naturali, posita à Vazquez, sed de sancta cogitatione habita ex motione Spiritus Sancti, & de illa, quæ ex auxilio supernaturali habetur, vt principium meriti, vel iustificationis peccatoris, non autem de illa, quæ solum est principium operis moraliter boni, vt hic loquimur. Dato tamen, quod illa congrua cogitatio pure naturalis posita à Vazquez, fit per Christum, & ex hac parte dici possit gratia, adhuc explicabimus conclusione sequenti, illam non requiri ad opus moraliter bonũ, sed illud exerceri posse, ex solis viribus naturæ secluſa omni gratia, etiam ista posita à Vazquez, sed vndequaque potentia persistens in ordine naturæ.

2. Concl. D. Thom. Secunda conclusio, homo in natura lapsa, etiam in peccato existens potest viribus naturæ ex auxilio generali, absque omni auxilio gratiæ per Christum facere opus moraliter bonum. Hæc est expressa Diu. Thom. hic & 1. part. quæst. 23. art. 1. & 2. 2. quæst. 10. artic. 4. & quæstion. 24. de verit. art. 12. & in 2, distin. 28. quæstion, 1. art, 1. in corp. & ad 1. & 5. & licet conetur Vazquez explicare Diu. Thom. quod non requiratur gratia habitualis, non autem quod non requiratur aliquod auxilium gratiæ, explicationi tamen illius non est credendum, quia contrarius non aperire, sed destruere intendit mentem Diu. Thom. veraque intelligentia est suorum discipulorum, quod ad opus moraliter bonum gratia neque habitualis, neque actualis requiratur, sed solum vires naturæ (nullo adiutorio per Christum interueniente) sufficiant, & hæc sententia est communis omnium scholasticorum. De quo videatur Soto, 1. de natura, & gratia. capit. 2. Abulen. super. caput. 15. Matth. quæst. 174. Magister in 2. distin. 26. D. Bonauentur. & Scot. eadem distin. quæstion. vltim. & Gabriel, quæstion. 3. Vega, quæstion. de iustific. quæstion. 14. & 20. Decanus Louan. tom. 1. artic. 7. contra Luth. Duran. in 2. distin. 28. quæstion. 2. Marsil. 2. distin. 17. artic, 2. Bañez, 2. 2. quæst. 10. art. 4. conclus. 2. Sixtus Senen. lib. 6. Viblio, anot. 40. & 255. & 278. & Curiel, dub. 1. hic, & Suarez lib. 1. cap. 6. & 8. & Lorca disputation. 3. memb. 2. Probaturque primo, ex illo ad Roman. 2. Gentes quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, vbi verbum naturaliter signi*fi*cat idem quod ex viribus naturæ, vt explicat Ciprian, lib. 3. ad Cherinthum, capit, 9. nec valet explicatio Vazquez, quod Apostolus loquatur de operibus legis naturæ, quantum ad substantiam, non autem quod debite, & sine peccato viribus naturę fiant, non inquam valet: superaddit enim Apostolus habent enim opus legis scriptum in cordibus suis, vt doceat sic fieri à gẽtibus ista opera, qualiter sunt scripta in dictamine, & cordibus eorũ, scripta autem sunt, & lumine naturæ dictata non solum quantum ad substantiam, sed vnde quaque bona, & vt sic intendit Apostolus fieri posse viribus naturæ. Adduci etiam possunt omnia loca sacræ scripturæ in quibus asseritur, Deum præmiasse multa opera peccatorum, vt est illud Exodi primo, vbi dicitur, quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos, non autem Deus præmiaret opus, quod non esset bonum moraliter. Item pa-

Soto. Abulen. Magister. D. Bona. Scot. Gabriol. Vega. Deca. Louan. Duran. Marsilius. Bañez. Sixtus Senensis. Curiel. Suarez. Lorca. Rom. 2. D. Cipria. Solutio. Vazquez. Impug.

Exod. 1.

tet,

tet, ex illo Matth. quinto. Si dilexeritis amicos vestros, quam mercedem habebitis, ethnici etiam hoc faciunt. Vbi insinuat, etiam ethnicos aliqua opera bona moraliter facere posse, vt explicat D. Chrisost. hom. 58. sup. Gen. & D. August. homil. 59. de verb. Domini, & lib. de spir. & lit. capit. 27. & 28. & libr. 5. de Ciuit, capit. 15. Secundo probatur conclusio, ex Concilio Tridentin. sessione 6. cap. 1. vbi postquam dixerat Gentiles, & Iudæos resurgere non posse à peccato viribus naturæ, subdit tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, quasi diceret, quia liberum arbitrium per peccatum extinctum non est, aliquid viribus naturæ bonum potest operari, tamen tale opus viribus naturæ factum, non valet ad liberandum à peccato, hæretici enim contra quos ibi erat sermo, asserebant opus bonum, ex viribus naturæ sufficere ad consequendam gratiam, Concil. tamen loco alegato, & Can. 1. concedit ex viribus naturæ posse fieri, determinat tamen illud esse insufficiens, ad delendum peccatum, & cõsequendam gratiam. Tertio probatur ex definitione Pij V. & Gregorij XIII. contra Michaelem Baium, quorum Bullam refert Suarez, tom. 1. de gratia, Prologomenom. 6. cap. 2. & Lorca, in fin. prim. 2. dam natur enim vigesima octaua propositio illius, quæ sic habet, liberum arbitrium, sine gratiæ Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet. Nec valet solutio Vazquez huiusmodi propositionem, non damnari quantum ad substantiam, sed quia illam docet de fide, & censurat oppositam, sicut Ecclesia in materia conceptionis beatæ Virginis, condemnat mutuam censuram oppositæ partis, neutram autem determinat, quantum ad substantiam, non inquam valet hæc solutio: quia in illa propositione nullam cẽsuram protulit Baius, contra oppositam. Vndè si damnatur quãtum ad substantiam damnatur, & certe Vazquez ex sua sententia manet damnatus, quia disputatio. 207. cap. 5. postquam dixerat opera meritoria requirere auxilium gratiæ per Christum, secundum fidem Catholicam, postea subdit, omisis veroquam plurimis eandem veritatem de singulis operibus moralibus, etiã in peccatore probauimus sup. disput. 189. & 190. hæc ille, vbi videtur intendere, eodem modo secundum fidem, requiri auxilium gratiæ ad singula opera moraliter bona: & consequenter secundum explicationem supra dictam illius damnatus manet, per Bullam Pij V, quia docet suam sententiam esse de fide. Secundo etiam, explicatio condemnat ipsum, quia in materia Conceptionis, ideò quilibet securus, sequitur quamlibet partem, quia quælibet ex determinatione Pontificum libera est à censura, cum autem secundum Vazquez prædicti Pontifices condemnẽt censuram contra opinionem Diuu. Thom. non autem condemnent censuram contra sententiam Baij, qua securitate, Vazquez sequitur sententiam Baij, non liberam à censura, & impugnat nostram sententiam imunem ab illa, nisi quia vt solet sequitur debiliorem partem. Secundo respondet Vazquez, Baium non damnari, nisi quia dixit, sine gratia non posse facere opus, nisi peccati, quia sine gratia, amplius potest facere, quam peccatum: nempe opera indifferentia. Sed hæc explicatio etiam est nulla, quia secundum Diu. Thom. & Diu. Augustin. vt fatetur ipse Vazquez, non datur in indiuiduo opus indifferens: si ergo sine gratia ex Bulla Pontificum, potest homo viribus naturæ facere amplius, quam peccatum, non remanet quid amplius possit facere, quã opus bonum morale ad minus in sententia Sanctorum istorum. Quapropter frustra laborat Vazquez adducere, vel explicare Diu. Thom. & Diu. Augustin. pro sua sententia. Quarto probatur conclusio, testimonio Sanctorum, qui illam docent, ita Chrisostom. homil. 67. super Matth. vbi ait, non potest malus omnino malus esse, sed euenit, vt aliquid habeat bonum, D. Hieron. super cap. 1. ad Galat. dicit, multi absque fide, & Euãgelio Christi, vel sapienter faciunt aliqua, vel sancte, vt parentes obsequantur, & innopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant. Item Epist. ad Demetrium ait, esse quosdam peccatores castos, & patientes, & subdit. Vndè illis hæc bona, nisi de naturæ bono? Alia similia verba habet Damascenus, libr. 2, fidei Orthodox, capit. 14. & Diu. Basil. capit. 2. suæ regulæ, & id clare Diu. Augustin. lib. de spiritu, & lit. capit. 28. Nec valet explicatio Vazquez, quod Diuu. Augustin. ibi disputet contra Pelagium arguentem, quod homo viribus naturæ, potest facere opera moraliter bona: ergo consequenter viribus naturæ, potest se disponere ad gratiam, quia huiusmodi opera dispositiones sunt ad gratiam. Concedit ergo Augustin. antecedens disputationis gratia, & negat con-

Chrisost. August. *Conc. Trid.* *Pius V. Greg. 13.* *Solutio. Vazquez.* *Impug.* *2. Solutio Vazquez.* *Impug. Ex D. Th. & Aug.* *D. Chris. D. Hier.* *Damasce. D. Basil.* *D. Aug. Explicatio Vazquez.*

sequentiam, quia amplius requiritur ad dispositionem gratiæ, & iustificationem. Vndè licet viribus naturæ possit facere opus bonum morale, non tamen probatur, non requiri auxilium supernaturale gratiæ ad iustificationem, & meritum, nõ autem D. August. assertiue docet ex viribus naturæ posse fieri opus bonum morale. Non inquam valet hæc explicatio, nã Diu. August. ait difficilimum esse, vt vita cuiuslibet hominis, absque his operibus inueniatur, quia imago Dei in homine, non est omnino delæta, licet ergo ad solutionem argumenti Pelagij sufficeret admittere antecedens disputationis gratia, vt probat explicatio Vazquez, vltra tamen assertiue id docuit Sanctus Doctor, vt patet ex verbis allatis, videatur etiam lib. de perfectione iustitiæ, cap. 19. & lib. 3. hypognosticon. cap. 4. & D. Prosper. lib. contra collectorem, cap. 22. explicans illud ad Rom. 2. Gentes quæ legem nõ habent, &c. Alia multa loca sanctorum videantur in Vellarmino, lib. 5. cap. 9. & in Soto, 3. de nat. & gratia, cap. 4. & 5. Quinto probatur conclusio ratione Diu. Th. virtus naturalis, non est corrupta per peccatum: ergo potest facere aliquod bonum opus morale, patet consequentia, quia huiusmodi continentur intra proprium obiectum. Vnde si corrupta non sit aliquid facere poterit. Cõfirmatur, nã in homine etiam post lapsum manserunt semina virtutum, & inclinatio ad bonum: ergo potest opera moraliter bona facere, aliàs enim quomodo inclinaretur ad impossibile? Confirmatur secundo, nam homo tenetur facere huiusmodi opera bona ex præcepto: ergo potest, quia nemo tenetur ad impossibile. Et si contra arguas, quia ex ratione fundamentali Diu. Thom. sequeretur etiam damnatos posse facere opera moraliter bona, quoniam in eis, etiam natura non est extincta, & corrupta. Respondetur, ex D. Thom. in 2. dist. 50, quæstio. 2. art. 1. quæstiuncula 1. quod in Dæmonibus duplex est voluntas, altera deliberatiua altera vero naturalis, de liberatiua quidem semper est mala, quia licet aliquando velint, aliquod bonum, semper tamen volunt in ordine ad malum finẽ. Vndè quæstiuncula, 4. ostendit voluntatem illius epulonis fuisse malam, volentis mittere Lazarũ ad quinque suos fratres. Voluntas vero naturalis in damnatis est bona, quia semper inclinantur ad Deum diligendum plusquam se ipsos, cum sit vniuersale bonum, à quo ipsi dependent. Et hoc ipsum amplius explicat D. Th. 1. p. quæst. 60. art. 5. qualiter semper damnati operentur malum, saltem ex mala circunstantia, vt ait dist. 50. citata, quæst. 2. art. 1. quod clarius dicitur, quod in damnàtis in esse morale naturam esse extinctã, sunt enim obstinati in malo, & bonum facere non possunt. Vndè solum manet natura in esse naturali, & physico. Sexto probatur conclusio: natura non est mala: ergo potest opera bona facere, consequentia patet ex illo Matt. 7. Arbor bona, non potest malos fructus facere, si ergo omne opus malum esset, etiam natura mala esset, à fructibus enim cognoscenda est arbor. Septimo probatur, homo etiam in peccato, potest cognoscere bonum morale qualiter sit faciendum, vt dictum est supra, ergo & facere, quid enim impedit, vt cognitum non fiat. Si dicas magis esse læsam voluntatem, quam intellectum. Contra arguitur, quia licet ex parte hæc difficilius possit facere, quam cognoscere, non tamen sequitur impossibilitas. Quapropter Diu. Paul. ad Rom. 1. Reprehendit philosophos antiquos, quod cum Deum lumine naturæ cognouissent, non sicut Deũ glorificauerunt. Octauo probatur: vt opus moraliter sit bonum, non amplius requiritur, quam fieri conformiter regulæ, & legi naturali rationis: ergo viribus naturæ est facultas vt fiat. Si dicas semper deficere circunstantiam finis. Contra quia illud opus non necessario procedit, sed per accidens ex malitia operantis, procedit aliquando ex affectu mali finis, cui operans est affectus, per se autem non nisi in bonum finem rationis tendit, à quo nõ distrahitur, nisi per contrariam rationem formalem, vel virtualem. Nono probatur, peccator non in omni opere suo peccat, vt patet ex Triden. quia se disponendo ad gratiam peccaret, vt dictum est, ergo aliqua opera eius sunt bona, patet consequentia, quia in indiuiduo, secundum Diu. Thom. non datur actus indifferens. Decimo probatur, nam si propter aliquam rationem peccator opus bonum morale, facere non posset, maxime, quia vt ait Gregor. conuersus est ad malum finem, nempe bonum commutabile. Quapropter nõ diligens Deum, non potest sine auxilio supernaturali dirigere opus in ipsum, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, nam ex hac ratione sequeretur, etiam cum auxilio supernaturali, sine gratia iustificante opus bonum morale facere non posse: siquidem secluſa gratia iusti-

Impug. Ex Diu. Augusti. D. Prospe.

Rom. 2. Vide Velar. & Soto.

Obiectio.

Solutio. Ex D. Th.

D. Thom.

Solutio.

Impug.

Rom. 1.

Solutio.

Impug.

iustificante, nullo auxilio supernaturali rectificatur homo, nec tollitur conuersio eius à bono commutabili. Vltimo probatur, nam aliàs peccatori huiusmodi opera, non essent consulenda (verbi gratia) dare eleemosinam, orare, &c.

3. Concl. Tertia conclusio, homo in natura lapsa, & subpeccato non potest omnia bona opera collectiuè facere. Hæc conclusio probatur ex infirmitate naturæ, ex rebellione carnis, ex multitudine tentationum, ex multis impedimentis, ex debilitate cognitionis, &c. pro illa videantur ea, quæ supra diximus, de cognitione practica, omnium veritatum collectiue, a fortiori illa doctrina procedit in voluntate, cum debilior, sit in operando, quam intellectus in cognoscendo. Etsi contra conclusionem arguas, quod omnia huiusmodi opera, etiam collectiuè, non excedunt obiectum potentiæ naturalis: ergo nec vires illius.

Obiectio.

Solutio. Respondetur recollenda supradicta, de potentia physica, & morali, improportionantur secundæ, licet non primæ. Si rursus arguas, nam homo in natura lapsa, absque gratia potest habere virtutes purgati animi, quæ nesciunt passiones, vt supra dicitur, quæst. 61. art. 5. ergo potest ad talem statum, etiam in natura lapsa peruenire, vt

Obiectio.

Solutio. cessantibus passionibus, omnia etiam collectiue implere possit. Respondetur, virtutes purgati animi, non omnino tollere passiones, & rebellionem carnis, sed dicũtur, illas sedare, quia maxime comprimũt. Quapropter licet huiusmodi multa opera bona facere possit, non tamen omnia, nã semper rebellio, & tentationes licet nitio res manent. Si tamen instes, quia potest Deus etiam in natura lapsa ponere in homine scientiam naturalem omnium infusam per accidens: ergo per illã poterit omnia, etiam collectiue facere viribus naturæ, scientia infusa per accidens vires naturæ non excedit. Respondetur, quod cum magis læsa sit voluntas, quam intellectus, etiam tali scientia posita, non sequitur ex parte voluntatis omnia posse facere. Secundo respondetur, in natura lapsa compati talem scientiam, non autẽ posse omnia collectiue, quia primum non extrahit naturam à statu lapsus, secũdum autem extraheret ipsam ab illo, cum hoc esset omnino tollere infirmitatem, quomodo enim infirma erit, quæ omnia potest? tunc enim robusta potius, & firma videretur: vtrum autem possit omne bonum morale diuisiue examinabitur infra artic. 4. dub. 2. vbi inquiritur vtrũ possit in natura lapsa implere omnia præcepta naturalia.

Obiectio.

Solutio.

Ad primum argumentum respondetur, loca sacræ Scripturæ intendere requiri auxilium Dei, & concursum eius, cum nostra potentia, non autem determinat, quale huiusmodi auxiliũ debeat esse, hoc enim relinquit bonæ Theologiæ debere esse proportionatũ actioni, ita vt ad actiones naturales requiratur auxilium naturale, ad supernaturales vero supernaturale, etsi aliquando actionibus naturalibus datur auxilium supernaturale, hoc præstat Deus, vt melius fiant, non quia sine tali auxilio fieri non possent. Vel secundo respondetur, quod loquatur de operibus disponentibus ad gratiam, & iustificationem, sicut enim solus Deus gratiam præstare potest, ita & solius Domini est præparare cor, ad idem enim pertinet, & introducere formã, & disponere ad ipsã. Tertio respondetur, quod loquatur de operibus meritorijs vitæ eternæ, non enim meritorium potest esse opus ex gratia ex auxilio supernaturali non procedens. Vndè idem est nihil posse, sine auxilio supernaturali, quod nihil meritorium posse, quia quod meritorium non est nihil solet appellari, iuxta illud, 1. Corin. 13. si nouerim misteria omnia, &c. charitatem autem non habuero, nihil sum, explicatio est D. Aug. lib. de prædest. sanct. cap. 2. & 12. de Trinit. cap. 7. & epist. 19. & Diu. Th. sup. q. 98. art. 1. ad prim. & habetur Concil. Mileuit. can. 4. & 5. & Arausicano, cap. 7. & 8. videatur Driedo, lib. 1. de gratia, tract. 2. cap. 2. part. 2. Quarto respõdetur, quod ly non posse, summitur prodifficiliter posse, sine auxilio enim supernaturali, etiam naturalia difficiliter perficiũntur. Etsi obijtias aliqua loca sacræ Scripturę in quibus non solum opera peccatoris dicuntur, nihil valere, sed & mala esse, vt Psalm. 7. nõ est Deus inconspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, Matth. 6. & Lucæ 11. Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, Lucæ 6. Non potest arbor mala bonos fructus facere. Respondetur, omnia opera peccatoris inquinata, & mala appellari, non quia in se omnia mala sint, sed quia nullum opus peccatoris extrahit ipsum ab inquinamento, & malitia, vel loquitur scriptura formaliter de operibus peccatoris, vt peccator, quæ ab effectu mali finis illius procedũt, eo vel maxime, quod locꝰ Psal, à multis explicatur decẽter, quod ex malitia abũdãti forte in nullo opere operabitur ex motiuo honesto, sed ex elatione superbię,

Ad 1. arg.

2. Solutio.

3. Solutio ex D. Aug. D. Thom. Conc. Mil.

1. Cor. 13.

Vide Drie. 4. Solutio.

Obiectio.

Psalm. 7. Matth. 6. Luc. 11. Luc. 6.

Solutio.

Vide Soto. Sixtum Senen. Driedo.

peruiæ, de huiusmodi explicationibus. Vide Sot. vbi sup. c. 21. Sixtũ Sen. lib. 6. anotat. 4. & 255. & 278. Driedum, libr. 1. de gratia, & liber. arb. tract. 2. cap. 2. part. 2. in princip. iuxta quas explicari debent loca Conciliorum, & sanctorum, in 2. & 3. argumento alata, in eodem sensu loquuntur sicut sacra Scriptura.

Ad 2. & 3. Arg.

Ad 4. arg.

Ad quartum arg. respõdetur etiam intra latitudinem auxilij generalis naturalis esse differentiam aliter enim, & specialius concurrit, cum homine, quam cum equo, & aliter ad opus bonum, & malum, ad malum enim solum concurrit, quantũ ad entitatem, non formaliter, quantum ad malitiam. Vndè absolute peccatum, non est à Deo, opus enim bonum secundum omnem rationem, & formalitatem à Deo est, & absolute conceditur Deum esse illius Auctorem. Ad confirm. respondetur,

Ad conf.

ad huiusmodi opera implorari auxilium supernaturale, vt melius fiant, & vt ad finem supernaturalem ordinentur, non autem, quia sine tali auxilio fieri non possint.

Ad 5. arg.

Ad quintum arg. respondetur, quod opus moraliter bonum ex se est tẽdere in finem bonum. Vndè si ab operante nõ distrahatur, ex proprijs habet circunstantiã boni finis. Ad improbationem dicitur, nõ esse inconueniens respectu diuersarum operationum esse fines diuersos, etiam vltimos, imò respectu eiusdem operantis diuersos esse dummodo non simpliciter in vtrumque finem vltimum tẽdat, sed in alterum simpliciter, in alterum secundum quid, quando ergo aliquis in peccato existens facit opus bonum morale, simpliciter est conuersus in creaturam, velut in vltimum finem per peccatum, in Deum vero, secundum quid solũ per opus bonũ.

Dub.

Si autẽ interroges quare potius cõuersio per opus bonum sit cõuersio, secũdum quid, quã cõuersio per peccatum.

Resp.

Resp. cõuersionem per bonum opus esse in efficacem ad retrahendum hominem à creatura, & tollendam conuersionem ad ipsam, quia ad hoc requiritur gratia, & sic conuersio ad Deum, per opus bonum morale est solum secundum quid, & imperfecta. Ad illud autem de infideli. Respondetur eodem modo, quod si eleemosinam (verbi gratia) actualiter non referat ad idolũ, per relationem formalem, vel virtualẽ tale opus ex sua natura tendit in bonum finem, requiritur autem, vt virtualiter saltem, illud opus in idolũ referatur, in quod relatio sui, & omnium suorum paruo tempore præcesserit, non enim sufficit relatio multum antiquata, vt si multo ante retulerit se, & omnia sua in idolum: tunc enim cessat relatio virtualis, quod autem tempus requiratur, vt præcedat, vt maneat, vel esset virtualis relatio, relinquitur moraliter iudicandum ad arbitriũ boni viri. Etsi rursus arguas, quare vt referatur eleemosina in idolum, requiratur relatio formalis, vel virtualis, vt autem in finem bonum neutra relatio requiratur, sed solum ad malum finem formaliter, vel virtualiter non referatur.

Obiectio.

Solutio.

Respondetur, quod tendentia boni moralis in finem honestũ est naturalis, in malum autem finẽ est violenta. Quapropter vt in malum tendat requiritur impetus, & distractio operantis, vt autem in bonum, solum quod in sua natura relinquatur, sicut lapsis, vt descendat non requirit impulsum, sed quod relinquatur, vt autem ascendat impræsio iacientis lapidem est requisita. Etsi rursus interroges, numquid est eadem ratio de bono moraliter, vt tendat in malum finem, & vt tẽdat in finem supernaturalem, quod etiam ad hoc requiratur relatio saltem operantis.

Dub.

Resp.

Respondetur eodem modo esse requisitum, non enim sufficit esse in gratia, vt opus moraliter bonum tendat in finem supernaturalem, & sit meritorium, sed requiritur, quod ad talem finem supernaturalẽ per charitatem formaliter, vel virtualiter referatur, siue per præsentem, siue per præcedentem relationem, non multum, etiam antiquatam, licet antiquior sufficiat, quando referatur in malum finem idoli, cum tẽdentia in supernaturalem finem, etiam sit in bonum, nec sit violenta, sicut quando in malum finẽ refertur. Etsi arguas, quod si opus moraliter bonum ex natura sua tẽdit in bonum honestum, quid necesse habet, vt tendat in finẽ supernaturalẽ, quod referatur ab operante, cum talis finis bonus sit, nec currat ratio de tendentia in malum finem, ex eoquod sit violenta. Respondetur, requiri relationem operantis, vt tendat in malum finem, quia talis tendẽtia est violenta, requiri autem relationem operantis, vt tendat in finem supernaturalem, quia huiusmodi tendentia est super excedens naturam, & superior. Quapropter requiritur directio super excedẽtis naturam, & superioris, qualis est charitas, quæ sine actu formali, vel virtuali, præsenti, vel præterito, non potest dici, quod dirigat, esse enim in subiecto, siper actũ non influat, est per accidens, & ac si non esset, sed de hoc 2. 2. quæst. 10. art. 4. & ibi Magister

Obiectio.

Solutio.

Bañez. gister Bañes contra Gregor. qui ait sufice re relationem habitualem.

Ad 6. arg. Ad sextum argumentum negatur cõ sequentia, ad probationem dicitur, per opera bona moraliter facta in peccato non adquiri virtutes in esse virtutis, quod est esse perfectum, quantumcumque multipli centur actus, quia ad hoc requiritur coniunctio charitatis, & consortium aliarum virtutum, quæ in peccatore nõ sunt. Quapropter habitus bonus in iusto, quantum cũque paruus, perfectior est quocumque intenso in peccatore, quia ille habet perfe ctionem virtutis, non autem iste, cum non faciat bonum habentem.

Ad 7. arg. Ad septimum arg. negatur consequẽ tia, ad probationem dicitur huiusmodi opera naturalia, etiam si bona fiat, non disponere ad gratiam, ad hoc enim requiritur ex motione supernaturali operari, & sic solet explicari illud, facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, facienti inquam, quod in se est ex viribus superna turalibus, non autem, quod in se est ex facultate naturæ. Ad replicam etiam dicitur, quod etiam si peccatum impediat gratiam, non sequitur, quod opus bonum mo rale disponat, nisi impropriè loquamur de dispositione, secundum quod est remouẽs impedimentum, & faciens subiectum minus repugnans, sicut siccitas in ligno, non autem loquendo de dispositione positiue disponente, hæc enim debet esse supernaturalis, cum etiam sit supernaturalis forma introducenda, & dispositio, & forma Dub. debeant esse eiusdem ordinis. Etsi interroges, quare ergo sufficit actus ex facultate naturæ, qualis est peccatum, vt impediat, non autem sufficit ex facultate naResp. turæ, vt disponat? Respondetur primum esse malum ad quod sufficit quicumque defectus, secundum autem est bonum requirẽs perfectionem causæ eiusdem ordinis, cum forma introducenda, & quia homo potentior est in malum, propter debilitatem suæ naturæ, quam in bonũ, ad quod requiritur roborari.

Ad 8. arg. Ad octauum dicitur, de tentationibus, sicut de bonis operibus moralibus, posse omnes diuisiue non autem collectiue ex facultate naturæ vincere regulariter loquẽdo, nã aliquando, tẽtatio aliqua adeò vrgẽs insurgere potest, vt sine auxilio Obiectio. supernaturali, per contritionem, & penitentiam vincere non possit. Etsi arguas, Solutio. quod tũ non peccabit tali tẽtationi se subijciendo. Negatur consequentia, quia si penitentia, & dolor de peccatis est mediũ ad talem tentationem fugiendam, id tenetur facere, ad quod Deus præsto est, vt auxilietur. Si autem hoc medium non assumat peccatum ad quod tentatur, & fractio præcepti simpliciter est volita.

Dubium vlt.

Vtrùm homo in natura integra posset generali solũ auxilio naturali facere omne bonum morale, etiam collectiue?

PROBATVR quod non. Primo ad operandum talia opera debebat esse concursus iustitiæ originalis, sed ad hoc requiritur auxilium supernaturale: ergo. Maior patet, quoniam integritas naturæ proueniebat ex iusticia, vel dono proueniente ab illa: ergo vt operetur secundum integritatem naturæ concursus iustitiæ erat requisitus. Minor probatur, nam iustitia originalis erat forma superna turalis, ergo ad influxum eius requiritur auxilium supernaturale, patet illa consequentia, nam auxilium proportionatur formæ, per quam operatur. Confirmatur, Conf. nam virtutes morales ex coniunctione ad iustitiam habebant perfectionem superna turalem, sicut ex coniunctione ad gratiã in nobis, secundum omnes Theologos: ergo vt secundum virtutes operaretur opera moraliter bona auxilium supernaturale erat requisitum, patet consequentia, nam vt operaretur talia opera concurrerent, etiam secundum perfectionem supernatura lem participatam, ex tali coniunctione: ergo auxilium concurrens, etiam esset super naturale, nam vt dictum est, debet proportionari formæ concurrenti ad operationẽ. 1. Arg.

Secundo arguitur: homo etiam in natura integra, non poterat viribus naturæ augere gratiam, ergo nec facere opera moraliter bona, antecedens probatur, nam eædem vires requiruntur ad augmentum, atque ad introductionem formæ, si ergo naturales ad introducendam gratiam non sufficiunt, neque etiam ad augmentũ eius. Consequentia principalis probatur, nam secundum probabilem sententiam Greg. opera moraliter bona facta ab existẽte in gratia, etiam si nec formaliter, nec virtualiter referantur à charitate, sunt meritoria 2. Arg.

vitæ eternæ: ergo & augmentatiua gratię, gloria enim non crescit, nec meritum eius, nisi gratia, quæ illius est semẽ augeatur, si ergo viribus naturæ existens in gratia, & iustitia poterat operari bona moralia, & illa essent meritoria vitæ æternæ, consequenter, & gratiam haberent augere.

3. Arg. Tertio arguitur, etiam in illo statu nõ poterat homo viribus naturæ vincere omnes tẽtationes: ergo nec facere omnia bona. Antecedens probatur ex D. Aug. lib. 14. de Trinit. cap. 17. vbi dicit primũ hominem, sic fuisse conditum, vt adiutorio Dei, malum Angelũ posset vincere, aliàs vinceretur cum Dæmom esset potentior, vt patet experientia: siquidem vicit hominem, ad vincendum ergo Dæmonem requirit Augustin. etiam in illo statu adiutorium Dei, quod est auxilium supernaturale.

4. Arg. Vltimo arguitur, homo tunc viribus naturæ non poterat, non peccare: ergo nec omnia præcepta implere, patet consequentia, namidem est, non peccare, & implere præcepta omnia, antecedens patet, nam non peccare videtur bonum arduũ, & quasi diuersum, & in Cõcilio Arausic. capit. 19. dicitur, quod natura humana, etiã si in illa integritate, in qua cõdita erat perseueraret, nullo modo se ipsam suo creatore, non adiuuante seruaret.

Sent. Greg. Propter argumenta posita, tenet hãc sententiam Greg, in 2. dist. 29. quæst. 1, art. 1.

Not. 1. Pro intelligentia notandum primo, quod etiam si in illo statu per iustitiam esset in actu primo, & haberet auxilium sufficiens ad operandum bona prædicta. Nihilominus, vt actualiter operaretur requirebat auxilium efficax, numquã enim est operatio, sine auxilio eficaci. Controuertitur autem: vtrum illud debeat proportionari operibus, vt naturalibus suficiat naturale, sicut supernaturalibus requiritur supernaturale.

2. Not. Secundo notandum, non cadere subdubio, quim licet opera moraliter bona ordinentur ad supernaturalia requiratur, etiam ad ipsa auxiliũ supernaturale, vt ad seruandum præceptum de non comedendo de ligno vetito, etiam si naturale erat, requisitum est auxilium supernaturale, quia obseruantia illius præcepti erat requisita, & conducebat ad conseruandam gratiam, etiam in posteros, procedit enim, de bonis moralibus intra limites naturæ.

Concl. Conclusio sit, non solum diuisiue, sed etiam collectiue poterat homo in illo statu seruare omnia præcepta naturalia, & facere omne bonum auxilio tantum generali, & viribus naturæ. Hanc tenent omnes Doctores, in 2. dist. 29. & Abul. super cap. 19. Matth. quæst. 175. D. Tho. hic concl. 2. August. 14. de ciuit. cap. 15, & 26. & lib. de Ecclesias. dogmat. cap. 20. Soto, de nat. & grat. cap. 6. Et probatur omnia huiusmodi bona, etiam collectiue sunt proportionata naturæ integræ: ergo potest viribus naturæ, consequentia patet. & antecedens probatur: quia ex eo dictum est, in natura lapsa, non esse proportionem, quia natura est infirma: ergo quãdo non erat infirmitas poterat. Confirmatur, nam vt dictum est supra in natura lapsa, non potest, quia tot sunt impedimenta ad operandum, sed in illo statu nullum esset impedimentum, vt dicitur, 1. part. quæstion. 94. art. 4. & quæstion. 95. artic. 3. ergo. *D. Thom. Abulen. D. Aug. Soto.*

Ad primum argumentum Respondetur, quod si ad operandum illa bona requirebatur concursus iustitiæ talis concursus erat super naturalis, quãtũ ad substãtiam, & ex parte principij, ex parte tamẽ termini erat naturalis quia erat in ordine ad opera naturalia, & finem naturalem, qua propter erat naturæ voluntatis debitum huiusmodi auxilium, & sic absolute poterat vocari naturale, quasi naturaliter debitum. Secundo melius respondetur, quod semel posita rectificatione naturali per iustitiam, vel donum inde proueniens suffitiebat auxilium naturale ad operandum talia opera, & quando dicitur auxilium deberi proportionari formæ intelligitur considerata forma ex parte termini, cum ergo tunc forma etiam supernaturalis ad naturalia concurreret, suffitiebat cũ ipsa auxilium naturale. Ad cõfirmationẽ, respondetur, virtutes morales naturales participare perfectionem naturalem ex consortio gratiæ, & iustitiæ, non autem supernaturalitatem inordine ad opera naturalia ad hæc enim auxiliũ naturale suffi cit, supernaturalia autem solum se haberent, concomitanter. *Ad 1. arg.* *2. Solutio.* *Ad conf.*

Ad secundum arg. respondetur, non sequi etiam si viribus naturæ possit hæc bona, posse etiam viribus naturæ augere gratiam, namlicet hæc opera in existente in gratia sint meritoria, & gratiam habeant augere ex relatione habituali gratiæ, secundum Greg. hoc est solum extrinsece, & concursu extrinseco habiturli gratiæ, quantum ad intrinseca autem & substantialiter *Ad 2. arg.*

tialiter viribus naturæ eliciuntur, semel autem elicita ex concursu gratiæ extrinseco, & meritum, & augmētum gratiæ habent causare.

Ad 3. arg. Ad tertium respondetur, etiam in illo statu posse vincere omnes tentationes, & in nullo decipi a Dæmone, propter debitam subiectionem appetitus ad rationem, nec tamen sequebatur esse potentiorem Dæmone, quia hoc habebat ex superaddito dono sanāte naturam, vt dictum est, vt autem in naturalibus potentior dicere tur deberet hoc habere in puris naturæ, auxilium autem, quod Augustin. in illo statu requirit est huiusmodi donum naturale.

Ad 4. arg. Ad quartum dicitur etiā, tunc posse non peccare, Concilium autem requirit adiutorium Dei proueniens ex dono sanante, & non amplius, vel loquitur de dono perseuerantiæ, tam in bono naturali, quam supernaturali, ad quod auxilium supernaturale requiritur. Et si arguas arg. supra facto, quod æqualiter concurreret ad opera bona, & mala. *Obiectio.* Respondetur vt ibi negando consequentiam, quia ad bona concurrit omnibus modis, ad mala autem solum quantum ad substantiam. *Solutio.* Et si arguas, quod aliàs nihil valeret argumentum August. contra Pelagium, lib. 1. de gratia Christ. cap. 27. sic enim arguit contra ipsum, quod si solum auxilium generale præstat Deus ad opera bona, & mala, & homo se determinat ad vnum illorum, quod Deus æqualiter ad bonum, & malū concurrit. *Obiectio.* Respondetur contra Pelagium esse optimum argumētum, sequitur enim euidenter, si voluntas ex se ipsa determinatur ad opus bonum, non amplius Deum concurrere ad bonum quam ad malum, non enim sic ponimus, ad posse, & ad facere, quia ad facere ponimus auxilium Dei requisitum efficaciter determinans voluntatem ad actum, secundum omnes circunstantias, si bonum sit ad substantiam, & bonitatem, si malus tantum ad substantiam, totum autem intra limites naturæ, hoc autem, vt dictum est, non est ponere æqualem concursum ad vtrumque. *Solutio.*

Art. III.

Vtrùm homo possit diligere Deum super omnia viribus naturæ, sine gratia?

PRIMA conclusio, in statu naturæ integræ poterat homo diligere Deum super omnia viribus naturæ, absque auxilio gratiæ.

Secunda conclusio, in statu naturæ lapsæ non potest homo diligere Deum super omnia viribus naturæ, absque auxilio gratiæ naturam sanantis.

Tertia conclusio, in vtroque statu indiget homo auxilio gratiæ ad diligēdum Deum super omnia dilectione supernaturali, & vt est obiectum supernaturale.

In præcedentibus licet egerit D. Th. de facultate volendi, & operandi bona moralia, & implendi omnia præcepta, in quo dilectio Dei erat contenta, tanquam vnū ex illis, voluit tamen modo specialiter agere de hoc præcepto, quoniam huiusmodi actus præstantissimus est, & difficilior omnibus, cum vt statim dicemus includat obseruantiam omniū aliorū præceptorū.

Pro intelligentia non tan. Pro intelligentia huius art. notandū primo ex Caiet. hic, non esse idem operari bonum, propter Deum vltimum finem, & diligere Deum super omnia, primum enim reperitur quotiescumque quis operatur bonum morale, secundum autem requirit specialem actum relationis in ipsum Deum, quod clarius dicitur, ad primum sufficit relatio in Deū virtualis, quę in omni opere bono morali reperitur, vt dictum est, ad secundum autem requiritur relatio explicita, & formalis.

Secundo notandum, quod dilectio Dei super omnia est duplex, altera naturalis, quæ tendit in Deum, vt auctorem naturæ conferentem bona naturalia, altera supernaturalis, quæ tendit in Deum auctorem supernaturalem conferentem bona supernaturalia, prima regulatur cognitione naturali Dei, secunda regulatur cognitione supernaturali Dei. In præsenti solum disputamus de prima, nam de secunda certum est secundum fidem, viribus naturæ haberi non posse, vt definitur in Trid. sess. 6. Can. 3. De quo agitur, 2. 2. quæst. 23. art. 2, & quæst. 24. art. 2.

Tertio notandum, quod dilectio Dei super omnia etiam naturalis est duplex, altera est eficax, & perfecta, altera vero inefficax, & imperfecta, prima est, quæ absolute, & sine aliqua conditione tendit in Deum præponendo ipsum omnibus alijs, qua ratione includit obseruātiam omnium mandatorum, vt dicitur ad Rom. 13. *Rom. 13.* Non adulterabis, non occides, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum, sicut te ipsum,

sum,& postea plenitudo legis est dilectio,
& 2.Ioann.2.qui dicit, se nosse Deum, *1.Ioa. 2. & cap. 3. Ioan. 14.*
& mandata eius non seruat mendax est, qui autem seruat verbum eius vere in hoc charitas Dei perfecta est,& capit. 3. non diligamus verbo,neque lingua , sed opere,& veritate,& Ioan. 14. qui dligit me mandata mea seruabit. Quæ loca licet procedant de dilectione,& charitate supernaturali,consequenter probãt in suo genere de naturali, sic enim se habet dilectio naturalis in ordine, ad præcepta naturalia,sicut dilectio supernaturalis in ordine ad supernaturalia præcepta,si ergo ad dilectionem perfectam supernaturalem requiritur obseruantia omnium præceptorum supernaturalium,similiter,&dilectio perfecta naturalis includet obseruantiam omniũ præceptorum naturalium. Dilectio inefficax,& imperfecta est,quæ velut sub conditione tẽdit in Deũ,quæ multoties,etiã in peccatoribꝰ reperitur,insurgit enim motus in illis circa Deũ, quo ipsum videntur diligere, quẽ tamen non preponunt suæ libidini(verbi gratia)cui affiiciuntur,cum propter Deum ab obiecto malo non retrahantur,diligunt tamen illum imperfecte, & inefficaciter sub conditione hac implicita , quod à suo delectabili non retrahantur: in hac ergo dilectione obseruantia mandatorum , non includitur,rursus dilectio perfecta, & efficax duplex est,alia perfecta simpliciter, & omnibus modis taliter quod homo nihil operetur,quod in Deum,non referatur,eiusmodi dilectio excludit, etiã peccata venialia quæ in Deum referibilia non sunt nisi solum habitualiter admodum explicatum supra,quæst.88.art.1.Hæc dilectio, non est nisi in beatis, & esset in statu iusticiæ originalis si homo perseueraſſet in illo,& fuit ex priuilegio in beata Virgine,post naturam lapsam, in reliquis autem hæc non inuenitur,cum sit de side, quod septies in die cadat iustus , quod intelligitur de venialibus. Altera autem dilectio,quæ licet perfecta sit includens obseruantiam præceptorum,non tamen est omnibus modis perfecta,est illa quæ excludit peccata mortalia , non tamen venialia, cum qua non compatitur aliquod præpositũ Deo, sed requirit Deum præponi omnibus: ita vtpropter nullũ relinquatur, licet nõ omnia formaliter,vel virtualiter in ipsum ordinentur Diuu.Thom.in primosensu loquitur de dilectione perfecta, in hac secũda acceptione,nam dixit in secunda conclusione in statu naturæ lapsæ , non posse reperiri,sine auxilio gratiæ, certum est, autem primam omnino perfectam excludentem etiam venialia reperiri non posse,in natura lapsa etiam ex auxilio gratiæ, secundum leges communes ipsius. Rursus illa dilectio perfecta secundæ acceptionis,de qua loquitur D. Thom.adhuc est duplex,altera diuturna, & firma sufficiens ad resistẽdũ omnibus contrarijs,qualis est illa de qua Cãt.8.fortis est vt mors dilectio,& rursus,aquæ multæ , non potuerunt extinguere charitatem. Alia vero est,quæ licet in se perfecta sit,ex imbecilitate tamen subiecti nec firma, nec diuturna est,contra omnes tentationes iuxta illud Lucæ 8.ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt . Rursus dilectio Dei , siue perfecta , siue imperfecta est duplex,prima vt importat solum actũ amoris habentis Deum pro obiecto ,ex qua,velut ex radice oritur desiderium seruandi omnia præcepta placendi Deo,in omnibus &c . Secundo sumitur dilectio non solum pro illo actu nudo, sed vt etiã includit omnes prædictos emanantes ex illo,hic ergo loquimur de dilectione primo modo, vt est actus distinctus ab alijs, de quo est speciale præceptum.

Vltimo notandũ,quod vt patet ex D. Thom.supra quæst.26.amor est quædam quoadaptatio amantis in rem amatã semperque respicit bonum , & sic definitur, quod amare sit velle bonum , estque prima passio in apetitu,& primus actus in voluntate,huiusmodi ergo amor,vt patet ex Diu.Thom.2.2.quæst.23.art.1, est duplex,alter amicitiæ,alter concupiscentiæ, amor amicitiæ est,quo amatur res,cui volumus bonum,vt amicus,amore concupiscentiæ amatur bonum,quod volumus nobis,vel amico,itaque amore amicitiæ amatur res,propter se,amore concupiscentiæ amatur res propter aliud,& ly propter,nõ semper summitur, vt dicit habitudinẽ efectus ad causam finalem,sed etiam aliquando,vt dicit habitudinem causæ ad efectũ, vt Deum amamus amore amicitiæ, quatenus nobis placet,quod in se sit , & quod omnia ordinentur in ipsum,& similiter amore concupiscentiæ,quatenus volumus Deum nobis desiderando eius beatitudinem,& ipsum obtinere,quando ergo amamus Deũ,propter nos isto amore cõcupiscentiæ, ly propter non dicit ordinem efectus ad causam,sed causæ ad efectum,desideramus enim ipsum,vt beatificantẽ nos, & hoc tandem in ipsum,vt infinem vltimum refertur. Quapropter huiusmodi amor *4.Not. Ex D.Th.*

mor concupiscentiæ altioris est ordinis, & pertinet etiam ad charitatem, & est actus illius, huiusmodi ergo amor amicitiæ licet in puris naturalibus propriè non esset, quia vt ait Arist. amicitia requirit æqualitatem, quæ tunc non esset. quia modo sit, aliquo modo per charitatem, & gratiam secundum, quam participat, aliquod diuinum esse, tamen aliquomodo, tunc diceretur, circa Deum esse amorem amicitiæ, quatenus habet velle bonum Deo, & concupiscentiæ, quatenus vellet Deum, sibi, quæstiones ergo sequentes licet de vtraque dilectione procedant principaliter tamen de dilectione amicitiæ. Hoc supposito.

Dubium I.

Vtrùm homo in puris naturæ posset diligere Deum super omnia, ita vt vere seruaret hoc præceptum?

Sent. Alen. Alber. Alsod. Palac. Zumel.

IN hac re Alexand. Alensis, 2. part. q. 3. membr. 1. Albert. Mag. 3. dist. 13. art. 2. Altisiod. lib. 3. tract. 3. c. 1. Palacios. 2. dist. 29. quæst. 1. concl. 7. & Suarez, & Zumel in præsenti, inquiunt, quod in illo statu, licet probauile sit, quod ad breue tempus posset homo viribus naturæ diligere Deum super omnia dilectione efficaci, non tamen diuturna, & per longum tempus, probabilius tamen (inquit Zumel,) quod neque ad breue, neque ad longum tempus habere posset huiusmodi dilectionem perfectam includentem obseruantiam omnium mandatorum, nec vt dilectio solum vnicum actum voluntatis importat, in quo cæteri suprà assignati radicaliter continentur, quia cum totam legem seruare, & sine peccato esse non posset viribus naturæ (quia obseruantia omnium collectiue est improportionata illi statui, vt dictum est) huiusmodi dilectionem habere non potest, cum secundum cõtineatur in illo primo.

Hæc sent. Prob. 1.

Hæc sententia probatur, primo, homo in viribus naturæ non potest resurgere à peccato: ergo nec diligere Deum super omnia, patet consequentia, si viribus naturæ posset diligere Deum super omnia, cum potentia naturalis, cum peccato non amittatur, etiam stante peccato diligere Deum super omnia poterit, sed eo ipso, quod huiusmodi dilectio habeatur peccatum excluditur, quia cum conuersione perfecta ad Deum non stat conuersio ad creaturam, cum non possint esse duo vltimi fines: ergo viribus naturæ homo, tunc à peccato resurgit. Confirmatur, vt supra dictum est, idē homo potest in natura lapsa, atque in puris naturæ, sed in natura lapsa huiusmodi dilectionem habere non potest, ergo neque in puris naturæ.

2. Arg. Secundo arg. in illo statu non posset homo seruare omnia præcepta collectiue: ergo neque habere huiusmodi dilectionē perfectam, antecedens patet ex supra dictis, consequētia patet, quia hæc dilectio efficax includit obseruantiam omnium, & propositum numquam peccandi: siquidem in volitione efficaci finis includitur volitio eficax mediorum, dilectio autem prædicta est volitio finis, alia autem mediorum. Confirmatur primo, non potest esse volitio alicuius impossibilis, sed non peccare in illo statu esset impossibile: ergo non poterat, tunc habere volitionē efficacem, non peccandi, & consequenter neque efficacem dilectionem Dei: siquidem includit volitionem, numquam peccandi. Confirmatur secundo, tunc esset debilis: & imbecilis natnra: ergo non posset habere perfectam dilectionem Dei, quia hac ratione dicit D. Thom. non posse habere illam in statu naturæ lapsæ.

3. Arg. Tertio arg. ad dilectionem Dei perfectam requiritur preponere bonum diuinum omnibus alijs, etiam proprijs, sed hoc tunc non posset facere: ergo. Probatur minor, nam volũtas ex coniunctione ad apetitum est naturaliter, maxime propensa ad sensibilia, & proprias commoditates.

4. Arg. Quarto Arg. homo non potest viribus naturæ diligere Deum, vt auctor super naturalis: ergo neque vt auctor naturalis, antecedens est de fide, consequentia probatur, quoniam vt auctor super naturalis est magis diligibilis, quia apparet maiꝰ bonum, & plus rapit voluntatem: ergo si in ipsum, sic non potest, minus poterit, vt auctor naturæ.

2. Sent. Curiel. Secunda sentētia extrema in hac parte est illorum, qui tenent ad illum statum pertinere vigorem, & donum naturale sanans imbecilitatē naturæ, quod tunc posset diligere Deum perfecte, sicut & omnia præcepta collectiue seruare, & per totam vitam. Et consequenter quidem dicunt si antecedens esset verum, in hanc sententiam videtur inclinare Curiel dub. 2. asserens

asserens in illo statu, non requiri auxiliũ gratiæ, sed sufficere auxilium naturale, non tamen sufficere auxilium generale, sed requiri speciale.

3.Sent. Tertia sententia est media, & communis inter Thomistas in illo statu posse habere hominem huiusmodi dilectionem Dei perfectam ad breue tempus, non tamen diuturnam, & per longum tempus, est tamen inter illos dissensio, vtrum hac dilectione denominaretur homo, simpliciter dilector Dei, vel non. Quidam enim tenent partem negatiuam, vt enim subiectum, simplicirer denominetur requiritur habere formam permanenter, nec sufficit per modum transeuntis, qua ratione, D.Paul.in raptu non fuit beatus, sed viator, & fidelis absolute, & simpliciter denominabatur, sic in præsenti, cũ dilectio, tantum esset transeunter &c. Alij tenent oppositum.

1.Concl. Not. Prima conclusio, in illo statu non posset homo habere dilectionem perfectam diuturnam, & per multum tempus, & firmam. Pro intelligentia supponimus supra dicta vigorem, & donum sanans, non pertinere ad illum statum, sed ad statum naturæ integræ, in puris autem solum secundum naturalia, & essentialia, & sibi propria consideratur. Probatur conclussio, tunc natura esset in becillis, nec vires sufficerẽt ad resistendum omnibus tentationibus: ergo non posset per longũ tempus durare non peccando, cum peccato enim prædicta dilectio, non compatitur. Secundo, tunc non posset homo operari omne bonum colectiue, vt supra dictum est: ergo nec durare in dilectione perfecta, quæ operationẽ totius boni includit. Tandem hæc patet precipuis argumentis primæ sententiæ.

2.Concl. Secunda conclusio, ad breue tempus bene posset homo habere dilectionem perfectam Dei, ex viribus naturæ. Hanc

D. Thom. Cai. Almain. Adulen. Ricar. Henr. Duran. Scot. Con.Trid. 1.Ioan.5. Arist. Cicer. tenet D.Thom.quolit.1.art.8.& 2.dist. 33.quæst.2.art.1.ad 5.de verit.quæst.2 4.art.12.Caiet.opusc.de vnione, quæst. 1. Almahin.in 3.Concl.27.quæst.1.Abul.super cap.19.Math.quæst.177.Ricard.in 3.dist.29.Henrri.quodl.4.quęst. 11.Duran.in 2.dist.28.q.4.Scot.q.4.& probatur Deus non præcepit impossibile vt habetur expræsse in Concil. Triden. sessio.6,c.11.& colligiturex illo 1.Ioan. 5.Mandata eius grauia non sunt, sed in illo statu esset præceptum dilectionis Dei: ergo poterat habere illam, minor est Aristol.1.etimo.cap.2.& 12.Metaphi.cap. 52.vbi ait omnia referenda esse in Deum; vt in vltimum finem: idem dicit Ciceron. lib.1.& 3.de finibus, idem insinuatur ad Roman.1.cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, vbi loquebatur de philosophis, solum in lumine naturæ. ex quo summitur ratio, tũc homo lumine naturæ cognoscebat Deũ esse bonũ summũ, & sume diligibile: ergo tenebatur diligere, nõ aliter ponitur præceptũ, quã tribuẽdo huiusmodi dilectionẽ, quã voluntas teneretur sequi. Rom.1.

Impug. Nec valet, quod esset obiectum in proportionatum, quia vt auctor naturæ finis naturalis est, & proportionatum, & non reditur ratio quare sit proportionatum cognitioni, & non dilectioni.

Solutio. Nec etiam valet solutio aliquorum, quod tunc est impossibile, vt quis præceptum si faceret, quod in se est, licet, non haberet dilectionem perfectam.

Impug. Non inquam valet, quia si esset præceptum de dilectione illa perfecta, nõ potest satisfacere, nisi haberet illam, nam citra illam non sit, quod præcipitur. Si respondeatur, quod in natura lapsa etiam est huiusmodi præceptum, &

Solutio. tamen viribus naturæ est impossibile implere.

Impug. Contra quia licet viribus naturæ modo non possit, potest tamen viribus supernaturalibꝰ, & auxilio supernaturali, quod præsto adest Deus conferre, tunc autẽ huiusmodi auxilia Deus non præstaret, quia nõ esset in puris naturæ, si auxilia supernaturalia conferrentur. Quapropter viribus naturæ debebat posse, vel simpliciter diceretur ei impossibile, tanquam auxilio supernaturali destituto. Confirmatur hæc ratio, nam si Deus tũc præciperet dilectionem Dei supernaturalem diceretur præcipere impossibile, quoniam non poterat, sine auxilio supernaturali, quod tunc non esset: ergo idem est de dilectione naturali si viribus naturæ non potest. Secundo probatur conclusio, quia modo non potest in natura lapsa haberi huiusmodi dilectionem, sine gratia, quia conuersus est homo ad bonum commutabile à quo debet remoueri, & hoc sine gratia fieri non potest, sed hoc tunc non requiritur, quia ad bonum commutabile conuersus non esset: ergo sine gratia posset huiusmodi dilectionẽ. Tertio probatur, homo haberet inclinationẽ ad huiusmodi actum: ergo posset viribus naturæ, consequentia patet, quia non est inclinatio naturalis ad impossibile naturaliter, vt supra Dictum est. Qua propter dixit philosophus 2.de Cælo, text 50.quod

Arist.

si Deus dedisset astris naturam progressiuam dedisset etiam eis vires, & instrumenta ad progressum. Antecedens probatur, quia vt dicit Dion. cap. 4. de diuinis nominibus, Deus omnia conuertit in se, velut in vltimum finem. vnum quoque iuxta suam naturam, natura autem voluntatis est per dilectionem in finem tendere: ergo ad hoc naturaliter inclinatur. Confirmatur, quia D. Thom. ad secundum docet dilectionem naturalem, non super excedere proportionem naturæ, imò 1. part. quæst. 60. art. vlt. ait, hominem inclinari ad diligendum Deum plusquam se ipsum, quod vt ait quodlibet. alegato, inclinatur ad diligendum Deum non minus, quam se, nec æqualiter, & consequenter plusquam se ipsum: ergo viribus naturæ potest. Si respõdeas, cum Zumel ad multa ex his argumentis, quia licet viribus naturæ posset, tunc homo quodlibet bonum morale diuisiue, tanquam proportionatum, non tamen hoc, quod est diligere Deum super omnia, quia difficilius est omnibus, & quia includit propositum seruandi omnia, etiam collectiue, quod tunc erat impossibile. Contra arguitur, quia difficultas non est impossibilitas: si ergo per difficultatem limites naturæ non excedit consequenter, nec vires naturales, habere etiam propositum seruandi omnia impossibile non est, sed seruare actu, ad dilectionem ergo non requiritur numquam deficere, sed habere propositum, numquam deficiendi, vt patet modo in existentibus in gratia, propositum autem firmum, & efficax in homine, non est sicut in Deo, & in Angelis, vt contra venire non possit, sed cum proposito firmo potest post modum stare defectus. Si rursus respondeatur, quod licet difficultas actus non dicat impossibilitatem, dicit tamen speciale auxilium requisitũ ad opera insignia, quod non posset esse, nisi super naturaliter. Cõtra arg. quia sicut modo in ordine gratiæ propter auxilia communia ponimus specialiora ad eximia opera, quæ præsto adest Deus conferre, si homo disponatur, nec talia auxilia sunt extra communem ordinem gratiæ, ita in illo statu ad eximia opera, sicut dilectio Dei super omnia essent spetialiora auxilia, quæ se disponentibus Deus auctor naturæ conferret intra limites naturæ, ad cuius ordinem talia auxilia pertinent. Nec hoc est contra supradicta, in quibus negauimus vigorem, vel donum sanans pertinere ad illum statum, quia tale donum esset per modum permanentis rectificans (si ponendum esset) quod vtique esset pure naturalia trãscendere, auxilium autem assignatum, tãtum esset in exercitio operantis computatum intra propria naturalia, cum ad operationẽ esset requisitum, ad quam auctor naturæ omnia necessaria tenetur præstare.

D. Dion. *D. Thom.* *Solutio.* *Zumel.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.*

Tertia conclusio, pro illo tempore, quo quis duraret in dilectione Dei super omnia diceretur dilector. Probatur, quia haberet amicitiam possibilem pro illo statu: ergo simpliciter diceretur Dei amicus. Secundo probatur, si durante tempore dilectionis Dei moreretur obtineret beatitudinem: ergo erat simpliciter amicus, beatitudo enim non, nisi amicis Dei confertur. Tertio probatur, quando quis modo habet charitatem, dicitur simpliciter Dei amicus, propter propositum nunquam peccandi, licet postea sit cassurus: ergo similiter &c. Quarto probatur, si quis aliquo tempore sit extra omnia venialia, licet nõ possit sic multo tempore durare, quia omnia collectiue vitare nõ potest, pro illo tamen tempore dicitur omnino perfectam charitatem habere: ergo similiter &c. *3. Concl.*

Ad primum argumentum à principio, respondetur, concedẽdo quod si tũc quis incideret in peccatũ, in natura essent vires, vt resurgeret, quia cum illud peccatum tantum esset tunc contra finem naturæ, tantũ requirebatur auxilium naturale, auxilium enim super naturale, & gratia ex eo requiritur modo, quia peccatum etiam fini super naturali contrariatur. Verum est tamen, quod etiam tunc homo non se iustificaret, sed gratis ab auctore naturę iustificaretur: nam auxilium, vt resurgeret, licet naturale, non tamen debitũ esset. Vndè pro sua volũtate Deꝰ quibusdã, alijs vero nõ cõferret, sicut modo cõtingit in gratia. Ad illud autẽ, quod stãte peccato posset diligere Deũ, & cũ dilectione peccatũ nõ staret. Vndè proprijs viribus resurgeret, & se iustificaret. Resp. quod ratione auersionis à Deo, & conuersionis ad creaturã esset impeditus, ad talem dilectionem, quousque tale impedimentum per gratiam naturalem extrahentẽ à peccato tunc tolleretur, quia tunc iam non erat in puris naturæ, sicut supra dictum est, sed cum peccato, cum quo minus potest. Vndè quoadvsque Deus liberaliter vellet, non erat in eius facultate resilire. Ad confirmationem patet ex dictis, in natura lapsa esset impedimentum, per cõuersionem *Ad 1. arg.*

sionem ad creaturam, quod non esset inpuris naturæ extra peccatum. Quapropter etiam in natura lapsa secluso peccato potest habere talem dilectionem viribus naturæ.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, ad dilectionem perfectam non requiri seruare post modum omnia præcepta, sed habere propositum seruandi omnia, licet postea cadat, sicut modo in confessione contingit, vt autem dictum propositum habeat sufficit posse omnia diuisiue seruare, similiter dicitur de intentione efficaci finis includere propositum mediorum, cum hoc tamen proposito stat postea mutare sentẽtiam, verum est, quod ipse non debet determinare tempus permanendi in dilectione ex consideratione, quod non potest, semper manere, quia tunc non esset perfecta dilectio, nec firmum propositum, sed debet proponere, nũquã cadere, ad quod sufficit posse singula diuisiue cauere, licet postea cadat: exemplum est modo in contritione, & confessione, quæ si tempus determinaret vera contritio non esset, sed ex animo debet esse perpetua, licet postea ex fragilitate subiecti deficiat. Ad primam confirmationem respondetur, ad dilectio-

Ad 1. cõf. nem non requiri, numquam peccare in futurum, vt dictum est, sed propositum, nunquam peccandi ad quod sufficit posse vita-

Ad 2. cõf. re singula diuisiue. Ad secundam confirmationem respondetur, imbecillitatem tãtum probare difficultatem, non impossibilitatem, illa autem difficultas, cum intra limites naturæ esset, auxilio tantum naturali vinci posit.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, coniunctionem proppensionis appetitus solum importare difficultatem absolute autem ratio limites propensionis appetitus poterat transilire tendendo in bonum honestum.

Ad 4. arg. Ad quartum Arg. respondetur, quod auctor super naturalis, licet secundum se sit magis diligibilis, non tamen in ordine ad nos secundum vires naturæ, propter inproportionem, excellentia enim obiecti faciens ipsum magis diligibile, secundum se, est in causa vt potentia, nisi eleuetur non possit attingere, illud vt auctor autẽ naturaliter, cum habeat proportionem, naturæ viribus diligi potest super omnia.

Ad argu. 3. Sent en. Ad argumentu factum in tertia sententia, quod tunc homo non diceretur simpliciter dilector Dei. Respondetur, quod licet illa dilectio solum duraret ad tempus, secundum rem, tamen quia ex proposito erat perpetua sufficiebat absolute denominare, nec est eadem ratio de raptu Paul. quod cum illa visio daretur ad tempus non faciebat simpliciter beatum, sed absolute erat viator, cum in ipso maneret fides permanenter, & alia quæ ad viatorem requirebantur.

Ex dictis in hoc dub. sequitur contra Alensen 2, part. quæst. 3. art. 1. & Altisiodor. lib. 2. tractat. 1. cap. 1. quod in statu naturæ integræ poterat homo viribus naturæ diligere Deũ super omnia dilectione perfecta, quia tunc, vt dictũ est, ex robore naturæ poterat seruare omnia præcepta, & facere omne bonũ etiã collectiue, tanquã proportionatum naturæ sanæ, vt dicetur ar. sequẽ. & 8. quapropter secluso auxilio supernaturali erat præceptum huius dilectionis tanquam rei possibilis, ratio, D. Thom. in hoc art. id manifestat, nam quælibet pars inclinatur ad totum, & plus dilligit illud quam se ipsam, cum ergo homo sit pars, Deus autem sit bonũ vniuersale, plus diligit naturaliter Deũ, quam se ipsum, itaque sicut in supernaturalibus per formam super naturalem charitatis, plus inclinatur homo ad diligendum Deum, quam se ipsum, ita per formã naturalem inclinatur ad diligendum Deum, auctorem naturæ plusquam se ipsum, & licet hæc ratio primario solum probet de dilectione naturali, quæ est pondus naturæ qualiter in demonibus, etiam reperitur, consequenter tamen probat de dilectione libera, cum ista fundetur, & oriatur exilla. Quapropter si infirmitate, vel inbecillitate, non impediatur facile est habere talem dilectionem. Hinc habes intellectã illam sententiam, D. Dionis. Deum omnia in se conuertere, quia licet voluntas sit velut nutritiua virtus omnia in se conuertens per appetitum, cum homo sit finis totius creaturæ, tandem tamen se ipsum in quem omnia retullerat refert in Deum, velut in finem vltimum, & perfectum bonum totius vniuersi, aliàs enim si plus inclinaretur ad diligendum se ipsum, quam Deum, tunc plus se diligere, quam Deum non esset amor inordinatus, quod patet esse falsum, nec valet ex Arist. dicere, quod amicabilia ad se sunt prius, quam amicabilia ad alterum: ergo non magis Deum, quam se ipsum potest, vel tenetur diligere. Respondetur, Deum non reputari alterum à qualibet re vniuersi, tũ quia vt dicit, D. Thom. 1. p. quæstio. 8. art. 2. Deus est intimius in rebus, quam sint ipsæ res,

Corol. Contra. Alensem. & Altisio.

D. Thom.

D. Dionis.

Impug.

Solutio.

res. Tum etiam, quia vt dictum est Deus est vniuersalissimum bonum præpositum omnibus qualiter partes totum, sibi ipsis habent præferre, alteritas autem: de qua loquitur Arist. est inter res particulares. Doctrina prædicta communis est illam tenet Scotus in 3. distin. 27. quæstion. vnica, artic. 3. Abulens. super, cap. 29. Matth. quæstion. 177. Vega, libr. 6. super Trident. cap. 28. Soto, primo de nat. & gratia, cap. 6. propositione, 4. & communiter omnes in 2. distin. 28. & Diu. Tho. hic expresse, & notandum est, quod Diu. Thom. hic ad secundum, solum intendit quod in illo statu posset diligere Deum dilectione perfecta excludente non talia vt dicit impletionem omnium mandatorum, de perfecta tamen excludente venialia, hic non loquitur, sed hoc relinquit alia ratione probandum, supra quæst. 89. artic. 3.

Scot. Abulen. Vega. Soto. Explicatū D. Thom. à Soto.

Dubium II.

Vtrùm in natura lapsa possit homo diligere Deum auctorē naturæ super omnia propriis viribus, & solo auxilio naturali.

PROBATVR quod sic, primo multis ex supra dictis, tum quia potentiæ non sunt corruptæ, tum etiam, quia hoc præceptum est omnino naturale distinctum à supernaturali diligendi Deum auctorem gratiæ ad quod auxilium supernaturale requiritur: ergo ad istud sufficit naturale, tum quia homo naturaliter cognoscit Deum esse summe diligibile: ergo sic potest prosequi à voluntate, tum etiam quia homo naturaliter inclinatur ad diligendum Deum, tanquam bonum vniuersale plusquam diuitias, vel patrem, vel matrem, quæ sine dubio super omnia diligere potest ergo à fortiori diligere Deum poterit super omnia. Confirmatur, quia vt dicit Diu. Thom. 1. part. quæst. 60. artic. 5. ad 1t. Dæmones, & damnati diligunt Deum super omnia, quatenus est bonum commune, quia iste amor naturalis, & inseparabilis est ergo a fortiori currit de homine viatore, etiam si sit in peccato maxime si non sit obstinatus in illo.

1. Arg.

Conf.

2. Arg.

Secundo arg. Gentilis (v.g.) potest exponere vitam pro aliqua virtute, vel pro ipso Deo: ergo diligit illum plusquam se ipsum, antecedens patet in multis philosophis, qui hoc fecerunt. Confirmatur, quia puer veniens ad vsum rationis potest conuertere se in Deum viribus naturæ, cū ad hoc teneatur, & peccet si id non faciat, vt diximus, supra q. 89. ergo potest diligere Deum super omnia non enim stat in Deum esse conuersum, & ipsum super omnia non diligere. Si respondeatur in Gentilibus, & puero in instanti rationis, hoc contingere ex auxilio supernaturali a Deo præstito. Contra, quia multæ sunt barbaræ nationes, quæ tale auxilium non receperunt, imò neque in potestate illarū sit recipere, cum nihil vnquam audierint de supernaturalibus: ergo id viribus naturæ contingit.

Solutio.

Impug.

Tertio arg. potest homo viribus naturæ seruare alia præcepta vt (verbi gratia) iustitiæ soluendo debitum: ergo, & hoc potest implere, est enim speciale præceptum diligēdi Deum suo tempore obligās. Vnde nō videtur maior ratio de illo quam de alijs.

3. Arg.

Quarto arg. sequitur posse hominem cognoscere naturaliter se esse in gratia si hoc præceptum, sine illa implere non potest consequens est contra fidem, ergo sequela probatur, quia potest cognoscere se diligere Deum super omnia, ergo si hęc dilectio non stat, sine gratia cognoscit se esse in gratia. Antecedens probatur, quia bene potest quis cognoscere si diligat Petrum plusquam Paulum: ergo etiam potest cognoscere Deum si diligit Deū per se ipsum.

4. Arg.

Quinto arg. naturaliter potest, quis odio habere peccatum super omnia detestabile, si quidem ratio naturalis ostendit peccatum esse supremum malum ergo potest, etiam naturaliter diligere Deum super omnia, consequentia patet, quia non stat peccatum perfecte odire, & non perfecte Deum diligere.

5. Arg.

Sexto arg. inclinatio corruptę naturæ in bona sensibilia est habitualis: ergo poterit aliquando agere contra illam Deū super omnia diligendo, habitus enim licet inclinet, vt quis, vt in plurimum operetur non tamen, vt semper.

6. Arg.

Septimo arg. homo in natura lapsa potest aliqualiter diligere Deū auctorē naturæ super omnia amore, qui non est peccatū, v. dicit D. Th. in arg. sed contra, ergo tunc amabit Deū super omnia, probatur consequentia, quia tunc nō diligit minus

7. Arg.

nus, vel æqualiter sibi, quia peccaret sic diligendo: ergo diligit plusquam se ipsum, si in tali dilectione non peccat: ergo super omnia.

8. *Arg.* Vltimo arg. etiam in natura lapsa potest homo esse conuersus in Deum auctorem naturæ, etiam si sit auersus à Deo auctore gratiæ: ergo potest diligere Deum super omnie auctorem naturæ, etiam si sit in peccato. Antecedens probatur primo, quia isti duo fines, non habent necessariã connexionẽ inter se; ergo potest esse conuersus in vnum, & auersus ab alio. Secundo probatnr, prius intelligitur esse auctor naturæ, quam gratiæ, sed prius non dependet à posteriori: ego. Tertio probatur, potest fide humana, quis credere esse Deum, etiam si careat supernaturali: ergo poterit amare auctorem naturæ naturaliter, & si careat amore supernaturali. Quarto probatur, in illo priori naturæ, quo intelligimus contritionem præcedere gratiam intelligitur conuersus ad auctorem naturæ, & non gratiæ, quia hoc fit per charitatem, quæ tunc non intelligitur: siquidem consequitur ad gratiam, quæ postea intelligitur: ergo stando in illo priori, quo Deus vlterius suo auxilio non progrediatur: tunc quidem non esset conuersus in Deum auctorem gratiæ, cum gratia nõ infunderetur esset tamen conuersus in auctorem naturæ, quia cum contritio sit perfecta remotio à peccato, hanc conuersionem saltem importat. Quinto probatur, puer in primo instanti rationis potest conuerti in auctorem naturæ: siquidẽ de hoc currit illi præceptum, non autem in auctorem gratiæ, de quo ibi tunc non cõstat, cũ non habeat fidem, vt si sit puer inter paganos. ergo. Sexto probatur, pueri in limbo sunt conuersi, in auctorem naturæ (cũ ipsum diligant habeantque beatitudinem naturalem, vt supra dictum est) sunt tamẽ auersi ab auctore gratiæ per originale, (cui pena damni correspondet:) ergo. Vltimo probatur, Deus odit peccatorem, vt peccator est, dilligit tamen illum, vt res quædã naturalis est; ergo similiter homo potest diligere Deum, vt auctor naturæ, licet odiat, & sit auersus ab eo, vt auctor gratiæ. Confirmatur arg. opinio probabilis est de potentia Dei absoluta posse hominem manentem in peccato diligere Deũ super omnia, vt auctor gratiæ: ergo de potentia ordinaria, sic potest contingere, quod conuersus ad creaturam perpeccatũ diligat Deũ super omnia auctorẽ naturæ.

1. *Sent.* In hac re est prima sententia Henrrici, quodlibet. 4. q. 10. & Scot. in 2. dist. 28. & aliorum posse hominem in natura lapsa diligere Deum super omnia. *Henrr. Scot.*

Secunda sent. est etiam aliquorum discipulorum D. Th. quod licet per longum tempus non possit, per breue tamen potest habere huiusmodi dilectionem, sicut dictum est, de homine in puris naturæ. *2. Sent.*

Pro intelligentia not. in præsenti nõ loqui de dilectione naturali, quæ est pondus, & inclinatio naturæ, hæc enim in quocumque statu reperitur est enim inseparabilis, etiam à Demonibus, vt supra docuimus ex D. Th. 1. part. q. 60. art. 5. & quod lib. 1. art. 8. licet Scot. 3. dist. 28. & 29. & Durand. dissentiat à ratione D. Th. sed loquimur de dilectione quę est actus elicitus voluntatis liber, quem in principio artic. explicuimus. *Not. D. Thom. Duran.*

Prima concl. homo in natura lapsa existens in peccato mortali non potest viribus natnræ habere dilectionem Dei auctoris naturæ super omnia efficacem, & perfectam. Hæc est D. Th. hic, & communis inter discipulos eius, sic tenet Curiel, dub. vlt. & Suarez, lib. 1. cap. 35. & Vazquez, disp. 194. cap. 4. & Lorca disp. 5. & adeò est certa, vt oppositam censuret hic Zumel in principio disp. 2. & in 1. & in 2. concl. tanquam audacem, improbabilẽ, & parũ tutã, nec loquimur solũ in hac conclusione de dilectione Dei, vt includit multiplicẽ actũ obseruationis omniũ mãdatorum, de hoc enim art. sequenti erit agendum, sed loquimur de dilectione, vt importat simplicem actum voluntatis includentem propositum obseruãdi omnia præcepta, & quæ est radix obseruationis omnium illorum, hunc ergo simplicem actũ, & perfectum dicimus in natura lapsa habere hominem non posse quãdiu est subpecato. Probatur ergo primo conclusio, nã in Concil. Arausican. can. 25. & Milcuit. can. 4. D. Augustin. pluries, specialiter lib. de grat, & liber. arbi. cap. 18. & 19. & D. Bernar. lib. de diligendo Deum, & Diu. Gregor. lib. 27. moral. cap. 21. docẽt, hominem, sine auxilio gratiæ Deum super omnia diligere non posse, & licet loquantur, & optime explicentur de dilectione supernaturali (quod ab ipsis, vt de fide determinatur) ex ratione tamen illorum (quia inquiunt liberum arbitrium est atenuatum, qualiter non esset in nrtura integra) colligitur satis probabiliter, etiam de dilectione naturali perfecta, si enim atenuatũ est. nec in robore integritatis naturæ cõsistit, nec huiusmodi dilectionẽ naturalem *1. Concl. D. Thom. Curiel. Suarez. Vazquez. Lorca. Cõc. Arau & Mileu. D. Aug. D. Bern. D. Greg.*

ralẽ perfectam facile in natura lapsa modo habere potest. Secundo prob. homo non potest viribus naturæ resurgere à peccato, vt habetur in Conc. Mile. can. 3. & Araus. can. 15. ergo nec diligere Deũ super omnia, etiam vt actor naturæ, probatur cõsequentia, quia hæc dilectio requirit conuersionem perfectã in Deũ, cum qua non stat conuersio in creaturam, in qua consistit peccatum. Tertio probatur, supposita eleuatione in finem supernaturalem non potest homo rectificari ad finem naturalẽ manens deordinatus à fine supernaturali, vt infra dicetur, & communiter docẽt discipuli, D. Th. 1. p. q. 63. art. 1. Quapropter Dæmon, non solũ peccat contra Deũ finem supernaturalem, sed etiã naturalẽ, & in illo est peccatum luxuriæ, secundũ affectum, quod quidẽ rationi naturali repugnat licet secundũ effectum esse nonpossit: ergo nec diligere Deum auctorem naturæ perfecte, sine gratia, patet consequentia, quia per talem dilectionem rectificaretur respectu finis naturalis, & aliàs maneret inordinatus à fine supernaturali, cum ad ipsum, sine gratia rectificari nonpossit. Conf. primo, na aliàs homo haberet duos vltimos fines perfectos alterũ per peccatũ alterũ per dilectionem Dei perfectam, quod implicaret, vt supra dictũ est. Conf. secũdo, dilectio amicitiæ Dei est mutua, diligentes enim se Deus diligit: si ergo existens in peccato diligeret Deum perfecte, diligeretur ab ipso, quod falsum est, quia odio est Deo impius, & impietas eius. Vltimo probatur Conclusio, quia iste actus est præstantissimus: ergo natura imbecillis, & infirma proprijs viribus, non potest illum habere, in hoc ergo saltem infirmitas ostendi debet, vt præstantissimum actum exercere non possit. Confirmatur, quia hæc dilectio, vt dictum est, includit præceptũ seruàdi omnia præcepta, quod existenti in peccato est impossibile, vt infra dicetur ergo.

2. Conc. Secunda concl. etiam si prædicta dilectio perfecta esset possibilis in natura lapsa existenti in peccato, non tamen posset esse diuturna, & firma, sed tantum ad breue tempus. Hęc patet, quia vt ostẽsum est in puris naturæ diu durare non posset: ergo nec in natura lapsa, patet consequẽtia, quia vires modo non sunt plures, si minus non sunt, & quia ocasiones, & tentationes insurgentes sunt plurimæ ad quas superandas gratia requiritur. Etsi arguas, quia ex eo, quod charitas est principium diligendi perfecte auctorem gratiæ per ipsam, nõ

Obiectio.

solum ad breue, sed etiam ad longum tempus talis dilectio durare potest: ergo si vires naturæ sufficiunt ad diligendum auctorem naturæ perfecte, etiam hoc per longũ tempus durare poterit. Respondetur, gratiam, & charitatem sanare voluntatem, & esse principium adeo perfectũ, vt sufficiat ad vtrumque. Quapropter D. Th. 3. p. quæst. 62. art. 6. ad 3. ait, minimam gratiã sufficere ad resistendum cuicumque concupiscentiæ, vires autem naturæ non inefficaces, & imperfectę. Quapropter licet sufficiant ad eliciendum actum, non tamen ad diu conseruandum. *Solutio.*

Tertia concl. in natura lapsa etiã existens in peccato potest habere dilectionẽ Dei naturalem in efficacem, imperfectã, & conditionatam. Hæc est communis de qua Soto in 4. dist. 17. qu. 2. ar. 5. Probatur, quia natura licet sit infirma non tamẽ corrupta ergo potest aliqualiter diligere Deum, alias enim omnino exstincta esset natura. Secũdo probatur, existẽs in peccato si videat aliquem blasfemantẽ potest respondere pro honore Dei, vt patet, sed hoc est aliqualiter diligere eum, probatur minor, quia sic aliqualiter implet præceptum quantum ad substantiam, licet imperfecte. vt dicit Soto 1. denat. & gra. ca. 22. & 2. deiust. quæst. 3. art. 10. ergo est aliqualis dilectio Dei. Tertio prob. homo naturaliter inclinatur ad diligendum Deũ auctorem naturæ, ergo saltem imperfecte potest habere istum actum, vt illa inclinatio non sit frustra. Vltimo, suppositis fide etiam existens in peccato potest naturaliter desiderare in efficaciter, & imperfecte visionem claram Dei, vt dicitur 1. part. quæ. 12. art. 1. ergo à fortiori habebit dilectionem in efitacem, & imperfectam patet consequentia, quia minus proportionatus est Deus clare vissus, quã vt auctor naturæ. *3. Conc. Soto.*

Notandum tamen circa prædictam conclusionem, quod quando dicimus tantum posse esse dilectionem conditionatã, non intelligimus conditionem aliquam explicite debere esse apositam, sed suo videti operantis erit absoluta, & efficax in re, tamen est in efficax, & dicitur conditionata, & sic possunt interpretari auctores asserentes esse absolutam, sine conditione, vtique quia operans non expetitur, neque expresse apponit illam, *Not.*

Ex hac concl. sequitur primo, quod existens in peccato non potest acquirere habitũ amicitiæ ad Deum, etiam naturalem, quia habitus non acquiritur, nisi ac- *1. Corol.*

tibus perfectis, qui vt dictum est tunc habe-
2. Corol. ri non possent. Secundo sequitur, non esse inconueniens, quod etiam in natura lapsa homo existens in gratia habeat viribus naturæ actum perfectum dilectionis Dei auctoris naturæ, quia ex gratia tollitur impedimentum auersionis, & non currũt argumenta posita, vt non possit habere huiusmodi actum dilectionis Dei perfectũ.

4. Concl. Quarta conclusio, in natura lapsa existens in peccato mortali non potest implere viribus naturæ præceptum dilectionis Dei, etiam quantum ad substantiam. Probatur, quia hoc præceptum quoad substantiam dicit modum, quod diligatur Deus super omnia, quod non fit, nisi per actũ perfectum, & efficacem: ergo cum in peccato solum possit habere actum imperfectum, & inefficacem non potest implere, hoc præceptum. Secundo probatur, præceptum diligendi Deum naturaliter non currit seorsum, sed simul cum præcepto diligendi Deum auctorem gratiæ, sed hoc secundam non potest implere, sine gratia: ergo nec primum si inseparabile est à secundo, maior probatur, quia supposita eleuatione, & cognitione non solum naturali, sed etiã supernaturali fidei non solum vt auctorem naturæ, sed vt gratiæ simul debet diligere.

1. Corol. Ex hac concl. sequitur primo, quod infidelis positiue, qui sua culpa non recepit fidem currẽte hoc præcepto peccat, & non implet, etiamsi habeat actum imperfectum, & inefficacem, quia sicut imputatur illi non habere fidẽ, ita non diligere auctorem gratiæ ad quod fides requiritur, & cõsequenter etiã imputatur non diligere perfecte auctorem naturę, ad quod requireba tur diligere auctorem gratiæ, poteritenim omnia illa habere, & sua culpa non facit, non recipiẽdo fidem: ergo imputatur. Etsi
Obiectio. arguas, quia infideli positiue non imputantur præcepta Ecclesiæ, vt non ieiunare in quadragesima, non audire Missam, &c. licet supposita fide ad hoc teneretur, & peccet non recipiendo fidem: ergo etiã si supposita fide teneretur, & posset habere actum perfectum dilectionis auctoris naturæ, etiam si peccet non habendo fidẽ, nec recipiendo illam, nõ imputabitur, nõ habere huiusmodi actum dilectionis per-
Solutio. fectum supponentem fidem. Respondetur non impurari trangressionem præcepti Ecclesiastici, bene tamen transgressionem aliorum præceptorum supernaturalium, quia ista sequuntur ex natura rei ad fidem, non autem illa. Vndè qui culpabiliter fidem non recipit, imputabiliter transgredi tur præcepta, quæ ex natura rei ad fidem sequuntur, quæ ratio non currit de præceptis ecclesiasticis.

Secundo sequitur, infidelem negatiue, 2. Corol. qui nunquam audiuit de fide non peccare contra hoc præceptum dilectionis naturalis si habeat actum imperfectum, & inefficacem. Vndè ad implet præceptum negatiue: quatenus nõ peccat. Hoc patet, quia si habeat prædictam actum facit totum, quod in se est: siquidem viribus naturę amplius non potest, & non habere vires supernaturales non est in sua culpa. Hoc discrimen positum in duobus corolarijs insinuatur à Christo Domino, Ioan. 3. Si nõ venissem, & loquutus eis non fuissem peccatum non haberent. nunc autem excussationem non habent de peccato suo, quæ verba à D. Aug. explicantur de peccato infidelitatis, quod non imputatur non audientibus, & consequẽter, nec illa ad quę fides est requisita, cui autem infidelitas imputatur: similiter quæ ex omisione fidei naturaliter consequuntur.

Ad primum arg. à principio respondetur, quod licet natura non sit corrupta, ex conuersione tamen ad creaturam per peccatum, quod sine gratia tolli nõ potest est impedita, vt perfecte Deum etiam auctorem naturæ possit diligere, vt perfecte debet, cum hoc requirat perfectam conuersionem ad ipsum, quod cum conuersione ad creaturam stare non potest, & licet hoc præceptum distinctum sit à supernaturali, hic tamen illi coniungitur, quod seorsum, sine illo seruari non possit, vt dictum est. Ad illud autem, quod cognoscitur naturaliter: ergo potest amari naturaliter. Respõdetur, stante conuersione peccati esse obiectum improportionatum amori perfecto, licet proportionetur cognitioni, plus enim requiritur ad proportionẽ voluntatis, quia etiam stante peccato cognoscitur per fidem auctor gratiæ, qui tamen a peccatore nequaquã perfecte diligi potest, vt postea dicetur. Etsi dicas, quare peccatum Dub. nõ impedit cognitionem, & impedit dilectionẽ. Resp. quod incõpossibilitas dilectionis Dei cum peccato est ratio oppositæ conuersionis, quã importat dilectio, & peccatum, quæ simul stare non possunt, cõuersio autem ad voluntatem pertinet, & non ad intellectum. Vnde ratione cõuersionis peccati impeditur ad amandum, non tamen ad cognoscendum. Ad illud quod ponitur in argumento, qnod naturaliter inclinatur, homo ad diligen-

dum

dum auctorem naturæ plusquam patrem, vel matrem, &c. quæ tamen super omnia diligere potest. Respondetur primo, quod
Resp. 1. inclinatur ad diligendum Deum, vt bonum vniuersale, & in communi, quatenus diligendo se ipsum diligit auctorem naturæ à quo dependet, & sine quo stare nō potest, non autem inclinatur naturaliter ad diligendum auctorem naturæ in particulari, de quo est modo difficultas. Secūdo
2. Resp. respondetur concessa tali inclinatione nō posse exire in actum respectu impedimenti peccati, neque ex eo est otiosa inclinatio, quia sufficit posse absolute, si impedimentum auferatur, non autem requiritur, quod impedimento posito possit, sicut lapis detentus naturaliter inclinatur ad descensum, & absolute potest descendere nō autem stante impedimento, sed illo ablato. Ad confirmationem arg. respondetur,
Ad conf. dilectionem Dæmonum, & damnatorum esse in communi inclusā in dilectione sui ipsius. Modo autem vt dictum est, procedit quæstio de dilectione Dei in particulari.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. resp. quod si gentilis illud faciat absque omni mala circunstantia, cum sit actus hæroicus pie credendum est, quod illuminabitur, vt simul habeat dilectionem auctoris gratiæ: siquidem sine hac dilectione illa perfecta haberi non potest. consimilis solutio adhiberi solet, qui diu seruat legem naturalem, non tamen huiusmodi opera naturalia credenda sunt dispositiones ad gratiā, sed hoc prædictum summitur ex misericordia Dei. Ad confirmationem respondetur similiter, quod si puer veniens ad vsum rationis conuertatur in auctorem naturæ, simul illuminabitur, vt conuertatur in auctorem gratiæ, quæ illuminatio fiet per prædicatorem, vel Angelum à Deo prouisum, vel peculiari instinctu Spiritus Sancti, & hoc sine miraculo, quia hoc pertinet ad leges communes gratiæ in illo casu particulari.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, alia præcepta esse proportionata, quantum ad substantiam, non autem hoc præceptū, quia in substantia includitur modus, scilicet super omnia, quod cum conuersione peccati stare non potest.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. negatur sequela, ad probationem respōdetur hunc actum esse difficilimum, ac per consequens nō posse certo cognosci, licet enim faciliter experiatur amorem: vtrum autem iste amor Dei sit ex illo modo scilicet super omnia perfecte certo cognosci non potest, cum sit improportionatus, & difficilis licet aliquas coniecturas illius habere possit.

Ad quintū respondetur, eandem esse rationem de odio perfecto peccati, & de dilectione perfecta Dei, qua propter sine auxilio supernaturali haberi non potest. *Ad 5. arg.*

Ad sextum respondetur, quod cum in habituali inclinatione ad sensibilia in peccatore includatur, simul conuersio ad creaturam, cum qua conuersio in Deum impossibilis est, inde fit, quod non ratione habitus (cum illo enim vt probat argumentum actus contrarius stare posset) sed ratione conuersionis prædictæ, nec semel actus dilectionis perfectæ stare potest, vnde si conuersio ad creaturam tollatur, etiam si maneat inclinatio ad sensibilia poterit actum contrarium habere vt patet in iustificato in quo stante habituali inclinatione ad sensibilia actus contrarij exercentur. *Ad 6. arg.*

Ad Septimum respondetur, vt explicat Conradus hic D. Thom. loqui de homine in natura integra sanata per donum naturale etiam secluſa gratia, in natura autem lapsa (vt dictum est) tantum conditionaliter, & ineficaciter potest diligere supra se ex viribus naturæ in quo multoties non peccabit, sed implebit præceptum negatiue saltim vt dictum est. *Ad 7. arg. Ex Contr.*

Ad octauum arg. negatur antecedēs ad primā probationē respondetur, quod licet illi duo fines distinguātur, ex suppositione tamen ordinationis in finem supernaturalem sunt connexi inseparabiliter. Ad secundam probationem respondetur, suppositā prædicta ordinatione, etiam si vt auctor naturæ habet prioritatem materialē, vt auctor gratiæ habet prioritatem formalem, vel finalem, & istæ prioritates sunt rationis, quia in re inseparabiles sunt. Ad tertiam probationem respon. aliam esse repugnantiam ex parte voluntatis ad amandum, quam ex parte intellectus ad cognoscendum, cum repugnantia proueniat ex conuersione ad creaturā, quæ ad voluntatem pertinet simpliciter, & nō ad intellectum, vt dictum est. Ad quartam respondetur primo, quod in illo priori licēt intelligatur contrictio præcedens gratiam habitualiter, non tamen actualiter, per modum auxilij, intelligitur enim præcedens auxilium supernaturale à quo est contritio disponens ad gratiam habitualem, quia cum vltima dispositio debeat esse eiusdem ordinis cum forma in- *Ad 8. arg.*

troducenda, principium elitiens illam contritionem debet esse supernaturale, sicut & forma. Secundo respondetur, quod hic non loquimur secundum rationem, sed secundum rem: vtrum realiter ita possit contingere, quod aliquis sit conuersus ad auctorem naturæ, & non ad auctorẽ gratiæ, licet in illo priori intelligatur remotus à peccato, & conuersus ad auctorem naturę, & nondum intelligatur gratia & charitas, per quam cõuertatur ad auctorem gratię, in re tamen omnia illa sunt simul & in illo instanti temporis vere conuersus est ad finem supernaturalẽ. Tertio respondetur, quod in illo priori, sicut non intelligitur cõuersus in auctorẽ gratiæ, ita neque in auctorẽ naturæ. Nec valet argumentum, quod tũc nõ intelligitur cõuersus ad creaturam cum non intelligatur peccatum; ergo intelligitur conuersus in Deũ, quia ad aliquem finem debet esse conuersus, & cũ non intalligatur conuersus ad finem supernaturalem, cum nondum intelligatur gratia intelligetur conuersus ad finem naturalẽ. Non inquã valet resp. enim, quod in illo priori, nec intelligitur conuersus ad creaturã, neq; in Deũ neq; in peccato, neq; in gratia, licet in re aliquid debet habere, & sic concludit argumentũ, sed ratione ab vtroque potest præscindere cõsiderãdo subiectũ remotũ à peccato tendens in via ad gratiã. Ad quintũ patet ex dictis, quod si conetur puer in primo instãti rationis cõuerti in auctorẽ naturæ, & ad impleat hoc præceptũ in primo instãti rationis simul illuminabitur, vt couertatur in auctorem gratię, & sic non habit vnum, sine altero. Secundo respondetur, quod si non iluminaretur impleret præceptum naturale per conuersionem in eficacem, cum amplius non posset habere viribus naturę, & sic tunc impleret negatiue nõ peccando, licet non positiue, cum ad hoc requiratur gratia, vt iam est dictum. Ad sextam respondetur, pueros in limbo nõ habere conuersionem perfectam efficacẽ in auctorem naturæ, sed imperfectam, & ineficacem, quia vel non habent beatitudinem naturalem, vt aliqui probabiliter dicunt, vel si habent est imperfecta, vt supra docuimus ad quod etiam suficit conuersio imperfecta. Ad vltimam respondetur probare, nos etiam diligere Deum in peccato pondere naturæ, & in communi quatenus nos ipsos diligimus vt dictum est, de Dæmonibus, & damnatis, qua ratione ipse diligit creaturam, etiam peccatorem, vt prima causa est productiua rerũ,

Obiectio.

Solutio.

hic autem loquimur de dilectione morali de qua dictum est, tantum haberi posse imperfectam à peccatore. Ad Confirmationem arg. respondetur illam sententiam falsam esse, implicat enim per quamcunque potentiam esse conuersum ad aliquod velut in vltimum finem, & simul habere aliũ vt supra docetur. Secundo respondetur illa sententia admissa nihil concludere cõtra nos ex his enim, quæ secundum potentiam absolutam contingunt, nihil infertur secundum potentiam ordinariam, concedimus enim secundum potentiam absolutam duo contraria posse esse simul in subiecto, secundum potentiam ordinariam hoc negamus, cũ ergo cõuersio in Deũ, & simul in peccatũ saltim contraria sint nichil disputantes de potentia absolnta, secundum potentiam ordinariam, & leges communes hic decernimus nullo modo posse esse simul.

A conf.

Dubium III.

Vtrùm possit homo viribus naturæ, sine aliquo auxilio intrinseco recepto in voluntate per auxilium extrinsecũ fidei ex parte intellectus, videlicet sola fide supposita diligere Deum auctorem gratiæ, etiam imperfecte, vel alia bona supernaturalia appetere?

PROBATVR, quod sic primo naturale est voluntati, hæc omnia appetere ergo suppositia cognitione absq; alia nouo auxilio poterit appetere illa, cõsequentia patet, quia naturaliter potest in quo naturaliter inclinatur. Antecedẽs probatur primo ex D. Tho. 1. p. q. 12. art. 1. vbi dicit in nobis in esse naturalẽ apetitũ videndi Deũ pere essentiã: siquidẽ naturale est nobis visis efectibus desiderare videre causam. Secundo probatur idẽ antecedẽs, nã naturale est cognito aliquo magno bono nobis posibili appetere illud, cũ ergo per fidẽ posibilitas supernaturaliũ cognoscatur illa appetere naturale erit volũtatis. Tertio probatur, naturale est cuicunq; potẽtię ferri in suũ obiectũ sufficiẽter propositã, sed supernaturalia cognita per fidem sunt obiectum voluntatis suffitienter propositũ ipsi ergo. Probatur minor nã non

1. Arg.

est

est alius modus proponendi obiectū voluntati, nisi per cognitionē si ergo cognoscitur per fidē supernaturale esse bonū sibi sufficienter propositum voluntati. Si respondeatur tale obiectū, tatum modo cognitum per fidem esse proportionatum, in cognoscendo, non autem in appetendo ad hoc enim requiritur proportio, ex parte voluntatis per auxilium elleuans ipsā. *Solutio.*

Contra arguitur, quia in nullo alio videtur proportionē consistere, quam in esse bonum cognitum, sibi, cum amabile sit bonum vnicuique autem proprium, quod, & experiencia constat in cæteris bonis appetibilibus à voluntate. Confirmatur, suppositā cognitione auctoris gratiæ facilius est diligere ipsum, quā auctorem naturæ, sed hoc secundum potest, sine dono, & auxilio: ergo primum. Maior probatur, quia suppositā fide apparet maius bonū, a quo nobis maiora benefitia conferuntur: ergo facilius est diligere illum, quia quod maius apparet bonum facilius est voluntati tendere in illud. *Impug.*

Secundo arg. sic se habet bonum sensibile in ordine ad appetitum, sicut bonū rationale in ordine ad voluntatem, vt sæpe repetit D. Th. sed vt appetitus appetat bonum sensibile, nihil amplius requiritur, quam esse cognitum per sensum: ergo vt bonum rationale appetatur à voluntate nihil amplius requiritur, quam esse cognitū per intellectum, quod fit per fidem in bonis supernaturalibus: ergo, &c. *2. Arg.*

Tertio arg. sit casus, quod aliquis habens fidem non habeat auxilium receptū in voluntate, potest enim Deus libere subtrahere illud. Tunc enim si tiranus minatur illi mortem, nisi blasfemauerit, potest velle mortem potius, quam blasfemare cōtra auctorem gratiæ, si quidem ad hoc tenetur, & nemo obligatur ad impossibile, sed hoc vere esset diligere auctorem gratiæ, cum præponeret illum propriæ vitæ: ergo ad hoc non requiritur auxilium ex parte voluntatis. Si respondeatur casum esse impossibilem. Contra, quia intellectus, & voluntas realiter distinguntur: ergo potest esse influxus vnius, & non alterius maxime, vt dictū est, cū Deus sit libere in conferendo auxilio. Confirmatur, in isto casu potest homo habere aliquem actum circa auctorem gratiæ, sed non necessitatur ad habendum actum malum, quia nemo astringitur ad peccandum: ergo potest habere actum bonum. Confirmatur secundo, stante imperio efficaci intellectus necessario sequitur actus voluntatis (vt dicitur supra quæstion. 17.) sed posito auxilio in intellectu potest efficaciter imperare: ergo etiam si non sit auxilium in voluntate tenebitur obedire pro rūpendo in actū, aliàs nō esset imperiū efficax sine operari sexecutione, quod omnino implicat *3. Arg.* *Solutio.* *Impug.* *1. Conf.* *2. Conf.*

Quarto arg. supra dictum est, intellectum posse solo auxilio extrinseco cognoscere supernaturalia, quoad substantiam: ergo etiam voluntas solo auxilio extrinseco poterit diligere illa quoad substantiam. Rursus, ergo poterit etiam, quo ad modum, patet consequentia, quia modus ex parte voluntatis non est alius, quā cognitio, Confirmatur, hæreticus discredens alia, credens tamen auctorem supernaturalem, & beatitudinem potest diligere illam. sed hoc fit solum viribus naturæ, quia in illo non sunt auxilia supernaturalia, ad huiusmodi actum ergo. *4. Arg.*

Quinto arg. cognitio quod sit naturalis, vel supernaturalis solum est conditio dilectionis ergo dilectio, siue habita ex cognitione naturali, siue supernaturali est eiusdem specie, consequentia patet, quia ex diuersa cognitione non mutatur species. Antecedēs vero probatur, quia si cognitio esset plusquam conditio charitas viæ, & patriæ distinguereutur specie, cum cognitio sit diuersa scilicet fides, & clara visio, consequens autem est contra illud Pauli, charitas nunquam excedit, tunc vltra dilectio ex cognitione naturali, & supernaturali sunt eiusdem speciei: ergo potest venire vna per augmentum ad perfectionem alterius, vt patet in omnibus intra eandem speciem: ergo si prima habetur viribus naturæ, etiam secunda cum prima possit fieri secunda. Si respondeatur, huiusmodi dilectionem nō variari ex parte cognitionis, vt probat argumentum, sed aliunde. Contra, quia obiectum est idem, & ex illa parte sunt eiusdem speciei, nec potest aliā ratio assignari vnde specifice distinguantur maxime, cū in actibus humanis species ex obiecto desumantur. *5. Arg.* *Solutio.* *Impug.*

In hac re est prima sententia quæ tribuitur Caietano licet non sit sua hic, & opusc. de contrit. quæst. 1. quod potest homo viribus naturæ habere dilectionem supernaturalem, quoad substantiam, non tamen quoad modum, ita vt sit meritoria, illam docet Scot. 3. dist. 29. quæst. 3. Gab. ibidem dub. 2. & Ocam, & alij nominales Duran. q. 2. & in 2. dist. 29. q. 2. & 3. & 5. *1. Sent. Scot. Gabr. Ocam. Duran.*

Secunda sententia est aliorum propter argumenta proposita sufficere *2. Sent.*

ad huiusmodi dilectionem auxilium supernaturale ex parte intellectus, nec requiri intrinsece receptū ex parte volūtatis.

Pro intelligentia dubij notandum est. *Not.* & supponendum contra aliquos, hoc negantes necessario debere admitti distinctionem auctoris naturæ, & gratiæ in ordine ad cognitionem abstractiuam vie, quæ in ordine ad intuitiuam patriæ, nulla talis distinctio reperitur, cum sit impossibile videre Deum, vt auctorem naturę, & non vt gratiæ, & è contra, abtractiua autē cognitio in via diuersa est vna est, vt auctoris naturæ, altera cognitio est vt auctoris gratiæ, plusque requiritur ad vnam quam ad alteram, ad cognitionem Dei, vt auctor naturæ sufficiunt vires naturales, Dei autem, vt auctor gratiæ requiruntur vires supernaturales, vt fides, solum autē restat difficultas: vtrum sicut ex parte intellectus requiritur altius lumen ad Dei cognitionem, vt auctor gratiæ, similiter ex parte voluntatie requiratur altius, & supernaturale auxilium, an vero posito supernaturali ex parte intellectus sufficiat naturale, & æquale ex parte voluntatis ad diligendum Deum, tam auctorem naturæ, quam gratiæ. Si autem *Obiectio.* obijcias, quod sancti, & Concilia nullam distinctio nem agnoscunt Dei auctoris naturæ, & gratiæ, sed indistincte asserunt ad dilectionem Dei necessarium auxilium gratiæ. *Solutio.* Respondetur, loqui de homine de dilectione perfecta Dei in natura ipsa, quę sine auxilio esse non potest, etiam Dei auctoris naturę, vel loquuntur, vt fideles, & id licet non exprimant loquuntur de Deo auctore gratiæ.

1. Concl. Prima conclusio, non potest homo viribus naturæ habere actum dilectionis supernaturalem, quoad substantiam, & modum, ita vt actus tendat sub ratione formali obiecti supernaturalis, & dicatur actus simpliciter supernaturalis. Hæc est de fide, & oppositum est hæresis. Probatur, ad Philip. 2. Deus est, qui operatur in *Ad Phi. 2.* vobis velle. & perficere pro sua voluntate, & 2. ad Thessal. 2. qui diligit nos de- *2. The. 2.* dit consolationem æternam, & spem bonā & 1. Petr. 2. qui regenerauit nos in spem viuam. Quæ loca secundum communem explicationem sanctorum intendunt omnem actū supernaturalem fieri à Deo speciali auxilio supernaturali.

2. Concl. Secunda conclusio, non potest homo viribus naturæ absque gratie, & auxilio supernaturali diligerè Deum auctorem gratiæ dilectione efficaci, & perfecta. Hæc etiam est de Fide, & oppositum hæresis. Probatur ad Rom. 5. charitas Dei *Rom. 5.* diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Santum &c. est quæ definita in Concil. Araus cap. 2. his verbis, credimus esse secundum scripturas, & Patrum traditiones, quod nemo potest diligere Deum sicut oportet, nisi gratia eum, & misericordia diuina preueniat. Idem habetur in Trid. sess. 6. can. 3. & in Concil. Mileuit. *Trid. Conc. Mil.* sess. 5. expræse definitur esse Anathæmā, qui dixerit gratiam dari solum, vt facilius possimus, quod per liberum arbitriū absolute poteramus. Sic docet Agust. lib. de *D. Aug. D. Greg.* grat. & liber arbit. cap. 18. & 19. d Grego. 33. moral. cap. 25. Et ratione probatur primo, quia huiusmodi bonū est omnino in proportionatum: ergo non potest viribus naturæ diligi, etiam hac ratione, vtitur D. Thom. quæstio. 63. art. 3. vt probet necessarias virtutes theologicas. Secundo probatur, quia huiusmodi dilectio perfecta includit propositum efficacem seruandi omnia præcepta, etiam supernaturalia, huiusmodi autem propositum, sine auxilio gratiæ haberi non potest, vt dicetur art. sequenti. Sequitur etiam qualiter debet intelligi D. Thom. 2. *D. Thom.* 2. q. 171. art. 2. ad 3. aliqui enim asserunt Doctorem Sanctum asignare differentiā in supernaturalibus, quod alia sunt, quæ non solum secundum modum, sed etiam secundum substantiam excedunt naturam, vt est miracula facere, & futura contingētia cognoscere. Alia vero sunt, quæ tantum excedūt, quantum ad modum, nō quamtum ad substantiā, vt diligere Deum super omnia, & credere articulos fidei, hæc tantum citatio falsa est, non enim ait D. Thom. misi quod dilectio Dei, & cognitio eiusdem in speculo creaturarum, nō excedit quantum ad substantiam facultatem virium naturalium, vbi expræsse loquitur de dilectione, & cognitione naturali, vt patet in illo verbo, in speculo creaturarum, hanc autem dicit quo ad substantiam etiam, vt excludat modum ex charitate qui viribus naturæ prestari non potest, vt dictum est.

Tertia conclusio, ad huiusmodi dile- *3. Concl.* ctionem formaliter supernaturalem, non sufficit auxilium supernaturale solum ex parte intellectus, sed requiritur etiam intrinsice receptum ex parte voluntatis, & hoc præcipue ad dilectionem Dei super omnia efficacem, & perfectā. Prima pars cōclusionis est certa, & oppositum improbabile. Probatur, requiritur auxilium supernā-

pernaturale, sed hoc necessario debet esse in eadem potentia operante, aliàs enim non erit proportio, cum actu, & obiecto, ergo vt voluntas operetur, in ipsa voluntate debet boni. Secunda pars conclusionis est certior, & oppositum est herror. Probatur, quando quis elicit actum perfectum dilectionis Dei simul habet gratiam, & charitatem, sed charitas subiectatur in voluntate ergo.

4. Concl. D. Thom. Quarta conclusio, posito auxilio supernaturali extrinseco (verbi gratia) promulgatione legis, & prædicatione, & cognitione legis Euangelicæ, potest quis etiam si non habeat auxilium intrinsice receptum habere actum materialiter, & quãtum ad substantiam circa supernaturalia illa desiderando, & diligendo dilectione imperfecta, & inefficaci (verbi gratia) hæreticus sperat, & diligit beatitudinem supernaturalem, cum tamen, nec habeat charitatem, nec spem supernaturalem, quibus posit elicere huiusmodi actus. Hanc existimo Diu. Thom. 3, distin. 27 quæst. 2. art. 4. quæstiuncula, 3. vbi ait, dilectionẽ Dei sine charitate non esse actum virtutis, supponit ergo posse haberi dilectionem Dei sine charitate, quæ ad minus de inefficaci debet explicari, & loquitur de dilectione Dei autoris gratiæ. Et probatur conclusio, nam huiusmodi actus sunt sunt naturales: ergo possunt haberi etiam excluso principio supernaturali. Probatur antecedens, huiusmodi actus regulantur fide humana, quæ naturalis est: inquidem in hæretico non est fides diuina: ergo sunt actus naturales, supernaturalia enim regula naturali regulari non possunt.

Corol. Ex hac conclusione, sequitur huiusmodi dilectionẽ specie differre à dilectione, quæ fit ex charitate, supernaturalia enim & naturalia in vniuersum specie differunt, cum terminentur ab obiectum formaliter diuersum, etiam si realiter sit idẽ, vt patet in cognitione naturali, & supernaturali Dei.

Dub. Si autem interroges, vtrum idem sit dicendum de dilectione imperfecta, quam habet peccator, in quo est fides, & spes supernaturalis, qui tamen non habet charitatem: vtrum illa dilectio specie differat ab ea, quæ à charitate elicitur, cũ enim regula supernaturali reguletur, videlicet fide diuina forsitam alicui apparebit esse eiusdem speciei cum dilectione charitatis, cum vtraque sit in ordine supernaturali.

Resp. Respondetur tamen huiusmodi dilectiones specie differre, sic meo videri sentit D. Thom. supra quæst. 63. artic. 4. vbi ait & vniuersaliter docet omnem dilectionem, quæ ex charitate non procedit specie differre ab ea, quæ fit ex charitate; insuper colligitur ex ipso in add. quæst. 1. art. 7. vbi ait, quod a tritio non potest fieri, contritio ex eo, quod specie differunt; & ex vna ad alteram speciem, non est transitus, ex quo desumitur argumentum. In attritione imbibitur necessario, dilectio imperfecta Dei, & in contritione dilectio perfecta. non enim stat peccatum odire, & Deũ non diligere, eo enim modo, quod primo detestatur peccatum dilligit Deum. Vnde si detestatur imperfecte per atritionem imperfecte dilligit. Si autem perfecte per contritionem perfecte diligit: ergo eodẽ modo loquendum est de dilectione inclusa in atritione, & contrictione, sicut loquimur de ipsa contrictione, & atritinne, ad quas prædicta dilectio consequitur: si ergo attitio, & contritio specie distinguntur: ita vt vna in alteram transire non possit, similiter & dilectiones, cum autem omnino dilectio, quæ in peccatore esse potest non transiliat, limites dilectionis inclusæ in atritione omnis dilectio paccatoris in peccato manentis specie differt à dilectione, quæ est ex charitate iniusto. Insuper probatur, nam habitus, & principia distinguntur per actus, sed principium vtriusq; dilectionis est specie diuersum: ergo & ipsæ specie differunt. Probatur minor, nam principium dilectionis charitatis est habitus charitatis, principium autem dilectionis, quæ est in peccatore non est habitus, sed aliquid habens rationem dispositionis, & auxilij per modum transeuntis, sed habitus, & dispositio specie distinguntur ergo. Verum est tamen inter huiusmodi dilectionem peccatoris, & dilectionẽ charitatis esse aliquam conuenientiam, quæ non est inter dilectionem charitatis, & dilectionem hæretici pure naturalem, cum dilectio peccatoris habentis fidem supernaturalis sit. Quapropter vtraque est in ordine supernaturali, in quo dilectio hærerici, non collocatur, sed hæc conuenientia est in genere inferiori, ad illud in quo cum dilectione naturali dilectio charitatis conueniebat: non autem est conuenientia in specie, sed in genere dilectionis supernaturalis, in quo dilectio naturalis hæreticinon continetur, dilectio ergo peccatoris, & dilectio iusti ex charitate specie distinguntur, & si in eadem specie charitatis videatur habere aliquam conuenientiam illa enim est materia-

rialis solum, quatenus vtraque versatur, circa idem obiectum, etiam supernaturale materialiter sumptum, seruatur tamen distinctio in modo tendendi, qui etiam intra modum supernaturalem diuersus est exemplum est in actu scientiæ, & opinio, nis circa eandem veritatem philosophiæ ex vna parte, & actum logicæ circa ens, rationis ex altera, certum enim est plus differre actum scientiæ philosophiæ ab actu opinionis, etiam circa eandem conclusionem, quam differat ab actu logicæ, cum actus scientiæ Philosophiæ, & actus logicæ conueniant in esse scientiæ, in quo cum actu opinionis non conuenit, nihil ominus negari non potest: maior conuenientia materialis inter actum scientiæ, & opinionis circa eandem conclusionem, quatenus vterque actus versatur circa idē obiectum entis mobilis, in quo non conuenit actus logicæ. Si autē tursus interroges, vtrum quando existens in gratia habet (verbi gratia) attritionem, & aliquem actum dilectionis imperfectæ non procedentē ex habitu charitatis, qui casus possibilis est, si enim non habens charitatem potest habere prædictam dilectionem etiam existens in charitate, quia nō necessario in omni actu ex charitate debet operari, cum etiā multa opera moraliter bona ex charitate non prouenientia possit habere, vt supra dictum est, quæritur ergo: iniſto casu vtrum illa dilectio imperfecta, non proueniens à charitate, sit etiam eiusdem speciei, cum actu charitatis. Respondetur, quod illi qui tenent vt actus sit meritorius sufficere esse à charitate habitualiter hoc est ab existente in charitate etiā si charitas in actum actualiter non influat tenentur consequenter dicere esse eiusdē speciei, si quidem influxus charitatis est in talem actum, ita vt vere dicatur ab illa, sed quia nos supra docuimus esse habitualiter à charitate non sufficere ad meritum, quia hoc est nihil à charitate participare habere enim subiectum charitatem, nihil ponit in illo actu si habitus secundum actum non influat, vnde per accidens in subiecto coniunguntur, & sic iudicandum est de illo actu ac si habitus charitatis in subiecto non esset, ideò consequenter dicendum, esse diuersæ spetiei ab actu charitatis.

Dubium.

Respondet.

2. Corol. Ex dictis in hoc dubio sequitur omnino esse impossibile viribus naturæ impleri præceptum super naturalem diligendi Deum super omnia, etiam quoad substantiam contra Soto 1. de nat. & gra. cap. 22. Quia tale præceptum includit modū super naturalem qui viribus naturæ præstari non potest, nam tale præceptum dicit, quod diligatur Deus ex toto corde, ex tota mente, & ex omnibus viribus animæ, & potentijs, in hoc autem & modus super naturalis includitur, qui vt dictum est, viribus naturæ præstari non potest.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio negatur antecedens, ad primam pronationē respondetur, quod D. Thom. loquitur de homine fideli, posita enim fide in intellectu naturale est voluntati appetere cognita per fidem super naturalia, sed hoc ideò est, quia posita fide in intellectu simul ponitur auxilium in voluntate ad illa appetenda. Si autem per posibile. vel impossibile, posita fide in intellectu non poneretur auxilium in voluntate defectu proportionis voluntas illa non posset appetere, nec de hoc loquitur, D. Thom. sed vt contingit defacto. Ad secundam probationem respondetur, illud esse intelligendum suppositā proportione potentiæ ad obiectum, nec sufficit esse cognitum, sed vltra requiruntur vires in voluntate. Ad tertiam probationem respondetur eodem modo, vltra sufficientem proportionem intellectus requiri sufficientia voluntatis, per auxilium. Si autem communiter dicitur facta sufficienti proportione statim tendere voluntatem, ideò est quia simul cum proportione intellectus ponitur auxilium in voluntate, & per hoc patet ad repllicam ibi factam. Ad confirmationem respondetur, supposita proportione potentiæ facilius esse appetere maius bonum, & auctorem gratiæ quam auctorem naturæ, si autem in voluntate non sit auxilium non est proportio, & sic non solum non est facilius, sed impossibile, qualiter autem potentia non cō currat, nisi eleuata, aut concurrat, vt causa principalis agitur 1. part. quæstion. 12. art. 1.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur conceden do paritatē, sed eodem modo dicimus de appetitu sensitiuo, quod stante aprehensione potest appetitus sequi obiectum aprehensum cognitione sensitiua, quia simul habet appetitus auxilium ad illud prosequendum. Si autem posita aprehensione sensus tolleretur auxilium appetitus non posset appetere. Vndè eodem modo se habet, sicut voluntas respectu intellectus.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum respondetur,

tur admittendo casum, quod stante fide, & auxilio ex parte intellectus posit Deus de sua potentia auferre omne auxilium operādi à volūtate, sed tunc dicimus, quod non operabitur, nec peccabit, quia non tenetur ad impossibile, ex suppositio autem ablationis auxilij impossibile est, quod operetur, nec valet, quod voluntas sit libera, quia hoc debet intelligi positis omnibus requisitis ad operandum, inter necessaria autem potissimum est auxilium Dei. Vndè illo ablato nulla manet libertas. Et

Obiectio. si contra facias argumentum, quod sit casus, quod recipiat auxilium sufficiens voluntatis ad substantiam actus peccati, non autem ad actum bonum currente præcepto talis actus boni, tunc sequitur hominem necessario peccaturum, quia tantum habet auxilium ad substantiam actus mali, nec potest facere bonum ad quod non habet auxilium.

1. Solutio. Nuño. Impug. Ad hoc aliqui respondent, vt Nuño casum esse impossibilem, quia tunc peccatum reduceretur in Deum, cum expositione vnius auxilij, & ablatione alterius nō erat in potestate hominis, non habere actum malum. Sed meo videri, in hoc nulla est repugnantia libere enim Deus confert, vtrumque auxilium, tam respectu boni, quam respectu substantiæ actus mali, nec vnum necessario dependet ab alio. Vndè potest tribuere vnum non tribuendo aliud. Admisso ergo casu respōdetur,

2. Solutio. tunc non necessitari ad peccandum, quia etiam si habeat auxilium sufficiens ad substantiam actus mali potest non operari secundum tale auxiliū, quia liber est in vsu illius: si ergo non prorrumpat in actū malum non peccabit etiam, si non exeat in actum bonum præceptum, cum ad hoc non habeat auxilium, & auxilio ablato sit impossibile operari, & nemo tenetur ad impossibile. Si autem vtatur auxilio ad substantiam actus mali peccabit, quia poterat labore tali auxilio non vti, habet ergo libertatem ad peccare, & non peccare, quia habet libertatem ad facere, & non facere actum malum, non autem habet libertatē ad facere actum bonum, quia ex suppositione non potest facere actum bonum

Ad 1. cōf. defectu auxilij. Ad primam confirmationem respondetur in illo casu negato auxilio voluntati manere, absque omni actu, quia actus, sine auxilio esse non potest.

Ad 2. cōf. Ad secundam confirmationem aliqui respondent casum esse impossibilem, quod intellectus imperet, & voluntas non habeat auxilium ad operandum, quia imperium intellectus prouenit ex motione voluntatis. Vndè iam præsuponitur auxiliū in voluntate ad operandum. Sed ego nullam impossibilitatem inuenio, ad duo potest voluntas auxilium recipere, primo ad mouendum intellectum, vt imperet ipsimet voluntati, secundo recipit auxiliū ad prosequendum actum ab intellectu imperatū, hæc enim diuersa sunt. & vnū prius altero; prior enim est motio voluntrtis respectu intellectus ad operandum quā sit tēdententia voluntatis ad actum imperatū, potest ergo Deus tribuere auxiliū ad primum ablato ad secundum. Et sic tunc respondetur, quod stante imperio voluntas operari non poterit defectu auxilij. Si autem communiter dicitur ad imperium necessariò sequi executionem voluntatis est quia simul cum imperio est auxilium in voluntate ad operandum, illo autem ablato cessat hæc necessitas imò oppositum est necessarium, sicut (verbi gratia) ad claram Dei visionem necessario sequitur amoret fructio, sed hoc est, quia simul stat auxilium voluntatis. Si autem auferretur, talis dilectio non esset necessaria, imò necessarium esset non dilegere, cum diligere, sine auxilio sit impossibile.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. patet ex dictio, quomodo cum auxilio extrinseco solo possit quis habere dilectionē supernaturalē, sed hæc erit imperfecta, & naturalis, vt dictū est in vltima conclusione, nos autem hic loquimur de dilectione supernaturali, quæ sine auxilio in voluntate recepto dicimus impossibilem

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respondetur primo quod tenendo, quod cognitio sit ratio formalis apetitus optime saluari, quo modo dilectio naturalis, & supernaturalis, sint diuersæ speciei, cum cognitiones ex quibus tales dilectiones procedunt sint diuersæ, & sic nunquam vna poterit peruenire ad perfectionem alterius, cum vna speties non transeat in alteram vnde non sequitur, si viribus naturæ, sine auxilio supernaturali recepto potest habere dilectionem naturalem, quod possit habere supernaturalem. Et si contra arguas, quod

Obiectio. charitas viæ, & patriæ est eadē iusta illud Paul. charitas nunquam excidit, & tamē cognitio est diuersę speciei, nempe fides, & clara visio Dei: ergo doctrina tradita est falsa. Respondetur fidem, & claram visiouem Dei distingui, speciei in esse cog-

1. Solutio. nitionis non autem in esse regulæ charitatis, charitas enim non regulatur per se exde, vt obscura est in quo à clara visione

spe-

specie distinguitur, sed vt cognitio Dei est.accidit autem ex subiecto talem cognitionem esse obscuram. Qua propter charitas per se visione regulatur, per accidens autem à fide, & quia de rebus loquẽdum est secundum illa, quæ habent per se dicendum est charitatem viæ, & patriæ esse eandem, quoniam regula per se vtriusque est eadem, distinctio autem vt dictum est, est in aliquo quod per accidẽs se habet ad regulandũ, scilicet in obscuritate. Sed quoniam verius est cognitionem tantum esse conditionem non tamen rationẽ formalem, ideò aliter respondetur ad arg. 2. Solutio. dilectionem naturalem, & supernaturalẽ distingui specie non ex distinctione cognitionis, sed ex distinctione obiecti, non materialis cum sit idem, vt probat argumentum, sed formalis propter diuersum modum tendendi, qui refussus in obiectũ facit ipsum formaliter diuersum. Vnde nunquam vna in alteram transire potest, & sic non valet quod si viribus naturæ potest primam viribus naturæ possit secundam.

Articul.IV.

Vtrùm homo sine gratia per sua naturalia possit implere legis præcepta?

PRIMA conclusio, homo in natura integra poterat implere legis præcepta quantum ad substantiam.

Secunda Conclusio, in natura lapsa non potest implere omnia præcepta legis etiam quantum ad substantiam, sine auxilio gratiæ.

Tertia conclusio, in vtroque statu indiget homo auxilio gratiæ ad implenda præcepta quantum ad modum, vt scilicet ex charitate sint

Dubitatur.I.

De veritate primæ conclusionis, & maxime de eius intelligentia.

1. Arg. PROBATVR esse falsam primo ex D. Augustin. lib. de correct. & grat. c.11. dicente hominem in natura integra indiguisse auxilio gratiæ, vt perseueraret in bono, & lib. de nat. & grat. c. 48. dicit in natura integra indiguisse gratia ad obseruanda omnia præcepta legis.

2. Arg. Secundo arguitur, si homo in illo statu poterat seruare omnia præcepta, hoc erat ratione iustitiæ originalis, ergo ratione alicuius supernaturalis, quia iustitia originalis aliquid supernaturale erat: ergo male dicit D. Thom. hoc habuisse facultate naturæ.

3. Arg. Tertio arg. aut loquitur D. Thom. de præceptis naturalibus, vel supernaturalibus. neutrum istorum: ergo. Probatur minor, quoad primam partem, nam si de naturalibus loquitur, quomodo loquitur vniuersaliter, & indifferenter: dicens; omnia præcepta legis: & etiam si de huiusmodi loquitur quare dicit posse illa quantum ad substantiam, quia etiam naturalia præcepta poterat, quantum ad modum debitum naturæ talis præcepti. Secunda pars minoris probatur, quia si loquitur de præceptis supernaturalibus, non poterat, etiã quantum ad substantiam illa implere (verbi gratia) præceptum fidei, & charitatis, quia in substantia includitur supernaturalitas, quæ facultatem naturæ omnino excedit.

1. Sent. Greg. In hac re Greg. in 2. dist. 29. quæst. vnica, art. 5. concl. 2. tenet contra D. Th. etiam in natura integra non potuisse hominem facultate naturæ seruare omnia præcepta, etiam naturalia quantum ad substãtiam, & ad hoc indiguisse auxilio supernaturali.

2. Sent. Cai. Capreo. Dec. Lob. Victoria. Secunda sententia est domini Caiet. hic, & 22. quæst. 171. art. 2, & Capre. 2. dist. 28. quæst. vnica, circa tertiam cõclu. & Decan. Loban. art. 7. contra lutheranos, item Capreo. 1. dist. 17. q. 27. ad 1, & 2. Aureol. circa primam conclus. & Victoria, vt refertur in alio extremo, quod supposita fide supernaturalium, & lege monstrante huiusmodi præcepta, etiam supernaturalia non est inconueniens dicere posse hominem implere præcepta, etiã supernaturalia, quantum ad substantiam facultate naturæ (verbi gratia) præceptũ fidei, vel Sacramentorum, vt contingit in hæretico suscipiente Sacramentum cuius est præceptum, implet quidem præceptũ quantum ad substantiam, & hoc facultate naturæ.

3. Sent. Tertia sententia, est aliorũ Thomistarum, vt M. Nuño, quod vniuersaliter loquendo, tam de præceptis naturalibus, quam supernaturalibus habet, verum con-

clusio

cluſio D. Thom. & diſtinctio inter hominem in natura integra, & lapſa, quod in natura integra poterat homo omnia præcepta, ſiue naturalia, ſiue ſupernaturalia impleret quantum ad ſubſtantiam, non autẽ in natura corrupta. dicit tamen iſta ſententia, hoc intelligendum eſſe proportionabiliter, præcepta quidem naturalia facultate naturæ ſupernaturalia vero, ſupernaturali auxilio, quod etiam ſi in natura corrupta ponatur homo, per illud ſupernaturalia, etiam quantum ad ſubſtantiam non ſeruabit, vt contingit in exiſtentibus in peccato mortali: certum enim eſt habere auxilium ſufficiens ad obſeruantiam cuiuſcumque præcepti, etiam ſupernaturalis, multa tamen non ſeruantur, etiam quãtum ad ſubſtantiam, niſi agat penitentiã, & reſileat à peccato, quod eſt habere gratiam, ad impletionem aliquorum præceptorum etiam quantum ad ſubſtantiam in naturã currupta eſt neceſſaria gratia, ad illa tamẽ in natura integra ſufficeret auxilium ſupernaturale. & in hoc ponit differentiam vtriuſque ſtatus, D. Thom.

1. Not. Pro intelligentia notandum, quid ſit implere præceptum quantum ad ſubſtantiam, quid vero quantum ad modum, quantum ad ſubſtantiam impletur præceptum præſtando, quod præcipitur ex propria & particulari lege, præſtando inquam precisſe, quod pertinet ad obiectum ſpecificum virtutis cuius eſt præceptum, ſeclusa omni alia circunſtantia, vel bonitate, quæ ab extrinſeco ex ordinatione, vel imperio alterius virtutis ſuperioris prouenire poteſt. Quantum ad modum autem importat non ſolum, quod pertinet ad propriam rationem eſſentialem obiecti, ſed etiam directionem ſuperioris virtutis. Notandum tamen, quod hæc directio, & modus eſt duplex, vt inquit Diu. Thom. ſupra q. 100. art. 10. alter eſt modus proueniens ex directione prudentiæ aqua omnes virtutes diriguntur in finem naturalem, alter autem eſt modus proueniens ex directione charitatis, in vltimum finem ſupernaturalem, Diu. ergo Thom. in præſenti nomine ſubſtantiæ actus in prima concluſione, non ſolum intelligit, quod ad obiectum eſſentialiter pertinet, ſed etiam modum prouenientem ex prudentia, nomine autem modi ſolum intelligit directionem ex charitate, itaque intendit, quod homo in natura integra ex facultate naturæ poterat implere præcepta quantũ ad ſubſtantiam, hoc eſt quantum ad ea, quæ habent ex obiecto, & prudentia dirigente, non autem quantũ ad modum hoc eſt, quantum ad directionem in finem ſupernaturalem.

2. Not. Secundo notandum, præcepta eſſe in duplici differentia alia naturalia, quæ vocamus moralia impoſita à Deo auctore naturæ medio lumine naturali. Alia vero ſũt ſuper naturalia, impoſita à Deo auctore ſuper naturali mediãte lumine fidei, & hæc ſunt induplici differentia, alia quæ dantur de actibus virtutũ, vt fidei, & ſpei &c. Alia vero quæ dantur de Sacramentis ſuſcipiendis.

3. Not. Tertio notandum, nomine gratiæ poſſe intelligi, vel gratiam iuſtificantem, vel auxilium ſupernaturale gratis datum, & non debitum.

4. Not. Quarto notandum, quod præceptum poteſt impleri meritorie, vel abſtrahẽdo à merito, vel non merito, meritorie quidẽ non poteſt impleri, ſine gratia iuſtificante, vt infra dicetur, etiam præceptum naturæ, quæritur autem vtrum abſolute impleri poſsit, ſine gratia.

1. Concl. contra Gregor. illam tenet Curiel Suarez. Magiſter. D. Bona. Ricar. Duran. Gabr. Alenſis. Vega. Bellar. Prima concluſio, homo in natura integra facultate naturæ poterat implere omnia præcepta naturalia quãtũ ad ſubſtantiam modo explicato. Hæc eſt contra Greg. illam tamen tenet Curiel dub. 1. & Suarez hic. cap. 25. eſt quæ cõmunis doctorum, cum Mag. 2. diſt. 14. ibi D. Tho. quæſt. 1. art. 4. & D. Bonau. art. 1. quæſt. 2. Ricar. art. 1. quæſt. 4. Durand. diſt. 28. quæſt. 3. & Gab. ibidem, Alenſis 2. part. quæſt. 90. eſt quæ communis Thomiſtarum, videatur Soto 1. de nat. & gra. ca. 6. Vega lib. 12. ſuper Trid. ca. 21 & Bellar. lib. 1. de gratia primi hominis, clare tamẽ probatur, quia præcepta ſic ſumpta ſunt obiectum proportionatum potentiæ, neque excedunt vires illius ergo poteſt illa ſic implere. Secundo probatur, quoniam Concilia, & Sancti Patres ex eo in natura lapſa negant hominem huiuſmodi præcepta omnia ſeruare poſſe, quia natura infirma eſt, & liberum arbitrium extenuatum, ſed hoc non eſſet in natura integra ergo.

2. Concl. cõtra Cai: illam tenet Conrrado. Medina. Zumel. D. Thom. Secunda concluſio, non poterat homo etiam in natura integra ſeruare præcepta ſupernaturalia facultate naturæ, etiam quantum ad ſubſtantiã. Hæc eſt contra Caiet. eſt tamen Conrradi, & medinæ, & Zumel, & fere omnium communiter hic, & 2. ſtiſt. 28. & probatur primo ex D. Tho. ſupra quæſt. 63. art. 2. ad 2. vbi ait impoſsibile eſſe vitare peccata contra virtutes theologicas, ſine gratia, ex quo

sumitur argumentum, qui facit actum præceptum quantum ad substantiã vitat peccatum contra tale præceptum, sed non potest facultate naturæ secundũ D.Tho. vitare peccatum contra præceptum (verbi gratia) fidei: ergo non potest facultate naturæ habere actũ fidei, etiãquantũ ad substãtiã. Secũdo prob. actus fidei (v.g.) etiã quãtũ ad substãtiã est supernaturalis, vt docet, D.Tho. 22.q.44.art.4.ad primum: ergo non potest facultate naturæ habere talem actum, etiam quantum ad substantiam, supernaturalia enim supra naturalia excessum, & in proportionem habent. Et si contra fatias argumentum, nam substantia actus est vitalis ergo tantum est quantum ad substantiam à principio vitali, principium autem vitale nõ est fides, vel aliud donum supernaturale super additum potentiæ, sed ipsa solum naturalis potentia, quæ vitalitatem habet ergo sola potentia naturalis est productiua substantiæ actus, principium autem supernaturale concurret ad modum supernaturalitatis actus. Respondetur fidem, vel donum supernaturale superadditum potentiæ non esse vitale, vt quod ita, vt separatum à potentia vitaliter operari possit, est tamen vitale, vt quo quatenus est principiũ potentiæ operandi vitaliter actũ, quẽ sine tali principio superaddito operari nõ posset. Vnde vitalitas actus nõ potentiæ naturalis precise, sed potẽtię eleuatæ per tale donũ correspõdet. Vel secũdo resp. dato, quod vitalitas solũ correspõderet potẽtiæ nudæ (quod omnino existimo falsum) actum quidem esse præceptum non precise, vt habens vitalitatem, sed etiam, vt includit supernaturalitatem. Vnde supernaturalitas intrat substantiam actus in esse præcepti, licet non intret substantiam actus in esse vitalis. Quapropter facultate naturæ potentiæ non potest implere tale præceptum, etiam quantum ad substantiam, quoniam vt dictum est, in substantia præcepti intrat ille modus, qui viribus naturæ attingi non potest. Pro cuius maiori intelligentia. Not. D.Th vbi supraq. 100.artic.9.& 10. quod modus supernaturalis actui proueniens est duplex, alius proprius, & particularis virtutis supernaturalis pertinens ad propriam speciem illius, alius autem generalis proueniens à charitate, primus quidem modus cadit sub præcepto uirtutis, nec sine illo impletur præceptum, etiam quantum ad substantiam, quoniam ille modus, vt dictum est, ad substantiam præcepti pertinet, secundus autem modus non cadit sub præcepto aliarum virtutum, quia finis sub præcepto non cadit, finis autem præcepti est charitas, vt ait Paul. modus autem charitatis extra præceptum est, & sine illo substantia præcepti impleri potest. Etsi adhuc instes, sit casus quod quis haberet actum (verbi gratia) fidei precise, secundum vitalitatem, sine modo non solum charitatis, sed etiam sine illo modo, quem vos dicitis pertinere ad propriã speciem, & cadere sub præcepto, tunc ille nõ peccaret habendo talem actum: siquidem tale opus esset bonum, & nihilominus nõ haberet modum prædictum: ergo talis modus non cadit sub præcepto, aliàs enim peccaret, & frangeret præceptum non habendo talem modum. Resp. nillo casu illũ actum esse malum, non commissiue, sed omissiue defectu illius modi intrinseci, & propriè requisiti ad implectionem præcepti.

Obiectio. Solutio. Obiectio. Solutio.

Ex his sequitur confutatio eorũdam nouæ sententiæ asserentis potentiam ex coniunctione iustitiæ originalis propria facultate, & perfectione inde proueniente posse implere, etiam præcepta supernaturalia, quantum ad substantiam, itaque licet id non possit seorsum sumpta, potest tamen intra proprios limites perfectæ naturæ ex coniunctione iustitiæ, hæc sententia fictitia est, nam illa perfectio proueniens ex tali coniunctione, vel est naturalis, vel supernaturalis, si natutalis limites obiecti naturalis transilire non potest, cũ naturalis ad supernaturalem nulla sit proportio, si autem sit perfectio supernaturalis non verificatur, quod facultate naturę, & sine auxilio supernaturali substantiam operis supernaturalis attingat, eo vel maxime, quod vt supra patet ex Diu. Thom. auxilium debet proportionari formæ, & virtuti operandi: si ergo forma & virtus operandi est supernaturalis illa perfectio auxilij requisita ad operandum debet etiam esse supernaturales.

Corol.

Tertia conc. meritorie nullũ prœceptũ naturale, nec supernaturale impleri potest, sine gratia iustificante, abstrahendo autẽ à merito aliqua præcepta supernaturalia, siue virtutum, siue Sacramentorũ, impleri possunt, sine gratia iustificante, solum cum auxilio supernaturali, alia vero impleri non possunt, sine gratia instificante. Prima pars constabit infra. Secunda pars est manifesta in actu fidei, & spei elicito à peccatore incipiente iustificari, tunc enim credens, & sperans consecuturum veniã implet præceptum fidei, & spei ante iustificationem,

3. Conc.

Not.

ficatione, vt docet D.Tho.supra quæst. 65.ar.4 & 22.quæst.6.ar.2.similiter patet in suceptione Sacramentorum, quæ mortuorum appellãtur, ante gratiæ enim infusionem impletut præceptum susceptionis illorum, & maxime patet quando fit Sacramentum informe. Tertia pars patet in impletione præcepti charitatis, quod extra gratiam iustificantem impleri non potest, quia charitas, sine gratia iustificante non est, iuxta illud prob.8. Ego diligentes me diligo, & Ioan.4. Qui manet in charitate in Deo manet: & Deus in eo. Similiter patet in susceptione Sacramentorum, quæ viuorum appellãtur, susceptio enim illorum non implet præceptum diuinum (verbi gratia) qui communicat in peccato, quia tenetur in gratia communicare, cũ sit conbibium amici, quod probatur Ioan.6. Qui mãducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo, & 1.Corint.11. Probet autẽ se ipsum homo, & sic de pane illo edat. Dixi autem non implere præceptum diuinũ quia ecclesiasticum implet, cum hoc solum determinet tempus. Vnde si illo tempore communicet, etiã in peccato implet Ecclesiasticum licet non diuinum. Vnde si ponatur ex communicatio contra non cõmunicantes, non incurritur à communicãtein pecato, quia ponitur ex cõmunicatio cõtra frangẽtes præceptum Ecclesiasticum, & ille non frangit.

Prob.8. Ioan.4.

4. Conc. Quarta conclusio, explicatio tertiæ sententiæ non est legitima, neque ad mentem, D.Thom. Prouatur, nam, vel loquitur de præceptis actuum concommitantiũ gratiam, vel eorum, quæ sine gratia iustificante esse possunt, quantum ad substantiam præcepti, si primo modo intelligat, sicut in natura lapsa existens in pecato talia præcepta implere non potest, nisi penitendo, & redeundo ad gratiam, ita nec in natura integra id potest, nisi simul gratiã iustificantẽ intelligamus in subiecto (verbi gratia) sicut existens in peccato non potest implere præceptum contritionis, nisi in gratia, quia contritio necessario cõmitatur ipsam, ita nec in natura integra poterat implere præceptum charitatis nisi ex gratia, quia sine ipsa actus charitatis esse non potest etiam quantum ad substantiam. Si autem loquatur de actibus preceptis, qui quantum ad substantiam, sine gratia iustificante esse possunt, tunc sicut in natura integra ex solo auxilio supernaturali poterat homo illa facere, quantum ad substantiam etiam gratia iustificante non intellecta, ita existens in peccato, sine gratia iustificante ex auxilio supernaturali, illa præstare potest. Secundo probatur, vel illa sententia loquitur de existente in peccato, cum auxilio supernaturali solum sufficienti, vel cum efficaci, si cum sufficienti solum, licet de facto non operetur, potest tamen operari. Hoc enim est esse auxilium sufficiens, nec amplius habet in natura integra, cum auxilio solum sufficienti. Si autem ponatur efficax in vtroque statu de facto operabitur: ergo non ponitur differentia ex suppositione supernaturalis auxilij in vtroque statu. Tertio probatur, vt patet ex discursu articulorum Diu. Th. nomine gratiæ non intelligit iustificantem precise, sed etiam, vt se extendit ad auxilium supernaturale, sed in corpore artic. ponit differentiam vtriusque status, quod in natura corrupta requiritur gratia, ad implenda omnia præcepta naturalia; in natura autem integra potest omnia, quantum ad substantiam etiam, sine gratia, ergo intendit excludere in illo statu omne auxilium supernaturale, quod intelligit nomine gratiæ, & quod facultate naturæ possit omnia quantum ad substantiam implere. Etsi cõtra facias argumentum de sumptum ex ratione D.Thom. Inquit enim, quod homo in illo statu poterat non peccasse: ergo poterat omnia præcepta implere, sed peccata, quæ tunc esse porerant non solum erãt contra præcepta naturalia, sed etiam contra supernaturalia: ergo si poterat, nullũ poccatum facere poterat omnia præcepta etiam supernaturalia implere, & hoc intẽdit Diu. Thom. Respondetur verum esse, tunc esse præcepta naturalia, & supernaturalia, & contra omnia posse peccare, tamen quando dicit D.Th. quod tunc poterat non peccare, non loquitur vniuersaliter, vt comprehendat, etiam peccata contra præcepta supernaturalia. sed loquitur vniuersaliter de peccatis contra præcepta naturalia, quia intendit examinare vires naturæ naturalis in quãtũ in natura integra, vel corrupta se extendere possint. Vnde argumentum ab ipso positum habet hunc sensum facultate naturæ poterat non peccare contra præcepta naturalia: ergo facultate natnræ poterat omnia præcepta naturalia implere, quia non est non peccare, nisi præceptum implendo.

Obiectio.

Solutio.

Corol. Ex hoc sequitur legitima explicatio D.Thom. & distintio inter primam, & secundam conclusionem, hoc est inter hominem in natura integra, & corrupta, loquitur

quitur enim de præceptis naturalibus, & de homine ex facultate naturæ, quod in natura integra facultate naturæ poterat implere omnia præcepta naturalia, etiam collectiue, in natura autem corrupta omnia collectiue, etiam naturalia absque auxilio supernaturali implere non potest, & est communis omnium explicatio.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio respondetur, quod Aguſt. loquitur de obseruantia naturaliũ, & supernaturaliũ, & de perseuerantiæ dono, etiam in rectitudine naturali, quod dedisset Deus homini, si in peccatũ non incidisset, ad quod certum est, requiri auxilium gratiæ pro vt rectitudo naturalis connexa erat supernaturali: nam alias etiam perseuerantiam in bono naturali viribus naturæ habere posset.

Ad 2. arg. Ad secundum Respondetur, quod licet omnia collectiue implere non poterat nisi ex iustitia sanante naturam, dicitur tamen id posse facultate naturę, quia ad hoc non erat necessaria iustitia, vt supernaturalis, sed vt donum naturale naturam sanans, vt supra explicatum est.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. iam dictum est, quod D. Thom. loquitur de præceptis naturalibus, dicitur tamen posse illa seruare, quantum ad substantiam non quia, non posset præstare modum proprium, & intrinsecũ cuiuscumque præcepti, imò etiam extrinsecum naturalem prouenientem ex prudentia, sed quia non poterat facultate naturæ prestare modum extrinsecum proueniẽtẽ ex charitate respectu cuius modi, cętera substantiam appellat.

Dubium II.

Vtrùm homo in natura lapsa, sine auxilio supernaturali possit seruare omnia præcepta naturalia, etiam collectiue, quantum ad substantiam?

1. Arg. PROBATVR, quod sic primo, homo in natura lapsa est liber; ergo potest omnia præcepta naturalia seruare. consequentia patet, quia in hoc consistit libertas, Antecedens vero probatur, Genes. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, vbi Dominus loquebatur, cum Cain lapso, & in peccato, similiter ex Ecclesiast. 15. Deus constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, & subdit, si volueris mandata seruare conseruabunt te, ad quod volueris porrige manum tuam à possui tibi aquam, & ignem. Ratione etiam patet antecedens, nam si non esset in omnibus liber homo non peccaret, cum secundum Aguſt. in tantũ sit peccatum in quantum est voluntarium, & in necessarijs, nec mereamur, nec demereamur.

2. Arg. Secundo arg. omnia præcepta naturalia sunt homini proportionata: ergo potest viribus naturę seruare illa, cõsequẽtia patet, quia quelibet potẽtia potest in suũ obiectum. Antecedens vero probatur, tũ ex Paul. ad Rom. 2. Gentes quæ legẽ nõ habent naturaliter, quæ legis sunt faciũt, ipsi enim, sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptũ in cordibus suis &c. vbi Paul. loquitur de præceptis naturalibus, & de homine secundum vires naturæ, vt explicat D. Chrisost. quia loquitur, cum gentibus Deum non cognoscentibus. Tũ etiam patet ex illo Deut. Mandatum hoc, quod ego precipio tibi, non est suprate. Vbi loquebatur de præceptis decalogi. Tum tertio ratione, quia ex eo talia præcepta naturalia dicuntur, quia sunt conaturalia, & proportionata

3. Arg. Tertiò arg. potentia moralis, quam habet homo ad seruanda præcepta est infinita sincathegorematice: ergo potest omnia etiam collectiue, consequentia patet, quia infinitas sincathegorematica in hoc consistit, quod non tot quin plura, & nullum detur, quod non possit. Antecedens probatur, quia si huiusmodi infinitatem non habet: ergo datur aliquod præceptum, quod non possit seruare, quod est erroneum, quia tunc homo teneretur ad impossibile. *Solutio.* Si respondeatur, nullum dari præceptum in particulari, quod non posset seruare, esse tamen potentiam terminatam extrinsece: ita vt sit verum dicere, quod in totum tempus non potest perseuerare, vel ad obseruantiam tot mandatorum, non potest peruenire. *Impug.* Contra arg. nam sit tempus integrũ (verbi gratia) vnius mensis, & quod seruet præcepta per triginta dies, & viginti tres horas, tunc potest seruare in vigesima quarta hora: ergo poterit per omne tẽpus. Antecedens probatur, quia non potest assignari impossibilitas magis respectu illius horæ, quam totius temporis præcedentis eo, vel maxime, quod potentior, est,

est, tunc quam tempore præcedenti, cum ex exercitiũ actuum virtutum homo fiat potentior, cum adquirantur actus inclinãtes ad bene operandum, & sic melius poterit in illa hora vltima, quam tempore præcedenti.

4. Arg. Quarto arg potest homo seruare hoc præceptum, & hoc præceptum, & sic de singulis: ergo potest seruare omne præceptum: ista enim consequentia, tenet per inductionem, qui dicunt esse cõsequẽtiã formalem, & simile argumentum, potest fieri de tempore, quo currit præceptum. Si respondeatur probare argumentũ, quod possit omne diuisiue: tunc enim est bona consequentia, non autem collectiue, quia tunc vitiatur consequentia, vt patet ex sumulis. *Solutio.* *Impug.* Contra arg. quia nihil amplius importat collectiue, quam diuisiue: ergo si potest omne diuisiue poterit collectiue. Antecedens probatur, quia solum distinguntur, in modo loquendi in re autem nõ assignabitur, quid amplius importat. Secundo probatur antecedens, quia si quis seruet omnia diuisiue, seruat omnia collectiue: ergo prorsus sunt idem. Istud antecedens probatur, quia si seruet omnia diuisiue, nullum omisit, ergo seruat omne collectiue, hoc est enim collectiue omne seruare, quod nullum omittat. Tertio probatur, primum antecedens, nam omnia collectiue sunt eiusdem rationis, & in eadem specie adque diuisiue, ergo quantum ad implationem sunt omnino idem istud antecedens, patet, quia nec collectiue important naturam distinctam, nec aliquid superioris ordinis. *1. Conf.* Confirmatur primo, quia non solum præcipiuntur diuisiue, sed etiã collectiue, poterit ergo qui nullum omittere, ergo potest omnia, etiam collectiue alias teneretur ad impossibile. *2. Conf.* Confirmatur secundo, præcepta numquam occurrunt, simul sed successiue, ergo si successiue, & diuisiue quodlibet potest, omnia absolute potest, quia omnia simul collectiue, numquam occurrunt, qui plura argumenta desiderat, videat Diuu. Thom. 24. de verit. art. 12. & Medinam hic.

1. Sent. Scoti. Gab. Duran. Propter argumenta facta Scotus in 2. distin. 28. quæstion. 1. Gabri. ibidem, quæstion. vnica, artic. 1. Duran. ibidem, quæstion. 3. & 4. tenet viribus naturæ posse hominem per totam vitam seruare totam legem naturalem, & nunquam peccare contra illam.

2. Sent. Greg. Secunda sententia est in alio extremo in natura lapsa, non posse hominem, sine auxilio supernaturali facere aliquod opus bonum implctiuum præcepti, etiam quantum ad substantiam. Hanc tenet Gregor. in 2. distinctio. 26. de qua sententia supra diximus, articul. secundo.

1. Not. Pro intelligentia notandum, primo qualiter aliud sit habere propositum seruandi omnia præcepta, aliud vero de facto illa seruare, istud enim difficilius est illo, maxima enim interest distãtia inter propositum, & factum, multa enim proposita intereunt ante factum, ideò ergo postquam Diuu. Thom. egit de potentia ad diligendam Deum super omnia ex viribus naturæ, in qua propositum seruandi omnia præcepta continetur merito procedit, vt ágat de potentia ad seruandum de facto alia præcepta.

2. Not. Secundo notandum, quod supra dictum est de obseruantia omnium collectiue, vel diuisiue, & similiter de potentia physica, & morali de potentia, quidem physica certum est posse omnia præcepta naturalia seruare, tam collectiue, quam diuisiue, cum terminos naturæ, non transcendant, restat autem de potentia morali examinare.

1. Concl. Prima conclusio, homo in natura lapsa, etiam in peccato existens, potest aliqua, & non multa præcepta naturalia implere. Hanc tenent omnes quos vitabimus conclusione sequenti. Et patet nam, vt supra dictum est, homo post lapsum, etiam si manserit, secundum potentias infirmus, & debilis non tamen omnino impotens: ergo poterit aliqua operari, quæ proprium obiectum, & potentiam non excedunt, qualia sunt præcepta naturalia. Secundo probatur, quia vt supra dictum est articul. 2. homo potest viribus naturæ facere multa opera moraliter bona, sed per illa multoties impletur præceptum: ergo viribus naturæ aliqua præcepta naturalia implere potest. Minor probatur ex Diuu. Thom. supra quæstion. 100. articul. 10. & 2. 2. quæstion. 44. articul. 4. ad primum, & hoc eleganter explicat Soto, 2. de iust. quæst. 3. art. 9. & 10. Tertio probatur, quia etiam literatissimi existimant se implere præcepta extra gratiã, nec de hoc se accusant in confessione pro certo habentes, non requiri esse in gratia, vt præcepta impleantur. *D. Thom.* *Soto.*

2. Concl. Secunda conclusio, non potest homo

in natura lapsa viribus naturæ implere omnia præcepta, etiam naturalia collecti ue per totam vitam imo, nec per longum tempus perseuerare. Hæc est D.Thom. hic & 3.contra gent.cap.160. & quæst. 4.de verit.art.12.est quæ communis inter Scholasticos,cum Magist. in 2.dist. 26.& sequentibus,illam tenet D.Bonauen.ibi Marsil.quæst.18.art.2.Henrr. quodl.5.quæst.2.Egid.dist.28.quæstio. 4.Ricard.dist.28.art.7.Vega,de iustificat.quæst.13.conclu.6.Soto, 1.de nat. & grat.capit.22.vbi probat oppositum redolere hæresim Pelagianam, & probatur.Thren.1.peccatum peccabit Hierusalem,propterea in stabilis facta est,& Ecclesiast.27.num.4.Si non in timore Domini tenueris fe instanter cito subuertetur domus tua,& Esai.57.num.7.Abscondite faciem meam,& indignatus sum, & abijt profugus in viam cordis sui.Et ad Roman.7.quis me liberabit de corpore mortis huius gratia Dei per Iesum Christum.Sic etiam definitur in Concil.Tolet.3.can.2.in African.1.Epist ad Mocontium primum,in Milleuit.can.3. & 4.& 5.vbi sic habetur,si quis dixerit hominem indigere gratia,tantum ad facilius implendum legem,& non ad simpliciter implendam Anathema sit.Idem habetur in Arausi.can.22.& in Triden.sessio.6. Si respondeatur cum contrarijs,hæc loca intelligenda esse de impletione supernaturalium præceptorum. Contra arg. quia concilia intendunt assignare differentiam inter hominem in natura integra, & natura lapsa: ergo loquuntur de præceptis naturalibus,nam de supernaturalibus, par ratio est:siquidem in nullo statu potest,sine auxilio supernaturali.Item,quia hæc explicatio est contra Diu.August. frequenter citatum contra Pelagium præcipue lib.3.quæst.quæstion.53. vbi negat præcepta decalogi posse seruari viribus naturæ,idem habet Ambr. ad Rom. 7.In illa verba,velle adiacet mihi, &c.& Psalmo 118.serm.11.in illa verba,viuifica me,& custodiam sermones tuos,aduertens quam recte expoſcat Dauid,vt viuificetur, vt polliceatur custodire legem Dei,Diu.Chrisost.homil.33.imperfecti,vbi docet,quod sicut nauis amisso clauo,& gubernaculo non quo tendebat,sed quo tempestas impellit iactatur,& mouetur:ita peccator amissa gratia, & charitate,quod est gubernaculum hominis Christiani non ad vitam eternam tendit, sed quo diabolus vult mouetur, quæ sententia non est intelligenda, nisi sano modo, quia non intendit tollere libertatem, sed ponere necessitatem gratiæ, Diuu. Hieron.Epistol.ad Thæsifontem, Diu. Cregor.homil.11.super Ezechiel,capit.15. & in Epist.90.Diu.August.quæ approbata est in Concil.Cartag. Oppositum huius censetur inter errores Pelagij. Si respondeas huiusmodi intelligenda esse de auxilio generali naturali, non autem de supernaturali.Contra arg. quia Pelagius non negabat,hoc auxilium esse necessarium,cum ergo definiatur contra ipsum intenditur ponere auxilium supernaturale. Hanc conclusionem confirmat illud,Diu.Gregor.peccatum,quod per pœnitentiam non deletur mox suo pondere in aliud trahit. Secundo probatur, ratione Diuu.Thom.3.contra Gent.c.160. Homo per peccatum est auersus à Deo,& regula rationis,& conuersus in finem creatum,ergo quando res se offerũt præcipue conuenientes tali fini cui conuersus est illa sequætur,nisi per auxilium supernaturale Dei retrahatur:ergo peccabit,& trãsgredietur præceptum,de hac ratione videte.ibi Ferraram. Tertio probatur, ex continua sugestione Dæmonum,etiã ex infirmitate,& vulnere contracto ex peccato,qui enim infirmus est non omnes operationes recte potest exercere. Item ex illo axioma necessum est defectibile aliquando deficere.Item ex illo,corruptibile necesse est aliquando corrumpi. Quarto probatur,exemplis,qui enim peritissimus est in numerando:si quotidie numeret non est possibile aliquando, sine errore numerare.Item etiam,si quis peritus sit in ludo aliquando ab æquali, imò a minus sapienti vincitur, & non potest semper vincere.

D.Thom. *Magist.* *D.Bona.* *Marsi.* *Henrri.* *Egidius.* *Ricardo.* *Vega.* *Soto.* *Thren.1.* *Eccle.27.* *Esei.57.* *Rom.7.* *Conci.Tolet.III.* *Conci.Mile.* *Concil.Arausi.* *Ceac.Tri.* *Solutio.* *Impug.* *D.Aug.* *D.Amb.* *D.Hiero.* *D.Greg.* *D.Aug.* *Solutio.* *Impug.* *D.Greg.* *D.Thom.*

Tertia concl.non potest homo in natura lapsa seruare omnia præcepta, etiam diuisiue viribus naturæ regulariter,& moraliter loquendo.Itaque aliquando cõcurrit aliquod præceptum:ita difficile insurgente,tam vehementi passione, circa aliquod obiectum, ad quod homo naturaliter inclinatur,qnod moraliter illud viribus naturæ implere non possit,nam potẽtiæ sanæ est posse operari perfectissimos, vel difficiles actus,cum ergo potentia infirma sit,huiusmodi actum, ita difficilem exercere non poterit.Quapropter in oratione dicitur,& ne nos in ducas intentationem,quod sancti intelligunt de necessitate

3.Concl.

sitate auxilij ad tentationes multoties vincendas, etiam circa naturalia. Secundo probatur, in præcepto dilectionis Dei super omnia. De quo supra diximus, sine auxilio supernaturali seruari non posse, de hac conclusio. Videte Medina hic conclusio. 4. Et si contra illam facias argumentum, quia si non est morale posse seruare omnia præcepta naturalia collectiue, imò aliqua in particulari signata: ergo talia non implere nullum erit peccatum: tum, quia nemo tenetur ad impossibile, tum etiam, quia de ratione peccati est moralitas. Vndè si non est morale seruare illa, nec peccatum. Respondetur morale summi dupliciter primo, vt importat actum voluntatis liberum, secundū quod distinguitur morale à naturali, alio modo summitur morale pro eo, quod regulariter communiter, & vt in plurimum contingit in moribus, hic non summitur morale primo modo, libere enim quis ex sua voluntate transgredietur, quodcumque præceptum, & sic in omni transgresione peccat, & ista moralitas inseparabilis est a peccato, & virtute, dicimus tamen respectu difficilium præceptorum habere impotentiam moralem, quia extra communem cursum, & extra illud, quod regulariter contingit, & de facto. nunquam est talia præcepta viribus naturæ implere.

Vide Medinam.

Obiectio.

Solutio.

4. Concl. D. Thom. Curiel. Vazquez. Lorca.

Quarta conclusio, absolute concedendum est posse hominem in quocumque statu, & ocasione seruare omnia præcepta naturalia, & vitare omnia peccata. Aliud enim est, quod non possit viribus naturæ, aliud vero, quod absolute hoc nō possit, primum est verum, secundum est falsum, quia vt absolute possit sufficit posse ex auxilio supernaturali Dei. quod prę sto adest Deus conferre, & semper quantum ex parte sui est, ofert illud, vide Diu. Thom. 3. part. quæst. 8. artic. 3. ad primū, vbi ait nostram potestatem fundari in virtute Christi auxiliantis, & in potestate nostræ voluntatis. Item vide illum 2. 2. quæstion. 2. art. 5. ad primum, vbi ait, ad multa teneri hominem, quæ non sunt in potestate naturali, dicitur tamē illa posse, quia potest ex auxilio Dei, & sic dicit non excussari, resolutionem huius dubij, tenet Curiel. dub. 2. Vazquez disputatio. 196. cap. 3. Suarez, lib. capit. 26. & Lorca disputatio. 6.

2. Corol.

Ex hac conclusione sequitur, non licere alicui habere propositum non seruandi omnia præcepta, quia sufficit posse ex auxilio, vt non possit velle oppositum, si tamen adsit, habeo propositum nō seruandi omnia, vel difficilima proprijs viribus non peccabit, quia non tenetur velle impossibile quale est illa proprijs viribus seruare.

2. Corol.

Secundo sequitur, posse hominem habere propositum, numquam vitandi omnia venialia collectiue, sine hoc, quod peccet in tali vollitione, quia vitare omnia venialia, non potest, neque ex proprijs viribus, neque ex auxilio supernaturali, quod Deus offerat, quia ad hoc requiritur auxilium extraordinarium, & rarum, quod Deus solum beatæ Mariæ præstauit: ergo non tenetur habere tale propositum, numquam peccandi venialiter, quia tale propositū est alicuius impossibilis absolute: siquidem impossibile, secundum vires naturales, & supernaturales est, Si contra prædicta facias argumentum, nam si huiusmodi tantum potest homo ex auxilio Dei: ergo absolute, dicendum est non posse: Respondere enim, quod præsto est Deus conferre auxilium, nihil valet, quia multoties Deus oppositum decernit, & se determinat, tale auxilium non præstare: ergo tunc homo absolute non potest, neque est liber in impletione talis præcepti. Respondetur, semper sua culpa esse non habere auxilium, quia non vult recipere, quando Deus offert, vel quia in pœnam præcedentis peccati est, quod Deus neget. Vndè semper non habere in culpam illius reducitur, sic dicitur auxilium esse in sua potestate, & absolute posse illud, ad quod auxilium requiritur, sicut & Dæmones tentando homines grauiter peccant, & liberi sunt in tali peccato licet ad illud vitandum supernaturaliter, non auxilientur, quia hoc est in pœnam prauæ electionis superbiæ, quam Dæmon habuit in principio, ratione cuius mansit obstinatus: homines autem in hac vita, licet magis peccando non omnino obstinentur attenuatur tamen liberum arbitrium, & vires, per hoc quodmultoties in pœnam peccatorum auxilium denegatur, non tamen minus peccant, quia sua culpa est negatio talis auxilij, & talem infirmitatē volūtarie cōtraxerūt. Ex quo sequitur minorē esse libertatē, hoc est minus perfectā in peccato, quā in actu virtutis licet, vt dictum est, illa diminutio non excusset. Hoc corolarium manifestum est, nam in peccato interuenit potentia, sine auxilio supernaturali, in actu autem virtutis potentia auxiliata: cer-

Not.

Obiectio.

Solutio.

tum autem est libertatem auxilio esse perfectam, non solum enim libertas auxilio, non minuitur, sed augetur, & perficitur, & quod iustior est liberior est, & confirmatus in gratia ex perfectiori auxilio perfectiorem libertatem habet magis assimilatam Deo retractatam à malo, & tendẽtem ad bonum.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio respondetur, probare libertatem respectu omnium, non tamen potentiam moralem, vt dictum est, moraliter enim ex infirmitate, & impedimentis ex tentationibus multa, non potest respectu quorum absolute est liber. Vel secundo respondetur, probare de omnibus diuisiue regulariter loquendo, nam & aliqua difficiliora, non potest moraliter, vt dictum est, non autem probat de omnibus collectiue respectu quorum non est liber precisio auxilio.

2. Solutio.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum, negatur antecedens, ad primam probationem respondetur, loqui Diu. Paulum de gentibus non priuatis auxilio, sed lege scripta, & Sacramentis illius carentibus. Vnde loquebatur arguendo à fortiori, quod si gentes lege non accepta mandata naturalia seruabant, quanto magis, qui legem acceperant, hoc debebant exequi, vel loquitur de præceptis regulariter non de omnibus vniuersaliter, etiam diuisiue. Ad secundam respondetur, similiter non loqui de potentia auxilio destituta, sed inquit non est supra te: quia ego semper auxiliatus sum tibi, vel si loquitur de potentia nuda intendit continentiam præceptorum intra proprium obiectum naturale, & commensurationem specificam, in praxi autem ex infirmitate, & occasionibus multoties consurgit improportio, vel tertio explicat libertatem, non tamen moralem potentiam, licet habeat absolutam, vt dictum est. Ad tertiam respondetur, dici connaturalia præcepta, ex parte obiecti, quia obiectum naturale, non trascendunt, non autem ex parte subiecti, quasi vltra vires naturales supernaturales non requirantur ad omnia seruanda.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum respondetur, quod si potentia consideretur absolutè est infinita sincathegorematice, quia vt dictum est, respectu omnium quodcumque signetur habet libertatem. Si autem consideretur moraliter ex infirmitate, & tentationibus aliquando perueniet ad non posse moraliter, & ex communi concursu. Ad replicam positam in argumento respondetur, quod etiam si per totum tempus præcedens legem seruauerit potest peruenire ad aliquod in quo moraliter non possit ex infirmitate, & vehæmenti tentatione. Ad replicam respondetur, quod licet ex obseruantia præcedentium redatur fortior ex parte subiecti per adquisitionem habitus, & a suefactionem, ex parte tamen obiecti crescit difficultas, quia difficilius est seruare quatuor, quam duo, & hoc experientia patet, si quis enim sufferat ex probrantem duabus, vel tribus vicibus, quarta vice deficit potentia ex augmento oprobrij, licet priora sufferet do potentia creuerit. Vel secundo respondetur, etiam ex parte subiecti diminui vires, qui licet ex vnâ parte crescant ex alia diminuuntur, per laxitudinem, & laborem obseruantiæ priorum, itaque licet habitus augeantur, quia tamen potentia in operando dependet ex dispositione corporis, corpore laxato, & labore oppresso, maxime si tentatio crescat, non potest moraliter, etiam si vires spirituales ex parte habitus sint maiores. Quapropter Aristoteles in Ethi. & Plato dixerunt, ad quod est viuere secundum rationem requiri motus internos auctoris naturæ, quasi adumbrantes necessitatem auxilij supernaturalis, quod nos ponimus. De quo vide Ferrariam. 3. contra gent. cap. 81.

Aristo. Plato.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum respondetur, vbi negando consequentiam, ad primam probationem respondetur, & dicitur omnia collectiue importare aliquid, quod non important diuisiue, videlicet maiorem difficultatem ex lassitudine, & labore, &c. Quæ in illis diuisiue, non importantur: siquidem nõ ita lassabitur in hoc, vel in illo, sicut in omnibus. Vndè simul in omnibus est impossibilitas moralis prædicta, quæ non est in hoc, vel in illo. Ad secundam probationem, non admittitur, quod quis seruet omnia diuisiue, quia tunc seruaret etiam collectiue, vt probat argumentum, quia collectio inseparabilis est ab omnibus. Vndè potentia omnium diuisiue nõ habet actũ completum, sed imcõpletũ, per hoc quod possit seruare, vel hoc, vel illud, quodcũq; signetur, nõ autẽ omnia, quia tunc non solũ erunt diuisiue, sed etiã collectiue, exemplum enim est in omnipotẽtia Dei, non enim habet actum completum, & adæquatum producendo omnia, sed in adæquatum quatenus, quamcumque seorsum creaturam, potest produ-

cere.

cere. Ad tertium dicitur, quod licèt tam collectiue, quam diuisiue sint eiusdem speciei, & consequenter specifice omnia proporcionentur indiuidualiter, tamen ratione infirmitatis naturæ omnia collectiue, non proportionantur ex maiori difficultate morali explicata. Vel secundo respondetur, ad hæc omnia iusta nostras conclusiones, negando antecedens, quod possit quodlibet in particulari, quia vt dictum est, aliqua præcepta sunt difficiliora, vt in aliqua occasione, sine auxilio supernaturali seruari non possint, & sic cessat consequentis, & vis argumenti. Ad primam confirmationem respondetur, non esse speciale præceptum omnium collectiue præter singula præcepta. Vnde non est aliqua obligatio distincta ab obligatione diuisiua cuiuscumque in particulari. Ad secundam confirmationem respondetur, quod licet nunquam omnia simul occurrant occurrit tamen aliquod, quod ex suppositione laxitudinis causatæ ex obseruantia aliorum moraliter seruari non possit sine auxilio supernaturali.

Ad 1. cõf.

Ad 2. cõf.

Dubium III.

Vtrùm ad obseruantiam præceptorum supernaturalium vel omnium naturalium requiratur auxilium gratiæ iustificantis, vel sufficiat auxilium, per modum auxilij non iustificans?

1. *Arg.* PROBATVR hoc secundum, primo, post peccatum non tenetur, quis statim agere pœnitentiam, vt supponimus ex propria materia: ergo ad obseruãtiam præceptorum non requiritur gratia iustificans, probatur consequentia, quia quilibet tenetur procurare media necessaria ad obseruantiam præceptorum, & tollere impedimenta: ergo si ad obseruantiã præceptorum est necessaria gratia tenetur agere pœnitentiam, & habere contritionem, qua gratia habetur, alias erit in periculo peccandi nõ seruãdo alia præcepta, & sic peccabit, quia qui amat periculum peribit in illo.

Secundo arg. nullus potest cognoscere certo se esse in gratia, vt habetur de fide, & infra patebit: ergo non requiritur gratia ad obseruantiam talium præceptorum, probatur consequentia, quia potest quis certo cognoscere se seruare omnia præcepta quantum ad substantiam, si ergo talis obseruantia non stat sine gratia cognoscet simul se esse in gratia. 2. *Arg.*

Tertio arguitur, in natura integra poterat homo seruare omnia præcepta naturalia, etiam collectiue auxilio tantum naturali: ergo in natura lapsa poterit seruare prædicta præcepta auxilio supernaturali, sine gratia, probatur consequentia, quia fortius est auxilium supernaturale respectu lapsi, quam naturale respectu non lapsi. 3. *Arg.*

Quartũ argumentũ, cum solo auxilio, sine gratia, potest quis seruare præcepta supernaturalia difficultoliora: ergo & alia non ita difficilia, & sic poterit omnia. Antecedens probatur, in præcepto fidei, & spei, quam peccator multoties firmiter obseruat per totam vitam sistens in peccato. 4. *Arg.*

Quintũ argumentum, cum solo auxilio potest quis implere præceptum dilectionis Dei super omnia: ergo a fortiori poterit reliqua implere, patet consequentia, quia in hoc præcepto reliqua virtualiter continentur, vt supra dictum est. Antecedens vero probatur, quia cum solo auxilo, quis conuertitur, & agit pœnitentiam, cum qua simul est dilectio Dei super omnia. 5. *Arg.*

Si respondeatur, quod quando quis conuertitur, & agit pœnitentiam simul habet gratiam, ex qua oritur dilectio Dei super omnia. Contra arguitur, quia licet sint simul tempore & natura, tamen dilectiõ Dei præcedit gratiam siquidem est dispositio ad illam, tunc autem non intelligitur gratia in esse gratiæ, sed in esse auxilij, vt principium talis dilectionis. Qua propter communiter dicitur, quod gratia in esse auxilij præcedit dispositiones, subsequitur tamen in esse gratiæ, quia sic est forma ad quam tales dispositiones disponunt. *Solutio.* *Impug.*

Sexto arg. si peccator antequam habeat gratiam non potest seruare omnia huiusmodi præcepta, cum solo auxilio, vel defectu gratiæ precise, & hoc nõ quia vt paulo ante dicebamus in natura integra, sine gratia seruaret illa, vel ex ratione præcedentis peccati, quod non tollitur, sine gratia, & hoc non quia præcedens peccã- 6. *Arg.*

tum, non necessitat ad iterum peccandum, vel ex ratione prauæ indinationis, ad malum, quod sine gratia non reprimitur, & hoc etiam non quia, non magis inclinat ad malum praua inclinatio, quam ad bonum inclinatio bona virtutis, sed stante bona inclinatione potest facere malum: ergo stante praua inclinatione potest facere bonum: ergo sine gratia, cum solo auxilio, &c, Confirmatur, quia cum tali auxilio fit proportio ad talia præcepta, etiam supernaturalia: ergo cum tali auxilio poterit seruare illa, patet consequentia, quia nihil amplius requiritur, quam proportio. Antecedens vero probatur quia ex tali auxilio potentia fit supernaturalis, & ponitur in eodem ordine, cum præceptis supernaturalibus obseruandis.

Conf.

1. Not. Ex D. August. Castro. Driedo.

In hac re in primis vitandus est herror Pelagij asserentis posse hominem viribus naturæ seruare omnia præcepta tam naturalia, quam supernaturalia solum posita fide vt per ipsam præcepta innotescãt Qua propter secundum ipsum gratia non requiritur ad simpliciter supernaturalia obseruanda, sed ad melius, & facilius implere, de quo errore vide Diu. Augustin. lib. de hæresibus capit. 88. & epistol. 90. & subsequentibus, vsque ad 95. & lib. de gratia Christi capit. 14. & lib. de natu. & gra. cap. 6. & 7. & 8. Castro de hæresibus verbo gratia hæresi 1. Driedo, libr. 1. de grat. & liber. arb. cap 2.

2. Not. Ex Conc. Trid. Soto. Castro.

Secundo vitandus est error Luthesi per aliud extremum asserentis posse hominem in hac vita implere aliquam legem, siue naturalem, siue supernaturalem, tam per vires naturæ, quam per auxilia supernaturalia, sed in omni opere suo peccare mortaliter, contra quod definitur Concil. Trident in. Session. 6. capit. 11. Canon. 7. & 25. de hoc legatur, Soto 1. de natur. & grat. capit. 11. 15. & 22. & Castro. lib. de hæresibus, verbo, libertas, hæresi. 2.

1. Sent. Abulen.

Inter Catholicos autem, licet conueniant non posse omnia præcepta naturalia, neque aliquod supernaturale, sine auxilio supernaturali implere, est tamen dissensio, quod nam auxilium sit huiusmodi requisitum, si requiratur gratia iustificans, vel sufficiat auxilium, quod etiam in peccatoribus reperitur ante iustificationem, Abulens. super, capit. 19. Matth. quæstion. 167. tenet sufficere auxilium. Alij vt Dionisius, Cirtensiensis, in 1. distin. 17. quæstion. 1. vt refert Almain, tractat. 2. mora. capit. 8. & Vega quæstion. 13. de iustificatione, asserunt requiri gratiam iustificantem, imò Gregor. 2 distin. 26. articul. 1. & 2. quæstio. vnica superaddit, vltra requiri auxilium speciale supernaturale, Vazquez hic media via procedit. Dicit enim, non posse seruare omnia præcepta, sine gratia non quidem ex in potentia subiecti, & quia per auxilium, non intelligatur sufficienter constituta, & porportionata potentia respectu talium præceptorum, sed quia non sta seruare omnia, & non iustificari, & recipere gratiam. Vndè secundum ipsum ad obseruantiam omnium requiritur gratia respectu termini subsecuti, non tamen ex parte principij elicientis.

2. Sent. Dionis. Cirster. Vega. Greg.

3. Sent. Vazquez.

Not.

Pro intelligentiã notandum, non loqui hic de actibus præceptis, qui necessario supponunt gratiam, vt actus charitatis, &c. Hæc enim. sine gratia ne quaquam esse possunt, sed loquimur de alijs, qui ex natura sua, ad existentiam in subiecto gratiam, non requirunt: vtrum ex imbecillitate subiecti ad talia elicienda requiratur sanari, per gratiam.

1. Concl. D. Thom. Ricar. Marsil. Henr. Soto. Vega. D. Bon. Conc. Mileu.

Prima conclusio, non potest homo in natura lapsa, sine gratia iustificante seruare omnia naturalia, & supernaturalia per totam vitam, imò nec per longum tempus. Vndè non sufficit auxilium. Hæc est Diu. Thom. hic. & 3. contra gentes, capit. 170. de verit. quæstion. 20. articul, 12. illam tenet Ricard. in 2. distin. 28. artic. 7. Marsil. quæstion. 8. art. 2. Henric. quodlibet. 55. quæstion. 2. Soto, 1. de natur. & gratia, capit. 22. Vega, quæstion. 13. de iustificat, & Diu. Bonauent. Magis inclinat in hanc licet citetur pro opposita. Et prob. ex Concil Mileuit. Can. 3. vbi dicitur gratiam, qua iustificamur dari nobis, non solum in remissionem peccatorum, sed etiam in adiutorium, ne iterum commitamus illa, & Canon. 4. de eadem gratia dicitur, nobis præstari, vt ea quæ facienda cognouimus facere valleamus, & Canon. 5. dicitur, gratiam, qua iustificamur dari nobis, quia sine ipsa non possumus implere diuina mandata. Videndus est Diuu. Augustin. libr. 1. de Gratia Christi, capit. 25. vsque ad 29. Quapropter falso asserit Vazquez in Concilijs non poni gratiam iustificantem esse requisitam, sed solum gratiam cuius nomine posset intelligi auxilium. Hoc inquam falsum est cum locis ad

Vide Aug.

ductis

ductis expræsse habeatur gratia, qua iustificamur. Secundo probatur conclusio, ad huiusmodi præcepta implenda requiritur naturam sanari (ex infirmitate enim non omnia potest vt dictum est) sed non sanatur, nisi per gratiam iustificantem: ergo. Probatur minor, quia fides vel spes, vel quodcunque aliud auxilium, non sanat: siquidem homo adhuc manet in peccato, in quo non potest quis dici sanus, sed infirmus, imo in sacris litteris mortuus appellatur, vt patet ex illo, Diuu. Iacobi fides sine operibus mortua est. Vnde Sacramenta pœnitentiæ, & baptismi mortuorum appellantur. Ad hoc argum. respondet Vazquez, etiam auxilium vocari gratiam sanantem; quia per auxilium mouetur homo à Deo, & à peccato educitur, & ad vitam trahitur. Sed hæc solutio est nulla, quia auxilium educens à peccato solum potest appellari sanans efficienter, quatenus inducit gratiam, & vitam, non autem formaliter, sed hoc solum habet gratia iustificans. Vnde si conciliaex postulant gratiam sanantem debet intelligi formaliter, & talis solum est iustificans. Tertio probatur, sine gratia iustificante, & charitate, non potest homo habere dilectionem Dei super omnia: ergo nec seruare omnia præcepta, patet consequentia, quia obseruantia omnium in dilectione continetur. Quarto probatur, per gratiam iustificantem, non potest quis vitare omnia venialia, nisi specialissimo priuilegio, quod solum fuit in beata Virgine: ergo nec per auxilium potest quis vitare omnia mortalia. Probatur consequentia, quia eadem est proportio: siquidem non efficatius, se habet per auxilium respectu omnium mortalium, quam per gratiam respectu omnium venialium. Si respondeatur difficilius esse vitare omnia venialia, quam omnia mortalia, quia venialia facillime committuntur, & statim se offerunt. Quapropter non mirum, quod plus requiratur ad omnia illa vitanda. Contra arguit. quia gratia fortior est auxilio: ergo etiam si venialia difficilius euitentur omnia, quam mortalia, posito tamen excessu gratiæ ad auxilium eadem erit comparatio gratiæ ad venialia, quam auxilij ad mortalia.

Solutio. Vazquez. Impugna. Solutio. Impugna.

Secunda conclusio, vltra gratiam iustificantem requiritur actuale, & speciale auxilium ad vitanda omnia mortalia, & implenda omnia præcepta, hæc est D. Th. infra artic. 9. & 10. & probatur, nam seruare omnia præcepta est opus præstantissimum, & naturæ sanę, sed gratia iustificans, non perfecte sanat: ergo illa solum non sufficit. Probatur minor, quia stante gratia manet pugna carnis, & aliæ infirmitates, & fragilitas subiecti: ergo vltra requiritur speciale auxilium huiusmodi pugnam vincens, vt per ipsum quasi natura manens integra, simul possit implere. Hanc resolutionem tenet Curiel dub. 2. Suarez, lib. 1. cap. 27. Vazquez, disput. 196. cap. 3.

2. Conclu. D. Thom. Curiel. Suarez. Vazquez

Ad primum argumentum respondetur, non statim post peccatum teneri aliquem agere pœnitentiam, quia cum hoc sit præceptum affirmatiuum non semper, sed tempore determinato debet obligare, quando videlicet instat necessitas, de quo vide Soto in 4. sentent. distin. 17. quæst. 2. artic. 6. & distin. 18. quæstion. 1. artic. 4. & Canno. relectione, de pœnitent. 4. part. & Diu. Thom. distin. 18. quæstion. 1. artic. 4. Etsi dicas, quod statim est in periculo, & necessitate: siquidem alia præcepta, sine pœnitentia implere non potest. Respondetur, quod ad breue tempus, sine pœnitentia alia præcepta seruare potest, & non diximus necessarium pœnitere ad quodlibet seruandum, sed ad omnia, & per longum tempus: verum est, quod etiam si in breuissimo tempore insurgeret magna tentatio, vel præceptum difficile ad seruandum, sine gratia, quod statim teneretur pœnitere. Et si dicas: ergo tempus erit, quo transacto pœnitentia obliget? Aliqui respondent, quod cum non constet de tempore, quo sine gratia, & pœnitentia posset quis perseuerare, non etiam constat de tempore, quo pœnitentia obliget. Sed hoc non placet. Vnde melius dicitur, quod hæc non sunt examinanda metaphisice, sed moraliter, Vnde cognito, quod sine pœnitentia attenta fragilitate subiecti, per mensem, vel septimanam moraliter, non perseuerat, ante illud tempus debet penitere. Quapropter, qui semel in anno, vel vis confitentur afferentes aliqua mortalia, estimandi sunt præceptū pœnitentiæ fregisse, & cōsulēdi a cō fessario, quod de hoc peccato se accusent quia licet præceptum Ecclesiasticum solum obliget semel in anno, diuinum tamen obligat semper, quod obligat necessitas, quæ quidem currit, quando sine penitentia, alia præcepta seruari nō possunt moraliter, cum ergo per tantum tempus moraliter seruari non possint, sine gratia (de potentia ordinaria, licet ex absoluta

Ad 1. Arg. D. Thom. Soto. Cano. Obiectio Solutio. Obiectio. 1. Solutio. 2. Solutio. Verior.

auxilium sufficiat) inde est, quod ex præcepto diuino ad id teneatur, & tale præceptum frangere præsumendi sunt, qui lõ
Dub. go tempore, non confitentur. Et sitandem quæras vtrum oblato aliquo præcepto, quod fregit defectu penitentiæ requisitæ ad obseruantiam illius: vtrum peccet vnum, vel duplex peccatum. Reſpondetur
1. Resp. tantum peccare peccato illius præcepti ocurrentis (verbi gratia) fornicationis, qui ex vi illius solum tenebitur penitere, quatenus ad obseruantiam illius erat necessaria pœnitencia, non autem tenebatur ex vi pœnitentiæ, qua ratione propter se, tunc non obligabat. Exemplum est in eo, qui vult sumere Eucharistiam in peccato mortali. frangit quidem præceptum diuinum puritatis Eucharistiæ, non autem præceptum pœnitentiæ, quia tunc solum tenebatur confiteri ex suppositione communionis non absolute, similiter in nostro casu, vide Cano relect. de pœnit. part. 2. Secundo reſpondetur, commitere du-
2. Resp. plex peccatum, quia non solum tenetur pendere ex vi præcepti fornicationis, sed ex vi pœnitentiæ, quia pœnitẽtia ex vi propria determinat tempus necessitatis, & nulla maior, quam periculum non seruandi aliquod præceptum, sine illa. Ad argum. principale negatur consequentia, quia non statim ofertur occasio necessitatis pœnitentiæ, cum aliqua, vel omnia ad breue tempus, sine pœnitentia seruare possit, oblata autem necessitate tenetur, vt dictum est. Vbi nota, quod supra diximus ad impletionem aliquorum mãdatorum, etiam supernaturalium, non requiri gratiam iustificantem, & consequenter, nec pœnitentiam, sed sufficere auxilium supernaturale, licet ad melius sit gratia, & pœnitentia. In hac ergo solutione loquimur de obseruancia præcepti requirente necessario gratiam, & pœnitentiam nam si illa necessario, non requiritur, non est peccatum, non pœnitere. Nec habet locũ quæstio, vtrum sit idem vel distinctum peccatum, quia quando pœnitentia solum est ad melius esse non cadit subpræcepto, etiam ex suppositione alterius præcepti currentis.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. negatur consequẽtia, ad probationẽ dicitur non potest, quis cognoscere se seruare omnia præcepta, non enim, sibi constat: vtrum aliquam habuerit negligentiam culpabilem circa obseruantiam alicuius præcepti, vel vtrum habuerit, aliquam ignorantiam vincibilem, vel instantanee habuerit aliquem cõsensum interiorem prauum enim est cor hominis. & inscrutibile, & quis cognoscet illud, nisi Dominus, vt ipse ait per Hieremi? Quapropter D. Paul. aiebat, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, quasi diceret, quia cum Propheta possem rogare ab occultis meis munda me.

Ad 3 arg. Ad tertium negatur consequentia, ad probationem dicitur, quod licet auxilium supernaturale sit fortius, & efficatius, quam naturale, quod quis haberet in natura integra, plus tamen posset circa præcepta naturalia per illud auxilium naturale, quam posset per supernaturale in natura lapsa, quia in illo statu esset perfecta sedatio passionum, non esset rebellio carnis, cessarentque tentationes, quibus magis modo insurgentibus, minus potest, per auxilium supernaturale, cum per illud passionum sedatio non fiat, nec rebellio auferatur.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum reſpondetur negando consequentiam, quia licet præceptum fidei ex parte obiecti sit difficilius, alia tamen difficiliora sunt ex parte modo ex interuentu passionum, & tentationum, quæ in alijs materijs frequentius
Obiectio. ocurrunt. Ex quo patet, etiam solutio ad argumentum, quod potest fieri, quod per auxilium supernaturale potest seruari aliquod præceptum supernaturale. licet nõ omne vt dictum est, ergo auxilio supernaturali, poterit seruare omnia præcepta naturalia, etiam collectiue, patet consequentia, quia difficilius est vnum solum supernaturale, quam omnia naturalia simul. Reſ
Solutio. pondetur enim solutione prædicta, quod ex parte obiecti difficilius est, solum vnũ supernaturale: siquidem naturalia limites supernaturales non attingunt, & sunt inferioris ordinis, quia tamen omnia naturalia, simul imbolbunt multas difficultates passiones, & tentatioues, quas vnum supernaturale solum potest non imboluere, ideò naturalia collectiue difficilius seruari possunt, etiam auxilio supernaturali.

Ad 5. arg. Ad quintum arg. reſpondetur, vt ibi reſponsum est dilectionem Dei super omnia, non esse absque gratia. Qua propter, nec obseruantiam omnium præceptorum, quæ dilectionem Dei supponit. Ad repli
Ad resp. 1. Solutio. cam autem dicitur, quod licet secundum prioritatem naturæ dilectio gratiam antecedat, in re tamen non est sine gratia, cũ ergo productio actus non sit secundum nostrum intelligere, sed secundum quod habet in re, cum in re sit gratia, & charitas à quo huiusmodi actus producatur, nihil

hil curandum de instantibus naturæ, quia non est contra nos asserentes requiri, in re gratiam, & charitatem elicientem talē
2. Solutio. actum. Secundo respondetur, quod licet talis dilectio natura antecedat gratiam in genere causæ materialis, & dispositiue, in genere tamen causæ effitientis subsequitur, & cum genus causæ effitientis sit principalius absolute dicendum est gra-
3. Solutio. tiam esse priorem, & illa suppositā habere dilectionem Dei. Tertio respondetur, ad arg. principale negando consequentiam, quia cum dilectio Dei sit tantum vnicus actus non est tanta difficultas in illo, sicut in obseruantia omnium præceptorū quæ multis actibus perfici debet. Ad illud autem, quod obseruantia omnium in dilectione continetur respondetur, quod in dilectione continetur obseruantia omnium in proposito, non autem in exercitio, & executione in qua est difficultas, sed hoc fit alijs actibus distinctis, qui simul omnes sine gratia ob sui difficultatem haberi nō possunt, vt dictum est, probat autem argumentum cum solo auxilio ex quo habetur dilectio posse haberi propositum seruandi omnia, non autem, quod illa seruare possit.

Ad 6. arg. Ad sextū arg. respondetur, non posse omnia seruare defectu gratiæ, non negatiue, vt esset in natura integra, cum solo dono naturali sanante, sed defectu gratiæ priuatiuæ, quoniam committantur tot difficultates, tentationes, & passionesque in natura integra non essent, & modo sine gratia sanante sedari non possunt. Ad confirmationem respondetur, tali auxilio fieri proportionem specificam, quatenus potentia per illud fit supernaturalis, sicut & præceptum, non autem fit proportio individualis, quia per tale auxilium, vt dictū est, non vincuntur difficultates, quæ in
Dub. exercitio, & executione ocurrunt.

Supposito autem, quod sine gratia omnia præcepta naturalia collectiue, vel omnia super naturalia seruari non possunt restat difficultas de supernaturalibus diuisiue, vtrum quodlibet seorsum, vel saltim aliquod præceptum supernaturale, quantum ad substantiam viribus naturæ seruari possit de hoc diximus dubi. 1. conclus. 3.

Not. Adhuc tamen pro intelligentia notā dum, quod actus supernaturales qui cadunt sub præcepto sunt in duplici differentia, alij, qui sunt actus virtutum, alij vero per quos præcepta Sacramentorum implentur. Actus vero virtutum, adhuc sunt in duplici differentia, alij quidem qui necessario concomittantur gratiam, vt actus contritionis, vel charitatis, alij vero qui huiusmodi connexionem non important, vt actus fidei, & spei.

Prima conclusio, actus contritionis, vel charitatis non potest esse solum ex auxilio supernaturali, sed requiritur gratia iustificans. Hæc deffinita est in trident. & Arauf. & Milleuitan. & habetur primæ ad Corint. 8. si quis diligit Deum hic cognitus est à Deo, dicitur a Deo cognitus (secundum communem explicationē illius loci) aprobatus ab illo, aprobatio autem non fit, nisi secundum gratiam iustificantem. Secundo probatur, actus charitatis ponit in Deo vltimum finem, excludit que omne peccatum: ergo non potest esse, sine gratia iustificante, gratia enim est, quæ omne peccatum habet excludere, de hoc legatur Soto, 1. de natur. & grat. capit. 22. 1. Concl. Conc. Tri. Arauf. Milleuit. 1. Cor. 8. Vide Soto.

Secunda conclusio, actus virtutum qui necessario gratiam non requirunt, nec cum illa necessariam conexionem habēt exerceri possunt diuisiue, sine gratia iustificante, non tamen sine auxilio supernaturali. Prima pars patet, nam ab homine existente in peccato mortali potest haberi actus fidei, & spei, &c. Confirmatur, in actibus præcedentibus iustificationē disponentibus que ad ipsam, qui supernaturales sunt, & obligant sub præcepto, fiūt tamen, sine gratia iustificante cum ipsam præcedant. Secunda pars patet, ex supra dictis, nam huiusmodi actus sunt supernaturales, etiam quantum ad substantiam, & sic necessario requirunt principium supernaturale, quod ad minus sit auxiliū. 2. Concl. 1. Pars. 2. Pars.

Tertia conclusio, probabile est posse implere præcepta Sacramentorum viribus naturæ, probabilius tamen est, & verum non posse, sine auxilio supernaturali. Prima pars est Medinæ hic, & probatur, nam quando quis baptizatur in peccato mortali, propter vanam gloriam, vel alium malum finem non destruentem legitimam confectionem Sacramenti, & intētionem conformandi, & incorporandi se Ecclesiæ, tunc quidem implet præceptum, siquidem suscepit Sacramentum, & characterem, aliās deberet reiterari Sacramentum, & tamen huiusmodi actus habetur viribus naturæ: ergo. Probatur minor, huiusmodi actus hic, & nunc est peccatum: ergo non concurrit Deus ad illum speciali auxilio blasfemum enim videtur Deum patrocinari speciali auxilio crimi- 3. Concl. 1. Pars.

Not. nibus. Notandum tamen, quod in hac prima parte conclusionis loquimur de Sacramentis mortuorum, quorum impletio existimant isti consistere in actu externo, vt in confessione (licet ex intentione interna suscipiendi Sacramentum) non loquimur de Sacramentis viuorum, vt de Sacramento Eucharistiæ præceptum enim huius impleri non potest viribus naturæ, quia actus impletiuus malus esse non po-

Contra Duran. test (licet oppositum censeat Durandus in 2 distin. 20. quæst. 3. & 4.) quia non datur præceptum de susceptione vtcumque, sed de susceptione debita. Secunda vero

2. Pars. pars conclusionis probatur, nam actus Sacramentorum sunt omnino supernaturales: ergo ex parte principij requiritur supernaturalitas, ac per consequens viribus naturæ haberi non possunt huiusmodi actus. Secundo probatur, si propter aliquã rationem huiusmodi actus viribus naturę haberi possent maxime propter assignatam, quia huiusmodi actus contingit esse peccata, quæ ex auxilio supernaturali nõ fiunt, sed hæc ratio est nulla ergo. Probatur minor, nam quando aliquis Sacerdos celebrat in peccato mortali actus consecrandi est peccatum mortale, & tamen ad eum concurrit Deus auxilio supernaturali. Confirmatur, nam supposita opinione probabili, quod potest esse actus fidei viciatus ab extrinseco sine operantis elicitus à virtute infussa fidei, talis actus est peccatum, & tamen est ab auxilio supernaturali, quia sine illo virtus infussa non operatur: ergo. Tertio probatur in gratijs gratis datis, quibus potest quis male vti, & in actibus illarum peccare, vt patet in prophetia Caiphæ de morte Christi Domini, quæ tamen à Spiritu Sancto sunt, concurrente speciali auxilio (v.g.) prophe-

Ad arg. in contra. tiæ. Ad argumentum in contrarium pro prima parte respondetur, Deum concurrere ad illos actus, vt supernaturales, & vt confectiuos Sacramentorum. Secundum autem ratione mali, sunt solum ab operante. Qui plura desiderat circa istam quæstionem videat Diu. Tho. 2. di-

D. Thom. Concilia-tur in tabula explicatur à Caiet. stin. 28. quæst. 1. & in 2. rescripto sententiarum ad Anibaldum eodem loco, vbi cõtrarie videtur loqui auctor tabulæ dub. 687. & 1480. intendit illum conciliare, sed Caiet. ait, mutasse sententiam secundo loco, videatur etiam quæst. 24. de ver. art. 1. ad 10. & 12. & quæst. 22. & 28. vbi etiam D. Thom. videtur conciliare oppositа dicta in 2. sent. locis citatis.

Art.V.

Vtrum homo sine gratia possit mereri vitam eternam?

CONCLVSIO est negatiua. De hoc art. nihil agendum in præsẽti, quoniam iterũ redibit sermo de illo quæs. 114. art. 2. vnde hoc rursus interrogat D. Thom.

Art.VI.

Vtrùm homo possit se ipsum ad gratiam preparare per se ipsum absque auxilio gratiæ?

PRIMA conclusio, ad meritorie operandũ, vel Deo fruendũ indiget homo habituali dono gratiæ.

Secunda conclusio ad recipiendum habituale donum gratiæ, non est necessarium aliud gratiæ donum habituale.

Tertia conclusio, ad recipiendam gratiam habitualem indiget homo speciali auxilio Dei interius mouentis animam vel spirantis bonum propositum.

Quarta conclusio, absolute dicendũ est hominẽ non posse se ipsum per se ipsũ preparare ad gratiam.

Quinta conclusio, axioma illud faciẽti, quod in se est Deus non denegat gratiã non debet intelligi, de facienti, quod in se est viribus naturæ, sed de facienti quod in se est ex supernaturali motione Dei.

Dubitatur I.

Vtrùm possit homo disponere se ad gratiam?

IN hac re Lutherus, vt refert Rosensis art. 6. & 36. tenet, quod nulla est dispo- *Sent. Lutheri.*

sitio ad gratiam ex parte voluntatis, imò quod liberum arbitrium est res de solo titulo, vnde in homine non est libertas vt possit se disponere ad gratiam, & quo magis conatur se disponere, magis peccat, & Christo irrogat iniuriam.

Probatur

Probatur hæc sententia Primo, ex illo Ioan. 16. si quis non manserit in me mittetur foras sicut palmes, & arescet, sed qui non sunt in gratia non manent in Christo ergo alibi sunt, & in omnibus inutiles, & omnia opera eius digna igne, & supplitio, & ſe peccata, alia loca Sacræ Scripturæ vide in Rofensi loco citato.

1. Arg. Secundo, Christi passio fuit sufficientissima ad iustificationem, & remissionē omnium peccatorum: ergo iniuriam irrogat illi, qui conatur ex se aliquid apponere ad iustificationem. Confirmatur, quia parvuli, sine omni actu, iustificantur ex sufficiētia passionis Christi domini: ergo pariter, & adulti, quia eandem sufficientiam habet Christi passio respectu omnium.

3. Arg. Tertio argu. iustificatio est quædam creatio, sed creatio fit ex nihilo præsupposito: ergo nichil requiritur ex parte nostra ad iustificantem, sed mere passiue nos habemus. Maior patet, ex illo Psalm. 50. Cor mundū crea in me Deus, & ad Ephe. 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis.

4. Arg. Quarto arg. per peccatum manet liberum arbitrium omnino extinctum, & mortuum: ergo non est in hominis libertate disponere se ad gratiam, & à peccato resurgere. Antecedens probatur, ex Diu. Augst. in Inchrid. cap. 30. vbi sic ait, libero arbitrio male vtens homo se perdit, & illud occidit, ita vt sicut se, ipsum occidēs corporaliter viuendo se occidi tur, occisus tamen se iustificare non potest, ita simiiliter peccans superatus a peccato liberū arbitrium amittit & seruus peccati omnino manet illi in omnibus obediens.

Not. ex Driedo. Soto. Vega. Pro intelligentia nota, quod de hac materia dispositionis ad gratiam tractant Doctores in 2. dist. 28. & in 4. dist. 14. & Driedo lib. de capti, & Redempt. generis humani tract. 2. cap. 2. & 3. Sot. lib. 2. de natur. & gratia capit. 1 & sequentibus Vega lib. 6. super sess. 6. Concil. Trident. cap. 1.

Concle. Conclusio sit, homo vere disponit se ipsum in iustificatione ad gratiam recipiēdam, nec habet se mere passiue velut exanime instrumentum. Hæc est de fide, ita vt oppositum sit hæresis manifesta, & probatur omnibus locis Sacræ Scripturæ in quibus habetur concursū voluntatis nostræ ad iustificationem esse requisitum, 1. Reg. 7. Prob. 16. 1. Reg. 7. Preparate corda vestra Domino Prob. 16. hominis est animum præparare & Domini præparare linguam, Amos. 4. Præparare in occursum Dei. Zachar. 1. & Ioelis, 2. Convertimini ad me. Item Isai. 30. Dicitur Deum expectare consensum hominis ad ipsum iustificandum, vbi sic habetur. Propterea expectat Deus vt misereatur vestri. Item in Apocā, dicitur Deum stare ad ostiam, & pulsare, quod nō esset, si homo in iustificatione, nihil faceret, sed mere passiue se haberet. Alia loca vide in Diu. Thom. infra quæst. 112. art. 2. & quæst. 113. art. 3. Secūdo probatur, quia expresse est definita ab Ecclesia in Arausc. can. 4. & Triden. Sessio. 6. cap. 1. & can. 4. vsque ad 8. contra Lutherum. Tertio probatur, ex communi consensu Ecclesiæ, ex doctrina Sanctorum præcipue videatua D. Augst. lib. de chatechi. rud. cap. 5. & hom. 15. de verbis Apost. vbi habetur illud insigne dictum illius, qui creauit te, sine te non saluabit te, sine te, prædicationes, consilia, & persuationes, vt quis surgeret à peccato essent inutiles, nec posset quis hominem exprobrare, si in eius potestate, non est resilire à peccato, sed hoc omnino ab extrinseco futurum esset. Quarto probatur ratione, quia in naturalibus nulla forma introducitur, nisi materia prius disponatur: ergo cū gratia sit excellētissima forma, & diuina à fortiori requirit dispositionem in subiecto.

Zacha. 1. Ioelis 2. Esai. 30. D. Thom. D. Aug.

Ad primum argumentum respondetur, ex Diu. Chrisost. hom. 75. & ex Diu. Augst. tractat. 8. super Ioan. in illo loco loqui Christum Dominum de finali iudicio, sicut & in parabola zizaniarum, vbi iniquit foras mittentur in igne, sine spe veniæ. Secundo respondetur, quod si loquitur de his qui manent extra charitatem dicitur, quod arescunt: quatenus per continuationem peccati, vt dicitur, 2. ad Thimot. 3. Proficiant impeins, ita vt verificetur, illud Apoc. 22. Qui in sordibus est sordescat, adhuc, non tamen, quia sicut libere peccauit libere non possit resurgere, licet hoc debeat ex diuino auxilio esse, iterumque Christo incorporali. Vndè Augst. hom. 11. de verbis Domini, eleganter docet qualiter de nullo, est desperandum quandiu est in hac vita.

Ad 1. arg. explicatur Ioan. 16. ex D. Chrisost. & D. Aug. 2. Thim. 3 Apoc. 22.

Ad secundum respondetur, quod licet Christi passio sit sufficiens omnibus ad modum causæ vniuersalis eget, tamen quasi determinari hic, & nunc proprijs actibus, iusta illud Paul. ad impleo ea, quæ desunt passioni Christi incorpore meo, nihil enim deest, nisi quod hic, & nunc passio Christi Domini applicetur proprijs actibus. Ad confirmationem respon

Ad 2. arg. Ad conf.

detur,

detur,non esse eandem rationem de adulto,& paruulis,tum quia paruuli,non possunt habere proprium actum non expoſcitur ab eis,tum etiam,quia peccatum illorum non ex propria voluntate, ſed aliena commiſſum,ſcilicet Adę. Vnde vt iuſtifi cẽtur nõ propria,ſed aliena,ſcilicet Chriſti requiritur.

Ad 3. arg. Ad tertium reſpon. quod vt dicetur, quæſtion. ſequen. artic. 2. gratia non creatur, dicimus tamen iuſtificationem appellari creationem, quia nihil præſupponitur per modum meriti, non autem quia nihil præſupponatur per modũ diſpoſitionis. Secundo reſp. vocari creationẽ,quia nõ eſt ex actibus hominis vt authoris ſunt,ſed vt Dei ſunt: itaque diſpoſitiones non ſunt actus naturales,ſed ſupernaturales,vt ſtatim dicetur,actus enim naturales ad iuſtificationem, nullius ſunt momenti, vnde in ordine ad illos creatio dicitur iuſtificatio. Solutio eſt D. Thom. infra quæſt. 110. art. 2. & D. Auguſt. in Enchirid. cap. 31. Tertio reſpondetur, vocari creationem,quia homo per iuſtificationẽ integre renouatur, ſic Amb. ſuper illud Pſalm. 118. Fiat cor meum immaculatum &c. Quarto reſpondetur, dato eſſe veram ſententia Scot. quod gratia creatur, adhuc non ſequitur eſſe ſine diſpoſitione,quia, & anima rationalis creatur, nec ſine diſpoſitione introducitur, cum autem dicitur creationem eſſe nullo preſuppoſito intelligitur de illo, quod creatur vt quid completum,& perfectum non autem de incõpletis,vt dicendum eſt de anima rationali.

2. Solutio. D. Thom. D. Ambr.

Ad 4. arg. Ex D. Auguſt. Ad quartum Arg. reſpondetur, quod eſſe liberum hominem ſtat tripliciter, à neceſitate, à coactitione, & à peccato, in ſtatu quidem iuſtitiæ originalis omnibus his modis erat liber, in natura vero lapſa licet ſit liber duobus primis modis, quia voluntas cogi non poteſt, vt ſupra dictum eſt quæſt. 6. Tertio tamen modo non eſt liber, homo, tum quia ab omni peccato immunis eſſe non poteſt, nec omne peccatum collectiue vitare eſt in ſua libertate, vt dictum eſt, tum etiam dicitur per peccatum tolli libertatem: quatenus peccato commiſſo per puram ſuam naturalem libertatem reſurgere non poteſt, non autẽ quia hoc etiam ex diuino auxilio ſit eiim poſsibile, in hoc ſenſu inteligendum eſt illud *2. Petri* cap. 2. vbi loquens de peccato ait à quo quis ſuperatus eſt huius, & ſeruus eſt. Et illud Paul. qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati, ſeruus dicitur quatenus adeò illi ſubjectus manet, vt proprijs viribus ab illo reſilire non poſsit. Doctrina eſt Diu. Auguſtin lib. primo contra duas epiſt. Pelagianorum, ca. 2. vbi ſicait, quis noſtrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere periit, quidẽ libertas, ſed illa quæ in paradiſo fuit habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam, propter quod humana natura diuina indiget gratia dicente domino, ſi vos filius liberaberit vere liberi eritis idem docet cap. 19. & lib. de Eccleſiaſ. Dogmat. cap. 2. & Enchir. cap. 32. eſt ergo libertas etiam poſt peccatum non vt ex proprijs, ſed vt ex gratia Dei reſurgere poſsit imõ, & doctrina hęc tradita eſt à D. Ioan. cap. 1. Dicente dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, in eo quod dicit dedit poteſtatem, eis indicat iuſtificationem in noſtra eſſe ſitam voluntate, & in ſequentibus, qui non ex ſanguinibus, &c. ponit elegantiſsimam differentiam intergenerationem naturalem, & ſpiritualem, quod in generatione naturali non interuenit voluntas, neque conſenſus filij ad eſſe, in generatione vero ſpirituali accepit eſſe gratiæ propria voluntate. Vnde dicere, quod non ex ſanguinibus, &c. eſt ac ſi diceret nõ ſic in generatione ſpirituali, ſicut incarnali contingit. vt autem aliquis non intelligeret. hanc libertatem eſſe preciſſo Dei auxilio, ſed de illo interueniente ſuperaddit, ſed ex Deo nati ſunt. Ex dictis ſequitur, qualiter debeat intelligi Cõcil. Araus. canon. 4. vbi expreſſe, videtur definire, quod ad iuſtificandos nos Deus, non expectat voluntatem noſtram, ſolum enim intendit iuſtificationem incipere à Deo, non autem quod voluntas non operetur in iuſtificatione Deo incipiente, & amplius ſe explicat ſe ipſum Concil. Can. 25. de fundamento autem Lutheri, quod timor ſeruilis eſt malus, & non poteſt eſſe diſpoſitio iuſtificationis non eſt hic locus diſputare, de hoc enim videatur D. Thom. 22. quæſt. 19. art. 3. & 4. & quæ dici ſolent 3. part. quæſt. 85. art. 5. & Concil. Trident. ſeſ. 6. ſepe citata vbi declaratur quis timor ſeruilis ſit bonus, & qualis ſit malus, & qualiter qui bonus eſt initium ſit naturæ iuſtificationis, iuſta illud Pſal. initiũ ſapientiæ timor domini, & qualiter talis timor etiam ſit à Spiritu Sancto.

Corol.

Contra Lutherum.

Vide D. Thom.

2. Pet. 2.

Dubium II.

Vtrùm poſsit homo diſponere ſe

se ad gratiam propria, & vera, & positiua dispositione?

Sent. Henrr. IN hac re Henrr. quotl. 5. quæst. 24. tenet tanquam probabile, quod in iustificatione non requiritur aliqua positiua dispositio, quæ sit operatio liberij arbitrij, aut eius motio, vel connatus, sed dispositio ad iustificationem est non resistentia voluntatis, qua suppositâ Deus confert gratiam pro suo libito in gradu, & mẽsura, quæ sibi placet.

1. Arg. Conf. Hæc sententia probatur, primo, ad Rom. 4. Qui operatur merces non imputatur, secundum gratiam, sed secundum debitum. Vbi videtur Apostolum excludere omnem operationem præcedentem gratiam, tanquam eius dispositionem. Cõfirmatur, si esset operatio vere disponens gratia deberetur illi, sed implicat gratiam esse ex debito: ergo, & operationem vere disponere. Maior probatur, in omnibus formis datis ex dispositione, naturaliter enim forma est debita vltimę dispositioni: ergo si gratia datur ex dispositione est debita dispositioni. Hæc consequentia adeo efficax est vt Pelagius existimans operationes naturales disponere, consequenter posuerit illas esse meritorias quibus gratia debebatur, & Scotus existimans opera moraliter bona esse dispositiones ex lege similiter ponebat esse merita gratiæ, de congruo, in quo dissentit à Pelagio ponente meritum de condigno. Minor arg. probatur, quia implicat esse gratiam ex debito iusta illud Paul. si gratia non ex operibus alioquin gratia iam non est gratia, ad Rom. 11. Si respondeatur, probare argumentum gratiam esse debitam dispositioni, & consequenter Deo non autem homini, quia illa operatio non est dispositio, vt ab homine, sed vt à Deo auxiliante per gratiam operantem. Contra arg. quia saltim requiritur gratiam esse debitam homini operanti ex diuino auxilio, quia operationem esse à Deo non tollit quominus absolute sit ab homine, consequens autem est falsum ergo.

Solutio. Impug.

2. Arg. Secundo arg. in naturalibus non datur dispositio ad formam vt det gradum essendi, sed vt præbet gradus inferiores, vt probatur ex D. Tho. 1. part. quæstio. 76. art. 6. sed gratia est forma dans primũ esse supernaturale, iuxta illud Paul. gratia Dei sum, id quod sum: ergo ad illam in esse gratiæ nulla datur propriè dispositio.

3. Arg. Tertio arg. vera, & propriè dispositio maxime vltima debet esse in eodẽ subiecto, vbi introducitur forma, non enim aliter subiectum potest disponere, & ab illo contrarium formæ expellere, sed operatio non potest esse inmediate in anima, quæ est subiectũ receptiuum gratiæ, vt infrà dicetur: ergo nulla operatio potest esse vera, & propria dispositio gratiæ.

Not. Pro intelligentia notandum, quod dispositio ad formam est duplex alia vera, & propria, & positiua, alia vero est negatiua, quæ improprie dicitur dispositio, exẽplũ enim est in igne, calor quidem est vera, & positiua dispositio, siccitas vero est negatiua, & improprie dicitur dispositio, ratio primæ dispositionis consistit in eo, quod sic afficiat, & determinet subiectum, quod illa posita infalibiliter, & conaturaliter formæ sequatur. Ratio vero secundæ non est positiue afficere vt forma conaturaliter sequatur tali dispositione posita, sed solum redere subiectum minus repugnans agenti ad introductionẽ formæ, non ergo est dubium, quin sit dispositio aliqua impropria, & negatiua ad gratiam, & quod in iustificatione requiratur non resistentia in subiecto, sed dubitatur vtrum sit aliqua etiam positiua dispositio cui conaturaliter gratia correspondeat.

Concl. Conclusio sit, vere, & proprie, & positiua dispositione, cui conaturaliter debeatur gratia disponit se homo in iustificatione, & non solum improprie, & negatiue non repugnando. Hæc conclusio est communis, & certa, & opposita est digna aliqua censura temeritatis, ne dicam erroris. Proba ur primo, quia in Concil. Tridentin, Sessio. 6. cap. 5. & 6. canon 4. dicitur homines disponere se ad gratiam per actus, quod non solum, non repugnãt sed positiue est disponere se. Confirmatur, quia dispositiones, vt dicitur in eodẽ Concil. & infra mostrabitur sunt motus fidei in Deum per amorem, & in peccatũ per detestationem, &c. quæ omnia rationem dispositionis positiuæ important. Secundo probatur, nam secundum Philophum, 5. Matth. dispositio propria, & positiua est, quę determinat subiectum, & in differentiam eius, ad hanc formã, & cõnaturaliter trahit illã ad materiam præparatã, sed necessario debet poni aliquod, hoc faciens respectu gratiæ: ergo datur dispositio propria, & positiua gratiæ in iustificatione. Probatur minor, quia subiectũ est

Conc. Tri. Ariſt.

in

in determinatũ respectu gratiæ: ergo aliquod debet poni determinans ad ipsam.

Solutio. Si respondeatur, determinari ex Dei voluntate, & bene placito, hoc est voluntarie dictum, & non assignare causam physicam introductionis gratiæ; nec maioris, vel minoris gradus illius, & rursus, quia in supernaturalibus loquendum est conformiter ad naturã, in natura autem nulla forma introducitur, nisi ex preparatione, & determinatione dispositionis positiuę, quare ergo hoc negandum est gratiæ, in conuenientia, quæ ex hoc videntur sequi facilem habent solutionem, vt patebit respondendo ad argumentum. Vltimo probatur conclusio, quia oppositasententia multum sapit sententiam Lutheri, quod homo in iustificatione se habeat mere passiue non repugnare enim, & dispositiones negatiuæ, non extrahunt extra mere passiue se habere.

Not. Pro cuius maiori intelligentia nota, quod ad iustificationem tria concurrunt, primum prædestinatio vocatio, subitæ inspirationes cordis, pulsationes excitationes &c. Secundum autem actus ipsius iustificati, quibus disponitur proxime, vel remote ad iustificationem, vt sunt motus fidei, charitatis, & detestationis peccati. Tertium ipsa iustificatio, & gratia, qua formaliter iustus efficitur. Actio ergo primi, & secundi causatiue solum est à Deo, subiectumque mere passiue, se habet maxime respectu primi, tantum non repugnando, licet, & ipsa non repugnantia sit ab efficatia ipsius auxilij, vel gratiæ infusæ. Secundum vero est efectiue ab vtroque, & à Deo, & ab homine, vt à Deo iadiuto. Qua propter, & concursus Dei ab homine postulatur, & voluntas hominis à Deo requiritur, vnde quãdo Concil. Trident. dicit, non habere nos mere passiue, vel vt exanime instrumentum in iustificatione loquitur de secundo, quia dispositiones voluntariæ à nobis apponuntur. Vide D. Amb. super illud Psalm. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, & D. Agu. lib. 3. de liber. arb. cap. 1. & 2. & epistol. 47. ad valentinum legatur etiam Conc. Trid. sess. 6. cap. 5.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum a principio respondetur, quod ei qui operatur meritorie, merces non reputatur secundum gratiam, bene autem ei qui solum operatur dispositiue, operationes ergo præcedentes gratiã, disponunt ad illã, sed non merentur illã. Vnde iustificatio, etiam si tales dispositiones præcedant, gratis datur. *Ad conf.* Ad confirmationem respondetur, quod gratia debetur dispositioni debito naturæ, sicut quælibet alia forma suæ dispositioni est debita, non autẽ debito iustitiæ, quod tantum excluderet rationem gratiæ, quia tamen, nec in modo loquendi conuenien dũ est cũ hæreticis, ne detur ansa Pelagio introducendi debitum iustitiæ de condigno in dispositionibus, respectu gratiæ non dicatur, quod gratia debetur dispositionibus, sed quod naturaliter sequitur positis dispositionibus, & hoc sine debito. Si autem ponas debitum connaturalitatis, nega tamen omnino debitũ iustitiæ, quia iustitia est ad alterũ, & gratia non est debita dispositioni, vt ab altero à Deo scilicet, vt ab homine, sed vt ab ipso Deo, cuius ad se ipsum non est iustitia. Ad replicam dicitur, quod quando operationes sunt gratiæ cooperantis, esse à Deo non tollit quo minus absolute tribuantur homini, quando autem sunt gratiæ operantis omnino Deo, & nullo modo homini, nisi ratione vitalis actus tribuentur, non autem in ratione dispositionis, nec efectus, quem causant homini tribuitur, vt nec homo dicitur se iustificare, quia operationes ab ipso causatę habeant rationem causandi dispositiue iustificationem, quia hoc habet, vt gratia operans ex parte Dei. *Ad 2. arg.*

Ad secundum arg. negatur consequẽtia, discrimen consistit in eo, quod materia prima dicit inmediatum ordinem, & proportionem ad esse substantiale. Qua propter nõ eget dispositione ad esse, sed ad alios gradus ad quos inmediatum ordinẽ dicit, anima autem inmediatum ordinem non dicit ad esse supernaturale gratiæ, est enim gratia supra omnem proportionem naturalium animæ. Vnde eget disponi ad tale esse. *2. Solutio.* Secundo respondetur, quod cũ esse formæ naturalis sit esse substantiale est prius omni esse accidentali, & consequenter, quã esse dispositionis cuius esse accidentale est, cum ergo prius non depẽdeat à posteriori, neq; esse formæ ab esse dispositionis, si sumatur forma, secundum gradum essendi absolute, in gratia autem, cum eius esse sit accidentale non currit, hæc ratio, vnde posterius se potest habere ad esse dispositionis præparãtis ad ipsã. *3. Solutio.* Tertio respond. quod licet ad esse quod prouenit à forma non sit necessaria dispositio: bene tamen ad vnionem ipsius formæ qua propter si ponatur esse ab aliquo non exercente rationẽ formæ, tunc nulla ponitur dispositio exemplum est, in verbo

bo diuino, in vnione enim hipostatica, quia dat esse naturæ humanæ terminãdo ipsam, nullo autem modo exercendo rationem formæ nulla prorsus ponitur dispositio in natura humana ad esse, quod recipit, quando tamen vnitur intelligibiliter Verbum diuinũ, cum intellectu creato, quia dat esse intelligibile vniendo se per modum formæ intelligibilis determinantis, & constituentis licet non informãtis, tunc ponitur dispositio ad talem vnionem, scilicet lumen gloriæ: cum ergo esse diuinum iniustificatione detur per gratiã vnitam per modum formæ requiritur dispositio, vt talis forma cum anima vniatur.

Ad 3. arg. Ad tertium respondetur, quod etiam in naturalibus dispositio non ponitur in subiecto adequato formæ, quia dispositiones non ponuntur in materia prima, in qua ponitur forma substantialis, sed ponuntur in toto composito: inde tamen disponunt materiam ad vnionem formæ, similiter ergo in præsenti non est necessarium, quod operatio disponens sit inmediate in anima, sed sufficit (verbi gratia) in voluntate, & inde propter maximã cõiunctionem dispONit animam, vt in illa gratia producatur. Plura de hoc dubio videãtur, & de præcedenti, infra quæstio. 112. art. 2. vbi iterum de hoc redibit sermo.

Dubium III.

Vtrùm, homo ex viribus naturæ possit apponere huiusmodi dispositionem propriam, & positiuam, an vero vt se disponat necessario requiratur auxilium supernaturale?

Sent. Pelagij. IN hac refuit famosa hæresis Pelagij, quod homo viribus naturæ possit apponere dispositionem, cui connaturaliter debeatur gratia, etiam de cond gno. vt de libris Pelagianorum, refert Prosper. & Hilar. in epist. ad Diu. August. quæ habẽtur, tom. 7. prope, lib. de prædest. Sanctorum, & hanc, ex parte secuti sunt Massiliẽses asserentes, quod licet ad gratiam, vera dispositione ex viribus naturæ homo nõ disponatur, bene tamen ad primum auxilium, ex quo incipit progressus iustificationis.

Probatur hæc sententia primo, omnibus locis Sacræ Scripturæ adductis in conclusione primi dubij contra Lutherũ in quibus requiritur voluntas propria hominis ad iustificationem, in super 1. Paralip. cap. 28. Si quæsieris eum inuenies, si autem dereliqueris eum derident te in æternum, vbi in manu hominis ponitur habere, vel perdere Deum Eccle. 2. Quis inuocabit, & Deus despexit illum Roman. 11. Quicumque inuocauerit nomen Dominis saluus erit. Denique omnia argumenta facta contra Lutherũ fieri possunt pro Pelagio, vide illa in primo dubio. *Arg. 1.*

Conf. Confirmatur, quia id videtur docere D. Augusti. super epist. ad Rom. propositione 60. & 61. & 62. & epi. 49. quæst. 2. dicẽs, quod Christus apparuit, & prædicauit hominibus vbi, & quando intelexit esse homines, quiessent crediturii in eum. Idem videtur docere Chrisost. hom. 42. in gent. & hom. 17. in Ioan. & hom. super 1. ad Corint. & illam sequitur ex parte Casi. collat. 13. cap. 11. asserens interdum Deum præuenire peccatores suã gratia, & auxilio, vt Paulum Act. 9. & Matheum Lucæ. 5. & Math. 9. in quo conuenit, cum Catholicis interdum ait peccatorem preuenire, & concursum Dei posterius se habere, vt Zacheus Lucæ 19. & bonus latro, Lucæ 23.

2. Arg. Secundo arg. homo potest viribus naturæ conuerti in Deum finẽ vltimum: ergo disponere se ad gratiam. Antecedẽs habetur supra quæst. 1. consequentia vero probatur, quia nihil aliud est gratiam habere, quam ad finem vltimum esse conuersum.

3. Arg. Tertio arg. si propter aliquam rationem dispositio gratiæ à Deo, & non ab homine est ponenda, maxime, quia illius est ponere dispositionem cuius est formã introducere, cum ergo gratiam infundere sit solius Dei iusta illud, gratiam, & gloriã dabit Dominus, consequenter ad illum pertinet dispositio ad gratiam, sed hæc ratio est nulla: ergo. Maior est D. Tho. minor probatur, multoties contingit, quod dispositio ponatur ab vno forma autem introducatur ab alio: probatur antecedens primo, namanima rationalis introducitur per creationem a Deo dispositio autem ponitur à generante. Secundo, quia aqua calida calefaciendo dispONit ad ignẽ cuius forma non ab aqua, sed ab igne debet introduci.

4. Arg. Quarto arg. viribus naturæ potest quis facere opera moraliter bona ergo, & disponere

disponere se ad gratiam, patet consequentia, nam ista opera sunt dispositiones ad gratiam: ergo. Probatur hoc antecedens primo, nam huiusmodi opera ex natura sua tendunt in Deum velut in vltimum finem: ergo ex natura sua disponunt ad gratiam per quod quis ad finem vltimum conuertitur. Secundo, huiusmodi opera ex natura sua opponuntur peccatis: ergo ex natura sua disponunt ad gratiam. Probatur consequentia, quia qui tollit vnum contrarium disponit ad alterum gratia enim, & peccatum contrariantur. Tertio probatur, idem antecedens per huiusmodi opera homo redditur minus ineptus ad gratiam: ergo magis dispositus, patet consequentia, quia dispositio est quidam accessus ad formam, sed quo minus quis redditur ineptus magis accedit ad formam: ergo magis dispositus est per huiusmodi opera, quã sine illis, nã habent minus ineptum reddere. Si respondeas cum Soto, 2.de natur.& grat.capit. 4. & cum Medin.dub.3.concl.3.& 4.hoc argumentũ probare huiusmodi opera bona moralia esse quidem dispositiones improprie, & negatiue, sicut siccitas in ligno quatenus per hæc opera minus relinquitur de contrario, scilicet peccato quod esset si hæc opera non fierent, sed loco illorum per actus contrarios noua peccata committerentur, & quatenus per hæc aliqualiter volũtas, remouetur à peccato, vt ad minus non tam nimio peccato ad hæreat, non tamen sunt dispositio, propria, & positiua, de qua hic loquimur. Contra arg. quia si per hæc opera minus ineptum redditur subiectum, & minus repugnans: ergo minus auxilium requiritur ad introductionem gratiæ, quam si hæc opera non fuissent, & cõsequenter aliquid iubat natura, ad introductionẽ gratiæ. Consequentia ista patet, in eodem exemplo siccitatis, minor virtus agentis requiritur ad introducendam formam ignis in ligno sico, quam in viridi. Explicatur argumentum in Pharaone, & Dauid existẽte in peccato exercẽte, tamẽ se in huiusmodi operibus bonis, si Dauid minus repugnat gratiæ, minus auxiliũ requiritur ad conuersionem eius, quã Pharaonis, in quo cum durities debeat emolliri requiritur maius auxilium. Quapropter cæteris paribus, cum æquali auxilio resurget Dauid, non tamen Pharao: ergo tãdem initium iustificationis in naturalia reducitur.

Solutio. Soto. Medina.

Impug.

5. Arg. Quinto principaliter arg. homo proprijs viribus potest dolere de peccatis: ergo, & disponere se ad gratiam, consequentia patet, quia dolor de peccatis cum sit illorum destructiuus, ad gratiam peccato oppositam habet disponere. Antecedens probatur, quia naturaliter homo cognoscit peccatum esse detestabile, & supra omnia odio habendum: ergo naturaliter potest dolere de illo. Si respõdeatur, dolorẽ naturalem peccati disponere ad finem naturalem, non autem ad supernaturalẽ, qui est per gratiam. Contra arguitur, quia saltem dolor naturalis, cum Sacramento, secundum probabilem sententiam Caiet. sufficit ad iustificationem per gratiam: ergo ex viribus naturæ dolor disponit, etiã ad finem supernaturalem.

6. Arg. Sexto arg. non consequi gratiam est in facultate naturali liberi arbitrij: ergo, & consequi, probatur antecedens, quia non consequi per hoc, quod non conteritur (verbi gratia) est peccatum: ergo fit ex facultate naturali liberi arbritrij, iusta illud perditio tua ex te, consequentiã vero probatur, quia si negatio est causa negationis, similiter affirmatio est causa affirmationis. Confirmatur, repugnantia est causa non habendi gratiam: ergo non repugnantia erat causa habendi illam, sed non repugnare est in facultate naturali: ergo & gratiã habere. Ista minor probatur, quia repugnantia est in libera potestate naturali: ergo potest repugnare, & non repugnare: ergo non repugnare in eius facultate naturali est, alias repugnantia nõ est in libera potestate naturali, si oppositum ex eadem facere non potest.

7. Arg. Septimo arg. puer perueniens ad vsũ rationis si conuertatur in finem honestũ naturalem iustificabitur, (vt dicit Diu. Thom. supra quæst. 89. art. 9.) ergo opera naturalia sunt dispositiones ad gratiã. Si respondeas, cum Med. dub. 3. ad secũdum, & cum Zumel ad quintum, quod si tunc conuerteret se ad bonum honestum illuminaretur à Deo de supernaturalibus, & adiuuaretur auxilio supernaturali, quo iustificaretur. Vnde non in naturales, sed supernaturales dispositiones gratia reducitur. Contra arg. quia si non immediate, mediate tamen, tandem ad naturalia iustificatio reducitur: siquidem iustificatio reducitur ad illas dispositiones supernaturales, istæ autem habentur ex conuersione naturali ad bonum honestum: siquidem ex eo illuminatur, quia ad bonum honestum est conuersus: ergo tandem mediate iustificatio in naturalia reducitur opera.

Solutio. Medina. Zumel.

Impug.

Secunda

2. Sent. Durand. Scotus. Gabr.

Secunda sententia est Duran. 2. dist. 28. quæst. 1. hominē viribus naturæ posse se ipsum disponere, si non dispositione proxima (in quo recedit à Pelagio) termen dispositione remota. Eandem tenet Scot. & Gabr. vt citat Soto, 2. de natur. & grat. capit. 4. sufficereque auxilium supernaturale extrinsecum, quod est acceptatio diuina, non autem intrinsice inhærens.

3. Sent. Soto. Cano.

Tertia sententia est, quod extra Sacramentum non potest homo viribus naturæ se disponere ad gratiam, bene tamen intra Sacramentum collatam. sic tenet Soto, 2. de nat. & grat. cap. 3. & in 4. dist. 14. quæstion. 2. art. 5. & Canno. rellection. part. 5.

1. Not.

Pro intelligentia notandum primo, quod hic non disputamus, qui nam actus in particulari sint, qui habent rationē dispositionis in iustificatione, de hoc enim infra quæst. 113. nec etiam disputamus: vtrum in dispositionibus reperiatur ratio meriti respectu gratiæ, ita vt gratia dispositionibus ex iustitia debeatur. Hoc enim pertinet ad quæst. 114. art. 5. & 6. sed solum disputatur in communi: vtrum actus qui debent disponere ad gratiam debeant esse supernaturales, an vero possint esse pure naturales.

2. Not.

Secundo notandū, quod sicut in naturalibus dispositio propria, & positiua est duplex alia vltima, & proxima formæ, alia vero remota, prima est simul tempore, cum forma genita, licet natura mutuo, se antecedant, quia forma est prior in genere causæ formalis. & effitientis, dispositio autem est prior in genere causæ materialis, secunda vero dispositio tempore antecedit formam, nec est ab illa, sed a agente, verum est tamen quod reducitur ad formam genitā, & pertinet ad speciem illius debetque esse eiusdem ordinis cum illa. Ita in supernaturalibus, vt in iustificatione dispositio vltima, & concomittans formam gratiæ est contritio, dispositio autē etiam tempore antecedens est atritio eiusdem ordinis cum gratia.

3. Not.

Tertio notandum, quod licet regulariter causæ iustificationis, & supernaturales operentur ad modum causarum naturalium, aliquando tamen aliter procedunt ab eis. Causæ enim naturales semper paulatim disponunt ad formam, & numquam in instanti. Deus vero licet id faciat regulariter, vt quando sanauit cæcum, Marc. 8. Qui prius imperfecte videbat homines, velut arbores ambulantes, aliquando tamen, vt dicitur Eccles. 11. Potens est Deus subito honestare pauperem, & peccatorem iustificare, vt Paulum Actor. 9. Et Apostolos, qui continuo relictis retibus secuti sunt Christum. *Marc. 8. Eccles. 11. Actor. 9.*

4. Not.

Quarto notandum, quod possumus loqui, vel extra Sacramentum, cum quis iustificatur exopere operantis, aut vero exopere operato, cum Sacramento, aliter enim requiritur dispositio in vno, atque in altero.

1. Concl. contra Pelagium.

Prima conclusio, non potest homo viribus naturæ proprijs disponere se ad gratiam vltima dispositione, sed hoc debet esse ex auxilio diuino supernaturali. Hæc est de fide, & oppositum expræssa hæresis Pelagij. Et probatur omnibus locis sacræ Scripturæ, in quibus concursus Dei petitur ad iustificationem, vt est illud Psal. Domine Deus virtutum conuerte nos, & Tren. 5. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum, sicut scriptum est in Prophetis erunt omnes docibiles Dei, ominis ergo qui audit à Patre, & didicit venit ad me. Vbi actus quo venitur ad Christum per iustificationem Patri per auxilium mouenti tribuitur, vt explicat Diuu. Augustiu. lib. de grat. & liber. arbit. capit. 1. Videatur etiam tractat. 25. super Ioann. & lib. 2. contra duas Epistol. Pelagian. vbi explicatur illud verbum traxerit, non minuere libertatem, sed denotare iustificationem à Deo incipere. Item Ioann. 15. Sine me nihil potestis facere, hoc est sine me speciali auxilio iubante, & preueniente nihil potestis facere de supernaturalibus, & ad iustificationem conducentibue, vt explicat Diuu. Augustin. tractat. 81. super Ioann. & Conc. Arausican. 7. Item Diuu. Augustin. de prædestin. Sanctorum, cap. 2. & 3. & 7. & Diu. Ambros. lib. de conuersio. gent. capit. 5. & 7. & ad Galat. 2. Non iustificatur homo ex operibus legis etiam à fortiori, nec ex operibus legis naturæ, quia & hæc in lege Moysi continebatur superadendo cæremonialia, & 2. Corinth. 3. non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, & ad Ephes. 2. gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. donum Dei est, non ex operibus, vt quis glorietur, ipsius enim sumus factura creati in Christi in operibus bonis, quę præparabit Deꝰ, vt in illis ambuletis. Vbi specialiter nota illud verbū creati, denotat enim, quod sicut creatio fit ex *Thremo. 1. Ioan. 6. D. Aug. Ioan. 15. D. Aug. Con. Arau. D. Ambr. ad Gal. 2. 2. Cor. 3.*

nihilo,ita iustificatio, sine aliquo opere ex parte nostra exercito ex proprijs viri-
Rom.9. bus. Item ad Roman.9. Non est volentis, neque currentis,sed Dei miserentis. Est etiam hæc conclusio deffinita in Concil.
Con. Ara. Arausi.canon.18.his verbis: Merces debetur bonis operibus si fiant, sed gratia Dei præcedit vt fiant,& can. 25. Concedimus,& profitemur,quod in bonis operibus nos non incipimus,sed Deus. Item illud, multa bona opera causat Deus in homine,quæ non facit homo, nulla tamẽ facit homo,quod non præstet Deus vt faciat homo. Vnde illud insigne dictum Augustin.da Domine,quod iubes, & iube,
Con.Mill. Trid. quod vis,idem deffinitur in Concil. Milleuit.can.3&4.&5.& in Trid.Sess.6.capit.5.& 6.& can.3.&4.&5. vbi contra Pelagium deffinitur,hæc necessitas auxilij preueniẽtis nos in nostra iustificatione. Ratione autem probatur conclusio,homo viribus naturæ, non potest causare gratiã ergo nec vltimam dispositionem, consequentia patet,quia qui ponit vltimam dispositionem ponit, & formam vt patet in calore,vt octo quo posito statim ponitur forma ignis, antecedens probatur, quia gratia est forma super excedens naturam: ergo non potest causari ab agente naturali.Confirmatur,nam à quo est forma est dispositio,& à nullo alio potest poni dispositio nisi à quo forma causatur, vt patet in omnibus agentibus naturalibus,sed gratia solum causatur à Deo:ergo, & dispositio vltima eius. Contra hanc rationem,
Obiectio Durand. quæ est Diua. Thom. arguit Durand. quia anima rationalis causatur solũ à Deo per creationem, & nihil ominus ponitur dispositio vltima ab agente particulari: ergo non semper ponitur dispositio a quo
1.Solutio ponitur forma. Sed respondetur primo. quod anima creatur à solo Deo quantum ad esse, & quantum ad hoc nulla ponitur dispositio agentis particularis, dispositio autem ponitur ad vnionẽ,& vt actus corporis est,& sic ab eo cui⁹ est dispositio est, &introductio,& actuatio agens enim naturale non solum attingit dispositionem, sed formã,quantũ ad vnionem ad quã dis-
2.Solutio. ponit. Secundo resp.quod debet poni dispositio à quo ponitur forma,vel ab alio eiusdem ordinis.quod est quasi ab eodẽ poni,agens enim naturale est eiusdem ordinis cum anima,cum sit actus corporis potest disponere ad illam,etiam si ab illo nõ producatur,non autẽ currit hæc ratio de gratia excedente,& pertinẽte ad superiorem ordinem,quã sint agentia naturalia.

Etsi contra facias arg;quia omne agens na *Obiectio.*
turale est corporale anima autem est spiritualis:ergo sunt diuersi ordinis,& tamen attingitur ab agente naturali:ergo doctri
na nulla.Resp.primo iusta primam solutio *1.Solutio.*
nẽ,quod non attingitur,nisi vt actus corporis,secundũ quod ad ordinẽ corporaliũ pertinet. Secundo resp. cum Caiet.quod *2.Solutio.*
sicut ex parte formæ genitæ est aliquid *Caiet.*
spirituale, ita ex parte agentis, disponit enim agens in quantum etiam habet animam rationalem cuius signum est, quod nullum agens non habens animam rationalem,vel superiorem potest apponere dispositionem ad formam rationalem introducendam. Qua propter inquit D.Tho. *D. Thom.*
1.p.q.70art.3.ad tertium,quod si cælum attingit dispositionem in generatione hominis non est ex propria virtute,sed virtute inteligentiæ rationalis mouentis cælũ. Vltimo probatur conclusio, quia vltima dispositio est per contritionem,& dilectionem qua homo detestatur peccatum, & conuertitur in Deum, sed hoc non potest fieri viribus naturæ, vt constat ex Trid.
sess.6.cap.7.vide Concil.Trid.loco cita- *Conc.Tri.*
to,vbi explicat diuersa loca sacræ Scripturæ,quæ sibi videntur contraria cum in aliquibus iustificatio tribuatur nobis in aliis vero Deo,hoc enim ideò est,quia ab vtroque concursus requiritur,& à nobis, & à Deo adiubante nos per auxilium supernaturale. Quapropter catholica veritas via media procedit inter extremos errores Pelagij,& Lutheri,videatur D.Au *D.Aug.*
gust.lib.2.contra duas epistol.Pelagian. cap.8.vbi modo prædicto conciliat illud, Psalm.80.apperi ostuum.& implebo il- *Psalm.80.*
lud,& illud Psal.50. Domine labia mea apperies.

Secunda concl.non potest homo dis- *2.Concl.*
ponere se ex proprijs viribus naturæ,etiã dispositione remota,quæ vere, & positiue est dispositio,nà de dispositionibus negatiuis,dictum est,poni facultate naturæ qualia sunt opera moraliter bona.Hæc est adeò certa,vt oppositum sit error in fide. Probatur omnibus argumentis primæ cõclusionis equaliter enim, vel fere equaliter probant de omni dispositione,quæ vere,& positiue est dispositio,specialiter autem probatur,primo ex Concil. Triden. *Con.Trid.*
Sessio.6.& 14.vbi annumerantur etiam dispositiones remotæ,vt actus fidei informis,timor inferni,&c.Et de omnibus dicitur, quod non possunt fieri, nisi medio auxilio supernaturali,etiam habetur in A- *Arauſ.*
rausi.2.cap.5.& 7.& 25.Secundo probatur,

D. Thom. tur, ratione Diu. Thom. quodlibet art. 7. nã huiusmodi dispositiones remotæ sunt initium nostræ iustificationis, sed initiũ nostræ iustificationis non est ex nobis: ergo. Maior patet. nam omnis vera dispositio est initium formæ, & inceptio quædã illius. Minor vero probatur ex determinatione omnium Conciliorum contra Pelagium, quod initium nostræ iustitiæ nõ est ex nobis, sed ex Deo præcipue Conc. Arauf. can. 25. & patet ad Philip. 2. qui incepit in bonis opus bonum ipse perfitiet. Conf. ex D. Aug. lib. 1. de prædest. sanct. c. 5. & 7. vbi ait quod Cornelius, & antequam credidit. & posquam credidit operatum est, votum Deo dandum est, videatur etiam de bono perseuerãtiæ, c. 3. & lib. 1. retract. c. 23. vbi retractat, quod aliquã do docuerat initium iustificationis esse aliquo modo ex nobis. Idẽ dicit Amb. lib. 2. in Luc. cap. 21. D. Bern. super Cant. c. 8. Vltimo probatur conclusio, quia omnis propria dispositio est eiusdem ordinis cum forma, si ergo forma transcendit omnem naturam, similiter, & omnis propria dispositio etiam si sit remota, & sic viribus naturæ non potest apponi.

Con. Arr. *D. Aug.* *D. Ambr.* *D. Ber.*

3. Concl. *Cont. Cai. tenet illam Zum.*

Terria conclusio auxilium supernaturale requisitum, vt homo disponat se ad gratiam, non sufficit, quod sit extrinsecũ quale est acceptatio operum ab extrinseco factam, sed requiritur auxilium intrinsece receptum. Hæc ponitur contra Cai. qui opusc. de contritione q. 1. ait contritionẽ ex viribus naturæ sufficere ex acceptatione Dei ad iustificationem. Hæc est adeò certa, vt oppositum existimet Zumel esse erroneum, licet dub. 3. concl. 2. excussat tamen Caiet. quia scripsit ante Trid. & quia non ita clare loquitur, vt cõdemnari possit. Patet conclusio ex modo loquendi sacræ scripturæ, semper enim loquitur de auxilio, vt de aliquo intra nos recepto, ad Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere, sic enim loquuntur Concilia Milleuit. & Arauf locis citatis, & Diuu. Augustin. Epistol. 95. refert determinationem Concilij Palestini, vbi asseritur, quod gratia necessaria, vt homo se disponat ad iustificationem, non est tantum prædicatio, aut externa reuelatio, sed inspiratio Spiritus Sancti impellentis, & mobentis voluntatem ad operandum, & in Concil. Arauf. can. 4. dicitur, quod voluntas qua volumus a peccato purgati est in nobis per infusionem Spiritus Sancti, & in Triden. Sesion. 6. cap. 5. expresse dicitur initium iustificationes

Ad Phili. *Con. Mill.* *Con. Aur.* *D. Aug.* *Con. Trid.*

esse per hoc, quod Deus interius tangit cor hominis, & per inspirationem Spiritus Sancti excitatur homo ad timorem Gehennæ &c. Qua propter hæc conclusio est adeò certa, vt oppositum sit erroneum, vel errori proximum. Ratione probatur primo, auxilium datur ad solidandam imbecilitatem naturæ: ergo debet esse intrinsice receptum, quia extrinseca acceptatio non superadit vires. Antecedens probatur ad Rom. 8. adiubat infirmitatẽ nostram. Secundo probatur, quia auxilium datur ad faciendam proportionem potentiæ cum obiecto, sed proportio non fit nisi auxiliũ intrinsice reperiatur in potẽtia, vt patet in phisicis: ergo legatur D. Ambros. super cap. 22. Lucæ super illa verba conuersus Petrus. August. lib. de gratia Christi, cap. 45 & Epist. 117. Vtrum autem auxilium debeat recipi in intellectu, & voluntate, an vero sufficiat solum in intellectu non est adeò certum, vt notentur prædicta censura asserentes sufficere solũ in intellectu, licet falsum asserant, sed de hoc vide, quæ supra dicta sunt.

Rom. 8. *Vide Diu. Amb.* *D. Aug.*

4. Concl.

Quarta conclusio, etiam ad gratiam collatam in Sacramento non potest homo apponere vltimam dispositionem ex viribus naturæ. Hæc etiam est adeò certa vt oppositia sit parum tuta, hæc etiam uidetur determinata in Concilijs supra allegati- præcipue Trid. Sess. 6. decreto de iustificatione, cap. 6. vbi dicitur, quod vt quis disponatur ad recipiendam gratiã per baptismum præsuponitur, vt excitetur diuina gratia ad actus disponentes, & Sess. 13. c. 12, Dicitur attritionem necessariam ad Sacramentum pœnitentiæ esse donum Dei, & Spiritus Sancti impulsum, & Arauf. 2. c. 8. censetur alienũ à fidei dicere aliũ Dei misericordia, & aliũ per liberũ arbitrium ad baptismum peruenire, & capitul. 25. Deffinitur Deum sua misericordia, & nullis præcedentibus meritis inspirare fidem, & amorem sui vt baptismi sacramenta fideliter requiramus, & ratio est clara, nam etiam si in Sacramento minor dispositio requiratur, quam futura esset si iustificatio esset ex opere operantis, tamen requiritur esse eiusdem ordinis cum gratia, & hoc non fit viribus naturæ, qualiter autem Caietan. & Canno excusetur ab errore dicetur solutione ad quintum.

Con. Trid.

Ad primum argumentum à principio respondetur, in omnibus illis locis, & argumentis, tantum probare in iustificatione libertatem, & consensum liberi arbitrij contra Lutherum, non autem

Ad 1. arg. Explicantur loca Scripturæ.

1. *Paul.* 28. *Eccl.* 2. *Rom.* 10. *& Doctores.* excluditur, hoc debere esse ex promotione Spiritus Sancti eleuantis potentiam, vt supernaturaliter opperari possit, explicatio est Tridentin. Session. 6. capit. 10. & Diuu. Augustin. Epistol. 47. ad Valentinũ, & lib. 2. contra duas Epistol. Pelagianorum, cap. 8. & libr. de gratia, & libero arbit. capit. 5. Ad confirmationem dicitur Diuu. Augustin. retractasse sententiam, libr. 1. retract. capit. 23. & libr. de præstinatio. Sanctor. capit. 3. & capit. 9. Dicens, quod melius dixisset, quod Christus apparuit, & prædicauit illis, vbi *D. Aug. D. Chrisost. Cassian. & Alior.* 9. *Luc.* 5. *Mat.* 9. *Luc.* 19. & 23. *Ad conf.* *Vide Sixtũ Senensem. Driedo. Prosper.* & quærant homines, qui iusta prædestinationem diuinam, & præfinitionem Dei erant crediturí in illum, Diu. autem Christ. sost. Sepissime docuit necessitatem gratiæ ad conuersionem peccatoris, videatur homil. 12. super, capit. 4. 1. ad Corinth. & homil. 28. ad populum. Vnde locis allegatis in argumento solum volunt reprehendere ignauiam hominum nouæ legis, qui tot tantisque beneficijs acceptis, non ita diligenter se haberent, atque antiqui Patres, aut vero Chrisostom. Plus nimio extullit vires naturales, quoniam agebat contra Manicheos, qui asserebant nostrã naturam esse malam, & a malo Deo. Videatur Sixtus Senen. libr. 5. Biblioth. à not. 101 & lib. 6. à nota. 184. & à not. 257. ad Casianum, respõdetur illum damnare, tanquam fauthorem hæresis Pelagij. Ioann. Driedo, lib. de cap. & redemption. generis humani, tract. 2. 2. part. & Prosper. Episcop. in opusc. contra Casianum, de libero. arbit. vt est videre apud Sixtum Senen, lib 6. anot. 184. in merito tamen notatur tanto errore, cum in illa collactione 13. cap. 3. expræsse docuerit Spiritum Sanctum mouere homines interne ad bene operandum, & capit. 18. affirmat hoc ipsum esse deffinitum in Sanctis Patribus. In hoc loco vero citato, sicut & cap. 9. & 17. obscure loquitur, & explicandus, per alià loca citata, vbi clare loquitur.

Ad 2. arg. D. Thom. Ad secundum argumentum respondetur, posse hominem conuerti in Deum finem naturalem viribus naturæ, & de hoc intelligitur Diuu. Thom. loco citato in argumento, vt autem conuertatur in finem supernaturalem requiritur auxilium supernaturale.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum patet solutio ex prima conclusione, ad illud etiam, de aqua calida respondetur, non producere calorem dispositiuum ignis, nisi instrumentaliter in virtute ignis. Vnde formaliter ab agente formam disponitur passum ad illam.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum, vt respõdeatur, prius notandum est aliquod esse requisitum ad aliquam formam dupliciter, vno modo per modum dispositionis, alio vero modo per modum subiecti, forma enim, & præsupponit subiectum, & dispositionem eius, hinc est quod proximitas ad formam potest esse, vel per hoc, quod ponitur subiectũ, vel per hoc quod ponitur dispositio in subiecto, & è contra fit elongatio à forma, vel per destructionem dispositionis, vel per destructionem subiecti. Exemplum sit, quando producitur aqua ponitur proximitas ad formam ignis non per modum dispositionis, sed per modum subiecti, cum ergo forma aquæ sit contraria igni non potest esse dispositio eius est, tamen subiectũ generationis ignis, similiter qui corrumpit aquã elongat ab igne non tollendo dispositionem ignis, sed subiectum generationis illius. Similiter procedendum est in supernaturalibus, potest enim aliquod proximius se habere ad gratiam per modum dispositionis, vel per modum subiecti, subiectum gratiæ est natura dispositiones vero actus supernaturales ex diuino auxilio, quod ergo pertinet ad supernaturales actus causat proximitatem ad gratiam, per modum dispositionis, quod autem pertinet, ad productionem, vel integritatem naturæ causat proximitatem, per modum subiecti, qua ratione creatio animæ est proximitas anihilatio est remotio gratiæ, non quia creatio sit dispositio, vel anihilatio sit dispositionis destructio, sed quia creatio est productio subiecti gratię anihilatio, vero destructio illius. Cum ergo opera moraliter bona pertineant, ad integritatem naturæ, peccata vero istis operibus opposita ad naturæ corruptionẽ, talia opera dicuntur facere minus ineptũ, & magis proximum, non per modum dispositionis, sed per modum subiecti, peccata, vero illis opposita causare elongationem, & ineptitudinem: quatenus subiectum gratiæ, quod debet esse natura integra habent destruere. Hoc ergo supposito ad argumentum negatur consequentia, ad probationem negatur antecedens, ad primã probationẽ illi⁹. Resp. huiusmodi opera tendere ex se in finem naturalem vt autem ex se essent dispositiones debe rent tendere in finem supernaturalẽ quem respicit gratia, quod non fit, nisi auxilio supernaturali eleuentur, Ad secundam pro ba-

Ad arg.

probationem respondetur huiusmodi opera opponi peccatis, vt contra finem naturalem in quem talia opera bona tendunt, vt dictum est, peccata autem, vt contra finem naturalem precise, non habent formalem oppositionem, cum gratia, sed tantum radicalem destruendo subiectum gratiæ. Vnde non sequitur, quod qui destruit tale peccatum disponat ad gratiam, hoc enim sequitur si formaliter haberet opponi gratiæ peccatum, vt est contra finem naturalem, secundum quam rationem tollitur a bono opere morali facto ex viribus naturæ: Ad tertiam probationem respondetur ex doctrina tradita, quod per talia opera redditur, quis minus ineptus ad gratiam, & magis propinquus, per modum subiecti, non autem per modum dispositionis, accessus enim, & propinquitas dispositionis ex subiecto præexistenti superueniens, virtus autem naturalis, & quod ad restitutionem eius pertinet, est subiectum, quod autem superuenit iam est supernaturale, & hoc potest habere rationem dispositionis. Qua propter in hoc sensu intelligenda est solutio in argumento posita quod hæc opera sunt dispositiones negatiuæ. Ad replicam ibi positam respondetur negando consequentiam, ad probationem dicitur in naturalibus valere, non autem in supernaturalibus. & ratio discriminis est, quod in naturalibus dispositio, etiam negatiua qualis est siccitas est eiusdem ordinis, cum forma introducenda habetque proportionem, cum illa. Vnde iubat vt quo maior fuerit dispositio negatiua minor requiratur agentis actiuitas, & dispositio. In supernaturalibus autem, cum dispositio illa negatiua sit alterius ordinis, nec habeat proportionem, cum gratia, cum ista sit supernaturalis, illa vero omnino naturalis, hinc est, nihil conducere dispositionem negatiuam esse maiorem, vel minorem, vt forma gratiæ facilius, vel difficilius introducatur, sed hoc ex dispositionibus supernaturalibus, & eiusdem ordinis attendendum est. Vnde si auxilium est equale, quo modocumque cætera se habeant non resurget vnus alio non resurgente.

Ad rep.

Not.

Pro cuius pleniori intelligentia notandum, quod auxilium sufficiens licet formaliter in omnibus equale, quatenus constituit in actu primo, & posse, non autem præstat facere, quia pertinet ad auxilium efficax materialiter tamen, & secundum intentionem non in omnibus est æquale auxilium sufficiens, sed quo maior est resistentia in Pharaone intensius ponitur auxilium, vt talem resistentiam vincere posset, si tantum haberet intensionem, qui in dubio non esset in Pharaone sufficiens, cum per illud tanta duricies, non posse emolliri, sicut in naturalibus calor vt quator respectu ligni sicci, & calor, vt sex respectu viridis. Conueniunt enim formaliter in eo, quod vnusquisque calor respectu sui subiecti est sufficiens, licet intensiue differant, non enim maiorem sufficientiam habet calor, vt sex respectu viridis, quam vt quatuor respectu sicci, quia si intensio est maior etiã resistẽtia est maior. Vnde si poneretur calor, vt quatuor in viridi, non sufficeret. Si tamen calor, vt sex sufficiens ad comburendum viride poneretur in sicco, non solum haberet suffitientiam, sed etiam efficatiam ad actum secundũ ad quem calor, vt quatuor non perueniret cum tantum esset intra limites suffitientis. In nostro autem casu etiam si auxilium intensius, quod est in Pharaone poneretur in Dauid, in quo est minor resistentia, nõ esset efficax, sed tantum maneret sufficiens, licet super excedens ad requisitum vt posset vincere resistentiam subiecti. Ratioque discriminis consistit in eo, quod efficatia, & actiuitas caloris est mere naturalis consistens in intensione. Vnde per superadditionem graduum transiet ex sufficienti ad efficax, efficatia autem auxilij non attenditur precisse, secundum gradus, quia est concursus, non solum physicus, sed etiam moralis, sed præcipue ex voluntate Dei mouentis moraliter per tale auxilium, cum ergo quantumcumque sit intensius auxilium Pharaonis, non includat efficatiam Dei, quia si includeret, etiam conuerteretur Pharao, inde est, quod posito in Dauid non conuertat ipsum, quia sine efficatia voluntatis Dei non fit conuersio, per hoc ergo plane patet ad replicam positam in argumento.

Ad quintum argumentum respondetur, quod licet in puris naturalibus dolor naturalis excluderet peccatũ, quia tunc tã tũ opponeretur fini naturali. modo tamen cum peccatum etiam fini supernaturali opponatur eget, vt per gratiam expellatur, nec sufficit dolor naturalis ad illud. Si cum Sacramento dolor naturalis sufficiat respondetur, quod dolor naturalis coniunctus, cum alijs actibus supernaturalibus, vt spes veniæ, & voluntas recipiendi Sacramentum, &c. quos a-

Ad 5. arg.

Con. Trid. ctus refert Concil. Triden. Sessio. 6. capit. 6. probabiliter potest dici, quod disponat ad gratiam, quia tunc dolor ille naturalis ex coniunctione ad alios actus supernaturales habet aliquam supernaturalitatem, qua possit esse dispositio, si tamen summatur dolor mere manens naturalis, & secundum virtutem naturalem, nullo modo potest dici probabiliter disponere, imò illud asserere dignum est aliqua censura. Si explicanda est sententia Caiet. opusc. de atritio. & contrition. quæstion. 1. & Soto, libr. 2. de natur. & gratia, capit. 3. & 15. & in 4. distin. 17. quæstion. 2. artic. 5. & distin. 18. quæst. 3. artic. 3. & Canno. relection. de pœnitentia, parte vltim. & Victoria, vt refert Medina hic, vt eius sententia sit probabilis, licet opposita probabilior sit; & vera, non sufficere dolorem naturalem, sed absolute supernaturalem esse requisitum, vel potest explicari Caietan. de dispositione remota qualiter ponitur à Durando, sed de hac difficultate ad longum agitur, 3. part. quæstion. 69. articul. 10.

Explicatur sentent. Cai. & Soto, Cano. Victoria.

Ad 6. arg. Ad sextum argumentum respondetur, quod non conuerti stat dupliciter negatiue, & priuatiue, non conuerti priuatiue est peccatum, & vt sic est ab homine. Si autem negatiue summatur, non tantum est ab homine, sed etiam adeo auferente auxilium. Vnde sicut conuerti non tantũ est ab homine, sed etiam à Deo sita, & nõ conuerti negatiue. Vnde ad argumentum negatur antecedens, & ad probationem similiter, quia negatiue non conteri, vel nõ conuerti non est peccatum. Et si contra arguas, quia per proptiam libertatem, vel defectum concursus eius precise ponitur, non conuersio, non solum priuatiue, sed etiam negatiue, quia stante negatione cõcursus hominis non stat conuersio: ergo similiter per concursum precise hominis ponitur conuersio per illam regulam, si negatio est causa negationis, &c. Respondetur, hanc regulam tenere in causis totalibus, & adæquatis, non autem in causis in adæquatis, si enim duo necessario concurrunt ad aliquem effectum neuter est causa affirmationis, & tamen, quilibet seorsum per deffectum concursus est causa negationis, cum ergo ad dispositionem gratiæ concurrant simul Deus, & homo, talis efectus, non ponitur à quolibet illorum precise, bene tamen negatiue. Vnde non sequitur, si homo precise est causa negationis, quia est altera causa requisita, quod etiam sit causa affirmationis, quia simul requiritur concursus alterius causæ, nempe Dei. Ad confirmationem respondetur, eodem modo, quod ad repugnare sufficit solus homo, cum concursus eius requiratur, iuxta illud (donde vno no quiere dos no baraxan) ad non repugnare autem non sufficit homo, quia requiritur etiam Deus, (idem enim sunt non repugnare, & conuerti,) & non conuerti, & repugnare. Ad illud autem, quod semper vrget, si non consentire, & repugnare est liberum: ergo & consentire, & non repugnare. Respondetur, consentire quidem esse liberum, sed in adæquate, non consentire autem est liberum adæquate respectu hominis. Vnde per se solum potest non consentire, consentire autem, non nisi ex diuino auxilio, quod est alterum requisitum, vt libertas hominis sit causa totalis actus disponentis.

Obiectio. Et si contra arguatur, quia sic frustra fiunt concilia, & prædicationes si sola voluntas hominis non sufficit. *Solutio.* Respondetur fieri prædicationes, vt ipse suam præbeat voluntatem requisitam cui nunquã defficit auxilium diuinum quo voluntas adiuta efficitur potens ad actum. *Obiectio.* Quod si adhuc instes, quia, & præbere suam voluntatem vt simul concurrat cum auxilio est effectus ipsius auxilij, & à Deo, & non ab ipso homine solum. Vnde adhuc frustra videntur admonitiones hoc argumento afflictus clama, ò altitudo diuitiarum sapientiæ &c. Quia iam ibi est meritum vbi ratio humana non præbet experimentum. Dicito tamen, quod auxilium mobet voluntatem, vt sibi subijciatur iuxta naturam tamen ipsius voluntatis libere, sibi subijciendo, de quo 1. part. quæst. 14. & quæstion. 19. latius fit sermo. Quapropter recte admonetur homo de consensu. *Solutio.*

Ad 7. arg. Ad septimum bene ibi respondetur, adreplicam dicitur, quod ex conuersione naturali ad bonum honestum, sequitur illuminatio supernaturalis ex sola misericordia Dei, non autem conaturaliter, & tanquã ex dispositione propria vt statim dicitur vnde non reducitur iustificatio in aliquod naturale.

Dubium IV.

Vtrùm facienti, quod in se est ex

ex viribus naturæ detur gratia infalibiliter ex aliquo pacto, vel lege diuina?

Not. PRO intelligentia tituli notandum, quod dupliciter aliquod potest dici dispositio, primo tanquã cui cõnatura liter, & non solum infalibiliter correspondet gratia, secundo tanquam cui correspõdet licet non connaturaliter, infalibiliter tamen ex pacto, vel misericordia, licet ergo habeatur de fide, dubio præcedenti, opera moraliter bona non esse propriæ dispositiones quibus connaturaliter gratia debeatur, adhuc manet sub dubio inter fideles, vtrum sint dispositiones, quibus infalibiliter, licet ex misericordia correspõdeat gratia. In qua re Duran. in 2. distin. 26. quæstio. 5. Scot. in 4. distin. 14. quæstio. 2. tenẽt quod huiusmodi opera moraliter bona, licet non habeant meritum gratiæ de condigno merentur, de congruo iustificationem, & Vazquez infra disputatio. 199. & disp. 18. cap. 2. & 3. & alij hic dicunt gratiam consequi ad huiusmodi opera esse adeò infalibile, quod huiusmodi sit pactum, & lex diuina facta ex misericordia omnino indeficiens.

Sent. Duran. Scotus. Vazquez.

1. Arg. Dan. 4. Eccles. 3. D. Aug. Nazian. D. Basil. Hæc sententia probatur omnibus locis sacræ Scripturæ, in quibus hæc opera commendantur, vt à peccato quis maneat liber, Dan. 4. peccata tua eleemosinis redime. Eccles. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosina extinguit peccatum. Confirmatur testimonio sanctorum, Diu. Augustin. hom. 47. vbi dicit, medicina peccatorum eleemosina, & Gregor. Nazian. orat. de pauperum amore ait, perinde nulla res est, qnæ venebollentiam Dei concilliet, vt misericordia. Idem asserit Basil. homil. 8. Si respondeatur, hæc debere intelligi de huiusmodi operibus factis ex motione Spiritus Sancti, & ex charitate. Contra arguitur, quia sic par ratio est de omnibus operibus bonis moralibus: ergo si hæc specialiter commendantur, ideo est, quia ex proprio obiecto, hãc habent virtutem.

Solutio.

Impug.

2. Arg. Secundũ argumentũ, quando quis facit votum, quod in se est viribus naturæ, vel sequitur infalibiliter gratia, vel non, si primum habetur intentum, si secundum certe Deus est acceptor personarum, nam quæ ratio potest esse vt tribuat gratiam alicui facienti, quod in se est viribus naturæ, & non alteri. Si respondeatur, quod gratia, vel auxilium, vt quis conuertatur non est debitum. Vnde sine acceptione personarum potest Deus tribuere cui voluerit, & dicere, an non licet de meo facere, quod volo? Contra arguitur, quia Diu. Petrus loquens de largitione auxilij Cornelio propter bona opera moralia, in quibus se exercebat, & de conuersione gentium omnino gratiosa dixit: nunc cognoui, quod non sit acceptio personarum, apud Deum: ergo sentit, quod facienti, quod in se est naturaliter ex proprijs viribus naturæ non dare auxlium, & gratiam esset acceptio personarum in Deo, etiam si hoc non debeatur.

Solutio.

Impug.

Prima conclusio, nulla est promissio, vel lex vniuersalis, quod facienti, quod in se est viribus naturæ detur infalibiliter gratia. Hæc est contra Vazquez, adeò tamen certa, vt oppositum sit temerarium, & forte erroneum, quia maxime accedit ad errorem Pelagij, hæc enim est pars erroris illius, quod operibus pure naturalibus correspondeat infalibiliter gratia, & vt inquit Soto, libr. 2. de natura, & gratia, capit. 4. & Vega, quæstion. 6. de iustification. Si esset infalibilis consecutio gtatiæ, ad hæc opera ex aliqua lege absolute posset concedi hominem se disponere ad gratiam ex viribus naturæ: siquidem ponit id ad quod infalibiliter gratia sequatur, cum ergo Concilia deffiniant contra Pelagium hominem non se disponere ad gratiam ex viribus naturæ, nullo modo potest concedi esse huiusmodi consecutionem infalibilem ex lege. Confirmatur, quia si ex huiusmodi opetibus naturalibus infalibiliter consequitur gratia absolute potest concedi innitium nostræ iustificationis esse ex nobis. Quare enim non dicetur innitium illud, ex quo aliud infalibiliter consequitur: cum ergo sit error dicere, quod innitium nostræ iustificationis sit ex nobis, idem erit asserere, quod gratia ex his operibus sequitur infalibiliter ex pacto. Confirmatur secundo, quia non stabit sententia Paul. 1. Corinthior. 4. Quis te discernit, & iterum, quis prior dedit illi. & retribuetur ei? Posset enim homo respondere, se prius dedisse opus moraliter bonum ratione cuius discernitur infalibiliter. Secundo

1. Conol. contra Vaz. quez, & Vega.

1. Cor. 4.

Probatur concl. secundum fidem, & determinationem conciliorum opera pure naturalia omnino sunt inutilia, ad iustificationem, & vitam æternam; nam, sed si esset huiusmodi infalibilis consecutio gratiæ, nõ possent dici inutilia ergo &c. Tertio probatur, quodcumque initium nostræ iustificationis efficax, est effectus prædestinationis: ergo quodcumque principium efficax iustificationis debet esse, quid supernaturale, consequentia patet, quia omnis effectus prædestinationis est effectus diuinæ gratiæ. Antecedens vero probatur, *D. Thom.* ex D. Thom. 1. part. quæst. 23. art. 5. tũc vltra, sed opera pure naturalia non sunt effectus diuinæ gratiæ: ergo nec prædestinationis: ergo nec sunt principium efficax iustificationis: ergo nec ex eis est infalibilis consecutio gratiæ, quia si esset talis consecutio illa opera essent principium efficax gratiæ. Confirmatur, quia naturalia vt conducunt ad finem prædestinationis sunt effectus prædestinationis, & reputantur inter supernaturalia: ergo si opera illa habent conexionem infalibilem cum gratia, & conducunt infalibiliter ad finem prædestinationis erit: quatenus supernaturalia, & sic nunquam verificabitur, quod manendo puræ naturalia disponant infalibiliter ad gratiam. Vltimo probatur, quia nullum potest assignari fundamentum talis legis, & infalibilis consecutionis: ergo est omnino fictitium illud asserere.

2. Concl. Triden. Secunda conclusio, huiusmodi opera non habent etiam meritum de congruo respectu gratiæ. Hæc est contra Durau. & Scot. & probatur, quia Triden. dicit nõ posse hominem credere, & sperare, vt oportet ad iustificationem, sine auxilio supernaturali Dei. Item Concilia diffiniũt hominem ex naturalibus, non præstare, quæ necessaria sunt ad iustificationem: si autem in huiusmodi operibus esset meritum de congruo operabatur, vt oportet, & aliquid necessarium ad iustificationem ergo &c. Secundo probatur, meritum de congruo, vel ponit infalibilem consecutionem gratiæ, vel non, si primum est incidere indeliramentum, Vazquez, & sapere hæresim Pelagij. Si secundum tantum est dicere quod tribuitur gratia ex pura misericordia, nam si plus esset, quam misericordia pura, iniustitia fieret, si aliquan- *D. Thom.* do non esset. Quapropter Diu. Thom. qui in 2. distin. 28. quæst. 1. art. 4. & in 4. distin. 14. quæst. 1. art. 4. videtur tenere hãc sententiam Scot. mutauit sententiam hic, & quæst. 24. de verit. art. 15. sed de hac conclusione iterum redibit sermo, quæstio. 114.

Tertia cõclusio, ex misericordia Dei præsumendum est, quod si aliquis faciat, quod in se est viribus naturæ auxiliabitur vt recipiat gratiam. Hanc docet Alexan. 3. part. quæst. 69. arr. 3. Altisiod. libr. 3. summæ, quæstio. 89 art. 6. Alber. Mag. 2. dist. 28. quæst. 1. Chrisost. hom. de cõuers. Pauli, & lib. 1. de compunctione cordis, Theophi. Ioann. 6. Casian. libr. 12. cap. 14. Hanc conclusionem probant loca sacræ Scripturæ primi argumenti, quæ licet principaliter intelligantur de operibus factis ex auxilio, vt sic habeant rationem dispositionis, tamen intelligi possunt de illis ex facultate naturæ, quod inducant iustificationem non infalibiliter, neque ex lege, neque ex aliquo merito de cõgruo, sed solum ex misericordia Dei, quæ aliquando non erit pro suo placito, sine quærella alicuius. Item probatur conclusio de puero veniente ad vsum rationis, de quo ait Diuu. Thom. quod si conuertatur ad bonum honestum illuminabitur, &c. quod intelligitur misericorditer non *Dub.* ex lege. Si autem quæras qualis congruẽtia sit, vt Deus tali misericordia vtatur. *Resp. Anselm.* Respondet D. Anselm. in Manologio, cap. 10. esse quidem congruentiam ex parte Dei, quia iustum est Deum punire peccatores, quia talis punitio congruit eorundem meritis, & similiter est iustũ, vt Deus iustificet, eum qui bene operatur, nõ quia hoc promeretur peccator, sed quia decet maxime suæ bonitati. ex parte etiam peccatoris bene operantis ponit congruentiam, quia qui bene operatur, minorem repugnantiam habet cum gratia infundenda, quam his, qui male operatur, exemplũ appositum de ligno viridi, & sicco est optimum, quod siccum aptius est ad combustionem, quia siccitas disponit. Sit item exemplum Diu. Thom. 3. part. quæst. 4. ar. 1. de natura humana, in qua licet nõ sit aliquid necessitans ad vnionẽ, cũ verbo est tamẽ cõgruentia, vt potius, quam alia natura assumatur à verbo: tũ propter dignitatem talis naturæ, tum propter eius indigentiam, & necessitatem. Videatur amplius de ista conclusione, Driedo, lib. de libe. arb tract. 2. cap. 2. & lib. de concordia prædestin. cum lib. arb. part. 2. cap. 3. Diu. Augustin. epist. 205. ad sixtum, & Diu. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 16. ad 2. vbi agunt qualiter per hæc opera iustificatio impetretur licet non mereatur, vel sequatur

3. Concl. Alensis. Altisiod. Alber. D. Chrisost. Theoph. Casian.

D. Thom.

Videatur: Driedo. D. Aug. D. Thom.

quatur ad dispositionem, scilicet necessariam.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio respondetur, illa opera non habere rationem dispositionis infalibilis, nisi ex auxilio supernaturali, ex viribus naturæ solum sunt dispositiones ex misericordia Dei, fit autem specialius mentio de istis, quam de alijs, etiam si omnia debeant fieri ex diuino auxilio, vt sint dispositiones quia ista specialius sunt opera satisfactoria, vt redimant à peccato, & morte, quantum ad pœnam temporalem.

Ad 2. arg. Ad secundum bene ibi respondetur, ad replicam dicitur D. Petrum, tantum intendere facere comparationem inter populum Iudæorum, & gentium quibus indifferenter tribuit auxilia supernaturalia, nõ autem loquitur inter personam, & personam, de quo nos hic nam etiã si duo equaliter se habeant in naturalibus, concurret Deus multoties cum vno, & non cum altero, neque in hoc est inæqualitas, cũ nullius sit debitor.

Art. VII.

Vtrùm homo sine gratia Dei possit resurgere à peccato.

PRIMA conclusio est negatiua.

Secunda conclusio ad tertium, natura humana non potest reparari per se ipsam, sine auxilio gratiæ, etiam inordine ad bonum, sibi connaturale.

Prima conclusio est de fide, vt patet ex illo Oseæ, perditio tua ex te Israel ex me tantummodo auxilium tuum, & Ieremiæ, 2. Si laberis te nitro, & multiplicaueris herbam burith, in munda eris inconspectu meo, & cap. 30. Insanabilis fractura tua, & pessima plaga tua, etiam ad aligãdum curationem tuam, vtilitas non est tibi. Item patet ex Concil. Arausi. cap. 14. vbi expræsse definitur, quod à nulla miseria potest resurgere homo, nisi ex gratia Dei præueniente, iuxta illud Psal. 78. Cito anticipent nos misericordiæ, quia pauperes facti sumus, &c. & cap. 19. vbi docet, quod si homo in iustitia semel recepta, non potest perseuerare, sine gratia Dei multo minus poterit habere illam de nouo, & ex Concil. Milleuit. can. 3. & ex Triden. Sessio. 6. cap. 14, & sessio. 5. decreto, de originali, can. 3. & ex Epistola decretali, Celestini Papæ, ad Episcop. Galliæ, cap. 10. Item patet ex authoritate Sãctorum, qui sepissime, id docent, sic August. lib. de correctione, & gratia, cap. 11. & lib. 14. de ciuit. cap. 27. Diuu. Bernar. serm. 48. super Cant. vbi eleganter explicat illud Psalm. 118. Errauí sicut ouis, quæ perierat require seruum tuum, docẽs quod sicut ouis ad ouile redire, nõ potest, nisi reducatur à pastore, ita nec peccator, qui errauit per peccatum, etiam D. Ambros. lib. 1. de vocatione gentium, cap. 3. vbi ad propositum explicat illud Psalm. 77. Spiritus vadens & non rediens, D. Chrisost. hom. 37. imperfecti, explicans illud, statim inuenietis asinam elligatam, &c. Soluite, &c. Dicit enim, quod sicut asina alligata solui, non poterat, nisi iussu Domini per discipulos, ita nec peccator, &c. Alia multa de hac concl. videantur infra quæstion. 113. art. 2. & 3. part. quæst. 86. art. 2.

Con. Arausi. *Con. Mill.* *D. Aug.* *D. Eccr.* *D. Ambr.* *D. Chrisost.*

Modo tamen pro inteligentia huius articuli notandum, cum Caiet. quam mirabiliter procedat D. Thom. in istis articulis, cum enim perfectio christiana procedat in prophetico dicto Psalm. 33. declina à malo, & fac bonum, posquam D. Th. vsque adeo egit de posibilitate ad bonũ modo agit de posibilitate ad fugiendum malum. In hoc quidem articulo de posibilitate, vt quis se liberet à peccato preterito, in sequenti autem art. vt quis se liberet à peccato futuro, vel aliter potest considerari hic ordo, quod in art. 6. egit D. Thom. de posibilitate præparandi se ad gratiam, siue in subiecto sit, vel non sit peccatum, in hoc autem art. agit de præparatione ad gratiam, quando in subiecto peccatum supponitut hoc supposito circa secundam conclusionem.

Not. Ex Cai. *Psalm. 33.*

Dubium est vnicum

Vtrùm homo proprijs viribus possit sibi restituere ordinationem, & rectitudinem naturalem quam peccando amisit?

IN hac re Caiet. asserit posse hominem post peccatum proprijs viribus restituere se ad rectitudinem naturalem. Probatur primo hæc sententia ex doctrina D. Thom. in 2. dist. 28. in expositio-

Sent. Caiet. *1. Arg.*

ne textus vbi ait, quod mutatio voluntatis in melius, si inteligatur secundum bonitatem cibilem, sic homo per potestatem naturalem, quam à Deo accepit potest voluntatem mutare in melius, sicut Arist. dicit impoliticis, quod prauus ad meliores exercitationes deductus proficiet, vt melior sit: ergo in tantum potest in bonitate proficere, vt rectitudinem naturalem consequatur, & hoc proprijs viribus.

2. Arg. Secundo arg. homo proprijs viribus potest apponere causas contrarias causis peccatorum, ergo viribus naturæ, potest restaurare, & adquirere, quod peccando amisit in naturalibus, consequentia patet, quia contraria contrarijs curantur. Antecedens vero probatur, nam vt ait Diuu. Thom. quæst. 24. de verit. art. 10. & 11. Tres sunt causæ peccatorum, prima impetus passionis concupiscentiæ, vel irrascibilis quo interrũpitur iudiciũ rationis, ne actu iudicet in particulari, quod in vniuersali tenet, & sentit, sed sequatur passionis inclinationẽ consentiendo in quo passio tendit, tanquam in per se bonum. Secunda causa est inclinatio habitualis, quæ se habet, velut natura inclinans in sibi conueniens facienſque illud aparere cõforme, quia qualis vnusquisque est talis, sibi finis videtur. Tertia causa est falsa existimatio rationis in re particulari eligibili proueniens quidem, vel ex aliqua duarum priorum causarũ, vel ex ignorantia vniuersali, vt cum quis est in hoc errore, quod fornicatio non est peccatum, sed prima ratio potest obiari per rationẽ, & per rectã existimationem de fine, & per veram estimationem alicuius principij potest repeli error contra conclusionem, secunda autẽ causa potest etiam tolli per vires naturales, quia nullus habitus corrumpit omnes potentias, Vnde per sanitatem aliarum potest restaurari infirmitas potentiæ lesæ per talem actum. Tertia etiam potest tolli per inquisitionem, & collactionem rationis, & per disciplinam: ergo primum antecedens est verum, quod potest viribus naturæ homo apponere causas cõtrarias causis peccatorum. Confirmatur, nullus est habitus, vel actus vitiosus necessitans voluntatem, vt permaneat in peccato: ergo non est necessarium, quod semper sit inordinata: ergo viribus naturæ poterit à tali peccato resillire redeundo ad ordinationem naturalem,

3. Arg. Tertio arg. Philosophus naturalis existens in peccato cognoscit Deum auctorem, & finem naturalem: ergo poterit proponere voluntati amandum amore naturali. Si autem sic ametur tali amore rapientur ceteræ potentiæ a malo in bonum ergo viribus naturæ poterit rectificari.

Pro intelligentia notandum, quod vt supra dictum est, quæstion. 89. art. 1. tran sacto actu peccati remanet reatus, peccatorque auersus à Deo, & cõuersus ad creaturam, tanquam in vltimum finem distansque a Deo, quia vt dicit Diu. Thom. in illa, quæst. art. 2. ad 3. Hanc distantiam causat peccatum, aliud autem est cessare ab actu peccati aliud vero ex peccato relicta restaurare, vt ait Diu. Thom. hic, & supr. quæstio. 103. art. 7, & de verit quæstion. 28. art. 2. 1. Not. D. Thom.

Secundo notandum, quod homo in natura integra habuit triplex bonum, primum erat rectitudo naturalis de quo Eccle siast. 7. Fecit Deus hominem rectum, quę rectitudo, vt dicit D. Thom. 1. pa. quæst. 95, art. 1. consistebat in subiectione rationis, ad Deum, ex quo sequebatur, quod vires inferiores rationi essent subiectæ. Secundum bonum erat decor, & nitor, & pulchritudo proueniens ex refulgentia luminis rationis, & sapientiæ, & gratiæ, & omnium virtutum infusarum, vt dicit D. Thom. supra quæst. 86. artic. 1. Tertium bonum erat pignus hæreditatis eternæ vitæ, proueniens ex gratia. Per peccatum hæc bona amisit, & triplex malum incurrit, primum amisit illam rectitudinem naturalem, vt dicit D. Tho. supra quæst. 80. art. 1. & 2. quatenus Deo, non mannet subiecta voluntas, sed ad creaturam conuersa, secundum amisit, scilicet illum nitorem per maculam, & deformitatẽ peccati, vt etiam dicit Diu. Thom. in illa quæstion. 86. tertium malum incurrit amitendo pignus hæreditatis: quatenus manet additus eternæ pœnæ, & gehenæ, vt dicit D. Thom. supra, quæst. 87. art. 1. de duobus: ergo posterioribus non dubitamus, hic quin requiratur gratia, vt restituantur, nec sufficiant vires naturæ, condonatio eternæ pœnæ a Deo ofenso debet prouenire, & nitor, & pulchritudo illa ex assistentia gratiæ debet redũdare, qua illa fœditas, & macula auferatur, dubium ergo currit de primo vtrum viribus naturę possit restaurari integritas, sic quod voluntas à creatura retrahatur, & figatur in Deo velut in vltimo fine naturali illi se subijciendo 2. Not. Eccles. 7. D. Thom.

Conclusio sit, non potest homo existens in peccato recuperare sibi rectitudi- 1. Concl.

ne.R

nem naturalem, quam peccando amisit, loquendo simpliciter. & absolute, nam secundum quid aliqualiter sit per aliqua opera moraliter bona, nihil obest. Hanc tenet Medina, & Conrad. & Zumel. & omnes communiter hic, & videtur expressa, Diu. Thom. in corp. asserentis, quod ordo naturæ recuperari, non potest, nisi Deo voluntatem hominis in se retrahente, & ad tertium dicit, quod natura non manet integra, sed corrupta. Vnde nō potest per se ipsam reparari. nec etiam ad bonum sibi connaturale reddire. Respondet Caiet. loqui Diu. Thom. de profectione naturali, quæ consistebat in vigore naturæ integræ, quia ad hunc vigorem naturæ reddire non potest. Sed hæc solutio est nulla, quia Diu. Thom. dicit non posse reddire ad integritatem naturæ per proprias vires, sed hoc debere esse à Deo trahente voluntatem, &c. loquitur ergo Diu. Thom. non de illo vigore, quia ad illum, etiā per gratiam à Deo non trahitur, sed loquitur de integritate conuersionis in Deum, quę fit a Deo per gratiam, & hanc dicit viribus naturæ non posse fieri. Secundo probatur conclusio, integritas naturæ est per conuersionem in Deum, sed hoc non fit, nisi per gratiam: ergo. Maior probatur, quoniam corruptio est per auersionem a Deo, & conuersionem ad creaturam: ergo integritas debet esse oppositō modo, per auersionem a creatura, & conuersionem in Deum: minor probatur, nam vt conuertatur in Deum debet auerti a creatura, cum non possint esse simul duo vltimi fines, & quia accessus ad vnum est recessus à suo contrario, non potest auerti a creatura viribus naturæ: ergo nec conuerti in Deum, ista minor est Diu. Thom. 3. contra gent. cap. 157. ex quo desumpta est hæc ratio. Si respōdeatur ad hoc argumentum probare, non posse viribus naturæ auerti a creatura, vt possit conuerti in Deum finem supernaturalem, bene tamen, vt conuertatur in finem naturalem, quia hoc non excedit limites naturæ. Contra arguitur, quia finis naturalis, & supernaturalis sunt necessario connexi suppositā eleuatione ad finem supernaturalem: ita vt non possit auerti ab vno, & non ab altero, vt patet in peccato Adam, quod licet fuerit contra finem supernaturalem, quia erat præceptum supernaturale tamen simul per ipsum amissa est rectitudo naturalis tam in Adamo, quam in nobis: ergo non potest quis conuerti in finem naturalem, quin conuertatur in supernaturalem, sicut nec auerti à supernaturali, quin auertatur à naturali etiam, vt solet dici supra quæst. 21. art. 6. Si adhuc respondetur, non esse adeò connexos huiusmodi fines, quin possit fieri auersio ab vno, & non ab altero, vt cum quis peccat precise contra præceptum supernaturale, tunc nullo modo videtur auerti à fine naturali, cum huiusmodi præceptum in naturali non contineatur: ergo idem erit quantum ad conuersionem, quod poterit conuerti in vnum scilicet in naturalem, & nō in supernaturalem, qui in naturali non est inclusus. Contra arguitur, quia licet materia præceptorum non cadat determinate, & secundum propriam speciem sub precepto rationis naturalis tamen cadit in genere, & in communi, dictat enim ratio naturalis obediendum Deo, quo modocumque præcipienti. Vnde si fide cognoscitur præcipere Deum supernaturalia, consequenter, & naturalis ratio obedientiam talis præcepti dictat licet in communi, vt dictum est. Exemplum sit in simonia commissa in venditione calicis, est enim contra naturam, non quia in particulari natura dicat calices, non esse vendendos, sed quia in communi præcipit rem sacram nō esse vendendam, cognito autem calicem esse rem sacram contra ius naturæ est illū vendere: similiter patet in legibus humanis, non enim a natura dictantur in particulari, & secundum propriam speciem, bene tamen in communi, quia ratio naturalis dictat, obediēdum præceptis superiorū cognito autem præcepto per legē positiuā ex natura tenetur obedire. Si respondeatur contrarijs hoc argumētum, tantū probare suppositā cognitione, vtriusque finis, & præceptorum naturalium, & supernaturalium non autem probat in casu, quo quis nutritus inter barbaros non cognoscat finem supernaturalem, nec aliquid audierit de fide, tunc enim peccatum eius tantum est contra finem naturalem, quia in quem non cognoscit peccare non potest, cum ignorantia tollat voluntarium requisitum ad peccatum: ergo per opera moraliter bona recuperare poterit, quia tunc ex ignorantia finis supernaturalis non connectitur, cum naturali. Contra arg. quia cum de facto Deus eleuauerit ad finem supernaturalem de facto illi duo fines sunt connexi, & de facto illud peccatum etiam est contra finem supernaturalem, licet ex ignorantia excusaretur, aliud enim est excusari à peccato, aliud vero, quod nō sit peccatum, si ergo in re est contra finem supernaturalem

Medina. Conrad. Zumel. *D. Thom.* *Solutio. Cai.* *Impug.* *D. Thom. Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.*

naturalem, ille etiam homo rectificari, nõ poterit cum fine naturali, nisi etiam rectificetur cum supernaturali mediante gratia.

Ad 1. arg. a princip. Ad primum argumentum à principio respondetur, secundum aliquos D. Tho. mutasse sententiam, sed melius dicitur tantum intendere. Diu. Thom. quod existẽs in peccato non sit adeò destitutus, vt non possit aliqua opera moraliter bona facere, sicut dicitur de infideli, 2. 2. quæst. 10, artic. 4. ex illis tamen operibus, numquã generabuntur habitus virtutũ, quia ad hoc requiritur charitas, vt dicitur 2. 2. quæst. 23. art. 7. Quapropter quamtuncumque exerceat illos actus non recuperabit retitudinem naturalem, quia numquã per illa opera rectificatur volũtas, sed semper manet de ordinata habitualiter, quando ergo

Explicatur D. Th. & Arist. Diu. Thom. & Arist. dicunt, quod prauus ad meliores exercitaciones deductus fit melior, non loquuntur de melioritate perfecta, quæ includit integrum bonum naturalem, & dilectionem Dei perfectam, de qua supra dictum est, viribus naturæ haberi non posse, sed loquuntur de melioritate imperfecta, & secundum quod inordine ad obiectum particulare illius habitus boni cuius actum exercet.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum respondetur, in illis rationibus tantum intendere Diu. Thom. peccatum hominis non esse irreparabile, sicut peccatũ Angeli, sed posse numerata in argumento, quæ damnari non possunt ex quibus mediante diuino auxilio potest iustificari. Deinde dicitur per actum, vel habitum dici, non tantum de ordinari potentiam, in qua est, sed per accidens, cæteras etiam potentias, dato tamen, quod aliæ non de ordinarentur, adhuc esset impossibile ad rectitudinem redire propriis viribus, quia rectitudo nõ est, nisi voluntas rectificetur retractata à creatura, & conuersa in Deum, quod sine gratia esse non potest.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. Respondetur, quod ille Philosophus non poterit, etiam stãte illa cognitione diligere Deum auctorem naturæ perfecte, quod requiritur ad rectitudinem naturalem, de quo supra plura dicta sunt.

Art. VIII.

Vtrùm homo sine gratia, possit non peccare?

PRIMA conclusio, in statu naturæ integræ poterat homo non peccare; nec mortaliter, nec venialiter, sine gratia habituali, non autem, sine auxilio Dei in bono conseruantis.

Secunda conclusio, in statu naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali sanante naturã adhoc, quod omnino à peccato abstineat.

Tertia conclusio, in isto statu homo reparatus per gratiam habitualem potest abstinere ab omni peccato mortali, non tamen ab omni veniali collectiue, quod intelligitur secluso speciali priuilegio qualiter fuit in beata Virgine.

Quarta conclusio, in hoc statu, qui non est in gratia potest, quodlibet mortale per aliquod tempus vitare, non autem omnia collectiue, vel sine omni peccato diu perseuerare.

Zumel hic multa disputat de auxilijs, quæ tamen à nobis relinquuntur causa prohibitionis sanctæ Inquisitionis cohibentes à censura, quia de his agere, sine illa est mancam relinquere materiam, de hoc Deo dante suo tempore agetur. etiam disputari solent multa circa possibilitatem vitandi peccata: vtrum possit, quis vitare omnia mortalia collectiue, an vero diuisiue viribus naturæ. Item vtrum possit supernaturalia, uel solum naturalia, sed istæ quæstiones sunt similes illis, de quibus art. 4. tractatum est, de obseruantia præceptorũ, idem enim est seruare præceptum, & non peccare per se loquendo, & non peccare, & præceptum seruare. Quapropter, quæ ibi dicta sunt de obseruantia præceptorũ acommodanda sunt hic ad vitationẽ peccatorum, modo solum est.

Dubium vnicum.

Vtrùm homo iustus possit vitare omnia venialia collectiue?

Supponen. contra Luther. IN hac re non est disputandum, vtrum possit iustus, imò non iustus, non semper peccare, etiam venialiter, sed in aliquibus operibus operari bene moraliter, de hoc supra actum est, & supponendum de fide contra Lutherum, qui vt refert Rofensis art. 22. contra Lutherum, & Decanus Lobanen. artic. 11. contra Caluinum aiebat, quemcumque etiam iustum, in omnĩ

Ex Arau. & Trid. ni opere suo peccare saltim venialiter, sup
Iob 1. ponendum in quam deside posse multo-
1. Cor. 7. ties operati bene, & non ligari ad semper
2. Petr. 1. peccare, vt expresse habetur in Arauf.
1. Ioan. 2. Can. 28. & 20. & Trident. sess. 6 Can. 20.
& patet Iob capit. 1. in omnibus his non peccabit Iob, & 1. Corint. 7. Si nupserit Virgo non peccat 2. Petri 1. satagite, vt per bona opera certam faciatis vestram vocationem, hoc enim facientes non peccabitis, & 1. Ioan. 2. Hæc scribo vobis. vt non peccetis, & ratio est manifesta, quia hæc opera moralia cadunt sub præcepto, blasfemum enim est asserere, præcipere Deum, quod malum est. Nec valet respõ
Solutio Lu th. Impug. sio Lutheri, quod dicuntur non peccata,
Vide Deca num Loba. quia non imputantur. quia iam verũ erat
Soto. Deum præcipere, quod in rei veritate est
Albert. Pi gir. peccatum de hoc legantur supra dicta, &
Vega. Decanus Lobani art. 7. contra Lutherum
Bulla Leo. Soto in 3. de nat. & grat. cap. 3. & sequen tibus Albertus pigius controuers. 1. con tra Lutherum Vega lib. 11. super Trid. cap. 32. videatur, & Bulla Leonis decimi, contra Lutherum suppositio ergo, quod potest in aliquibus non peccare, etiam ve nialiter, dubitatur vtrum hoc possit in omni opere, ita vt vitet omne peccatum veniale, etiam collectiue.

Sent. Pelagij. Iobian. In qua re Pelagius, vt refert D. Ag. lib. de hæresibus, cap. 88. & epist. 95. & Milleuitanum cap. 7. asserebat iustum sic posse esse rectificatum, vt omnino etiam venialia collectiue posset vitare, imò, & Iobinianus, vt refert D. Hier. lib. 2. contra ipsum iu stum sic esse impeccabilem, vt nec tentari posset,

1. Arg. Probatur primo, hæc sententia exillo 1. Ioan. 3. Qui natus est ex Deo peccatũ non facit, quia semen ipsius in ipso manet & peccare non potest, & Lucæ. 2. de Zac haria, & Elisabet dicitur, quod incede-- bant in omnibus mandatis domini, sine quærela Apoc. 14. in ore eorum non est inuentum mendatium, Iob 27. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Item in sacra scriptura admonen tur homines, vt absque omni sint peccato vt patet 1. Corint. 15. exibite vos sancti, & irreprehensibiles 1. Petri 1. vigilate iust ti, & nolite peccare, quæ frustra essent si homo, non posset vitare omne peccatum veniale.

2. Arg. Secundum argumentum, nemo pec-
cat in eo, quod vitare non potest: ergo si
Solutio. non potest vitare omnia venialia non peccat, non vitando omnia. Si respondea tur posse vitare singula, quæ occurrunt. Vnde numquam datur aliquod, quod cõ mittendo non peccet, quia tibi solum præ cipitur, de quocumque occurrenti. Con- *Impug.* tra arguitur, quia non solum tenetur vita re hoc, & illud diuisiue, sed etiã omne col lectiue ergo potest omne collectiue aliàs teneretur ad impossibile. Si respondea- *Solutio.* tur, nullum tale esse præceptum deuitan do omne collectiue, sed diuisiue. Vnde quando peccat tantum peccat, quia non seruat hoc præceptum modo ocurrens. Contra arg. quia non solum non debet po *Impug.* ni sub vno præcepto communi impossi- bilitas, sed nec sub pluribus particulari- bus, licet ergo non sit aliquod præceptum speciale omnia diuisiue obligans ad om- nia collectiue, sufficit tamen, quod per om nia illa præcepta (verbi gratia) Deum præ cipiatur, quod impossibile est implere il- lud, scilicet quod per decẽ præcipitur eo, vel maxime, quod aliquod videtur præ- ceptum impositum de omni collectiue, vt est illud diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totamente tua, & ex totis vitibus tuis in quo omne veniale videtur excluſſum.

Tertio arg. potest iustus seruare hoc, *3. arg.* & hoc & sic de singulis: ergo omne. Si res pondeatur, non valere consequentiã, quia amplior difficultas est in consequenti, quã in antecedenti. Contra arguitur, sint ve- *Solutio.* nialia, quæ occurrunt (verbi gratia) qua- tuor si vitabit tria facilius est vitare, quar tum quam si non vitasset tria, quia ex vita tione trium manet à sue factus, & facilis ergo nõ est maior difficultas in omnibus simul, quã diuisiue, quia vitare illud quar- tum est vitare omne collectiue, ad quod facilius se habet. Si respondeatur, quod li cet ex vna parte ex vitatione trium ma- neat facilior ex alia tamen parte manet la xatus. Vnde non sic se habet, sicut si non vitasset tria, vt contingit in infirmo, per ambulando fit potentior, laxatur tamen, vt post quatuor passus non possit mittere quintum. Contra arguitur, quia licet hoc *Impug.* valeat in mortalibus respectu illius, qui non est in gratia (vt supra dictum est) non tamen valet respectu iusti per gratiam inor dine ad venialia, quia iustus non laxatur, sed potius dilatatur in huiusmodi operi- bus.

Quarto arg. existens in gratia potest *4. arg.* vitare omnia mortalia collectiue: ergo me lius venialia, patet consequentia, quia dif- ficiliora sunt mortalia, quam venialia: er- go si potest omnia illa collectiue similiter, & omnia ista.

Secunda

2.Sent. Duran. Conrado.

Secunda sententia,in hac parte est, quam tenet Durandus in 2.distin.28.quæstio.3.quem alij sequuntur , vt Conrado hic,posse iustum omnia venialia vitare, quæ sunt talia ex suo genere, vt mendatium,verbum ociosum, &c. nõ tamẽ omnia venialia,quę talia sunt ex subreptione rationis,vel paruitate materiæ.Hęc sentẽtia probatur primo,ex illo Apoca. 14. in ore eorum non est inuentum mendatium.

1.arg.

2.arg.

Secundo probatur, quia ratio Diui Thom.tantum probat de venialibus,&de imperfectione deliberationis , inquit enim,quod cum appetitus non plene subijciatur rationi necessarium est consurgere motus,quos ratio multoties perfecte sedare non possit,ecce ergo quomodo loquitur de venialibus ex imperfecta deliberatione.

3.arg.

Tertio probatur, nam gratia præstat vires ad vitanda venialia:ergo in tantum potest augeri gratia,vt omnia talia ex genere vitare possit, probatur consequentia,nam si gratia(verbi gratia)vt vnũ præstat vires ad vitandum vnũ,gratia vt duo advitandum duo,&c.ergo tanta erit gratia,vt vitet omnia.

4.arg.

Quarto arg.nam venialia ex obiecto non amplius considerationis habent, quã mortalia,imò minus,quia minorem difficultatem habẽt.Nec obiat multitudo,nã illa quæ ex obiecto venialia sunt finitatẽ habent,& in pauco numero continentur: ergo poterit omnia illa vitare,sicut & omnia mortalia collectiue.

3.Sent. Cather. Arg.

Tertia sententia est, quam tenet Catherinus,lib.2.de eximia prædestinatione Christi,Ioannem Baptistam habuisse speciale priuilegium à Deo numquã peccandi,probat suam sententiam ex illo Ecclesiæ,ne leui saltem maculare vitam famine posset,& rursus nescius labem niuei pudoris,&c.

Not.

Pro intelligentia quæstionis notandum,quod de venialibus possumus loqui tripliciter,primo generaliter,vt abstrahit à venialibus ex obiecto, & a venialibus ex subreptione rationis,vel paruitatis materiæ.Secundo de venialibus omnibus ex obiecto.Tertio de venialibus vnius, vel alterius speciei,vt mendatium,vel verbũ iocosum,&c. rursus possumus loqui de lege ordinaria,vel absolute,rursus possumus examinare,vtrum vsus fuerit sua potentia,& cui tribuerit hoc priuilegium.

1.concl. Contra Pelagium.

Prima conclusio, de lege cõmuni,& ordinaria nullus existẽs in gratia potest vitare omnia venialia collectiue per multum tempus,vel per totam vitam, vt veniale abstrahit à veniali ex obiecto,& ex subreptione rationis , vel ex parte materiæ. Hæc est de fide contra Pelagium,de quo agũt Doctores in 2.d.28.&29.& 40. Soto in 3.de nat.& grat.cap.3.& 4.Driedo,lib.de gra.& libe.arb.cap.4.& 5.Vega lib.4.super Trid.cap.19.vsque ad 23. & probatur conclusio Prober.14.septies in die cadit iustus,quod de venialibus explicant sancti specialiter Casian. collat. 22.capit.13.primæ Ioan.1.si dixerimus, quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est.Iacobi 3.in multis ofendimus omnes,si Apostoli de se ipsis hoc dixerunt, confirmatis in gratia,qui primitias Spiritus acceperũt, vt ait Paulus , quis de alio oppositum audebit asserere. Item Psalm.142.non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens Ecclesiastes.7.non est homo iustus in terra,qui nõ peccet:est etiam hęc definita in Milleuit.Can.6.& 7.contra ipsum Pelagium, & in Arausic.cap.10.& in Tride. sess.6.Can.23.illam docet Agustin.tractat.21.super Ioan.Basil. hom. de pœnitentia in principio,Ciprian.serm.de orat. Dominica , Diuꝰ.Gregor.18.moralium c.14.Secundo probatur ratione D.Tho. nam licet appetitus reparetur per gratiam non tamen perfecte sanatur,nec plene ratio subijcitur.imò nec ratio omnium agẽdorum perfectam habet notitiam multisque homo subiacet tentationibus. Qua propter licet legem Dei possit implere, non tamen perficere iuxta illud ad Rom. 7.Velle adiacet mihi,perficere autem nõ inuenio,non dixit non facere , non inuenio,sed perficere,vt aduertit Agust.tract. 1.super Ioan.quia iustus potest facere legem,sed non perficere, idest plene implere , sine omni culpa etiam leui , quia cum vt dictum est ratio non perfecte appetitui dominetur,& in appetitu tot tentationes insurgant necessum est multoties decumbere.Confirmatur , quia vt supra dictum est,necessum est naturam defectibilem defficere: ergo non potest semper perfecte stare. Confirmatur secundo , experientia nullus datur quantumcumque iustus qui in leuibus non defficiat Deo permitente , vt humilior cautiorque quis redatur.

Ita tenet Soto. Driedo. Vega. Prob. 14. 1.Ioan.1. Iacob.3. Eccles. 7. Conc.Mil. Aurifica. Triden. D.Aug. D.Basil. D.Greg. Rom.7.

2.Concl.

Secunda conclusio, per aliquod brebẽ tempus bene potest iustus, cum solo auxilio gratiæ perseuerare absque omni veniali peccato,non tantum quantum ad culpam,sed etiam quantum ad reatum pœnæ;

næ. Hæc conclusio probatur, quia etiam peccator, sine gratia non semper in omni opere peccat, vt definitũ est contra Lutherum, cum ergo quis fortius se habeat per gratiam, per longius tempus potest, bene operari, & manere absque omni culpa. Secundo probatur, quia potest contingere, quod per brebe tempus non se oferant occasiones, & sit homo maxime intẽtus circa diuina ergo pro illo tempore nõ peccabit. Confirmatur, quia multoties cõtingit, & legitur de Sanctis fuisse in extasi per duos, vel tres dies absorti in contemplatione perfecta, quis ergo dicet, tunc peccasse venialiter in illo tempore. Et si
Obiectio. obijcias illud Prouer. 24. septies in die ca-
Ex prob. 24. dit iustus: ergo non stat etiam per breue tempus manere, sine veniali. Respondetur
1. Solutio. loqui per modum exagerationis intendẽs, quod multoties cadat, & aliquando septies in die, non autem quod hoc semper
2. Solutio. fiat. Secundo respondetur, tantum intendere differentiam inter iustum, & impium quod iustus etiam si cadat septies resurgit malus autem in malum corruit, vt videre est in contextu, ait enim, ne quæras impietate in domo iusti, neque bastes requiem eius. septies in die cadit iustus, & resurgit impij autem in malum corrunt, docet ergo non statim publicandum peccatum iusti, neque ad aures iudicis deferendũ, quia statim atque audit resurgit, quod clarius est dicere, quod loquitur conditionaliter, ac si diceret etiã si septies cadat iustus statim resurgit, non autem intendit determinare, quod septies cadat. Vide D. Hiero-
D. Hier. lib. 3. contra Pelagi, vbi aduertit etiam ad brebe tempus se abstinere à venialibus tribuendum esse gratiæ Dei, & non libero arbitrio, videatur D. Tho. 3. par. quæst. 79. art. 4. ad 2. secunda etiam pars probatur, per ferborem charitatis, vel penitentiæ, per Sacramenta, & sacrificia, & indulgentias, potest in aliquo tempore esse quis absolutus non solum culpa, sed
Obiectio. omni reatu penæ. Et si adhuc instes contra conclusionem ex Mileuit. vbi dicitur quod semper iusti orant vere, dimitte nobis debita nostra: ergo non datur tempus etiam brebe in quo quis sit omni liber de-
Solutio. bito saltem veniali. Respondetur, Concil. tantum intendere contra Pelag. asserentem iustos hoc dicere in oratione dominica ex humilitate non autem ex necessitate tantum ergo intendit Concil. iustos, non omnino esse liberos à debito veniali, vt non possint vere dicere, dimite nobis debita nostra, non autem determinat hoc Concil. pro quocumque tempore, sed absolute: quatenus absolute nullus siue in lõguo, siue in paruo tempore manet omni no libera debito saltem veniali, vide August. lib. de nat. & grat. cap. 62.

Tertia conclusio, probabile est posse *3. Concl.* iustum ex auxilio gratiæ vitare omnia venialia ex suo genere, probabilius tamẽ est oppositum, licet possit vitare hoc, vel illud genus venialis, vt mendatium (verbi gratia) non tamen omne. Prima pars pro- *1. pars pb.* batur argumentis Durand. quem alij etiã sequntur. Secunda pars probatur à Soto, *2. pars.* 3. de nat. & grat. cap. 4. & est communis *Soto.* sententia, illa quæ confirmatur omnibus locis, & argumentis primæ conclusionis, nam hanc etiam videntur probare, cum absolute de venialibus procedant. Secundo probatur ratione, namcum appetitus sit infirmus, & passionibus inquietus, videtur, quod etiam stante perfecta deliberatione, non possit ab omni veniali ex genere liberari trahente ipsum appetitu propria passione moto. Tertio probatur difficiliuseste vitare omnia mortalia, & venialia ex obiecto, quam solum omnia mortalia: ergo licet possit ex gratia, hoc secundum, non sequitur, quod possit illud primum. Antece- *D. Thom.* dens probatur ex Diu. Thom. supra quæstion. 73. art. 4. vbi ait, quod quanto virtus maior fuerit, tanto magis se extẽdit ad *Obiecto.* prohibendum minora peccata. Etsi contradicas fatẽdo dificilius esse mortalia, & venialia, simul vitare. Vnde vitatis mortalibus, non sequitur vitare, etiam venialia, sed nihilominus poterit, hæc difficultas solui dicendo, quod si loquamur diuisiue inter mortalia ex vna parte, & venialia ex alia, quod facilius erit vitare, omnia venialia ex genere, quam omnia mortalia. Vnde si ex gratia potest omnia mortalia melius poterit omnia venialia non facta complexione, cum vitatione mortalium. Res- *Solutio.* pondetur, quod existens in gratia facilius potest vitare omnia mortalia, quam omnia venialia, etiam seorsum considera ãa vitatione mortalium, licet ex obiecto difficiliora sint mortalia, & ratio huius est, quia gratia, eo quod habet inclinationem ad finem vitæ eternæ per se primo habet vitare illud, quod est contra talem finem cuiusmodi est peccatum mortale, non autem veniale, pondus autem charitatis est ad mortale vitandum principaliter. Vnde facilius est habenti charitatem vitare mortalia, quæ ex obiecto difficiliora sunt, quã uenialia omnia, quia ad illa non sic propẽdit, & inclinat charitas, sicut ad illa. Tertia *3. Pars.*

pars

pars conclusionis probatur, nam verosimile videtur Ioannem Baptistam, numquam mentitum fuisse, & de multis canitur, in ore eorum non est inuentum mendatium. Item probatur, quia aliqua potest esse materia, in qua alicui numquam se offerat occasio: ergo poterit manere liber in illa. Tertio probatur, nam multoties, quis habet contrariam inclinationem, & abor ret materiam alicuius venialis: ergo in illa poterit, numquam peccare. Confirmatur, nam in materia mortali potest contingere vt quis, propter inclinationem contrariam, numquam defficiat: ergo melius in aliqua materia veniali.

4. Conel. Quarta concl. bene potest Deus conferre specialissimum auxilium de potentia absoluta, vt quis nunquam, & nullo modo peccet venialiter in omni materia, & de facto contullit, illud beatę Virgini. Pri

1. Pars. est D. Augst. ma pars probatur, ab August. lib. 2. de peccato. meritis, cap. 6. & lib. de nat. & grat. cap. 10. ex virtute omni potentiæ, & bonitatis Dei iusta illud Cann. Iudæ, ei autem, qui potens est vos conseruare, sine peccato. Secundo probatur, nam vt dicitur, supra quæst. 89. art. 3. in statu innocentiæ habebat Adam huiusmodi priuilegium: ergo bene potest Deus illud conferre. Secunda pars conclusionis probatur, quia est communis Doctorum, cum

2. Pars. est Magist. & D. Tho. Sufron. D. Ber, D. Aug. Magistro in 3. dist. 3. & cum D. Thom. 3. part. quæst. 27. art. 4. illam tenet Sophronius Hierosolimit. in Epist. Sinodali à probata, in 6. Sinodo generali, & Diu. Bernar. Epist. ad Cann. Lugdu. D. Aug. lib de nat. & grat. cap. 36. vbi habet illam celebrem sententiam de beata Virgine, propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nullã prorsus volo habere quęstionem, inde enim scimus, quod Dei plus gratiæ sit collatum ad vincendum ex omni parte peccatum, quia concipere, & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Denique hæc pars est deffinita expræsse in Tride. sess. 6. Can. 23. & in

Con. Trid. Con. Clara montano. Concil. Claramontano, quod refert Vega lib. 14. cap. 18. & sic est de fide, quando ergo in sacra scriptura, vel in Sanctis legitur solum Christum sine peccato, sic debet explicari, quod solus Christus sit sine peccato ex propria natura, & ratione suppositi, itaque etiam si non haberet gratiam habitualem, vel aliquod uxilium speciale ad non peccandum ex vi vnionis hipostaticæ erat impeccabilis, vt dicitur suo loco in 3. part. Beata autem Virgo nõ est ex sua natura, & ab intrinseco, sed ab extrinseco ratione specialis auxilij, & priuilegio hoc habebat, Qua propter Greg. in 2. dist. 31. quæst. 2. art. 1. admitens ve-

Contra Gregor. niale actuale in Virgine sensui totius Ecclesiæ contrariatur. Et si contra aliquas,

Oziectio. ex Christ. & D. Augst. quia multi sancti oppositum docent, nam Christ. hom. 2. super Ioan. & super Math. ait, quod quando dictum est Christo ecce matet tua, & fratres tui foris stant &c. manifestum est, quoniam hoc ex vana gloria faciebant similiter in conuiuio, quando Virgo in nuptijs dixit vinum non habẽt volebat illis exponere gratiam, & se ipsã gloriosiorẽ facere per filiũ, & fortasis quid humanum patiebatur quem ad modum, & fratres eius dicentes manifesta te ipsum mundo, similiter August. libris quæstionum veteris, & nobi testamenti, quæsti. 53. ait quod beata Virgo in morte Domini stupore quodam dubitabit, similia vidẽtvr habere Euthimius, & Thephilatus in cap. 3. Ioann. & in 12. Matth, & Origin. hom. 3. super Lucam. Ad hoc argumen-

Solutio. ex D. Tho. tum respondet Diu. Thom. 3. part. quæst. 27. art. 14. ad 2. & 3. primo quidem, quod Chrisost. excesit, secundo posse interpretari, quod loqnitur quantum ad exterius, quod apparenter alij possent extimare, non autem quod in re in illa fuerit aliqua vanna gloria. Ad Diuu. Augustin. dicit loqui non de dubitatione fidei. sed admi-

D. Basil. rationis, & discusionis quatenus, vt ait Basil. epist. ad optimum beata virgo assistẽs Cruci, & aspitiens singula post testimonium Gabrielis, post inefabilem Dominicæ conceptionis notitiam, post ingentẽ miracusorum ostensionem animo fructuabat ex vna scilicet p-rte videns eum pati abiecta, & ex alia parte consideran eius mirifica. Vide Diuu. Thom. & interprætes eius loco citato. Etsi in præsenti aliquẽ præsseritdifficultas, quod nam sit hoc

Dub. Resp. ex Duran. priuilegium non peccandi venialiter, dico quod Duran. in 3. distin. 3. quæstio. 4. ait hoc non consistere in perfectione, vel intensione gratiæ, sed in quadam manutenentia extrinseca Dei. At vero D. Tho.

D. Tho. respondet, vera solut. sit. in 3. dist. 3. quæst. 1. art. 2. quæst. 3. dicit oppositum, quod consistit in maxima perfectione gratiæ, quia si gratia habet vitare venialia, & quo maior magis habet vitare illa, tanta poterit esse, & tam intensa, vt vitet omnia venialia. Quod tamen tenẽdum est in hac parte, est via media importare, quidem vtrumque, & maximam perfectionem gratiæ, & peculiarem Dei prouidentiam assistentiam, & mãnutenentiam, sit habet Diuu. Thom. 3. p. quæst. 27. art. 4.

Ad

Ad locum D.Th. respon. Ad argumentum autem sententiæ Diui Thom. in 3. respondetur in moralibus nō valere, quia quodlibet peccatum diminuit bonum rationis, numquam tamen possunt sic multiplicari peccata, vt omnino tollāt cum hoc pertineat intrinsice ad hominis naturam, similiter ergo quantumcumque crescat gratia non habet vitare omnia venialia, quia numquam habet quantumque augmētetur plene subijcere appetitum.

5. Concl. Vltima conclusio, nulli alteri sancto concedendum est hoc priuilegium non peccandi venialiter, neque etiam Ioanni Baptistæ, & oppositum est temerarium. Hoc probatur, quia in locis adductis in 1. conclusione absolute dicitur de omnibus, & nullius fit exceptio, nisi beatę Virginis in Trid. & excommuni consensu Ecclesiæ: ergo alium excepture temerarium est. Secūdo probatur, quia a regula communi sacræ Scripturæ non licet excepture, nisi cum magno fundamento ipsius sacræ Scripturæ, vel Sāctorum, sed hic nullum est fundamentum: ergo. Probatur minor, quia nullus est sanctus id affirmans de Ioanne, imò oppositum dicit Diuu. Basil. Epistol. 174. & homil. 89. Augustin. lib. de spir. & lit. cap. 1. & lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 7. & Epistol. 95. & de Ecclesiast. dogma, cap. 49. Diuu. Hiero. libr. 3. contra Pelag. Beda, super illud Ioann. 1. Ecce qui tollit peccata mundi. Diuu. Gregor. homil. 13. in Euāg. & 18. moral. cap. 9. Videatur Medin. hic, & Soto, 3. de natura. & grat. capit. 4. Driedo, lib. 1. de grat. tract. 2. cap. 5. part, 1. & 2. Vega, libr. 10. super Sessio. 6. capit. 17. vsque ad 24, Casian. collation. 22. capit. 13.

D. Basil. D. Aug. D. Hier. Beda. D. Greg. Vide Medina. Driedo. Vega. Casian.

Obiectio. Etsi contra facias argumentum, quia sic sequæretur sententiam Catherini non solum esse temerariam, sed etiam hæreticam. Respondetur, quod si quis asseret. sine priuilegio. sed ex gratia iustificante vitasse omnia venialia assereret hæresim condemnatam contra Pelagium, sed asserere hoc habuisse aliquem ex priuilegio, vt baptista, hoc non est directe contra sacram Scripturam, vel determinationem Conciliorum, quia tamen hoc est, sine fundamento, ideò est temerarium illud asserere.

Solutio.

Obiectio. Etsi rursus arguas, quia non solum determinatur in Tridentin. legem cō munem esse nullum, esse sine peccato, sed etiam nullum esse exceptum præter beatam Virginem: ergo contra fidem erit baptistam excipere.

Solutio. Respondetur Concilium determinare beatam Virginem esse exceptam à regula communi, de alijs autem, nec affirmat, nec negat, sed relinquit illud determinandum ex sacra Scriptura, in qua cum nullum sit fundamentum ad excipiendum alium est temerarium. Resolutionem, huius dubij tenet Curiel hic, dubio secundo, & Xuarez, libr. 9. cap. 8.

Curiel. Xuarez.

Ad 1. arg. explicatur Ioan. 3. Luc. 2. Apoc. 14. Iob 27. 1. Cor. 15. 1. Pet. 1. Ad primum argumentum à principio respondetur ad locum Diuu. Ioann. dicitur, quod loquitur formaliter, quod natus ex Deo, non peccat in quantum renatus per gratiam, quia vt sic participat naturam diuinam, operatio autem sequitur formam, quia vnumquodque operatur in quantum est in actu, cum ergo formam gratiæ Deificantis non possit sequi opperatio peccati, inde est, quod natus ex Deo, vt sic peccare non possit, iuxta illud Ecclesiast. 24. Qui opperantur in me non peccabunt. Vnde si talis homo peccat est in quantum retinet vetustatem prævaricationis Addæ, sicut aqua calida in quantum talis frige facere, non potest, bene tamen in quantum aliàs retinet frigiditatem. Solutio est Diuu. Augustin. de peccatorum meritis, capit. 7. & 8. & Diuu. Thom. 4. contra gent. capit. 70. Secundo respondetur, intelligendum de peccatis mortalibus, nam vt patet ex contextu loquitur de peccatis impedientibus diuinam lucem, & facientibus filium Diaboli, hęc autem dumtaxat sunt mortalia. Tertio respondetur, dici non peccare: quatenus viri sancti magnam adhibent diligentiam, vt non peccent, etiam venialiter. Qua propter, non ita sępe cadunt in venialia, non autem inteligitur, quod numquam cadant. Quarto respondetur, loqui de notitia prædestinationis, & vltimo peccato, qui enim prædestinati sunt vltimam in pœnitentiam habere, nō possunt, quia semen Dei, & præstestinatio manet in illis. Solutio est Driedo, lib. 1. de concordia prædestinationis, cap. 3. & Vega, lib. 12. super Sessio. 6. capit. 8. Ad locum lucæ respondetur, sufficere non peccare mortaliter, vt dicatur, quis viuere, si ne quærela, quia veniale, non facit reprehensibilem, simpliciter. Ad locum Apoc. respondetur, quod probat in certa materia posse aliquem liberari abomni veniali. Ad illud Iob respondetur, quod cum ipse cap. 7. & 9. fateatur se peccasse non intelligendum est postea contrariū asserere, sed intendit se viriliter restitisse, taliter vt nū quā in opus tētationis consenserit, quod pertinet admortale, nō autē intendit se nū quam in cogitatione leuiū defeciſſe, quod pertinet ad veniale, explicatio est D. Gregor.

D. Thom. Aug.

2. Solutio.

3. Solutio.

4. Solutio.

D. Greg.

gor.19.moral.capit.4. Secundo respondetur, non negare absolute peccatum, sed peccatum quo tantam plagam meretur iusta illud ipsius, vtinam ponderentur peccata mea, quibus iram merui in statera, & quasi arena maris, &c. explicatio est Diu. Gregor.13.moral.c.15. & Drie.lib.2.de grat.tract.2.cap.2.part.2. Ad alia loca respondetur suadere ad vitãda mortalia, quæ tollunt sanctitatem, & quod conn ẽtur puriores effici, & quantum potuerint fugere etiam venialia.

Dried.

Ad 2.arg. Ad secundum bene ibi responsum est ad vltimam replicam dicitur Deũ, nec singulis, nec omnibus simul præceptis præcipere vitare omnia venialia collectiue, quia nec paratus est conferre auxilium ad omnia uitanda sed singulis præceptis singula præcipit ad quę vitanda paratus est conferre auxilium, in mortalibus autem non solum paratus est dare auxilium ad singula, sed etiam ad omnia collectiue, vnde nõ solum non præcipit singula, sed etiam omnia collectiue saltem virtualiter in illo præcepto, diliges Dominum Deum tuũ, &c. in quo obseruantia omniũ continetur (vt supra dictum est) seruatur autem hoc præceptum, cum omnibus illis additis, etiam si sint venialia. quia ista etiam, cum charitate perfecta, non habent contrarietatem maxime si raro committantur.

Ad 3.argt Ad tertium respondetur optimam esse solutionem ibi datam, ad replicam dicitur, quod iustus per gratiam sanatur mente ad vitanda mortalia, non autem appetitu ad vitanda omnia venialia. Vnde in ordine ad venialia loquendum est, vt de infirmo, & licet absolute delectetur in operibus bonis, tamen laxatur ratione cõplexionis corporis, vel tentationis appetitus quæ resistit.

Ad 4.arg. Ad quartum arg. respondetur, quod licet venialia ex obiecto secundum se sint faciliora, tamen etiam habenti gratiam difficilima sunt, quia gratia tendit, & propendit primo, & perse ad vitationem mortalium eo, vel maxime, quod cum gratia sanet mentem, non autem appetitum habet facilius vitare mortalia, quæ sunt in ratione, quam venialia quæ sunt in appetitu.

Ad 1.arg. 2.Sent. Ad primum arg. 2. sententiæ respondetur probare de veniali in certa materia solum.

Ad 2.arg. Ad secundum respondetur, etiam probare illam rationem in ordine ad venialia ex obiecto, quia licet ratio sit clara, & perfecta cum non perficiatur gratia primo & per se in ordine ad venialia etiam ex obiecto faciliter poterit trahi ab appetitu in consensum.

Ad 3.arg. Ad tertium patet ex dictis illam consequentiam, non valere in moralibus, quod si maior gratia habet vitare plura venialia, quod in tantum possit crescere, vt vitet omnia, quia numquam sanatur appetitus, quantumcumque gratia crescat.

Ad 4.arg. Ad arg. Ad quartum respondetur, sicut ad quartum primæ sententiæ, nec sunt adeò in paruo numero venialia ex obiecto, vt non sit euidens periculum, etiam in illis.

3.Sent. Ad argumentum tertiæ sententiæ respondetur, locum Ecclesiæ esse intelligendum per exageration em magnæ sanctitatis. Vel secundo dicitur illud non iubare predictæ sententiæ, quia si dicitur fugisse ne macularetur, non habebat priuilegium prædictum, nec fomitem extinctũ siquidem opus erat illi fuga occasionum. Ad secundum locum dicitur, loqui de integritate virginali non de macula omniũ venialium. Si tandem quæras ad plenam intelligentiam dubij: vtrum hæc in potentia vitandi omnia venialia collectiue sit physica, vel solum moralis, Zumel hic asserit esse physicam cuius optima ratio potest assignari, quia vt dictum est, Deus non vult dare auxilium ad vitanda omnia: ergo est in potentia physica, quia inter principia physica ad operandum est præcipuum (ait Nuño) auxilium. Alij vero asserunt tantum esse in potentiam moralem, quia si puer perueniens ad vsum rationis statim se conuertat feruentissima charitate (vt dicitur de Patre nostro Dominico) & cito in illa die moreretur videtur, quod decederet absque omni veniali. Sed certe hoc est loqui methaphysice, & est ponere vitationem venialium per subtractionem materiæ loquendo autem connaturaliter, vt res de facto contingunt oblatis tot occasionibus, vt passim se offerunt in potentia est physica ratione dicta, quia non habet homo omnia requisita physica ad operandum deficiente auxilio, quod est principale inter principia.

Dub. Resp. Zumel.

Vera resp.

Art. IX.

Vtrùm homo gratiam consecutus

cutus posſit abſque alio diuino auxilio bonum facere & vitare peccatum?

PRIMA concluſio, quicumque conſtitutus in gratia poteſt bonum facere, & malum vitare abſque alio auxilio dato per modum doni habitualis.

Secunda concluſio, non poteſt homo bonum facere, & malum vitare, abſque alio auxilio per modum mobentis.

Dubium I.

Vtrùm auxilium actuale requiſitum, vltra gratiam habitualem debeat eſſe ſupernaturale, & ordinis gratiæ, an vero ſufficiat generale naturale?

Sent. Molin. IN hac re, quidam iuniores nimium fabentes facultati naturali, & inter ipſos ſpecialiter Molina, aſſerunt poſita gratia, vel habitibus ſupernaturalibus in potentijs ſufficere auxilium generale naturale ad actualiter operandum. Hæc ſententia probatur, primo, nam communiter aſſeritur à Theologis virtutes infuſas, non ſolum dari ad melius, ſed ad ſimpliciter poſſe: ergo ipſis poſitis ex ſolo generali auxilio, poteſt homo ſimpliciter. Con- *1. Arg.* firmatur per huiuſmodi, tanquam per formas conſtituitur homo in actu primo, habetque proportionem, cum operatione: ergo ſine alio ſpeciali ex ſolo generali auxilio, poteſt in actum exire aliàs per tales formas, non erat proportionatus. *Conf.*

2. Arg. Secundo arguitur, ex auxilio generali, poteſt homo facere opera moraliter bona: ergo & ſupernaturalia, antecedens dictum eſt ſupra, quod etiam exiſtens in mortali viribus naturæ, poteſt facere illa. Conſequentia probatur, quia eadem opera moraliter bona facta ab exiſtente in gratia, etiamſi non fiant ex gratia ſunt meritoria, & conſequenter ſupernaturalia, nõ autem poteſt dici, quod vt fiant abexiſtente in gratia requiritur ſpeciale auxiliũ: ſi quidẽ cũ ſolo generali naturali poſſunt fieri à nõ exiſtente in gratia, & qui eſt in gratia non eſt minoris virtutis.

Concluſio ſit ad omne opus ſupernaturale, & ad omne opus meritorium faciendum, vltra gratiam requiritur actualis motio, & auxilium ſupernaturale, nec ſufficit auxilium generale naturale. Hæc concluſio eſt adeò certa, vt oppoſitum ſit temerarium, illam tenet Diuu. Thom. hic Gregor. in 2. diſtintio. 26. quæſtion. 1. Vega de iuſtificatione, quæſtio. 14. Probatur ex Concil. Arauſ. cann. 9. vbi dicitur, quoties bene agimus Deus in nobis, & nobiſcum, vt operemur operatur, ex Celeſtino I. Epiſtol. 1. ad Epiſcop. Galliæ, capit. 8. ſ. etiam tenet Auguſtin. de natur. & gratia, capit. 26. vbi docet, quod cum Deus ſanat hominem per gratiam, non ſic ſanat illum, vt non indigeat, vltra, cura Dei, in quo aſsignat diſcrimen iuter curam medici corporalis, & ſpiritualis Dei, quod homo ſanatus ſemel per medicum corporalem, non indiget dum eſt ſanus illius auxilio, iuxſta illud Matth. 9. Non eſt opus medico bene habenti bus, cæterum homo iam ſanus per gratiam indiget ſemper auxilio Dei ad bene operandum, adducitque, etiam exemplum D. Thom. in argumento, ſed contra. Si reſpondeatur, intelligendum de concurſu generali naturali. Contra arguitur, quia ſic nihil ſpeciale determinaretur de operibus ſupernaturalibus, cum illud generale naturale ad opera etiam naturalia requiratur. Secundo probatur, ratione Diuu. Thom. nam in naturalibus vltra facultatem ſecundæ cauſæ, & eius formæ requiritur concurſus primæ cauſæ: ergo in ſupernaturalibus vltra formam requiritur concurſus actualis Dei, dicere autem requiri concurſum in genere naturæ non valet, quia concurſus debet eſſe proportionatus formæ, ſicut ergo cum forma naturali eſt concurſus naturalis, ita cum forma ſupernaturali requiritur concurſus ſupernaturalis, quia concurſus naturalis cum forma ſupernaturali non habet proportionem. Tertio probatur, concluſio, quia concurſus Dei cum habitibus ſupernaturalibus vndequaque eſt ſupernaturalis: ergo abſolute non debet dici naturalis antecedẽs patet, tum ex parte cauſæ efficientis Dei authoris gratiæ, tũ ex parte ſubiecti, quia recipitur in ipſis habitibus ſupernaturalibus quibus datur in adiutoriũ, tũ etiã ex parte finis, quia datur ad actus ſupernaturales eliciẽdos, hac enim ratione virtus Sacramentorũ eſt ſupernaturalis, quia ad finem,

Concl. D. Thom. Greg. Vega.

Con. Ara. Celeſt. D. Aug.

Matth. 9.

Solutio.

Impug.

nem, & effectum supernaturalem ordinatur. Confirmatur, quia si tale auxilium esset naturale, quid perfectius esset omni operatione supernaturali: siquidem motio primæ causæ perfectior, & fortior est concursu causæ inferioris. Confirmatur secundo, quia si auxilium naturale sufficit ad efectum supernaturalem iste contineretur eminenter in illo, vt efectus in causa, & tunc per aliquid naturale cognosci posset supernaturale, quia efectus per causam cognosci potest contra ea quæ dici solent, 2. part. quæst. 1. art. 3.

1. Corol. Ex dictis in hac conclusione sequitur primo, quod in opinione illorum, qui dicunt actus supernaturales esse tantum supernaturales, quantum ad modum, non vero quantum ad substantiam, consequenter debet dici auxilium necessariũ ad modum illorum actum debere esse supernaturale requisitum vero ad substantiam sufficere esse naturale, in vera tamen sententia nostra, quod actus virtutum supernaturalium sunt supernaturales, & quoad substantiam, & quoad modum consequenter dici debet esse necessarium auxilium supernaturale tam ad substantiam, quam ad modum illorum actuum. Secundo sequitur, auxilium supernaturale requisitum ad prædictos actus, non semper debere esse actuale, sed sufficit virtuale, sicut enim non semper requiritur cõcursus formalis habitus, sed virtualis ex præcedenti relatione ad finem supernaturalem, ita nec semper requiritur actualis concursus, & auxilium se tenens ex parte illius habitus ad operandum.

2. Corol.

Ad 1. arg. Ad primum Argumentum a principio respondetur, huiusmodi formas dare, simpliciter posse in actu primo, vt autem exeant in actum secundum, requiritur actualis motio proportionata ipsis formis, neque in hoc aliquid speciale dicitur, quod non contingat, etiam informis naturalibus simpliciter enim dant posse, vltra illas tamen requiritur actualis motio primæ causæ ad actualiter operandũ. Ad confirmationẽ, similiter respondetur, per huiusmodi formas fieri proportionẽ in actu primo, ad actum secundum requiritur motio actualis.

Ad conf.

Ad 2. arg. 1. Solut. Ad secundum argumentum, qui tenent vt opus sit meritorium sufficere esse à gratia, vel charitate habitualiter, hoc est esse ab homine existente in gratia, licet gratia, vel charitas nullum influxum habeat formaliter, vel virtualiter in tale opus, sed solum fiat ex viribus naturæ, vt tueantur conclusionem D. Thom. tenentur dicere, quod licet quantum ad substantiam, & physicæ gratia, vel charitas, non influat in tale opus influit, tamen moraliter, quia non esset opus meritorium, nisi gratia. Vnde gratia saltem moraliter est causa illius operis, iste ergo concursus moralis, non est nisi sit concursus actualis auxilij supernaturalis, quia non iudicandum est de illo opere, vt mere naturali. Quapropter licet opus mere naturale in peccatore sit ex concursu naturali, opus, tamen illud factum in gratia, propter rationẽ meriti non potest fieri, nisi ex auxilio Spiritus Sancti. Etsi contra arguas, quia minus posset iustus, quam iniustus, si iniustus potest naturaliter illud opus, non autem iustus. Respondetur, non esse iustum minus potentem, quia cætera non sunt paria, cum in illo (vt dictum est) illud opus sit excellentius, propter rationem meriti, & si hoc modo non procedatur certe, præmet auctores istos propositum argumentum. In nostra autem sententia, non habet vires cum teneamus non esse opus meritorium, nisi sit à charitate formaliter, vel virtualiter, quod non est, nisi per actum præsentem, vel præteritum relationis charitatis, qui necessario debet esse ex motione auxilij Spiritus Sancti, aliàs opus est mere naturale, & iudicandum est, sicut de opere peccatoris, quantum ad fieri ex viribus naturæ. Verum est iustum eo solũ, quod sit in gratia esse potentiorem, vt plura, vel melius faciat huiusmodi opera naturalia (vt ait Medina hic) quia cum gratia perficiat naturam etiam in ordine ad naturalia melius se habet, numquam tamen concedendum est talia opera extrahi extra limites naturæ non concurrente gratia saltim virtualiter.

Obiectio.

Solutio.

2. Vera. Solutio.

Medin.

Dubium II.

Vtrùm sufficiat ei quodlibet auxilium supernaturale ad huiusmodi opera prædicta, an vero requiratur aliquod speciale auxilium præter commune ordinis gratiæ?

Pro

Not. PRO intelligentia dubij est notandum quod in ordine gratiæ præter concursum ipsius gratiæ est triplex auxilium actuale, primum quidem communissimum, & generale correspondens in ordine gratiæ, quasi auxilium communissimum in genere naturæ, sine quo nulla causa naturalis operari potest. Secundum auxilium est specialius, quo adiubat Deus ad præstantiora, & difficiliora opera, & ad diu perseuerandum in gratia. Tertium auxilium est specialissimum, quod tribuitur prædestinatis, vt perseuerent in gratia, vsque in finem vitæ, de quo agetur articul. sequenti, modo autem nihil de illo. De primo ergo auxilio certum debet esse requiri ad opera omnia supernaturalia, vt definitum est contra Molinam dubio præcedenti: similiter enim certum debet esse, illud non requiri ad opera moraliter bona, & naturalia contra Gregor. 2. distin. 28. quæstion. 1. & Capreolum, & Hispalensem ibidem, qui asserebant, etiam ad opera moraliter bona naturalia requiri auxilium supernaturale. Dubium ergo est in præsenti: vtrum ad opera supernaturalia sufficiat, primum auxilium generale ordinis gratiæ: an vero requiratur, etiam illud secundum speciale, & sic quomodo intelligatur, secunda Conclusio Diuu. Thom. quod præter gratiam requiratur auxilium actuale.

Contra Greg. Capreo. Hispalen.

Sent. Durand. Henrri. Soto. Decan. Lonan.

In hac re est sententia Durandi in 2. distinction. 29. quæstion. 3. & Henrrici, quæstion. 1. Soto. 3. de natur. & gratia, capit. 4. Decan. Lobanen. articul. 7. contra Lutherum sufficere auxilium generale ordinis gratiæ ad opera omnia supernaturalia, quamtumcumque excellentia, & ad vitanda omnia peccata, & implenda omnia præcepta, & diu perseuerandum in gratia. Hæc sententia probatur primo ex Diuu. Thom. qui artic. præcedenti dicit hominem per gratiam absque auxilio speciali posse abstinere ab omni mortali, & articul. sequenti dicit ad tertium donum gratiæ habitualis nobis dari, vt perseuerare possimus: ergo sufficit auxiliū generale concommittans gratiam.

1. Arg.

2. Arg. Secundo arguitur, speciale auxilium præter generale, non requiritur ad seruanda præcepta naturalia, nec supernaturalia: ergo. Probatur antecedens, quia ad naturalia sufficit auxilium naturale (vt supra dictum est articul. 4.) ad supernaturalia, autem sufficit generale gratiæ, quia supernaturalia, non super excedunt porportionem gratiæ mote per auxilium generale.

1. Conc. D. Thom. Soto. Vega. Prima conclusio, in statu iustitiæ originalis solum cum auxilio generali gratiæ posset homo facere omne bonum, vitare omne malum, & diu perseuerare in gratia. In hac conclusione vnum supponitur, & alterum affirmatur suponitur quidem ex dub. præcedenti, etiam in illo statu ad opera supernaturalia, vel meritoria requiri auxilium generale supernaturale nec sufficere naturale, hoc enim intendit Diuu. Thom. 1. part. quæst. 97. asserens Adam indiguisse præter vigorem naturæ prouidentia Dei, vt non moreretur similiter, vt non peccaret præter vigorem gratiæ eguisse auxilio Dei, vt ait quæst. 27. de veritat. articu. 5. ad 3. loquitur enim de auxilio generali supernaturali affirmatur autem in illo statu ad huiusmodi opera supernaturalia non esse necessarium auxilium aliud specialius, hæc est D. Thom. vbi supra art. 2. & 4. & 8. & arti. sequenti ad 3. omnium quę discipulorum eius videatur Soto 1. de nat. & gra. cap. 6. concl. 5. *Soto.* Vega de iustificat. lib. 12. cap. 22. & probatur ex illo Eccles. iast. 7. Deus fecit hominem rectum, ideſt cum bona voluntate qua posset semper ad hærere Deo, vt explicat August. 14. de ciuit. cap. 10. & sequentibus. Qua propter ait lib. de bono perseuerantiæ cap. 4. & lib. de correcti. & grat. cap. 11. primum hominem in illo statu non indiguisse illo adiutorio, quod implorant sancti in illis verbis, ne nos inducas intentationem, orantes ne desserantur à Deo, neque hoc est ponere innitiū operum supernaturalium ex parte naturæ sed minorem repugnantiam ratione cuius requiritur minus auxilium. Ratione probatur, nam iustitia tunc plene rectificabat appetitum, & sanabat naturam, & illuminabat mentem, &c. nec erat aliqua ignorantia, vel debilitas libertatis, &c. ergo cum solo auxilio generali posset, &c.

Vega, Eccel. 7. D. Aug.

2. Concl. Secunda conclusio, in statu naturæ lapsæ ad vitanda peccata, & facienda opera excellentiora supernaturalia, & diu perseuerare in gratia requiritur specialius auxilium illud, videlicet secundum positum in notabili, nec sufficit generale. Sic intelligitur D. Th. hic concl. 2. & 3. contra gent. cap. 155. & probatur locis sacræ Scripturę, vbi insinuatur necessitas specialij auxilij, vt Psal. 26. adiutor meus esto domine, ne de relinquas me, & Psal. 70. Vsque in senectam, & senium ne de relinquas

D. Thom. Psal. 26. Psal. 70.

Psal. 117 me, Psalm. 117. Impulsus, euersus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me, Ioānes 17. Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi, sic explicat ad propositum, Diu.

D.Cyril. Cyril. lib. 11. super Ioann. cap. 2. & Chri-
D.Chrisf. sostom. homil. 80. super Ioan. Item Cy-
D.Basil. ril. lib. 9. super Ioann. capit. 45. & super Psalm. 63. & Diu. Basil. super Psalm. 45.

Cou.Ara. Probatur etiam ex Concil. Arausi. Cann.
Con.Trid. 10. & 19, & 25. & in Trident. Sess. 6. cap. 11. vbi sæpe dicitur renatis, & iustificatis per gratiam, adhuc esse necessarium speciale auxilium Dei, vt possint in bono opere perseuerare, & videtur definita Sessio. 6. Can. 22. hoc etiam docet Celestinus Epist. ad Episcop. Galliæ, cap. 6. August. de grat, & libe. arbi. cap. 6. adducitque illud Cant. 8. quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens enixa super dilectum suum? Legitque ipse cū 70. quæ est ista dealbata, quæ ascendit etiam enixa super patruelem suum, dealbata enim per gratiam, vt ascendat eget, vt enixa sit super dilectum ab eo speciale auxilium requirens, Bernar. serm. 3. super Gant. Nec sufficit explicari de auxilio generali gratiæ, quod solet vocari speciale contra generale naturale, non inquam sufficit, quia auxilium generale est adeo intrinsecum gratiæ, vt non ponat in numero cum illa. Vnde idem est dicere requiri gratiā, quod requiri etiam illud auxilium, & idem est dicere non sufficere gratiam, sed requiri aliud auxilium, quod dicere, non sufficere illud auxiliū generale, sed requiri aliu[d] specialius. Ratio huius conclusionis potissima est Diuu. Thom. hic, & Cirilij vbi supra ex debilitate naturæ, & ignorantia, & ex passionibus, quæ perfecte non sanantur per gratiam, & auxilium commune, sed requiritur aliud specialius, quā rationem insinuat Trident. sess. 6. cap. 13.

2. Cor. 4. Confirmatur primo, ex illo 2. Corint. 4. habemus Thesaurum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, vbi commēdatur necessitas specialis auxilij, propter fragilitatem subiecti. Confirmatur se-

D. Thom. cundo. quia Diuu. Thom. opponit viatores beatis, quod illi egent vltra gratiā auxilio, propter ignorantiam fragilitatem, &c. quæ non habent beati: ergo intelligēdum est de speciali auxilio vltra generale, patet consequentia, quia illud generale, etiam est necessarium beatis, cum forma, sine concursu primæ causæ eiusdem ordinis non sufficiat. Secundo probatur conclusio, nam iustis dantur dona Spiritus Sāncti, vt sint bene mobiles instinctu illius: ergo non sufficit auxilium generale, sed requiritur specialius à quo vt faciliter moueantur ponuntur prædicta dona. De hoc *Vide Cai.* vide Caiet. supra quæst. 68. art. 1. Item patet in actu excellentissimo martirij. De quo Diuu. Thom. quæstion. 13. de verit. articul. 3. ad 9. ait, quod in illo martires recipiebant aliquid de diuina gloria, quo refrigerabantur in terminis, quod significatur in illo, Actor. 7. Ecce video cœlos *Acto. 7.* apertos, quod factum est vt in agone consolaretur.

Tertia conclusio huiusmodi auxiliū *3. Concl.* speciale ad diuturnam conseruationem gratiæ paratus est conferre, si homines nō resistant, sed potius postulent à Deo sicut oportet. Hæc probatur, nam Christus suadet, vt huiusmodi auxilium petatur abeo: ergo præsto adest conferre, patet consequentia, alias frustra suaderet. Antecedēs vero probatur. Math. 17. Orate, vt non intretis intentationem. Confirmatur ex illo Psal. 90. clamauit ad me, & ego exaudiam eum &c. quem locum ad propositum *D. Ber.* explicat Diuu. Berna. serm. 16. super, qui habitat. Confirmatur secundo, quia Deus paratus est conferre omnia necessaria, ad salutem, sed inter necessaria vnum est huiusmodi auxilium: ergo, tota hæc probatio conclusionis insinuatur in Trid. sesio. 6. *Con. Trid,* cap. 11.

Ad primum argumentum à principio *Ad 1. arg.* respondetur, aliud esse vitare peccata, aliud diu perseuerare in gratia, ad primum dicit Diu. Thom. sufficere gratiam, non ad secundum, imò oppositum asserit, ad locum art. sequentis, patet solutio ex ipsis verbis Diu. Thom. inquit enim, aliud esse posse perseuerare, aliud autē de facto perseuerare, ad primum sufficit gratia, nō ad secundum, sed vltra gratiam requiritur speciale auxilium, & sic etiam potest explicari locus prior, quod loquitur quantum ad posse non quantum ad facere.

Ad secundum respondetur, gratiam *Ad 2. arg.* facere proportionem ad supernaturalia in actu primo non autem in actum secundū (vt dictū est) quia licet minima gratia ex se sufficiat resistere cuicumque peccato, vt dicit D. Thom. 3. part. q. 72. artic. 6. ad 3. ex parte tamen subiecti fragilis vt resistat vltra gratiam requiritur auxilium præ dictum.

Art. X.

Vtrùm homo in gratia consti-

tutus

tutus indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum?

PRIMA conclusio, si perseuerantia dicat habitum virtutis firmantem in bono contra tristitias superuenientes non est necessarium ad illam habendam homini iustificato aliud auxilium gratiæ.

Secunda conclusio, si perseuerantia dicat firmum propositum permanendi in bono, vsque ad finem vitæ non est necessarium aliud auxilium præter gratiam, sed sola illa sufficit.

Tertia conclusio, si perseuerantia dicat actualem permanentiam in bono, vsque ad finem vitæ, licet non indigeat iustificatus alio habituali auxilio præter gratiam, eget tamen alio speciali auxilio Dei protegentis & conseruantis, vsque ad finem vitæ.

Dubium I.

Vtrùm hæc tertia conclusio D. Thom. sit vera?

1. Arg. PROBATVR, quod non primo, gratia & virtutes, cum auxilio speciali secundi generis supra posito, & cum perseuerantia in virtute posita in prima, & secunda cõclusione sufficit, vt quis perseueret, vsque ad finem vitæ: ergo non est necessarium aliquod speciale auxiliũ perseuerantiæ. Probatur antecedens, nã omnia illa dant simpliciter posse, vt hic Diu. Thom. ad 3. asserens, quod Adam habuit potestatem, vt posset non peccare, & perseuerare, quam potestatem accipit quilibet iustus, dum iustificatur. Idem dicit, 3. part. quæst. 62. art. 6. ad 3. docens, quod minima gratia sufficiens est ad resistendũ quibuscumque concupiscentijs, & omnes tentationes vincendas, vbi includitur etiam difficultas vltima in gratia moriendi. Idem ait August. libr. de correctione, & grat. cap. 10, & 11. & 12. ergo cum illis perseuerabit de facto, & exiet in actum, si ne omni alio, aliàs non esset potentia, frustra enim est potentia, & nulla, quæ in actum exire non potest. Si respondeatur, quod quis ratione potentiæ visiuæ, simpliciter potest videre, de facto tamen non videbit, sine luce, quæ requiritur ad actualem visionem, ita natura omnium prædictorum, licet possit, non tamen de facto perseuerabit, sine illo auxilio speciali requisito. Contra arg. quia sic non imputabitur homini non perseuerare de facto si illud est ratione illius auxilij, quod non est ex parte illius, sicut non videre nõ est in culpa hominis habentis oculos defitiente luce, quæ non est ex parte illius ponere. Si respõdeatur imputari, quia culpa illius erit non habere illud auxilium, cum Deus sit paratus. Contra arg. quia nõ potest dici esse in culpa non habere auxilium, cum acceptare illud debeat esse ex ipso auxilio, sicut non potest dici esse in me, vt apperiantur occuli, cum ipse tribuat auxilium ad apperiendum illos, eo vel maxime, quia si tale auxilium perseuerandi sit adæquatus, & completus efectus prædestinationis, non potest dici Deum esse paratum omnibus conferre, sicut non potest dici Deum paratum conferre omnibus prædestinationem.

Impug.

Solutio.

Impug.

Secundo arg. si propter aliquam rationem hoc auxilium speciale requireretur, maxime ad vincendas difficultates, & tentationes, & roborandum subiectum, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia aliquando contingit nõ esse huiusmodi tentationes, vel subiectum habere cõplexionem, vel inclinationem ad oppositum ergo tunc sufficit gratia ad perseuerandum.

2. Arg.

Tertio arguitur, contingit vt qui habet maius auxilium damnetur: ergo ad perseuerandum non requiritur maius auxilium. Antecedens probatur, in casu, quod duo homines perueniant, vsque ad instãs. B. primus quidẽ, qui tota vita bene vixerit alter vero, qui ante dimidiam horam est conuersus, & quod in illo instanti iste iustificatus moriatur, ille vero peccet, & in peccato perseueret, vsque ad mortem: tunc quidem, qui damnatur maiora auxilia habuit, quam alter, qui per solam dimidiam horam auxiliatus est. Confirmatur arg. si ille qui saluatur iustificatus est cum Sacramento, & sola atritione, alter vero fuerat iustificatus ex opere operantis, per contritionem certum videtur habuisse maiora auxilia, quia plus auxilij requiritur ad contritionem, quam ad atritionem. Confirmatur secundo, quia etiam cum æquali auxilio dabitur, quod vnus finaliter perseueret, non vero alter: ergo nõ est speciale auxiliũ, quod requiritur ad perseuerãdũ. Antecedens probatur, si duo æquale auxiliũ

3. Arg.

receperint, & in instanti sexto vnus occidatur dormiens, alter ad se rediens peccet perseuerando in peccato, vsque ad finem, tunc qui mortuus est non plus auxilij recepit, & tamen perseuerabit. Sic respondeatur esse peculiare auxilium, quod tunc occideretur, quod quidem non est alteri tributum. Contra, quia occidi non est donũ sed efectus tiranni, nihil ponens in occisso ad operandum eo, vel maxime, quod si dormiens moritur, nihil operatur occisus, sed ex parte illius omnino se habet ac si non moreretur, cum moriatur dormiens mere passiue se habens.

Solutio.

Impug.

4. Arg. Quarto arg. quia præceptum oblatũ in art. mortis potest esse facilius, quã præcedentia: ergo poterit seruare illud auxilio, quo seruauit reliqua, sed seruare illud vltimum est perseuarere: ergo. Confirmatur, nam si vltimum præceptum articuli mortis sit (verbi gratia) quod currit in primo instanti rationis cõuertendi se in Deũ vt si in illo instanti moreretur, tunc ad cõuertendum se sufficit auxilium speciale secundi generis, & seruare illud est perseuerare, vsque in finem: siquidem vt supponimus est vltimũ. Dicere autem, quod plus requiratur ad se conuertendum, quasi non esset in articulo mortis videtur gratis dictum, quia ex eo, quod sit vltimum, sibi offerendum non crescit difficultas.

5. Arg. Quinto arg. quia vt patet ex Triden. Sessio. 6. cap. 11. & 13. nullum desserit Deus, nisi prius desseratur ab eo: ergo homo, cum gratia potest Deum non desserere, & sic non deseretur, & consequẽter durabit in gratia vsque in finem.

6. Arg. Sexto arg. quia sequeretur esse confirmatos in gratia, qui durant, vsque in finẽ consequens est falsum: ergo. Probatur minor, quia hoc priuilegium speciale est Apostolorum, & aliorum eximiæ sanctitatis. Sequela probatur, quia confirmatio in gratia nihil aliud est, quam peculiaris manutenentia, vltra auxilium primi, & secundi generis.

7. Arg. Septimo arg. quia vtraque ratio Diu. Thom. est in sufficiens: ergo nõ debet poni hoc specialissimum auxilium, ad perseuerandum. Antecedens probatur, nã prima ratio, quod sit peculiaris oratio, qua petimus perseuerantiam, etiã si simus in gratia: ergo requiritur specialius auxilium ad perseuerandum, nulla est, quia etiam petimus augmentum gratiæ, vel charitatis, & remissionem venialium, ad quod non requiritur tale specialissimum auxilium. Secunda etiam ratio, quod multis datur gratia, quibus nõ datur perseuerare in illa: ergo requiritur speciale auxilium ad perseuerandum in illa, nihil etiam valet, quia multis etiam datur gratia, vt sex quibus non datur gratia, vt octo, & tamen ad augmentum gratiæ, vt octo non requiritur specialissimum auxilium vltra primum, & secundum supra positum.

Pro intelligentia notandum primo, ex supra dictis auxilium esse duplex aliud generale, & in ordine gratiæ requisitum, cum forma ad prorrumpendum in actum, & ex gratia qualitercumque operãdum. Aliud vero est auxilium speciale, quod requiritur ad diu perseuerandum in gratia, & operibus elicitis ex gratia, vsque adeò. Ergo Diu. Thom. primo, quæsiuit, vtrum ad diu perseuerandum requiratur speciale auxilium, modo autem progreditur quærere, si ad finaliter decedendum in gratia, quod est perseuerare requiratur aliud specialius auxilium præter primum, & secundum, an vero sufficiat secundum prædictum. Quapropter articulus iste nõ superfluit, vt aliqui vane conantur probare contra D. Thom. verum est Diu. Tho. vtrumque compræhendisse sub vno quæsito, 3. contra gent. cap. 155. & quæstio. 24. de verit. artic. 3. clarius tamen hic de his diuersa quæsita instituit, quia aliud est diu perseuerare abstrahendo ab eo, quod finaliter in gratia moriatur, aliud vero quod in gratia finali moriatur, siue antea diu perseuerauerit in gratia, vel non, quia vt ait Diuu. Gregor. hom. 8. super Ezechi. multoties contingit perseuerantes lõgo in tempore in gratia, sine gratia decedere vt Iudas, & contra vero, qui per totam vitam in peccatis manserunt finaliter, tandem in gratiam oriantur, vt bonus latro.

1. Not.

D. Greg.

Prima conclusio, ad perseuerandum finaliter in gratia requiritur speciale auxilium vltra gratiam, & auxilium generale connaturaliter debitum gratiæ. Hæc est Diu. Thom. hic, & illam probat Diuu. Thom. tanquam de fide multis locis Sacræ Scripturæ in 3. con Gent. cap. 155. similiter D. Amb. lib. 1. de vocatione gentium cap. 3. & 5. & 9. aducit multa loca Sacrę Scripturę specialiter ilud Hierem. 32. timorem meum dabo in cordibus eorum, ne discedant à me, & illud 1, Cor. primo. Qui, & confirmauit vos, vsque in finẽ sine crimine ad Philip. 1. Qui cæpit in vobis opus bonum ipse perficiet, vsque in diem Christi Iesu, & in eodem, cap. sepissime præcipue in illis verbis, vobis donatum

1. Concl. D. Thom.

D. Amb. Hier. 32. 1. Corin. 1 Ad Philipen. 1.

natum est pro Christo non solum, vt credatis in eo, sed etiam, vt pro eo patiamini.

D. Aug. De quo August. lib. de bono perseuerantiæ, comparauit non solum esse speciale donum Dei initium salutis, quod est per fidem, sed etiam perseuerantia, quæ est per mortem pro Christo, vel qualitercumque

Ioan. 17. in gratia moriendo Ioan. 17. Pater Sancte

D. Ciril. serua eos in nomine tuo, sic intelligit ad

Con. Ara. propositum, D. Ciril. lib. 11. super Ioan. cap. 12. definita est etiam in Concil. Arausi. Can. 10. Vbi dicitur auxilium Dei semper renatis, & sanctis est implorandũ, vt ad finem bonum peruenire possint, vel in bono opere perdurare, & in Can. 19. dicitur, quod sine Dei gratia, & speciali auxilio non potest homo salutem, quam accepit custodire. Idem habetur in Milleuit. Can. 3. & epist. ad Innocentium, & in

Con. Mill. epist. Innocentij primi ad Concil. Mille-

Con. Trid. uit. & Clarius in Trident. sess. 6. Can. 22. si quis dixerit iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei, vel in accepta iustitia perseuerare posse, vel cum eo non posse Anathema sit, & Can. 16. tale auxilium apellatur magnum perseuerantiæ donum, & cap. 13. dicitur similiter de perseuerantiæ munere, de quo scriptum est, qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit, quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est, eum qui stat statuere, vt perseueranter sit, & eum qui cadit restituere. Istam etiam conclusionem docent Sancti Augustin. lib. 1. de meritis cap. 6. Diu.

D. Aug. *D. Hier.* *D. Cipria.* Hier. lib. 2. & 3. contra Pelagiũ D. Cip. in

D. Hilar. expositione orationis Dominicæ D. Hil.

D. Ber. super Psal. 63. D. Bernard. serm. 3. super cant. rationes autem quæ à Di. Thom. & Sanctis aducuntur contra Pelagium contra quem ponitur ista conclusio fundantur in fragilitate naturæ, & frequentia tentationum occasionibus multis, &c. & quia vt patet articul. præcedenti ad diu perseuerandum in gratia preter illam requiritur specialius auxilium, quanto magis ad finaliter perseuerandum, quod difficilius est, quia tunc tentationes maiores sunt.

1. Concl. Secunda Conclusio ad perseuerandum finaliter in gratia vsque ad finem vitæ, siue ante habuerit illam longo tempore siue non, sed nouiter fuerit iustificatus paulo ante mortem requiritur specialissimum auxilium specialius, quam generale & quam illud secundi generis requisitum ad diu perseuerandum in gratia. Hæc conclusio licet non sit de fide est tamen certa, & communis, & omnino tenenda. Prima pars patet, quia omnia loca sacræ scripturę vel conciliorum, quæ loquuntur de speciali auxilio ad perseuerandum possunt explicari de auxilio secundi generis, quod est speciale, dicendo illud continuatum esse donum perseuerantiæ, sicut Caiet. inquit *Cai.* infra quæstion. 114. art. 9. perseuerantiã esse gratiam continuatam, vsque ad finem vitæ. Secunda pars conclusionis probatur, quia maxime illam insinuãt omnia loca, adducta in prima conclusione, præcipue *Con. Ara.* illud Concil. Arausi. vbi distinguitur auxiliũ finaliter perseuerandi, ab auxilio requisito ad diu perseuerandum in gratia. Secundo probatur, nam donum perseuerantię, vt ait Ioan. Dried. lib. de cõcor. præd. *Dried.* p. 2. c. 3. dicit manutenẽtiã, & specialissimã prouidentiam, & custodiam qua suos protegit inspirando bona, vel remouendo mala, & occasiones, maxime in periculo mortis ipsam accelerando, vel dilatando, vt oportet vt infalibiliter discedat in gratia, sed ad omnia hæc non sufficit auxiliũ etiã secundi generis, quia multi habentes illud non omnia prædicta consequuntur: ergo requiritur aliud specialius illo. Confirmatur, nam effectus istius auxilij sunt præstantiores, quam illius: ergo est specialius istud auxilium, consequentia patet, nam ex efectibus cognoscuntur causæ. Antecedens vero probatur, nam efectus istius auxilij sunt prædicti, vltima videlicet pœnitentia, & infalibiliter consequi gloriam quos effectus, non habet etiam auxilium secundi generis. Confirmatur secundo, nam parbuli decedẽtes, cum batismo ante vsum rationis habẽt auxiliũ perseueratię & nõ illud secũdi generis: ergo est distinctũ ab illo maior patet, quia decedũt ingratia minor probatur, quia auxiliũ secũdi generis est ad tollendã ignorãtiã, agẽdorũ sedãdas passiones, roborãdã fragilitatẽ, vt diu quis perseueret in gratia ad quorũ nullum est necessitas in paruulis ante vsum rationis. Tertio probatur, nam donũ perseuerantiæ habet dependentiam intrinsecam à prædestinatione, vt dicit August. lib. de bono perseuerantiæ, cap. 7. sed auxilium etiam secundi generis non habet dependentiam à prædestinatione, quia etiam non prædestinati habent illud: ergo donum perseuerantiæ distinguitur ab illo secundi generis. Quarto probatur, nam vt hic notat Caiet. & Ferrar. 3. contra gent. *Not. ex Cai. Ferrar.* cap. 155. aliud est posse perseuerare aliud perseuerare de facto ad hoc secũdum plus requiritur, quam ad illud primum, sed gratia, & auxilium solum dant posse, quia

multi habentes illa non de facto perseuerant: ergo amplius requiritur ad perseuerandum de facto videlicet speciale ipsimum auxilium manutenentiæ, &c. nam aliàs sic actualiter perseuerare reduceretur in vires naturæ: siquidem habens æqualem gratiam non perseuerabit, perseuerare autem actu non est gratia, sed aliunde, & si non ex aliquo speciali auxilio. ad hoc requisito erit certe ex viribus naturæ, de his rationibus. Vide Diu. 1. Augustin. de nat. & grat. cap. 25. & D. Th. quæst. 24. de malo, art. 5. ad 3. Driedo, lib. de concordia præ destinationis, part. 2. cap. 3.

Vide Aug. D. Thom. Driedo.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio bene ibi respondetur, nec propterea sequitur potentiam occiosam, quia non semper debet reduci ad actum in quolibet individuo, vt patet in physicis, reducitur autem per se perseuerare ad actum in prædestinatis habentibus illud speciale donum vt actu perseuerent. Ad illud, quod tangitur in vltima replica: vtrum Deus paratus sit conferre perseuerantiam, vel non & consequenter sit sua culpa habere, vel non, statim dicetur in alio dubio, an sit loquendum, sicut de prædestinatione, quia non habere non est in culpa hominis, licet sua culpa sit, quodlibet præceptum in particulari frangere.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur, quod hoc ipsum, quod est non habere tentationes est peculiaris prouidentia Dei remouentis illas, vt quietus finaliter perseueret, & ad eandem prouidentiam pertinet subiectum habere complexionem sedatam.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, præ notandum, quod auxilium potest esse maius, vel minus dupliciter primo materialiter, secundum intensionem, secundo formaliter secundum prouidentiam, vel manutenentiam illi coniunctam, dicitur ergo posse contingere, vt qui damnatur habeat maius auxilium intensiue, quamuis, qui perseuerat habeat maius formaliter: quatenus habet illam prouidentiam, vt in gratia moriatur, quam alter non habuit, eodem modo possunt habere æquale intensiue, sed qui perseuerat excedit in illa prouidentia, quam alter non habet. Ad primam confirmationem respondetur similiter, quod attritus non habet intensiue, tantum auxilium, quantum contritus, si tamen moritur, cum Sacramento recepto, etiam cũ attritione habet maius auxiliũ formaliter, quatenus habet simul illam manutenentiam, vt in gratia moriatur. Ad secundam confirmationem similiter, quod etiam si habeant æquale intẽsiue habet maius, qui tunc occiditur, secundum quod assistit Dei prouidentia, vt in gratia moriatur, ad replicam dicitur, quod illa mors causaliter inflicta à tirano est mala, ex parte illius, & est permissa, a Deo & ex parte occisi est bona, & est efectus prouidentiæ illius, vt in gratia moriatur. Vnde auxilium præcedens somnũ formaliter est maius, vt illud concomittatur hæc prouidentia accellerans mortem.

Ad 1. cõf.

Ad 2. cõf.

Ad quartum arg. respondetur, quod illud vltimum præceptum, licet ex obiecto possit esse facilius, secundum tamen, quod tunc concomitantur tot tentationes, & ocasiones, & secundum, quod includit continuationem gratiæ, cum gloria habet maximam difficultatem, quæ sine peculiari, manutenentia, & prouidentia non vincitur. Ad confirmationem respõdetur, casum esse impossibilem, nam si moriatur in illo instanti non habet vsum rationis in illo, & si peruenit ad vsum rationis in illo statu, non est mortuus, cum ergo non dentur duo instantia inmediata, inter illud instans vsus rationis, & instãs mortis mediat tempus, inquo periclitetur licet in instanti rationis fuerit conuersus. Et si contra fiat argumentum, quod iusti ficetur, cum Sacramento in instanti mortis, tunc sine dono perseuerantiæ, cum sola gratia Sacramenti salbabitur: ergo. Respondetur esse impossibile, quia cum homo moriatur per primum non esse in quocumque instanti vitæ conficiatur Sacramentum restat tempus vitæ in quo potest periclitari, & eget perseuerantia, quia in vita non datur vltimum. Vnde post, quodcumque instans restat plus, & amplius. Et si contra arguas pono casum, quod simul finiatur vita, & Sacramentum vtrumque extrinsice per primum, non esse ita, vt primum non esse vitæ sit, etiam primum non esse prolationis formæ, quia cum sit successiua hoc modo finitur, tunc quidem post gratiam Sacramenti non habet locum perseuerantia, quia post Sacramentum, iam non est via. Respondetur casum esse chimericum, & nunquã contingere, admisso tamen illo aliqui tenent, quod tunc Sacramentum causaret gratiam, quia sufficit tota prolationem verborum fuisse in vita, vt in illo primo non esse causetur gratia Sacramenti, nec enim requiritur in instanti productionis gratiæ esse subiectum susceptibum Sacramenti, quod est homo viator, sed sufficit esse in omni tempore appositionis materiæ, & formæ, & in hac opinione

Ad 4. arg.

Ad conf.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

nione dicitur etiam esse prouidentiam peculiarem, & pertinere ad donum perseuerantiæ, quod sic causaretur gratia Sacramentalis, quod post receptionem illius non possit peccare, sed inueniretur extra viam in statu salutis eternæ. Sed melius, & verius dicitur in illo casu non causari gratiam defectu subiecti, non solum enim debet durare subiectum infieri Sacramenti, sed etiam in facto esse illius, quia quod causat gratiam non est fieri, sed factū esse Sacramentum. Vnde si in facto esse Sacramenti non est viator, nec gratia causatur, & sic ille condemnaretur, & argumentum non est tunc contra nos.

Ad 5. arg. D. Aug. Ad quintum argumentum respondetur verba Concilij intelligēda esse de gratia iustificante, quam Deus non tollit, nisi per peccatum, iuxta illud Augustin. de natur, & grat. cap. 22. præuaricatores legis Dei digne lux desserit veritatis. Vnde prius est, quod homo de relinquat Deū per peccatum, quam quod Deus de relinquat hominem auferendo gratiam ab illo, non autem intelligitur de dono perseuerantiæ, quod quidem secundum aliquos, *D. Thom.* non est in potestate hominis, vt ait Diuu. Thom. quæst. 14. de verit. artic. 13. ad 3, *1. Solutio.* vbi ait, quod perseuerantia non est in potestate habentis gratiam. Secundo respondetur, quod derelictio Dei vno modo sūmitur pro permissione peccati, alio modo pro eo, quod est in peccato stare, primo modo solum est a Deo. Secundo modo, adhuc summitur dupliciter. Primo, vt est commissio peccati, vel adhæsio voluntaria peccato. Secundo, vt est pœna, multoties enim in pœnam præcedentis peccati, vel commissionis illius deseritur, quis à Deo, vt in peccatum cadat, vel in eo perseueret, si ergo summatur, primo modo tàtum est ab homine, secundo modo à Deo puniente per subtractionem auxilij, quo ablato à peccato non resurgit, comparando: ergo secundum ad primum Deus non deserit, nisi deseratur, quia non punit deserendo in peccato, nisi prius esset, quod homo de relinquerit per adhæsionem voluntariā, vel cōmissionēpręcedēte, iuxta illud Hier. 51. curauimus Babilonem, & nō est sanata de relinquamus eam. Vnde nihil *Ad 6. arg.* in citatis verbis ad donū perseuerātiæ.

Ad sextum arg. latius dicitur in alio dubio, pro nunc dicitur esse confirmatos in gratia pro illo tunc quatenus specialis prouidentia Dei assistit, vt non peccent, non tamen dicentur confirmati absolute, quia hoc importat quandam solemnitatē per externam reuelationem, quæ tantum collata est aliquibus eximiæ sanctitatis vt Apostolis.

Ad septimum arg. respondetur, vtrāque rationem esse optimam, ad primam impugnationē dicitur, quod sicut in physicis causa vniuersalis influit dupliciter, vno modo generaliter, cum causis secundis, alio modo specialiter per se solam, vt causa particularis, vt patet in sole concurrente generaliter, cum causis secundis ad omnes generationes, & specialiter per se solum ad illuminandum. Ita similiter oratio est quædam dispositio vniuersalis ad omnia, quæ liberalitas Dei se extendit, siue communiter, siue specialiter à Deo conferantur, influit ergo vt causa vniuersalis ad illa, quæ alia via, vel alijs causis obtineri possunt, influit autem vt causa particularis ad aliqua, quæ solum oratione obtinentur, iuxta illud, hoc genus Dæmoniorum non ejicitur, nisi in ieiunio, & oratione, huiusmodi est perseuerantia, correspōdet enim orationi non, vt causæ generali, sed vt particulari. Vnde non probatur, non esse specialissimum donum Dei: Do- *D. Thom.* ctrina hæc desumpta est ex Diuu. Thom. in 4. distinctio. 45. quæstio. 2. articul. 1. quæstiunc. 1. Ad secundam impugnationem respondetur, quod illa ratio non adducitur à Diuu. Thom. ad probandū perseuerantiam esse ex speciali dono, & auxilio, sed ad prouandum esse orandum pro illa, siquidem non habetur eo ipso, quod quis existat in gratia, quia alijs datur, alijs non datur.

Ex dictis in hoc dubio sequitur auxilium secundi generis aliquando præsu- *Corol.* poni ad auxilium specialissimum perseuerantiæ, aliquando vero est perseuerantia, sine tali auxilio, exemplum primi est, quando in morte insurgunt tentationes ocasiones ignorantiæ, &c. tunc præcedit auxilium secundi generis ad hęc vincenda hoc enim pertinet ad munus eius, vlterius autem datur auxilium perseuerantiæ, permanu tenentiam, vel prouidentiā custodientem, vt sic permaneat vsque in finem, exemplum autem secundi est quando quis moritur dormiens, vel subito, vel ante vsum rationis, tunc enim datur donum perseuerantiæ, non autem illud secūdi generis, quia perseuerantię donum nō est operatiuum, auxilium autem secundi generis sic, cum ergo tunc non sit aliquid operandum non datur auxilium secundi generis, & sic est perseuerantia etiam, sine illo.

Dubium

Dubium. II.

Vtrùm Deus paratus sit omnibus conferre auxilium perseuerantiæ?

1. Sent. 1. Arg. IN hac re est prima sententia negatiua quam tenent multi etiam ex discipulis Diuu. Thom. quæ sententia probatur, primo ex similitudine posita in Dei prædestinatione, cum enim hæc duo necessario sint connexa, si non datur prædestinatio, nisi cui Deus vult, & non est paratus conferre omnibus similiter, & perseuerãtia.

2. Arg. Secundo arg. quia Deus vt auctor gratiæ solum debet esse paratus conferre, quę necessaria sunt, vt quis possit consequi salutem eternam, sed quæ necessaria sunt ad posse cõsequi est gratia, & auxilia primi, & secundi generis, auxilium autem perseuerantiæ non est ad posse, sed ad de facto cõsequi: ergo tantum paratus est ad illa, & non ad illud. Confirmatur, quia ex eo, quod donum confirmationis in gratia nõ est necessarium ad posse consequi salutem eternam, sed tantum est vt quis infabiliter saluetur, ideò non est Deus paratus cõferre tale donum omnibus: ergo si perseuerantia est ad de facto, & non ad posse, &c.

3. Arg. Tertio arg. nam Deus est determinatus negare aliquibus huiusmodi donum: ergo nõ est paratus cõferre illud, patet cõsequentia, quia non potest dici, quis paratus conferre, qui determinatus est negare.

4. Arg. Quarto arg. solum Deus paratus est conferre, quod pertinet ad principium operandi in ordine ad vitam eternam consequendam, sed huiusmodi donum non pertinet ad principium operationis: ergo Probatur minor, quia donum perseuerantiæ non est operatiuum, vt patet in parbulis decedentibus ante vsum rationis, cum baptismo qui habent huiusmodi donum, cum tamen operari non possint.

5. Arg. Vltimo arg. nam loca Sacræ Scripturæ Conciliorum, & sanctorum, & monitiones, vt huiusmodi donum petatur à Deo sufficienter saluantur per hoc, quod Deus habeat voluntatem antecedentem conferendi huiusmodi donum, etiam si habeat voluntatem consequentem contrariam: ergo propter illa non debet dici Deum paratum esse conferre hoc donum.

Secunda sentẽtia est affirmatiua, quã tenent communiter Thomistæ hic, & 1. part. quæst. 23. art. 3. & 5. Medin. hic, & Zumel disputatio. 1. Vega, lib. 11. super Triden. cap. 12. Osius in confessione Fidei, cap. 65. & 69. Probatur hæc sententia primo ex locis sacræ Scripturæ, & Sanctorum adductis pro prima, & secunda concl. dub. præcedentis, in quibus videtur Deum paratum esse conferre hoc donum, & suadetur, vt oratione à Deo petatur, quod non esset, si Deus paratus non esset conferre, nam vt inquit Augustin. serm. 29. de verbis Domini, Dominus nũ quam ad petendum hortaretur, nisi dare velet, habetque maxime huic sententiæ, illud cap. 13, Concil. Trident. vbi interloquendo de hoc dono dicitur, Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defecerit, sicut cæpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere. 2. Sent. Medin. Zumel. Vega. Osius. 1. Arg. Aug.

Secundo arg. esse Deum paratum nihil aliud est, quam quod Deus dabit, nisi per hominem steterit, sed sic est in præsẽti ergo. Probatur minor, quia alias non posset dici, quod qui est damnandus potest perseuerare, nisi staret per ipsum non habere perseuerantiam. Si respondeatur, quod sicut Deus non est paratus conferre prædestinationem quantumcumque faciat homo, quod in se est, ita nec hoc donum, quia inseperabiliter sunt connexa. 2. Arg. Solutio. Impug.

Contra arg. quia diuersa ratio est prædestinationis, & huius doni, cum enim prædestinatio sit actus diuinus illius non potest esse causa, sed antecedenter ad operа nostra est à Deo, perseuerantia autem est aliquod ex parte nostra, & sic potest assignari causa illius, sicut assignatur causa, quod dentur auxilia, vel negentur, & clarius assignatur causa gloriæ, licet inseparabiliter coniungatur, cum prædestinatione. Conf. quia gloria datur omnibus, & solis prædestinatis, & tamẽ Deus dicitur paratus dare etiã prescitis: ergo etiã in præsenti. Si adhuc respond. huiusmodi donũ esse specialissimum, & ideo non esse Deũ paratum omnibus dare, sicut nec donum confirmationis, quia solum Deus paratus est dare, quæ communia sunt, non tamen extra ordinaria. Contra quia donum confirmationis non datur omnibus, qui saluantur, sed pauciſsimis, perseuerantia autem datur omnibus qui saluantur. Vnde licet respectu auxilij primi, vel secundi generis dicatur perseuerantia speciale donum, absolute tamen est commune pertinens ad ordinem gratiæ, quod Deus debet

Conf. Solutio. Impug.

bet esse paratus conferre, confirmatio autem in gratia est extraordinarium: simpliciter vnde non est par ratio de vtroque.

3. Arg. Tertio arg. quando Deus prædeterminat aliquem actum Petri, licet in sensu composito, non sit paratus ad oppositum, absolute tamen & in sensu diuiso paratus est tribuere auxilium ad oppositum, ergo similiter licet determinetur ad non dandã perseuerantiam, & in sensu composito nõ sit paratus dare illam, in sensu tamen diuiso dicitur paratus dare illam.

4. Arg. Quarto arg. nam si aliqua ratione diceretur Deum non esse paratum maxime, quia perseuerantia non cadit submerito, vt dicetur infra quæst. 114. art. 9. sed hęc ratio est nulliter. 6. Probatur minor, quia etiã prima gratia non cadit sub merito, & tamen Deus est paratus dare primam gratiam si se disponant.

Nos. Ex D. Augustin. D. Thom. Bañez. Pro intelligentia notandum, certum esse apud omnes, quod voluntate antecedenti Deus vult omnibus dare auxilia, & media omnia requisita ad consecutionem vitæ eternæ inter quæ potissimum est perseuerantia. Certum etiam est, quod voluntate consequenti, & absolute non vult omnibus dare perseuerantiam, sed positiue negat auxilium efficax, & perseuerantiã, vt expræsse dicit August. de correct. & gratia, cap. 14. & de bono perseuerant, cap. 8. & 10. & Diu. Thom. 1. contra gent. c. 161. & 2. 2. quęst. 2. art. 5. ad 1. de quo videndus est Bañez, 1. part. quæst. 23. art. 3. dub. 3. concl. 10. Dubium, ergo est vtrũ sufficiat volũtas antecedens, qua vult dare perseuerantiam, vt dicatur Deus paratus dare illam, an vero sufficiat volũtas absoluta non dandi, vt dicatur non paratus conferre. Vndè quæstio solum videtur de nomine, sed quia in re tanti momenti curãdum est valde qualiter debeat loqui: ideò videtur probabilius dicere, iuxta secundam sententiam Deum paratum esse omnibus dare perseuerãtiam, quia ad esse paratũ, nõ requiritur voluntas cõsequẽs, sed sufficit antecedens, sicut paratus est dare auxilium efficax etiam si habeat voluntatem absolutam non dãdi, propterea quod habet voluntatem antecedentem dandi.

Coral. Ex quo sequitur, per hominem stare, vt non detur perseuerantia: siquidem Deus paratus est dare. Vbi notandum, quod quando dicitur Deum esse paratum non sic intelligendum est, quasi sit concursus Dei expectans determinationem hominis, quia Deus à nullo determinatur, sed ipse omnia determinat, sed ideò dicitur stare per hominem, quia homo est, qui ex se peccat peccatum vltimum, cum quo non stat perseuerantia. Item, quia non dari stat per hominem, dari autem solum in Dei misericordia, iuxta illud, Oseæ 3. Perditio tua ex te Israel in me tantummodo auxilium tuum. Osea. 3.

Ad argumenta ergo primę sententiæ simul respondetur, omnia illa tantum probare Deum non habere voluntatem consequentem, & efficacem dãdi omnibus perseuerantiam, sed tantum hoc pertinere ad voluntatem antecedentem, sed non inde probatur, non esse paratum, quia (vt dictũ est) sufficit voluntas antecedens, vt dicatur paratus conferre, nisi stet per hominẽ acciperc. Si autem obijciatur illud Diuu. Thom. supra allatum ex quæst. 24. de verit. asserentis non esse in potestate hominis habentis gratiam perseuerare. Respondetur, tantum intendere non sufficere gratiam, sed (vt dictum est) requiri specialissimum auxilium, non autem probatur non stare per hominem accipere, & Deum nõ paratum esse conferre. Ad arg. 1. sent. in communi. Iupug. Solutio.

Specialiter respondetur, ad singula argumenta, ad primum arg. respondetur ex dictis esse discrimen, quod prædestinatio est actus diuinus cuius causa esse non potest præceditque omnem actum creaturę. Quapropter omnino voluntarie datur, & non potest dici paratus dare, quia nec datur, nec negatur, propter opera cum sint ante ipsa, iuxta illud, priusquam quidquã boni, vel mali egissent dictum est, Iacob dilexi Esau autem odio habui, perseuerantia autem computatur inter efectus prædestinationis quorum causa potest assignari, & quos Deus paratus est dare per voluntatem antecedentem, vt patet a primo, vsque ad vltimum efectum, qui est gloria, quam omnibus paratus est dare voluntate antecedenti. Ad 1. arg. in particulari.

Ad secundum argumentum respondetur, etiam paratum esse date, quæ necessaria sunt ad facere, vt patet in auxilio efficaci, & in gloria, quę non est ad posse, sed importat vltimum effectum. Ad confirmationem respondetur, non ideò non esse paratum conferre gratiæ, confirmationem quia pertinet ad exsequi infalibiliter, & non tantum posse, sed quia non est necessarium donum, neque ad posse, neque ad exsequi, quia multi exsequuntur de facto gloriam, qui non fuerunt confirmati in gratia, omnia autem necessaria ad posse, vel exsequi paratus est dare, huiusmodi autem est perseuerãtia, quia necessaria est ad Ad 2. arg.

ad exsequi,& sine illaimposibile,estquod gloria consequatur.

Ad3.arg. Ad tertium argumentum negatur cõ sequentia, quia simul stat cum voluntate consequenti negatiua volũtas,antecedẽs affirmatiua dandi, quod sufficit ad esse paratum,vt dictum est.

Ad4.arg. Ad quartum negatur antecedens,sed paratus est dare omnia necessaria ad cõsecutionem glorię.siue sint principia operãdi,siue sint necessaria permodũ custodię, & manutenentiæ.

Ad5.arg. Ad vltimum respondetur concedendo tantum probare loca illa voluntatem antecedentem, sed (vt dictum est) hæc sufficit, vt simpliciter dicatur Deus paratus.

Dubium III.

Quid nam sit perseuerantia, & in quo consistat?

Not.ex D. Thom. PRO inteligentia notandum est ex D. Thom.hic,quod perseuerantia sumitur tripliciter. Primo modo pro eo, quod est firmiter adhærere bono virtutis, & sic non distinguitur perseuerantia ab ipsis virtutibus,quælibet enim virtus habet tendere in bonum, firmiterque adhærere illi,& in illo sistere. Secundo modo summitur perseuerantia pro quodam habitu,& virtute,quæ ponitur adtollendas, & euitandas tristitias istas ex malo,& priuatione boni sẽsibilis,& delectabilis gustus, & tactus multoties enim quis non dimouetur à delectabili gustus, & tactus, propter tristitias ortas ex carentia illorum,cum ergo virtus ad opositum delectabilis tendat,vt consequatur honestum,ne deficiat in via ex tristitia priuationis huiusmodi delectationis ponitur quædam virtus ad uincendam difficultatem istius tristitiæ, & hæc vocatur perseuerantia, de qua agit Diu.Thom.supra quæst.58. *D.Thom.* ari.3.ad 2.& 2.2.quæst.137.art.1.& 2. Tertio modo sumitur perseuerantia pro eo,quod est in gratia,& virtutibus durare hoc est pro retentione gratiæ, & virtutum, & hæc adhuc dupliciter summitur, primo pro eo,quod est diu durare in gratia,siue finiatur vita in illa, siue non, de hac actum est arti.præced.secundo modo summitur pro eo,quod est in extremis vitæ à gratia non dimoueri, sed finaliter in illa decedere, siue habita fuerit prius per multum tempus, siue per paruum, de hac habetur, Math.10. Qui perseuerauerit *Math.10.* vsque in finem hic saluus erit, de illa agitur in Triden.sess.6.cap.13.& de illa nos *Trid.* disputamus in præsenti. Tandem hæc perseuerantia finalis summitur dupliciter,primosecũdũ,quod dat posse finaliter in gratia decedere, secundo, secundum quod dat de facto decedere in illa, primo modo fuit in Adã, & in quodlibet iusto ad posse enim sufficit gratia,secundo autem modo solum reperitur in illis, qui saluantur, & de hoc solum inquirimus in quo consistat. Et vltima diuisio est Diu. Augustin. *D. Aug.* lib.de natur.& grat.cap.48.

Ex qua diuisione sequitur clara inte *Corol.* ligentia Diu.Thom.qui in diuersis locis, sibi videtur contrarius, vt supra quæst. 58.art.3.ad 2.& 2 2.quæst.137.arti 4. & quæst.24.de verit.art.13.ad 3.aliquãdo enim affirmat perseuerantiam infundi simul cum gratia in iustificatione omnibus,qui iustificãtur,aliquãdo vero, quod solum datur ad vincendas exorbitantes passiones.Quapropter videtur,quod in non habentibus tales passiones perseuerantia non reperiatur, tanquam non necessaria,aliquando enim perseuerantia solum ponitur à Diu.Thom.in prædestinatis,& qui finaliter in gratia decedũt.Hæc omnia componuntur per diuisionem assignatam de perseuerantia,nam si summatur vltimo modo solum in prædestinatis, & finaliter morientibus in gratia reperitur. Si autem summatur pro diu perseuerare,siue finaliter moriatur in gratia,siue non,tunc in aliquibus iustis reperitur in alijs vero non,quia aliqui durant in gratia,alij vero cito amittũt illam. Si autẽ summatur perseuerãtia pro virtute,tũc vel loquimur de virtute infusa,vel ad quisita si de adquisitanõ reperirur in omni iustificato,quia proprijs actibus adquiri debet,& nõ omnes virtutes adquisitæ iniustificato reperiũtur. Si autem de infusa,adhuc est duplex modus dicendi,primus quod non reperitur, nisi in eo in quo exorbitantes passiones reperiũtur:siquidem ad hoc ponitur,nec contra hoc facit necessaria connexio virtutum,quia vt supra dictum est materia de virtutibus talis necessaria connexio est inter virtutes communes, non autem inter extraordinarias, & talis est perseuerantia. Secundus modus dicendi est perseuerantiam infussam in quodlibet iustificato reperiri, licet non sint in illo exorbitantes passiones,ex hoc enim non

erit

erit actus talis virtutis erit tamen habitus ex se sufficiens tales passiones reprimere, si consurgerent, tandem perseuerantia in prima acceptione, iam dictum est, inseparabiliter cuilibet uirtuti adhærere.

1. Sent. Hoc supposito prima sententia est aliquorum perseuerantiam consistere in auxilijs intrinsice receptis ad tollendam ignorantiam intellectus, difficultatem volũtatis, & inquietudinẽ appetitus, quia gratia non sic perfecte sanat, etiam mentem, 4 vt prædicta non maneant in iustificato, includitque perseuerantia simul (secundum illos) extrinsecam assistentiam, & prouidentiam Dei assistentis ad liberandum hominem, & facere, quod finaliter in gratia decedat, itaque in omnibus istis, simul cõsistit perseuerantia, sed hæc sententia mihi certe non placet: nam in paruulis decedentibus ante vsum rationis, cũ baptismo est vera, & essentialis perseuerantia, & tamẽ non sunt prædicta auxilia intrinsice recepta, illud ergo in quo essentialiter perseuerantia consistit debet reperiri, & esse commune omni perseueranti.

2. Sent. Vera. Quapropter sit secunda sententia tenenda, donum perseuerantiæ essentialiter consistere in assistentia, & prouidentia, & custodia extrinseca Dei, vt quis finaliter decedat in gratia, quatenus Deus in promptu est volũtate determinata ad præbendum, quod necessarium fuerit ad finaliter in gratia decedere, itaque auxilia, vel motiones, &c. sunt efectus perseuerantiæ, non tamen consistit in illis, quia potest esse, sine illis, vt dictum est, exemplũ enim est in custodia Angelorum, de quo dicit D. Thom. Diu. Thom. 1. part. quæst. 113. art. 2. cõsistere in quadam assistentia Angeli: quatenus in promptu est prospiciens, vt tribuat quæ necessaria fuerint ad liberationem sui populi. Ita Deus per perseuerantiam est in promptu assistens, vt tribuat necessaria, siue auxilia in eo, qui potest recipere, siue acelerationem, siue prolongationem mortis, &c. vt finaliter in gratia decedat, quod insinuatur Ioann. 6. Omne, quod dedit mihi pater non perdam, & capit. 10. Non rapiet eos, quisquam de manu mea. Et si obijcias ex Diu. Thom. hic vocante perseuerantiam auxilium Dei, quo nos protegit, & aliquando vocat illã diuinam motionem? Respondetur loqui causaliter, quatenus perseuerantia dat auxilia, quæ necessaria sunt, vel loquitur ad modum custodiæ Angelorum, quam etiã vocat adiutorium, etiam si aliquando nihil faciat, quatenus est promptitudo ad adiubandum, sic perseuerantiæ donum vocatur auxilium protectionis, quatenus est promptitudo ad tribuendum auxilium.

Ex dictis sequitur primo, quod licet donum perseuerantiæ completo solum sit in instanti mortis, tamen simpliciter dicitur esse toto illo tempore quo Deus assistit, vt iam amplius non cadat, sed stet vt finaliter decedat in gratia, sicut motus solum est complete in termino, absolute tamen est toto tempore, quo tendit, sine interruptione ad terminum. Quapropter donum perseuerantiæ non equaliter perseuerat in omnibus, sed in aliquibus incipit prædicta assistentia multo ante tempore, quam in alijs, & in aliquibus proxime ad instans mortis, cum paulo ante forte peccauerint. 1. Corol.

Secundo sequitur, quod licet de potentia absoluta perseuerantia possit effici per aliquem habitum in mobilitantem voluntatem, in bono ipsamque facientem impeccabilem, vt fit in beatis per lumen gloriæ, in hoc enim nulla apparet repugnantia, vt dicit Caiet. 3. part. quæst. 27. art. 3. tamen de lege communi, & de facto manente homine peccabili perseuerantia, nec fit, nec potest fieri, per aliquem habitum, sed per actuale auxilium expeculiari protectione proueniens, vt dicit D. Tho. 2. 2. & 3. contra gent. locis citatis, quia stãte peccabilitate sunt tot impedimenta, ad perseuerandum in bono, vt nullo habitu auferri possint, habitus enim libertatem, non tollit, nec peccabilitatem, atque adeò non sic firmat, vt volũtas ferri non possit in malum, atque adeò etiam habitu stante donum perseuerantiæ, non haberur per ipsum. Et si quæras quare auxilium id facere possit, Respondetur auxilium saltim in sensu composito facere in mobilitatem, & impeccabilitatem. habitum vero minime, recipitur enim ad modũ potentiæ per modum indifferentiæ. Et si rursus arguas, quod habitus virtutis perseuerantiæ componitur ex duobus, nempe ex firmitate, & constantia quorum primus causat permanentiam in opere, secundus vero permanentiam in proposito, vt dicit D. Tho. 3. dist. 33. quæst. 3. arti. 3. quæstiun. 2. in corp. Respondetur, quod licet habitus virtutis perseuerantiæ constituat in actu primo, & inclinet ad huiusmodi permanentiam in bono, cum tamen ex parte libertatis peccabilis tot sint impedimenta vincẽda ad actualiter perseuerandum, & permanendum auxilium actuale requiritur ex dono perseuerantiæ, & peculiaris protectionis 2. Corol. Caiet. D. Thom. Dub. Resp. Obiectio Solutio

Ioann. 6. & 10. Obiectio. Solutio.

Obiectio. tionis proueniẽs. Etsi adhuc arguas, quod donum confirmationis in gratia est, quid habituale causatque perseuerantiam, quia

Solutio. sine ista confirmatio esse non potest. Respondetur argumentum, habere vires in sẽtia illorum qui docent donum confirmationis esse habitum facientem impeccabilem ab intrinseco, non autem in nostra sẽtentia qui tantum dicimus facere impeccabilem ab extrinseco, & in sensu compositorationepeculiaris protectionis auxilij tunc enim dicimus confirmatum non facere perseuerantiam in quantum habitus, sed per auxilium, & protectionem vsque ad finem vitæ, qua ratione donum perseuerantiæ includitur materialiter in dono confirmationis, vt dicetur dub. sequent. de quo amplius Diu. Thom. quæst. 24. de

D. Thom. uerit. ar. 9. & eius discipuli 3. part. quæst. 27. art. 4.

Dubium vltimum.

Vtrùm donum perseuerantiæ, & confirmatio in gratia distinguantur?

Sent. Vega. redicit ex D. Tho. IN hac re Vega lib. 12. super Trident. cap. vlt. circa finem dicit nõ distingui, sed esse idem, hanc sententiam videtur fabere Diu. Thom. quæstion. 24. de veritat. art. 13. in corp. vbi ait, quod homõ nõ posset se facere perseuerare, nisi se impeccabilem faceret, impeccabilitas, enim videtur ad confirmationem in gratia pertinere. Similiter 3, contra gent. c. 155. dicit, quod donũ perseuerantiæ inmobilitat voluntatem ad bonum, similiter Aug. lib. de bono perseuerantiæ, cap. 1. & 6. dicit perseuerantiam importare, quod gratia non interrumpatur, à collatione talis doni, hoc autem videtur habere confirmatio in gratia. Hæc quidem sententia reijcienda est, pro certo enim haberi debet in Diuu. Thom. hæc duo distingui, ait enim Diu. Thom. 1. part. quæst. 100. art. 2. ad primum, quod si Adam non peccasset, filij eius numquam peccarent, non quia in gratia essent confirmati, sed ex prouidentia conseruante illos in munes, sentit ergo non esse idem esse confirmatos, & perseuerare, suppositaergo distintione quærendum est in quo distinguantur.

1. Sent. Prima igitur sententia est aliquorum asserentium differentiam consistere in eo, quod perseuerantia, nullo modo aufert libertatem ad præcepta implenda, vel peccandum. Confirmatio autem aufert libertatem, siue quantum ad substantiam præcepti (vt aliqui volunt) siue quantum ad substantiam, & modum simul (vt alij asserunt.) Sedde falsitate huius sentẽtiæ vide Medin. 3. part. quæst. 27. art. 4. vbi late *Medin.* ostenditur confirmatos in gratia habere libertatem, & vere esse subiectos legi, & præceptis.

Secunda sententia est aliorum, hæc *2. Sent.* dona differre quod confirmatio importat maiorem gratiam, quam perseuerantia, ex quo reduntur valde difficiles, vt possint peccare, eam videtur fabere Diu. Thom. quæst. 24. de verit. artic. 9. sed hæc etiam est falsa, quia ponere differentiam pœnes magis, & minus est solum differre accidẽtaliter, & posset minorem gratiam habẽs in tantum crescere, vt fieret confirmatus, eo vel maxime, quod multoties continget perseuerantem in finem habere maiorem gratiam, quam confirmatus.

Tertia sententia est differre, quod cõ *3. Sent.* firmatio importat quandam virtutem specialem ab alijs distinctam perfitientem, & firmantem, & impossibilem reddentem hominem ad peccandum, quam virtutem perseuerantia non importat, nec est inconueniens, quod virtutes sint connexæ, & sic non esset, si in aliquibus iustis esset aliqua virtus, quæ in alijs non esset, non inquam obstat. quia vt dicitur supra quæstio. 65. connexio virtutum intelligitur de virtutibus communibus, non autem de his, quæ dantur ad aliquem eminentissimum effectum, has enim vnus, vel alter habet, & nõ omnes. Hæc etiam sententia est voluntaria, siquidem sine aliquo fundamento ponitur prædicta virtus.

Quarta sententia est aliorum, quod cõ *4. Sent.* firmatio importat firmitatem in gratia, ita vt numquam interrumpatur, vt dicit Diu. Thom. quæst. 7. de malo, art. 7. ad 8. cæterum perseuetantia solum dicit finaliter in gratia decedere, siue antea fuerit interrupta, vel non.

Quinta sententia est donum confir- *5. Sent.* mationis consistere in quodam modo intrinseco superaddito gratiæ ratione cuius habet non solum, non peccare, sed neque peccare posse, vt colligitur ex D. Thom. 3. part. quæst. 27. art. 4. & 3. dist. 3. quæst. 1. art. 2. quæstiun. 3. ad 2. cui modo aliqui superaddunt peculiarem assistentiã, quia gratia solum ex modo in patria habet facere impeccabilem ratione coniunctionis

ad

ad vltimum finem, in via autem non solũ ex aliquo modo, sed etiam ex assistentia Dei hoc debet facere, quod etiam videtur dicere D. Thom. in illa quæst. 24. de verit. sed certe perseuerantia non importat huiusmodi modum superadditum gratiæ, sed solum importat assistentiam Dei tribuentis auxilia, & necessaria, vt in gratia quis decedat.

Vera resolutio. Ex his ergo colligendo vetam resolutionem dico confirmationem consistere in impeccabilitate proueniente, siue ex modo intrinseco gratiæ solum, siue ex assistentia Dei simul cum tali modo, dum tamen huiusmodi impeccabilitas sit continuata per vitam, sine aliqua interruptione, perseuerantia autem solum hoc respicit in fine vitæ. Itaque confirmatio formaliter dicit continuationem gratiæ per totam vitam, materialiter autem in tota continuatione vitæ includitur etiam terminus, & finis eius, perseuerantia autem solum dicit formaliter decedere in gratia finaliter, quod autem fuerit duratio per aliquam partem vitæ habet se materialiter respectu perseuerantiæ. Vnde quod materialiter est vnius formaliter est alterius. Qua propter si duo in equali ętate morerentur alter confirmatus in gratia alter vero non, & vterque saluaretur, in non cõfirmato acceleratio mortis est effectus perseuerantiæ, non vero in altero, nam in cõfirmato solum attenditur, quod nunquam peccet, siue viuat multum, siue paruum, in perseuerante attenditur, quod moriatur vt non peccet, quia si amplius viueret forte peccaret. *Dub.* Vtrum autem sit verum, quod dicit 4. sent. perseberantiam posse interrũpi vita durante ex parte, dictum est supra, *Resp.* & modo etiam respondetur, quod ad perseuerantiam solum pertinet vltima, & finalis gratia nõ autẽ, quod sitque antea fuit interrupta per peccatum. Itaque sicut dicitur 1. part. quæst. 23. artic. 2. quod gratia collata in vita præcitis postea finita per peccatum non est effectus prædestinationis, sed communis prouidentiæ, ita gratia habita ante peccatum non est effectus perseuerantiæ datæ post peccatũ, sed vt dictum est, perseuerantia solum dicit vltimam gratiam secundum, quod in illa deceditur, quæ doctrina videtur expressa D. Augustin. loco citato. *D. Aug. Sent. probabilis aliquorum.* Probabiliter aliqui dicunt, quod sicut in prædestinatis gratia etiam si per peccatum interrumpatur est effectus prædestinationis, nam postea cõiungitur in fine vitæ, cum gratia vltima in qua reuiuiscit ad præmium eternum, ita vt non solum præmium correspondeat vltimæ gratiæ, sed ei quam semper habuit, etiam si in multis vicibus habuerit illam, ita similiter in præsenti gratia interrupta per peccatum coniungitur post modum cum finali, & censetur effectus illius, sed probabilius, & melius dicitur iuxta nostrum modum dicendi, & hoc de hac quæstione.

Quæstio 110. de gratia Dei, quantum ad eius essentiam.

Articul. I.

Vtrùm gratia ponat aliquid in anima?

Conclusio est afirmatiua.

Dubium I.

Vtrùm gratia sit aliquid creatum, an vero sit ipse Deus per se ipsum inmediate gratificans animam?

PROBATVR hoc secundum. gratia dicit vnionem animæ cum Deo, sed hoc fit inmediate ab ipso Deo vnito animæ: ergo gratia non est aliud, quam ipse Deus. Probatur minor, quia nulla est repugnantia, quod Deus inmediate vniatur animæ: ergo de facto id est asserendũ. *Arg.* Si respõdeatur implicare contradictionẽ, *Solutio.* quia hoc poneret imperfectionẽ in Deo, nam tunc esset forma informans. Contra *Impug.* arg. quia Deus vnitur inmediatæ naturæ humanæ per subsistentiam, & existẽtiam in vnione hipostatica, siquidem existit, & subsistit per subsistentiam, & existentiam in creatam verbi, similiter in beatitudine vnitur inmediate in ratione speciei intelligibilis: ergo non importat imperfectionẽ vnio inmediata Dei ad creaturam. Si respondeatur esse gratũ esse effectum formalem gratiæ, sicut esse albũ albedinis. Vnde sicut non potest facere album per se ipsum, sine albedine, ita nec gratum sine gratia. Cõtra arg. quia etiã existẽs est effectus formalis existẽtiæ, & subsistẽs subsi- *Solutio.* *Impug.*

Conf. 1. stētię. & nihilominꝰ inmediate fit à Deo. Cōfirmatur primo, quia ex eo potest suplere rationem priorum, quia Deus est infinitus in esse rei, & in esse intelligibili continens eminenter omnem rationem existētiæ, & subsistētiæ, &c, sed similiter continet eminenter rationem gratiæ: ergo similiter

Conf. 2. potest suplere illam. Confirmatur secundo ex D. Paul. 1. Corin. 20. Christus factus est nobis iustitia sanctificatio, & redemptio. In quibus insinuat hominem fieri gratum inmediate per ipsum Christum, & quod ipse sit animæ gratia. Propter hęc

Sent. Miche. Brentius. Magister. argumenta tenuerunt Manichei: hāc sententiam, & alij hæretici asserentes animā esse quandam Dei portionem, ac per consequens per se ipsam esse gratam, quia si est portio substātiæ Dei proprietates eius debet habere, Brētius autē etiā gratiā, adeò distinctā negabat, quim ponebat Deū realiter habitare in anima per se ipsum inmediate vnitum, & in hoc incidit Magist. 1. dist. 17. asserens gratiam non distingui à charitate, charitatemque non esse aliud, quam ipsum Spiritum Sanctum habitantem in anima, contra quem D. Thom. 2. 2. quæst. 23. art. 2.

Concl. Conclusio tamen sit, implicat contradictionem, quod Deus vniatur inmediate animæ in ratione gratiæ, sicut vnitur in ratione speciei, cum intellectu, vel subsistentiæ, vel existentiæ, cum humanitate in incarnatione verbi. Probatur conclusio, nā esse gratum est efectus formalis gratiæ, sicut esse albū est efectus formalis albedinis: ergo sicut implicat Deū facere album per se ipsum, ita facere gratum.

Ad Arg. Ad argumentum in contrarium respōdetur suppositā doctrina ibi data, quod subsistentia, vel existentia, vel species intelligibilis, non dicunt in sua essentia rationem formæ informantis, vt patet in subsistentia, vel existentia diuina, similiter species intelligibilis, non dicit rationem formæ, vt patet in essentia Dei, & Angeli habentis rationem speciei intelligibilis in ordine ad propriam cognitionem. Ratio autem gratiæ essentialiter importat rationem formæ, Quapropter licet priora sint, sine aliqua imperfectione, non tamen hoc vltimum. sine illa suplere potest. Etsi

Obiectio. contra facias arg. nam sicut non est de ratione subsistentiæ, vel existentiæ, vel speciei intelligibilis, vt sic & in communi esse formam, sed tantum de ratione existentiæ, vel speciei creatæ: ergo par ratio est de vtroque. Minor probatur, nam filius diuinus habet gratiam, apud patrem, sine aliqua forma inhærente: ergo gratia, vt sic abstrahit à forma. *Solutio.* Respondetur, non loqui in præsenti de his in communissima ratione, vt abstrahunt à creato, & increato, & sic conuincit argumentum omnia equaliter se habere, sed loquimur de illis, vt sunt in genere entis creati, & in illo dicimus rationem formæ esse extra rationem subsistētiæ, vel existētię, & speciei intelligibilis, non quia aliquid illorum sit, quod non inhæreat, sed quia inhæsio omnino est illis accidentalis, & extrinseca, gratia autem ex proprio genere, & essentia includit rationem formæ accidentalis inhærentis, cum sit participatio naturæ diuinę, quam participationem nullus, nisi acciden- *Dub. Resp.* taliter habere potest. Etsi dicas, quare hoc in gratia, & non in alijs continetur? Respondetur, quod species intelligibilis non ponitur ex parte subiecti, sed ex parte obiecti, vt vniat obiectum, cum potentia. Quapropter tenere se ex parte subiecti, per inhæsionem omnino est extra rationem illius, similiter subsistentia, & existentia tantum habent terminare naturam, huic autem rationi omnino accidit inhærere. gratia autem (vt dictum est) ex sua ratione tenet se ex parte subiecti, cum intrinsice dicat Dei participationem, quæ in subiecto debet esse non substantialiter, nam tunc homo esset Deus per naturam: ergo accidentaliter, & consequenter in hæsiue, vel aliter dicitur subsistentiam vel existentiam, non esse naturam completam, sed tantummodum inter se & naturæ, qua potest a Deo per se ipsum inmediate suplerī, gratia autem est constitutiuum naturæ, & forma perfecta. Quapropter, sine ipsa gratum, nō potest facere, sed nec quodlibet aliud, sine sua propria forma constitutiuas species. *Ad 1. cōf.* Ad confirmationem primam respondetur, non sufficere continentiam eminentem, sed quod suplementum non importet imperfectionem, vt autem est dictum suplere gratiam *Ad 2. cōf.* imperfectionēdicit, non autē suplere existentiam, &c. Ad secundam confirmationem respondetur, illa loca intelligenda in genere causæ efficientis, non formalis, Christus enim effitienter producit iustificationem non autem est forma iustificās, sed hoc fit mediante gratia, ab ipso producta, & hæc solutio attendatur pro dubio sequenti.

Dubium II.

Vtrùm gratia sit aliquid realiter

liter inhærens in anima, & non solum de nominatio rationis extrinseca?

1. Arg. PROBATVR, quod non primo, si propter aliquam rationem esset aliquid reale maxime propter rationem, Diuu. Thom. quia voluntas creata præsuponit bonitatem, quam amat, voluntas autem diuina causat illam, illud autem, quod ex amore Dei in creatura rationali producitur est gratia, qua fit Deo amabilis, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor primo, quoniam in collatione gloriæ, maxime diligit Deus creaturam, & tamen ad huiusmodi dilectionem præsuponit bonitatem meritorum, vt diligatur, quia sine meritis gloriã nõ daret: ergo etiã respectu amoris diuini psæsuponitur bonum. Secundo probatur eadem minor, illa entitas quam nos vocamus gratiam est effectus causatus à diuino amore: ergo prius intelligitur amor Dei, quam illa entitas, quia causa prius intelligitur suo effectu. Tunc vltra ergo in illo priori intelligitur homo dilectus, & amicus nondum intellecta illa entitate gratiæ: ergo ad esse gratum nulla entitas realis requiritur, sed sufficit extrinsecus amor Dei, qui in dilecto solum importet de nominationem rationis. Si respondeatur, quod dilectio Dei consideratur, dupliciter primo, vt vult dare gratiam, primo modo antecedit, secundo vero subsequitur, Contra arguitur, quia ille amor, vt vult dare gratiam vere est amor creaturæ, & vere dicitur creatura dilecta, & amica per illum amorem, quo Deus illam prosequitur, & tamen, sine aliqua entitate intrinseca in creatura præsuppositа: ergo. Tertio probatur eadem minor, nam Deus potest diligere plus vnũ, quam alterum, sine eo, quod plus producat in illo: ergo etiam potest aliquem absolute diligere, sine eo, quod absolute in eo aliquid producat, patet consequentia, nam sicut se habet, simpliciter ad simpliciter, sic magis ad magis. Antecedens probatur, nam plus diligit Deus prædestinatum existentem in peccato, cum velit illi maius bonum, quod est beatitudo, quam diligat iustum præscitum, cui tale bonum non vult, & tamen non plus causat in prædestinato, imò tunc quando existit in peccato, nihil a Deo producitur in illo: in altero autem iusto præscito multa bona à Deo producuntur: ergo

Solutio.

Impug.

productio, non attenditur ex diuina dilectione. Quarto probatur, eadem minor, nam plus diligit Deus pœnitentem, quam innocentem, vt videtur, & tamen melior est innocen. pœnitente: ergo bonitas non attenditur, nec causatur ex dilectione Dei. Quinto probatur eadem minor, habens gratiam, vt quatuor, & prorrumpẽs in actum, vt tria est magis gratus, & dilectus Deo, quam habens gratiam, vt quatuor, & tamen non operatur, & tamen prior nullam ampliorem bonitatem, vel qualitatem habet, quam secundus: ergo. Maior patet, nam ille primus habebit maiorem gloriam. Minor vero probatur: nam per actum remissiorem, non intenditur gratia, nec fit maior, cum aproportione minoris in equalitatis non fiat actio.

Secundo arguitur principaliter, Deus potest diligere, & facere gratum hominem, sine aliqua intrinseca entitate: ergo illa superfluit. Probatur antecedens, nam Deus, nõ est minoris virtutis, quã homo, vt non possit diligere, sine tali entitate, sicut diligit homo. Confirmatur, nam per gratiam vnionis, sine gratia habituali intrinseca in humanitate Christi recepta esset maxime dilecta, & grata: ergo ad esse gratum, non requiritur aliqua entitas à Deo producta in redilecta.

2. Aug.

Conf.

Propter argumenta posita in hac re fuit prima sententia Pelagianorum, qui omnino negabant gratiam intrinsice inhærentem, solum agnoscentes gratiam extrinsecam, vt doctrinam supernaturalem, aut legem, quam gratiam appellabant, aut remissionem peccatorum, quam fieri per beneuollentiam asserebant, contra quos Diuu. Augustin. Epistol. 90. & 95. ad Innocentium, & libr. 1. de gratia, Christi, cap. 30. & 31. Similiter, & Lutherus negat gratiam inhærentem realiter, sed dicit nostram iustitiam esse, quid extrinsecum, in assignando autem hoc extrinseco variant illius sequaces, quidam dicunt esse Christum fide apprænsum, & ab illo formaliter extrinsice homines dici iustos, alij dicunt esse fauorem Dei, seu beneuolentiam diuinam, qua nobis condonat delicta, & acceptat ad vitam eternam. Alij dicunt esse solam remissionem peccatorum ob Christi merita. Alij dicunt esse ipsam iustitiam essentialem Dei: quatenus manet in nobis, & facit nos bene operari. Bucerus dicit esse duplicem iustitiam, alteram perfectam alteram imperfectam, imperfe-

Sent. Pelegian.

Lutherus.

Bucerus.

cta est per virtutes existentes in nobis, perfectâ autem esse iustitiâ Christi, qua ipse in se iustus est, & ab hac dicit nos etiam iusti cari formaliter, & cauendus est etiam Al-

Alber. Pigius. bertus Pigius, controuersia, 2. & lib. 5. de

Decan. libe. arbi, & alij cum illo, qui licet fideles

Canisius. sint maximè videntur fabere errori Lu-

Vega. theranorum contra quos Decanus, art. 8.

Belarm. pag. 21. Canisius, lib. 5. de 6. regi, c. 56.

Osius. Vega, lib. 7. Belam. lib. 2. de iustificat, Osius in confessione polonica, cap. 27.

1. Not. Pro intelligentia notandum est primo aliud esse loqui de potentia Dei absoluta, aliud de potentia ordinaria, & secundum, quod res de facto se habent. Deinde aliud est loqui de hoc, quod est esse gratũ extrinsice, aliud esse gratum intrinsice. Item aliud est loqui de hoc, quod est esse gratum secũdum eandem rationẽ, vel esse gratum, secundum diuersam rationem.

2. Not. Secundum notandum hic, non loqui de gratia in communi acceptione, vt etiam quodcumque donũ Dei, vel eius præ destinatio gratia appellatur, sed specialiter loquimur de gratia iustificante facien teque hominem Dei gratum.

1. Concl. Prima conclusio. de potentia Dei absoluta posset Deus facere hominem gratum, sine aliquare intrinseca inhærente, esset tamen tunc gratus extrinsice, & gratitudo alterius rationis, quam modo. Prima pars probatur, quia voluntas Dei in causando talem entitatem in homine est libera: cum sit efectus ad extra, & operatio ad extra in Deo libera sit, & nullo modo necessaria: ergo posset diligẽdo nõ producere talem entitatem. Confirmatur, quia posset Deus se habere, sicut homo respectu amici per beneuolentiam extrinsecam, & sine proportione intrinseca illũ acceptare ad vitam eternam, quod esset esse amicum Dei. Secunda pars probatur, nam enti reali, & rationis nihil datur commune eiusdem rationis, sed esse gratum in illo casu esset denominatio rationis, cum tantum esset ab extrinseco, modo autem (vt statim dicetur) est aliquid reale intrinsice receptum: ergo gratitudo illa, & quæ modo est sunt diuersæ rationis.

2. Concl. Secunda conclusio, iustitia & gratia,

Soto. qua iusti sumus formaliter non est aliquid

Decan. Loana. extrinsecum à numeratum à Lutheranis,

Osius. sed aliquid intrinsice receptum, & reale

Rom. 5. in anima inhærens. Hæc conclusio est de

2. Cor. 1. fide ita, vt oppositum sit hæresis manife-

1. Ioan. 5. sta, vt late probat Soto, lib. 2. de natur. &

Ad Col. 3. grat. cap. 19. & infrà, & Decanus Loban. art. 8. contra Caluinum, & Osius in confessione Catholica, cap. 70. Somnius, lib. 7. tract. 2. & probatur ex locis sacræ Scripturæ, ad Roman. 5: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. 2. Corinth. primo Deus signauit nos, & dedit nobis pignus in cordibus nostris, & 1. Ioann. 5. Qui natus est ex Deo, non peccat, quia semen Dei manet in illo. Ad Colloss. 3. Expolliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes nouum, qui renobat imaginem eius, qui creauit illud, ad Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestri. Quæ locutiones non saluantur, cum proprietate, nisi iustificatio ponat aliquid intrinsecum inhærens, Ioann. 14. Mansionem apud eum faciemus. De quo D. Tho. 3. contra gent. cap. 150. & 2. distin. 26. art. 2. vbi expheat qualiter Deus sit in omnibus, sicut artifex in artifitiato per amorem in iustis, autem specialiter, vt in amicis consortibus suæ fruitionis, quod non est, nisi per quid reale in ipsis. Item Ezechiel, 36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio cordis vestri, & Ieremie. 32. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scribam eam, quem locum explicat Diuus Thom. supra, quæstion. 106. art. 1. quod intelligitur de gratia, hæc enim vocatur lex, & de illa intelligitur, quando dicitur, quod lex noba iustificat. Vnde Diuus Augustin. de Spir. & lit. dicit in veteri testamento lex extrinsecus est posita, qua iniusti terrerentur, in nobo testamento lex intrinsecus est data, qua iustificarentur. Etsi contra obijcias alia loca sacræ Scripturæ in quibus significatur nostram iustitiã esse, quid extrinsecũ, vt suntallata in secunda confirmatione argumenti dubij præcedentis, & rursus, Tobiæ, 12. quoniam acceptus erat Deo, &c. & Sapien. 4. placita enim erat Deo vita illius, & 1. Corinth. 1. Factus est nobis à Deo iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Respondetur, non poni iustificationem in sola acceptatione, sed præsuppositа gratia intrinseca acceptatio illa extrinseca: etiam est requisita. Vnde illa loca, non loquuntur de iustificatione adæquate. Si autem interroges, quare ergo regulariter iustificatio significetur in Sacra Scriptura, nomine importante exirinsice, cum non videatur intrinsecum dum dicitur Deum remiitere peccata per hoc, quod illa occultentur non imputentur à Deo non videantur, &c. Respondetur, ideò esse, quia apud Deum, idẽ est

Ad Eph. 4 *Ioann. 14.* *D. Thom.* *Ezech 36* *Hier. 31.* *D. Thom.* *D. Aug.* *Obiectio.* *Ex Tob. 2.* *Sap. 4.* *1. Cor. 1.* *Solutio.* *Dnb.* *Resp.*

est non videri, & non esse quia nihil est ei latens, & idem est non imputari peccatum & non esse, quia peccatum, quod est non potest à Deo, non imputari. Dicitur etiã occultari, non quia macula maneat, non apparens, sed quia peccatum fuisse est necessarium, & quod non præterierit nõ est posibile, vt ergo insinuetur necessaria præteritio, & simul maculæ remanentis destructio dicitur occulta sunt, & non imputantur, aut dicendum est peccata occulta, & tecta, vt ait Nazian. oratio. in sanctum, qualiter vulnera ad medicinam linteamine teguntur non vt occultentur manendo, sed vt sanentur, remedia ergo peccatorum, vt Sacramenta, quasi linteamina sunt, quæ vulnera peccatorum tegunt, vt sanentur. Similiter, & gratia indumentum dicitur, non quia extrinseca, sed quia ornatus est animæ, sed indumentum corporis, & sicut aliquis non aliter apparet, nisi in vestimento sic apud Deum non aliter apparere potest, nisi secundum quod gratia fuerit affectus, sed de his amplior redibit sermo quæst. 113. art. 1. Quod autem Christus dicatur nostra iustitia inteligitur effectiue, non formaliter, vt dictum est. Sicut, & illud ad Ephes. 2. ipse est pax nostra, & Ioan. 11. Ego sum resurrectio, & vita, & illud, tu es patientia mea &c. Secundo probatur conclusio, quoniam sic est deffinita in Trid. sess. 6. Can. 11. his verbis, si quis dixerit hominem iustificari, vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum, per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, atq; etiã gratiã qua iustificamur esse tãtum fauorem Dei anathema sit, & eadem Sessio. cap. 7. dicitur huius iustificationis causæ sunt finalis quidem gloria Dei, & Christi, & vitæ eterna, efficiens vero misericors Deus qui gratuito abluit, & sanctificat, meritoria autem dilectissimus vnigenitus suus, instrumentalis est Sacramentum baptismi, demum vnica formalis causa est iustitia Dei non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere iusti nominamur, & sumus in nobis iustitiam recipiẽtes, & cap. 16. dicitur, iustitia nostra, quia per illam nobis inhærentem iustificamur eadem Dei, est quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Item in Arausi. can. 24. exemplum vitis, & palmitum positum à Christo, quod sicut vitis nihil accipit à palmite, palmes autem accipit à vite vitam, & consequenter actionem, ita Christus tanquam vera vitis, nihil accipit à fidelibus, fideles autem tanquam palmites recipiunt vitam, & gratiam à Christo, vt à vera vite, quod nõ esset verũ, nisi gratia Christi recepta esset aliquid inhærẽs subiecto. Tertio prob. concl. auctoritate Sanctorum, nam ita docet Cipr. epist. 2. ad donatum, & epist. 59. ad fidum, Aug. lib. 1. de peccatorum meritis, c. 9. to. 7. cuius verba sunt optima, & videndа. & super Psal. 150 & tract. 26. super Ioan. & epist. 120. ad honoratum, & lib. 1. contra Iulia. cap. 2. Chrisost. ad neophitum D. Ciril. libr. 22. Thesauri, cap. 3. & 5. & alij plures quos longum est recensere, Basil. libr. de Spir. Sãcto. c. 26. Amb. lib. exam. c. 8. Quarto prob. ratione, nam vt dicitur in Trid. sess. 7. de Sacramentis ingenere, c. 6. & 7. & 8. sacramenta causant gratiam, & illam efficiunt in anima: ergo est aliquid receptum in illa, aliàs quomodo verificaretur verbum causari, & effici. Quinto probat. per peccatum manet homo conuersus ad bonum creatum, vt autem tollatur peccatum debet conuerti ad bonum increatum, sed hæc conuersio non potest esse, nisi per aliquid reale receptum inmutans potentias: ergo. Sexto probatur, per gratiam efficitur, quis filius Dei, secundum illud Ioan. vide qualem charitatẽ dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus, sed non potest intelligi esse filium Dei, nisi per aliquid receptum: ergo. Septimo prob. nã actus supernaturales hominis iusti, vt actus charitatis &c. sunt actus excedentes omnem facultatem naturæ: ergo vt sit proportio debet poni aliqua forma intrinseca in hærens faciens proportionem ad huiusmodi actus: ergo iustitia formam intrinsecam, & in hærentem importat. Octauo probatur, sic se habet peccatum Adã respectu posterorũ, sicut gratia Christi respectu fidelium, nam vt ait Paul. sicut in Adam omnes moriũtur ita, & in Christo omnes viuificabuntur, sed peccatũ originale præter maculã existẽtem in Adã importat aliquid reale in hærẽs in posteris (vt supra dictum est) ergo, & iustitia præter gratiam Christi importat aliquid inhærens in iustis. Nono probatur, nam si sũt iusti ab extrinseca gratia Christi sequitur omnes esse equaliter iustos, nõ potest assignari inequalitas, cum gratia Christi inhærẽs sit eadẽ: ergo debet poni inequalis cuilibet inhærens. Decimo probatur, nã si iustificatio fieret per aliquid extrinse-

Nazian.

Ad Eph. 2
Ioan. 11.

D. Cipria.
D. Aug.
D. Chris.
D. Cyril.
D. Basil.
D. Amb.
Con. Trid.

cum vt aceptatio, sequitur prædestinatum semper esse in gratia, etiam quando actualiter peccat, & è contra præscitum, numquam esse in gratia, etiam quando actualiter iustificatur, sequela probatur, prædestinatus semper habet extrinsecã aceptationem ad gloriam, & è contra præscitus nunquam illam habet, vt ergo prædestinatus peccator, & iustus præscitus dicantur, primum non habere gratiam, bene tamen secundum, requiritur quod iustificatio fiat, per aliquid intrinsecum, quod habet secũdus tempore iustificationis, & non primus tempore peccati. Vltimo prob. nam de iustitia, & gratia dicitur, quod viuificat mũdat' & sanat: ergo est aliquid intrinsice inhærens, quia per aliquid extrinsecum hæc verificari non possunt. Etsi arg. quia potius oppositum sequitur, nam salus in physicis non importat qualitatem distinctam ab humoribus proportionatis: ergo similiter salus spiritualis gratiæ nõ est aliquid præter ipsas potentias, bene ordinatas. Resp. primo ex D. Th. quæst. 27. de verit. ar. 1. ad 4. quod etiam in physicis salus est quædam qualitas corporalis causata ex humoribus distinctaque ab illis, quod etiam sentit Caiet. sup. q. 82. art. 1. Secũdo resp. quod cum sanitas sit eiusdem ordinis, cum humoribus potest esse, idẽ cũ illis, gratia autem quæ salus est animæ est alterius ordinis, etiam supernaturalis, quapropter debet necessario ab anima, & potentijs distingui.

Obiectio.

Solutio.

2. Solutio.

Ad 1. arg. D. Thom. Ad primum arg. à principio resp. negãdo minorem, ad primam probationem dicitur. quod velle dare gloriam pro meritis, nihil aliud est, quam ea, quæ sunt ad finem ordinare in ipsum finem. Vnde vult gloriam esse promeritis, sed non propter merita vult esse gloriam, itaque est ordo causalitatis meritorum ad gloriam, sed nõ meritorum ad volitionem Dei, quia vult dare gloriam, sed vtrumque est efectus volitionis Dei, & merita, & gloria, quæ datur propter merita: non ergo negatur: bonum causatum à Deo esse causam alterius boni, sed negatur bonum aliquod esse causam diuini amoris, sed diuinum amorem dicimus esse causam cuiuscumque boni. Solutio colligitur ex Diuu. Tho. 1. part. quæstion. 19. artic. 5. Secundo respondetur, quod licet gloria redducatur in bonum meritorum, quia tamen ipsa merita sunt efectus diuini amoris, vt ait Augustin, nostra vult esse merita, quæ ipsius sunt dona, inde est, quod de primo ad vltimum in diuinum amorem, etiam bonum gloriæ reducatur mediate, itaque non negatur Deum moueri ex vno bono collato ad alterum conferendum, sed quod deueniendum est, tandem ad voluntatem Dei conferentem bonum, & non ad bonum mouentem Dei voluntatem, itaque supponitur Dei voluntas ad primam boni tatem, ad voluntatem autem humanam supponitur prima bonitas, quam incipiat amari. Ad secundam probationem respondetur, quod amor in duo tendit in bonum, quod vult alicui, & in eum cui vult bonum, nam hoc est aliquam amare velle ei bonum, quando ergo amor, vt diuinus est causa boni, quod vult amico, non est prius tendentia in subiectum, quam in formam, scilicet bonum, nec prius in formam, quam in subiectum, sed in vtrumque est simul, & si est aliqua prioritas, est tantum rationis, & nostro modo intelligendi, quo intelligimus amorem prius attingere, non subiectum: vt volebat argumentum ante productionem formæ, sed potius prius intelligitur attingere bonum, quod producit, quam intelligatur attingere subiectum, cum bonum productum sit ratio attingendi subiectum ex parte obiecti diuini amoris. Exemplum sit, si visio produceret colorem visio attingeret subiectum visum, & colorem, quæ est ratio videndi vtrumque simul, & si prius ratione attingit aliquod est colorem, tanquam rationem videndi subiectum, quia non intelligitur attingere subiectum per visionem, nisi sit coloratum. Quapropter ad argumentum negatur prius natura esse amorem terminatum, quam sit gratia, ad esse autem causam gratiæ sufficit intelligatur prius amor in via, & inferendentia, & in fieri, non autem requiritur intelligatur terminatus, & in facto esse ante gratiam. Solutio colligitur ex Diuu. Thom. 1. part. quæstion. 20. artic. 1. ad 3. Etsi contra facias argumentum, quod gratia est obiectum diuini amoris, ergo prein telligitur ad amorem, etiam perfectum, & in facto esse, ac per consequens non erit efectus amoris, consequentia ista probatur, nam obiectum habet rationem prioris, cum ab ipso summatur specificatio. Respondetur, hanc esse differentiam inter potentias practicas, & speculatiuas, quod speculatiua supponit obiectum practica autem supponitur ad obiectum, & ratio diferiminis est, quia cum actus potentiæ speculatiuæ sit efectus obiecti vniti, cum potentia, & causa præsupponatur ad efectum, consequenter, & obiectum

2. Solutio. D. Aug.

D. Thom.

Obiectio.

Solutio.

ctum præsupponitur operationi, in practica autem contra se habet, quod actus potentiæ est causa obiecti, ac per consequens prior est operatio, tanquam causa, obiectum autem posterius, quantum ad existentiam, licet essentialiter, etiam præsupponatur ad causam, scilicet practicam potentiam, cum ergo scientia, & voluntas Dei sit practica respectu cuiuscumque entis creati, non præsupponitur creatura respectu voluntatis diuinæ, sed voluntas est prior, & ideò creatura est, & est bona, quia volita a Deo, si ergo gratia est aliquid creatum posterius erit amore Dei, qui est causa illius, & si est obiectum est practicum. Doctrina est Diuu. Thom. opusc. 56. column. 3. ad illud autem, quod specificatur ex obiecto negatur diuinus enim amor, non nisi à se ipso, propter eius infinitatem habet esse. Ad tertiam probationem minoris respondetur, quod efficatia diuini amoris, non est pensanda, nisi pro tempore, quo ipse Deus statuit, & vult conferre bonum, cum ergo prædestinatio sit amor. & dilectio in futurum, in futuro tempore, considerãdum est, quod est maius bonum tribuitur prædestinato. quam præscito, etiam si modo maius bonum tribuat præscito iusto. quam prædestinato peccatori, Solutio est D. Tho. 1. part. quæst. 20. art. 4. Etsi interroges si in præsenti tribuit maius bouum præscito in futuro autem daturus est maius bonum prædestinato, quem dicitur plus diligere, Respondetur, quod illi duo, vel possunt cõsiderari respectu Dei cuius cognitio, & amor mẽsuratur eternitate, vel respectu nostri, qui mensuramur tempore: siquidem considerentur in eternitate plus dilectus est prædestinatus, quia absolute maius bonum ei datum est, si autem considerentur in nunc nostri tẽporis, & inordine ad nos, & secundum præsentem statum plus dilectus est præscitus iustus cui modo maius bonum confertur. Si autem rursus interroges: vtrum stando in nunc nostri temporis dicendus sit prædestinatus peccator dilectus, simpliciter, quia determinatus est Deus in futurum dare ei gloriam. Respondetur, quod non potest dici dilectus, nisi secundum quid. quia impeditur denominatio, simpliciter ex peccato præsenti ratione cuius simpliciter odio habetur, nec potest simpliciter à contrarijs de nominari, è contra autem præscitus iustus in nunc tẽporis simpliciter est dilectus, odio autem habitus solum, secundũ quid ex eo, quod in futurum determinatus est Deus illi negare gloriam. Ad quartam probationem minoris respondetur, ex Diu. Thom. loco citato comparationẽ magis, vel minus dilecti sumendam esse ex gratia, qui plus habet gratiæ magis dilectus est, siue sit pœnitens, siue innocens: cæteris autem paribus, si duo sint in gratia equali, alter innocens alter pœnitens habent se, sicut excedens, & excessum, licet absolute innocentia sit Deo magis grata, dicitur autem Deũ plus gaudere de pœnitente: quatenus pœnitens cautior resurgit, & humilior, & feruentior. Vnde Diuu. Gregor. super illud Lucæ 15. Dico vobis, &c. ait, quod dux in prælio, eum militem diligit. qui post fugam conuersus fortiter hostem præmit, quam qui numquã fugit, nec vnquam fortiter facit. Ad quintam probationem aliqui dicunt, quod habens talem actum remissum est magis dilectus, & habet maiorem gratiam in esse gratiæ, & acceptationis ad gloriam, licet non in esse qualitatis, quia vt sic non intenditur, per actum remissum. Alij vero tenent, quod licet de præsenti, non intẽdatur gratia in esse qualitatis intenditur, tamen iuxta merita in fine vitæ in eo gradu, quo est accipiẽda est gloria. Vnde quando vult ei bonum gloriæ, vt sex (verbi gratia) etiam est dilectus per gratiam, vt sex durante autem vita, sicut velle bonum gloriæ est de futuro, ita gratia dilecti est de futuro, nunquam ergo datur esse magis, vel minus dilectum, nisi maius, vel minus gratiæ producatur de præsenti, vel de futuro, secundũ est a Deo dilectus. Sed plenior intelligentia huius habetur in Magist. Bañez, 22. quæstion. 25. de augmento charitatis, vbi eleganter de hoc agitur.

Ad secundum arg. principale respondetur, quod probat primam conclusionẽ, non autem est contra secundam. Ad confirmationem respondetur, gratiam vnionis esse super eminentem continentẽ quid quid potest habere habitualis, & si hæcnõ esset humanitas esset grata per illam, tanquam per super eminentem, nec tamen habitualis superfluit, quia per illam redditur grata intrinsice, & conaturaliter, de hoc latius. Videatur mag. Vincentius relectione de gratia Christi, folio 93. vsque ad folium 102.

D. Thom. Dub. Resp. Dub, Resp. D. Thom. Bañez. Ad 2. arg. Ad conf. Mag. Vincen.

Art. II.

Vtrùm gratia sit qualitas?

PRIMA conclusio, si gratia sumatur pro auxilio, quo Deus mouet hominem ad operandum est aliquod respectiuum, non tamen qualitas, sed quidam motus.

Secunda conclusio, si gratia accipiatur pro forma supernaturali, qua homo cõstituitur ad exercenda opera supernaturalia est vere, & proprie qualitas.

Tertia conclusio, gratia est participatio diuinæ bonitatis.

Quarta conclusio, gratia nõ est perfectior, quam anima quantum ad modum essendi, bene tamen in quantum gratia est quædam participatio diuinæ bonitatis.

Vltima conclusio, gratia dicitur creari, quatenus homo iniustificatione constituitur in nouo esse supernaturali absque meritis, secũdum illud ad Ephes. 2. creati in Christo Iesuin operibus bonis.

Dubium I.

Vtrùm gratia sit qualitas habitualiter permanens?

Arg. PROBATVR, quod non gratia non est qualitas: ergo non est qualitas habitualis, consequẽtia patet à negatione superioris, ad negationem inferioris. Antecedens vero probatur primo, gratia est perfectior, quam substantia: ergo non est qualitas, patet consequentia, quia qualitas non est perfectior substantia. Secundo probatur antecedens, nam gratia est perfectissimum accidens omnium, ergo nõ est qualitas, patet cõsequentia, quia qualitas non est perfectissimum genus accidentium, cum perfectior sit quantitas: ergo si gratia est omnium perfectissima non erit in genere qualitatis, sed in genere perfectissimo. Tertio probatur antecedens gratia est in genere relationis: ergo non est in genere qualitatis, consequentia patet, nam prædicamenta sunt primo diuersa antecedens vero probatur, nam totum esse gratiæ est ad aliud: ergo est relatio, probatur antecedens, nam gratia est similitudo Dei, cum sit participatio naturæ illius: ergo est relatio. Quarto probatur antecedens, nam non potest assignari species in genere qualitatis, in qua sit gratia: ergo non est in illo genere, probatur antecedẽs non potest dici, quod sit in specie dispositionis, cũ sit species imperfecta, gratia autem perfectissima sit, neque etiã in specie habitus, nam habitus est minus perfecta species, quam potentia, gratia autem etiã est perfectior, quam potentia quælibet creata. Item, quia habitus est difficile mobilis à subiecto, gratia autem faciliter perditur, cum quodlibet peccatum mortale quantumcumque minimum excludat illã, habitus vero non per vnum actum, nisi fortissimum, & excellentissimum excludi potest, non etiam potest dici, quod sit in specie potentiæ naturalis, quia gratia nulli creaturæ potest esse connaturalis: ergo non est in prædicamento qualitas, vbi ponatur gratia.

In hac re est prima sententia, adeò certum esse, quod gratia sit habitus, vt oppositum sit hæresis, sic Gabr. in 3. distin. 23. quæst. 2. art. 2. Almaim, tract. 2. moraliũ, Castro lib. 3. contra hæreses, verbo, baptismus, hæresi, 4. Vega, 7. de iustificatione. cap. 24. Belarm. tom. 3. lib. 1. de grat. cãp. 3. Lorca, 12. quæst 113. art. 6. disp. 35. membro, 1, fundanturque isti Auctores in locis Concilij. Vienensis, & Trid. quæ nos aducemus in conclusionibus, & adduximus dub. præcedenti. 1. Sent. Gab. Almain. Castro. Vega. Belar. Lorca.

Secunda sententia est Vazquez disputatio. 203. gratiam iustificantem in paruulis, vel recipientibus in Sacramento existere sola attritione esse de fide, quod sit qualitas, non autem in alijs, licet sit probabilius non tamen de fide Tertia sententia explicabitur conclusionibus. 2. Sent. Vazquez.

Prima conclusio, gratia est qualitas habitualis permanenter existens in anima, & non solum motio per modum transeuntis. Hæc probatur primo, nam Concil. Triden. eodem modo loquitur de gratia paruulorum, & adultorum, sed gratia paruulorum est qualitas permanens habitualiter: ergo, & adultorum. Minor patet, quoniam durat multo tempore, cum non possit amitti ante vsum rationis. Secundo probatur, nam Triden. Sessio. 6. cap. 7. & can. 3. contraponit gratiam operationibus dicens, si quis dixerit hominem posse sine Spiritus Sancti adiutorio, credere. sperare diligere, aut penitere, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia infundatur anathema sit: ergo sentit gratiam, non esse motionem, & operationem transeuntem, sed formam permanentem. Confirmatur, ex Concil. Vienen. in Clementina vnica. de summa Trinit. & Innocentius III. capit. maiores, de baptismo, recipiunt hanc sententiam, vt probabiliorem subiistis verbis, nos attendentes virtutem verborum Christi secundam opinionem, quæ dicit infundi 1. Concl. Con. Trid. Con. Vien. Clementin.

infundi gratiam, & virtutes, tam in paruulis, quam in adultis informantem sacro à probante Concilio duximus eligendam. Tertio probatur, iustus dormiens est iustus, & in gratia existens: ergo gratia non est aliquid per modum motus, & transiens siquidem, tunc nihil operando existit in gratia. Quarto probatur, gratia est aliquid realiter inhærens permanenter in anima, non per modum quãtitatis relationis, &c. ergo per modum qualitatis habitualis, hęc enim est definitio habitus, quod sit qualitas difficile mobilis à subiecto. Quinto probatur, ratione Diuu. Tho. sumpta proportione ex naturalibus, ad operandum enim connaturaliter ponitur forma inhærens habitualiter: ergo ad operãdũ, etiam supernaturaliter: ergo gratia importat qualitatem habitualem constituentem in esse agentis supernaturalis.

D. Thom.

Secunda conclusio, non est de fide ex præsumpto, quod gratia sit qualitas habitualis. sic tenet Canno. lib. 7. de locis, cap. 2. Medin. hic. Bañez, 2 2. quæst. 23. artic. 2. Soto, 2. de nat. & grat. cap. 18. & 19. & in 4. distin. 6 quæst 1. art. 3. Ioan. Vincen. lib. de grat. Christi, quæst. 1. concl. 6. §. dico tertio, estque communis sententia Thomistarum, & patet, quia Concil. tantum definiunt gratiam esse in hærentem: non autem definiunt esse qualitatem: ergo si quis confiteatur esse inhærentem satisfacit concilijs, etiam si dicat non esse habitum. Et si contra arg. quia in Concil. Vienen. acceptatur vt probabilius, & certum gratiam esse qualitatem, & habitum. Respondetur ex Caiet. opusc. de auctorit. Papæ, cap. 8. & Cano. lib. 5. de locis, quæstion 4. quod non omnia, quæ acceptantur in Concil. tanquam probabiliora, & magis consona doctrinæ Sanctorum habenda sunt de fide, nisi expræsse definiantur, aliàs obiter dicta, vel acceptata nõ faciunt expræsse de fide, licet oppositum redant temerarium. Et si rursus obijcias, nam propositio, quæ sequitur ex vna de fide. & altera cognita lumine naturali est de fide per se, secundo ita, vt oppositum sit error in fide, vt quod Christus sit risibilis, quæ sequitur ex hac de fide Christus est homo, & ex hac cognita naturaliter homo est risibilis, sed ita se habet, hæc propositio gratia est qualitas habitualis: ergo est de fide per se. secundo. Probatur minor, nam hæc est bona consequentia gratia est aliquid realiter inhærens, sed non per modum quantitatis, relationis, &c. ergo per modum qualitatis, maior est de fide, minor cognita naturaliter: ergo. Respondetur, quod illa minor, non est euidens naturaliter, nam posset quis dicere, & non contra fidem esse aliquid inhærens per modum relationis quæ in adultis cõsequitur ex propria operatione, qua iustificantur in paruulis autem ex operatione destructiua peccati origin alis, quę est actio Sacramenti, siuæ quæcumque alia. Et si rursus contrà dicas, quod ad actionem destructiuam non sequitur relatio, sed ad actionem productibam alicuius, velut fundamenti consurgit relatio, illud autem fundamentum erit gratia, & non ipsa relatio. Respondetur, quod hæc doctrina etiam non est euidens; siquidem Scotus tenet probabiliter ad aliquas relationes esse per se motum, sine productione alterius. Vnde nunquam potest poni aliqua propositio euidens naturaliter, cum altera de fide ex quibus sequatur gratiam esse habitualem qualitatem, & consequenter, nec erit de fide etiam per se secundo.

2. Conc. Cano. Medina. Bañez. Soto. Ioan. Vincent.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Tertia concl. adeò certum est, gratiã esse qualitatem habitualem, vt oppositum sit, non solum temerarium, sed etiam errori proximum. Hanc etiam tenent auctores citati in præcedenti concl. & ponitur contra Curiel, & Zumel, qui solum asserunt esse conclusionem Theologicam. Hæc probatur, quia loca Conciliorum non bene explicantur, nisi ponendo gratiam esse qualitatem ergo. Confirmatur, nam posita propositione de fide, quod gratia sit in hærẽs omnes propositiones Philosoficæ subsumptæ ad inferendum, quod sit qualitas sunt certiores, & probabiliores, & communes in Philosofia, licet non sint euidentes: ergo iam, quod nõ sit error quod gratia non sit qualitas erit proximũ errori. Et si contra facias arg. nam etiam Trid. sess. 5. dicit peccatum originale esse vnicuique inhærens, & tamen non est error, nec proximum errori dicere, quod non sit qualitas, quia multi tenent tantum esse priuationem, & non aliquid positiuũ ergo ex inhærentia gratiæ, non infertur esse qualitatem tanta certitudine vt oppositum sit proximum errori. Respondetur primo veram sententiam esse, quod originale, etiam consistat essentialiter in positiuo (vt supra dictum est) priuationem autem tantum esse anexam, & subsecutam, sed quia opposita sententia censuram non meretur, illa supposita. Respondetur secũdo aliter poni in hærentiam originalis aliter vero gratiæ, in hætentia quidem gratiæ ponitur, vt sit forma constituens in

3. Concl.

esse supernaturali ad operandum opera super excedentia naturam in hærentia autem originalis solum ad denominandum, vt ergo denominetur quilibet, non tantũ à peccato Adam, sed vnusquisque à sibi proprio (quod intẽdit Concil.) sufficit habere in hærentiam priuationis qualiter priuatio in phisicis dicitur in hærere. Ad esse autem principium operandi, & constituendi non sufficit in hæsio priuationis, sed vera in hærentia formæ. Vnde fortius sequitur ex in hærentia gratię esse qualitatem, quam sequatur ex in hæsione originalis, colligiturque hęc solutio clare ex determinatione ipsius Concil. & ex verbis quibus vtitur ad vtrumque determinandum, loquendo enim de originali dicit, quod ineſt, quod quidem, quid commune est ad inhæsionem propriam accidentis realis, vel rationis qualiter priuatio ineſt. quãdo autẽ loquitur de gratia ait quod inhæret, quod solũ de accidẽti reali habet verum.

Ad 1. arg. Ad primum Arg. à principio respondetur, negando antecedens, ad primam probationem dicitur Aristotelem intelligendum esse, de qualitatibus naturalibus quas ipse cognouit, dum inquit substantiam esse perfectiorem qualitate, qualitas autem supernaturalis qualis est gratia perfectior est substantia, vt statim dicetur. Ad secundum dicitur, quantitatem esse perfectiorem qualitatibus corporalibus non autem spiritualibus. Vnde absolute prædicamentum qualitatis perfectius est. Ad tertiam probationem dicitur gratiã, non posse esse relationem, nec rationis nam tunc non distingueretur à gratia humana, quod est contra fidem asserentem esse aliquid realiter inhærens, nec etiam relatio realis, quia ista non est in creatura ad creatorem, nisi ratione alicuius producti à Deo in creatura illud: ergo productum absolutum ratione cuius refertur ad Deum dicimus esse gratiam, & qualitatem. Vnde negatur, quod gratia consistat in similitudine ad Deum, sed in fundamento similitudinis. Si autem totum esse gratiæ est ad Deum est, vt ad causam non, vt ad terminum, quod requiritur, vt esset relatio. Ad quartam probationem dicitur, gratiam poni in specie habitus perfecti, ad impugnationem respondetur, differentiam habitus à potentia, non esse quod sit perfectior, vel nõ sed in eo consistit, quod habitus determinatus est ad bonum, vel malum vt dicit eius deffinitio potentia vero habet in differentiam ad vtrumque, cũ ergo gratia sit determinata, ad bonum habitus est, habet etiam esse difficile mobile à subiecto quantum est ex parte sui, qua ratione gratia perpetua est. Si autem faciliter deperditur est ex fragilitate subiecti. Ad illud autem, quod per vnum actum peccati, etiam remissum perditur. Respondetur, quod peccatum quodlibet mortale, licet respectu alterius maioris possit dici remissum, vel imperfectum, absolute tamen in genere peccati, quodlibet mortale est fortissimum perfectum, & eficax sufficiens excludere habitũ gratię, cum quodlibet quantumcumque minimum habeat ponere vltimum finẽ in creatura, & auersionem à Deo, cum quo non stat eius amicitia. Et si contra arg. nam habitus est qualitas operatiua superaddita potentię ad illam determinandam, gratia autem (vt infra dicetur) non est in aliqua potentia, sed antecedenter ad potentias subiectatur in essentia animæ: ergo non potest esse habitus. Respondetur, habitum aliter summi apud methaphisicum aliter, apud Logicum methaphisicus appellat habitũ condistinctum à potentia, qualitatem operatiuam superadditam potentiæ, Logicus autem considerat habitum contra rationem dispositionis. Vnde quãcumque qualitatem difficile mobilem appellat habitum, siue talis qualitas sit operatiua, siue non, vt patet in exemplo caloris ethicæ posito ab Arist. siue etiam sit in potentia aliqua, siue non, quia etiam ethica in nulla potentia subiectatur, cum ergo gratia sit qualitas permanens absolute dicenda est habitus apud logicum.

Obiectio.

Solutio.

Sed de hoc dub. plura diximus supra in materia de virtutibus in cõmuni, sed de hoc dub. plura videantur, quæ diximus supra, quæst. 51. art. 4. & quæst. 62. artic. 1. supra etiãmateria de beatitudine egimus, vtrum qualitates supernaturales reponantur in prædicamẽto qualitatis, in quo qualitates naturales reponuntur, & in qua specie reponenda sit gratia, similiter agere: vtrum etiã gratia actualis, & auxiliũ, quo Deus mobet hominem sit qualitas inhærens permanens, vel transiens, non est prę sentis loci, sed suo loco agitur materia de auxilijs.

Dubium II.

Vtrùm gratia sit perfectior simpliciter,

simpliciter, quam anima, vel Angelus?

1. Not. ex D. Thom. PRO intelligentia supponendum est ex Diu. Thom. hic ad 2. & 2. 2. quæstio. 23. ar. 3. ad 3. & in 1. dist. 17. quæstion. 1, art. 1. ad 6. quod in ratione entis, & quitum ad modum essendi nobilior est anima, quam gratia, & charitas, quia illa est substantia, & habet esse per se, ista vero sunt accidentia, & habent esse in alio nulli autem dubium, quin esse per se sit nobilius, quam esse in alio. Similiter certum est, apud D. Thom. & eius omnes discipulos, quod gratia secundum quod est participatio diuinæ naturæ est, quid nobilius, quacumque substantia creata: nulla enim est adeo excellens Dei participatio, sicut gratia. Quod ergo vertitur in dubium est quod nam istorum sufficiat ad simpliciter esse tale: vtrum ex modo essendi perfectiori dicatur substantia, simpliciter perfectior quam gratia.

2 Not. ex Con. Trid. Con. Mill. Con. Ara. Secundo supponendum, quod cum gratia sit specialissima Dei participatio, vt statim dicetur est ordinis diuini, & quid supernaturale, vt amplius explicabitur q. 112. art. 1. & patet ex Conc. Trid. sess. 6. Can. 1. & 2. Milleuit. Can. 4. & 5. & Arausi. Can. 6. & 7: qua ratione dicitur infundi nobis per Spiritum Sanctum, reparationemque nostram, non posse fieri viribus naturæ, si enim quid naturale esset viribus naturæ haberi posset, & naturaliter fieret reparatio, item cum gratia sit medium ad gloriam ista naturaliter obtineri posset si illa naturalis esset, quia medium, & finis proportionantur. Denique hac ratione dicitur gratiam nulli creaturæ esse posse connaturalem, quia ipsa quid supernaturale est, alias enim connaturalis creaturæ esse posset. Hoc supposito.

1. Sent. Cai. Conra. 1. Arg. In hac re est prima sententia Caietani 22 loco citato, & Conrra. hic, quos multi Thomistæ sequuntur, quod gratia tantum sit perfectior secundum quid, simpliciter autem substantia dicenda est perfectior. Hæc sententia probatur, primo potissima, & prima actualitas vnius cuiusque rei est ipsum esse, vt patet ex Diu. Thom. 1. part. quæst. 4. articu. 1. ad 3. Qua propter Aristoteles inquit quod vnumquodque intantum est perfectum in quantum habet esse, sed substentia est perfectior in ratione essendi (vt præsupositū ex D. Thom.) quā sit omne accidens quatumcūque perfectū: ergo substantia simpliciter est perfectior.

2. Arg. Secundo arg. gratia quantumcumque sit excellens eius vltima differentia non transcendit prædicamentum, qualitatis ergo non peruenit ad perfectionem substantiæ, simpliciter loquendo consequentia patet, nam tota perfectio prædicamenti qualitatis, non attingit perfectionem prædicamenti substantiæ. Antecedens vero probatur, nam ex eo Deus non est in aliquo prædicamento, quia eius perfectio transcendit perfectionē cuiuscumque prædicamenti: ergo si gratia est in prædicamēto non transcendit limites illius prædicamenti.

3. Arg. Tertio arg. maior dependentia est gratiæ à substantia, quam substantiæ à gratia ergo substantia simpliciter est perfectior, consequentia patet, nam ex dependentia cognoscitur dignitas cuiuscumque rei. Antecedens vero probatur, nam gratia dependet à sustantia simpliciter in esse, substantia autem à gratia tantum in esse Filium Dei participatiue, plus autem est dependere absolute in esse, quā in esse tali. Hoc enim est dependere secundum quid.

2. Sent. Secuda sententia est loquens sub distintione de substantia, quod alia sit spiritualis, sicut anima, & Angelus, alia vero pure corporalis, & materialis, sicut anima bruta, & alia insensibilia, dicit enim hæc sententia, quod gratia est perfectior, simpliciter quacumque substantia pure corporali, & materiali, perfectior autem tantum secundum quid, quam substantia spiritualis. Prima pars videtur certa, quia ridiculum esset asserere muscam, vel culicē esse perfectiorē gratia Dei, etiam si illa sint substātia: ista vero accidētia, quia licet ex modo essendi illa sint perfectiora, omnibus pensatis gratia est perfectior, cum sit Dei participatio, & superioris, & diuini ordinis ad quem illa peruenire nō possunt. Et si contra arg. quia vt dictum est prædicamentum substantiæ est perfectius prædicamēto qualitatis: ergo quod continetur in genere substantiæ est perfectius eo, quod continetur in genere qualitatis, & consequenter perfectius erit bruta, quam gratia. Respondetur, & bene, quod inter duo genera, vel duas species ad videndū, quæ sit perfectior, nō est attē dēdū ad quācūq; perfectionē alterius, potest enim contingere, quod aliqua individua speciei minus perfectæ sint magis perfecta, quam aliqua individua speciei perfectioris.

Arg. pro 1. parte.

Obiectio.

Solutio.

ctioris. Exẽplum est virtutes intellectuales perfectiores sunt ex suo genere virtutibus moralibus, quia perfectior est intellectus voluntate, vel appetitu, tamen aliqua virtus moralis est perfectior aliqua intellectuali, vt iustitia melior est, quam opinio logica. Similiter perfectior est species viuentis, quam non viuentis in particulari, tamen omnibus pensatis perfectius est cælum non viuens, quam formica viuens, debet ergo summi comparatio optime vnius ad optimum alterius. Tunc enim verum est, quod contentum in specie perfectiori debet esse perfectius, tanquam in quo saluatur excellentia suæ speciei, cum ergo bruta, vel insensibilia nõ sint perfectissima in genere substãtiæ, non opus est sint perfectiora quacũq; qualitate qualis est gratia. Secũda pars huius sentẽtiæ probatur ex ratione modo facta, quia optimũ generis superioris debet esse perfectius quocũq; perfectissimo generis minus perfecti sed homo, & Angelus sunt optimum prædicamenti substantiæ: ergo nulla qualitas potest esse perfectior illis etiam si gratia summatur, vt Dei participatio, quia etiam vt sic qualitas est. Secundo probatur hæc pars, quia excellentius est principiũ quod quam tantum principium quo, sed principium quod actionum spiritualium est homo, vel Angelus gratia autem tantum principium quo ergo perfectior est simpliciter homo, vel Angelus, quam sit ipsa gratia. Confirmatur, quia ex eo gratia dicitur perfectior brutis, quia sunt incapacia participationis Dei auctoris supernaturalis, nec possunt ipso frui, vel ipsum per essentiam videre quorum omnium gratia est principium, sed hæc ratio non curritde homine, vel Angelo, ad hæc autem omnia pertingunt perfectius, quã gratia, quia attingunt, vt quod gratia vero tantum, vt quo ergo ista perfectiora sunt absolute, quam gratia. Insuper probatur, hæc pars argumentis factis pro prima sententia, cũ sit idem cum illa ex hac parte.

2. *Pars sententiæ probat.* 1

2. *Arg.*

Conf.

3. *Sent.* Tertia sententia est, quod gratia potest comparari cum reliquis formis, siue accidentalibus, siue substantialibus, vel cũ subiecto ipsius gratiæ, quod est substantia completa, scilicet homo, & Angelus: si quidem comparatur cum substantia totali, & perfecta spirituali gratia est minus perfecta, propter argumenta facta in prima, & secunda sententia, sed si fiat comparatio ad reliquas formas gratia, simpliciter est perfectior. Quod probatur, nam tota perfectio formæ cõsideratur ex esse quod tribuit, vel ex operatione cuius est principium, sed esse, & operatio ex gratia prouenies est omnium perfectissima: ergo & ipsa gratia in ratione formę. Minor probatur, nam esse quod gratia tribuit est esse filium Dei, sed esse filium Dei est perfectissimum: ergo. Probatur ista minor, nã esse creaturæ est perfectius in quantũplus Deo assimilatur à quo, vt à primo fonte totum esse dimanat, sed maior assimilatio, & perfectior quã creatura potest habere, cum Deo est per filiationem gratiæ: ergo esse filium Dei per gratiam est omnium perfectissimum, quod autem operatio eius sit nobilissima etiam patet, nam gratia cõsumata est principium videndi Deum, visio autem Dei perfectissima operatio est omnium, de qua dicit Diuu. Thom. 1.p. quæstio. 25. art. 3. ad 6. habere infinitatẽ, quæ de alia operatione formæ etiam substant. alis affirmari non potest.

Quarta demum sententia tenenda est gratiam simpliciter, & absolute esse perfectiorem quacumque substantia creata etiã spirituali, licet substantia sit perfectior secundum quid quoad modum essendi per se. Hanc reputo esse Diuu. Thom. 2.2. loco citato, vbi distinguit accidens esse in duplici differẽtia, aliud quod secũdũ rationem suæ speciei causatur ex participatione subiecti, aliud vero quod causatur ex participatione alicuius naturæ superioris, accidens primi generis dicit indignius, & minus principale subiecto, accidẽs vero secundi generis esse subiecto nobilius, sicut lux nobilior est diafano, quia nõ causatur ex participatione Diafani, sed ex participatione solis superioris ad diafanum. Sic ergo dicit se habet gratia, & charitas sunt enim causatæ ex participatione Spiritus Sancti, qui superior natura est, ac per consequens sunt, quid excellentius anima, non autem potest intelligi de maiori perfectione, tantum secundũ quid, quia ad hoc non opus erat distingue re de accidenti causato ex participatione subiecti, vel naturæ superioris, quia secũdum quid omne accidens est perfectius subiecto, intendit: ergo perfectionem simpliciter. Item idem D. Thom. infra, quæst. 113. art. 9. ad 2. inquit, quod bonum vniuersi perfectius est quocumque bono particulari eiusdem generis, sed bonum gratiæ etiam vnici hominis maius bonum est quam bonum etiam totius vniuersi. Vnde licet creatio vniuersi ex modo faciendi ex nihilo sit maior, ex parte tamen rei, quæ fit plus est iustificatio impij, cum ter-

4. *Sent. Vera. D. Thom.*

minetur

minetur ad bonum eternum, & participationem diuinæ naturæ, creatio autem ad bonum naturæ mutabilis, itaque gratia participat diuinam naturam, secundū propria eius (vt dicetur dub. sequenti) nam omnia alia naturalia creata tantum sunt participationes Dei secundum rationem communiorem, licet sint substantiæ, videatur in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 5. quæstiuncul. 1. ad 1. & dist. 46. quæst. 2. art. 1. quæstiun. 3. Ad 2. Secundo probatur, nā si detur optio potius debet, quis eligere à nihilari, & non esse, quam non habere gratiam: ergo perfectior est gratia, simpliciter, quia in conflictu minus malum debet eligi. Tertio probatur, nam si propter aliquam rationem gratia esset minus perfecta, maxime ex modo essendi in alio, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor nam esse in alio ordinis diuini excellentius est, quam esse per se ordinis naturalis sicut Arist. inquit, quod excellentius est, opinari de rebus superioribus, quam scire infima licet ex modo opinio sit minus perfecta, quā scientia, similiter Theologia perfectior est, simpliciter, quam mathematica ex eo, quod est cognitio suprema, quæ in hac vita haberi potest licet ex modo procedendi scientia mathematica sit perfectior: ergo similiter esse Dei participationem, & ordinis diuini præponderat (etiā si habeat esse in alio) est quid perfectius. Itaque, quando dicitur substantiam esse perfectiorem gratia, quantum ad modum essendi intelligur considerando esse per se, & esse in alio ex genere suo, nam in particulari. non solum gratia est perfectior, quam substantia, sed etiam in existentia gratiæ est perfectior, quam existentia substantiæ creatæ, quia in existentia gratiæ est vltima actualitas eius, sicut existentia substantiæ est vltima actualitas illius. Vnde, cum vltima actualitas rei, quæ est terminus illius debeat ipsi rei proportionari, sicut absolute dicitur, quod gratia est perfectior substantia, ita dici debet, quod in existentia gratiæ est perfectior, quam existentia substantiæ, nam per illam eleuatur quis ad esse supernaturale per istam, vero ad esse naturale tātum. Quarto prob. quia gratia est finis substantiæ creatæ: ergo est perfectior gratia, patet conseq. nam ex eo vnio hipostatica est perfectior, quam natura, & gratia, quia est finis vtriusque, & in vniuersum finis præstat cui est finis. Antecedens vero prob. excōmuni sentētia Theologorum asserentium gratiam esse priorē in genere causæ finalis quam natura, licet natura sit prior in genere causæ materialis. Quinto prob. nam ex eo existentia est perfectior quam essentia (vt dicitur 1. part. q. 13. art. 4. apud Bañez) nam existētia est vltima actualitas constituens essentiam extra nihil, sed etiam gratia constituit substantiā in alio super eminenti esse extra quod erat nempe esse supernaturali ergo est quid perfectius, & formalius quā substantia naturalis. Sexto probat. nam creaturæ in tantum vna altera est perfectior in quantum magis Deo assimilatur, tanquam primo enti per cuius participationem habent esse, sed inter omnia creata gratia est quæ magis Deo facit simile, tanquam perfectissima Dei participatio, vt dicitur dub. sequenti: ergo est omnium perfectissima. Confirmatur, quia Deus, & creaturæ tantum conueniunt analogice in esse, & perfectione cuius analogię principale membrum est Deus: ergo similiter gratia, & aliæ creaturæ tantum habebunt conuenientiam Analogicam, & mēbrum principale erit gratia, patet consequentia, quia cum gratia sit specialissima Dei participatio suo modo habebit excessum ad alia, sicut & Deus. Septimo probatur, quia vt dicitur 1, part. quæst. 25. art. 6. sicut humanitas Christi ratione vnionis hypostaticæ, & dignitas maternitatis Dei, ita & gratia iustificans habet quandam infinitatem, quam quidem nulla substantia creata habet: ergo quid perfectius est omni substantia creata. Octauo probatur, quia maior potentia requisita ad aliquem efectum arguit efectum maiorem, quia effectus, & causa debent proportionari, sed ad productionem gratiæ specialiter requiritur Dei omni potentia iuxta illud, Deus qui parcendo maxime, & miserando omnipotentiam tuam manifestas. Qua propter diximus ex Di. Tho. esse maius opus iustificationis, quā creationis: ergo. Confirmatur, quia hac ratione, vt dicitur infra quæst. 112. artic. 1. nulla creatura potest esse causa principalis gratiæ, quia requiritur potentia infinita, quam nulla creatura potest habere. Confirmatur secundo, quia sicut ex causa, ita & ex efectu. & operatione monstratur magnitudo rei, quia vnumquodque operatur in quantum est in actu, sed operatio gratiæ est maxima: ergo & esse illius. Minor probatur, quia prēter operationes supernaturales, quas medijs virtutib⁹ operatur visio beatifica, quę melior est operatio omnibus, est efectus gratię consumatæ, vt supra dictum est. Et si contra omnia *Obiectio.*

prædicta

prædicta facias arg. quia Deus ordinat gratiam ad naturam perficiendam: ergo non est perfectior, quia maius non ordinatur ad minus. Respondetur, quod ordinare gratiam ad naturam perficiendam est naturam esse medium, & gratiam finem, & consequenter quid perfectius est, dicitur Incarnationem ordinari ad remedium hominis, non est hominem esse finem incarnationis, sed è contra, quare incarnatio est melior quam homo. Ex dictis sequitur primo qualiter debeat intelligi Diu. Thom. 22. quæst. 23. art. 3. ad 3. & quæst. 27. de verit. artic. 1. ad 6. & in 2. dist. 17. quæst. 1. art. 1. ad 6. asserens gratiam esse perfectiorem: quatenus est specialis Dei participatio, substantiam autem esse perfectiorem in modo essendi, quod vtique videtur esse simpliciter magis perfectam, quia perfectio summitur ab esse, vnde si secundum modum essendi perfectior est substantia, simpliciter videtur magis perfectam. Respondetur enim, quod cum modus essendi duplex sit per se, & in alio D. Thom. asserit substantiam esse perfectiorem secundum modum essendi vtique secundum esse per se, non autem intendit esse substantiæ esse perfectius quia, & esse in alio, quod alias videbatur inferius si est ordinis diuini est quid excelentius quam esse per se, vnde uocatur esse per se modus essendi perfectior, si alias cætera essẽt paria, & eiusdem ordinis. Secundo sequitur idem dicendum esse de alijs accidentibus supernaturalibus, licet enim posset dici, quod genus supernaturale, & ordinis diuini sit excellentius, etiam si sit accidentale, non tamen quodcumque illius generis debet esse perfectius, sicut intellectus perfectior est voluntate, non tamẽ quilibet actus intellectus est perfectior, quocumque actu voluntatis, melius tamẽ dicitur omne acidens supernaturale, & ordinis diuini esse perfectius, quacumque substantia creata, cum sit specialissima participatio, & dimanatio perfectionis diuinæ.

Solutio.

Ad 2. arg. Pro. 1. senten.

Ad primum argumentum à principio respondetur negando, minorem absolute loquendo. sed dicitur esse per se perfectius si summantur extrema in eodem genere, vt esse per se ordinis diuini perfectius est, quam esse in alio eiusdem ordinis, & similiter si vtrumque summatur intra ordinem naturæ, cæterum esse in alio ordinis diuini perfectius est, quam esse per se ordinis naturæ, cũ ergo nulla substantia præter Deum possit esse ordinis diuini nulla substantia præter Deum potest esse perfectior, quam gratia, & ratio huius est assignata à D. Thom. 22. loco citato. nam in tantum, quod est in alio est minus perfectum in quantum eius esse reducitur, & dimanat ab eo, quod habet esse per se, cum ergo illud, quod est in alio ordinis diuini non reducatur, nec dimanet ab eo, quod est per se ordinis naturæ, sed solum ab eo, quod est per se ordinis diuini, hinc est tantum esse minus perfectum illud, quod est in alio ordinis diuini, quã quod est per se in illo genere, non autem quam illud, quod est per se ordinis naturæ esse autem per se ordine diuino, nihil est nisi solus Deus. Vnde ipse solus excedit gratiam

Ad 2. arg.

Ad secundum argumentum respondetur, quod prædicamentum qualitatis potest summi, dupliciter primum secundum, quod ab Arist. est positum, & importat tã tum coordinationem qualitatum naturalium, secundo modo summitur: quatenus etiam continet qualitates supernaturales, si primo modo summatur est genus minus perfectum, quam substantia, Vndè quantumcunque crescat in illo genere, non potest peruenire ad perfectionem substantię vt probat argumentum. Si autem summatur secũdo modo perfectius est genus qualitatis, quam substantiæ, hanc rationẽ Arist. non cognouit. Vel secundo respondetur, huiusmodi qualitates supernaturales, non poni in prædicamento sed habere cõ similem rationem eorum, quæ in prædicamento ponuntur habent enim rationẽ habitus, vel potentiæ, &c. sed supereminentem ad rationem prædicamentalem, & licet probabile sit poni in prædicamẽto est sustinendo substantiam esse perfectiorem gratia, sustinendo autem gratiam esse perfectiorem debet dici non poni gratiam in prædicamento, quia est aliquid infinitum, quatenus est participatio diuini esse.

2. Solutio.

Ad 3. arg.

Ad tertium respondetur, quod gratia tantum dependet à substantia in ratione subiecti, & sustentantis, non autem secundum rationem specificam, sicut dependent alia accidentia naturalia, sed (vt dictum est) ex propria ratione dependet, & reducitur in naturam diuinã cuius est participatio. Sustantia autem dependet à gratia in esse filium Dei, hæc autem dependẽtia est maior, quam primæ, itaque accidentia naturalia, nihil habent, quod in substantiam naturalem, non reducatur, spiritualia autem, non reducuntur in substantiam, nisi vt in subiectum sustentans, proprium

prium autem horum accidentium, non est participatio substantiæ, sed Dei (vt dictũ est.) Quia propter plus dependet substantia à gratia, quam è contra. Et si contra arguas, quia gratia etiam secundum propriã rationem specificam est qualitas: ergo etiam vt sic dependet à substantia. Respondetur hanc esse dependentiam subiecti, quatenus gratia suponit naturã, non autẽ est dependentia, tanquam a quo dimanet, cum gratia nullius substantiæ creatæ sit proprietas. Qua proprer respicit substantiam vt subiectum in hæsionis, non dimanationis. Inferioritas autem accidentis ad substantiam est, quatenus respicit illam vt subiectum dimanationis, si non hanc in qua inhæret tamen aliam eiusdem ordinis, quæ non est in gratia, quæ à solo Deo dimanat. Et si adhuc arguas, quia bene sequitur si gratia est substantia est, & non è contra potest enim esse substantia, sine gratia, non autem gratia, sine substantia: ergo plus dependet gratia à substantia quam è contra. Respondetur, quod etiam genus supponitur ad speciem, & non è cõtra, quia potest esse animal, & non homo, non autem e conuerso, & tamẽ melior est esse hominem, quam animal, & similiter materia prima potest esse, sine hac forma, hæc autem forma, non potest esse, sine materia prima, & tamen perfectior est hæc forma, quam materia: similiter: ergo gratia dependet à substantia, vt à subiecto sustentante. Vnde potest esse substantia, sine gratia, non autem è contra, non tamen inde sequitur substantiam esse perfectiorem, quia non posse esse gratiam, sine substantia, non est, quia substantia sit perfectior, sed quia substantia est prior, & præsuponitur, sicut materia ad formam, & natura ad gratiam, &c.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Ad 1. arg. pro 2. pars 1. Sent.

Ad primum arg. pro secunda parte secundæ sententiæ, quæ nostræ contrariatur. Respondetur, sicut ad secundum præcedens genus substantiæ, non esse principalius genere qualitatis, vt continet qualitates supernaturales.

Ad 2. arg.

Ad secundum respondetur principium, quod non esse ipsam substantiam naturalem precisa gratia, sed principiũ, quod est gratum, & quo, est gratia, & sic conceditur principium. quod esse principalius, quam quo, quia melius est esse gratũ, quã gratia, non autem est principalior substantia naturalis, quam ipsa gratia, quia sic à gratia distincta, non est principiũ quod.

2. Solutio.

Respondetur secundo, quod quando principium, quo non accipit esse, & perfectionem à principio, quod sed potius è contra, non est principalius ipsum quod, sed potius quo. Exemplum est in essentia diuina vnita, cum intellectu creato, per modum speciei intelligibilis, principiũ quod est intellectus, quo autem essentia diuina, nihilominus est principalior essentia diuina, quia essentia diuina nõ subordinatur, nec accipit esse, nec perfectionẽ ab intellectu, sed potius è cõtra. Similiter ergo gratia, quia licet inhæreat substantiæ in quo non tenet exemplum, cum diuina essentia non tamen accipit esse, & perfectionem à substantia, sed à superiori natura Dei (vt dictum est.)

Ad conf.

Ad confirmationem, patet ex dictis.

Dubium III.

Vtrùm gratia sit specialis participatio diuinæ naturæ, per quam quis filius Dei constituatur?

1. Arg.

PROBATVR, quod non primo quælibet res creata est participatio Dei, quia omnis effectus participat esse causæ omne autẽ ens effectus est Dei vt primi entis, sicut omnia lucida efectus sunt primi lucidi, nempe solis, sed nihilominus dequalibet creatura, non potest dici esse filium Dei: ergo gratia non habet facere participem naturæ diuinæ, ita vt constituat filium Dei.

2. Arg.

Secundo arg. si gratia est participatio peculiaris naturæ diuinæ constituens filium Dei sequitur esse participationem proprietatum naturæ Dei, sed hoc nõ potest esse: ergo nec primum. Probatur minor, nam proprietates Dei sunt esse per essentiam, esse eternum immortale irrecepti bile, &c. Hæc autem gratiæ conuenire nõ possunt: ergo, &c.

3. Arg.

Tertio arg. si gratia esset peculiaris participatio diuinæ naturæ esset participatio ipsius, vt est ipsum esse ambiens totam rationem essendi, quia hoc est natura Dei, sed hoc non habent: ergo. Probatur minor, gratia producitur à Deo, secundum particularem ideam: ergo tantum assimilatur Deo, illumque participat secundum particularẽ rationẽ: & nõ secũdũ, quod est ipsum esse ambiens totam rationem essendi, hac enim ratione homo, vel Angelus, non est participatio Dei, vt est ipsum esse,

esse, quia producitur à Deo secundũ particularem idæam distinctam ab idæis aliorum.

4. Arg. Quarto arg. gratia est peculiaris participatio Dei, vt intellectualis : ergo non est peculiaris participatio naturæ ipsius Dei, vt importat ipsum esse ambiens totã rationem essendi, patet consequẽtia, quia gradus intellectualitatis tantum ambitum non importat, in hac re Scot. in prologo sent. quæst. 1. & in 4. dist. 10. quæst. 8. asserit gratiam non esse qualitatem supernaturalem in se, & secundum suam essentiã, sed solumper ordinem ad suam causam, ex quo videtur sentire gratiam, secundum suam entitatem, & essentiam esse eiusdem rationis, cum alijs qualitatibus naturalibus, & consequenter videtur tenere Scotus, gratiam secundum suam entitatem, non esse specialem participationem diuini esse.

Sent. Scot. 1. Not. Pro intelligentia dubij notandum, dupliciter posse intelligi aliquem participare naturam alterius, primo habendo formã eius, non quasi propriam, sed quasi alterius, siui tamen communicatam in isto sensum, nullus Catholicus asserit hominẽ esse Deum participatiue, quasi homo habeat in se formã ipsius Dei, & denominetur ab eadem, qua Deus est Deus : iste enim sensus hæreticus est, neque illum D. Thom. vel discipuli eius somniarũt. Qua propter aliqui iuniores fingunt hostem, quem feriant, prædictum sensum impugnando, secundo modo, potest intelligi participare naturam alterius: quatenus ab altero causatur aliqua forma, quæ posita in isto, facit istum consimilem alteri, & participem eius, in hoc ergo sensu, ponitur sequens conclusio.

1. Concl. Prima conclusio sit, quod gratia est quędam forma à Deo causata, & in homine producta secundum, quam formaliter fit similis Deo, & particeps naturæ illius, nõ similitudine vniuoca, sed analoga (nam

D. Thom. vt ait Diuu. Thom. 1. part. quæst. 13. art. 1. quodcumque prędicatũ dicatur de Deo, & creatura dicitur analogice de creatura) Hæc conclusio probatur primo, ex illo 2.

2. Petr. 1. Petr. 1. Magna, & preciosa nobis promissa donauit, vt per hanc efficamini, diuinæ

D. Dion. consortes naturæ, quia licet Dionisius lib. de cælesti. Ierarchia, cap. 3. explicet hunc locum de Sacramento Eucharistiæ, quod asserit esse magnum, & precioſum donũ, faciens consortes diuinæ naturæ, quatenus facit vnum cum Christo, vt membra,

Cir. Alex. cum capite, vt docet Ciri. Alexan. libr. 2. in Ioan. cap. 26. & Ciri. Geroso. Cathechesi. 4. Damas. lib. 4. fidei, cap. 14. & D. Leo. sermo. 1. de nat. explicat de aduentu Christi incarne per cuius vnionem hypostaticam homo fit, Deus, & particeps diuinæ naturæ, communiter tamen explicatur hic locus de gratia iustificante, cuius prius effectus formalis primarius est facere consortem diuinæ naturæ, sic intelligit Concilium Trid. Sess. 6. capit. 3. Athan. orat. 2. contra Arrianos, Augustin. Epis. 102. Ciril. Alex. lib. 3. Thesauri, cap. 3. & Dialogo, de adoratione in spiritu, fol. 1. & lib. 9. conta Iulianum statim à principio, & Diuu. Thom. hic, imo si alij sancti, id explicant, de Incarnatione, vel de Sacramento eucharistiæ in tantum est in quantum, hæc tandem ad iustificationem hominis ordinantur. Iustificatio enim est magnum promissum. in Prophetis, vt videre est Esai. 4. 9. 40. 49. 61. & Ierem. 3. 16. 23. 31. & Ezech. 11. 34. 36. 37. & ad hoc donum iustificationes sic dandũ omnia alia, prædicabant Apostoli scripturas que adducebant, vt patet ad Rom. 3. & 10. & Acto. 18, & 1. Pet. 1. & Act. 3. vt eleganter adducit Concilium Triden. Sess. 6. cap. 2. Secundo probatur ex Diu. Th. hic asserente, quia gratia est supernaturam humanam, non potest esse, quod sit substantia, aut forma substantialis, sed est forma accidentalis ipsius animæ, id enim, quod substantialiter est in Deo accidentaliter fit in nobis participantibus diuinam bonitatem, vt in scientia patet, & ipsa participatio diuinæ bonitatis est gratia, ecce quo modo Diuu. Thom. appellat gratiam participationem diuinæ naturæ, sicut scientiam nostram participationem scientiæ diuinæ, scientia autem certum est esse participationem formalem diuinæ scientiæ, & similitudinem analogicam illius, & infra quæst. 112. art. 1. in quo ait, donum autẽ gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud sit, quam quædam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem aliam naturam, & ideò impossibile est. quod aliqua creatura, gratiam causet, sic enim necessum est, quod solus Deus deificet communicando consortium diuine naturæ, per quandam similitudinis participationem, & 3. part. quæst. 2. artic. 10. ad 1. dicit, quod gratia, quæ est accidens, est quædam similitudo diuinitatis participata in homine, & quæst: 3. art. 4. ad 3. dicit, quod assumptio, quæ fit per gratiam adoptionis terminatur ad quandam participationem diuinæ naturæ secundum assimilationem

Cir. Gero. Damas. D. Leo. Con. Trid. D. Ana. D. Aug. D. Thom. Cir. Alex. Esa. 4. 9. 50. 49. 61 Hier. 3. 16. 23. 31 Ezech. 11. 34. 36. 37. Rom. 3. & 10. Acto. 18. 1. Pet. 1. Con. Trid D. Thom.

milationem ad bonitatem iuxta illud secundæ Petri 1. vt diuinæ simus consortes naturæ, & quæst. 62. art. 2. dicit, quod gratia secundum se, considerata perficit essentiam animæ in quantum participat quandam similitudinem diuini esse. & 2. 2. quæstio. 24. a. 7. dicit, quod charitas, est participatio infinitæ charitatis Dei, quare ergo gratia non erit participatio infiniti esse Dei, & 3. p. quæst. 23. art. 1, dicit, quod sicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis, secundum quandam similitudinem, ita per actū adoptionis cōmunicatur, similitudo filiationis naturalis hominibus, iuxta illud ad Rom. 8. quos præscivit conformes fieri imaginis filis sui, & sicut filiatio naturalis postulat perfectissimam communicationem totius naturæ per substantialem generationem, ita adoptiua filiatio necessario exigit participatam communicationem totius naturæ diuinæ supernaturali quadam (licet accidentali, & imperfecta) generatione, de quo Iacob. 1, voluntariè genuit nos verbo veritatis, quid clarius in Diu. Thom. hoc ipsum docet D. Dion. libr. de cælestis gerar. & Aug. lib. 22, contra Faustum, cap. 39. explicans illud Gen. 20. vere soror mea est, & Diu. Amb. in illud 2. Cor. 1. vnxit nos Deus adducit etiam Magister Vincentius citandus dub. sequenti. Rupertum asserentem illud nomen Glieoua æquipollere alteri nomini, scilicet qui sunt, quod habetur in Exodo desumique à præcipuo efectu, quem Deus causat in anima, scilicet gratia, per quā simpliciter sumus naturæ Dei participes. Tertio probatur ratione, quia per gratiam efficimur, & nascimur filij Dei, vt patet 1. Ioann. 3. qui natus est ex Deo non peccat, & Ioan. 1. ex Deo nati sunt, & illud dedit eis, potestatem filios Dei fieri: ergo per gratiam participatur natura diuina, patet consequentia, quia non est, quis filius alterius, nisi per communicationem naturæ illius.

Rom. 8. *Iacob. 1.* *D. Dio.* *D. Aug.* *D. Amb.* *1. Ioan. 3.* *Ioan. 1.*

Obiectio. Etsi contra arguas, quia etiam alia creata dicuntur à Deo genita, quæ tamen naturā eius non habēt participare: ergo hęcratio est nulla. Prob. antecedēs ex illo Psal. 148. ipse dixit & facta sunt, vbi legit D. Basil. lib. 2. contra Eunomium ipse dixit, & nata sunt, & Iob 38. quis est plubiæ pater, vel quis genuit stelas rores, vel gelu de cœlo, quis genuit. Resp. in istis locis sumi generationem large, & non in rigore vtique pro eodem, quod est producere, quia generatio proprie solum conuenit, viuentibus, vt notabit D. Hier. sup. illud Iob 38. restituit, vt lutum signaculum. Etsi ad huc arguas, quod per fidem est propriè generatio, & natiuitas, iuxta illud 1. Cor. 4. per Euangelium ego vos genui, & ad Gal. 4. Filioli quos iterum parturio, loquitur enim de vocatione gentiū per fidem, & tamen per fidem nō est diuinæ naturæ participatio: ergo. &c. Resp. efectum generationis in filios Dei non fieri per fidem, nisi viuant, Quapropter, talis efectus in gratiam, tandem reducitur, Quarto probatur, quia gratia est per quam diligimur à Deo dilectione, simpliciter, & perfecta: ergo per illam assimilamur naturę Dei, patet cō sequentia, quia similitudo est causa amoris, & perfecti amoris debet esse causa similitudo perfecta qualis est in natura. Etsi arguas, quia nulla potest esse conuenientia ad Deum nisi analoga: ergo nulla est perfecta similitudo qualis sufficiat ad generationem, & participationem naturæ, quia hæc deberet esse vniuoca (filius enim vniuoce naturam patris debet participare.) Respondetur, gratiam secundum propriū, & formalem modum essendi, tantum habere cum Deo conuenientiam analogam, quia tamen eum deficienti modo participat, quod propissimum est Dei, vt statim dicetur, & non solum id, quod commune, & participabile à creaturis, ideò hac ratione quatenus specialis est Dei participatio, quodammodo vniuocam rationem habet, cum illo. Quapropter in ista consideratione, eiusdem est ordinis diuine, sicut species equi, secundum proprium modum essendi, non conuenit vniuoce, cum equo, cum iste, substantia, illa vero accidens, in esse tamen intelligibili: quatenus est quædam expræssio, & similitudo formalis equi est, habetque conuenientiam vniuocam, cum illo, nec ideò licet inferre, quod si gratia participat naturam diuinam, quod gratia, habeat proprietates naturæ diuinæ: ita vt gratia sit infinita eterna, &c. quia sicut participat naturam substantialem accidentaliter, ita infinitum participat finite, & eternum temporaliter, &c. quia vt dictum est, licet quodammodo conueniat vniuoce, cum natura diuina, tamen simpliciter conuenit analogice: quatenus participando formaliter, quod est essentiæ diuinæ non retinet formaliter modaliter, quod est essentiæ diuinæ, sed opposito modo accidentaliter substantiam finite infinitum participatiue, illud quod est per essentiā, &c. Quinto probatur, quoniam operatio, & inclinatio ad aliquem finem indicat na-

Psal. 148 *D. Basil.* *Iob 38.* *Solutio.* *D. Thom.* *Obiectio.* *1. Cor. 4.* *Ad Gal. 4.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

turam rei: siquidem operatio sequitur ad esse, & inclinatio est passio naturę, sed homo existens in gratia inclinatur inuisionē claram Dei, tanquam improprium finem, quia vt dicit Cai. 1.part.quæst.12.art.1. existenti in gratia naturale est disiderare videre Deum: ergo gratia habet participare naturam Dei ex qua huiusmodi inclinatio, & operatio Dei propria, oriantur, qualiter enim operationes proprias Dei habebit, & ad illas inclinabitur, si naturam illius non participat? Sexto probatur, quia vt docet D. Thom. quæstio.27. de verit.art.2.ad 7. gratia est omnino supernaturalis, & ordinis diuini, super excedens omnia naturalia. Quapropter, & virtutes ex illa dimanantes habent supra omnem modum, & virtutem naturæ operari, vt dicitur 2.2.quæst.23.art.2. ergo gratia est specialiter vltra omnia creata peculiaris participatio naturæ diuinæ, sicut & virtutes, quæ ab illa dimanant, sunt specialis participatio potentiarū, vel atributorum quibus Deus operatur: si enim comparantur virtutes ad atributa, sicut gratia ad essentiam Dei, sicut enim ex natura dimanāt atributa nostro modo intelligendi sic ex gratia virtutes oriuntur. Vnde sicut virtutes correspondent attributis, sic & gratia, ipsi naturæ, vt specialis eius participatio ad quam vt ad primam radicem, omnia supernaturalia reducuntur, etiam ipsa clara Dei visio, quæ proprius efectus est gratiæ, qua ratione gloria, dicitur gratia consumata, quia in gloria, gratia cōsumatur, tanquam in proprio efectu. Vnde supra materia de beatitudine. dictū est, absolute gratiam esse perfectiorem, etiam ipsa Dei clara visione si adinuicem ex prijs comparentur, neutra alteram includendo, quia gratia est tanquam causa, & essentia, clara autem visio, vt efectus, & passio ex illa dimanans. Etsi adhuc arguas, quia 1.part.quæstion.12.artic.2.negatur posse dari speciem impræssam Dei, quia implicat dari aliquid creatum ordinis diuini, quod tunc haberet illa species, esset que consequenter Deus: ergo similiter implicat dari gratiam, & specialem participationem naturæ Dei, ordinisque diuini, quia tunc non esset creatura, sed Deus. Respon. quod cū species impressa se teneat ex parte obiecti, sine limitatione (vt loco alegato dicitur) adæquās in esse intelligibili, ipsi obiecto, quia non habet, vnde limittetur, ideò tenet illa consequentia, quod si isto modo esset ordinis diuini adæquans ipsi Deo, esset Deus.

Caeti

D. Thom.

Obiectio.

Solutio.

Quando autem hic dicimus esse ordinis diuini, ex propria ratione habet, vnde limitetur, vt non adæquate Deo comparetur, tunc bene stat esse ordinis diuini, propter eius supernaturalitatem, & alias esse, quid creatum ratione talis limitationis, qua ratione dicitur posse dari verbum in patria Deum repræsentans, quia limitatur ex parte intellectus eius repræsentatio, vt non sit adæquata Deo, sicut deberet esse. species intelligibilis, similiter ergo in præsenti, cum gratia ex propria ratione essentialiter, sit accidens tenetque se ex parte subiecti, ideò essentialiter importat limitationem. Vnde hac ratione potest esse creatura, & aliàs ordinis diuini, & supernaturalis, tanquā specialis participatio, limitata tamē & finita naturæ Dei, etiam vt infinitæ, & illimitatæ, vt statim dicetur dubio sequenti.

Ad primum argumentum respondetur, alias creaturas esse participationem, Dei secundum aliquas proprietates; gratia autem secundum propriſsima naturæ diuinæ, vt statim dicetur. *Ad 1.arg.*

Ast secundum argumentum, patebit dubio sequenti, qualiter gratia non solum sit participatio naturæ diuinæ, vt cumque, sed etiam omnium proprietatum licet alio modo quo sunt in Deo. *Ad 2.arg.*

Ad tertium argumentum respondetur, quod licet gratia participet esse illimittatum Dei, & formam adæquatam eius quia tamen illa participat finitè, & limitate, inde fit dari particularem, ideam gratiæ distinctam ab alijs, quia idea non respicit modum formæ participatæ, sed formæ participantis, quia istius, & non illius est causa, cum ergo debeat causare, & producere, illam secundum modum finitum determinatum, & limitatum inde fit ipsam ideam esse particularem, nam idea, & efectus eius debēt adæquari inter se, sic ergo gratia habet modum essendi determinatum distinctum ab alijs rebus, idæa eius similiter se habebit licet forma, cuius est participatio ambiat totum esse. *Ad 3.arg.*

Ad quartum argumentum respondetur intellectualitatem pertinere ad naturam diuinam, tanquam constitiuum illius, quia esse consideratur per modum determinabilis, & intellectualitas, per modum determinantis nostro modo concipiendi. Quapropter ex eo, quod gratia sit specialis participatio intellectualitatis nō sequitur non esse, specialem participationem naturæ diuinæ: siquidem natura diuina in intellectualitate consistit. *Ad 4.arg.*

Dubium

Dubium IV.

Vtrùm gratia sit participatio inmediata, & formalis natura diuina secundum proprietates illius incommunicabiles creaturis, vt quod sit ipsum esse per essentiam, ipsum intelligere esse infinitum, & eternum, & irreceptibile, &c.

1. Arg. PROBATVR, quod nõ primo, nã prædicta dicunt aliquid propriũ Dei prout distinguitur à creaturis: ergo nõ possunt competere alicui creaturæ, qualis est gratia, quia per quod vnum ab alio distinguitur non potest illi aquo distinguitur conuenire.

2. Arg. Secundo arg. illa prædicta important aliquid extra latitudinem entis creati: ergo non possunt creaturæ conuenire, etiã participatiue, consequentia patet, nãquod creaturæ conuenit intra genus creabilis continetur. Antecedens vero probatur, nã hęc est differẽtia, inter attributa, vt scientia iustitia, &c. ex vna parte, & esse actũ purum ens per essentiam, & alias proprietates naturæ diuine prædictas ex alia parte: quod priora secundum se abstrahunt à creato, & in creato, nam scientia solum dicit cognoscere rem per causam, & iustitia facere æqualitatem in quo quidem in communi, nec creatum, nec increatum importatur, posteriora vero determinate important, rationẽ in creati: ergo omnino sunt, extra genus creati. Quapropter, licet scientia, & iustitia, possint conuenire analogicæ, & participatiue creaturæ, quia scientiæ, & iustitiæ non repugnat esse creaturam, esse tamen ens: per essentiam. & actũ purum, &c. pure creaturæ etiam participatiue conuenire non poterit: quia non potest cadere intra genus entis creati, cum ex se talia à creato, & increato, non sint abstracta, sed determinate in increato contineantur. Si respondeatur, esse actum purum, & ens per essentiam, &c. sumi dupliciter primo essentialiter, secũdo participatiue priori modo est in genere in creato. & creaturæ conuenire non potest, secũdo autem modo creaturæ, potest competere, nam vt sic aliquid creatum est formaliter. Contra arg. nam esse per sentiam, & esse per participationẽ sunt opposita: ergo implicatio est in adiecto, dicere, esse ens per participationem, & esse ens per essentiam. Solutio. Impug. Conf. Conf. nam ens per essentiam positiue excludit esse creatum: ergo non potest compati esse creatum, esse ens per essentiam participatiue, patet consequentia, nã ex eo irrationale non potest esse rationale, etiam participatiue, quia rationale, & rationale opponuntur, & rationale positiue excludit rationale.

3. Arg. Tertio arg. gratia tantum est inmedia ta, & formalis participatio naturæ diuinę sed prædicta non sunt natura ipsius Dei, sed quasi modi, & proprietates illius: ergo gratia non est inmediata. & formalis participatio istorum, sed vt plurimũ radicalis, & mediata, quatenus participando naturã consequenter participat, & modos illius. Minor prob. nam sic comparatur infinitas Deo, sicut finitas creaturæ (finitum enim & infinitũ, sunt passiones entis) cũ ergo finitas nullius creaturæ, sit propria natura consequenter, neque infinitas erit natura Dei, Secundo prob. eadem minor infinitas, nihil aliud est, quã carere termino, sed hoc potest alijs, quam Deo conuenire: ergo non est propria natura eius, consequentia patet, nam ex eo. (v. g.) intensio vt tria, velut quatuor non est propria natura alicuius qualitatis, quia multis alijs conuenire potest, nam quælibet qualitas est intensibilis propria autem natura vnius, alteri conuenire non potest: ista vero. Minor prob. nã carere termino potest conuenire magnitudini, & multitudini, &c. Tertio prob. minor principalis, nam illud est natura alicuius, quod intelligitur, vt principium radicale actus secundi, & operationis (cum vnumquodque operetur in quantum est in actu, sed infinitas, non intelligitur principium radicale actus secundi in Deo: ergo nõ est natura eius, probatur minor, in Deo tantum est actus secundus intelligere, & velle, sed istorum, non est principium infinitas, sed intellectualitas: ergo infinitas non est natura Dei.

4. Arg. Quarto arguitur, nulla est conuenientia, etiam analoga, gratiæ ad Deum secundũ prædictas proprietates: ergo nullo modo est participatio Dei secũdũ illas, patet consequentia, nam participatio, & similitudo fundatur in conuenientia, & vnitate, saltim analoga. Antecedens vero probatur, nã propria ratio gratiæ est esse qualitatem, & accidens, quod quidem in Deo re-

periri non potest, vt probat D. Thom. 1. part. quæst. 3. art. 6. ergo inter illa non est conuenientia, etiam analoga, patet consequentia, nam vt esset conuenientia, ratio gratiæ deberet esse formaliter in Deo, cũ ipse deberet esse principale membrum analogiæ. Pro intelligenda notandum, quod in Deo nostro modo concipiendi tria reperiuntur, primum quidẽ ipsa natura, quæ consistit in esse intellectualitatis, secundũ modi, & proprietates ipsius naturæ, vt quod sit actus purus esse per essentiam ipsum intelligere, quod sit infinitus eternus, & quæ quidem nostro modo concipiendi tantum superadunt modum supra esse, & supra intelligere. Tertium autem, quod reperitur in Deo sunt ipsa attributa, vt scientia, & iustitia, &c. quæ à nobis considerantur, vt propriè passiones ad essentiam consecutæ: siquidem loquamur de hoc tertio certum est, quod gratia non participat immediate, & formaliter attributa, ista enim participantur per virtutes, vt per fidẽ participatur scientia Dei, per charitatem diuinus amor, &c. per gratiam ista participantur mediate, & radicaliter: quatenus per gratiam participatur diuina natura in qua hæc, vt propriè passiones radicaliter continentur. De primo etiam manet discussum dubio præcedenti, qualiter gratia sit immediata, & formalis participatio diuinæ naturæ, solum autem restat difficultas de secundo, vtrum gratia non solum sit immediata, & formalis participatio ipsius naturæ absolute, sed etiam illarum proprietatum, quæ ad naturam, quasi modi illius cõparantur.

Not.

1 Sent. Ioan. Vincen. Ledesma. Cai. Capreolus.

In hac re est prima sententia gratiam esse participationem formalem diuinæ naturæ, quatenus est suũ esse per essentiã, & ipsum intelligere, &c. hanc tenet Magister Ioannes Vincentius relectione de gratia Christi, pag. 14. & Mag. Ledesma, tract. de diuina perfect. q. 4. art. 6. & Cai. iẽtaculo 2. q. 2. ientaculo. 5. q. 5. & Cap. 2. dist. 26. ad 6. Aureoli, contra 1. concl.

2 Sent. Curiel. Scot.

Secunda sententia est aliquorum iuniorum extra scolam Diu. Th. gratiam neque esse, nec posse esse participationẽ formalem diuinæ naturæ, secundum quod est ipsum esse per essentiam in participatum, &c. sed tantum esse participationem formalem diuinæ naturæ. secundum esse, & intelligere, in quibus consistit, aliorum autẽ prædictorum tantum esse, participationẽ formalem, hanc etiam sequitur Curiel, hic art. 3. & in hoc conuenit Scotus, qui cum asserat gratiam non esse qualitatem super naturalem secundum substantiam consequenter dicendum est cum illo non esse ordinis diuini, nec specialem participationẽ diuinæ naturæ.

1. Concl.

Prima conclusio, gratia est specialis formalis, & inmediata participatio naturæ diuinæ, secundum gradum intellectualitatis, vt est ipsum intelligere, pro intelligentia huius conclusionis notandum, quod in Deo gradus intellectualitatis, dupliciter consideratur, primo, vt in eo conuenit cum creaturis intellectualibus analogice, secundo consideratur intellectualitas diuina, vt est ipsa intellectualitas omnino pura transcendens omnem aliam intellectualitatem ad quam nulla alia pertingere potest, neque ex parte virtutis, & actiuitatis illius, neque ex parte obiecti, quatenus ad adæquatum eius obiectum nulla alia intellectualitas extendi potest, neque ipsum vt obiectum per essentiam intelligibile aliqua creatura potest adæquate attingere cõprehendendo, hoc enim habet diuina intellectualitas: quatenus est intellectualitas per essentiã, sumpta ergo intellectualita diuina, primo modo nullidubium quod gratia, sit participatio illius, qua ratione in sacra Scriptura semper gratia appellatur lux, & filios Dei per gratiam D. Paulus filius lucis appellat estque frequens modus loquendi in D. Th. qui vtique verus non esset, nisi gratia intellectualitatis Dei esset participatio, luxenim semper, his quę ad intellectum pertinent applicatur, imuperque pater, nam gratia pertinet ad essentiam animæ, secumque adducit perfectiones ordinis diuini perficientes intellectum, & voluntatem, quæ sunt potentiæ substantiæ intellectualis, signum ergo est gratiam diuinæ intellectualitatis esse participationem, sumendo autem intellectualitatem, Secundo modo dicimus in præsenti conclusione, quod gratia sit formalis, & inmediata participatio illius, & hoc probatur primo, nam gratia est formalis participatio diuinæ naturæ, vt diximus, sed natura diuina constituitur per intellectualitatem, isto secundo modo, ergo huius gratia est formalis participatio. Minor ad longum probatur, 1. part. quæstion. 28. nam communicatio patris ad filium per intellectum est communicatio naturæ, cum sit generatio communicatur autem intellectualitas, secundo modo prædicto: ergo illa est Dei natura. Conf. ex illo 1. Ioan. 3. cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eũ, &c. vbi loquitur de perfecta, similitudine per gratiam, vt explicat Diu. Aug.

1. Ioan. 3.

D. Aug. Aug. Epis. 111. & 112. & lib. 22. de ciuitate, c. 29. ergo similitudo gratiæ est ad intellectualitatẽ, vt propria Dei, & vt est ipsa intellectualitas. Secũdo prob. gratia perfectius participat diuinam intellectualitatem, quam homo, vel Angelus, sed Angelus participat diuinam intellectualitatem analogice conuenientem creaturis: ergo gratia specialius participat intellectualitatem, secundum modum excedentem, & vt est ipsa intellectualitas, aliàs enim non excellentius gratia, quam Angelus diuinam intellectualitatem participaret, nec potest fieri argumentum, quod intellectualitas, vt est ipsa intellectualitas in communicabilis est, quia vt statim dicetur forma participata diuersum modum essendi debet habere in participante, & in eo à quo participatur, vt patet in luce aeris, & solis, sic ergo intellectualitas à gratia participata, in Deo est intellectualis, per essentiam, & in participata in gratia autem est talis intellectualitas, per participationem, quia nõ debet esse in participante, & in eo à quo participatur eodem modo.

2. Concl. Secunda concl. graria est formalis, & inmediata participatio omnium proprietatum secundi generis, quæ se habent, vt modus naturę, vt quod sit ipsum esse per essentiam infinitũ eternum, &c. hæc patet multis locis sacræ Scripturæ adductis ab auctoribus primæ sententiæ inter quæ, præcipuum est illud *1. Cor. 15.* gratia Dei sum id, quod sum, quod consonat, cũ illo, Exodi, 3. ego sum, qui sum, quasi diceret, ego sum habens esse per essentiam, dicit ergo gratia Dei sum, id quod sum, ac si dicat per gratiam ipsum esse per essentiam participat, ad Ephes. 1. vbi nos legimus sanctis, qui sunt Ephe. Basil. legit sanctis, qui sunt ablato, illa verba, Epheſi. & ad Galat. 5. vbi nos legimus, qui sunt Christi carnem suam crucifixerũt, D. Hier. legit, qui sunt carnem suam, &c. & generaliter, in sacra Scriptura iusti dicuntur esse, & peccatores non esse, quia illi habent gratiam, per quã ipsum esse participatur. quod isti per peccatum amiserunt, sic intelligitur illud abdie, erunt quasi nõ sint, vt illic explicat D. Hier. & illud Sther. 14. netradas Domine regnum tuum, his qui non sunt, hoc est peccatoribus, & Oseæ. 7. reuersi sũt vt essent absque iugo, vbi 70. legunt, cõuersi sunt in nihilum, & illud 1. Cor. 13. charitatem autem non habuero nihil sum, neq; est bona solutio Curiel, quod prima verba Pauli dicta sint per humilitatem. Si autem intenderit nostram conclusionem nõ humilitatem, sed excellentiam demonstraret, non in quam solutio est bona, quia humilitatem demonstrat dum, (licet magna de se fateatur) esse Apostolũ, & quod maius est esse participem infiniti esse, hoc nõ proprijs viribus, sed gratiæ atribuit, vt si quis asserat esse Regem, vel Papam, non suis meritis, sed Dei misericordia, & gratia certe humiliter loquitur. Secundo probatur conclusio, quia in sacra Scriptura gratia appellatur, nomine gloriæ, sed etiã in sacra Scriptura gloria significat plenitudinem essendi: ergo huius est gratia participatio. Maior patet ad Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, hoc est gratia Dei, & 2. Cor. 1. gloria nostra hæc est testimoniũ cõscientiæ nostræ, & Psai. 29. vt cãtet tibi gloria mea. Minor vero probatur, Gen. 25. ait Ioseph. anunciate Patri meo, vniuersam gloriam meam hoc est, me habere sumum esse, & sumã auctoritatem in Egipto, & Iudith. 15. Tu es gloria Ierusalem, ideſt totum esse huius populi, & Iob 19. spoliauit me gloria mea, id est abstullit à me totum esse, & ad Hęb. 1. qui cum sit splendor gloriæ, ideſt totius esse, & plenitudinis essendi Dei, Tertio probatur conclusio, quia etiam in sacra Scriptura gratia significatur nomine Regni, sed etiam in sacra Scriptura Regnũ significat plenitudinem essendi: ergo huius est gratia participatio. Maior patet Luc. 17. Regnum Dei intra vos est Matth. 6. quærite primum Regnum Dei, & iustitiam eius, & Matth. 12. & Luc, 11. peruenit in vos Regnum Dei, & 1. ad Thes. 2. qui uos vocauit in suum regnum, id est ad gratiã, & ad Col. 1. qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in Regnũ filij dilectionis suæ, quod quidem Conc. Trid. sess. 6. decreto de iusti. c. 3. & 4. explicuit de iustificatione à peccato, licet enim vt explicat Curiel, nomen Regni in sacra Scriptura, aliàs etiam explicationes habeat nõ tollitur quo minus habeat, quã nos intẽdimus, & secundum illam ex sacra Scriptura maxime probabiliter (licet non clare) deducatur nostra sententia gratiã esse participationẽ plenitudinis essendi, &c. Quarto prob. concl. quia etiam gratia appellatur, semen Dei, vt 1. Petri, 1. Regnati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui, & 1. Ioan. 3. qui natus est ex Deo peccatum non faciet quoniam semen ipsius in eo manet: ergo sicut semen in naturalibus totam virtutẽ, & plenitudinem essendi, cuius est semen debet continere. Et confir. quia hac ratione

1. Cor. 15. *Ad Eph. 1 D. Basil.* *Ad Gal. 5 D. Hier.* *Sther. 14. Oseæ 7.* *1. Cor. 13.* *Rom. 3.* *2. Cor. 1.* *Psal. 29.* *Genes. 25.* *Indith. 15* *Ad Heb. 1.* *Iob. 19.* *Hæb. 1.* *Luc. 17.* *Matth. 6.* *Matth. 12* *Luc. 11.* *Ad Col. 1.* *Ad The. 2.* *Con. Trid.* *1. Petr. 1.* *1. Ioan. 3.*

de gratia dicuntur quęcumque de Deo vę
Rom.6. rificãtur,vt eternitas.iuxta illud ad Rom.
Ioan.4. 6.gratia Dei vita eterna,& Ioan.4.aqua,
quam ego dauo ei,fiet in eo fons aquę sa-
lientis in vitam eternam,similiter inmuta
Ad Hæb. bilitas,iuxta illud ad Hæb.12,ne quis de
12. sit gratiæ Dei insinuans per gratiam defe-
Hier.13. ctum esse non posse,& Hier.31.dauo le-
gem meam,in cordibus eorum.& in visce
ribus eorum scribam eam,vt insinuet, in-
D.Aug. quit Aug.sup.Psal.44.perpetuitatem le-
gis gratiæ,quia verbum transit retinetur
autem,quod est in corde scriptum,quod &
Con.Trid. declarat Conc.Trid.ses.6.cap.13.asserẽs
Deus sua gratia iustificatos non desserit,
nisi prius ab ipsis desseratur. Vltimo pro-
batur ratione optima,quia vt dictum est,
gratia est participatio diuinæ naturæ non
solum prout analogice conuenit,cũ crea-
turis,quia isto modo omnia alia,sunt parti
cipatio Dei,sed vt excedit omne crea-
tum,& distinguitur ab illo,secundum pro
pria talis naturæ diuinæ,sed hanc rationẽ
non habet natura diuina,nisi prout habet
esse per essentiam infinitum eternũ in par
ticipabile,&c.ergo etiam hac ratione gra
tia participat naturam diuinam. Cõf.quia
gratia participat naturã diuinã non provt
à nobis cõcipitur,sed prout in se est,quia
est realis,& physica participatio,cum er-
go natura Dei in re sit per essentiam hoc
ipsum participat gratia,quia ad hoc nõ re
quireretur:gratiã habere esse per essẽtiã,
&c.quia vt dictum est,dum est finita par-
ticipat infinitatẽ,& per esse creatũ partici
pat esse in creatũ sicut cũ sit creatura parti
cipet esse creatore,& hæc etiã est partici-
patio formalis,quia vt sit participatio for-
malis,non requiritur,quod formaliter ha-
beat,id quod participat,eo modo quo habe
tur in eo à quo participatur,sed quod ha-
beat aliquod esse formaliter,quod sit par-
ticipatio alterius,nam aliàs,etiam Curiel,
non poterit substinere,quod gratia sit par
ticipatio formalis naturæ diuinæ absolute
secundum gradum intellectualitatis, quo
constituatur,quia gratia non habet forma
liter,hoc ipsum esse intellectuale,quod in
Deo reperitur,sed aliud creatum deriba-
tum ab isto,cum ergo gratia deribetur,nõ
solũ à natura diuina,vt intellectualis,sed
etiam vt infinita habẽte esse per essentiã,
&c.non solum participat, formaliter pri-
mum,sed etiam secundum,non retinendo
gratiã in esse,gratiæ formaliter,& modali
ter prædicta,sed habens potius formaliter
modum oppositũ,quia & creata finita ha-
bens esse per participationem, participat
ergo formaliter omnia illa per hoc,quod
habet aliquod esse creatum,& finitum spe
cialiter deribatũ ab increato, & infinito,
&c.& dum ipsa essentialiter eterna nõ est
eternitatem essentialem Dei participat.
Quare frustra Curiel laborat ostendere
gratiam solũ esse eternam ab extrinseco,
& participatiue, quia hoc negamus,sed
dicimus,quod sicut cum sit gratia creatu-
ra est formalis participatio creatoris,& cũ
sit finita est participatio infiniti,ita cũ sit
accidẽtaliter,vel ab extrinseco eterna. est
formalis participatio eternitatis per esse
tiã conuenientis Deo ab intrinseco. Cõf.
quia gratia est participatio naturædiuinę,
prout importat intellectualitatem,per es-
sentiam in participatam,& super excedẽ
tem omnem intellectualitatẽ:ergo est par
ticipatio ipsius esse per essentiam in parti
cipati infiniti,&c.patet consequentia,nã
in intellectualitate per essentia intuitur
intimè esse per essentiã:ergo si est formali-
s participatio vnius,etiã est formalis par
ticipatio alterius. Etsi contra prędicta fa *Impug.*
cias arg.quia sequeretur dari aliquam simi
litudinem diuinæ naturæ prout in se est,
conseq.est falsum:ergo. Sequæla prob.nã
efectus specialis semper est similitudo suę
causæ,vt patet in luce aeris, quæ specialis
participatio est lucis solaris, falsitas vero
conseq.prob.à D.Th.1.p.q.1.art.22.
vbi ostẽdit impossibile esse dari aliquã si-
militudinẽ repræsentatiuam Dei,vt est in
se.Resp.gratiamquidem esse specialissimã
similitudinẽ Dei inter omnes creaturas,in *Solutio*
tantum,vt asserat D.Th.esse perfectiorẽ
similitudinẽ Dei,quã sit anima Christi ha
bens infinitatem,quandã excõiunctione
diuini suppositi:nihilominus,tamẽ est simi
litudo defitiens,& imperfecta,quã non ne
gat D.Th.dari,quia etiã loco citato asse-
rit lumẽ gloriæ esse similitudinem Dei,tã
tũ ergo negat D.Th.dari speciem,& simi
litudinem perfectam Dei creatam,nam es-
set,quid infinitum,& Deus,vt ibi probat
D.Th.Et iterũ arg,quia sequeretur per *Impug.*
essentiam gratiæ posse deueniri in cogni-
tionem diuinæ naturæ:ipsout in se,ita vt si
aliquis quiditatiue cognosceret gratiã cõ
sequenter cognosceret Deum,prout est in
se,hoc autem implicat extra visionem bea
tificam:ergo gratia nõ est ita specialis par
ticipatio diuinæ naturę,vt diximus.Res- *Solutio*
pondetur,quod cum gratia sit similitudo
imperfecta non sequitur per ipsam posse
Deũ cognosci perfecte,quod est cognos-
ci,vt est in se,sequæretur autẽ si esset per
fecta similitudo, quod non concedimus.

Ex

Ex dictis sequitur, quod plena participatio naturæ diuinæ fit per gratiam, vt includit virtutes, quia plena participatio est per hoc, quod participatur diuina natura, & attributa illius, attributa autem non participantur formaliter, nisi per virtutes considerando autem gratiam seorsum à virtutibus non participat adæquate totam naturã quia participat illã, vt præintelligitur attributis, & solum participat attributa radicaliter in essentia, sicut & virtutes in gratia radicaliter continentur: itaque sicut attributa comparantur ad essentiam, quasi passiones, sic virtutes verè sunt passiones gratiæ & sic aptanda sunt, quod gratia correspõdeat naturæ, & virtutes attributis formaliter, gratia autem ad attributa tantum radicaliter, media natura diuina, quam formaliter gratia respicit magis autem gratia, sine virtutibus participat de Deo, quam virtutes, sine gratia, nam gratia participat formaliter naturam diuinam, & consequẽter, radicaliter attributa (nam informada nte esse continẽtur, radicaliter, proprietates subsecutæ) virtutes autem solum sunt, participatio attributorum, vnde nimis imperfecte participat Dei naturam, qui solum habet fidem informẽ, sine gratia. Secundo sequitur habentem gratiam, non solum extrinsice, vt qui adoptatur in filium inhumanis sed etiam intrinsice esse filium Dei, vt bene notabit Cai, art. 2. q. 2. Quapropter nõ solũ moraliter, sed etiã physice, & realiter habens gratiam est vere genitus filius Dei in natura eius reali, licet accidẽtali, & participata, qua ratione implicat in illo esse peccatum mortale, quia implicat simul esse filium Dei, per gratiam, & filium diaboli per peccatum, & simul diligi per gratiã, & odio per peccatum haberi.

Ad 1. arg. Ad 1. arg. à principio resp. illa omnia esse incõmunicabilia adhũc sensum, quod aliquis extra Deum possit habere illa, per essentiam non tamen, quod non possit habere participatiue finito, & limitato modo, itaque esse infinitum independens, & actus purus participatur, per aliquid finitum dependens, & non actus purus, quod clarius dicitur, gratia in se formaliter est finita, & dependens, est autem participatio infiniti, & independentis, sit exemplum in specie lapidis formaliter, est spiritualis, & spiritualiter repræsentat, & gerit vicem reicorporalis, & in materialiter repræsentat, materialitatem: sic ergo dicendũ est de gratia, vnde propria Dei communicantur non secundum proprium modũ, quo Deo sunt propria, sed secundum modum finitatis propriæ creaturæ.

Ad 2. arg. Ad 2. arg. resp. optimam esse solutionem ibi datam illa enim prædicata secundum modum infinitatis proprium Dei nõ possunt ad genus creaturæ pertinere secũdum autem modum participatum, & finitum, quem habent in homine per participationem gratiæ in genere entis creati continentur, & quantum ad hoc, par ratio est de scientia diuina, quæ secundum proprium modum Dei, non communicatur creaturæ, sed communicatur, cum tali distinctione, & diuersitate, quia in bona methaphisica scientiæ creatæ, & increatæ non detur vnus conceptus communis, sed analogia plurium conceptum est inter vtramque scientiam: similiter ergo esse diuinum in Deo, & participatum per gratiam in homine, solum dicunt analogicam conuenientiam, verum est ad hucmagnam inter gratiam, & scientiam differentiam versari, quod scientia taliter ab homine participatur, quod vere, & proprie, & cum omni proptietate, & formalitate sit sciens homo licet analogicæ respectu diuinæ scientiæ, per gratiam autem non sic proprie, & in rigore habet esse Deum, sicut esse scientem, sed cum addito dicetur, quod est Deus per participationẽ, & hoc sufficit vt non dicatur, scientia tam propria Dei, sed quid commune ad creatum, & in creatum, esse autem actum purum, &c. Est propium Dei pro vt a creatura distinguitur, & non aliquid commune, ad vtrumque ad replicam autem dicitur esse ens per essentiam, & per participationem opposita esse sic, quod idem simul sit vtrumque, quod autem aliquis sit per participationem id, quod alter est per essentiã non habet oppositionem, homo ergo nõ est per essentiam, & participationẽ Deus sed est per participationem actus purus, quod habet Deus per essentiam, ad illud autem de rationali, & irationali respondetur hoc nõ reperiri in substantijs, vt quod in vno ineſt essentialiter, sit substãtialiter in alio participatiue, bene autem per accidentia, id potest contingere, cum ergo gratia sit accidens, bene potest esse participatio entis substantialis.

Ad 3. arg. Ad 3. arg. resp. concedendo, quod vt probat argumentum infinitas non est natura, sed modus naturæ, nihilominus tamen gratia participans naturam, participat etiam modum infinitatis essendi per essentiam, ipsius naturæ, participat in quam modum, non modaliter, & sincathegorematicæ, sic quod ille modus, etiã

se teneat ex parte gratiæ, sed illum modũ participat nõ illo, sed alio modo, nam participat infinitatẽ finite, & esse per essentiam participatiue, vt patet, in luce aeris, quæ est participatio lucis solaris, non tamen habet eundem modum atque illa cũ non sit proprietas aeris, qualis est lux propria solis, quam aer participat. Secundo respondetur, quod infinitas, nostro modo intelligendi imperfecto est modus naturæ diuinæ, cum concipiatur à nobis ad modum creaturarum, nec tamen quantumcumque formalissime loquamur infinitas, est ipsamet essentia, & natura diuina, cum ergo gratia participet naturam prout in re, & non prout à nobis concipitur, inde fit, quod vere, & realiter sit participatio, non solum intellectualitatis, sed etiam infinitatis, &c. Impugnationes autem in argumento positæ solum conuincunt, secundum nostrum modum imperfectum concipiendi, non autem secũdum quod res se habent.

Ad 4. arg. Ad quartum argumentum respondetur, gratiam vere habere conuenientiam, cum intellectualitate, & infinitate, & esse per essentiam, &c. quia omnia ista participãt, vt dictum est, participatio autẽ nõ est sine conuenientia, ad impugnationem autem dicitur conuincere, non participare illa modaliter, & sincathegorematice, cum eodem modo, atque sunt, in Deo, quia in gratia esse est qualitas, in Deo autem substantia, & in gratia finitum in Deo autem infinitum, in gratia participatiue in Deo per essentiam, vere tamen omnia illa, partipat, & in illis cõuenit, licet sub alio modo, imò vt dictum est hoc est necessarium in forma participata, aliter se habere res, quam in forma cuius est participatio.

Dubium V.

Vtrùm gratia sit specialis participatio diuinæ naturæ, nõ tantum secundum proprietates essentiales, sed etiam personales, & notionales?

SVPPONENDVM est ex propria materia, quod cũ in Deo, duo considerẽtur absolutũ, & relatiuũ essentia, & persona, & proprietates, etiã sint in duplici differentia, aliæ absolutæ consequentes naturam, vt bonitas sapientia, &c. aliæ verò cõsequẽtes personã, vt generare personam patris, &c. dubitatur ergo: vtrum gratia non solum specialiter participet primum, sed etiam secundũ. Probatur, quod sic primo gratia participat diuinam naturam secundum eminentissimam rationem intellectualitatis, & secundum eminentissimam rationem essendi, sed eminentissima ratio intellectualitatis, & esse diuini cõsistit in esse vnam naturam in tribus personis: ergo gratia participat diuinam naturã secundum esse absolutum, & secundum esse relatiuum, quod etiam pertinet ad eminentiam illius esse, & consequenter non minus participat proprietates relatiui, & personæ, quam absoluti, & naturæ si equaliter est participatio naturæ includentis absolutum, & relatiuum. Confirmatur, vt dicitur, 1. part. quæst. 28. art. 2. relationes, & proprietates personales, formalissime sunt de essentia, essentiæ diuinæ: ergo implicat participare naturam, & absolutum, & non personam, & relatiuum essentialiter, & formaliter clausum in natura, & absoluto, patet consequentia, nam ex eo diximus dubio præcedenti, quod participans naturam participat infinitatem, &c. quia infinitas formalissime clauditur in natura. 1. Arg.

Secundo arg. gratia est perfectior participatio Dei, quam quæcumque alia forma creata, vel creabilis, sed aliquę sunt creaturæ, quæ sunt participatio Dei, vt trinus: ergo à fortiori, hoc habebit gratia. Probatur minor, quia anima rationalis, & natura angelica, sunt similitudo Trinitatis, vt communis doctrina est Sanctorum, & prę cipue Diuu. Thom. 1. part. quæst. 93. docentis hac ratione, dici hominem factum ad imaginem, & similitudinem Dei vtique, quia ex parte intellectualitatis Trinitatem repræsentat. 2. Aug.

In hac re supponendum est, quod gratia non solum participat naturam, & essentiam Dei, sed etiam quascumque proprietates absolutas, illius si non per se, & immediate tamen radicaliter, & hoc formaliter, licet per virtutes gratiam concomittantes (per fidem enim participat Dei cognitionem per charitatem eius amorẽ, &c.) participat etiam Dei immortalitatem immutabilitatem, & eternitatem: siquidem gratia, ex natura sui est in amissibilis, & perpetua vt probat D. Tho. 2. 2. quæst. 24. art. 11. loquens de charitate cuius ratio a fortiori currit de gratia, aqua charitas depẽdet, & quidem si deficit, & corrumpitur, est per Not.

per accidens ratione subiecti deficientis participat, etiam visionem beatificam, & lumen gloriæ, licet non illa statim atque gratia recipitur, sed suo tempore communicetur, non tamen, ideò desinunt esse proprietates connaturales ipsius gratiæ, vel quia licet, vt aliqui volunt lumen gloriæ, & visio beatifica, non sint proprie passiones dimanantes ex gratia sunt, tamen maxime conformes naturæ illius, vt motus cœli dicitur connaturalis, non quia sit passio dimanans, sed quia maxime cõformis est forme cœli, sic gratia, cum sit Dei participatio, & in coniunctione cum illo per visionem beatificam, hæc participatio maxime perficeatur, inde fit talem consumationẽ gratiæ esse maxime conformem, & consequenter dici posse connaturalem. Etsi contra facias argumentum, quod fides est propria passio gratiæ: ergo non potest esse proprietas eius clara visio, quia hæc duo opponuntur. Resp. quod cognitio fidei eminẽtius clauditur in visione, licet ex parte claritatis, & obscuritatis habeãt oppositionẽ. Qua propter fides ad visionem tendit, vnde visio optime potest esse proprietas gratiæ, & illa adueniente cessare fidem quia cũ venerit, quod perfectũ est euacuabitur, quod ex parte est, & sic non mirum propriam passionem cessare si aliud eminentius adiungatur, in quo talis passio cõtinetur, vel vt alij dicunt est proprietas connaturalis gratiæ secundũ statum beatificum, licet non pro isto, optime enim esse potest secundum diuersum statum diuersa, imò, & oppositа conuenire connaturaliter, vt patet in lapide cui, extra centrum connaturale est moueri, in illo vero quiescere, & voluntati humanæ in via cõnaturalis est flexibilitas, in termino autẽ inflexibilitas: si ergo gratiæ pro isto statu connaturalis est fides pro illo vero statu clara Dei visio, vel vt alij dicunt clara Dei visio connaturalis est gratiæ, quia per se loquendo importat coniũctionem cum illa, per accidens autem in hac vita separãtur, exemplum est in Theologia, quia vt dicitur, 1. part. quæst. 1. artic. 2. per se loquendo supponit, vt habitũ primorum principiorum lumen gloriæ, & visionem beatificam per accidens autem in nobis per fidem regulatur. *Concl.* Conclusio sit gratia non est participatio proprietatum personalium, sed tantum eorum, quæ absolute Deo conueniunt, hæc conclusio probatur primo, nam licet duo realiter, sint idem optime potest esse aliquid, similitudo vnius, & non alterius: ergo licet essentia, & persona in Deo nullam habeant distinctionem realem optimæ poterit esse gratia similitudo naturæ, & non personæ. Antecedẽs probatur species hominis in esse intelligibili, repræsentat naturam, non vero individua, licet natura ab individuis realiter non distinguatur. Secundo probatur in generatione filius assimilatur patri in natura, non autem in persona: ergo cum per gratiam, generemur in filios Dei per gratiam assimilabimur ipsi in natura, non vero in persona. Conf. quia filiatio adoptiua, non debet esse amplior participatio, quam naturalis, imò minor cum sit deficiẽs, sed in filiatione naturali Dei verbum diuinum, non communicat a patre paternitatem, sed naturam: ergo per gratiam per quam sumus filij adoptiui a fortiori minus communicabitur ratio personalis. Cõfirmatur secundo, nam ratio personalis est incommunicabilis: ergo impossibile est gratiam illam participare. Et si contra dicas, quod etiam infinitas, & esse per essentiam sunt, quid incommunicabile in Deo, quia vt dictum est sunt proprietates, propriæ illius, quæ alteri conuenire non possunt, & tamen illa participat gratia, licet sub alio modo, vt dictum est, quia sub proprio modo incommunicabilia sunt: ergo similiter licet ratio personalis incommunicabilis sit, participabitur à gratia: respondetur posita in antecedenti esse incõmunicabilia ad extra, non autem absolute, quia ad intra omnia illa sub propriissimo modo pater communicat filio: cum ergo gratia participet Deum, vt in se est, illa quæ in Deo communicabilia sunt, participare poterit, licet sub alio modo, vt dictum est. Proprietates autem personales omnino tã ad intra, quam ad extra incommunicabiles sunt, verum est, quod cum ademinentiam diuinæ naturæ pertineat esse in tribus personis, & gratia participet naturam diuinam, secundum eminentiam eius, inde fit, quod participati vt communicabilis est personis, & vt dicit habitudinẽ ad personas, non autem participat ipsas personas quia quod natura diuina communicabilis sit tribus personis, & dicat habitudinem ad illas totum hoc pertinet, ad rationẽ absolutam, & essentialem naturæ, quam gratia participat. *Obiectio.* *Solutio.* Et si quæras vtrum sit eadẽ ratio de substantia, & suppositalitate absoluta, qua constituitur Deus. *Dub.* Respondetur, quod cum illa suppositalitas, non constituat personam, sed absolute communis sit iudicandum est de illa, sicut de ipsa natura, quæ participatur per gratiam. *Resp.*

Ad 1. arg. Ad primum arg. à principio respondetur, quod licet essentia, & relatio omnino sint idem realiter, & formaliter, sufficit tamen distinctio rationis ratiocinatæ, vt gratia possit esse participatio vnius, & non alterius, vt patet, in non viuentibus, quæ participant esse Dei, non autem vitam illius, licet esse, & viuere in Deo nullo modo amplius, quã ratione ratiocinata distinguantur. Etsi contra dicas, quia supra dictum est, gratiam participare infinitatem, & esse per essentiam, ex eo, quod participat intellectualitatem diuinam, quia illa ab intellectualitate, nullomodo distinguitur: respondetur illud arg. esse bonũ quando alterum participatur adæquate, & vtrũque est participabile, tunc enim bene sequitur, quod si duo inter se omnino sunt idem, vel vnum essentialiter clauditur in alio, & vtrumque est participabile, quod qui adæquate participat vnum necessario participat aliud, licet ergo essentia, & relatio essentialiter sint idẽ, quia tamẽ relatio, dictũ est, est incõmunicabilis, non ex eo, quod gratia participet essentiã participat, etiã relationẽ sufficit enim ad affirmationẽ vnius, & negationem alterius distinctio fundamentalis supposita incommunicabilitate vniusad extra, dixi autem si alterum adæquate participetur, ne retorqueas argumentum, quod esse, & viuere communicabilia sunt, & inter se idem, & tamen nõ viuentia, ut dictum est, participant vnum, & non aliud: quia non participant esse adequate, sed esse diuinum, propter sui eminentiam, quasi partitur, incommunicatione creaturarum gratia, autem participat adæquate intellectualitatem, quia vt dictum est participat totam illã. Vnde bene sequitur debere participare, quidquid essentialiter est, in illa si alias fit communicabile.

Obiectio.

Solutio.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur nullam creaturam esse participationem Dei, vt trinus, qua ratione demonstrauit Diu. Thom. Deum vt trinum naturali ratione cognosci non posse, quod verum nõ esset si aliquæ creaturæ participarent, & essent effectus Dei, vt trinus, cum omnis causa naturaliter per suum effectum cognosci possit, sol ũergo creaturę producũtur à Deo, ut vnus. Quapropter dicitur, quod opera a dextra sunt indiuisa, & communia toti Trinitati, dicuntur autem aliquæ creaturæ (vt homo) imago Trinitatis, quia in homine reperitur aliquale exemplum, & congruentia, secundum partem intellectualem, vt suppositafide trinitas congruenter possit explicari, non autem, quia sit participatio eius, vt dictum est.

Dubium VI.

Vtrùm gratia ex natura sua habeat facere Deo gratum, & acceptum ad gloriam?

1. Sent. Durand.

IN hac re est prima sententia Duran. in 1. dist. 17. quæst. 1. quem sequuntur, etiam aliqui ex iunioribus, quod gratia nõ habet ex natura sua facere Deo gratum magis, quam forma caloris, vel albedinis, sed esse gratum tantum esse ex acceptatione diuina. Hæc sententia pro-

1. Arg. batur primo, potest crescere in esse gratiæ, & acceptationis ad gloriam manente in variata, in esse qualitatis: ergo facere gratum, non est effectus naturalis gratiæ, consequentia patet, nam effectus naturalis formæ crescenes nõ potest, forma in varia ta, illud ergo augmẽtum acceptationis ab extrinseca acceptatione proueniet, nõ autem ex natura ipsius gratiæ, antecedẽs vero patet ex D. Thom. 1. 2. quæst. 24. art. 6. & infra, quæst. 111. art. 8. ad 3.

2. Arg. Secundo arguitur si facere gratum cõueniret gratiæ ex natura sua tamquam effectus formalis illius; non posset Deus facere gratum, sine gratia, nec ponere gratiam in anima, & quod non esset gratia, sed vtrumque Deus de sua potentia absoluta potest facere: ergo. Probatur minor, nam Deus sine gratia sua libera voluntate posset hominem acceptare ad gloriã, & similiter habentem gratiam posset excludere, imò, & odire, cum gratia etiam in peccatore posset remanere. Si respon-

Solutio. deatur, quod tunc esset gratia in non grato materialiter, & entitatiue solum, non autem formaliter in esse gratiæ, sic enim ex natura sua habet facere gratum. Contra arg. nam si facere gratum est effectus

Impug. gratiæ essentialiter sumptæ nullo modo poterit esse talis forma essentialiter, & nõ talis effectus, vt patet in albo, & albedine, nullo enim modo potest albedo materialiter, & entitatiue (si tamẽ retinet essentiam albedinis) esse in pariete, & non esse album: ergo similiter impossibile est esse entitatem gratię in anima retinendo essẽtiam gratiæ. & quod non sit effectus eius, quod est esse gratum, & si posita tali forma, talis effectus non sequitur, non correspondet

ponder illi ex natura sua, dixi si talis forma retineat essentiam gratiæ, nam si non retineat non est gratia, & sic non solbitur argumen. nec ponitur separatio vnius ab alio.

3. Arg. Tertio arguitur, idem est esse gratum quod placens, & bonum, & voluntati diuinæ conueniens, sed hoc fit per virtutes, non autem per gratiam: ergo esse gratum non est effectus gratiæ, consequentia patet, nam idem effectus diuersis causis formalibus coresponderе non potest. Antecedens vero probatur, ex definitione virtutis, quæ facit subiectum bonum, & opus eius redit perfectum. Item, quia bonum, & perfectum, idem sunt vt sæpe dicit D. Thom. sed perfectio non sumitur ex forma substantiali, sed ex accidentibus, vt asserit etiam ipse Diu. Thom. ergo bonitas, & pulchritudo animæ, secundum quã fit Deo grata, sumitur ex virtutibus, quæ se habent, vt accidentia, & non ex gratia, quæ se habet, vt forma substantialis.

4. Arg. Quarto arguitur esse gratum, nihil aliud est quam esse dilectum, sed Deus potest diligere non infundendo gratiam: ergo probatur minor, nam gratia non est necessaria, tanquam effectus diuinæ dilectionis, quia cum sequatur in genere causæ efficientis, potest Deus suspendere concursum, & non producere illam, neque etiam est necessaria, vt obiectum præsupositum diuinæ dilectioni, nam posset Deus diligere, & acceptare ad gloriam non habentem gratiam: ergo.

5. Arg. Quinto arguitur, sic se habet esse gratũ respectu Diuinæ dilectionis, sicut esse visum respectu visionis, sed esse visum tantum est denominatio extrinseca, ergo & esse gratum. Maior probatur, nam ex eo dicitur gratus, quia diligitur, sicut dicitur visus, quia videtur. Conf. nã si Christus Dominus non haberet gratiam habitualem esset absolute, & simpliciter Deo gratus: ergo esse gratum est, quid extrinsecum, & non proprius effectus, ex natura sue gratia coresponderis.

Conf.

1. Sent. Aureoli Capreo. 1. Arg. Secunda sententia est Aureoli in 1. dist. 17. quæst. 1. artic. 2. vt refert Greg. dist. 14. quæstion vnica, artic. 2. Conc. 3. quod videlicet nemo potest formaliter esse gratus sine illa qualitate gratiæ, quam etiam sequitur Capre. dist. 17. quæst. 1. & alij multi Teologi. Hæc sententia probatur primo, ad Ephe. 1. in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, & ad Colloss. 1. qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, hoc est gratos nos fecit per lumen gratiæ ecce quo modo innuatur esse gratos prouenire a gratia. Conf. ex definitione ipsius gratiæ, quæ est nitor animæ Sanctum concilians amorem. Conf.

2. Arg. Secundo probatur facere gratum est effectus formalis gratiæ: ergo non potest esse sine illa, consequentia patet, nam effectus formalis, non potest esse, sine sua forma. Antecedens vero probatur, ex Trid. sess. 6. cap. 7. vbi dicitur causam formalem nostræ iustificationis esse iustitiam, nobis inhærentem, quæ est gratia. Secundo probatur, idem antecedens, sic se habet esse gratum respectu gratiæ, sicut esse dilectorem respectu charitatis, vel fortem respectu fortitudinis, vel iustum respectu iustitiæ, sed esse fortem iustum, & dilectorem sunt effectus formalis fortitudinis iustitiæ, & charitatis: ergo, & esse gratum est effectus formalis gratiæ. Conf. Conf. secluſa gratia, non potest inteligi per quid homo sit Deo gratus: ergo esse gratum est effectus formalis gratiæ. Si respondeatur, esse gratum posse esse sine gratia, per hoc quod Deus habeat aliquem acceptum ad gloriam. Contra arguitur, quoniam Deus per suam potentiam potest dare beatitudinem existenti in peccato mortali, ac per consequens, quod non sit ei gratus: ergo esse gratum non potest consistere in esse acceptum ad gloriam: si vero aliter respõdeatur, esse gratum consistere in actualitet esse dilectum, quod potest esse sine gratia. Contra arguitur, nam sicut non potest Deus diligere dilectione naturali, quod non habet bonitatem naturalem, ita non potest diligere dilectione supernaturali, quod non habet bonitatem supernaturalem, quia vt supra dictum est, dilectione Dei bonitas producitur commẽsurata dilectioni, hæc autem bonitas supernaturalis sine gratia non intelligitur, quæ dat esse supernaturale: ergo adesse dilectum requiritur gratia, & consequenter adesse gratum, si esse gratum est esse dilectum. Solutio. Impug. Solutio. Impug.

3. Arg. Tertio arguitur esse gratum est eleuari ad statum supernaturalem, sed non potest esse eleuatus, sine gratia, quæ dat esse supernaturale ergo neque esse gratus. Si respondeatur, posse eleuari per nobam relationem ad Deum gratificantem sine eo, quod habeat gratiam in hærentem. Contra arg. nam relatio non aduenit, sine præcedenti mutatione formæ alicuius, in qua talis relatio fundetur, nulla autem mutatio, secundum formam in anima potest assignari, Solutio Impug.

signari, nisi per hoc, quod gratiã recipiat, ergo hæc necessario requiritur ad esse gratam,

3.Sent. Greg. Gab. Soto. Tertia sent. est media inter istas duas, quam tenet Greg. in 1.dist.14.quæstion vnica art.1.Conc.3.& art.2.ad 2.& dist. 17.quæst.1.art.2.Conc.1.& Gab.eadẽ dist.quæst.1.art.2.& art.3.dub.4.& Soto 2.de nat.& grat.cap.17.quos sequuntur ex discipulis Diu.Thomæ multi, & ex alienis dicunt enim, quod si loquamur de potentia Dei absoluta bene potest esse gratus sine gratia, & habere gratiam, & non esse gratum, imo esse illam qualitatẽ gratiæ, cum peccato mortali, quod omnino gratitudinem expellit. Si autem loquamur de potentia ordinaria, nõ potest esse gratia, sine gratitudine, neque gratitudo, sine gratia, & hoc inquiũt sufficit, vt dicatur, quod gratia habet ex sua natura, tanquam proprium effectum facere gratum.

Not. Pro intelligentia huius quæstionis præsuponendum, quod tota difficultas, eius consistit in explicando, in quo consistat proprius, & formalis efectus gratiæ sunt enim multi modi explicandi, ex quorum diuersitate, diuersimode loquendum vtrum gratitudo sit separabilis, vel insepa rabilis à gratia, aliqui ergo dicunt, quod efectus formalis gratiæ, est facere gratum qualificando intrinsice, sed hoc non videtur verum, nam qualificare intrinsice conuenit gratiæ ratione generis qualitatis, gratificare autem conuenit ratione differentiæ: ergo non potest assignari pro effectu formali totum hoc, quod est gratificare intrinsice, qualificando. Secundo, quia si poneretur gratitudo sine qualificatione intrinseca, videtur quod esset eiusdem rationis atque posita intrinseca qualificatione: ergo proprius efectus non includit intrinsecam qualificationem. Vnde alij Theologi aliter explicant inquiũt enim, quod efectus formalis gratiæ, est facere obiectum congruum, & proportionatum diuinæ dilectioni, & acceptauile ad gloriam, esse autem dilectum acceptum ad gloriam, & Deo gratum non est effectus formalis gratiæ, sed diuinæ dilectionis ipsum prosequentis apponunt exemplum in obiecto visus, paries enim habet esse visibile, per colorem, esse autem visum est efectus visionis, sed hoc etiam videtur stare non posse, nam obiectum per colorem, non solum habet esse visibile, sed etiam per ipsum habet formaliter, esse obiectum actu terminans actionem videndi visioque nihil in illo ponit, nisi denominationem extrinsecam visi: ergo similiter anima per gratiam non solum habet esse amabilem, sed esse obiectũ formaliter terminans dilectionem, dilectioque extrinseca solum ponit denominationem extrinsecam dilecti, & clarius impugnatur nam sicut in pariete impossibile est esse visum extrinsice a visione, nisi præsuppo natur forma intrinseca coloris, ita pari ratione, videtur animam dilectam esse non posse extrinsice, nisi præsupponatur, forma intrinseca ratione cuius terminet dilectionem, & ista est gratia, tãdẽ alij dicunt, & vere gratiam habere duplicem efectum formalem, alium primarium alium vero secundarium, primarius est facere consortem diuinæ naturæ, secundarius vero facere gratum, & dilectum qua ratione primum, sine gratia, esse non potest, quia efectus primarius inseparabilis est, bene autem potest esse secundus, sine gratia pro cuius explicatione.

Prima conclusio, primarius efectus formalis gratiæ est facere consortem diuinæ naturæ, & Deum per participationem hæc patet ex illo 2.Petri 1.vt per hanc eficiamini diuinæ consortes naturæ, & Ioannes 1.dedit eis potestatem filios Dei fieri vsque ad illud, ex Deo nati sunt, item patet ex supra dictis, vbi diximus gratiam essẽtialiter esse participationẽ diuinę naturæ secundum illud, quod est proprium ipsius naturæ diuinæ. 1.Concl. 2.Pet.1. Ioa.1.

Secunda conclusio gratia habet tanquam efectum secundarium facere gratũ, & dilectum, & acceptum ad gloriam ex natura sua, vtramque conclusionem tenet Suarez hic lib.7.cap.2.& patet ex rationibus secundæ sententiæ, & in super probatur, nam similitudo ex natura sua est causa amoris, sed gratia facit similitudinẽ cum faciat Deũ participatiue, vt dictum est: ergo causat amabile, & gratum. Secundo probatur, gratia facit bonum, & proportionatum diuinæ dilectioni: ergo facit gratum. Antecedens probatur, gratia dat esse supernaturale: ergo, & bonitatẽ supernaturalẽ, patet cõseq. quia bonitas sequitur ad esse, iuxta illud Gen.1.vidit Deus cũcta, quę fecerat, & erant, valde bona ergo ad esse naturale bonitas naturalis, ad esse autẽ supernaturale bonitas supernaturalis sequitur: si ergo gratia dat esse supernaturale consequẽter, & bonitatẽ supernaturalem, secundum quam fit homo proportionatus diuinæ bonitati, quod est esse gratum. Secũ da pars conclu 2.Concl. Suarez. Gen.1.

sionis

sionis est contra primam sententiam, & cõtra Soto, 4. dist. 1. quæst. 3. artic. 1. arg. 6. vbi ait, quod gratia, non est natura sua, sed ex Dei ordinatione, ex causa glorię, quod etiam videtur docere. Cano. 1. part. relect. de pœnit. in fin. Sed probatur, hæc pars gratia habet facere filios Dei, ex natura sua, quod est esse consortes naturæ illius: ergo & facere hæredes, patet consequentia, quia hæreditas sequitur ad filiationem vt patet ad Rom. 8. quod si filij, & hæredes, & hæc ratio insinuatur a D. Tho. infra quæst. 114. art. 3. Conf. nam si gratia dat esse Dei, consequenter tribuit inclinationem in finem ipsius Dei, hoc autem consistit in eius visione ergo, &c. Cõfirmatur secundo, ex D. Thom. 1. part. quæst. 24. art. 3. vbi ait, quod qui habet gratiam, ex hoc ipso est dignus vita æterna. Secundo probatur, gratia ex sua natura habet facere gratum, & amicum Dei, vt dictum est in prima parte conclusionis: ergo & acceptum ad gloriam. patet consequentia, nam amicitia ex natura sua habet velle bonum amico: ergo ex amicitia Dei, sequitur ex natura sua, quod Deus velit illi summum bonum, quod est beatitudo. Confirmatur, nã inter amicos omnia sunt communia, etiam ipsa uita: ergo ex Dei amicitia sequitur cõmunicatio boni beatitudinis, & acceptari ad illam, ad simul conuiuendum Deus, & homo. Vltimo probatur omne imperfectum ex natura sua ordinatur ad perfectũ, sed gratia est inchoatio, & imperfecta participatio Dei: ergo ex natura sua ordinatur ad participationem perfectam, quæ fit per Dei visionem, Quapropter communiter dicitur gloriam esse gratiam consummatam: nam gratia ad gloriam ex natura sua, velut ad finem perfectum tendit.

Contra Soto, & Can. *Rom. 8.* *D. Thom.*

3. Concl. Tertia conclusio de potentia absoluta, Deus potest facere hominem gratum, & dilectum, sine qualitate supernaturali gratiæ, hæc patet argumentis primæ sententiæ, insuper probatur, nam esse gratũ, nihil aliud est, quam esse dilectum, & acceptum ad gloriã, sed optime potest Deus de sua potentia absoluta acceptare ad gloriam, non habentem talem qualitatem, siquidem in hoc nulla apparet implicatio ergo. &c. Secundo probatur de potentia absoluta, potest Deus conseruare substantiã sine propria existentia, vel permanutenẽ tiam: vel per communicationem propriæ existentiæ: ergo melius poterit facere, gratum sine gratia, patet cõseq. quia immediatior efectus videtur, existentiæ existere, quam gratię facere gratum: ergo si potest primum potest secundum. Tertio probatur, nam efectus secundarius separabilis est à forma, sed esse gratum, vt dictum est est efectus secundarius gratiæ: ergo potest esse sine illa. Et si contra dicas, quod licet possit forma non prorumpere in efectum secundarium, cum sit independens ab illo, & quia prius non dependet à posteriori, non tamen videtur è contra efectum secundarium esse posse, sine primario, quia supponit ipsum, cum posterius à priori essentialem videatur habere dependentiam. Respondetur, hoc tantum intelligendum esse, iuxta naturas rerum, etiam enim naturaliter forma potest impediri, ne prorumpat in efectum secundarium, non autem è contra per diuinam tamen potentiam optime fieri potest, quod efectus secundarius sit sine forma, quia Deus continet eminenter concursum, & perfectionem formæ aqua talis efectus dependet. Notandum tamen, quod gratitudo quæmodo est duo importat, alterum intrinsecum, videlicet gratiam in hærentem alterum vero extrinsecum, videlicet dilectionem, & fauorem Dei à quo extrinsice denominatur, quia quando dicit Concilium Iustificationem, non consistere in fauore extrinseco intelligitur adęquate, quia loquitur contra Lutherum, qui dicebat solum consistere in illo fauore, posito tamen intrinseco in hærente, etiam importat talem fauorem. Quapropter in casu cõclusionis cum alterum deficeret, scilicet inhærentia gratiæ, & solum alterum remaneret, scilicet fauor, à quo tantũ extrinsice denominatur, tunc gratitudo non esset eiusdem, sed diuersæ rationis, ad quemodo, sicut quando dicitur 3. part. quæst. 7. artic. 1. quod etiam sine gratia habituali Christus haberet actiones meritorias ex gratia vnionis supereminenti, intelligitur non fore in tali casu eodem modo ad que nunc sunt, cum modo habeant rationem meriti ex gratia habituali, cui connaturaliter meritum coresponded, nõ autem tunc sic esset. Et si contra arguas, quia sic non berificauitur Deum suplere gratiam in faciendo gratum, si non facit gratum quem facit gratia. Respondetur, dicit Deum suplere aliquam causam, quando sine ipsa ponit efectum, quantum ad substantiam, etiam si non ponat, secundũ eandem rationem, qua esset a causa, quam suplet, sicut dicitur suplere existentiam creatam in incarnatione, nõ quia existere sit eodem modo, sicut esset per propriam existentiam, sed quia sine propria existen-

Obiectio *Solutio* *Nota* *Obiectio.* *Solutio*

tia

tia absolute existit, licet alio modo super eminenti,& perfectiori.

4.*Concl.* Quarta conclusio, ex eadem potentia absoluta potest Deus ponere qualitatem gratiæ in anima,& facere quod subiectum non sit gratum. Pro huius inteligentia notandum, quod gratia potest dupliciter cõsiderari, primo in esse qualitatis,& secundum ea, quæ essentialiter, & absolute,& intrinsice sibi conueniunt, alio modo secundum, quod gratia dicit esse completũ, & perfectum qua ratione, etiam includit extrinsecam veneuolentiam, vt dictum est, sicut obiectum visum essentialiter tantum dicit colorem, complete vero importat etiam visionem extrinsecam aqua denominatur, diximus ergo quod licet gratia secundum esse completum stare non possit, non faciens gratum, bene tamen esse potest gratia secundum rationem qualitatis in completam gratum non faciens vtrum autem simul cum gratia in esse qualitatis compatiatur, non solum non esse gratum negatibe, sed etiam contrarie odio esse habitum probabiliter dici potest pars affirmatiua, quia vt supra dictum est quæst. 71.art.4. vitium potest dupliciter considerari, vel in esse qualitatis, vel in esse vicij formaliter,& quod secundum primã rationem comparitur cum gratia, non autem secundo modo, sic ergo in præsenti de gratia dicitur, quod licet in esse gratiæ non compaciatur, cum peccato, quia sic necessario facit gratum, quod excludit peccatum in esse tamen qualitatis, cum peccato potest remanere, & consequenter non facere gratum. & relinquere in gratum ex quo sic probatur conclusio, in iusto possunt remanere habitus viciorum in esse qualitatis: ergo in peccatore potest remanere gratia in esse qualitatis, de potẽtia absoluta, patet consequentia, quia non est minor repugnantia vicij cum gratia quam gratiæ, cum peccato. *Solutio.* Si respondeatur, quod gratia etiam in esse qualitatis est supernaturalis, & consequenter videtur etiam isto modo habere repugnantiam cum peccato. *Impug.* Contra arguitur, quia esse qualitatem supernaturalem non importat repuguantiam cum peccato, si aliũ de non sit contrarietas, vt patet in fide,& spe, quæ licet qualitates sint supernaturales, cum peccato possunt remanere, & etiam supra quæst.4.artic.4. probabiliter dicitur lumen gloriæ posse stare cum peccato. *Obiectio.* Et si contra hoc fundamentum facias argumentum, nam illa qualitas gratiæ tunc dat esse supernaturale: ergo subiectũ diligitur à Deo supernaturaliter, patet cõsequentia, quia eo modo, quis diligitur à Deo, quo habet esse iuxta illud cap.11. diligis omnia, quæ sunt,&c. Vnde quod habet esse naturale diligit dilectione naturali, & quod habet esse, supernaturale diligit dilectione supernatnrali. Confirmatur, quia esse est efectus dilectionis Dei, quia per voluntatem adiunctam intellectui Deus est causa: ergo si tunc est esse supernaturale etiam est dilectio supernaturalis, cuius sit efectus tale esse, cũ dilectione autem Dei, supernaturali non stat peccatum, ergo etiam in esse qualitatis gratia in eo imposibilis est cum peccato, ad hoc argumentum aliqui respondẽt, quod licet in esse naturali sit, bonum argumentum, non tamen in esse supernaturali, quia dilectio Dei naturalis respectu naturalis esse est necessaria respectu tamen esse supernaturalis est dilectio gratuita,& voluntaria, quæ a tali esse separari potest. *Impug.* Hæc tamen solutio apparet falsa, nam vel loquntur in sensu composito suppposito esse, vel in sensu diuisso absolute: siquidem in sensu composito, sicut necesarium est diligere, quod habet esse naturæ dilectione naturali, quia tali esse, est efectus talis dilectionis, ita similiter posito esse supernaturali necessarium est diligi supernaturaliter, quia tale esse, etiam est efectus talis dilectionis, si autem loquantur in sensu diuiso, sicut dilectio supernaturalis est libera ita,& dilectio naturalis creaturarum, sic enim solum Deus necesario amat suam bonitatem, vt docet Dui.Thom.1.part.quæst.19.art.3.& 1. contra gen.cap.81.& duobus sequentibus. *2.Solutio.* Alij ergo Theologi respõdent, quod esse dilectum,& gratum est efectus formalis gratiæ. Qua propter potest Deus conseruare gratiam, sine tali efectu, sicut (verbi gratia) facere sensitiuum est efectus formalis animæ posita tamen in sensibus talem efectum non facit. Item habitus in iustitiæ, quando manet in iusto non denominat in iustum, licet talis denominatio sit efectus formalis talis habitus. *Impug.* Hæc etiam solutio apparet falsa, nam si facere gratum esset efectus formalis primarius, vt isti supponũt impossibile esset à gratia separari, quia efectus formalis, nihil aliud est, quam informatio ipsius formæ. Exempla eutem allata, non sunt ad propositum nam anima vbicumque sit communicat suum efectum formalem. Vnde in sensibus facit sensibile in actu primo, qui est efectus formalis eius, non autem in actu secũ

1.Solutio.

do

do defectu potentiæ sensitiuæ, quæ in ossibus non est. Quapropter ossa non differunt à carne, secundum essentiam cum habeant eandem formam specificam, sed tantum differunt accidentaliter secundum indibiduas dispositiones, & formas accidentales, vt docet D. Tho. 1. part. quæst. 66. art. 5. ad 3. illud etiam exemplum de habitu vicioso non est ad propositũ, quia habitus vitiosus manens in iusto suum effectum formalem tribuit, cum disponat ad proue opperandum, & talis habitus, tunc solum manet in ratione dispositionis. Quapropter hoc solum potest tribuere. Tertia ergo, & vera solutio est, eo modo esse dilectum quo habet esse supernaturale, si enim haberet esse supernaturale perfectũ per gratiam habentem rationem gratiæ, secundum quod etiam includit esse gratũ acceptum &c. esset quidem perfecte dilectus, quando vero habet esse supernaturale imperfectum, & secundum quid per gratiam habentem solum rationem qualitatis est dilectus, secundum quid cum quo compatitur simpliciter odio haberi, & esse in peccato eodem modo respondet Diuu. Thom. 2. 2. quæst. 6. art. 2. ad 3. de habente fidem, & spem informem. Similiter 1. part. quæst. 43. art. 3. ad. 4. dicit, quod quãdo mittitur Spiritus Sanctus in animam per gratiam iustificantem mittitur, simpliciter, quando vero per gratias gratis datas, quæ etiam peccatoribus communicantur mittitur secundum quid, & imperfecte sed qualiter sit probabilius, cum gratia etiam in esse qualitatis peccatum non compati infra dicetur. Si autem quæras in præsenti: vtrum è contra possit contingere, quod homo diligat Deum, & perfecte cõteratur de peccatis, & tamen odio habeatur à Deo, & maneat in peccato. Respondetur hoc esse impossibile, nam non potest diligere, & conteri sine specialissimo auxilio, & fauore Dei, quod non fit, nisi hominem diligendo. Item perfecta contritio remouet voluntatem à creatura in qua erat situs vltimus finis per peccatum non ergo potest stare peccatum adhærens creaturæ, tanquam vltimo fini cum contritione remouente ab illa. Vnde necessario contritio præsupponit gratiã, & à Deo esse dilectum.

3. Solutio vera.

D. Thom

Dub.

Resp.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum a principio respondetur, quod (vt patet ex dictis) gratia duo dicit alterum intrinsecum in quantum qualitas inhærens, alterum vero ab extrinseco, per quod perficitur in esse gratia scilicet fauorem, & dilectionem Dei, &c. Hæc ergo est diferentia inter accidentia, quæ pure considerantur ex parte subiecti, & illa quæ ab extrinseco habent dependentiam, vel complementum, quod efectus priorum non potest augeri ipso accidente intrinseco nõ augmentato. Posteriora vero, qualitate intrinseca inuariata augeri possunt per mutationem illius extrinseci a quo dependent. Exemplum sit in similitudine, quæ per mutationem alicuius extremi potest esse maior, albedine inuariata, & extensio in ordine ad locum potest esse, maior in rare factione, sine augmento quantitatis. Similiter in præsenti inuariata gratia in esse qualitatis per maiorem fauorem, & acceptationem ad maiorem gloriam dandam suo tempore potest augeri in esse gratiæ. Ad illud autẽ, quod esse gratum est efectus formalis: ergo non potest crescere non augmentata forma. Respondetur, quod efectus primarius gratiæ, quod est facere consortem diuinæ naturæ augeri non potest, sine augmento qualitatis gratiæ, quia huiusmodi efectus non sumitur ex ordine ad extrinsecũ, efectus tamen secundarius, qui est esse gratũ cum sumatur partim ab extrinseco bene potest, &c. Verum est tamen, quod cum non solum sumatur ab extrinseco præsupponit qualitatem intrinsecam, sine qua talis efectus non esset (sicut modo est) qualitate tamen præsupposita, sine illius mutatione augeri potest, vt patet in similitudine, quæ albedine non posita similitudo nõ esset, posita tamẽ albedine, sine illius augmento augeri potest similitudo, vnde talis efectus supponit formam quantum ad esse, sed non augmentum formæ ad augmentum sui. Et si contra facias arg. quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis: ergo si potest esse magis gratus, sine qualitate maiori gratiæ poterit esse gratus absolute, sine qualitate, & consequenter non est cõnaturalis efectus eius. Respondetur, bene stare ex natura rei non posse esse gratitudinem, sine gratia, & tamen esse nouam gratitudinem, sine noua gratia, quia gratia noua non est, nisi per actum super excedentem gratiam priorẽ cũ a proportione minoris in equalitatis non fit actio, potest tamen esse noua gratitudo sine noua gratia, noua in quã gratitudo prouenies ab extrinseca acceptatione, licet non noua ab intrinseco gratiæ desumpta. Exemplum sit in calido calefaciente, non enim stat calidum aplicari calefactibili, & non producere absolute calorem. Sta autem quod aplicetur nouũ

Obiectio

Solutio.

callidum

callidum nullum calorem producens, si sit (verbi gratia) minoris virtutis quam præcedens. Similiter in præsenti, non sufficit adueniat, quæcumque gratitudo sed si precedens erat, vt quatuor superueniens debet esse, vt quinque, vt per ipsam præexistens qualitas intendatur, alias intensio nõ fiet, licet gratitudo quantũ ad extrinsecã acceptationem augeatur.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur quod si gratitudo esset efectus primarius, non posset à Deo separari, vt probat arg. nos autem (vt dictum est) non ponimus gratitudinem, nisi vt efectum secundarium quapropter licet connaturaliter ex gratia sequatur à Deo per suam potentiam poterit separari

Ad 3. arg. Ad tertium arg. Respondetur, aliter esse bonum per virtutes atque per gratiã per virtutes quidem, vt per principium operandi per gratiam autem, vt per formã essendi. Quapropter gratitudo gratiæ correspondet connaturaliter, vt gratiæ. Ad illud autem, quod perfectum sumitur ex accidentalibus. Respondetur, intelligendum esse completiue, non autem essentialiter essẽtialis enim perfectio à forma cõstitutiua desumitur.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur, probare posse Deum de potentia absoluta separare gratitudinem à gratia, non autem inde probatur non correspondere illi cõnaturaliter, vt efectus secundarius (vt dictũ est.)

Ad 5. arg. Ad vltimum Respondetur, quod esse visum, quod est à visione est aliquid extrinsecum, vt autem est a calore est aliquid intrinsecum (vt dictum est) similiter ergo in gratia esse gratum, vt se tenet ex parte acceptationis diuinæ est, quædam denominatio extrinseca, cum autem simul importet formam inhærentem (vt dictũ est) ex hac parte aliquid intrinsecum gratiæ correspondens importat. Ad confirmationem Respondetur, quod si Christus Dominus non habet gratiam habitualem haberet gratitudinem alterius rationis, non autem quam dicimus connaturaliter gratiæ habituali correspondere.

Ad 1. arg. 2. Sent. Ad argumenta secundæ sententiæ, quatenus intendunt gratitudinem à Deo intrinsecam esse gratiæ, vt nec per potentiam Dei separari posset ab illa. Respondetur quidem ad primum arg. quod in sacra scriptura miscetur gratitudo, cum esse gratiæ, & indiferenter loquitur de vtroque, propter conexionem, & dependentiam connaturalem, non autem quia a Deo per suam potentiam inseparabilia sint.

Ad 2. arg. Ad secundum patet ex dictis gratitudinem esse efectum formalem, secundarium. Quapropter separari potest. Vnde ad secundam probationem anteceden tis. Respondetur, non sic se habere esse gratum respectu gratiæ, sicut esse dilectorem, vel fortem respectu charitatis, & fortitudinis, nam esse dilectorem, vel fortem sunt efectus primarij, & consequenter inseparabiles, & licet in voce videatur esse idem, est quia ab alio nomen imponitur, & aliud nomen significat impositum est nomen gratiæ à gratitudine, non tamen significat formaliter, nisi formam participantem esse diuinum ex quo secundario gratitudo consequitur. Ad confirmatio *Conf.* nem respondetur, quod etiam secluſa gratia per potentiam absolutam intelligi potest esse gratum per esse dilectũ, & acceptum ad gloriam. Ad impugnationem autem respondetur, quod licet quis, non possit diligi naturaliter, cum talis dilectio producat aliquid intrinsecum naturale. etiam per potentiam absolutam potest tamen diligi supernaturaliter suspendendo virtutem productiuam alicuius supernaturalis inhærentis in dilecto ratione quedis criminis est, nãsi dilectio naturalis, nõ produceret aliquid terminaretur ad nihil quod implicat esse amabile, semel tamen posita entitate naturali potest supernaturaliter diligi, sine alicuius supernaturalis productione, quia iam inteligitur amabile, quod licet non conaturaliter ex bene placito, tamen De. etiam si proportio non seruetur ab extrinseca ordinatione in supernaturalẽ finẽ dirigi posset nec est incidere in solutionẽ supra impugnatã nam in alio sensu, ibi explicato impugnauimus illam.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, quod esse gratum est eleuari ad statum supernaturalem, sed hoc fieri potest dupliciter per formam intrinsecam, vt modo est, vel per extrinsecam ordinationem tantum (vt etiam iam est dictum) etiam si in eleuato nihil producatur.

Articul. III.

Vtrùm gratia sit idem, quod virtus?

Conclusio D. Thom. est, gratia non est

est idem, quod virtus, sed ab illa distinguitur non solum ratione, sed realiter.

Dubium est.

Vtrũ cõclusio D. Th. sit vera?

Refeitur 1. Sent. Henr.

IN primis ergo reijcienda est sententia Henrrici, quodl. 4. q. 10. quod gratia sit omnes virtutes Theologicæ simul, sicut pulchritudo non est aliquid distinctum a proportione membrorũ. Hęc enim est improbabilis, si enim fides spes, & charitas inter se realiter distinguntur quomodo gratia potest illis identificari? Item si ex illis gratia resultaret deberet esse altera se habente, vt materia, altera vero, vt forma, aliter enim vnũ ex tribus resultare nõ potest, nisi esset per accidẽs, nõ autẽ potest assignari, quę enim materia quæ vero forma: ergo chimericũ est asserũ ei?. Itẽ prædictæ virtutes sunt in diuersis potentijs, fides in intellectu, spes & charitas in voluntate: ergo si identificatur, cum fide in intellectu, quo modo potest identificari, cum existentibus in voluntate, quæ est aliud subiectum, & si idẽ tificatur, cum existentibus in voluntate quomodo identificabitur cum existentibus in intellectu propter eandẽ rationẽ.

1. Sent. Magister. Marsil. Durand. Ricard. Maior. Gabr. Soos. Henrr. Vega. Belar.

Secunda ergo sententia est aliorum, quos hic refert Zumel, inter quos est Magister, in 2. dist. 26. cap. 3. Marsil. quęst. 17. Duran. eadem dist. quæst. 1. Ricard. art. vnico, quęst. 1. & 4. Maior, quęst. 1. Gabri. quæst. vnica, Scot. dist. 27. quæstion. 1. Henr. quodli. 4. quæst. 10. Vega. 7. de iustificatione, cap. 25. & 26. & 27. Belarm. tom. 3. lib. 1. de grat. & libe. arb. cap. 6. isti enim tenent gratiam esse idem realiter, quod charitas, & solum ratione, vel formaliter habere distinctionem, dicitur enim gratia quatenus dat esse diuinum, charitas autem quatenus est principium operandi opera supernaturalia. Hæc sententia probatur primo, ex Triden. sessio. 6. cap. 7. vbi dicitur in iustificatione, cum remissione peccatorum tria simul infussa accipit homo, fidẽ spẽ, & charitatem, vbi nulla fit mentio gratiæ: ergo vel insufficienter enumerãtur, vel gratia conuertitur, cum aliqua illarum virtutum, & non cum alia, nisi cum charitate.

1. Arg.

2. Arg.

Secundo arg. si propter aliquam rationem gratia distingueretur a charitate maxime propter rationem Diu. Thom. quia sicut in naturalibus ad virtutes naturales supponitur natura, ita in supernaturalibus ad virtutes supernaturales supponitur esse supernaturale, quod est per gratiam, quod insinuatur in diffinitione virtutis, quæ est dispositio perfecti supponitur enim ad virtutem esse perfectũ, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur min. primo, nam potest explicari quod virtus sit dispositio perfecti in sensu formali, quia per virtutem fit perfectum, non autem quod ad virtutem supponatur perfectum: ergo illa ratio est insufficiens. Secundo prob. min. quia licet in naturalibus currat hæc ratio, quia si ad virtutem naturalem non supponeretur natura, nõ esset subiectum virtutis, non tamen currit in virtute supernaturali, quia etiam non posita gratia potest assignari subiectum (v. g.) charitatis scilicet ipsa natura quæ immediate per charitatem eleuetur: ergo, &c. Tertio prob. eadem mi. nam fides & spes, quæ sunt virtutes supernaturales manent in peccatore, sine gratia: ergo similiter posset charitas. sine gratia in iusto, & sicut illę, ita ista immediate in natura subiectari. Quarto prob. quia in initio iustificationis prius natura sunt fides spes, & charitas, quam gratia cum sint dispositiones ad ipsam: ergo huiusmodi virtutes non necessario supponunt gratiã, vt sint in subiecto, sed immediate subiectabuntur in natura. Quinto prob. quia hæc est natura formæ accidentalis, quod tribuat esse in suo genere: & simul sit principium operandi, vt patet in calore, qui dat esse calidum, & est principium calefaciendi, & virtutes adquisitæ dant esse morale, & sunt principium operãdi: ergo cum esse gratiæ sit accidẽtale poterit prouenire a forma, quæ simul sit principium operandi qualis est charitas, imò in supernaturalib⁹, idẽ reperitur, gratia enim Sacramentalis dat esse supernaturale, & est principium effectus Sacramentalis, & gratia Christi dat esse diuinum & simul influit in membra: ergo similiter in gratia iustificante poterit contingere, quod det esse diuinum, & simul sit principium operandi, & vtrumque habebit charitas: ergo, &c.

3. Arg.

Tertio arguitur, omnia quæ in sacra Scriptura dicuntur de gratia conueniunt charitati, & è cõuerso: ergo gratia & charitas omnino sunt idem. Antecedẽs probatur, nam sicut gratiæ tribuitur cõmunicare esse diuinum, iuxta illud 2. Corint. 15. Gratia Dei sum id quod sum, similiter charitati, iuxta illud 1. Corint. 13. Charitatem autem nõ habxero, nihil

sum,& si gratiæ tribuitur esse formam iustificationis,& virtutum,& vitam animę, ita similiter dicitur de charitate, vt patet ex Diuu.Augustin,lib.de moribus Ecclesiæ,cap.12.& 13,inquit enim,quod charitas est iustitia,qua sanctificamur,& viuimus Deo,& sicut de gratia dicitur facere filios Dei,sic de charitate,vt docet Augustin.15.de Trinit.c.18.vbi inquit, quod charitas distinguit inter filios Dei, & inter filios Gehennæ,& sicut de gratia dicitur,quod facit homines gratos,& dilectos Dei,ita similiter charitas constituit mutuam amicitiam ratione,cuius non solum sumus dilectores,sed etiã dilecti Dei, iuxta illud Ioan.14.si quis diligit me diligetur à Patre meo,& sicut charitati tribuitur operari:ita gratiæ, iuxta illud Paul. Plus omnibus laborabi non ego,sed gratia Dei mecum,& sicut de charitate dicitur,quod per ipsam Deum diligamus,ita de gratia,vt patet ex Diuu.Thom.3.cõtra Gent.cap.151. vbi dicit, quod per gratiam constituitur in nobis dilectio Dei.Idemasserit Diuu.Amb.lib.offitio. cap.7.vbi dicit gratiam esse charitatem, qua aliosdiligimus.Confirmatur,nam seclusis omnibus alijs si maneat charitas erit gratus aceptus Deo,& amicus eius: ergo superflue ponitur alia entitas, quæ sit gratia si per primam omnia ista fiunt, patet anteced.ex Diuu.Them.2.2.quæstion.23.art.1.vbi ait quod charitas facit mutuam amicitiam inter hominem,& Deum.

4. *Arg.* Quarto arg.si gratia,& charitas realiter distinguntur sequitur posse vnum ab altero separari consequens est falsum ergo,sequela patet,nam ex duobus entibus realiter distinctis potest Deus vnum ab altero separare,minor probatur,nam si separaretur gratia a charitate,tunc esset homo aceptus ad vitam æternam, & non esset aceptus ad illam, esset quidem aceptus,nam vita æterna charitati correspondet,& promittitur,non autem esset aceptus nà gratia ex propria ratione est aceptatio ad vitam æternam illa ergo deficiente,quo modo intelligetur aceptus?

5. *Arg.* Quinto arg.nam posita distinctione reali inter gratiam,& charitatem non poterit dici,quæ nam illorum sit excellentior:ergo non debet poni talis distinctio, antecedens prob.nam si dicas,quod gratia est perfectior,contra est Apost.1.Corint.13.vbi enumerans excellentissima dona supernaturalia inquit. Maior autẽ horum est charitas,idemque asserit Augustin.15.de Trinit.cap.18.& D.Bernar.serm.18.super Cant.circa finem dicit solum Deum esse maiorem charitate. Si autem dicas charitatem esse excellentiorem contra est Apost. 1. Corint.15. gratia Dei sum id quod sum, vbi gratiæ tribuit totum esse supernaturale velut radici,in quo maxima eius excellentia cõmendatur.Alia argumenta,vide in Diu. Thom.quæst.27.de verit.art.2.

Pro intelligentia huius quæstionis notandum primo,quod licet in Deo omnino sint idem essentia.& attributa, non solum realiter,sed etiam formaliter,nihilominus nostro modo intelligẽdi in Deo duo considerantur,alterum per modum essentiæ,& substantiæ,vt esse Deum vnum,& trinum,& per suam essentiã existens.Alterum vero per modum passionis,& atributi,quasi accidentali,vt esse bonum verum,&c.gratia ergo est formalis participatio essentiæ,& illius quod se habet,ut substantia attributorum autem est participatio solum radicaliter, virtutes vero quæ est gratia consequuntur participãt formaliter attributa.quæ per gratiam solum radicaliter participabantur, ex quo sequitur,quod licet gratia formaliter sit accidens iudicandum est de illa, sicut de forma substantiali,cum sit substãtiæ formalis participatio, de virtutibus autem consequentibus gratiam iudicandum est,sicut de accidentibus, cum sint participatio eorum,quæ velut accidentia se habent in Deo. 1.*Not.*

Secundo præsupponendum est gratiam nullo modo identificari,cum fide,& spe,cum sit de fide ex Trid.sess.6.cap.15. & can.27.quod maneat fides, & spes in peccatore amissa gratia,& similiter cum in patria,non maneat fides,& spes,iuxta illud Paul.euacuabitur,quod ex parte est,& rursus,quod videt quis quid sperat? Et tamen in patria manet gratia,non ergo possunt esse idem:restat ergo difficultas de charitate. 2.*Not.* *Con. Trid.*

Conclusio sit,gratia & charitas non solum formaliter,sed etiam realiter, tanquam res a re inter se distinguuntur. Hæc conclusio est Diu.Thom.hic & 3.contra gent.loco citato,& q.27.de verit.ar. 2.& in 2.dist.26.q.1. art.4. & ibidem Egid.Dio.Cartusi.Capreol.D.Bonau. & etiam q.5.& in 3.distinct.27.artic.1, quæstiun.3.& 4.Alber.mag.2.parte summæ tract.16.q.101.memb.3.& 2.dist. 26.art.11.& artic.13.vbi ait, quod primam sententiam sequuntur multi, quorum. *Concl.* *D. Thom.* *Egidine.* *Dion. Carr.* *Capreo.* *D.Bona* *Alber.*

rum multitudo, non penetrat perspicaciter veritatem, sed hæc secunda sententia
Alensis, est quorundam magnorum, Alensis, 3. p. quæstion. 69. membr. 2. art. 4., Thomas
Argentina de Argentina, quæstion. vnica art. 2. Ca-
Caiet. ietan. hic, Ferrar. vbi supra, Soto, 2. de na-
Ferrar. tur. & gratia, capit. 27. & est communis
Soto. Thomistarum, sic Suarez, lib. 6. cap. 12.
Suarez. Zumel, & Curiel, hic dub. 1. Velarm. dis-
Zumel. putation. 8. quæstion. 2. Pere. tom. 2. &
Curiel. 3. Vazquez autem, & Lorca etiam, tan-
Belar. quam probabilem defendunt. Probatur primo: in sacra Scriptura in Concilijs, & Doctoribus Sanctis semper loquitur de gratia, & charitate, vt de rebus realiter distinctis: ergo. Probatur antecedens,
1. Cor. 13. quoad primam partem, 1. Corint. 13. gratia Domini nostri Iesu Christi, & cha-
1. Thim. 1 ritas Dei, & primæ ad Thimo. 1. superabundabit autem gratia, cum fide, & dilectione. Secunda pars antecedētis probatur ex Concil. Vienen. vt refertur Clementina vnica, & summa Trinit. & fide Chatolica, vbi habetur, quod gratia, & virtutes infunduntur in baptismo conditi: inguens
Con. Trid. gratiam à virtutibus, & Triden. Sessio. 6 can. 3. habetur hominem, sine Dei adiutorio, non posse credere sperare, & diligere, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur, & can. 11. dicitur homines nō iustificari seclusa gratia, & charitate. Tertia pars probatur, ex Diuu. Augustin. libr.
D. Aug. de bono perseuerantiæ, cap. 14. & 16. &
D. Dion. lib. de prædestinat. Sanctorum, cap. 2. & ex D. Dion. de Ecclesiast. hierar. capit. 2. ex quo desumpsit præsentem doctrinam, Diuu. Thom. vbi inquit, quod non habebit dilectionem Dei, qui prius non habuerit diuinam natiuitatem, & diuinum statū, quia quod non est nullum motum habere potest, ea enim solum quis agere potest, quæ substantiæ suę, & sui status sunt. Qua
Contra Vaz- propter Vazquez hic disputatio. 198, ca-
quez, Lor- pit. 3. & Lorca, disputatio. 16. & Curiel
ca, Curiel. frustra connantur probare, quod licet sententia Diuu. Thom. sit probabilis non tamen habet fundamentum in sacra Scriptura, & Concilijs, & Doctoribus Sanctis, quantumcumque enim conentur soluere loca allata semper retinent vires, vt hanc sententiam probabiliorem reddant. Secundo probatur ratione, quæ colligitur ex D. Thom. quæstio. 27. de verit. art. 2. & 3. & ex notabili primo posito, in naturalibus, sic res se habēt, quod forma substantialis præsuponitur, & realiter distinguitura potentijs operatiuis illius cū nulla substantia creata per se inmediate ipsa sit operatiua, vt patet in anima, & intellectu, vt late ostendit Diuu. Thom. 1. part. quæstion. *D. Thom.* 77. artic. 6. sed insupernaturalibus loquendum est proportionabiliter ad naturalia: ergo cum gratia habeat se per modum formæ substantialis, charitas autem & reliqui virtutes habeant se velut potentiæ operatiuæ, dicēdum est inter gratiam, & charitatem esse realem distinctionem. Tertio probatur, & confirmatur præcedens ratione Diuu. Thom. hic, quæ bene *D. Thom.* intellecta habet in hunc modum, nulla forma dans principium esse in aliquo genere potest esse inmediatum principium operationis, cum operatio supponat principium esse illius generis, sed gratia est forma dans principium esse in genere supernaturali: ergo non potest esse principium inmediatum operationis illius generis, sed hoc per alias formas, scilicet per virtutes debet facere. Confirmatur, quia virtutes infusæ debent comparari ad gratiam in supernaturalibus, sicut virtutes adquisitæ comparantur à phylosophis ad lumen rationis in naturalibus, sed virtutes adquisitæ oriuntur à lumine rationis, tanquam a radice aqua realiter distinguntur, licet sine illa esse, non possint: ergo idem dicendum est de virtutibus infusis respectu gratiæ, quod ab illa oriantur, vt à radice, & quod ab illa realiter distinguantur, licet sine gratia esse non possint in esse perfecto virtutis, nam de fide: patet quid sit dicendum. Quarto probatur conclusio ratione Diuu. Thom. loco etiam citato de *D. Thom.* veritate, nam ad consecutionem finis tria requiruntur natura proportionata fini, inclinatio ad ipsum, tandem motus, & tendentia, vt patet in lapide in quo est natura proportionata per formam, centro, grauitas, quæ habet rationem inclinationis, & motus descensus: ergo ad consecutionem vitæ eternæ, hæc tria requiruntur, motus per actus virtutum, inclinatio per charitatem, & natura proportionata tali fini, quod non fit, nisi per gratiam: si ergo in lapide forma, & grauitas realiter distinguntur, similiter in iusto gratia, & charitas, cum alterum se habeat, vt natura alterum, vt inclinatio. Si respondeatur, *Solutio.* hæc omnia probare distinctionem formalem, non autem realem, tanquam res à re. Contra arguitur, quoniam gratia ha- *Impug.* bet rationem formæ dantis esse, charitas vero potentiæ ad operandum, sed actus, & potentia, non possunt esse, idem realiter ergo. Probatur minor, quoniam hac ratione probat Diuu. Thom. 1. part.

quæstion. 54. art. 3. & quæst. 77. artic. 1. materiam, & formam essentiam, & passiones realem, tanquam res à re habere distinctionem. Vbi videndus est Caietan. qui eleganter ostendit qualiter licet ex negatione identitatis formalis, non sequatur distinctio realis, tanquam res à re, optimè tamen sequitur ex oppositione formali rei ad rem inter actum constituentem, & potentiam operandi. Vltimo probatur, quia gratia Christi fuit infinita, non vero charitas, vt dicitur, 3. part. quæstion. 7. ergo non sunt idem, nam finitum, & infinitum identificari non possunt. Confirmatur, quia per quemlibet actum augetur gratia, non tamen charitas, quia à proportione minoris in æqualitatis, non augetur habitus, vt dicitur, 2. 2. quæstion. 24, ergo non sunt idem, quia de eodem non verificari potest, quod simul augeatur, & non augeatur.

Vide Cai.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum à principio respondetur, ex loco Concilij, potius probare nostram conclusionem, nam nomine remissionis peccatorum intelligitur, quia (vt dicitur infra quæstion. 113. artic. 2.) remissio peccatorum, sine gratia non fit.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum negatur minor, ad primam probationem dicitur non posse sic explicari diffinitionem virtutis, quia commentator, vt communiter omnes philosophi, & vt Diu. Thom. hic explicat, quod virtus sit dispositio perfecti, secundum naturam adoptimum, quod fit secundum virtutem. Vnde natura perfecta virtuti supponitur. Ad secundam probationem respondetur, eodem modo procedere rationem Diuu. Thom. in supernaturalibus, sicut in naturalibus: si enim ad virtutes naturales primo supponitur natura, vt subiectum illarum, ita in supernaturalibus ad virtutes supernaturales supponitur natura supernaturalis, quæ est gratia, nec potest assignari pro subiecto natura, sine gratia, quia subiectum debet esse eiusdem ordinis, cum forma recepta, natura autem non est in ordine supernaturali, nisi per gratiam, vt possit esse subiectum virtutum supernaturalium. Ad tertiam probationem respondetur, quod fides informis non est simpliciter virtus, quia licet sit essentialiter, non tamen perfecte talis, vt dicitur 2. 2. quæstion. 4. art. 5. ad 3. quia licet habeat quod requiritur ex parte intellectus, non tamen habet simpliciter, & perfecte, quod requiritur ex parte voluntatis aqua essentialem habet dependentiam, de quo Diu. Thom. 2. 2. quæstion. 4. artic. 5. incorp. & ad 3. procedit ergo ratio Diuu. Thom. in præsenti de virtutibus supernaturalibus in esse perfecto virtutum, charitas autem in formis, & imperfecta esse, non potest, sed necessario perfecta, vnde sine gratia non est, & ratio huius discriminis est, nam hæc differentia versatur inter dispositiones proximas, & remotas, quod illæ, sine forma esse possunt illæ vero minime, vt patet ex physicis, fides autem dispositio est remota charitas autem proxima. Quapropter illa esse potest, sine gratia ista vero minime, verum est, quod fides, sicut ex natura sua poscit esse vitam, ita ex natura sua habet ex gratia dimanare concommitantiamque illius exposcit, & sine illa, quasi orbata manet, de quo 2. 2. quæstion. 6. articul. 2. & Ferrarien. 3. contra Gentes, cap. 153. Nec valet argumentum Scot. quod si gratia taliter est radix virtutum in esse virtutis, quod etiam fides habeat ex illa dimanare, quod etiam in patria maneret fides. Non inquam valet, quia fides habet dimanare ex gratia, non consumata in patria autem, cum sit consumata minime, sicut flos habet ex planta, non perfecta erumpere planta autem perfecte non florem, sed fructum habet producere. Quapropter in patria gratia consumata non fidem, sed visionem, nec spem, sed comprehensionem habet producere. Ad quartam probationem respondetur, illam præcedere gratiam in genere causæ dispositiuæ, & materialis in genere tamen efficientis, & formalis subsequuntur ad gratiam. Quapropter simpliciter, & absolute dicendum est gratiam præcedere, & ab illa reliqua omnia dependentiam habere. Ad quintam probationem respondetur, formas accidentales posse esse principium operandi, & essendi in sua specie, quoniam illud esse, non est principium in genere naturæ, cum ad ipsum supponatur esse substantiale à quo dimanat, in supernaturalibus autem principium esse est per gratiam. Vnde nulla forma potest esse principium operandi, & essendi in sua specie, nisi principium esse gratiæ supponatur, quod sic se habet, sicut esse substantiale in naturalibus à quo velut distincto totum esse subsequens habet ortum, & originem. Quapropter si attritio vel actus fidei informis sunt, sine gratia, & gratiæ gratis datæ. ideò est, quia operatio perfecta suponit essentiam proportionatam imperfecta vero bene potest esse, sine illa, vt

D. Thom.

Obiectio. Scot.

Solutio.

calor

calor, vt quatuor, bene potest esse, sine forma ignis in aqua, non autem calor, vt octo, cum ergo attritio, vel actus fidei informis sint, quid imperfectum (vt dictum est) possunt esse, sine gratia, vt forma propria, quam connaturaliter respiciunt. Ad illud autem de virtutibus moralibus. Respondetur, supponere potentiam liberam, vt principium morale. Quapropter cum non dent principium esse in illo genere possunt simul esse principium operandi. Ad illud autem de gratia Sacramentali. Respondetur, nihil superaddere super gratiam iustificantem, & communiter dictam, nisi actuale auxilium ad determinatos effectus Sacramentorum, cum ergo gratia Sacramentalis, formaliter sumpta pro auxilio supponat esse in illo genere per gratiam communiter dicta, bene potest esse principium operandi. Ad illud autem de gratia Christi. Respondetur, gratiam vnionis radicaliter, & inmediate facere Christum Deo gratum, & in nobis causare iustificationem, loquendo autem de gratia habituali, non habet influxum physicum inordine ad nostram iustificationem, saltem vt causa principalis, sed tantum est causa moralis, hoc autem non repugnat, respectu autem propriarum operationum, cuius debet principium physicum assignari, non inmediate per gratiam, sed per virtutes ex gratia dimanantes, etiam Christus concurrit.

Ad 3. ar. Ad tertium respondetur, quod propter concommitantiam inseparabilem, quã de facto habent gratia, & charitas, & quia gratia continet radicaliter charitatem, & charitas inuiuit in se excellentiam gratiæ. propterea sine aliqua discretione, quæ sunt propria vnius affirmantur de altera, & è conuerso. Et præcipue generaliter actus omnium virtutum gratiæ tribuuntur, tanquam radici, & essentiæ aquæ virtutes dimanant, sicut & anima dicitur principium motus sentiendi, etiam licet id non faciat, nisi medijs potentijs, quatenus potentiæ in anima velut in radice, & essentia continentur. Si autem sumantur secundum, sibi propria, prout adinuicem distinguntur, aliter loquendum est de vna, atque de altera. Vnde ad primam probationem antecedentis dicitur, quod gratia est, quæ dat esse, charitas autem nequaquam, sed operari. itaque gratia facit esse Deum participatiue, charitas vero facit, nos diligere Deum. De quo vide Diuu. Thom. & Ferr. 3. contra Gentes, cap. 51. Similiter dicitur, quod gratia aliter est forma virtutum, atque charitas, gratia quidem est forma prima dignificans charitas vero dicitur forma ex parte finis, quatenus dirigit actus omnium virtutum in finem vltimum: Similiter gratia, aliter distinguit inter filios Dei, & gehennæ, atque charitas. Gratia quidem secundum esse charitas autem, secundum operationem, similiter gratia aliter facit Deo gratos, atque charitas, gratia quidem facit Deum diligere nos, charitas vero, quod nos diligamus Deum. Si autem Diuu. Thom. inquit charitatem esse mutuam amicitiam est quatenus charitas supponit gratiam, non autem ex proprijs, quæ sibi conueniunt, & sic intelligitur, etiam locus Ioann. quod qui diligit diligitur, vtique quia cum charitate gratia concommitatur. Similiter aliter habet gratia, atque charitas operari. gratia quidem radicaliter charitas vero, vt inmediatum principium. Similiter, quando Diuu. Thom. inquit, quod per gratiam Deum diligimus intelligitur radicaliter. *Ad conf.* Ad confirmationem respondetur, quod si gratia separaretur à charitate sola charitate manente, homo non esset gratus intrinsice, quia hoc fit per gratiam, sed tantum extrinsice.

Thom. & Ferr.

Ad quartum respondetur, illam maximam scotiticam, non esse infalibilem, *Ad 4. arg.* multa enim sunt, quæ realiter distinguntur. quæ tamen ad inuicem separari non possunt, sed necessariam ad inuicem habent dependentiam, vt patet in materia prima, & forma, sic ergo posset dici gratiam, & charitatem, necessariam adinuicem habere dependentiam, licet realiter distinguantur. Melius tamen dicitur, vt *2. Solutio. D. Thom.* colligitur ex Diuu. Thom. artic. 4. sequenti ad quartum, de potentia absoluta separari posse. Tunc ergo respondet Capreolus, quod si gratia esset, sine charitate, vel charitas, sine gratia ille homo, nec saluaretur, nec condemnaretur, sed illo Deus disponeret alia via, sicut vellet. Aliter tamen potest responderi, quod si haberet gratiam, sine charitate obtineret beatitudinem essentialem, vtique claram Dei visionem correspondentem gratiæ, non autem haberet beatitudinem perfectam, quia non haberet amorem, vel fruitionem correspondentem charitati. Si autem haberet charitatem, & non gratiam non haberet beatitudinem, quia fruitio nõ habetur, sine visione nec visio, sine gratia. Si autem fruitio charitati

Vide Diuu.

ritati correspondet est suppositā visione correspondente gratiæ, hac ergo ablata totum cessat. Vel aliter respōdetur, quod licet, quis cum charitate solum saluaretur non inde sequitur gratiam esse superfluam illud enim ex Dei potentia absoluta, de facto tamen, vt connaturaliter, hoc fiat gratia requiritur, sicut si Deus faceret calidum, sine forma ignis calefaceret, sicut ignis calefacit, non tamen inde sequitur formam ignis esse superfluam, vel a calore ignis non distinctam, ex natura enim rei talis forma realiter distincta requiritur, vt radix licet calor sit proximum principiū calefaciendi.

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respondetur, ex D. Thom. in 3. distinct. 27. quæst. 2. artic. 4. quæstion. 3. ad secundum, quod gratia simpliciter, & absolute est excellentior, quā charitas cum gratia sit radix charitatis, & quia (vt dictum est) gratia est quasi forma substantialis charitas vero accidentalis ex illa exorta, imò gratia ex suo genere est substantialis, licet per accidens in nobis fiat accidentalis, quantum ad esse subiecti. Quando autem in sacra Scriptura, vel Doctoribus sanctis dicitur charitatem esse præstantissimam nomine charitatis intelligunt, etiam ipsam gratiam, propter inseparabilitatem (vt dictum est) vel loquuntur comparatiue de charitate ad reliquas virtutes infusas inter quas, siue dubio præstantissima est charitas, cum omnium sit forma, explicatio colligitur, ex ipso contextu Diui. Pauli, vbi tantum comparabit charitatem cum fide, profetia, dono linguarum, pietate, &c. non autem meminit gratiæ in tali comparatione.

Art. IV.

Vtrùm gratia sit in essentia animæ, tanquam in subiecto?

Conclusio est affirmatiua.

Dubium est.

Vtrùm conclusio Diui. Thom. sit vera?

1. Arg. Probatur, quod non primo, si propter aliquam rationem gratia non esset in potentijs, maxime, quia non est qualitas operatiua, quæ autem in potentijs ponuntur ad operationem conducunt, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia supra quæst. 82. art. 1. videtur docere peccatum originale subiectari in voluntate, cum tamen non sit qualitas operatiua.

2. Arg. Secundo arg. gratia est idem, quod gloria, sed gloria pertinet ad potentiam: ergo & gratia. Maior probatur, ex communi dicto, quod gloria est gratia consumata. Tum etiam, quia sic asseritur à Diu. Thom. quæst. sequen. art. 3. ad 2. & in 2. 2. quæst. 24. art. 3. ad 2. vbi expressè ait gratiam, & gloriam ad idem genus pertinere, & in 3. dist. 13. quæst. 1. art. 1. ad vltim. dicit, quod gratia consumata in anima est, idem, quod gloria. Minor vero habetur, supra quæst. 3. art. 4. siue secundum Diuu. Thom. in intellectu, siue secundū Scotum in voluntate. Confirmatur, *Conf.* gratia saltem est dispositio ad gloriam, cum gloria iusta mensuram gratiæ conferatur, siquidem gratia est semen, & aceptatio ad gloriam: ergo debet poni in eodem subiecto, atque gloria, dispositio enim in subiecto formæ debet poni. cum ergo gloria ponatur in potentia similiter, & gratia.

3. Arg. Tertio arg. si gratia subiectaretur in essentia animæ prius redundaret in intellectum, quam in voluntatem, cum intellectus immediatius dimanet, sed hoc est falsum: ergo. Probatur minor, nam actio intellectus non intelligitur grata, meritoria, vel bona nisi præsupponatur prius concursus voluntatis, ablata enim voluntate, etiam si maneret intellectus, nulla esset actio meritoria.

4. Arg. Quarto arg. gratia est habitus bonus: ergo in potentia. patet consequentia, nam habitus respiciunt potentiam, tanquā proprium subiectum.

5. Arg. Quinto arg. virtutes dimanant ex gratia: ergo non est gratia in essentia animæ virtutesque in potentia. Probatur consequentia, potentia distinguitur realiter ab anima, sicut à subiecto, in subiectum realiter distinctum talis dimanatio esse non potest. *Conf.* Confirmatur, nam hæc est differentia inter actionem, & naturalem resultantiam, quod actio potest esse in aliud subiectum realiter distinctum, resultantia vero, vel dimanatio, non nisi in eodem: ergo si virtus dimanat à gratia non potest altera in anima, altera vero in potentia, quæ realiter distinguuntur collocari.

Sexto

6. Arg. Sexto arg. peccatum opponitur contrarie, & phisice gratiæ, sed peccatum subiectatur in potentia, vt habetur supra quæstio. 74. ergo & gratia. Maior est Diuu. Thom. 3, part. quæst. 80. art. 2. consequētia vero probatur, nam contraria in eodē subiecto debent esse.

Sent. Ocam. Sent. Scot. In hac difficultate, qui tenent essentiam, & potentias, nullo modo, nec realiter, nec formaliter distingui, vt Gabr. & Ocam, & alij art. citati, consequenter dicunt gratiam subiectari simul in essentia, & potentijs animæ. qui cum Scoto autem dicit formaliter distingui essentiam, & potentias ait gratiam subiectari per se in potentia à propriari, tamē animæ, ita vt hæc causalis sit, vera, quia anima est grata voluntas, & eius actus est gratus, negandum est tamen, quod gratia animæ inhæreat,

Scot. alior. Scotus vero ponens identitatem inter gratiam, & charitatem, sicut absolute ponitur charitas in voluntate, ita & gratia, sine apropriatione aliqua ad animam. Vnde potius causalis, ista est vera. quia voluntas est grata, & accepta, ideo anima est acepta, & grata, & generaliter. qui dicunt gratiā nō distingui à virtute consequenter debent dicere gratiam esse in potētia, sicut & virtus, qui vero inter gratiam, & virtutē realem assignant distinctionem vnanimiter tenent gratiam subiectari in anima virtutes vero in potentijs vno excepto solum, D. Bonauent. in 2, dist. 26. quæst. 5. vbi ait gratiam, & charitatem realiter distingui, vtramque tamen ponit in voluntate gratiā quidem ad eleuandum, & dignificādum, charitatem vero ad operandum, neque in hoc inuenit repugnantiam, cū gratia, & charitas sint formæ specie distinctę.

Not. Pro intelligentia notandum, quod in naturalibus anima (verbi gratia) licet sit principium vegetandi sentiendi, & operandi, vt dicitur secundo de anima, textu 24. & Diuu. Augustin. 11. de Trinit. cap. 2, hoc tamen non facit inmediate, sed mediantibus potentijs, nec tamen ideò est duplex actio, nec totalis, nec partialis altera, quæ correspondeat potentiæ, altera vero, quæ correspondeat formæ, sed eadem omnino est ab vtroque, à potentia quidē vt à principio proximo, à forma vero, vt à principio radicali constituenti in esse, quod præsupponitur ad operandum, quia vnumquodque in tantum operatur in quātum est in actu, cum ergo in supernaturalibus loquendum sit proportionabiliter ad naturalia, ita dicendum est, de gratia quod licet sit principium operandi meritorie, hoc tamen non facit, nisi media charitate, & virtutibus, quæ ad gratiam velut potentiæ comparantur. Quapropter idem opus meritorium ab vtroque procedit à charitate quidem, vt à principio proximo meriti, a gratia vero vt a radicali, siquidem est forma constituens in esse diuino, quod præsupponitur ad merendum iuxta illud Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Antecedenter enim ad dignitatem operis dixit esse dignitatem subiecti, quod fit per gratiam. Quapropter licet effectus primarius gratiæ sit dare esse diuinum, secundarius tamen est esse principium operandi meritorie per virtutes.

Conclusiō D. Thom. Conclusio ergo Diuu. Thom. verum habet, & omnino est tenenda. De qua etiam videatur quæstion. 27. de verit. articul. 6. & in 2. distin. 26. artic. 2. & 3. part. quæstion. 7. art. 2. incorp. & quæstion. 62. articul. 2. incorp. quem sequuntur omnes eius discipuli, & moderni citati articulo præcedenti tenentes gratiam distingui a charitate, Quæ probatur primo, gratia datur ad esse virtus, vero ad operandum: ergo virtus ponitur in potentia gratia vero in essentia animæ. Probatur consequentia, nam ad potentiam pertinet operari ad essentiam, vero constituere esse, vt ergo forma, & subiectum proportionentur virtus, quæ ordinatur ad operandum debet esse in potentia gratia vero, quæ datur ad esse inmediate in essentia animæ. Confirmatur, nam communiter dicitur a Doctoribus sanctis gratiam esse vitam animæ: ergo gratia est in animæ essentia, patet consequentia, namquia forma est vita corporis est in corpore. Secundo probatur, gratia supponitur ad virtutes: ergo subiectum gratiæ ad subiectum virtutum, sed subiectum virtutum sunt potentiæ: ergo subiectum gratiæ est anima, quæ ad potentias supponitur. Confirmatur, prius debet esse subiectum gratum, quam operationes intelligantur gratæ, iuxta illud, respexit Dominus ad Abel, &c. sed non potest intelligi qualiter gratitudo præcedat in subiecto, nisi per hoc, quod ponatur in anima præcedenti virtutem operatiuam animæ: ergo. Et forte hoc insinuat Apostol. ad Galat. quarto. Quoniam estis filij misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Aba pater, insinuat enim gratiam facientem filios Dei præcedere in anima: ex hoc autem subsequi charitatem Galat. 4.

in corde, quo est voluntas aqua dignificatur postulatio. Vnde causaliter ait, quoniam estis filij, &c. nam ex gratia incipit dignitas operationi communicata. Tertio probatur, prius debet intelligi aliquid constitutum per formam in esse, quam in esse agentis, & operantis, sed potentia per virtutem constituitur in esse agentis, & operantis: ergo ante potentiam, & virtutē debet præcedere gratia constituens in esse. Maior patet, nam operatio sequitur ad esse. Minor etiam, nam potentia, & virtus ad operandum datur, consequentia vero videtur bona. Quarto probatur, si gratia poneretur in voluntate, vt volebat D. Bonauent. (nam in alia potentia non potest apparenter poni) tunc sequeretur, quod virtutes existentes in intellectu non dimanarent ex gratia, hoc autem est falsum: ergo. Sequela probatur, nam voluntas, & quæ in voluntate sunt posterius se habent ad intellectum, & ea quę sunt in illo, prius autem à posteriori non potest dimanare. Quinto probatur, quę sunt in Deo per modum operationis participantur per potentias, quia istæ dantur ad operandum: ergo quod se habet in Deo per modum essendi, & naturæ participabitur immediate per formam, quæ datur ad esse. Antecedens probatur, nam quæ sunt sapientiæ participantur per intellectum, quæ vero bonitatis per voluntatem, &c. Vltimo probatur, macula peccati, & gratia immediate contrariantur sed macula peccati subiectatur immediate in anima, vt supra dicitur, quæst. 83. art. 2. ergo, & gratia, patet consequentia, nam contraria debent esse in eodē subiecto.

Ad primum argumentum à principio respondetur originale non subiectari in potentijs, sed immediate in essentia animę vt dicit Diu. Thom. supra quæst. 83. art. 2. & 3. Vnde hoc potius est argumentum pro nobis, sic enim se habet originale respectu posterorum Adā, sicut gratia Christi respectu fidelium vtrumque enim oritur, vt a capite, cum ergo macula deribetur ab Adam immediate in essentiam animæ, sic videtur esse dicendum de gratia Christi deribata in fideles. Secundo respondetur, quod cum originale non sit perfecte habitus, etiam si esset in potentia nō sequeretur esse principium operandi, gratia autem est habitus perfectissimus. Quapropter si esset in principio operatiuo qualis est potentia esset principium immediatum operandi, cum ergo ab omnibus concedatur gratiam non esse immediate operatiuam consequenter, neque in subiecto operatiuo qualis est potentia debet subiectari.

Ad 1. arg.

2. Solutio.

Ad secundum argumentum respondetur, quod gloria secundum D. Thom. supra quæst. 3. art. 2. consistit in actu visionis, gratia vero consistit in habitu (vt dictum est) non ergo possunt esse idem formaliter, nec realiter, quando ergo asseritur à Theologis gloriam esse gratiam consumatam intelligitur finaliter, & terminatiue: quatenus gratia perficitur, & consumatur in gloria, cum sit semen illius, & ad ipsam vt adterminū tendat. Secundo resp. quod in isto proloquio non sumitur gloria pro beatitudine actuali, sed habituali, hæc enim nihil aliud est, quam gratia perfecta, quatenus in termino indefectibiliter participat naturam diuinam, ex qua vt sic oritur lumen gloriæ, & visio beatifica in qua actualis beatitudo consistit, quod clarius dicitur gratia ex sua natura participat naturam Dei, hoc autem non fit perfecte, nisi in gloria, in qua omnibus modis perfecte coniungimur Deo hac ergo ratione gloria, secundum quod perfectā cognitionem importat gratia nominatur. Vel vltimo dicitur, quod non debet sumi gratia precise à perficientibus ipsam, sed pro vt includit lumen gloriæ, visionem, &c. quibus gratia perficitur, & ornatur, tunc idem sunt gloria, & gratia cōsumata, quia gratia consumata, & perfecta, sine gloria, non intelligitur. Ad conf. respondetur, nō requiri dispositionem esse in eodem subiecto partiali in quo est forma, sed sufficit esse in eodem subiecto totali, licet ergo gratia sit in anima gloria vero in potentia, bene potest esse gratia dispositio gloriæ.

Ad conf.

Ad 3. arg.

Ad tertium argumentum respondetur, quod si gratia consideretur secundum se conceditur prius redundare in intellectum, quam in voluntatem. Quapropter in statu beatifico prius ex gratia oritur lumē gloriæ pertinens ad intellectum, quā charitas pertinens ad voluntatem, in statu vero viæ per accidens ex imperfectione subiecti prius oritur charitas, & perficit voluntatē. quā intellectum ea. vel maxime quia etiā in via prius oritur fides, quā charitas, licet quātū ad vitā prius influat in charitatē à qua viuificatur fides. Vnde secundo melius respondetur, quod gratia quātū ad efectum primarium, quod est facere participem diuinæ naturæ prius redundat in intelectum, quantum ad efectum, autem secundarium, quod est facere gratum, & opus meritorium, & Deo placens prius perfi-

2. Solutio verior.

perficit voluntatem, quam intelectum, nã ratio gratitudinis, & meriti in opere non inteligitur, nisi vt à voluntate proueniẽs cuius ratio est nam esse opus meritorium est esse bonum, hoc autem non est, nisi ex parte voluntatis, actus enim intellectus (verbi gratia) ex propria ratione non habet, nisi esse verum esse vero bonum ex volũtate, quia vt dicitur 1. part. quæst. 77. artic. 7. Quantum ad rationem mouentis præcedit voluntas, licet secundum se præcedat intelectus ratio vero meriti pertinet ad exercitium operis. Vnde ex voluntate debet prouenire mouente omnes potẽtias ad operandum, & hac ratione intelD. Anselm. gendus est Diu. Anselm. cap. 3. de concept. Virg. asserens in sola voluntate esse iustificationem loquitur de iustitia vt nominat actum bonum, quia à sola voluntate omnis bonitas dimanat, & hac ratione supra quæst. 83. art. 3. dicitur originale primus inficere voluntatem, quam intelectum nam infectio eius est in malum, quod pertinet primo, & per se ad voluntatem, cum contrariorum eadem sit ratio. Ex quo sequitur, quod si per possibile, vel impossibile esset intellectus, & nõ volũtas in operibus intelectus non esset meritum, quia nõ esset ex quo proueniret proxime ratio boni.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respõdetur, quod vt patet ex D. Thom. supra quæst. 50. habitus operatibus non potest esse, nisi in potentia, quia substantia inmediate per se operari non potest habitus vero habens rationem dispositionis in ordine ad propriam naturam, vel in ordine ad naturam superiorem, vel constituens principium radicale operãdi in essẽtia inmediate subiectari potest, talis autem est gratia (vt dictum est.)

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respondent aliqui esse distinctam operationem, qua producitur charitas (verbi gratia) in voluntate, & qua producitur gratia in anima. Quapropter nihil interest distinctio realis inter animam, & potentiam ad simultaneam productionem gratiæ, & charitatis, dicitur enim dimanare propter inseparabilẽ productionem, non autem quia eadem distinctione producantur. Secundo melius respondetur, quod quando subiectum est omnino externum, tunc non potest esse emanatio vnius in alterum, quando vero est à deo coniunctum, sicut potentia essentiæ optime emanatio esse potest, nam visibilitas per simplicẽ emanationẽ procedit, & tamẽ subiectatur in subiecto corporali ab anima realiter distincto.

2. Solutio. Verior.

Ad sextum arg. respondetur, quod peccatum non contrariatur inmediate gratiæ, sed actui virtutis sicut; & vitium ipsi virtuti. Si autem contrarietas est inmediata, etiam Soto 2. de nat. & grat. 18. tenet inmediatam esse oppositionem inter vtrũque. Quapropter vnum in vno. & alterum in altero subiecto esse potest, quod autem inmediate gratię opponitur est macula ex peccato relicta, de hac autem concedimus inmediate subiectari in anima, sed de oppositione inter peccatum, & gratiam amplius q. 113. art. 2. Si autem contra omnia præ- Obiectio. dicta facias arg. nam subiectum gratiæ est totus homo, non enim sola anima est amica, & grata, sed inmediate homo est gratus, & amicus ergo non est inmediatum subiectum gratiæ anima, sed totus homo. Respondetur, subiectum denomi- Solutio. nationis esse totum hominem inhæsionis, autem sola anima, cum enim gratia sit spiritualis solo in subiecto spirituali qualis est anima potest inmediate subiectari, quod autem inmediate denominatur est totus homo, sicut crespitudo, non nisi in capilis subiectiue esse potest, quod autem Christus inmediate denominatur est totus homo sic de gratia.

Ex dictis in hoc dub. ad pleniorem in- Corol. contelligentiam illorum, sequitur contra Aureolum, apud Capre. 2. dist. 26. arg. contra 1. concl. virtutes infusas vere esse proprias passiones gratiæ, ab illaque vero influxu emanare, vt ait D. Thom. hic, & colligitur ex sacra Scriptura Sap. 7. Vbi loSap. 7. quens de gratia nomine sapientiæ, quia diuinæ lucis est participatio, sic dicitur, venerunt autem mihi omnia bona pariter, cum illa, & capit. 8. docet iustitiam, & prudentiam, & sobrietatem, & virtutẽ, dicitur autem hæc docere: quatenus ex gratia ista dimanant. Et in Euangelio dicitur aferte stolam, & date anullum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius. Vbi nomine stollæ à doctoribus intelligitur gratia, nomine autem anulli, & calceamentorum intelliguntur virtutes, & primo dicitur aferri stolam deinde alia, quia posita gratia omnia alia, quæ ad virtutes pertinent consequuntur, & certe si ad naturalia inspiciamus ad cuius similitudinem supernaturalia debemus agnoscere doctrina, hæc fiet manifesta: siquidem omnis natura perfecta in naturalibus, cum saltẽ secundario ordinetur ad operationẽ, quia vnumquodque est propter suam operationem, vt insinuatur Genes. 2. cessauerat ab

omni opere suo, quod creauit Deus vt faceret. Vnde licet secundum oleastrum fiat sensus ab opere, quod creauit Deus faciendo, tamen secundum Caiet. fit sensus ab opere, quod creauit Deus ad hunc finem, vt tale opus à Deo factum operaretur, nec esse otiosum, semel à Deo factum, & Dei operatione cessante habet à natura producere potentias, & instrumenta operandi: siquidem per se ipsam inmediate operari non potest, ne fiat frustra inclinatio illius, ex quo dixit Arist. quod si astra haberent inclinationem ad motum progressiuum natura dedisset eis instrumenta apta, ad talem motum, ne eorum inclinatio frustraretur, & generans, qui tribuit formam constituentem in esse consequenter per resultantiam ad ipsam formam tribuit, & passiones quæ ad talem formam sunt necessariæ, cum ergo gratia natura sit perfectissima, vt specialis Dei participatio, vt dictum est, super excedens perfectionem omnis creaturæ, etiam substantialis consequenter tenemur dicere gratiam mediate ordinari ad operationem, vt habeat verũ illud, 1. Corini. 15. Gratia eius in me vacua non fuit, & illud, laborauí non ego tãtum, sed gratia Dei mecum, & ad hoc esse necessarium ex gratia potentias operatiuas, quæ sunt virtutes infusæ dimanare, vt passiones: siquidem per se ipsam natura etiam gratiæ inmediate operari, non posse Deumque gratiam infundẽdo simul mediante gratia per resultantiam, & dimanationem istas potentias, & virtutes operatiuas producere. Si autem quæras vtrũ gratia sit causa instrumentalis, vel principalis virtutum. Respondetur, esse causam principalem, licet oppositum asserat Capreo. 2. distin. 26. ad primum Scot. contra primam conclusionem, quia instrumentalis minus perfecta est suo effectu, nec rationem finis habere potest respectu sui effectus, ob eandem rationem, quia finis perfectior debet esse, his quæ sunt ad finem, gratia autem magis perfecta est, quam sint virtutes habetque rationem finis respectu illarum, cum ad perfectionem, & augmentum gratiæ virtutes, & operationes illarũ ordinentur. Etsi rursus quæras in quo genere causæ virtutes a gratia procedant? Respondetur, propriè essentiam, non esse causam passionum. cum non sit vera actio, sed resultantia, & dimanatio (vt dictũ est) habet tamen modum, quasi causæ tam efficientis, quam formalis, & finalis de efficienti, Bene constat illam dimanationem ad efficiens reduci debere, quod autem etiam sit concursus formalis, docet Diuus Thom. 2. distin. 26. quæst. 1. art. 6. ad 3. & 4. quia licet gratia non sit forma intrinseca virtutum, est tamen extrinseca tribuens virtutibus, & actibus illarum valorem, & meritum, de finali, etiam docet Diuus Thom. ibidem ad hoc enim virtutes ex gratia oriuntur, vt tandem, vnde exeunt reuertantur ad ipsam gratiam augendam, & perficiendam. Etsi rursus quæras, vtrum hæc dimanatio virtutum à gratia sit ei infusa, an vero ordinata. Respondetur, quod ordinata, sicut enim ex essentia hominis dimanant semina virtutum moralium, quod forsitam est sindereſis, & ex illo dimanant virtutes morales. Ita ex gratia primo dimanant virtutes Theologicæ, quæ semina sunt aliarum virtutum infusarum, & ex Theologicis infusæ habẽt pullulare, imo & ipsæ theologicæ suo ordine dimanant: siquidem ordine generationis prior est fides, deinde spes postea charitas, de quo supra materia de virtutibus quæst. 63. & 2.2. quæst. 4. arti. 6. Et si contra omnia prædicta facias arg. quod tunc sequeretur non esse veram definitionem virtutis, quam Deus in nobis, sine nobis operatur, si non solũ Deus sed etiam gratia in nobis existens operatur virtutes. Respondetur, quod vt dictum est, gratia non proprie operatur virtutes, sed tantum est quædam dimanatio, non autem effitientia, ista enim à solo Deo est. Quapropter homo non potest dici virtutes facere, quia subiecto accidentis tribuitur, vt operanti, quod id quod ad accidens sequitur per veram actionem, non autem quod sequitur ad formam accidentis per resultantiam tantum, vt aquæ tribuitur calefacere, quia est vera actio caloris subiectati in aqua, passiones autem quæ ad calorem consequuntur aquæ non tribuntur, quia ex calore per resultantiam procedũt, & maxime habet verum respectu subiecti extranei qualis est aqua respectu caloris, nam subiecto proprio, vt est ignis etiam talis dimanatio tribuitur vt igni. Similiter ergo in supernaturalibus, cum processio virtutum à gratia sit per emanationem passionum, non homini tribui debet præcipue, cum homo non sit subiectum connaturale gratiæ, sed Deus sit propriũ subiectum, si non in hæsionis, tamen dimanationis illius, Deo ergo & non homini tribuitur talis dimanatio, hac enim ratione certitudo fidei non homini, sed Deo soli tribuitur. Etsi rursus arguas, quod gratia passiones habere non potest, cum sit accidens:

Arist. *1.Cor.15.* *Dub.* *Resp.* *Dub.* *Resp.* *D. Thom.* *D. Thom.* *Dub.* *Resp.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.*

dens: siquidem accidentium passiones nõ dantur præcipue in eadem specie, qualiter enim erit equalitas specifica inter essentiã & passiones, cum ergo gratia sit qualitas, & in specie habitus (vt dictum est) si passiones haberet in eadem spetie qualitatis equaliter cum gratia reponerentur. Respondetur, accidentium etiam passiones dari: siquidem habitus primiorum principiorum est passio nostri intellectus. & species sunt passiones intellectus Angelici, vt dicitur 1. part. quæst. 55. arti. 2. gratia ergo licet accidens sit suas passiones habere poterit, nec est inconueniens in accidentibus essentiam, & passiones in eadem specie collocari: siquidem voluntas est passio ab intellectu dimanans, & vtraque ponitur in specie potentiæ naturalis, & præcipue hoc habet verum, quando essentia, & passio licet vtraque sit accidens habent diuersum modum essendi, gratia enim Christi eiusdem speciei est, cum nostra, propter diuersum, & perfectiorem modum essendi in Christo est causa nostræ, & lux solis, & aeris sunt eiusdem speciei. licet ex prima deriuetur, & resolter secunda gratia ergo meliorem modum essendi habet, quam virtus: siquidem habet modum substantiæ, & hac ratione ex gratia virtus, vt passio licet in eadem specie potest dimanare. Vel melius dicitur, quod licet gratia formaliter sit accidens, & in eadem specie habitus, sicut virtus, quia tamen gratia est specialis participatio diuinæ naturæ (vt dictum est) habet vicem substantiæ, & reputatur vt substantia, vt ex illa potentiæ, & virtutes per modum passionis possint dimanare. Sed adhuc est aliud arg. nam si virtutes, vt passiones à gratia dimanant sequitur, semper easdem virtutes. & equaliter in omnibus dimanare consequens est falsum, quia in multis gratiam habentibus virginitas, & virtutes heroicæ non dimanant (vt dictum est) supra quæst. 65. art. 1. & in alio maior charitas reperitur, quam in alio. Respondetur, ex gratia dimanare omnes virtutes habentes naturalem connexionem, cum illa, dictum est, autem loco citato virtutes heroicas virginitatem, & alia huiusmodi nõ habere naturalem connexionem cum gratia. Vnde non in omnibus reperiuntur insuper, & habere naturalem connexionem cum gratia considerandum est, secundum statum, nam in via fides, & spes habent talem connexionem, non autem in patria, sed lumen gloriæ, & visio beatifica, insuper, & secundum capacitatem subiecti, nã in homine causat gratia virtutes in appetitu sensitiuo, non autem in Angelo illo carente, licet gratia, vtriusque sit eiusdẽ speciei, sicut & calor in fœmina producit lac, non autem in homine, cum tamen sit eiusdem speciei, hoc enim prouenit ex diuersa conditione subiecti, qualiter autem fiat augmentum virtutum dependenter à gratia, vel è contra non est præsentis loci, sed de hoc agitur 2. 2. quæst. 24. art. 6.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Dubium II.

Vtrùm aliqua alia creatura, quam rationalis possit esse subiectum gratiæ etiam de potentia Dei absoluta?

PARS affirmatiua, probatur primo, nã si propter aliquam rationẽ gratia subiectari non posset (verbi gratia) in re corporali, & materiali. Maxime quia subiectum, & forma debent proportionari inter rem autem corporalem, & gratiam quę spiritualis est nulla proportio esse potest. Quapropter res corporalis subiectum gratiæ esse non potest, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor primo, quia forma rationalis spiritualis est, & nihilominus est in subiecto corporali, anima enim rationalis vere est incorpore, vt in subiecto. Secundo probatur eadem minor, quia Verbum diuinum spirituale est, imò ipsa spiritualitas, & nihilominus cuicumque creaturæ corporali potest vniri hipostatice, vt in sua materia dicitur. Tertio probatur, quia virtus Sacramentorum, etiam est spiritualis subiectaturque, nihilominus in re corporea qualis est Sacramentũ, vt dicit Diuu. Thom. 3. part. quæst. 62. art. 4. ad primum. Quarto probatur, nam virtutes infusæ supernaturales sunt spirituales, & nihilominus aliquæ ex illis subiectantur in appetitu sensitiuo, vt supra diximus in materia de virtutibus, appetitus autem sensitiuus corporalis est. *1. Arg.*

Secundo principaliter argu. nam si subiectum gratiæ tantum est natura intellectualis, vt intellectualis sequitur secundum diuersos gradus intellectualitatis esse maiorem, vel minorem capacitatem gratiæ, conseq. est falsum: ergo minor patet. nam anima Christi Domini pertinens ad infimum gradum intellectualitatis habuit *2. Arg.*

gratiam,

gratiam, ad cuius celsitudinem nulla creatura, etiam Angelica habet capacitatem. Sequela vero prob. nam iusta dignitatem subiecti dignificatur, & forma illius, similiter sequeretur actus fidei in homine, & in Angelo specie differre: siquidem intellectus vtriusque non solum in ratione proprietatis, sed etiam in ratione intellectus specie distinguntur, & consequenter sequeretur gratiam vtriusque ex qua fides dimanat esse specie diuersam, cum essentia ex proprietatibus dignoscatur.

Conclusio. Conclusio tamen sit, quod etiam de potentia Dei absoluta gratia subiectari non potest in subiecto, non intellectuali, sed corporali, & materiali. hæc est communis ab omnibus recepta 3.part.quæst.4. art.1.inter disputandum. Vtrum anima irrationalis sit subiectum capax subsistentiæ diuinæ, vel visionis beatificæ. Hæc probatur primo, gratia est forma intellectualis principium, & radix intellectionis supernaturalis præcipue visionis beatificæ: ergo non potest esse in subiecto non intellectuali, quo modo enim inteligi potest formam intelligibilem actuare subiectum, non intellectiuum cum forma tribuat suum esse subiecto, & in illo esse nō potest, quod esse talis formæ non potest participare. Confirm. primo, quia vt dicitur 1.part quæst.12.articul.3.ad 3. creatura intellectualis visionem habere non potest: ergo nec gratiam, patet consequētia tum quia ex eo est incapax visionis, quia visio Dei est spiritualis, & in re corporea subiectari non potest, tum etiā quia visio oritur ex gratia vt passio: sic enim explicatur, quod gloria sit gratia consumata, quale ergo erit capax gratiæ, quæ excellentior est illud quod gloria minus principalis non est capax. Confirmatur secūdo gratia (vt dictū est) est participatio peculiaris intellectualitatis diuinæ: ergo quod est incapax intellectualitatis etiam est incapax gratiæ, quia participare gratiā non est aliud, quā participare intellectualitatem. Confirmatur tertio intellectus, & voluntas non possunt communicari naturæ non intellectuali, quia sunt proprietates dimanantes à natura intellectuali: ergo si gratia est proprietas dimanans ex natura intellectuali, vt intellectualis non potest, nisi naturæ, intellectuali conuenire. Confirmatur quarto participans gratiam potest habere operationes gratiæ, sicut aqua participans calorem ignis potest habere operationes caloris, sed nulla creatura irrationalis potest habere operationes gratiæ: ergo nec ipsam. Probatur minor, nam operationes gratiæ sunt operationes rationales. Confirmatur quinto, quia nulla creatura irrationalis potest habere aliquam virtutem infussam, vt patet discurrendo per singulas: ergo nec gratiā, patet consequentia, quia cū virtutes sint passiones gratiæ (vt dictum est) quod incapax est passionum incapatius erit ipsius essentiæ. Secundo probatur conclus. impossibile est accidens spirituale subiectari in subiecto corporali: ergo à fortiori gratia quæ est principiū, & accidēs spirituale Antecedens probatur primo, nam accidens commensuratur subiecto in quo est, sed spirituale non potest corporali commensurari: ergo probatur ista minor corporale est extensum spirituale indiuisibile: ergo nullo modo istud illi commensurari potest. Secundo probatur antecedens esse accidentis est in esse, quod clarius dicitur esse accidentis est esse subiecti: ergo implicat esse accidens spirituale, & subiectum corporale, nam si esse accidētis est esse subiecti, & esse subiecti est corporale similiter, & esse accidentis non ergo intelligitur subiectum esse corporale accidens vero spirituale, cum esse vtriusque debeat esse idem. Confirm. nam hac ratione fit demonstratio accidens corporale non posse inhærere subiecto spirituali, vt albedo in Angelo. Et pro maiori intelligentia not. quod sicut dicit D. Tho. 1.part.quæst.52.art.2. intellectus, licet formaliter sit aliquid finitum, & determinatum, ex parte tamen obiecti quandam infinitatem habet quatenus, vt ait Arist. & explicat Diuu. Thom. per species intelligibiles potest fieri omnia, hæc enim eminentia quam intellectus habet in esse intelligibili radicaliter, primo haberi debet in anima cuius intellectus est potentia, vt ipsa habeat realiter, quod intellectus habet intelligibiliter, quod in quam anima possit recipere formam, per quam realiter fiat omnia, sicut intellectus per receptionem formæ intelligibilis omnia fieri potest, hæc autem forma realis alia esse non potest, nisi gratia cum enim sit participatio ipsius esse per essentiam in quo omnia continentur, ideò habens talem formam fit omnia realiter quatenus per illam fit Deus, qui est omnia, probat autem Diu. Thom. 1.part.quæst.14. fieri omnia intelligibiliter non posse cōpetere creaturæ corporali propter suam coartationem, sed illud solum conuenire posse creaturæ spirituali, spiritualitas enim facit

Not. Diu. Thom.

vt alio vestiri possit, & quod aliud possit fieri, quanto ergo magis requisitum erit, quod subiectum, quod non solum intelligibiliter, sed realiter per gratiam debet fieri omnia non sit corporale, sed spirituale. Demonstratio ergo est, subiectum gratiæ debere esse spirituale. Vltimo probatur conclusio nam sola natura rationalis est capax amicitiæ: ergo, & gratiæ patet consequentia, nam amicitia (vt dictum est) ex sua natura consequitur ad gratiam.

Ad 2. arg. 1. Solutio. Ad primum arg. à principio negatur minor ad primam, & secundam probationem aliqui respondent esse differentiam inter vnionem formæ rationalis, cum subiecto, & vnionis hipostaticæ verbi, cum humanitate ex vna parte, & vnionem gratiæ cum suo subiecto ex altera, quod priores vniones sunt, ad esse quatenus diuina subsistentia continenseminenter omnem subsistentiam creatam potest suplere illam & quatenus forma substantialis dat esse substantiale suæ materiæ, cum ergo quælibet creatura sit capax essendi, & subsistẽdi, ideò potest vniri formæ substantiali etiam rationali, vel diuino suppositò suplẽti propriam subsistentiam, vt ab eis recipiat esse, quia hoc non pertinet ad excelentiam naturæ assumptæ, vel materiæ informatæ, sed ad infinitatem à sumentis, vel informantis, vnio autem cum gratia est in ordine ad operandum supernaturaliter, Quapropter non solum requiritur excellentia in forma vnita, sed etiam in subiecto recipiente talem formam, cum per ipsam sic debeat operari, quod ergo fuerit incapax talis operationis, vt est natura non intellectualis consequenter, nec talem formam recipere potest, nec sequitur, quod qui potest recipere maius per vnionem hipostaticam possit recipere, & minus per vnionem per gratiam, nam qui potest habere rationalitatem non potest habere inhibilitatem, quæ aliquid minus est. *Impug.* Hæc tamen solutio mihi non placet, nam sicut vnio substantialis non est inmediate ad operari, sed ad esse mediate vero ad operandum per potentias ita, & vnio per gratiam, tantum est inmediate ad esse Deum participatiue, vt supra diximus, ad operationem autem mediantibus virtutibus, tanquam proprijs potentijs. Vnde quantum ad hoc par ratio est de vtroque, *2. Solutio. Vera.* & restat soluendum arg. Secundo ergo respondetur, hanc esse differentiam inter vnionem substantialem, & accidentalem, quod in prima forma dat esse subiecto, in secunda vero subiectum dat esse formæ, nihil ergo interest, quod in vnione substantiali forma, vel suppositum tribuens esse, vel subsistentiam sit, quid perfectius, & eminentius, quia vt tribuat esse hoc iubat, & non solum, non repugnat, in vnione autem accidentali repugnat subiectum esse minus perfectum quantum ad modum, & gradum essendi, quam sit ipsa forma, quia res inferioris gradus, non potest tribuere esse formæ gradus superioris, implicatio ergo est rem corporalem esse subiectũ gratiæ, quæ forma accidentalis est pertinens ad gradum superiorem intellectualitatis. *Obiectio.* Etsi contra arg. hoc probare, nõ posse poni gratiam in re corporali secundũ, quod gratia formalissime pertinet ad ḡ. adumintellectualitatis, vt specialis est participatio naturæ diuinæ in intellectualitate cõsistentis, non autem probare, quod gratia non possit poni in esse qualitatis in re corporali, vt in subiecto, sicut dicitur de visione, quod licet in esse visionis, & vt actio vitalis est formaliter non possit poni in lapide, bene tamen in esse qualitatis. *Solutio.* Respõdetur admisso, quod visio in lapide poni possit esse discrimẽ, quod visio, forma corporalis est, ac per consequens maior est conuenientia, vt possit poni in lapide, quã quod gratia, quæ spiritualis est in subiecto corporali collocetur. Secundo tamen melius respondetur, probabilius dici, nec visionem poni posse in lapide secundum entitatem, quia ex propria entitate vitalitatem includit cuius est incapax lapis, sed quidquid sit de visione corporali, de gratia tamen, & visione beatifica, & alijs huiusmodi supernaturalibus dicimus ex propria entitate intrinsice, & inseparabiliter habere intellectualitatẽ, quia ex propria entitate est partieipatio diuinæ naturæ, quę in intellectualitate cõsistit. Quapropter in subiecto non intellectuali recipi nõ potest, etiam in esse qualitatis, & secundũ entitatem. *2. Solutio. Verior.* Etsi adhuc fiat arg. hoc habere verum informis accidentalibus naturalibus, quæ recipiunt esse à subiecto, vt visio corporalis, quæ etiam ipsam vitalitatem à subiecto recipit. Quapropter in subiecto non vitali subiectari non potest, non autem habet verum in formis accidẽtalibus supernaturalibus, qui à istæ licet recipiãt esse accidentale à subiecto per inhæsionẽ non tamen recipiunt à subiecto supernaturalitatem, & vitalitatem, sed potius hoc tribuitur à forma ipsi subiecto, vt communiter docent Thomistæ 1. par. quæst. 12. art. 5. ergo gratia, & alia huiusmodi supernaturalia esse poterunt in re corporali, *Obiectio.*

quia

quia licet sint intellectualia tamen intellectualitatem supernaturalitatem, & vitalitatem recipere non debent, sed solum esse accidentis per inhæsionem, & sic posita in re corporali rationem entitatiuam accidentis retinere poterunt. Respondetur, quod gratia, & alia accidentia supernaturalia, licet à subiecto naturali tantum recipiant per inhæsionem esse accidentis, & ipsa tribuant subiecto supernaturali intellectualitatem, & vitalitatem, quia tamē ipsa supernaturalis intellectualitas, & vitalitas est intrinseca entitati illorum, quia ex propria entitate sunt supernaturalia, & intellectualia, ideò non possunt recipere esse accidentis à subiecto cui non possunt conferre supernaturalem intellectualitatem, & vitalitatem sibi propriam, hoc enim sibi volunt, qui dicunt, & vere in supernaturalibus vitalitatem radicalem esse nostram, & nobis naturalem proximam autē à forma supernaturali prouenire, quia in tantum forma supernaturalis potest tribuere huic subiecto vitalitatem, & intellectualitatem proximam in quantum tale subiectum habet cōnaturalem intellectualitatem, & vitalitatem per quam possit sustentare vt subiectum illam formam accidētalem habentem ex sua natura supernaturalem intellectualitatem, & vitalitatem, qua ratione in non vitali subiectari non posset, nec propterea intendimus vitalitatem radicalem non concurrere actiue ad actum supernaturalem actiue, enim concurrit, licet vt subest formaliter formæ supernaturali, & hac ratione dicitur totam vitalitatē supernaturalem actus tribui formę supernaturali, de quo Iarius 1.part. quęst.12.articul.5. Ad tertiam probationem minor principalis arg. Primo respondetur, uirtutem Sacramenti esse, vt Sacramentum instrumentaliter operetur gratia autem principium est intelligendi saltem radicale, cum ergo non sit repugnantia, vt corpus instrumentaliter agat in rem etiam spiritualem, ideò virtutē Sacramentalem corpus recipere potest, cum autem intelligere non possit, quod pertinet ad causam principalem intellectualem, ideò corpus gratiam recipere non potest, quę vt principipium intelligendi confertur. Sed hæc solutio non soluit argu. qualiter virtus Sacramenti si spiritualis est recipiatur in corpore, etiam vt in instrumento. Secundo respondetur, virtutem Sacramētalem subiectari in corpore transeunter, non autem permanenter, & completequia virtus Sacramenti consistit in eo, quod

Solutio.

Ad 3. pro. 1. Solutio.

Impug.

2. Solutio.

asumatur, & mobeatur (verbi gratia) aqua ad ablutionem à principali agente, quod quidem transitorium est, & non permanens, gratia autem est, quid supernaturale completum perfectum, & permanens, ac propterea non sequitur, quod si virtus Sacramentalis recipitur in corpore propter sui imperfectionem recipi possit etiā, & gratia quæ forma spiritualis perfectissima est. Sed hæc etiam solutio nobis non placet, nec soluit arg. cum enim esse accidentis, & subiecti sit idem, quia esse accidentis est in esse nequit intelligi qualiter accidens spirituale subiectetur in corpore, etiam ad instans, quia nec per instans potest esse idem esse spirituale, & corporale, nec potest esse proportio, vt etiam transeunter vnum sit subiectum alterius. Tertio ergo respondetur virtutem Sacramentalem formaliter, & entitatiue esse materialem, dicitur autem spiritualis ex parte principij, & ex parte effectus ad quem ordinatur, cum enim talis virtus specificetur ex ordine ad effectum, quem primo, & per se respicit nempe gratiam, & ista sit spiritualis ideo, & virtus Sacramenti spiritualis dicitur, doctrina colligitur ex Diu. Thom. quæst. 27. de verit. art. 4. ad 5. vbi ad consimile arg. respondet, quod virtus Sacramenti, nec potest dici corporea, neque incorporea proprie loquendo, sed propriè reducitur ad incorporeum, nempe ad gratiam, in quo insinuat Diu. Tho. tantum habere spiritualitatem ex parte effectus, non autem formaliter in essendo. imò idem insinuat, 3. part. quęst. 62. artic. 4. ad 1. dicens nihil prohibet in corpore esse virtutem spiritualem instrumentalem in quantum, scilicet corpus potest moueri ab aliqua substantia spirituali ad aliquē effectum spiritualem inducendum, ecce qualiter Diuu. Thom. virtutem Sacramēti solum ait spiritualem esse ex parte causæ, & effectus spiritualis, non autem per hoc, quod formaliter sit spiritualis, & hoc ipsum patet in exemplo ipsius Diu. Tho. dicentis. sicut & in ipsa voce sensibili est, quædam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis in quantum procedit à conceptione mētis, & hoc modo (inquit) vis spiritualis est in Sacramentis, in quantum ordinantur a Deo ad effectum spiritualem, quid clarius in Diuu. Thom. nam virtus vocis ad excitandam mentem: certum est esse formaliter corpoream, sicut & ipsa vox, solum autem spiritualem ex parte causæ, & effectus, quem respicit, cum autem gratia formaliter, & secundum propriam

Impug.

3. Solutio. ex D. Tho.

priam entitatem sit perfectissima forma spiritualis in hæsendo, ideò in corpore subiectari non potest, licet virtus Sacramẽti

Ad 4. probat. subiectatur in illo. Ad quartam probationem eiusdem minoris. Respondetur, primo quod appetitus hominis ex coniunctione ad rationem habet aliquam eleuationem ratione cuius aliquid supernaturale recipere potest, hoc autem non currit de alijs naturis extra intellectualem, vnde appetitus brutorum qui huiusmodi eleuationem rationis non habet aliquid supernaturale recipere non potest. Sed hæc solutio nobis non placet, quia appetitus sensitibus, licet ex coniunctione ad rationem eleuetur semper tamen manet formaliter corporalis, ac propterea quæcumque eleuatio, vel perfectio illi proueniens ex tali coniunctione debet esse formaliter, & entitatiue corporea, quia vnumquodque recipitur ad modum recipientis, solum autẽ esse poterit spiritualis extrinsice ex parte causæ, & effectus (vt diximus) de virtute Sacramentorum. Secundo ergo respondetur, virtutes infusas in appetitu sensitiuo receptas esse corporales sicut, & subiectum illarum, ac propterea posse recipi in illo, neque est simile de gratia, quæ vt diximus entitatiue est spiritualis. Et si arg. quod ad minus, quando charitas imperat virtutibus existentibus in appetitu illud imperium est aliquid spirituale, & tamen est in aliquo subiecto corporali: ergo gratia potest esse similiter in re materiali. Maior patet, nam cum charitas sit spiritualis similiter, & imperium eius. Minor vero probatur, nam illud imperium subiectatur in virtute imperata, virtus autem imperata existens in appetitu materialis est sicut, & ipse appetitus in quo talis virtus subiectatur. Respondetur, quod quando charitas imperat virtuti materiali existenti in appetitu illud imperiũ licet actiue ex parte charitatis sit spirituale, tamen passiue ex parte virtutis imperatæ aliquid materiale est sicut, & ipsa virtus imperata, quia vnumquodque recipitur ad modum recipientis, vt patet in imperio diuino producente spiritualia, & materialia, ex parte enim Dei semper imperium eius est aliquid spirituale, ex parte tamen rei subiacentis imperio aliquando est spirituale aliquando vero corporale, in spiritualibus est spirituale in corporalibus, autem corporale.

Impug.

1. Solutio.

1. Solutio. Vera.

Obiectio.

Solutio.

Ad 1. arg. Ad secundum arg. principale respondetur hominem, & Angelum non analogicæ, sed vni voce in ratione intellectuali conuenire licet inter ipsos gradus intellectualitatis specifice distinguantur. Quapropter gratia vtriusque eiusdem rationis est. Similiter, & actus fidei vtriusque, & quaruncunque virtutum infusarum licet quodam modo materialiter ex parte subiecti distinguantur, simpliciter tamen, & absolute sunt eiusdem speciei nam vnitas vel distinctio non sumitur ex virtute naturali distincta specie, sed ex proprijs obiectis, sicut calor, siue sit in aqua, siue sit in ligno est eiusdem rationis, neque ad hoc aliquid conducit diuersitas subiectorum, eo vel maxime, quod gratia non consideratur ex parte subiecti recipientis, sed ex parte Dei dantis cuius est proprietas, & quem respicit vt proprium subiectum dimanationis. Quapropter cum natura Dei participata sit eadem similiter, & gratia licet subiecta inhæsionis sint diuersa (sicut dictum est) de calore recepto in diuersis subiectis alienis à quibus non dimanat, sed de hoc latius dub. sequenti.

Dubium III.

Vtrùm gratia recepta in naturis intellectualibus differentibus specie ipsa etiam differat specie (verbi gratia) hominis, & Angeli gratia, & illa quæ in diuersis naturis Angelorum reperitur?

Arg. PROBATVR, quod sic intellectiones hominum, & Angelorum etiam supernaturales, & visionis beatificæ illorum distinguntur specie ergo, & gratia illorum, patet consequentia nam gratia (vt dictum est) est principium radicale intellectionis supernaturalis, & potissime visionis Dei: ergo si visio Dei in illis specie distinguitur à fortiori, & principium radicale talis visionis. Antecedens probatur intellectus omnium illorum distinguitur specie cum sit passio naturæ specie diuersæ ergo, & actus illorum intellectuum specie distinguuntur cũ potentiæ per actus distinguantur: ergo visio vnius à visione alterius specie distinguitur.

Concl. Conclusio sit, gratia in quacumque natura intellectuali recipiatur est eiusdẽ speciei, & solum distinguuntur numero ex subiecto.

subiecto. Hæc est communis omnium,& probatur,nã gratia(vt dictũ est)est participatio diuinæ naturæ: ergo cum hæc sit eadem omnino, & eiusdem rationis consequenter, & gratia cum forma participata non possit habere aliam rationem (nisi materialem ex subiecto) quæ sit in forma cuius est participatio. Confirmatur,nam lux in quocumque recipiatur est omnino eiusdem rationis, & speciei quia lux solis, cuius est participatio est eiusdem speciei: ergo similiter gratia. Confirmatur secundo,nam participatio formæ sic se habet respectu formæ quam participat,sicut priuatio respectu formæ, quam negat sed priuatio in quocumque subiecto recipiatur est omnino eiusdem rationis, si forma omnino est eadem: ergo similiter est dicẽdum de participatione formæ. Secundo probatur conclusio, nam hæc est differentia inter accidens extraneũ subiecto quale est accidens commune(verbi gratia,) & inter accidens proprium connaturale subiecto,quod posita differentia specifica subiecti ponitur differentia specifica in propria passione, non autem in accidenti extraneo,quia illud non sumit expecificationem ex subiecto,sicut sumebat passio, sed sic est,quod gratia(vt dictum est)nulli creaturæ connaturalis est,neque eius passio,sed omnino accidẽs extraneum: ergo etiam si sit differentia specifica in subiectis non debet poni in ipsa gratia. Et si cõtra arg. quia esse nulli creaturæ est connaturale,neque eius passio, sed omnino extrinsecum,& tamen in diuersis naturis specificis esse distinguitur specie: ergo ratio proposita est nulla. Respondetur, quod licet esse nulli creaturæ sit connaturale, nihilominus tamen essentia cuiuscumque rei connaturaliter,& essentialiter dicit ordinem ad esse, sicut licet actus non sit connaturalis potentiæ,potentia tamen connaturaliter, & essentialiter respicit actum, ideo esse respectum in diuersis naturis specie distinguitur,gratia autem neque est cõnaturalis creaturæ,neque creatura connaturaliter dicit ordinem ad gratiã,vnde nõ est ex quo possit sumi differentia specifica in gratia etiam si talis sit in subiectis illius.

Obiectio.

Solutio.

Ad arg. resp. Ad argumentum respondetur,secundum illos qui tenent visionem beatificam sumere vitalitatem ab intellectu supernaturalitatem vero a lumine gloriæ, quod visiones illæ in ratione actus vitalis specie distinguntur,sicut & intellectus a quibus procedunt in ratione,tamen supernaturalis,& specialis intellectionis, & visionis Dei sunt eiusdem speciei, quia principiũ talis visionis in esse supernaturalis, scilicet lumen gloriæ est eiusdem rationis in omnibus,cum ergo gratia sit principium radicale visionis,non in ratione vitalis,vt cumque,sed in ratione supernaturalis visionis Dei,cum secundum hanc rationem omnis visio sit eiusdem speciei consequenter,& gratia quæ est principium radicale illius,Secundo respondetur,quod in respectiuis alirer loquendum est,atque in absolutis,in respectiuis enim contingit conuenire ex parte subiecti, & distingui ex parte termini,& è contra cõuenire ex parte termini,& distingui specie ex parte subiecti,quia respectiuum ex vtroque consideratur,exemplum primi est in fide, & opinione ex parte subiecti eiusdem rationis sunt,quia vtraque ad intellectum pertinet, & in ratione intellectuali conueniunt,ex parte tamen subiecti distinguntur specie,& in actibus cuiuscunque potentiæ potest assignari. Exemplum secundi est in actu religionis,qui non solum est in voluntate,sed etiam in intellectu,vt oratio,isti ergo duo actus ex parte subiecti specie distinguntur: siquidem alter est intellectus alter vero voluntatis,ex parte tamen obiecti religionis sunt eiusdem speciei,quia vterque est actus illius virtutis religionis,& idem,contingit quotiescumque ponitur eadem virtus specie in diuersis potentijs,sic ergo actus visionis hominis,& Angeli,licet ex parte subiecti distinguantur ex parte tamen obiecti in ratione visionis Dei sunt eiusdem speciei,& cum secundum hanc rationem procedant a gratia huiusmodi visiones,gratia eiusdem speciei debet esse. Tertio respondetur,& melius quod visio beatifica,licet remote,& radicaliter sit virtute naturali intellectus proxime tamen, non solum supernaturalitas,sed etiam vitalitas(quæ intrinsice supernaturalis est)desumitur à lumine gloriæ,itaque sicut lumen naturale constituit potentiam naturalem,& ante illud lumen non intelligitur potentia, nisi remota,ita per lumen gloriæ constituitur in esse potentiæ ordinis supernaturalis,& ante illud lumen non intelligitur potentia illius ordinis,nisi tantum potentia remota,licut ergo in naturalibus vnitas,vel diuersitas specifica, tantum consideratur ex lumine constituente potentiã: ita in supernaturalibus. Quapropter stante vnitate luminis gloriæ in omnibus, licet lumen naturale specie distinguatur actus

2. *Solutio.*

3. *Solutio. Verior.*

præ-

procedentes à lumine gloriæ sunt eiusdem speciei, quia sunt ab eadem potentia specie in illo ordine, licet actus procedentes à lumine naturali specie distinguantur, quia illi procedunt a diuersis potentijs, specie constitutis per lumen diuersæ speciei; cum ergo gratia sit principium visionis, vt actus procedens à lumine gloriæ, secundum quod in omnibus est eiusdem rationis, similiter & gratia est eadem specie in omnibus.

Corol. Definitio. Ex dictis in tota hac quæstione sequitur quomodo gratia sit diffinienda. Aliqui enim sic definiunt, quod gratia est per quam quis gratus redditur, & amabilis Deo, quæ definitio: dupliciter intelligi potest. Primo quod esse gratum, & Deo amabilem præsupponitur ad gratiam taliter, quod gratia grato, & amabili. Antecedenter ad ipsam sit tributa, in hoc sensu mala est definitio, vt patet ex supradictis, nam proportio in homine respectu diuinæ voluntatis, non præsuponitur, sed causatur à Deo, in secundo enim sensu potest intelligi, hæc definitio causaliter, vtique quod gratia sit, quæ facit gratum, & amabile, & in hoc sensu definitio est bona, licet non quidditatiua, quia datur a posteriori, & ab effectu, non primario. Alij aliam definitionem assignant gratiam esse qualitatem, per quam quis aceptatur ad gloriam. Hæc etiam definitio discreptiua est, quia datur per effectum secundarium, vt patet ex iam dictis. Tertia definitio quidditatiua, quam alij assignant est, quod gratia sit qualitas supernaturalis, per quam quis efficitur consors diuinæ naturæ. Hæc enim insinuatur in illo Petri citato, magna, & preciosa nobis, promissa donauit, vt per hanc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Et ex illo Ioann. ex Deo nati sunt. & ex illo Apostolor. vt filij Dei nominemur, & simus, iidem enim est esse Dei filios. vel Deos participatiue, vel participare naturam eius, estque prædicta definitio abstrahens ab vtraque opinione, quod gratia sit immediate in anima, vel in voluntate, secundum vtramque debet poni effectus primarius gratiæ facere filios Dei, quod est participare naturam eius, ex quo cætera consequantur, vt esse gratum. vt patet ex illo, hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ex esse filium Dei intulit esse dilectum, sequitur etiam aceptatio ad gloriam, iuxta illud, si filij, & hæredes, verum est tamen melius procedere prædictam definitionem in sententia D. Tho. nam participare Dei naturam, vt probabimus pertinet ad animam, sicut & participare Dei operationes pertinet ad potentias.

Quæstion. 111. De Diuisione gratiæ.

Art. I.

Vtrùm gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam?

Conclusio est affirmatiua.

Dubium est.

Vtrùm conclusio Diuu. Thom. sit vera?

PROBATVR Primo, quod non multa sunt dona, quæ non pertinent ad hanc diuisionem: ergo est insufficiens. Consequentia patet, nam quidquid continetur in superiori debet pertinere ad aliquod membrum diuidens, quodlibet autem donum ad gratiam, vt sic videtur pertinere. Antecedens vero probatur, iustitia originalis mansit in Eua, post peccatum antequam peccaret Adam, vt docet Caietan. 1. part. quæstion. 95. artic. 1. quæ tamen non potest dici gratia gratum faciens, cum tunc Eua esset in peccato, nec etiã gratia gratis data: nã non ordinabatur in bonum aliorum, quod est de ratione gratis datæ. Secundo probatur antecedens, nam fides, & spes, & auxilia: cetereque dispositiones præcedentes iustificationem. Similiter, & habitus infusi subsequentes ad ipsam, dona, & aliquid gratuitum, nec tamen in aliquo membro diuidenti collocantur: ergo. Probatur minor, nam si ad aliquod maxime ad gratiam gratum facientem, sed non ad hanc, quia præcedentia iustificationem possunt esse in peccatore, non grato, habitus vero subsequentes, iam supponunt gratitudinem: ergo. *2. Arg.*

Secundo arg. augmentum gratiæ, & charita- *2. Arg.*

charitatis, & gloria sunt aliquid gratuitum. Maior enim, gratia est gloria, similiter gratia consumata dicitur, & tamen non ponuntur in aliquo istorum mẽbrorum: ergo. Probatur minor, si ad aliquod maxime ad gratum facientem ad hoc, non ergo. Probatur ista minor gratia gratum faciens, secundum D. Thom. hic includit esse gratis datam, sed hæc non sunt gratis datæ, quia cadunt sub merito: ergo nec ad gratum faciẽtem possunt pertinere.

3. Arg. Tertio arg. datur aliquid gratuitum pertinens ad vtrumque membrum: ergo diuisio non est bona, consequentia patet, nam si bona esset membra essent opposita, & consequenter eidem, non conuenirent. Antecedens probatur, nam donum sapientiæ secundum Diuu. Thom. supra, quæst. 45. art. 5. pertinet ad gratiam gratum facientem, quia cum illa habet cõnexionem. & ad gratiam gratis datam, secundum eminentiorem gradum conducens ad instructionem aliorum. Secundo probatur, idem antecedens in gratia capitis, quæ simul erat gratum faciens, & gratis data, secundum quod capitis erat ordinabatur in bonum aliorum.

4. Arg. Vltimo arg. hæc diuisio non continetur in aliquo genere bonæ diuisionis: ergo. Probatur antecedens, quia nec est vniuoca, nec annaloga, quod non vniuoca. Probatur, nam in præcedenti quæstione diffiniuit Diuu. Thom. gratiã gratum facientem, quod non deberet facere si gratia, vt sic esset vniuoca, sed prius gratia, vt sic deberet diffiniri, antequam diuideretur in iustificantem, & gratis datam, quod etiam non sit annaloga Probatur, nam nõ potest assignari aliqua dependentia inter vtramque.

5. Sent. Vazquez. In hac re Vazquez hic, & Soto, 2. de natur. & gratia, & capit. 3. diuisionem, hanc non esse adæquatam gratiæ in communi.

Concl. D. Thom. Nihilominus conclusio Diuu. Tho. eiusque diuisio bona est, & de fide. Pro qua sufficiant illius probationes, & loca sacræ Scripturæ ab illo inducta. Pro eius tamen intelligentia notandum, ex eodem Diuu. Thom. in 2. distinction. 28. quæstion. 1. artic. 1. ad primum, & ex multis Theologis ibidem, cum Magistro, quod in præsenti diuisione, solum loquimur de gratia creata supernaturali, & nobis infusa, de creata quidem, nam filius, & Spiritus Sanctus, cum mittuntur dona sunt, & gratuita, quia tamen in creata, hic non de illis agitur. Dixi etiam supernaturali, nam quæ Deus confert ad naturam pertinentia dona sunt, & gratuita, non tamen attinent ad præsens. Dixi etiam nobis infusa: nam Sacramenta dona gratuita supernaturalia sunt, & creata, nõ tamen nobis infusa, sed quid nobis extrinsecum. Quapropter, nec ad præsentem diuisionem pertinent. Sic explicata conclusio est communis Thomistarum, & Curiel hic.

1. Not. Secundo pro pleniori intelligentia notandum, quo modo inter se huiusmodi gratiæ distinguantur. Primo quidem distinguuntur secundum D. Thom. hic, quod gratia gratum faciens datur per se in vtilitatem habentis illam, vt ipse fiat consors diuinæ naturæ gloriæque illius hæres, secundum illud ad Titum 3. vt iustificati gratia ipsius hæredes simus, &c. gratia gratis data ex natura sua datur in vtilitatẽ aliorum, iuxta illud ad Ephes. 4. dedit quosdam quidem Apostolos alios vero prophetas, &c. ad cõsummationem Sãctorum, & primæ Petri 4. Vnusquisque nostrum, sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes. Ex quo sequitur gratiam gratificantem esse in omnibus, secundum eandem rationem, gratis vero datam, secundum diuersam, quia datur per partes vni vna alteri vero altera, secundum illud ad Roman. 12. Vnicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei, & 1. Corinth. 12. Diuidens singulis prout vult, quare autem gratiæ gratis datæ facta sit hæc partitio, & non omnes vt ic conferantur, explicat eleganter Diuu. Gregor. homil. 20. super Ezechi. & 28. moral. capit. 10. & 11. explicans illud Iob 38. Quis posuit mensuras eius. Ab hoc autem excipitur Christus Dominus, qui vt dicitur, 3. part. quæstion. 7. artic. 7. ad 1. Habuit omnes gratias gratis datas simul. De quo videatur Diuu. Augustin. Epistol. 57. & Diu. Gregor. 2. moral. capit. 2. Excipitur etiam beata Virgo Maria, quæ vt dicitur 3. part. quæstion. 27. art. 5. ad 3. Habuit etiam omnes gratias gratis datas. Dixi autem in prædicta differentia posita gratiam gratificantem per se ordinari in bonum habentis gratis datam in bonum aliorum, nam per accidens gratificans alteri poterit esse vtilis, vt gratia Christi, & gratia iustificati fuit. Exemplum alteri, gratis vero data etiam habenti, sit exemplum in beata Virgine habenti prophetiam, quæ sibi vtilis fuit, & adornatum eius conducebat, quam tamen in alios

Ad Ephes. 4. *1. Petr. 4.* *Rom. 12.* *1. Cor. 12.* *D. Greg.* *Not.*

non

non exercuit, sit exemplum etiam methaphysicum potentia per se ordinatur ad opus. Quapropter per se ad alterum, scilicet ad obiectum tendit, & ordinatur, per accidens autem subiectum, in quo est habet perficere. Videatur Alēsis, 3. part. quæst. 73. & Diuu. Gregor. homil. 17. super Ezechi. Aponentes exemplum in illo, qui fodiens in agro alieno adinuenit Thesaurum, per se enim illa fosio est in bonum alterius Domini agri per accidens autem in bonum proprium, per inuentionem thesauri. Secunda differentia est, quod gratificans non compatitur, cum peccato gratis vero data sic. De quo videatur Diuu. Thom. 2. 2. quæstion. 124. art. 4. & Diu. Clemens, lib. 8. de constitutionibus Apostolicis, cap. 1. vbi adducunt exemplum de Balam, & Caipha. Videatur etiam Augustin. lib. 13. contra Faustum, capit. 15. Diuu. Greger. homil. 17. citata, & Casianus, collation. 15. cap. 6. & 7. colligiturque ex illo Matt. Domine nonne in nōmine tuo prophetauimus, &c. quibus dicitur nescio vos. Tertia differentia est, quod gratia gratum faciēs est qualitas permanens habens rationem habitus (vt supra dictum est) gratia vero gratis data sæpe sæpius tantum habet rationem actus, vt asserit de prophetia Diuu. Thom. 2. 2. quæstio. 171. art. 2. de quo longius videatur Diuu. Thom. & Ferrara. 3. contra Gētil. cap. 155. dixi autem gratiam iustificantem esse habitum, non autem omnia, quæ ad ipsam velut imperfecta reducuntur, nam auxilia, & dispositiones præcedentes iustificationem ad gratum facientem reducuntur, cum tamen habeant rationem actus. Quarta differentia, quæ colligitur ex Diuu. Thom. 3. part. quæst. 7. art. 7. ad 1. est, quod gratum faciens in differenter se habet ad actus internos, & externos gratis data, tantum ad externos manifestatiuos fidei, cuius ratio est, nam gratum faciens ordinatur ad meritum, & perfectum habentis (vt dictum est) proficit autem, & meretur, tam per internos, quā per externos actus, gratis data autem ordinatur in vtilitatem aliorum, hoc autem nō fit, nisi per actus externos alteri apparentes. Sed de gratia gratis data, & diuisione illius in particulari videatur, 2. 2. quæst. 171. & 172. & 176. & 177. & 178.

Videatur Alens. D. Greg. D. Clemēs

D. Ang. D. Greg. Casian.

Ad 1. arg. Ad primum arg. respondetur, iustitiam permanentem in Eua post peccatum esse quodam donum naturale, quatenus perficiebat vires inferiores subijciendo eas rationi, non autem permansit in ratione doni supernaturalis rectificantis rationem, quia cum Eua, tunc esset in peccato mortali, ratio eius erat auersa, & deordinata, cum autem non pertineat ad diuissum, secundum illam rationem, non mirum ad aliquod membrum, non pertinere. Ad secundam probationem antecedentis respondetur, dispositiones gratiæ pertinere, ad gratificantem, non quia habens illas sit gratus, sed quia est tendentia, & dispositio gratitudinis, omne autem imperfectum ad perfectum reduci debet. Similiter de habitibus subsequentibus ad gratiam dicimus ad ipsam reduci: quatenus ex illa oriuntur, illamque committantur, licet non formaliter habeant gratum facere, sed illud supponat,

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, gloriam non esse formaliter gratiam, sed finaliter, & consumatiue, tanquam vltimum complementum gratiæ. Quapropter si formaliter gratia non est non mirum ad aliquod membrum diuidens non pertinere. Vel secundo respondetur, gloriam reduci ad gratum facientem sicut, & augmentum gratiæ: quatenus ex gratia gratum faciente causantur, & licet prædicta cadant sub merito sufficit principia operandi meritoriæ, siue gloriam, siue augmentum gratiæ esse a Deo gratis data, vt verificetur dictum D. Thom. quod gratia gratum faciens includit esse gratis datam loquitur de gratum faciente ex parte principij.

Ad 3. arg. Ad tertium argumentum respondetur, bene posse aliquod ad duo membra diuersa pertinere, secundum diuersam rationem formalem, nam sufficit membra diuidentia formaliter esse opposita donum: ergo sapientiæ, secundum quod roborat in Dei fidei, & eius dilectione pertinet ad gratum facientem, secundum autem, quod conducit ad instructionem proximi pertinet ad gratis datam. Similiter de gratia Christi, secūdum quod elebat animā eius, & est principium operandi meritorie, ex parte subiecti est gratum faciens, secundū quod conducit in bonum fidelium est gratis data, cum enim hæc eminentissima sint non mirum perfectionem vtriusque includere, sicut & Theologia dicitur, propter suam eminentiam includere rationem practici, & speculatiui.

Ad 4. arg. Ad vltimum argumentum respondetur, hanc diuisionem esse analogam analogia atributionis, diciturque de gratis data, minus principaliter, & per atributionem ad gratum facientem, tanquam ad finem, vt docet Conradus hic, iustifica-

tio enim proximorum per gratis datam intenditur. Etsi obijcias, quia sic analogice, dicitur de gratum faciente, & dispositionibus eius quæ etiam finaliter gratum faciente respiciunt. Concedimus intentum gratia enim gratum faciens, tantum secundum quid, & cum dependentia eius dispositionibus conuenit, nec tamen inde sequitur gratis datam reducendam esse in gratum facientem, sicut eius dispositiones, quia gratis data, non ita proxime ordinatur in gratum facientem, sicut & dispositiones illius, quia gratis data ordinatur in gratum facientem alterius. Dispositiones eius in gratum facientem eiusdem habentis tales dispositiones. Quapropter licet gratis data, & dispositiones sint membra analogata, & minus principalia: diuersimode tamen altera quidem proximius, altera vero remotius se habens, cum vero dispositiones, ita proxime accedant reducuntur in gratam facientem, non autem gratis data remote se habens. Vel dicitur gratis datam aliter analogari, cum gratum faciente, atque eius dispositio, gratis enim data, cum gratum faciente analogatur in ratione superiori gratiæ respectu cuius comparantur, vt duo membra diuidentia, dispositio autem analogatur in ratione membri diuidentis, quod est gratia gratum faciens, ista enim est quæ diuiditur in habitum perfecte iustificantem, & in dispositiones tendentes in talem habitum, vnde dispositio, & talis habitus iustificans conueniunt, licet analogicæ (propter imperfectionē dispositionis) in ratione gratiæ gratum facientis, gratum autem faciens, cum gratia gratis data, solum conueniunt in ratione communiori gratiæ, conuenientia analogica (vt dictum est) ecce ergo qualiter ex maiori connenientia dispositio potest reduci in gratum facientem, non autem gratis data.

Obiectio.

Solutio.

2. Solutio.

Art. II.

Vtrùm gratia conuenienter diuidatur in operantem, & cooperantem?

PRIMA Conclusio, gratia siue accipiatur pro dono actuali, siue pro habituali conuenienter diuiditur in operantem, & cooperantem.

Secunda conclusio, voluntas in actu interiori, quo incipit velle bonum retrahendo se à malo habet se tantum, vt mota, & consequenter talis motus est gratiæ operantis, in actu vero interiori imperato quo prosequitur executionem boni intenti voluntas habet se, vt mouens mota, & consequenter talis motus est gratiæ cooperantis.

Tertia cōclusio gratia habitualis, quatenus gratificat, & sanat hominem est gratia operans: quatenus vero est principium operis meritorij, simul concurrens, cum libero arbitrio est gratia cooperans.

Dubium est.

Vtrùm conclusio Diuu. Thom. in qua ponit diuisionē gratiæ in operantem, & cooperantem verum habeat?

PROBATVR, quod non primo in nulla operatione voluntas se habet tantum, vt mota: ergo in nulla est gratia operans, sed semper erit cooperans, consequentia patet, ex diffinitione gratiæ operantis assignata à Diuu. Thom. Antecedens vero probatur. Primo, nam si aliquæ operationes essent in quibus voluntas, tantum se haberet, vt mota, maxime dispositiones gratiæ, sed in his non ergo. Probatur minor, ex Concil. Tridentin. multoties citato, asserente in huiusmodi liberum arbitrium, non se habere merepassiue, sed actiue concurrere, insuper, quia huiusmodi operationes sunt vitales, & liberæ: ergo in illis, non se habet passiue, actio enim vitalis essentialiter importat principium intrinsecum actiuum sui. Secundo probatur, idem antecedens, quia in huiusmodi actibus voluntas procedit ex deliberatione, & cumplenodominio talis actus: ergo mouet se, patet consequentia, nam si ipsa, non se moueret, non haberet dominium talis actus, sed vellet nolet haberet illud. Tertio probatur, idem antecedens (verbi gratia) contritio, quæ altera dispositionum est, est actus electionis, quia est actus pœnitētiæ, quæ habitus electiuus est: ergo in tali actu voluntas, se mouet. Probatur consequentia ex Diuu. Thom. hic asserente respectu intentionis voluntatem esse motam respectu electionis mouere se. Si respondeatur ad hoc

1. Arg.

Solutio

hoc argumentum, cum Medina huiusmodi actus dispositiones gratiæ considerari, vel in esse actus vitalis, vel in esse dispositionis gratiæ. primo modo sunt a voluntate mouente se, secundo modo voluntas se habet vt mota, & tantum sunt a Deo cuius est introducere gratiam. Contra arguitur, nam huiusmodi actus cõtritionis, quo modocumque consideretur est actus habitus pœnitentiæ, qui supponit gratiam a qua dimanat: ergo quomodocumque consideretur est à voluntate mouente se, nam gratia per habitum pœnitentiæ est principium actiuum tenens se, non solũ expatte Dei, sed etiam ex parte hominis operãtis per talem habitum.

Impug.

2. Arg. Secundo principaliter arguitur, datur aliquis actus supernaturalis, qui non sit gratiæ operantis, neque cooperantis: ergo diuisio est nulla. Probatur antecedens, in actu augmentatiuo gratiæ, vt quando quis habet gratiam, vt tria, & prorrumpit in actum, vt quatuor, iste actus non est gratiæ operantis, quia est actus meritorius: ergo tenet se ex parte hominis, in his enim in quibus passiue, voluntas se habet (quod requiritur ad gratiam operantem) voluntas non meretur: neque etiam est cooperantis, nam ille actus non est à gratia, & charitate existente in illo homine, quia tantum est, vt tria actus vero est, vt quatuor, & aproportione minoris inequalitatis. non fit actio: ergo debet assignari aliquod principium extrinsecum, & consequenter, non se mouebit voluntas, ac per consequẽs talis actus non erit gratiæ cooperantis.

Concl. D. Thom. 1. Cor. 13 & c. 15. D. Aug. Rom. 8. D. Aug. Ad Philipen. 2. D. Aug. Rom. 9. Con. Arausic. Con. Trid.

Conclusio nihilominus Diuu. Tho. est certa secundum fidem, vt colligitur ex sacra Scriptqra, 1. Corint. 13. Dei adiutores sumus, & secundum aliam litteram Batabli Dei sumus cooperatores, in quo termino insinuatur relatio mutua inter Deum operantem, & creaturam cooperantem. Item capit. 15. dicitur, gratia Dei mecum. quod ad propositum, explicat Augustin. libr. de gratia, & libe. arb. capit. 5. Item ad Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, vbi alia lectio omnia cooperatur in bonum, quod refertur, secundum Augustin. lib. de correctio. & gratia, cap. 9. Ad Spiritum Sanctum, qui simul operatur, cum iustis opera bona meritoria. De gratia vero operante loquitur ad Philipen. 2. Qui operatur in nobis velle, & perficere, quod explicat ad propositum Augustin. libr. contra Duas Epistol. Pelagianorum, capit. 8. & clarius, libr. de grat. & libe. arbit. cap. 17. & ad Rom. 9. Non est currentis, neque volentis, sed miserentis Dei, quod communiter intelligitur à sanctis de gratia præueniente habetur, etiam hæc diuisio in Concil. Trauf. cap. 9. & 20. & 25. & in Tridentin. Sessione. 6. capit. 5. & canon 4, estque communis Sanctorum Patrum, quos videre licet in Belarminio, tomo 3. libr. primo, de grat. & lib. arb. 14. præcipue videatur Augustin. libr. de Eccles. dogmatic. cap. 21. & libr. 2. de bono perseuer. capit. 13. & libr. 2. ad simplit. quæstion. 2. & lib. de natur. & grat. capit. 31. tom. 7, & lib. de grat. & libe. arb. cap. 17. & libr. 3. capit. 2. & libr. 3. Hipeg. capit. 5. primus enim fuit Augustin. qui hanc docuit diuisionem, & ad intelligentiam Augustin, Diuu. Thom. mouet hũc artic. videatur etiam Diuu. Prosper. lib. 2. de uocatione Gentil. cap. 26. Diuu. Anselm. in illud, 1. Corint. 15. sed gratia Dei mecum, & Diuu. Cregor. 16. moral. cap. 10. Diuu. Hieronim. dialog. 3. Pelag. videatur Driedo, lib. 2. de gratia, & libe. arbit. tractat. 1. cap. 2. Soto, 1. de natur. & grat. cap. 16. & 26. Vega super Trident. lib. 6. capit. 5. & generaliter Doctores, 2. distinction. 26. & ibi Diuu. Thom. artic. 5. & quæstion. 27. de veritat. artic. 5. ad 1. & 2. Quapropter præsens conclusio, non eget probatione, sed explicatione, quæ in hac parte multiplex est.

Vide Bela. D. Aug. D. Prosper, D. Ansel. D. Greg. D. Hier. Driedo. Soto, Vega. D. Thom.

1. Explicatio conclusionis Egidy. Prima explicatio est Egidij, in 2. distin. 26. artic. 2. quæstion. 3. quod gratia operans est in quantum procedit a Deo tã quam a causa principali, cooperans autem secundum quod etiam concurrit liberum arbitrium instrumentaliter.

2. Explicatio Duran. Impug. Secunda explicatio est Duran. 2. distin. 26. quæstion. 3. quod gratia operans dicitur in ordine ad actus interiores humanos, cooperans vero in ordine ad actus exteriores, quam intelligentiam. Videtur Diuu. Thom. & in 2. dist. 26. quæstion. 1. artic. 5. & Diuu. Augustin. in illo cap. 17. citato, D. Bernard. libr. de gratia, & libe. arb. circa finem explicans, illa verba, ad Philip. 2. Qui operatur in nobis velle, &c. vbi ait, quod cum tria sint, bene cogitare, & bene velle, & bene operari. Duo priora sunt Dei, tertium est Dei, & nostrũ. Sed hęc explicatio stare nõpotest cum etiam respectu actionum interiorum, in quibus est meritum exerceatur gratia cooperans. estque contra Diuu. Thom. quæst. 27. de verit. art. 5 ad 1. & 2. qualiter autem intelligendus sit, Diuu. Thom.

postea patebit.

3. Explic. Tertia explicatio est aliorum, quod gratia operans est beneplacitum Dei extrinsecum existens in Deo, quo nos iubat ad bene operandum, gratia vero cooperans est, quodcumque donum in nobis receptum, siue per modum actus, siue per modum habitus. Hæc tamen explicatio nulla est, quia vt patet ex præcedentibus, hic solum loquimur de dono recepto in nobis, & huius diuisio præsens, nam donum prædestinationis in Deo existens, & in nobis extrinsice, se habens certum est ad præsentem diuisionem, non pertinere.

Impug.

4. Explic. Greg. Vega. Quarta explicatio est Gregor. eadem distinctio. quem sequitur, Vega 7. de iustification. capit. 8. gratiam operantem esse respectu operationum in quibus voluntas, mere passiue se habet: esse autem cooperantem respectu operationum in quibus voluntas efficienter concurrit, Et huic sententiæ videtur concordare Curiel hic, & Vazquez, tom. 2. disputation. 8. quæst. on. 3. puncto 5. asserantes gratiam operantem esse: quatenus dat animæ, esse gratam iustam, &c. cooperantem vero: quatenus est principium actus meriti, & huic etiam assentit Lorca, hic disputation. 17. Hæc etiam explicatio falsa est, nulla enim est operatio voluntatis respectu cuius, non efficienter concurrat, cum sit actio vitalis abintrinseco procedens, imò secundum sententiam Thomistarum, supra quæstion. 3. articul. 2. etiam de potentia absoluta oppositum fieri, non potest, vt actio vitalis non producatur efficienter ab ipsa potentia vitali, de potentia tamen ordinaria, concors est omnium sententia, & videtur contra Tridentin. vbi supra asserentem in operibus gratiæ operantis iustificationem voluntas, non se habere mere passiue velut ex animæ instrumentum.

Curiel. Vazquez. Lorca. Impug.

5. Explic. Zumel. Quinta explicatio est Zumei hic, disputation. 1. & Medinæ, & Vazquez, disputation. 185. capit. 7. quod gratia operans est respectu actus necessarij, vt sancta cogitatio, ante liberum consensum, vel motus subitus voluntatis: cooperans vero respectu actus liberi, vt patet ex illo Apocal. Ecce ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi introbo, & cænabo cum illo, respectu primi voluntas, non libere se habet, sed patitur necessario. Aperire autem est in manu eius, primum est operantis, secundum vero cooperantis gratiæ. Sumiturque prædicta explicatio ex illo Concil. Arausi. Canon. 20. multa opera bona fiunt in homine, quæ non facit homo, nulla vero facit homo, quæ non præstet Deus, vt faciat homo. Et in Tridentin. loco citato; gratia operans explicatur in eo, quod tangitur cor, per diuinam inspirationem, & motionem, cooperans vero per hoc, quod assentiatur tali operationi operando, iusta illam, quorum primum necessarium est, secundum vero liberum. Huic explicationi fabet, Soto 1. de natur. & gratia, capit. 6. AEgidius. loco citato in prima explicatione, Driedo etiam loco citato, Decanus Lobanen, artic. 3. contra Caluin. Sed hæc explicatio etiam stare, non potest; nam gratia operans, non solum est in ordine ad intellectum, sed etiam in ordine ad voluntatem, vt patet ex Diuu. Thom. hic vbi asserit ad gratiam operantem pertinere, cum quis incipit velle bonum, non ergo tantum actus necessarij intellectus, sed etiam liberi voluntatis pertinent ad gratiam operantem. Secundo nam gratia operans, non solum mobet efficaciter, sed etiam suauiter: ergo non necessitat voluntatem, sed iusta propriam naturam libertatis mobet illam. Tertio, nam actus contritionis disponens ad gratiam, nulli dubium, quin sit actus liber, patet enim ex Concil. Tridentin. quod quis libere, per contritionem disponitur, & tamen talis actus est gratiæ operantis cuius est ad gratiam præparare. Nota tamen, quod non dicimus non pertinere aliquos actus necessarios ad gratiam operantem, nam multories, quando tangitur cor, & pulsatur a Deo, non quis libere se habet, imò nec talem actum cognoscit, iuxta illud Ioann. 3. Vocem eius audis, sed nescit, vnde veniat aut quo vadat, transeunt enim multoties velut corruscationes quædam, sed dicimus, quod non semper in omni actu gratiæ operantis voluntas, non se habet libere, sed necessario (vt dictum est) etiam actus liberi ad operantem possunt pertinere.

Con. Ara. Con. Trid. Soto. Egidius. Driedo. Decan. Lobanen. Impug. Con. Trid.

6. Explicatio Cai. D. Anton. Soto. Driedo. Sexta explicatio est Caietani, & Conrad. D. Antonini 4. part. titul. 9. capit. 3. Soto 1. de natur. & grat. capit. 16. Driedo 2. de grat. & libe. arb. tractatu 1. capit. 2. quod gratia operans est respectu actus quo quis tendit in finem per intentionem: cooperans autem respectu actus quo tendit in media per electionem, quod videtur D. Thom. expressum hic, ait enim, quod operans est, quo quis incipit velle bonum: cooperans vero quando prosequi-

prosequitur tãtum intentum per electionem mediorum, & ratio videtur manifesta: nam in intentione quis mouet se, quia non operatur ex præexistenti volitione, quæ se habet, vt principium intrinsecum talis intentionis; cum intentio sit prima actio vndè incipit totus processus moralis, in electione autem mouet se, quia procedit ex principio intrinseco præsupposito, videlicet ex intentione præexistenti ex qua progreditur ad electionem. Cum ergo asserat D. Thom. illud pertinere ad operantem, in quo voluntas se habet, vt mota ad cooperantem verò, in quo voluntas se mouet sit consequens, quod intentio pertineat ad operantem, electio verò ad cooperantem gratiam. Hanc sententiam sequuntur communiter Thomistæ. *Impug.* Sed meo videri etiam non attingit verum, nam licet verum sit intentionem pertinere ad gratiam operantem, non tamen habet verum, quod sola illa, quia etiã actus electionis, vt contritio disponens ad gratiam pertinet ad operantem.

7. Explic. Alensis. Septima explicatio Alexandri Alensis. 3. part. quæstion. 62. membro 3. articul. 2. gratiam operantem esse motionem diuinam qua voluntas vult, & prosequitur bonum: cooperantem verò esse motionem per quam voluntas refugit mala *Impugna.* resistitque tentationibus. Hæc tamen explicatio non videtur rationalis, quia eodemmodo voluntas mouetur a Deo ad prosecutionem boni, & fugam mali, & equaliter se habet vitare respectu vtriusque, vt locum habeat in vtroque ratio gratiæ operantis, & cooperantis. Nec *Solutio.* valet solutio, quod cooperans non datur ad simpliciter resistendum, & fugiendum à malis, sed ad facilius, non inquam valet, quia pari ratione dici poterit requiri cooperantem ad facile prosequendum bonum licet non ad simpliciter: ergo per hoc non potest stare differentia, eo vel maximè, quia difficile, vel facile hanc differentiam causare non potest, siquidem in eodem actu consensus vocationis quo quis disponitur ad gratiam, qui secundùm Concilium Tridentinum session. 6. *Conc Trid.* can. 4. pertinet ad cooperantem potest reperiri, & facile, & difficile cum aliquis faciliter alius verò difficiliter vocationi cõsentiat.

8. Explic. Vera. Net. ex D. Thom. Vltima explicatio licet nouiter à me posita vera tamen, & clara est, quæ subsequitur, Pro cuius declaratione supponendum est, ex Diuu. Thom. hic, quod operans est, in qua voluntas se habet, vt mota, cooperans autem in qua se mouet, mouere autem se est ex aliquo principio intrinseco tenente se ex parte ipsius operantis, esse autem motum est moueri ex aliquo principio extrinseco, non se tenente ex parte ipsius mobilis, sed ex parte alicuius extrinseci impelentis, & mouentis ipsum. Potest enim aliqu id moeure se in multiplici genere. Primò, in genere phisico. Secundò, in genere morali. Tertiò, in genere gratiæ. Ad primùm requiritur aliquod principium phisicum intrinsecum mouili. Ad secundùm aliquod principium morale intrinsecum operanti. Ad tertium, aliquod principium intrinsecum gratuitum tenens se ex parte ipsius operantis, ista ergo tria genera habent se sicut superius, & inferius, nam benè sequitur, mouet se in genere gratiæ, ergo mouet se in genere moris, quia genus moris clauditur in genere gratiæ. Similiter benè sequitur mouet se in genere moris, ergo mouet se phisicè, quia genus phisicum clauditur in genere moris, sed econuerso non sequitur, mouet se phisicè, ergo mouet se moraliter, in omni enim actione vitali, & libera mouet se quis phisicè, quia nequit esse actio libera, & vitalis, cuius non sit principium phisicum intrinsecum eius, non autem in omni tali mouet se moraliter, quia ad hoc requiritur assignare principium præuium intrinsecum morale, quod potest non esse stante principio intrinseco phisico, vt patet in intentione finis præcedit enim principium phisicum cum sit actio vitalis, non autem principium morale, cum ipsa intẽtio sit primum principium in genere moris. Similiter nõ valet mouet se moraliter, ergo mouet se in genere gratiæ, nam plus requiritur ad secundum quam ad primum, vt moueat se moraliter sufficit præcedat principium intrinsecum morale, vt autem moueat se in genere gratiæ requiritur præcedat principium intrinsecum gratuitum tenens se ex parte ipsius, stat ergo præcedere principiũ intrinsecum morale, & non principium intrinsecum gratuitum, vt patet in actu contritionis, vel quouis alio actu electionis disponẽte ad gratiam, talis enim procedit ex principio intrinseco morali, nempè ex intentione precedente talẽ electionem, non tamen procedit ex principio intrinseco gratuito tenẽte se ex parte illius: nam tunc quandoquis disponitur totum, quod intelligitur in genere gratiæ, tenet

se ex parte ipsius Dei inducentis, & præparantis ad iustificationē iuxta prædicta: ergo gratia operans cōsistit respectu eorum, quæ pertinēt ad gratiam infieri, cooperans verò respectu eorum, quæ pertinent ad gratiam in facto esse, quandiu enim forma est infieri, tenet se ex parte generantis, & non geniti, vt patet in lapide, cuius forma, quia semper est infieri quo ad vsque sit in cētro propterea descēsus pertinens ad talem formam infieri generanti, & non genito lapidi tribuitur, quando autem forma consideratur in facto esse, tenet se iam ex parte geniti, & consequenter, quæ ad formam, vt sic pertinent genito tribuuntur, vt motus viuētis, quia pertinet ad formam in facto esse ipsi viuenti

1. Corol. genito tribuitur, ex quo sequitur, quod dispositiones gratiæ, & effectus formales illius, vt facere consortes diuinæ naturæ, &c. sunt gratiæ operantis, quia pertinent ad formam infieri, actus autem meritorij, qui gratiam consequuntur sunt quidem gratiæ cooperantis, quia pertinent ad formā in facto esse tenentem se ex parte ipsius

2. Corol. grati. Ex quo rursus sequitur eūdem effectum secundum diuersam rationem formalem posse pertinere ad operantem, & cooperantem, vt actus contritionis, v. g. vt natura antecedit, vt dispositio est gratiæ operantis, quia vt sic pertinet ad ipsam infieri, nec vt sic intelligitur meritoria, quatenus autem gratia subsequitur procedens ex habitu pœnitentiæ supponente gratiā, vt sic talis actus meritorius est ad cooperantem pertinēs, quia iam vt sic intelligitur gratia in facto esse. Similiter prima gloria pertinet ad operantē, & cooperantē, quatenus enim est effectus primæ gratiæ (licet secundarius) esse aceptum ad gloriā, vt sic, ad operantem pertinet, sicut enim gratis gratificatur, ita gratis ad gloriā primam acceptatur, ex ipsa receptione gratiæ considerata infieri. Quatenus verò prima gloria intelligitur, vt præmiū cadēs sub meritò primæ operationis consequentis primā gratiā, vt est cōtritio, vel dilectio vt gratiam consequuntur hac ratione prima gloria ad cooperantem pertinet, quia iam vt sic gratia intelligitur in facto esse, vt dictum est. Etsi contra fatias argumen-

Obiectio. nam tunc gratia cooperans, quæ est vnū membrum diuidens conuerteretur cū gratia habituali, contra D. Thom. hic. Resp.

Solutio. Quod gratia habituali realiter sumpta potest esse operans, & cooperans. Primum quidem quando concurrit per modum auxilij. Secundum verò, quando concurrit per modum habitus, vt se tenet ex parte subiecti, quapropter realiter sumpta non conuertitur cum vno membro diuidente; quia vtrunque potest habere, formaliter autem, vt habet rationem habitus cōuertuntur; quia nulla gratia potest se tenere ex parte subiecti in ordine ad actum, nisi gratia habitualis, si quidem auxilium per modum auxilij semper se tenet ex parte Dei, vnde tantum in operibus meritorijs mouet se ipsum homo in genere gratiæ, quia tantum in illis operatur ex aliquo tenente se ex parte hominis in illo genere, nempè ex gratia habituali, vt habitualis. Vnde hæc diuisio operantis, & cooperantis est gratiæ, vt abstrahit ab habituali, & actuali, licet vtraque ratio in habituali realiter sumpta secūdum diuersam rationem possit reperiri. Huic sententiæ sic explicatæ arridet, Belarm. tom. 5. lib. 1. de grat. & libe. arb. cap. 1. & Vazq. *Belarmin. Vazquez.* disp. 8. q. 3. puncto 5. imò, & videtur D. August. tom. 7. lib. de gra. & libe. arb. ca. 17. imò, & Concilij Prouincialis Colonien. tract. de Sacram. noui test. c. de Sa- *Augustin.* Pœnitent. vt explicantur à Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp. 40.

Ad Primum argumentū à principio. *Ad 1. arg.* Resp. omnia illa probare in huiusmodi se mouere physicè, vel moraliter non autem in genere gratiæ, quia (vt dictum est) ad hoc non sufficit concurrere efficienter vitaliter, vel liberè, sed ex aliquo principio gratuito intrinseco tenente se ex parte illius, quod ibi nō est. Ad illud autem, quod huiusmodi dispositio contritionis procedit ab habitu pœnitentiæ, ergo supponit gratiam, &c. Respō. Quod contritio, vt subsequitur gratiam supponit habitum pœnitentiæ, & vt sic pertinet ad gratiam cooperantem, quia vt sic est actus meritorius. prout verò natura antecedit gratiam ipsam, vt dispositio eius licet in re sit ab habitu pœnitentiæ, qui in illo stanti temporis est, non tamen intelligitur procedere ab illo, sed tantùm ex diuino auxilio, vel ex ipso habitu habente rationem auxilij, non autē ratione habitus. Ex his colligitur vera intelligentia Concil. Trident. asserentis in dispositionibus gratiæ, non habere nos mere passiue, loquitur enim in genere physico, vel moraliter, non autem in genere gratiæ: quia Concil. tantum procedit contra Lutherum negantem actiuitatem physicam, vel moralem, in genere autem gratiæ passiue se habet, vt patet ex illo Concilij Araus. can. 20. quod multa fiunt in homine, *explicat. Con. Trid.*

homine, quæ non facit homo, quod intelligendum est in genere gratiæ: nam in genere physico, vel morali nihil horum est, quod non faciat homo. Vnde Trident. & Arausi. quæ inter se nō videbantur cōtraria per hoc conformantur, quod Tridentin. loquatur in genere morali, vel physico. Arausi. autem in genere gratiæ.

Ad 2. arg. Caiet. Ad secundū arg. principale resp. Cai. illum actum feruidum posse comparari, vel ad gratiam pre existentem remissionē a qua producitur, vel ad augmentum gratiæ maioris productæ tali actu, in ordine ad primam est gratiæ cooperantis, in ordine vero ad secundam operantis, quia ille actus non est secundæ, sed prioris gratiæ. Hæc tamen solutio non intelligitur, quia ille actus est meritorius respectu illius augmenti gratiæ: ergo tale augmentum tribuitur operanti, & sic respectu eius se mouebit, & illud pertinebit ad cooperantem gratiam. *2. Solutio* Secundo alij respondent, illum actum feruidum produci à gratia remissori adiuta diuino auxilio extrinseco iubante ipsam, si autem ille actus comparetur ad gratiam est cooperantis, si autem ad auxilium adiubans est operantis, nam in ordine ad gratiam est a principio intrinseco in ordine vero ad auxilium ab extrinseco. *Impug.* Hæc tamen solutio non placet, nam tantum videtur ponere huiusmodi actum pertinere ad cooperantem secundum gradum correspondentem pre existenti gratiæ, non autem secundū excessum, secūdū quem correspondet auxilio extrinseco, quod substineri nō potest, quia ille actus non tantum est meritorius, secundum gradum proportionatum gratiæ pre existēti, sed etiam secundum gradum superexcedentem. Vnde etiam secundum illum ad cooperantem debet pertinere. *3. Solutio.* Tertio alij respondent, illum actum posse comparari ad gratiam augmentatam dupliciter antecedenter, vt causa eius, vel consequenter, vt effectus illius, diuersa enim ratione potest habere rationem causæ, & effectus, sicut qui habet habitum logicæ, vt tria, & prorrumpit in actum vt quatuor actus cō paratur, vt causa habitus, vt quatuor geniti per talem actum, & simul vt effectus, quia actus, vt quatuor ab habitu, vt quatuor debet produci, cum à proportione minoris inæqualitatis &c. Si ergo ille actus feruidus charitatis cōsideretur pro vt precedit augmentum gratiæ est operantis, si vero vt subsequenter est cooperantis, quia in prima consideratione non intelligitur ex aliquo principio intrinseco, bene autem in secunda consideratione. Hæc ta- *Impug.* men solutio nititur fundamento falso, intelligi enim non potest illum actum feruidum simul esse causam, & effectum maioris gratiæ, vel noui habitus scientiæ producti, nam esset prius, & posterius in eodem genere causæ, non enim potest assignari in quo genere causæ ille actus ab habitu producatur, nisi in genere causæ efficientis. Vltimo ergo respondetur, sic pro- *4. Solutio Vera* cedendum in supernaturalibus, sicut in naturalibus contingit, in naturalibus autem actus feruidus logicæ (verbi gratia) nec producitur ab habitu augmentato vt probatum est, nec ab habitu solum remisso propter in proportionem, sed ab tali habitu remisso, simul cum assensu præmissarum nouæ demonstrationis aduenientis, sic enim proportionem habet ad eliciendum quartam conclusionem generatiuam habitus, vt quatuor. Similiter enim contingit in gratia vt tria improportionē habet ad producendum actum vt quatuor si tamen tali gratiæ adiungatur motio, & auxilium extrinsecum fit proportionata tali actui, qui absolute, & simpliciter, & sine aliqua distinctione dicendus est ad cooperantem gratiam pertinere, quia licet, concurrat ex parte principij aliquod extrinsecum adiubans, absolute tamen principium eius intrinsecum est, quia principium eius est gratia, licet vt adiuta tali auxilio. Itaque vt esset operantis tale principium deberet esse extrinsecum, quod autem aliquod extrinsecum ponitur adiubans principium intrinsecum non tollit simpliciter esse à principio intrinseco. Exemplum sit quando lapis descendit maiori conatu, quam debeatur grauitati eius propter aliquem impulsum, licet maior velocitas non sit, nisi impulsu extrinseco superueniente, absolute tamen ille descensus est naturalis, quia principium absolute, est naturale, scilicet grauitas licet aliquo extrinseco adiuta, vt autem esset descensus violentus omnino ab extrinseco deberet esse.

Articulus III.

Vtrùm conuenienter diuidatur gratia in preuenientē, & subsequentem?

Conclusio est affirmatiua.

De hac diuisione Magister D.Aug. Psal. 58. Psal.20. Psal. 78. Sap.6. Cant.2. Cant.6.

DE Hac diuisione gratiæ agit Magister in 2.dist.26.c.5.Diuu.Augustin Hinchirid.cap.32.& libr.2.contra Duas epist.Pelagian.cap.9.& lib.de nat.& gra.cap.32.vbi adducit multa loca sacræ scripturæ, vt est illud Psalm.58. misericordia eius preueniet me. Et rursus misericordia tua subsequetur me, & Psal. 20.fit expressa mentio de preuenienti dū dicitur præueniisti eum in benedictionibus dulcedinis, & Psalm.78.cito anticipent nos misericordiæ tuæ, & sap.6.nomine sapientiæ dicitur de gratia preoccupat eos,qui se concupiscunt,vt se illis prior ostendat,& Cant.2.dilectus meus mihi, & ego illi prius dicitur dilectus meus mihi,vt intelligatur dilectum preuenire, & rursus Cāt.6.dicitur ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, vt significetur aliquando nos etiam dilectum præuenire,& ipsum subsequi secundum communem explicationem Sanctorum,item etiam huius diuisionis fit expressa mentio in Concil, Trid.sess.6.cap,5.& 7.& in Con.Arausic. can.14.vbi adducit illa loca allata ex Psa. 58.& 78.D.Fulgen.epist.6.circa finem D.Greg.16.Moral cap.11.& 12.& lib. 24.cap.12.& hom.9.super Ezechiel explicans illud Pau.1.Corin.13.gratia Dei mecum D.Bern.serm.67.super cant. explicans illud Cant.2. dilectus meus mihi & ego illi. Et si obijciantur aliqua loca Sacræ Scripturæ vbi videtur libertatem præuenire,non autē Deum vt illud Psal. 87.mane oratio mea preueniet te,& Psal. 118.præueni in maturitate, & clamaui propter quæ loca Ioan.Cassian.colat.13. cap.12.videtur docere, quod in bonis operibus nostra voluntas præuenit Deum remorantem. Respondetur, loqui de aliquibus effectib⁹ peculiaribus,vt augmētū gratiæ, & alia huiusmodi ad quœ voluntas se habet vt preueniens, licet non ex facultate naturæ,sed alias mota per gratiam vt explicat glossa Interl.in quo sensu, etiam alia loca similia, explicat Augustin. serm.29.super Psal.118. & super Psal. 87.vniuersaliter, autem respectu omniū effectum gratiæ voluntas præuenire non potest, sed necessario gratia præueniens debet assignari, Ne autē nominū ignorātia in multorum intelligentia defitias.

Con.Trid. Con.Arau. D.Fulg. D.Greg. D.Ber. Obiectio Ex Psalm. 87. & Psalm. 118. Solutio ex Di.Augusti.

Not.

Nota hanc diuisionem alijs vocabulis à Concilijs, & Sanctis nominari, quando diuidunt gratiam in excitantem, & adiuuātem,vt est illud Ecclesiæ, actiones nostras aspirando preueni,& adiuuādo prosequere,& in Trident.sess.6.cap.5.& 6. vbi expræsse fit mentio gratiæ excitantis,& adiuuantis.D.Augustin.lib.2.de peccatorum meritis,& remissione,cap.18. dicit,quod non possumus conuerti ad Deū, nisi ipso Deo excitante nos, & adiuuante per gratiam,& Diu.Bernard. lib. de grat. & lib.arbi.dicit,quod connatus nostri nō sunt boni,nisi à Deo adiubentur, & nulli sunt,nisi à Deo excitentur. Similiter Apocal.3.Ego sto ad ostium,& pulso,vbi nomine pulsationis Concilia,& sancti intelligunt gratiam excitantem,& ad Roman. 8.Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram,quod ad gratiam adiubantem pertinet. Si autem quæras,quæ sint,quæ ad gratiam excitantem,vel præuenientem pertinēt? Dico,quod non solum illa,quæ ex diuina prouidentia,nobis offeruntur exterius ad bona facienda, vt est vocatio prædicatio,&c.sed potisime ad hanc pertinēt interiora, vt illuminatio, vel inspiratio diuina multoties infussa, nihil nobis premeditantibus. Quapropter actiones intellectus, & voluntatis multoties sunt effectus gratiæ præuenientis. Quapropter fallitur Vega, vt supra diximus asserens effectus gratiæ præuenientis, non esse actiones nostras, sed passiones, vt enim supra dictum est, bene stat nos actiue concurrere, & nihilominus huiusmodi esse effectum gratiæ præuenientis, vel operantis. Et si contra omnia prædicta obijcias ex Diu.Augustin.Epist.106. vbi ait, quod nostra voluntas, semper est prediisse qua gratiæ: ergo non datur gratia subsequens.Respondetur,quod loquitur de voluntate ex propria facultate, sic enim nunquam præcedit, sed semper præuenitur à gratia,semel autem per illam actuata alios effectus gratiæ præuenire potest.Et si rursus obijcias ex eodem lib.de correctione vbi ait, quod libertate non sequimur gratiam,sed potius gratia sequimur libertatē ergo nunquā est gratia præueniens. Respondetur, literam esse Mendosam, & in correctis aliter habere, vtique quod libertate,non sequimur gratiam,sed potius gratia consequimur libertatem in quo docet iustificationem nostram non esse sitam in libertate nostra nudæ sumpta, sed potius quod libertas exerceatur est effectus ipsius gratiæ. Vnde illud nomen consequitur,idem valet, quod obtinere.

D.Aug. D.Bern. Rom.8. Dub. Resp. Obiectio Ex Diuu. Augusti. Solutio Obiectio Solutio Not.

Tandem ad intelligentiam huius art. nota membra huius diuisionis indifferenter posse conuenire cuilibet membro diuisionis præcedentis art.gratia enim operās vel cooperans potest esse præueniens, & subse-

subsequens, quia esse præuenientem (vt inquit D. Thom.) nihil aliud dicit, quam esse effectum præcedentem alium, esse vero subsequentem, nihil aliud est, quam esse effectum præsupponentem alium, cum ergo gratia operans possit habere (verbi gratia) effectum secundum, & tertium respectu illius effectus, secundi, & tertij erit præueniens, & in ordine ad primum erit subsequens, idemque in effectibus gratiæ cooperantis poterit assignari. Quapropter fallitur Curiel. hic dub. 3. & Vazquez. tom. 1. part. 1. disp. 88. cap. 10. & 12. tom. 2. disputatio. 185. c. 10. asserentes diuisum huius diuisionis esse gratiam actualem ex mente Augustini, & non habitualem vt constat ex ipso epist. 105. quia ipse agebat contra Pelagium non negantem gratiam remissionis peccatorum, quæ est habitualis, sed negantem gratiam actualem, & hanc statuendo contra illum diuidit in præuenientem, & subsequentem, fallitur in quia quia vt notauit Estapleton, lib. 5. de iustificatione, cap. 4. Pelagius non concedebat gratiam inhærentem, & intrinsice renouantem, vt nos supra docuimus, & patet ex Augustin. tom. 7. lib. de gratia Christi, cap. 30. & 36. & 47. & tom. 1. lib. retract. cap. 42. sed solum concedebat remissionem peccatorum per aliquid extrinsecum. Quapropter Diuus Augustin. statuit contra ipsum gratiam inhærentem, tam actualem, quam habitualem, & sic diuiditur ab ipso, vt hic a D. Thom. in præuenientem, & subsequentem. Etiam sequitur contra Vazquez, disputatio. 185. capit. 2. hanc diuisionem formaliter esse distinctam ab illa operantis, & cooperantis, potest enim esse (vt dictum est) gratia præueniens, & non operans, vt patet in 2. effectu qui (vt dictum est) gratia præueniens est respectu tertij, non tamen est operans, sed cooperans, quia iam præintelligitur aliquod principium gratuitum intrinsecum ex parte operantis, videlicet effectus primus a quo procedit secundus. Similiter potest esse gratia subsequens, & tamen nõ cooperans. Exemplum est, in perseuerantia paruuli decedentis ante vsum rationis, illa enim ad gratiam subsequentem pertinet, cum præsuponat gratiam iustificantem, & respectu perseuerantiæ præueniẽtem, non tamen est cooperans, quia hæc non habet locum, nisi respectu effectuum gratiæ, qui sunt actus eliciti ipsius grati, quos vtique paruulus habere non potest. Similiter patet in lumine gloriæ, est enim gratia subsequens, cum præueniatur à gratia iustificante, cuius est proprietas naturalis, & ad quam in termino naturaliter, consequitur, non tamen est gratia cooperans, quia lumen gloriæ, non est actus elicitus noster, quod requirebatur (vt dictũ est) ad effectum cooperantis. Quapropter gratia subsequens latius patet, quam cooperans, omnis ergo cooperans est subsequens, non tamen omnis subsequens est cooperans. Similiter gratia præueniens latius, patet, quam operans, quia omnis operans est præueniens, non tamẽ omnis præueniens est operans, vt dictum est. Doctrina est Diuu. Tho. in 2. distin. 26. art. 5. in corp. & etiam in 2, ad Anibaldum, eadem dist. art. 4. ad vltimum.

Ex D. Th.

Contra Curiel, & Vazquez.

D. Thom.

Vltimo notandum hic, non loqui D. Thom. de effectibus gratiæ tam intrinsecis, quam extrinsecis, cum asserit effectus eius esse quinque, plures enim sunt si extrinsecus numerentur, vt est videre in glos. sa super Psal. 22. assignante ex Casiodoro decem effectus gratiæ, & Caiet. super Psal. 118. assignante alios duos effectus gratiæ præueniẽtis, loquẽdo tamẽ de intrinsecis solum sunt illi quinq; ad quos quicumque inueniantur reduci possunt, dicũtur etiam illi effectus gratiæ, non vt gratia præscindit ab auxilio concurrente, cum ipsa, quia perseuerantia, non est effectus solius gratiæ habitualis: siquidem vltra illam requiritur auxilium specialissimum, vt supra dictũ est, dicitur tamen effectus gratiæ, quia licet requiratur illud auxilium: verè tamen ipsa gratia habitualis (licet illo auxilio adiuta) producit, & attingit illum effectum. Alia famosa diuisio gratiæ est cuius meminit, Diuu. Tho. supra quæst. 109. artic. 10. ad 3. quod alia sit sufficiens, alia vero efficax, sed de hoc agitur late materia speciali de auxilijs.

Not.

Gloss.

Cai.

Art. IV.

Vtrùm gratia gratis data conuenienter diuidatur ab Apostolo Paulo?

Conclusio est affirmatiua.

CIRCA quod nota exactã, & perfectam esse huiusmodi diuisionem, & non solum vt aliqui male interpretantes Diuu. Thomam asserunt intelligendum esse præcipuas species gratiæ gratis datæ enumerasse, qualis est Vazquez, hic nullam ad hoc afferens rationẽ, sed

Not.

sed de examine huius, & sufficientia numeri gratiæ gratis datæ, & in particulari, de qualibet illarum, videatur in proprio loco 2.2. a quæst. 171. vsque ad q. 178.

Art. V.

Vtrùm gratia gratis data sit dignior, quam gratia gratũ faciens?

Conclusio est negatiua.

Quæst. 112. De causa gratiæ.

Art. I.

Vtrùm solus Deus sit causa efficiens gratiæ?

PRIMA Conclusio, solus Deus est causa efficiens principalis gratiæ.

Secunda conclusio, humanitas Christi Domini, & Sacramenta, vel alia creatura, bene potest esse causa instrumentalis gratiæ.

Dubium est.

Vtrùm prima conclusio Diuus. Thom. verum habeat?

1. *Arg.* PROBATVR, quod non primo Ezechielis 18. Ipse animam suam viuificabit, 1. ad Thimot. 2. Si quis emundaberit se ab istis erit vas in honorẽ, & 1. Ioan. 3. Omnis qui habet hanc spem sanctificat se in quibus locis videtur asseri hominẽ esse causá principalẽ suæ iustificationis, alias enim non verificaretur iustificare se.

2. *Arg.* 1. *Prob antecedens. Rom.* 8. Secundo arg. Christus Dominus in quantum homo est causa principalis gratiæ fidelium: ergo. Prob. anteced. primo, nam illa est causa principalis cui immediate assimilatur effectus, sed fideles in gratia assimilantur immediate Christo Domino in quantum homo plenus gratia, & veritate secundum illud ad Rom. 8. Quos præscivit, & prædestinauit conformes fieri Imagini filij sui ergo. Secundo probatur idem anteced. nam causa instrumentalis, non operatur per intellectum, & volũtatem, sed habet se tanquam organũ mortuum agens per actionem. & virtutem alterius, sed Christus Dominus, etiam in quantum homo operatur iustificationem nostram per intellectum, & voluntatem, & per propriam operationem virtutum infusarum: ergo etiam vt homo est causa principalis gratiæ. Tertio prob. idem antecedens, nam Christus, vt homo est causa meritoria nostræ gratiæ: ergo in quantum homo est causa principalis, nam ratio meriti non est in instrumento, sed in principali causa reperitur, implicatorium videtur esse merentem, & non causam principalem. Quarto prob. idem antecedens, nã est caput in quantum homo nostræ gratiæ ergo influxus eius est causæ principalis influxus enim capitis influxus principalis est. Quinto prob. antecedens, nã Ioan. 15. Christus Dominus comparatur viti respectu fidelium quos palmites vocat, influxus autem vitis ad palmites est causæ principalis ergo, vt exemplum teneat &c. Vltimo prob. anteced. ex Diu. Thom. 3. part. quæst. 13. articul. 2. asserente, quod Christus Dominus secundum propriam virtutem gratuitam habuit potentiam ad illuminandum per gratiæ, & scientiæ plenitudinem omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes, & istam causalitatem animæ Christi distinguit, ibi D. Thom. à causalitate instrumentali aliorũ effectuum: ergo sentit prædictam esse causalitatem principalem. Item in 4. distin. 5. quæst. 2. artic. 2. ait quod Christus, vt homo efficiebat effectum baptismi, quatenus eius meritum operabatur ex plenitudine gratiæ, alias autem homo efficit effectum baptismi, in quantum instrumentũ talis virtutis Christi: ergo sentit Christũ esse causam principalem.

3. *Prob.* 4. *Prob.* 5. *Prob.* 6. *Prob.*

3. *Arg.* Tertio arg. quodcumque subiectum informatum aliqua forma potest agere in aliud introducendo ipsam, si aliud sit capax talis formæ, sed homo iustus est informatus forma gratiæ: ergo poterit esse causa principalis inductiua illius formæ in alio capaci illius formæ. Maior patet inductiue in omni subiecto naturali, consequẽtia videtur clara. Si respondeatur cum D. Thom. hic formam gratiæ, non esse connaturalẽ habenti illam, ac per consequẽs non posse esse causam principalem per talem formam, sed solus Deus cui gratia connaturalis est. *Solutio.* Contra arg. nam aquæ non est connaturalis calor, nec aeri lux, sed ab extrinseco communicatur, nihilominus tamen *Impug.*

tamen semel recepta tali forma potest aqua calefacere, & in alio inducere calorē.

Solutio. Si aliter respondeatur fieri aliquem gratum esse quid superexcedens, cum sit aliquid ordinis diuini, & participatio naturę Dei ac perconsequens à nullo alio principaliter hoc attingi posse, quam à Deo.

Impug. Contra arg. nam licet ille effectus superexcedat facultatem naturalem non tamen facultatem habentis gratiam, habens enim illam etiam est in eodem ordine cum illo effectu ac perconsequens poterit attingere illum. Exemplum sic in calore respectu aquæ, licet enim sit supra naturā eius seorsum sumptam, non tamen supra naturam aquæ calidæ. Similiter visio beata quid superexcedens est, & participatio diuinæ naturæ pertinens ad ordinem diuinum, nihilominus est à creatura vt a causa principali, quia licet excedat intellectum precisse sumptum, non tamen eleuatum lumine gloriæ per quod iam ei præsuponitur in ordine diuino. Similiter actus fidei spei & charitatis sunt, quid super excedens, & ordinis diuini, & participatio diuinæ operationis sicut, & gratia diuini esse, nihilominus sunt ab homine, vt à causa principali, quia licet super excedant naturam eius precise sumptam, non tamen vt eleuatum lumine fidei charitatis, &c. quia vt sic eleuata etiam est in eodem ordine, cum tali actu: ergo similitee fieri aliquem gratum potest esse efectus alicuius iusti, vt causa principalis. quia licet super excedat naturam talis iusti precise sumptam, non tamen vt gratia eleuatam, quia vt sic est in eodem ordine diuino cum tali efectu.

Solutio. Si aliter respondetur, hoc habere verum, & argu. conuincere si gratia esset forma operatiua, non tamen sic se habet nam gratia tantū datur adesse, nō vero ad operādū ad hoc enim ponuntur virtutes. Quapropter gratia solum respicit habentem illam, non autem alienum subiectum.

1. Impug. Contra arg. nam gratia (vt supra dictum est) participat propium naturæ diuinæ, sed natura diuina est operatiua gratiæ: ergo gratia in anima iusti hanc virtutem habet

2. Impug. alias non participat conditionem naturæ diuinæ. Secundo impugnatur, nam saltem sequitur esse principium sufficiens radicale causatiuum gratiæ alterius, quia vnū quodque operatur in quantum est, & forma quæ dat esse dat consequenter, licet mediate, & operari: ergo licet non in media te, mediate tamen poterit in alio produce

3. Impug. re gratiam. Tertio impugnatur, nam vt ait D. Dion. cap. 4. de diui. nomi. bonum est communicatiuum, & diffusibum sui, cum enim omnis forma, hoc habeat à fortiori gratia, quia forma super excedens, & perfectissima est, & maioris bonitatis, quā aliæ si enim alijs formis, hæc perfectio cō uenit, vt sibi similes producere possint quare hoc gratiæ eminentissimæ formæ debet denegari.

Quarto principaliter arg. homo apponit vltimam dispositionem gratiæ ex auxilio supernaturali: ergo est causa principalis gratiæ, patet consequentia, nam in à gentibus naturalibus, & etiam in generatione hominis illud dicitur agens principale effectus, quod apponit eius vltimam dispositionem, vt optime explicat Ferrar. 2. contra Gent. capit. 89. Antecedens habetur ex Trid. toties repetito, quod homo per proprios actus vere se disponit ad gratiam. Si respondeatur hominem non apponere vltimam dispositionem in ratione dispositionis (hoc enim tantum fit à Deo) sed in ratione cuiusdam actus. Cō tra arg. nam quomodocumque consideretur contritio (verbi gratia) siue vt dispositio, siue vt actus est quid vitale: ergo quomodocūque cōsideretur ab homine.

4. Arg. *Solutio* *Impug.*

Quinto arg. homo est causa principalis secundæ gratiæ ergo, & primæ. Antecedens patet nā est causa meritoria illius, consequentia vero probatur, nam ex eo Sacramenta viuorum dicuntur absolute causare gratiam, quia causant secundam gratiam: ergo quod causat principaliter secundā gratiā dicetur absolute causare principaliter gratiam.

5. Arg.

Sexto argu. penitentia virtus habet vt causa principalis expellere peccatum: ergo, & causare gratiam. Antecedens est D. Thom. 3. part. quæst. 85. artic. 2. ad 3. vbi ait penitentiam physicæ. & effectiue expellere peccatum ex quo sequitur huius esse causam principalem, nam quælibet virtus causa principalis est sui effectus. Consequentia vero probatur primo quia quod expellit principaliter vnum contrarium inducit, & aliud cum ergo gratia, & peccatum contraria sint, quod principaliter expellit peccatum principaliter inducit gratiam. Secundo prob. conseq. nullum agens per se tendit in corruptionē & destructionem, nisi vt viā ad generationem alterius, nam virtus actiua respicit finem, & bonum, finis autem & bonum nō in destructione, sed in generatione formæ consistit qua ratione, & Aristot. dicit quod forma, & finis idem sunt ergo si penitentia tendit principaliter in destructionem

6. Arg.

peccati

pecccati hoc erit transitorie, & per modũ viæ ad introductionem gratiæ.

1. Sent. Albanen. In hac re est prima sententia hæreticorum Albanensium quemlibet hominem posse, vt causa principalis causare gratiam, & dare Spiritum Sanctum.

2. Sent. Medin. Arnold. Secunda sententia est Medinæ, 3. p. quæst. 13. art. 2. concl. 8. quam etiam tenuit Arnoldus relatus hic à Caponib. humanitatem Christi Domini esse causam principalem gratiæ, quia humanitas Christi Domini (inquiebat iste hæreticus) eiusdem potestatis est, cum ipso Deo.

3. Sent. Tertia sententia est, quod quando homo iustificatur ex opere operãtis per proprium actũ cõtritionis vere est causa principalis suæ gratiæ.

1. Not. Pro intelligentia notandum, hãc quæstionem posse procedere de facto, & de lege ordinaria, aut vero de potentia absoluta, in secundo sensv tractabitur, infra modo vero de facto procedimus.

2. Not. Secundo notandum, aliquid posse esse causam principalem induplici genere, vel in genere physico, vel in genere moris, in genere physico causa principalis dicitur, quæ per propriam virtutem physice, & realiter attingit effectum, in genere moris causa principalis dicitur, quę per intellectum, & voluntatem, per proprium imperium, & Consilium, & propriam rerum dispositionem attingit effectum: rursus esse causam principalem physicam potest intelligi in duplici ordine, vel in ordine naturæ, per virtutem naturalem, vel in ordine supernaturali per virtutem supernaturalem.

1. Concl. Prima conclusio, nõ potest homo esse causa principalis physica gratiæ, neque in ordine naturali, nec supernaturali eleuatus per gratiam. Hæc conclusio est de fide, nam sacra Scriptura iustificationẽ, & gratiæ productionẽ soli Deo tribuit, vt patet Esai. 43. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas ego ipse sum, &c. in qua repetitione, idẽ est ac si diceret, & non alius, & Oseæ. 13. Oseæ, 13. Saluator non est præter me, & illud Psal. Gratiam, & gloriam dabit Dominus, quia licet iste locus secundum aliã litteram habeat, gloriam, & honorem dabit Dominus, & quod loquatur de tabernaculo, vt volunt aliqui moderni, tamen secundum vulgatam receptam ab Ecclesia loquitur ad nostrum propositum de gratia iustificante, & gloria illi correspondente. Ad Roman. 4. & 8. Deus qui iustificat, & illud Iob 14. quis poterit facere mundum de in mundo conceptum semine, non ne tu, qui solus est? & alia multa loca afert Vega, lib. 7. supet Triden. cap. 4. Hæc etiam colligitur ex Concil. Arausc. can. 20. ex illis verbis: Multa bona opera facit Deus in homine, quæ nõ facit homo, quæ utique de prima infusione gratiæ debet intelligi. Item in Triden. sessio. 6, cap. 7, diuiditur causa nostræ iustificationis in principalem, & instrumentalem, instrumentalis ponuntur Sacramenta, & Christi humanitas principalis vero Deus. Hanc cõmuniter docent Doctores Sancti præcipue, D. Augustin. lib. 1. de peccatorũ meritis, & remissi. c. 14. vbi ait, quod qui ausus fuerit dicere iustifico te, consequens est, vt dicat crede in me. Videatur etiã super Psal. 118. lib. 2. de liber. arb. cap. 18. & 19. vbi definit virtutem infusam esse bonam qualitatem mentis, quam Deus in nobis, sine nobis operatur, vtique quia huiusmodi dimanant ex gratia, quã Deus in nobis solus producit. Secundo probatur, ratione prima pars conclusionis, nam gratia est effectus supernaturalis excedẽs perfectionem totius naturæ: ergo nulla causa naturalis per virtutem naturalẽ, potest attingere productionem gratiæ, quia inter causam principalem, & effectum debet esse debita proportio, quæ naturalis ad supernaturalem, non est cum sit excessus, & si aliquis deberet esse, deberet esse ex parte causę, vt dicit D. Dion. 9. c. de diuin. nomin. & optime explicat Cai. 1. p. quæst. 4. art. 3. Hæc enim est ratio Diuu, Thom. hic nec sibi contrarius est dicens, quod nulla causa potest agere, vltra suam Esphæram. quia effectus semper est ignobilior causa, quia apparet repugnantia ex vna parte, quod effectus sit intra speciem causæ, & ex alia, quod sit ignobilior, quã causa, non enim est contrarietas, si enim loquamur de causa æquiuoca: certum est esse eminentiorem effectu, de vniuoca intelligendum est formaliter de causa, & effectu, vt causa & effectus, quia causa in ratione causæ importat, aliquid in actu, quia vnumquodque agit, in quantum est in actu effectus autem dicit aliquid exiens de potentia in actu: licet ergo effectus sit in eadem specie, cum causa, quia habet illud esse minus perfecte imperfectior est. Quapropter effectũ, etiam eiusdem speciei, cũ causa non dicitur formaliter produci, secũdum esse suæ causæ, sed quasi materialiter, itaque homo producens hominem nõ producit illum, in quantum homo formaliter, quia sic produceret se ipsum, sed producit hominem, quasi materialiter producendo

Vega. Con. Aran Con. Trid. D. Aug. D. Dio. D. Thom.

do formam in hoc subiecto per vnionem vtriusque. Videatur de prædicta intelligẽtia D. Thom. 1. part. quæst. 4. art. 3. ad 3. vbi adducit D. Dionisium. videatur etiam Caiet. quæstio. 104. art. 1. Secunda pars conclusionis probatur, causa principalis est, cui inmediate assimilatur effectus, sed gratia producta solum assimilatur Deo inmediate, quia solum est participatio naturæ illius: ergo solus Deus est causa principalis eius. Minor probatur, nam gratia vnius non gratiæ alterius assimilatur, sed Deo, sicut duæ imagines, quia non vna alteri assimilatur, sed vtraque prototipo est expræsio sic dicendum est de gratia. Secundo prob. secunda pars concl. gratia nõ est qualitas operatiua in alterum, ergo. Patet cõseq. nã albedo vnius albi, ab altero albo produci nò potest, quia albedo nõ est qualitas operatiua. Antecedens vero probatur primo, quia sequeretur quemlibet iustum alium iustificare posse, sicut quod libet calidum aliud potest calefacere. Hoc autem ridiculum est asserere. Secundo probatur idem antecedens gratia est participatio eminentissima naturæ diuinæ (vt dictum est) ergo non potest esse operatiua. Patet consequentia, quia natura diuina propter sui maximam eminentiam aliam diuinam naturam producere non potest, si ergo gratia participatio est ipsius diuinæ naturæ aliam gratiam producere non potest, propter sui eminentiã. Itaque vna gratia respectu alterius sic debet comparari, sicut natura diuina respectu alterius naturæ diuinæ, cum ergo diuina natura alteram producere non possit, ita nec vna alteram gratiam, bene tamen gratia a natura diuina, quia sic comparatur, vt quid imperfectius, & diminuta. Et si contra objicias, quod quælibet forma creata est participatio diuinæ naturæ, licet imperfecta, & nihilominus altera alterius potest esse principium effectiuum: ergo similiter omnis gratia. Respondetur, quod aliæ formæ participantur pllene, & perfecte in suo genere. Quapropter quælibet illarum potest esse principiũ producendi aliam, gratia autem participatur imperfecte in suo genere est enim in genere diuino, forma autem Deitatis per gratiam, non nisi imperfecte facit Deum, vtique participatiue, vt ergo aliquid per aliquam formam agere possit debet perfecte habere illam. Quapropter diuina essentia, quæ in Deo perfecte habetur est principium producendi. In homine autem natura diuina imperfecte participata principium producendi esse non potest, doctrina colligitur ex Diuo. Thom. quæst. 27. de verit. art. 3. Tertio probatur, nihil potest operari, vbi nõ existit, sed solus Deus existit intra essentiam animæ: ergo solus Deus potest operari gratiam in essentia animæ. Minor patet ex communi doctrina Theologorũ, quod solus Deus illabitur in essentiam animæ, ratio est Diuu. Thom. 3. p. quæst. 64. art. 1. Confirmatur, solus Deus potest efficienter principaliter mouere voluntatem ex parte ipsius potentiæ, vt dicitur supra q. 9. art. 6. ergo solus Deus potest principaliter causare gratiam, patet conseq. nam gratia producitur mediante actu voluntatis: ergo quod nõ potest mouere principaliter ad actum voluntatis nõ potest principaliter causare gratiã productã per talẽ actũ. Etsi contra arg. nã Angelus superior illuminat, & purgat inferiorem imo, & Angelus bonus potest detinere in aliquo loco, & torquere malum: ergo potest intrare, & attingere intellectum, & voluntatem imo, & substantiam alterius Angeli. Respondetur, hoc totum facere Angelum ex parte obiecti per à proximationem, & proportionem illius, non autẽ per ilapsũ in potentiam, vel essentiam alterius. Quarto probatur solus Deus potest generare filium, qui essentialiter sit Deus: ergo solus Deus potest generare filium, qui participatiue. & adoptiue sit Deus per gratiam patet consequentia, nam vt inquit Diuu. Thom. 3. part. quæst. 23. articul. 2. ad 1. adoptare aliquem in filium solum conuenit habenti naturam eius, secundum quã alias filium naturalem generare posset. Confirmatur solum potest eleuare aliquid ad aliquod esse, qui potest attingere illud esse, sed ordinem diuinum, & gratiæ solũ potest attingere Deus: ergo solus ille potest eleuare ad illum statum. Probatur minor, nam hoc arguit virtutem infinitam. Quinto probatur, si gratia produceretur (verbi gratia) ab aliquo homine, hoc esset per actionem supernaturalem alicuius habitus infusi (verbi gratia) charitatis, &c. sed quæcumque actio supernaturalis creaturæ est inferior ad ipsam gratiam: ergo per nullam actionem supernaturalem creatam produci potest. Probatur minor, nam quæcumque actio supernaturalis quamtũcumque eleuata est participatio diuinæ operationis gratia, autem diuini esse, sed operatio etiam in Deo semper intelligitur inferior ad esse: ergo non potest intelligi operationem adæquare perfectionẽ gratiæ, vt ipsam producere possit. Vltimo probatur,

Cai.

3. Pars conclus.

Obiectio.

Solutio Ex Diuo Thom.

Obiectio 3

Solutio

batur, nulla creatura potest esse causa principalis gratiæ, tanquam habens connaturaliter formam agendi, nec tanquam sustẽtans, illam ergo nullo modo, conseq. patet, nã vt docet Cai. 22. q. 23. art. 2. ad 3. Dupliciter potest aliquid esse causa principalis alicuius effectus. Primo, quia est cui cõnaturaliter cõuenit forma effectus vt ignis est forma principalis calefaciẽdi, & sol illuminãdi, quia calor est cõnaturalis igni, & lux Soli. Secũdo modo aliquod est causa principalis effectus per formam effectus, quæ sustẽtat, etiã si talis forma tali agẽti, non sit cõnaturalis, vt aqua calida est causa principalis calefaciendi per calorem, quem sustentat, licet ei connaturalis non sit. Anteced. autem probatur, quoad primam partem, nam gratia, cum sit ordinis diuini, & immediata Dei participatio nulli creaturæ potest esse connaturalis. Secunda vero pars anteced. prob. nam vt secundo modo aliquid sit causa principalis debet sustentare formam effectus in esse perfecto, sed natura diuina, quantumcumque gratia crescat, numquam participatur perfecte ab habente illam: ergo numquam potest per participationem talis formæ agere in alio. Ex dictis in hac conclusione sequitur, non solum creaturam, non posse esse causam principalem gratiæ aliorum, nec sui ipsius, quia si consideratur ante gratiam, non habet proportionem ad tam excellentem effectum, vt dicebamus in secũda probatione conclusionis. Si autem post gratiam consideretur, iam illam producere non potest, quia iam productum in producibile est, Quapropter in sacra Scriptura iustificatio, aliquando appellatur creatio, ad Ephes. 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis, & Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus. Aliquando vero appellatur generatio, 1. Petr. 2. Quasi modo geniti infantes lac concupiscite. Aliquando vero appellatur plantatio, vt 1. ad Corint. 3. Ego plantaui Apollo rigauit Deus autem incrementum dedit. Aliquando etiam cõparatur constructioni vasis ex luto, vt Gerem. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic & vos in manu mea. Et ad Rom. 10. numquid potest dicere vas figulo, cur me fecisti, sic hæc omnia, vt significetur esse impossibile aliquem, se vt causam principalem iustificare, sicut est impossibile aliquem se creare, vel generare, vel se plantare, vel vasem se ipsum ex luto formare, sed hæc ab alio necessarium est fieri.

Caiet. *Corol* *Ad Ephe. 2.* *1. Petri 2.* *1. Cori. 3.* *Hier. 18.* *Rom. 10.*

2. Conclu. Secunda conclusio, non potest causa regratiam Deus, vt auctor naturalis, sed vt supernaturalis, licet enim Deus auctor naturalis, & supernaturalis, idem sint virtusque vtriusque omnino eadem, in nostra tamen consideratione distinguntur, & dicimus Deum esse causam principalem gratiæ, non in ratione auctoris naturalis, sed supernaturalis. Hæc probatur, vt auctor naturalis, tantum respicit naturã, sed gratia excedit totam naturam: ergo non causatur à Deo, vt auctor naturæ. Secundo probatur, virtus agendi auctoris naturalis, vt sic est limittata, nec potest facere aliquod infinitum, sed gratia cum sit Dei participatio habet, quandam infinitatem: ergo non est attingibilis à virtute auctoris naturalis, vt sic.

Tertia conclusio, quod dictum est. de infusione gratiæ, dicendum est, de infusione habituum supernaturalium, nullũ præter Deum posse esse causam principalem physicam illorum. Hæc probatur, nam secundum D. Thom. supra quæst. 110. isti habitus sunt propriæ passiones fluentes ab ipsa gratia; ergo ab illo principaliter producuntur cuius est principaliter inducere gratiam, patet conseq. nameadẽ actione, qua producitur essentia producitur, & propria passio, hoc enim est fluere ab essẽtia, & in naturalibus, ita videtur, cui tribuitur forma tribuitur, & passio eius, & hoc significat Aug. lib. 2. de lib. arb. c. 18. & 19. citato, vbi loquens de huiusmodi habitibus ait Deum in nobis, sine nobis operari, sic enim exponit ipsum D. Tho. supra quæst. 55. artic. 4. ad 6. & in 1. dist. 17. art. 2. & in 2. dist. 27. quæst. 2. arti. 2. & de virtutibus quæst. 1. art. 11. ad 4. Secundo probatur, non potest præintelligi aliquid ex parte hominis ratione cuius possit esse causa principalis horum habituum ergo. Probatur antecedẽs, quidquid præ intelligitur ad productionem illorũ habituum, etiam si sit ordinis supernaturalis tantum præintelligitur per modum auxilij, quia tunc tantum intelligitur gratia operans, & nondum peruenit ad cooperantem: ergo nihil horum potest constituere hominem in esse causæ principalis, patet consequentia primo, nam vt dictum est, quod habet rationem operantis gratiæ, non consideratur ex parte hominis: ergo non potest constituere ipsum in esse causæ principalis, cum constitutibum ex parte illius se debet tenere. Secundo probatur consequentia, quod tantum consideratur per modum auxilij consideratur per modum transeuntis: ergo non potest esse causa principalis habituum, qui ex

3. Conclu. *D. Thom.* *D. Aug.* *D. Thom.*

sua

sua ratione important permanẽtiam, alias enim non esset proportio effectus ad causam: effectus ergo permanens in causam principalem habentem virtutẽ permanẽtẽ deberet assignari. Tertio probatur, huiusmodi habitus educuntur de potentia obedentiali animæ: ergo solum principaliter producuntur à Deo. Antecedens patet, nam nulla potentia naturalis horum esse potest, cõseq. veroprob. nã potẽtia obedẽtialis solum agẽti infinito scilicet Deo est subiecta, & per ordinem ad ipsum talis potentia definitur de hoc videte longius, 2. 2. q. 24. art. 2. vbi hoc disputatur contra Vazquez, qui oppositum cẽset. Quod autem habet difficultatem est examinare: vtrum idem sit dicendum de augmẽto gratiæ, & charitatis, & horum habituum, hoc etiam inter discipulos D. Th. manet sub lite. Aliqui enim solum concedunt hominẽ esse causam principalem moralem augmẽti gratiæ, & charitatis; quod a nullo negari potest, cũ homo sit causa meritoria talis augmẽti, causa autẽ meritoria principalis est, in genere moris, in genere autẽ phisico inquiũt par ratio est de augmẽto, atque de prima productione, quorum ratio hęc est, nam augmentum, & primus gradus eiusdem rationis sunt: si ergo primi gradus implicat alium, quam Deum esse causam principalem physicam, idem erit dicendum de augmento. Item secundo, nam etiam augmentum educitur de potentia obedentialis subiecti: ergo solum est à Deo principaliter. Item tertio, nam secundum Diuu. Thom. 3. part. quæst. 62. art. 9. ad 1. nullus ab alio meretur, quod à se potest producere, nam meritum est respectu præmij, quod ab alio expectatur, sed augmentum gratiæ, & charitatis cadit sub merito, & habet rationem præmij: ergo solum moraliter, non autem physicæ principaliter est ab homine. Nihilominus probabilissime dici potest, talis augmenti hominem esse causam principalem physicam, quia iam ex parte illius consideratur principiũ productiuum talis augmenti, quia consideratur gratia cooperans habitibus ornata illis mediantibus prorumpens in operationem, quid ergo deest vt per huiusmodi constituatur in esse agentis principalis physici. Secundo probatur, quia gratia, & habitus non solum sunt principium morale, sed etiam physicum operis meritorij habentis proportionem, etiam in esse physico, cum effectu producto: ergo vere homo per talem operationem est causa principalis effectus. Tertio probatur, nam in naturalibus, licet aliquis nõ possit esse causa sui esse, bene tamẽ causa principalis sui augmenti, quia semel habito esse per generationem intelligitur habere principium sufficiens ad se augendum, nec rationes in oppositum conuincũt, licet enim primus, & secundus gradus sint eiusdem rationis in ratione rei quantum ad suam speciem, non tamen in ratione effectus, nam respectu secundi præintelligitur, iam homo sufficienter constitutus in esse agentis principalis per primum gradum, qui iam se tenet ex parte illius, quod non reperitur in causalitate primi. Ad secundum etiam respondetur, augmentum gratiæ, & charitatis nõ omnino educi de potentia obedentiali, sicut primus gradus, nam in ordine gratiæ semel suppositæ, & per illam homine eleuato intelligitur, iam potentia, quasi naturalis, de qua homo possit educere talem effectũ. in quo sensu dicebat Caiet. quod licet credere sit omnino supernaturale habenti, tamen fidem esse naturale. Adtertiũ resp. non esse inconueniens, vt præmium sit physice, & effectiue ab eodẽ cui tribuitur ipsum præmium, vt patet in visione beatifica, est enim vltimum, & perfectũ præmiũ, & tamẽ physice, & effectiue ab eo est, cui tribuitur in præmium, sic ergo licet augmentum charitatis, & gratiæ habeatur in præmium operis meritorij, potest nihilominus physice esse ab illo cui tribuitur in præmium. Locus autem D. Thom. interpretari potest, quod præmium sit ab eo, apud quem meretur, quatenus Deus tribuit necessaria, & requisita, ad consecutionem eius, etiamsi amerẽte debeat fieri, qui plura de augmento charitatis desiderat, videat 2. 2. quæstion. 24. loco citato.

Dub. *1. Sent.* *1. Arg.* *2. Arg.* *3. Arg.* *2. Sent.* *1. Arg.* *2. Arg.* *3. Arg.*

Ad 1. arg. 1. Sent. *Ad 2. arg.* *Ad 3. arg.*

Quarta conclusio, Christus Dominus in quantum homo est causa principalis moralis gratiæ aliorum, & nulla pura creatura id habet. Pro intelligentia huius conclusionis nota, quod ly in quantum, non summitur reduplicatiue, nam duæ exponentes sunt falsæ, scilicet omnis homo est causa gratiæ aliorum, & illa, quia est homo est causa principalis, &c. summitur ergo specificatiue, scilicet, quod Deus homo, & homo Deus, etiam in natura humana id habet. Dixi etiam gratiæ aliorum, nam respectu propriæ gratiæ aliqui tenent, quod quilibet homo, quando iustificatur ex opere operantis, licet non physica est, causa tamen principalis moralis gratiæ productæ: quatenus per proprios actus libe-

4. Concl. *Not.*

bere disponitur ad illam (licet oppositum sit probabilius) nam vt dictum est supra, actus præcedentes iustificationem, vt moraliter sunt ab homine, non sunt dispositiones, sed hoc habent precisse ex parte Dei operantis loquendo autem respectu gratiæ aliorum dicimus in conclusione, nullam creaturam præter humanitatem Christi Domini esse causam principalem moralem. Paobatur, nam Christus Dominus in quantum homo (& nullus alius) est causa meritoria gratiæ aliorum: ergo est causa principalis moralis, patet conseq. nã inter causas morales præcipua est meritoria. Circa istam tamen rationem, adhuc nota consulto dixi de Christo Domino in quantum homo esse causam meritoriam gratiæ aliorum, non autem dixi esse meritoriam de rigore iustitiæ, nam quod meritum eius sit de rigore iustitiæ, non habet quatenus est ab eo in quantum homo etiã specificatiue, sed quatenus Deus homo, itaque in merito duo considerantur primum substantia ipsius meriti, secundum infinitas ratione cuius est de condigno. & de rigore, substantia ergo meriti est ab humanitate, quia debet esse ab aliquo inferiori Deo, quod in Christo non est, nisi eius humanitas, semel autem præsuppositio merito ex parte humanitatis, quod sit infinitũ, & de rigore habet ex infinitate suppositi.

Corol. contra Capreol. Driedo.

Ex hac conclusione sequitur Christum Dominum, non solũ esse causam moralem gratiæ, sed etiam cuiuscumque dispositionis illius, & cuiuscumque vsus Sacramenti causantis gratiam, eadẽ enim est ratio omnium istorum contra Capreol. 3. dist. 18. q. 1. concl. 4. & ar. 3. ad arg. Scot. contra eandem conclusionem, & contra Driedo lib. de capt. & redempt. generis humani. tract. 2. cap. 2. part. 3. art. 4. asserentes Christum Dominum esse causam gratiæ aliorum, non tamen dispositionis ad illam, aut vsus Sacramentorum, quia cum Christus se habeat, vt causa vniuersalis gratiæ, cuius determinatio fit per dispositiones, vel vsum Sacramentorum, talis vsus, vel dispositio aliunde debet prouenire, quam ab ipsa causa vniuersali in determinata. Nostra tamen doctrina probatur clare, nam præcipua dispositio ad gratiam est fides (vt infra dicetur) quod autem fides sit per Christum asseritur ad Philip. 1. Vobis datum est per Christum, non solũ vt in eum credatis, &c. & ad Ephes. 2. gratia saluati estis per fidem creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in ipsis ambulemus. & in Concil.

Concl. probat. Ad philipen. 1. Ad Ephe. 2. Con. Trid. Con. Milleuit.

Trid sessio. 6. cap. 5. declarat sancta Synodus, initium iustificationis à Deo, per Christum præueniente gratia summendum esse, & Concil. Milleuit. canon. 4. asseritur gratiam per Christum apperire nobis intelligentiam mandatorum, vt illa implere possimus, & de vsu Sacramentorum asseritur Concil. Arausi. canon vltimo, istis verbis: hanc his qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio, sed in Christi nouimus largitate conferri, & Celest. & Innocent. & Augustin. & eius discipuli agentes de necessitate gratiæ, contra Pelagianos, quamcumque dispositionem illius in Christum reducebant, quia cum nostra iustificatio, non solum gratiam, sed etiam præuias dispositiones, & quemcumque vsum Sacramentorum importet, & Christus sit adequate iustificationis nostræ causa, etiam dispositionum causam debet existere. Nec valet solutio Capreol. nec Ferra. 4. contra Gent. cap. 55. pro defensione Capreo. esse à Christo, etiam dispositiones supernaturales, non autem, quæ ordinis naturæ sunt, & atritionem disponentem ad Sacramenta. Non inquam valet, quia nulla est gratiæ dispositio naturalis (vt infra ostendetur) & atritio ad Sacramentum, requisita supernaturalis est, & si quæ dispositio naturalis aliquid ad iustificationem posset deseruire Christo, tanquam authori gratiæ deberet attribui. Fũdamentum autem Capreol. nullum est, quia licet Christus appelletur causa vniuersalis, quatenus est omnium redemptor quantum ad sufficientiam, quatenus tamen est redemptor aliquorum ad efficatiam causa est particularissima iustificationis illorum, in quem quodcumque minimum requisitum ad iustificationem illorũ debet reduci. Si autem interroges in quo genere Christus sit causa particularis moralis gratiæ aliorum. Respondetur esse causam, quasi efficientem meritorum (vt dictum est) & etiam finalem, iuxta illud ad Ephes. 1. Prædestinauit nos per Iesum Christum in ipsum. Ad Rom. 8. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, & Concil. Trid. sessio 6. cap. 7. assignatur causa finalis nostræ iustificationis, beatitudo, & gloria Dei, & gloria Christi Domini, est etiam Christus Dominus causa exemplaris nostræ iustificationis. Ad Roman. 8. quos præscijt prædestinauit conformes fieri imagini filij sui, quod de Christo, etiã vt homo explicari potest in genere moris, vt loquitur Aug. lib. de prædest. Sanctor. c. 15. dicens, est clarissimum lumen prædesti-

Con. Arausi. Celestin. Innocen. D. Aug.

Dub. Respon. Rom. 8. Con. Triden. Rom. 8. D. Aug.

prædestinationis, & gratiæ ipse saluator, ipse mediator Dei, & hominum Christus Iesus. & lib. de bono perseuerant. cap. 24. nullum aliud illustrius exemplum prædestinationis, & gratiæ, quam ipse Iesus.

5. Concl. Quinta concl. Christus in quantũ homo, vel humanitas Christi in genere physico, tantum est causa instrumentalis nostræ iustificationis, & idem dicendũ est de Sacramentis. Prima pars, quod non sit causa principalis, patet ex prima conclusione, quod vero sit instrumentalis est communis Theologorum, cum Damasceno, *D. Thom.* lib. 3. fidei ortodoxæ, cap. 5. apud Diuum Tho. 3. part. quæst. 8. & 14. Secunda vero pars de Sacramẽtis, etiam manifestatur *D. Damas.* in Concil. Trid. sessio. 7, cap. 6. & can. 6. *Con. Trid.* & 7. & 8. & ad longum Theologi. 3. par. quæst. 62. & in 4. distin. 1. Etsi arguas, *Obiectio.* quod iustificatio appellatur creatio, vt dictum est, creationis autem nulla creatura potest esse instrumentum, vt ait D. Tho. 1. part. quæst. 45. art. 5. ergo nec Sacramenta possunt esse causa instrumentalis *Solutio.* gratiæ. Respondetur, gratiam non creari, vt statim dicitur, sed educitur de potentia subiecti, dato autem creetur, doctrina D. Thom. debet intelligi de creatione, rerum subsistentium, gratia autem non est subsistens, sed in alio, tanquam accidens existens, vnde instrumentaliter a creatura creari posset, vide Diuum Thom. quæstio. 27. de verit. art. 4. ad 15. & Caiet. 1. part. loco citato, & Lorca hic, & Curiel. & Suarez, lib. 8. cap. 3.

Ad 1. arg. à princip. Ad primum arg. à principio respondetur in sacra Scriptura asseri hominem se iustificare, non quia sit causa principalis physica suæ iustitiæ, sed vel quia est causa principalis moralis, (vt dictum est) vel quia disponitur per proprios actus, & in iustificatione, non se habet, vt exanime instrumentum. De qua interpretatione videatur Cano, lib. 12. de locis, capit. 13. ad *Canon. D. Aug. Damasc.* 7. & sic debet explicari. D. Augustin. hom. 15. de verbis Apost. & Damascen. lib. 4. fidei ortodoxæ, cap. 10. asserens, quod nostræ voluntati debet tribui nostra conuersio, non tanquam causæ efficienti, sed consentienti. Videatur Gregor. libr. 24. *D. Greg.* moral. cap. 12. super illa verba Iob 33. liberabit animam suam ne mergatur in interitum, & D. Chrisost. hom. 42, prope finem, qui optime explicant qualiter iustificatio nostra aliquando Deo aliquando nobis tribuitur. *D. Chris.*

Ad 2. arg. Ad 1. pro. Ad secundum arg. respondetur, Christum Dominum in quantũ homo esse causam principalem gratiæ aliorum moralem quidem, non autem physicam. Ad primã impugnationem dicitur prædestinatos, non assimilari Christo Domino, secundũ gratiam habitualem, quam habet vt homo, sed secundum naturam Deitatis, quã communicat à patre, quod & in sinu at, idẽ Paul. in illo verbo, conformes fieri imagini filij sui: certum est autem, quod filius secundum Deitatem sit imago patris, non autem secundum humanitatem, vel gratiam habitualem creatam. Si autem contradicas, quod subiungit Apostol. vt sit ipse primogenitus, &c. quod tantum potest verificari, secundum gratiam habitualem, non autem secundum naturam diuinam in qua non sumus confratres, sed ipse est vnigenitus in sinu patris. Resp. non loqui de confraternitate vniuoca, hęc enim, vt probat arg. solum est per habitualem gratiam Christi Domini. sed potest intelligi de cõfraternitate, quasi analoga, quam etiam habemus ad verbum diuinum, quatenus nos per gratiam participamus naturam diuinã, quam ipse per naturalem generationẽ habet. Ad secundam probationem antecedẽtis respondetur, non esse opposita agere, per intellectum, & voluntatem, & esse causam instrumentalem Sacerdos enim in cõsecrando, & baptizãdo agit per intellectũ, & voluntatem, & nihilominus solum instrumentaliter, 3. & 4. & 5. Probatio anteced. solum probant Christum esse causam principalem moralem, non autem physicam. Hæc enim causalitas moralis sufficit, vt dicatur caput, & comparetur viti, quia exemplum non debet tenere in omnibus. Ad sextam probationem resp. tantum intendere D. Tho. aponere differentiam inter Christum Dominum, & quemlibet ministrũ eius, quod minister in baptizando solum se habet instrumentaliter, Christus autẽ Dominus principaliter per propriam auctoritatem, & virtutẽ, & proprium meritum operans in baptismo. Hęc autem differentia in genere morali reperitur, & ad illud sufficit Christum esse causam moralem principalem, & non requiritur esse physicam.

Ad 1. pro. *Ad 2. pro.* *Ad 3. & 5. probat.* *Ad 6. pro.*

Ad 3. arg. Ad tertium arg. principale resp. vt ibi dictum est, quod habens aliquam formam potest producere consimilem, si talis forma sit operatiua, gratia autem, vt dictum est, nõ est operatiua. Ad primã impugnationẽ resp. quod ex eo, quod gratia sit participatio diuinæ naturæ potius sequitur esse inoperabilẽ, tã passiue, quã actiue, aqua libet creatura, actiue enim inoperabilis

Ad 1. impugn.

est, quia est participatio formæ inoperabilis, scilicet naturæ diuinæ, quæ aliam producere non potest, cum ergo forma participata debeat, sequi conditionem eius cuius est participatio, sicut natura diuina aliam, ita nec vna gratia alteram producere potest. *Obiectio.* Si dicas, quod licet natura diuina in ordine ad alteram naturam diuinam, non se habeat productiue in ordine ad aliã productiua est, & omnium causa: ergo absolute gratia, hoc participabit, vt sit forma operatiua. *Solutio.* Resp. quod forma participata, nũ quam peruenit ad perfectionẽ eius cuius est participatio, nec tot effectus habere potest, vt patet in luce aeris, & calore aquæ, forma enim in proprio subiecto exconiunctione ad essentiam cuius est proprietas habet virtutem, quam separata in alio subiecto habere nõ potest, nec etiam gratia est operabilis passiue ab aliqua creatura, propter sui eminentiam, & maximam perfectionem, vtique quia est participatio diuini esse. Quod autem participatur, dicit produci ab eo cuius est participatio, cum ergo nullus alterius, quam Dei sit participatio à nullo altero, quam Deo potest produci. Itaque, non quia, vtcumque supernaturalis est, est improducibilis à creatura, quia vt probat argumentum multa supernaturalia à creatura producuntur, sicut sunt actus supernaturales virtutum, & visio beata, sed quia est immediata participatio Dei, quæ ab ipso, solũ expostit produci. *2. Solut. o.* Vel aliter dicitur, quod supernaturalia, quæ habent rationem actus producibilia sunt à creatura. quæ autem habent rationem habitus, & qualitatis minime, cum ergo inter qualitates, & habitus supernaturales eminentissima sit gratia à creatura produci non potest. *Dub.* Si autem quæras quare, quod habet rationem actus producibile sit à creatura, non autẽ quod habet rationem habitus. *Resp.* Respondetur primo, quia actus intrinsice dicit processionem ab eo cuius est actus, habitus autem nequaquam ab alio enim, quam ab habente produci possunt. Secundo respondetur, ad actum præsuponi aliquid, per quod constitui possit in esse causæ principalis ad ipsum producendum, ad habitum autem, vel qualitatem gratiæ: nihil præsupponitur, per quod possit constitui in esse causæ principalis ad ipsam producendam vt dictum est, *D. Thom.* videte de hac doctrina D. Th. q. 24. de verit. art. 3. ad 3. Ad secundam impugnationem respondetur, concedendo, quod quia gratia dat esse consequẽter radicaliter dat, & operari per virtutes *Ad 2. impugnat.* ab ipsa profluentes, hic autem non loquimur de hac operatione, sed de aliqua productiua gratiæ, & hanc dicimus a gratia esse non posse. Ad tertiam impugnationem respondetur, incommunicabilitatem gratiæ non prouenire ex defectu bonitatis, sed potius ex maxima eminentia eius, vt dictum est, pro quo notandum, quod generatio in alietate naturę, sicut omnisciens esse perfectio, secundum quod, & Deo non conuenit, generatio vero in vnitate naturæ, quæ perfectio est simpliciter in Deo reperitur, cum ergo gratia sit Dei participatio, si aliquam virtutem generatiuã deberet participare esset illa, quæ in Deo est, & quia illa a gratia participare nõ potest, quia alteri, quam Deo substantialiter non potest conuenire inde est, quod gratia, nullo modo possit habere virtutem generatiuam, sicut est in alijs formis naturalibus. *Ad 3. impugnat.*

Ad quartum arg. respondetur, quod qui tenent, quod contritio (verbi gratia) non est dispositio ad gratiam ex natura rei, sed tantum ex ordinatione extrinseca Dei facilitur se expediunt ab hac difficultate, quod licet homo apponat vltimam dispositionem, non tamen est causa formæ, quia non est consecutio naturalis formæ ad talem dispositionem, sicut contingit in formis naturalibus, sed quia cõmuniter habetur à discipulis D. Thom esse dispositionem ex natura rei. Respondetur, quod (vt dictum est supra) ille actus contritionis in ratione dispositionis est gratiæ operantis, & solum à Deo, & non ab homine, vnde solus Deus, & non homo causat physice illam formam habentem connaturalitatẽ cũ tali dispositione. *Ad 4. arg.*

Ad quintum arg. patet ex dictis, aliam esse rationem de augmento charitatis, vel gratiæ, atque de eius prima productione in ratione effectus, Quapropter licet augmentum sit principaliter physice ab homine, non tamen prima productio illius, nec est simile de Sacramentis, quia cum sint instrumenta, nihil interest dicantur causare gratiam, quia causant augmentum, quia neutrum repugnat, sicut repugnat in genere causæ principalis, eo vel maxime, quod etiam Sacramenta viuorum habent rationem generica causare primam gratiam. Quapropter absolute dicuntur causare gratiam, licet ex sua specie tantum habeãt causare augmentum gratiæ. *Ad 5. arg.*

Ad vltimum arg. respondetur, quod peccatum duo importat alterum, quod sit ofensa Dei, alterum autem, quod sit malum *Ad 6. arg.*

lum habentis, cum priuat ipsum gratia, & bonis supernaturalibus, ponatque maculam in illo: pœnitentia ergo est destructiua peccati in ratione offensæ: non autem in ratione mali habentis, sed hoc facit formaliter, per gratiam restaurantem omnia prædicta, & auferentem maculam præcedentem, cum ipsa sit nitor, & decor animæ quapropter, ex eo, quod sit pœnitentia destructiua peccati, & nulla actio per se tendat in destructionem solum, sequitur pœnitentiam per se tendere in satisfactionem, quæ opponitur peccato in ratione offensæ secundum, quam rationẽ destruitur à penitentia, non autem quod sit productiua gratiæ ex propia ratione, quia (vt dictũ est) gratia non opponitur peccato, secundum quod in ipsum per se destruendum tẽdit pœnitentia. Etsi quæras, quid ergo (si vt a iqui volunt) esset contritio tantum ex auxilio, & non à gratia procedens nũ quid talis contritio, non omnino destrueret peccatũ, & faceret amicitiam, cũ Deo? Videtur, quod sic & consequenter quod cõtritio ex propia ratione sit causatiua gratiæ, quæ in amicitia Dei consistit. Aliqui dicunt, quod in illo casu peccatum omnino toleretur, quia omnino homo per contritionem esset conuersus in Deum, neque tunc haberet duos vltimos fines, vt supra dictum est, cum ergo per contritionem esset in Deum conuersus non posset habere peccatum, per quod aliquis conuersus est in creaturas velut in vltimũ finem: nihilominus dicunt illi homini, tũc habenti contritionem tali modo per ipsam, non infundi gratiam, & consequenter manere maculam in anima, & cõsequenter illi nõ esse debitam gloriam, quia hæc non dantur, nisi præsupposita proportione subiecti, per aliquam formam supernaturalem inhærentem qualis est gratia: nihilominus inquiunt talis homo, non incurreret pœnã damni, quia hæc deberetur essẽtiali rationi peccati, quod cum tunc esset destructa pœna damni non incurreretur. Sed meo videri hæc omnia implicatoria sunt, quomodo enim dici, potest peccatum esse destructum manente macula eius in anima in qua principaliter consistit, qua etiam ratione dici potest illum non obtinere beatitudinem: & nihilominus non incurrere pœnam damni: cum hæc in eo consistat, quod aliquis gloria, & visione clara Dei sit priuatus? Dicendum ergo, quod si per impossibile, sic contingeret habere actũ contritionis, sine gratia peccatum non esset remissum simpliciter, quia (vt dictum est) vtrumque importat, & Dei ofensam, & subiecti maculam, licet ergo per talem contritionem auferretur in ratione ofensæ, quia tamen manebat in ratione maculæ, quæ nisi per gratiam tolli, non potest, non diceretur peccatum omnino ablatum, quapropter impossibile est, secũdum Diuu. Th. peccatum remitti, sine gratia, & de facto inseparabilia sunt cotritio & gratia, & sic casus supponitus est impossibilis, sicut enim actus charitatis, secndũ D. Th. 3. par. quæst. 79. ar. 1. & in 2. distin. 26. art. 4. quæstiũ. 4. esse non potest sine gratia, & inseparabilis est ab illa, quia implicat per charitatem esse conuersum in Deum, & non esse eius amicum, sic implicat habere contritionem, sine gratia, secundum eundem D. Th. contr. Gent. cap. 72. quia pœnitẽtia includit intrinsice charitatem: cum ergo contritio semper inseparabilis sit à gratia, nũquam admitti debet esse contritionẽ, & nõ esse gratiam, nec esse contritionem, & esse peccatum, sed contritione posita peccatum tolitur, applicando tamen singula singulis ablationẽ ofensæ contritioni, ablationem maculæ gratiæ inseparabiliter eo existenti in contritione.

D. Thom.

Dub.

1 Sent.

Impug.

Vera sent.

Dubium II.

Vtrum Deus sit causa particularis gratiæ, an vero vniuersalis, & communis, sicut omnium aliarum rerum?

PROBATVR hoc secundũ primo, Deus est ens maxime vniuersale, & abstractum continens omnem rationem essendi: ergo respectu cuiuscunque effectus particularis, non est causa propia & particularis, sed communis, & vniuersalis, patet conseq. nam ex eo solum producendo hominem, vel leonẽ est causa vniuersalis, quia non solum continet illũ, sed multos etiam alios effectus: ergo si Deus non solum gratiam, sed quæcũque aliacõtinet respectu cuiuscumque, etiam gratiæ erit causa vniuersalis. *1. Arg.*

Secundo arg. per eãdem formam, & virtutem producit Deus gratiã, atque omnia alia: ergo sicut respectu aliorũ: ita respectu gratiæ est causa vniuersalis, patet conseq. nam si virtus causatiua eadem est eodem modo respectu omnium debet esse *2. Arg.*

causa,antecedens vero prob.nã forma, & virtus operatiua Dei simplicissima est.

3.Arg. Tertio arg.gratia producitur à Deo,secundum particularem idæam illius: ergo producitur ab eo, vt à causa vniuersali. Prob.conseq.nã vt aliqua causa sit particularis,& propria alicuius effectus debet adæquari illi, & produci à tali causa per formam adæquatam eius, si ergo principium productiuum gratiæ non est adæquata forma Dei,sed in adæquata,& quasi partita,vtique idæa particularis proutdistincta ab idæa hominis,vel leonis, &c.erit causa vniuersalis.

4.Arg. Quarto arg,si propter aliquam rationẽ gratia esset à Deo,vt à causa propria,maxime propter excellentiam gratię,sed hęc ratio est,nulla ergo. Probatur minor, nã etiam forma angelica,est excellentissima, & nihilominus à Deo,vt à causa vniuersali producitur.

Vltim.arg. Vltimo arg. quando aliquis effectus producitur ab aliqua causa,vt à propria,& particulari illius,tunc causa,& effectus debent esse eiusdẽ rationis,& forma vtriusque eadem,sed Deus & gratia, non habent formam eiusdem rationis:ergo Deus non est propria causa gratiæ. Maior patet,nam ex eo homo est causa propria hominis,Sol lucis,& ex eo,Sol non est causa propria particularis caloris,nam in prioribus causa,& effectus habent formã eiusdem rationis,non autem in posteri. Minor probatur,nam forma diuina est infinita,& illimitata:gratia vero limitata, & finita:ergo non est forma eiusdem rationis,nam finiti ad infinitum non est proportio,quanto magis formæ identitas, & conuenientia. Secundo probatur eadem minor,nam quando forma in vtroque est eiusdem rationis dicitur vniuoce de vtroque,sed nihil potest dici vniuoce de Deo, & gratia:ergo nulla forma potest esse eiusdem rationis in vtroque. Ista vltima minor probatur,tum ex Diuu. Thom. 1.p. quæst.13.art.5.asserente nihil dici vniuoce de Deo,& creaturis,gratia autẽ creatura est,tum etiam, nam effectus vniuocus non dependet in conseruari, sed tantum in fieri à sua causa,sed gratia vtroque modo à Deo dependet:ergo non est effectus vniuocus illius.

1.Not. Pro intelligentia huius quæstionis notandum est primo,quod esse causam propriam,& particularem contingit dupliciter. Primo,quantum ad modum producẽdi. Secundo,quantum ad substantiam effectus:primo modo quando modus producendi alteri conuenire non potest,secundo modo,quando substantia effectus adæquat cum causa exigit que ad sui productionem adæquatam formam,& totam rationem essendi ipsius causæ,tanquam propriam, & proportionatam tali effectui. Exẽplum primi est,in creatione hominis ex parte quidem modi producendi illum ex nihilo est à Deo,vt à particulari causa, quia ipse solus creare potest,non autẽ quãtum ad substantiam effectus: nam homo ab alio,quam à Deo,scilicet ab alio homine per generationem produci potest. Exẽplum secundi sit in quocunque effectu vniuoco(verbi gratia)homo taliter ab homine producitur,quod a nullo alio per formam adæquatam,& proportionatam,&c. produci possit.

2.Not. Secundo notandum,quod aliquis effectus particularis,dupliciter suæ propriæ & particulari causæ adæquari potest,primo perfecte,& complete,secundo imperfecte,& incomplete,primo modo sicut ignis genitus respectu generantis, secundo modo sicut lux aeris respectu lucis solis, nunquam enim lux in aere habet plenitudinem perfectionis,quã habet in sole.Hoc supposito.

1.Sent. Prima sententia est aliquorum, quod gratia est à Deo,vt à causa particulariquãtum ad modum producendi, non autem quantum ad substantiam,quia non correspondet Deo adæquate,&c.

2.Sent. Secunda sententia est aliorum huic opposita,quod gratia vtroque modo respiciat Deum tanquam propriam,& particularem causam eius.

1.Concl. Prima conclusio,ex parte modi producendi Deus est causa propriè,& particularis gratiæ. In hac conclusione omnes cõueniunt,& patet,nam si Angelus propter sui excellentiam,non est producibilis,nisi à Deo, vt causa propria eius ex parte modi producendi, quanto magis gratia, quę inter omnia,quia Dei est participatio excellentissima est respiciet Deum,vt causam particularem,& propriam eius. Secũdo prob.naturalia quæ miraculose producuntur respiciunt Deum, vt causam propriam ex parte modi producendi: ergo à fortiori gratia,quæ etiam quantũ ad substantiam est supernaturalis,&ordinis diuini,ex quo plane colligitur,maxime dignitas gratiæ,& quantum sit extimanda.

2.Concl. Secunda conclusio,non solum ex parte modi producendi,sed etiam ex parte rei productæ est effectus proprius,& particularis ipsius Dei. Hæc prob:nam ita sacra

Scriptura

Psal. 81. *Ioan.* 1. *1. Ioan.* 4. *Isai.* 43. *Iac b.* 1. *D. Aug.* *D. Thom.*

Scriptura Psal. 81. Iusti alij appellantur, ego dixi dij estis, & Ioan. 1. vocantur filij Dei, dedit eis potestatem filios Dei fieri, & 1. Ioan. 4. vt filij Dei nominemur, & simus: ergo gratia est effectus proprius Dei, aliàs per ipsam non dicerentur iusti filij eius, filius enim proprè, & particulariter respicit patrem. Ita Isai. 48. ego sum, qui deleo iniquitates vestras, in quo particularem causam gratiæ se nominat, vbi nota illud verbo ego sum, in quo ostendit radicem particularis causalitatis gratiæ, vtique quia est peculiaris participatio diuini esse. Item Iacobi 1. Loquens de donis gratiæ inter quæ præcipuum est gratia ait, omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Patrem horum donorum nominabit, quem sciebat esse causam particularem illorum, quia sunt quædam participationes particulares diuinæ lucis. Est etiã communis hæc conclusio inter Doctores Sanctos præcipue videatur Diuu. Augustin. Psalm. 58. in illa verba: fortitudinem ad te custodiam. vbi loquens de Deo, sic ait, est quædam origo fonsque virtutis, est quædam radix sapientiæ, est quædam, vt ita dicam, si & hoc dicendum est, regio incommutabilis veritatis ab hac anima recedens tenebratur, accedens illuminatur. Videatur Diuu. Thom. vbi supra. & quæstion. 27. de veritat. art. 3. vbi ait, quod sicut solus ignis potest ignire, sic solus Deus causare gratiam: certum est autem, quod ignis est particularis, & propria causa ignitio: ergo. Neque ex hoc summas argumentum contra tertiam conclusionẽ, quæ statim ponetur, quod gratia complete sit effectus proprius Dei, sicut ignitio respectu ignis. Exemplum enim non debet tenere in omnibus. & tantum adducitur a Diuu. Thom. vt probet gratiam esse propriam effectum Dei, sicut ignitio ignis, non autem adducitur ad probandam adæqualitatem. Secundo probatur, nam effectus proprius est, qui correspõdet causæ secundum formam ad æquatam eius, & proportionatam tali effectui, sed sic se habet gratia respectu Dei: ergo. Maior patet, ex notabilibus. Minor vero probatur, nam adæquata forma Dei est ipsum esse, sed huius est participatio ipsa gratia: ergo proportionatur formæ adæquatæ Dei, & consequenter est effectus proprius eius. Tertio probatur, gratia est specialis participatio Dei: ergo effectus proprius eius, patet consequentia, nam ex eo effectus naturales, non sunt proprij Dei, quia non sunt speciales, & ex eo lux est proprius effectus solis, quia est specialis effectus illius, videãtur quæ diximus quæst. 110. de participatione gratiæ. Quarto probatur, quod habet formam per participationem aliquam respicit, vt propriam causam eius illud: quod habet illam per se, vt patet in luce, & calore participato in ordine ad solem, vel ignem quibus istæ formæ per se conueniunt, & sunt connaturales, sed gratia est Deitas participata: ergo debet respicere, vt causam propriam Deum cui per se, & cõnaturaliter Deitas conuenit. Quinto probatur, omnis causa quantumcũque vniuersalis habet aliquem effectum proprium, & particularem: ergo etiãsi Deus sit causa vniuersalissima debet habere aliquem effectum proprium sibi. & particularem: iste autem assignari non potest, nisi gratia: ergo. Primum antecedens probatur, primo exemplo solis, qui licet respectu omnium naturalium causa sit vniuersalis habetque, sibi effectum proprium, & particularem, scilicet lucem. Secundo probatur idem antecedens, nam omnis causa, quantumcumque vniuersalis habet particularem formam essendi distinctam ab omnibus alijs: ergo secundum illud esse particulare debet habere aliquam operationem particularem, & propriam. Sexto probatur, esse in naturalibus est proprius, & particularis effectus Dei, vt communis doctrina habet Diuu. Thom. 1. part. quæst. 8, art. 1. ergo & gratia. Probatur consequentia, nam gratia purior, actualior perfectior est ipso esse naturali, vt ex hac parte respiciat Deum, vt causam propriam, eo uel maxime, quod gratia est esse supernaturale, & eminentius est esse supernaturale, quam naturale.

Tertia conclusio, gratia nõ est effectus proprius. & particularis Dei complete, & perfecte. Hæc patet, nam semper est distãctia infinita inter esse gratiæ, & esse diuinum: ergo nunquam est omnino eiusdem rationis. Secundò probatur, nà ex eo lux aeris non est effectus proprius complete, & perfecte solis, quia nunquam est, ita perfecta in aere, sicut in sole: ergo à fortiori gratia respectu Dei, patet conseq. nã lux dicitur vniuoce de luce aeris, & solis, licet aliquantulum differenter sit lux in aere, propter quam deficientiã, non dicitur effectus proprius complete: ergo cũ esse diuinum, nõ solum deficienter sit in gratia, sed etiã cũ Deo vniuocũ esse non possit a fortiori erit effectus, licet proprius, non tamẽ cõplete, & perfecte Deo correspõdẽs. 3. *Conclus.*

Ad 1 arg. Ad primum arg. à principio respondetur, quod licet Deus sit ipsum esse ambiēs omnem rationem essendi, & consequenter vniuersalissima causa, cum tamen eius esse sit particulare distinctum ab omnibus alijs, debet habere effectum particularem proprium sibi, secundum illud esse correspondens, vt dictum est, de sole, & huiusmodi est gratia.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur, nō eodem modo producere Deum gratiam, atque omnia alia, nam (vt dictum est) omnia enti à naturalia producit, vt causa vniuersalis, gratiam autem vt causa particularis, & supernaturalis, cui huiusmodi bona ordinis diuini sunt connaturalia, optimum exēplum positum est de sole respectu lucis, & aliorum effectuum.

Ad 3. arg. Caiet. Ad tertium arg. Caietanus ientaculo 2. quæst. 2. inquit, quod entia sunt in duplici differentia, quædam quidem sunt ordinis naturalis, vt omnes substantiæ creatæ, & proprietates naturales illarum. Alia vero sunt ordinis diuini, vt charitas, lumē gloriæ, &c. inter quæ præcipua est gratia, inquit ergo quod primi ordinis comparantur ad Deum, sicut artificiata, ad artificē. Secundi vero generis, non se habent, vt artificiata, sed sicut connaturalia, ad id cuius sunt proprietates connaturales, sicut calefacere comparatur igni. Ex quo videtur inferri sentire Caietanum, quod primi ordinis habent idæam in Deo, quia proprium est artificis per idæam operari, secū di vero generis, non habere idæam, nam quæ tanquam connaturalia sequuntur nō per idæam, sed per naturam producuntur. Hæc doctrina videtur habere fundamentum, *Ioan. 1.* Ioan. 1. vbi loquens de rebus naturalibus ait, omnia per ipsum facta sunt, vbi ly facta, videtur sonare rationem artificiati si summatur in rigore, loquens vero de habentibus gratiam ait, ex Deo nati sunt, vtique vt insinuet gratiam procedere per naturam, & non per modum artificiati, hoc enim in creatis apparet, quod genitum nō est artificiatum, nec artificiatum genitum. Sed hæc doctrina, licet acuta, non potest *Impug. ex D. Thom.* subsistineri, quia est expresse contra Diu. Thom. opusc. 60. art. 1. circa finem, vbi ait notandum, quod procedit gratia à Deo tanquam imago ab artifice in eo, quod dicit tanquam imago significat connaturalitatem gratiæ respectu Dei. In eo autem, quod dicit ab artifice significat procedere per idæam, itaque gratia est supremum *D. Dion.* artificiatum, & quia secundum D. Dion. supremum infimi attingit infimum supræmi, nec loquēdo est de gratia, sicut de alijs artificiatis, nec etiam sicut de pure naturalibus, sed habet aliquid vtriusque artificiati, quidem procedere per idæam aliorum vero quasi per naturam: siquidem vt dictum est, est proprietas connaturalis Dei, quod clarius dicitur gratia, & est effectus proprius, & particularis Dei vt proprietas eius, & simul est effectus deficiens & incompletus, non attingens eminentiā suæ causæ, sed ab illa (vt dictum est) in infinitum distans: siquidem remanet in ratione creaturæ ex ea ergo parte, qua est proprius effectus habet connaturalitatem, ex ea autem, qua est deficiens habens rationem creaturæ habet rationem artificiati procedentis per idæam.

Ad 4. arg. Ad Quartum arg. respondetur, quod omnis excellentia angelica manet intra limites naturæ. Quapropter respicit Deum vt causam vniuersalem, gratia vero est ordinis diuini, & proprietas Dei, vnde excellentia eius exposcit respicere Deum, vt causam particularem, vt dictum est.

Advit. Ad vltimum argu. Respondetur gratiam esse eiusdem rationis cum ipso Deo: siquidem est participatio naturæ illius, vnde optime potest esse proprius effectus eius. Ad impugnationes autem respondetur Deum, & gratiam quodam modo vniuocari, & quodam modo analogari: siquidem considerentur in ratione causæ, & effectus quodam modo vniuocantur siquidem gratia correspōdet Deo, vt proprius effectus similis in forma adæquata causæ, quæ ratio non inuenitur inter solem, & calorem, calor enim non est effectus proprius solis, neque assimilatur formæ illius quia tamen huiusmodi effectus, scilicet gratia in tantum deficit à perfectione suæ causæ, vt sit distantia infinita, non potest esse eiusdem rationis, & speciei cum illa: implicat enim esse quid participatum Dei, & illi adæquare imperfectione; eo enim ipso, quod participatum sit creatum est, & in infinitum distans. Quapropter in ratione entis gratia manet analoga, cum ipsi Deo. Itaque lux aeris participata à sole vniuocatur, cum luce solis, non solum in ratione causæ, & effectus, quia est proprius, & particularis illius, sed etiam vniuocātur in ratione entis, quia licet lux aeris, ex eo quod participata deficiat à luce solis, non tamen in tantum, quod non maneat intra eandē speciem, cum luce solis, esse autem gratiā participationem Dei, cum trahat eam ad esse creaturæ in tantum facit ipsam deficere à perfectione diuina, vt non possit esse

eiusdem

eiusdem speciei, cum illa qualiter species potest esse in Deo.

Corol. Ex dictis sequitur, quod licet homo per gratiam tantum sit filius adoptivus, hoc tamen habet (inquit Caietanus loco citato) altiori modo, quam sit adoptio in creaturis in his enim adoptio tantum est ab extrinseco, adoptio vero Dei per intrinsecam receptionem gratiæ, nec mirum, quod suprema adoptio participet aliquid filiationis naturalis, scilicet participare naturam patris. si enim complete, quod requirebatur ad filiationem naturalem, imcomplete tamen, quod inter adoptivas filiationes facit esse suprema.

Dubium III.

Vtrùm de potentia Dei absoluta possit aliqua creatura esse causa principalis gratiæ?

1. Arg. PROBATVR, quod sic primo, nō implicat contradictionem Deum producere aliquam formam acidentalem in homine productiuam gratiæ: ergo per illam esset causa principalis gratiæ, consequentia patet, nam ex eo homo est causa principalis actus charitatis, quia est in actu per formam productiuam talis actus: ergo si potest esse in actu per formam productiuam gratiæ posset esse causa principalis gratiæ. Antecedēs vero probatur, quia non apparet in hoc aliquod inconueniēs: maxime vero ad producendām minorem gratiam.

2. Arg. Secundo arg. non implicat contradictionem aliquam qualitatem supernaturalem esse connaturalem substantiæ creatæ: ergo non implicat esse causam principalē gratiæ, consequentia patet, nam per talem qualitatem, sibi connaturalem posset constitui in esse causæ principalis. Antecedēs vero probatur, primo, nam si propter aliquam rationem, illa qualitas supernaturalis, & maxime gratia non posset esse connaturalis alicui substantiæ creatæ, maxime propter infinitatem harum qualitatū, quia sunt ordinis diuini, & infiniti. Vnde nulli substantiæ, nisi infinitæ possunt esse connaturales, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, nam huiusmodi qualitates sunt in prædicamento: ergo finitæ, & consequenter entis finiti possunt esse proprietates. Secundo probatur, idem antecedens, nam vt colligitur ex D. Th. 3. p. q. 7. gratia est cōnaturalis animæ Christi, quæ quidē creatura est: ergo de potētia absoluta posset facere, vt etiam cuicūque alteri substantiæ rationali esset connaturalis. Tertio prob. idē antecedens, dantur multa accidentia supernaturalia, quibus sit cō naturale, quid supernaturale: ergo à fortiori per absolutam Dei potentiam dari poterit aliqua substantia cui aliqua qualitas supernaturalis connaturaliter conueniat, consequentia patet, nam substantia perfectior est accidenti, & sic melius substantiæ connaturale esse poterit, quod accidenti connaturaliter conuenit. Antecedens vero probatur, in lumine gloriæ, cui connaturale est videre Deum, & in habitu charitatis cui connaturale est diligere Deum.

3. Arg. Tertio principaliter arg. posse habere gratiam (secundum Augustin.) naturæ hominis est, & creaturæ rationali naturaliter conuenit: ergo potest dari aliqua creatura, cui connaturale sit, vt causa principalis inducere gratiam completiuam talis potentiæ, patet consequentia, nam in eodem ordine, in quo est potentia passiua potest, & debet assignari potentia actiua, ne illa passiua sit frustranea.

4. Arg. Quarto arg. si propter aliquam rationem nulla creatura posset esse causa principalis gratiæ, maxime, quia non potest assignari forma, per quam in esse causæ principalis constituatur, quia si assignetur gratia illa, non est qualitas operatiua (vt dictū est supra) vt per ipsam possit constitui in esse causæ, si assignetur qualitas inferior gratia, non potest cōstituere causam principalem gratiæ, quia constitutiuum causæ principalis ad minus debet adæquari cum forma, assignare autem superiorem gratia est impossibile, quia gratia est suprema omnium cum sit participatio diuini esse: ergo sed hæc ratio est nulla. Probatur minor, nam licet gratia sit participatio diuini esse, est tamen participatio limitata, & finita: ergo poterit dari alia supereminētior, quia quo cumque finito assignato aliud infinitum assignari potest per Dei potentiam.

5. Arg. Quinto arg. de facto datur qualitas productiua gratiæ, & miraculorum instrumentaliter: ergo per Dei potentiam dari poterit qualitas productiua gratiæ, vt causa principalis. Antecedens patet, in charitate, quæ non solum concurrit instrumentaliter ad consecrandum, sed etiam ad causandam gratiam, & de virtute instrumen-

tali miraculorum asseritur à multis Theologis, consequentia probatur, nam inter causam paincipalem,& instrumētalē eiusdem effectus est distātia limittata,& finita: ergo per Dei potentiam est pertransibilis, vt illud quod est instrumentum gratiæ fiat causa principalis illius.

Not. In hac re supponendū non cadere sub dubio, quod per virtutem naturalē, nulla creatura potest esse causa principalis gratiæ, etiam de potentia Dei absoluta, est enim essentialiter requisita proportio inter causam principalem,& effectum: hæc autem inter naturale,& supernaturale, etiam per Dei potentiam esse non potest. Quod autem vertitur in dubium: vtrū possit esse aliqua qualitas supernaturalis constitutiua creaturæ in esse causæ principalis gratiæ.

2.Not. Secundo reuoluenda sunt supra dicta, quod dupliciter posset esse causa principalis aliqua creatura. Primo quia aliqua qualitas supernaturalis, & maxime gratia per Dei potentiam fieret connaturalis alicui creaturæ. Secundo quia reciperet aliquam qualitatem supernaturalem, licet non sibi connaturalem per quam constitueretur causa principalis, sicut aqua per calorem, sibi non connaturalem.

Senten. Scoti. Scotus 1.quæst.prologi sententiarū videtur tenere de potentia absoluta posse esse connaturalem gratiam alicui creaturæ, & similiter quæcumque alia qualitas supernaturalis, ac per consequens reputat posibile per Dei potentiam creaturā esse causam principalem gratiæ,& in idem videtur cadere quidam moderni Theologi asserentes per Dei potentiā dari posse aliquam substantiam supernaturalem, & ordinis diuini, & qui sic intendunt ponere causam principalem gratiæ a fortiori secūdo modo.

Concl. D.Thom. Capreo. Conrado. Curiel. Conclusio tamen sit nulla creatura etiam per Dei porentiam potest esse causa principalis gratiæ primo, nec secundo modo. Prima pars est D.Tho. 1.par.quæst. 12.articul.ad 3.& Capreol.in 2.dist.24. quæst.1.Contra.super istum artic.& omnium Thomistarum, & Curiel hic. Probatur primo, quando aliqua forma conuenit connatutaliter alicui est in illo, cum omni plenitudine:.& perfectione, sed gratia in nulla creatura potest reperiri, cum omni plenitudine: ergo nulli creaturæ potest esse connaturalis. Maior patet in luce solis,& calore ignis. Minor vero probatur, quia gratia solum est in Deo cum plenitudine nunquam enim plenitudinem habet quandiu non est esse Dei essentialiter cuius est participatio: ergo eo ipso, quod in creatura sit deficiens est, & non cum plenitudine, & consequenter non vt in proprio subiecto. Confirmatur,& explicatur gratia ex natura sua est participatio diuini esse: ergo respicit connaturaliter vt proprium subiectum diuinū esse a quo dimanat esse autem diuinum essentiale repugnat omni creaturæ ergo,&c. Secunda pars conclusionis probatur, nulla forma potest assignari per quam constituatur in esse causæ principalis: ergo. Probatur antecedens non alia præter gratiam, quia vt dictum est, inter arguendum nulla alia potest adæquare gratiæ, vt sit causa principalis eius, nec etiam potest assignari ipsa gratia, vt constituat causam principalem productiuam alterius gratiæ: ergo. Probatur hæc vltima minor, nam gratia, nec potest esse causa principalis alterius gratiæ ex propria ratione, nec ex virtute aliqua superaddita: ergo nullo modo, quod non ex propria ratione patet, nā vt dictum est supra gratia ex propria ratione non est forma actiua: ergo ex propria ratione nō potest constituere agens. quod non etiam ex aliqua virtute superaddita sibi. Probatur primo, nā si est virtus superaddita qualitati non operatiuæ talis qualitas solum concurret instrumentaliter per talem virtutem, quia si non est operatiua de se tantū cōcurrit vt mota à tali virtute superaddita, & consequenter instrumentaliter. Secundo prob. nam illa virtus superaddita deberet esse principalior, vt per ipsam constitueretur in esse cause principalis, sed nulla virtus potest superuenire gratiæ perfectior ipsa cum gratia sit suprema: ergo. Maior probatur, nam hæc est distinctio virtutis conaturalis a non connaturali, quod virtus connaturalis non eget vt sit perfectior ipso subiecto, imò potest esse imperfectior: & nihilominus propter connaturalitatem attingere effectū adæquatum cum subiecto operante, vt patet in virtute generatiua animalis, quę licet ignobilior sit, propter connaturalem constituit in esse causæ principalis subiectū excellentius ipsa virtute. quando autem virtus est superaddita, & non connaturalis debet secum afferre omnem excellentiam æquantem, vel excedentem perfectionem effectus.

2.Pars conclus.

Ad primum arg. a principio respondetur, quod vt constat ex dictis, ex eo, quod gratia sit suprema qualitas supernaturalis implicat dari causam principalem eius extra

Ad 1.arg.

cra Deum, quia non est dabilis forma per quam constituatur huiusmodi causa, nec est eadem ratio de actu charitatis, &c. nam huiusmodi habent rationem actus, presupponuntque habitum supernaturalem per quem subiectum constitui posit, vt perfor mam operatiuam in esse causæ principalis nonquidem primo modo posito in notabili nam vt demostrat Caietanus, 2. 2. quæst. 23. art. 2. ad 3. huiusmodi habitus supernaturales nulli creaturæ possunt esse connaturales, constituitur tamem per illos, tanquam per formam ab extrinseco ad uenientem.

Ad secundum arg. respondetur, qualitates supernaturales, & peculiariter gratiam nulli alteri, quam Deo posse esse connaturalem, & quando dicimus esse cõ naturalem Deo, non sumenda est gratia, prout in nobis creata, & finita habensque rationem, qualitatis: siquidem in Deo nulla qualitas esse potest proprietas eius, sed dicitur illi connaturalis absolute, & simpliciter quia in Deo est eminẽtissima forma in qua gratia continetur, & cuius gratia est participatio, sicut esse creatum finitum, & limitatum, non potest esse essentiale Deo: nihilominus dicitur absolute esse soli Deo essentialiter conuenire, quia in esse Dei esse cuiuscunque creaturæ continetur, & illius omne illud esse est participatio. Ad primam autem Impugnationem positam in argumento respondetur, quod quamuis gratia ponatur in prædicamẽto, & sit finita formaliter, est tamen ordinis infiniti, & diuini. Vndè soli Deo infinito, potest esse connaturalis. Ad secundã impugnationem respondetur, quod vt dicitur 3. part. loco citato, gratia non est connaturalis animæ Christi absolute loquendo, sed prout vnitæ verbo. Vnde nunquã verificatur absolute gratiam esse connaturalem alicui creaturæ. Ad tertiam impugnationem respondetur, quod cũ inter subiectum, & proprietatem debeat esse proportio, & vtrunque debeat esse eiusdem ordinis inde fit, quod semel posito accidẽti supernaturali, aliud supernaturale potest esse proprietas eius, respectu autẽ substantiæ, cum omnis illa præter Deũ sit naturalis, non potest esse proprietas supernaturalis, nam tunc subiectum, & proprietas essent diuersi ordinis, quod implicat. Si autem dicas, quare ergo non ponetur substantia supernaturalis, sicut ponitur accidens supernaturale, vt sic aliquid supernaturale possit esse proprietas talis substãtiæ. Respondetur, quod cum accidens dicat intrinsice esse participatũ ab alio, substantia vero esse per se, dari accidẽs supernaturale, non est ponere in illo supernaturalitatem, nisi participatam a Deo: si autẽ poneretur substantia supernaturalis esset ponere supernaturalitatem, sibi propriam & consequenter esse Deum.

Ad 1. impugnat.

Ad 2. impugnat.

Ad 3. impugnat.

Obiectio.

Solutio.

Ad tertium respondetur, quod posse habere gratiam in natura rationali nõ est potentia naturalis, sed obedentialis, vndè solum respectu supremi agentis, scilicet Dei comparatur. *Ad 3. arg.*

Ad quartum arg. respondetur, non posse dari aliquam qualitatem superiorem gratiæ, qua alia causa principalis constitueretur, quia gratia est omnium suprema: siquidẽ est participatio supremi, quod in Deo est, scilicet esse. Ad argumentum dicitur, quod licet quacumque gratia signata indiuidualiter possit esse alia maior, quia quæcumque signetur est limitata, nõ tamen potest dari alia qualitas supernaturalis maior specifice, quia implicatio est esse aliam speciem superiorem ratione iã dicta, quia illa qualitas, vel participat supremum Dei, scilicet esse, vel non: si participat illud est in gratiæ specie, si non est inferior, quia omnis alia participatio est inferior ad participationem esse diuini. *Ad 4. arg.*

Ad vltimum respondetur, distantiam inter causam principalem, & instrumentalem esse in per transibilem, quia principalis dicit adæquationem cum effectu, non vero instrumentalis. Item principalis per propriam virtutem instrumentalis vero, per alienam, & ad hanc infinitam distantiam, non requiritur infinitas in extremis vt patet in numero, & speciebus est enim inter speciem, & speciem distantia in pertransibilis, quoniam ratione diuersæ sunt etiam si extrema sint finita. *Ad vlt.*

Dubium IV.

Vtrùm gratia creetur, an vero educatur de potentia animæ rationalis?

PROBATVR Primo, quod non educatur de potentia animæ, tanquã de potentia materiæ gratia non continetur in potentia materiæ: ergo nõ educitur de potentia illius, consequentia patet, nam non potest educi, vnde non est. Antecedens vero probatur primo, gratia est forma supernaturalis: ergo non potest *1. Arg.*

contineri

contineri in potentia naturali, patet consequentia, quia potentia non potest transire proprios terminos naturales. Secundo probatur antecedens, anima nullam dicit inclinationem ad gratiam, ergo gratia non continetur in potentia illius, consequentia patet, nam omnis potentia naturaliter inclinatur in id cuius est potentia. Antecedens vero probatur, quia naturaliter non potest consequi gratiam: ergo non inclinatur naturaliter ad illã inclinatio enim non est ad impossibile, quia sic esset frustra.

2. *Arg.* Secundo arg. educi de potentia materiæ est formam produci per transmutationem materiæ taliter, quod materia sit mere causa principalis materialis ipsius formæ, sed anima per propriam transmutationem non est causa principalis materialis gratiæ ergo. Maior est Caietani. Minor probatur, quia anima, & eius transmutatio recepta in ipsa anima est pure, & omnino naturalis: ergo non potest esse causa principalis gratiæ, quæ est omino supernaturalis cum inter causam, & effectum debeat esse debita proportio, quæ inter naturale, & supernaturale, non reperitur.

1. *Conf.* Confirmatur primo, quia accidens educi de potentia subiecti est à subiecto habere propriam in existentiam concurrente subiecto ad ipsam, quasi efficienter, sed talem concursum anima non potest habere in productione gratiæ propter in proportionem dictam: ergo, &c.

2. *Conf.* Confirmatur secundo maior proportio est inter animam, & materiam, quam inter animam, & gratiam, sed anima non æducitur de potentia materiæ, ergo nec gratia ex potentia animæ. Consequentia patet, nam si maior proportio non sufficit à fortiori nec minor sufficiet. Maior vero probatur, nam anima, & materia habent proportionem naturalem cum mareria naturaliter inclinetur in animam. Hæc autem proportio inter animã, & gratiam non reperitur: ergo.

3. *Arg.* Tertio arg gratia creatur: ergo non æducitur de potentia animæ, consequentia patet, nam hæc duo oponuntur. Antecedens probatur, producitur secundum se totam: ergo creatur, consequentia patet, quia hoc est creari: Antecedens vero probatur, nam desinit esse totaliter per anihilationem, quando finitur ergo incipit totaliter per creationem, quando producitur, quia res eo modo incipiunt quo desinunt, si desinunt per anihilationem incipiunt per creationẽ, & si incipiunt per generationem ex potentia materiæ desinũt per corruptionem, quod autem gratia desinat totaliter per anihilationem asseritur, à Diuu. Thom. in 2. distin. 26. articul. 1. & 2. vbi ait gratiã in nihilum redigi, quando desinit esse. Confirmatur, Deus potest creare gratiam, sed si vellet creare eodem modo produceret, sicut modo: ergo creatur. Probatur minor, quia modo producitur independenter à subiecto, tam ex parte Dei, quam ex parte gratiæ, quæ secundum se à subiecto naturali non dependet, nõ autem amplius reperiretur si vellet gratiam creare.

4. *Arg.* Quarto arg. & probatur, produci per creationem, tum quia semper in sacra scriptura dicitur gratiam creari, tum etiã, quia cum gratia sit omnium excellentissima ser maper omniũ excellentissimam actionem produci debet. Hæc autem non est, nisi creatio, quia cum sit ex nihilo superemi net cuicunque alteri productioni.

1. *Conf.* Confirmatur primo, nam ex eo forma Angelica producitur per creationem, quia est forma excellentissima, sed vt dictum est supra gratia est multo excellentior: ergo.

2. *Conf.* Confirmatur secundo, quia non esset per creationem maxime, quia supponitur dispositio ad gratiam, quæ in creatione nullo modo reperitur, cum sit ex nihilo, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia vt multi Theologi, dicunt talis dispositio non est ex natura rei, sed ex diuina ordinatione, & institutione: ergo non arguit, non fieri per creationem, quia potest Deus statuere non creare, nisi aliqua conditione præsupposita.

3. *Conf.* Confir. vltimo, quia saltem de gratia Christi, & Angelorum, videtur dicendum productam fuisse per creationem, quia quãdo aliquid creatur, quod illi conuenit cõnaturaliter, & quod simul eum illo producitur cõcreatur, vt patet in potentijs animæ, & in his, quæ producta sunt à principio in Adã, ad creationem enim subiecti reliqua omnia concreantur, sed sic est quod gratia Christi Domini est animæ illius connaturalis, vt dicitur 3. part. quæst. 7. & gratia Angelorum fuit in illis à principio, iuxta illud Augustin. quod Deus simul erat in Angelis condiens, naturam, & largiens gratiam: ergo habet esse in illis per creationẽ dum anima Christi, & natura Angelica creantur.

1. *Sent.* Propter argumenta posita, aliqui tenent gratiam produci per creationẽ, quia istam existimant altissimam omnium productionem. sic Scotus in 4. dist. 1. quæst. 3. art. 1. & 2. dis. 37. quæst. vnica, §. eadem argumenta, *Scot.*

argumenta, Gabriel Palud. 4. distin. 1. & Ricard. ibidem, & 2. dist. 26. art. 1. quæst. 2. Henri. quodl. 4. quæs. 37. Vega lib. 7. super Concil. Triden. cap. 13. Soto 2. de nat. & gra. cap. 9.

Gab. Ricard. Henry. Vega. Soto.

Alij vero tenent concreari cum non sit res subsistens, sed accidens in hærens sit Capreol. in 4. dist. 1. & Soto 2. de nat, & grat. cap. 14. & 4. dist. 1. quæst. 3. artic. 11. & 1. physico cap. 7. & Ferrar. 4. contra Gent. capit. 57. & tribuitur Caieta. supra quæst. 110. a. 2. & Conrrado hic. Itaque, sicut enim partes geniti cõgenerantur, & materia prima fit concreata ad creationem totius sic dicit gratiã cõcreari ad creationẽ gratiæ, nec obiat (dicũt isti) quod gratia producatur in subiecto, vt creetur, vel cõcreetur, quia etiã anima rationalis producitur in subiecto, & creatur, quia ad hoc sufficit produci, licet in subiecto independenter ab ipso, quod etiam reperitur in gratia, vt probant argumenta proposita, nec hoc in quiunt est peculiare in gratia, quia idem contingit in alijs formis accidentalibus, vt lumen, & species sensibiles sunt in subiecto, & producuntur in subiecto, non tamen de potentia subiecti, quia independẽter a concursu subiecti producuntur.

Soto. Ferr. Caiet.

Prima conclusio. gratia non creatur, nec concreatur. Hanc tenet Diu. Thom. hic, & colligitur ex illo 1. part. quæst. 45. art. 4. asserente solum creari subsistentia, & non forma accidentalis, & 12. quæst. 113. condistinguit iustificationem contra creationem, cum D. Thom. tenent omnes eius discipuli, sic tenent expræsse Caiet. 3. part. quæst. 8, art. 1. & quæst. 13. art. 2. & quæst. 62. art. 1. Conrra. & Medi. Curiel, & lorca hic, & Valentia disp. 8. quæs. 4. puncto 2. Suarez lib. 8. capit. 2. & alij quam plures videatur specialiter D. Tho. quæst. 27. de verit. art. 3. ad 9. & quæst. 1. de virt. artic. 10. ad 13. vbi ait habitus infusos de potentia obedentiali subiecti educi, gratia autem habitus est infusus, & quæst. 3. de potent. art. 8 ad 5. Prima pars conclusionis prob. rationibus D. Thom. locis citatis, primo nam sic se habet res ad produci, sicut se habet adesse, sed gratia habet esse dependenter a subiecto: ergo, & producitur dependẽter ab illo. Minor probatur, nam gratia secundum quancumque considerationem est accidens: ergo secundum, quamcumque considerationem non habet existere sed in existere, quod est esse dependens a subiecto, hoc autem est educi de potentia subiecti, quod ipsum concurrat materialiter ad productionem formæ, nam si crearetur subiectum nullo modo concurreret: ergo &c. Secundo probatur, gratia conproducitur ad productionem totius, scilicet grati, sed gratum non creatur: ergo nec gratia, consequentia patet, quia quod conproducitur sequitur naturam actionis, & totius productis: ergo si actio productiua totius, nõ est creatio, quod comproducitur tali productione, non creatur. Minor etiam est certa. nã gratum non fit in totum: ergo non creatur. consequẽtia patet, ex definitione creationis, est enim productio totius entis. Antecedens vero probatur, nam subiectũ gratum: certum est non produci in iustificatione, sed erat præsuppositum: ergo gratum iniustificatione non fit in totum. Maior vero principalis probatur, nam ridiculum esset ponere duplicem actionem, & productionem, alteram productionem grati, alteram vero ipsius gratiæ seorsum, sicut ponitur in productione hominis altera circa totum per vnionem partium, quæ est generatio, altera vero circa animam seorsum, quæ est creatio. Tertio probatur, gratia non desinit esse per anihilationem: ergo nec incipit esse per creationem. Consequentia patet. nam quæ incipiunt per creationem desinunt esse per anihilationem, Antecedens vero probatur primo, nam secundum probabiliorem, & veram sententiam, vt infra videbitur peccatum corrumpit physice ipsam gratiam: ergo non desinit esse per anihilationem, tum etiam, quia vt ait D. Thom. 1. part. quæst. 104. art. 4. de lege ordinaria nulla res anihilatur, patet consequentia, quia vt dicitur 1. part. quæst. 45. art. 4. sicut nulla creatura potest concurrere ad creationem, ita neque ad anihilationẽ maxime, vt causa principalis, de qua nullũ est dubium, nec opinio vera, cum ergo peccatum concurrat, vt causa principalis, vt gratia desinat esse, &c. Secundo probatur antecedens, nam vt inquit D. Thom. 1. part. quæst. 104. art. 1. accidentia non anihilantur, quando desinunt esse, quia non desinunt esse in totum, cum maneat subiectum in quo radicaliter, veluti in potentia accidens continetur, licet formaliter ipsius formæ nihil maneat, qua ratione etiam nullus dicet formam æqui anihilari, quando desinit esse, sed in desitione gratiæ manet subiectum in cuius radice, & potentia obedientiali continetur: ergo non anihilatur. Confirmatur, quia quando desinit esse accidens: propterea non anihilatur, quia licet nihil eius maneat, quantum ad

1. Concl. D. Thom. Caiet. Conrrad. Medin. Curiel Lorca. Valen. Suarez.

1. Pars conclusio.

D. Thom.

D. Thom.

ad entitatem, & partes eius, manet tamen potentia subiecti ad illud: ergo similiter, quando incipit esse licet incipiat, secundum se totum, & quoad omnem entitatē & partem non creauitur, quia supponitur potentia subiecti ad accidens, quod producitur, vel potentia naturalis, ad accidens naturale, vel potentia obedientialis, ad accidens supernaturale, quale est gratia. Confirmatur secundo, accidens ex propria ratione habet esse dependenter à subiecto, quia suum esse est in esse: ita vt sit miraculum, sine subiecto produci, vel conseruari: ergo. & fieri habet dependenter a subiecto, patet consequentia, quia vnumquodque fit ad modum sui esse, si ergo gratia cum sit accidens habet esse dependenter à subiecto: similiter, & fieri accidens per consequenter si subiectum concurrit ad fieri eius, saltem secundum potentiam obedientialem, non creatur, quia creatio omnino debet esse nullo præsupposito. Si respondeatur, dependere a subiecto quātum ad substentari, non autem quantum ad fieri, quia actio productiua eius non est medio subiecto, sed immediate ad ipsam gratiam. Contra arg. ex dictis, quia si quātum ad esse dependet, etiam quantum ad fieri, quia res fit iuxta naturam sui esse. Item, quia si actio productiua gratiæ non est interueniente subiecto in genere causæ materialis: ergo prius natura intelligitur gratia existens, quam vnita subiecto, sicut anima rationalis, consequens est falsum (quia vt dicendum est) cum sit accidēs non potest præintelligi esse ante ordinē ad subiectum, etiam de potentia absoluta, & sine actuali concursu subiecti de potentia ordinaria. Et si adhuc arguas, quod gratia (vt dictum est supra) est perfectior. quā subiectum eius: ergo non potest præhaberi in potentia illius. Respondetur, esse gratiam perfectiorem absolute, secundum suam naturam quoad modum autem essendi in alio: quatenus est accidens minus perfecta est, vt diximus, & hac ratione de potentia subiecti, vt accidens eius educitur. Vltimo probatur, nam vt inquit D. Tho, 1. part. quæst. 45: art. 4. nulla creatura potest assumi, vt instrumentum creationis, sed vt ipse dicit 3. part. quæst. 62. art. 1. Sacramenta concurrunt instrumentaliter ad productionem gratiæ: ergo non producitur per creationem. Secunda pars conclusionis probatur, illud concreatur, quod est propria passio, vel connaturaliter consequitur ad aliquid, quod est terminus creationis, quia qui dat formam debet dare cō sequentia, ad formam, sed vt dictum est, supra nulli creaturæ gratia potest esse connaturalis: ergo ad nullius creaturæ creationem concreatur. Secundo probatur, quia in iustificatione hominis nihil potest assignari, quod creetur vt subsistens ad cuius creationem gratia concreetur: ergo non concreatur, quia concreari nihil aliud est, quam per creationem alterius produci.

Solutio

Impug.

Obiectio.

Solutio

D. Tho.

2. Pars Cō.

Secunda conclusio gratia producitur per quandam actionem supernaturalem mirabilem Auctoris gratiæ. Hæc est Diu. Tho. quæst. 27. de verit. art. 3. ad 9. & 10. argumentum, & communis discipulorum eius, præcipue videatur Magister Ioanes Vincentius relectione de gratia Christi pag. 14. & Curiel hic. Et probatur iustificatio est quædam filiatio diuina, per quam quis participat formam excellentissimam transcendentem totam naturam, qualis est natura diuina: ergo actio productiua gratiæ est supernaturalis transcendens quamcumque actionem naturæ, patet consequētia, nam actio debet proportionari formæ productæ. Confirmatur, & explicatur, nam gratia excedit quamcumque formam naturalem, vt supra dictum est: ergo gratia productiua eius debet excedere actionem productiuam cuiuscumque alterius formæ. Secundo probatur, quia gratia nō educitur de potentia naturali, sed tantum obedientiali: ergo actio productiua eius non est naturalis, sed supernaturalis, quia potentia obedientialis, non naturali, sed supernaturali, & eminenti virtute actiue correspondet. Itaque dicimus in hac conclusione, quod sicut consecratio non est creatio, quia non fit ex nihilo, nec generatio, quia etiam materia panis non manet, sed est quædam mirabilis actio transcendens omnem actionem naturalem: ita productio gratiæ non est creatio, nec naturalis generatio, sed vtramque transcendens, pertinens ad ordinem supernaturalem mirabiliter. Si autem, quæras in ordine supernaturali quomodo appellanda sit huiusmodi actio. dicitur esse generationem, quandam diuinam participatam a generatione naturali verbi, nam, vt dictum est supra omnia, quæ Pater communicat filio per essentiā communicat iusto participatiue per gratiam. Item vt supra dictum est gratia est quædam Imago Dei, quod ad rationem geniti pertinet. Item quia vt etiam iam dictum est gratia est specialis participatio particularis naturæ Dei, hoc autem ad rationem generationis pertinet in qua

2. Concl.

D. Tho.

Ioannes Vincentius

Curiel.

propria,

& specialis forma agentis communicatur

Vide Curi. videatur Curiel conclus.2. Et si facias ar-

Obiectio. gum.quia actio productiua gratiæ est eadem cum productione cuiuscumque formæ naturalis, sed hæc est actio naturalis: ergo & illa. Minor probatur, nam actio productiua in Deo, nihil aliud est, quam imperium practicum intellectus illius, sed hoc in Deo tantum est vnum: ergo, &

Solutio. actio productiua omnium est eadem. Respondetur, quod licet actio Dei formaliter sit eadem respectu omnium, quæ producit eminenter, tamen, & virtualiter est multiplex, secundum multiplicitatem productorum, qua ratione aliter, & aliter alijs correspondet naturalibus vt naturalis, supernaturalibus autem, vt supernaturalis actio, quod clarius dici solet, quod licet actio productiua Dei formaliter sit in manens in ipso, & ex hac parte eadem propter Dei simplicitatem, virtualiter tamen est actio transiens in effectus ad extra. & ex hac parte multiplex, iuxta multiplicitatem productorum, in naturalibus naturalis in supernaturalibus supernaturalis dicitur talis actio.

Ad1.arg. Ad primum arg. à principio respondetur ex eo, quod gratia sit forma supernaturalis solum sequi, non contineri in potentia naturali animæ, non autem non cõtineri in potentia obedientiali, ex hac ergo, & non ex illa dicimus gratiam esse

Ad2.pro. eductam. Ad secundam probationem eiusdem arg. respondetur inclinationem naturalem sequi ad potentiam naturalem, non autem ad obedientialem, cum ergo anima non naturalem, sed obedientialem po-

Obiectio. tentiam dicat ad gratiam ad ipsam naturaliter, non inclinatur. Et si contra dicas, nam gratia dicit naturalem ordinem ad animam, & anima dicit naturalẽ ordinẽ

Solutio ad gratiam. Respondeo hoc tantum habere verum in his, quæ sunt eiusdem ordinis, in rebus autem diuersi ordinis, non necessarium est extrema eodem modo se respicere, nam & in relatiuis hoc apparet vno alterum respiciente realiter, aliud istud non nisi ratione respicere, cum ergo anima, & gratia sint diuersi ordinis, licet gratia naturaliter respiciat animam, vel Angelum velut proprium subiectum, anima tamen, non respicit naturaliter, sed tantum obedientialiter gratiam velut superexcedentem formam. Vel clarius secundo dicitur, gratiam respicere naturaliter animam naturalitate intra ordinem gratiæ, eadem ergo naturalitate intra ordinem gratiæ cõcedimus animam gratiam respicere, hoc autem tantum est, secundum potentiam obedientialem, quæ non naturalis, sed supernaturalis est in anima, si non formaliter, & entitatiue terminatiue tamen.

Ad secundum arg. respondetur, transmutationem, & concursum animæ ad gratiam esse supernaturalem, quia licet sit in subiecto naturalis, est tamen ab agente supernaturali correspondens ipsi animæ, secundum potentiam obedientialem, quæ, (vt dictum est) terminatiue est supernaturalis, secundum ergo prædictam potẽtiam obedientialẽ ex motione agentis supernaturalis, bene potest anima cõcurrere, vt causa principalis materialis ipsius gratiæ, ad hoc sufficientem proportionem habet ex tali eleuatione supernaturali, nec requiritur pertingere ad tantam perfectionem, sicut gratia ut sit causa principalis materialis illius, quia materia vt in suo genere sit causa non requiritur esse adeò perfecta, sicut forma producta. Et si inquiras quomodo talis eleuatio ponatur immediate in natura ipsius animæ. Respondetur, quod sicut in naturalibus peruenitur ad vnum primum, quod est causa illorũ, & ratio sui ipsius, vt existentia per se ipsam existit, & alia existere facit: ita in supernaturalibus ista eleuatio est primum accidens supernaturale, Vnde incipit receptio omnium aliorum, ipsum autem per se ipsum, sine alia eleuatione (ne detur processus in infinitum) in natura animæ immediate recipitur. Ad primam confirmationem respondetur, similiter animam ex eleuatione agentis supernaturalis ratione potentiæ obedientialis habere sufficientem proportionem, vt gratiæ tribuat in existentiam. Ad secundã confirmationem respondetur, maiorẽ proportionem esse inter animam, & gratiam, quam inter materiam, & animam, nam anima non continetur in potentia materiæ, sicut gratia in potentia obedientiali animæ. Ad illud autem, quod materia, & anima habent conuenientiam naturalem, non autem anima, & gratia. Respondetur, quod licet anima, vt pure naturalis minorem proportionem habeat, cum gratia considerando tamen animam secundum potentiã obedientialem, & eleuationem agentis superioris maiorem proportionem habet, quia vt sic anima pertinet ad ordinem supernaturalem, & in illius potentia gratia continetur, quod de anima respectu materiæ verificari non potest.

Dnb.

Resp.

Ad1.cõf.

Ad2.cõf.

Ad tertium arg. negatur anteced. ad probationem dicitur, quod gratia non incipit esse secundum se totam, cum præhabeatur

Ad3.arg.

beatur in potentia obedientiali subiecti, aliàs enim quælibet forma accidentalis inciperet, secundum se totam. Vel dicitur, non sufficere incipere formam, secundum se totam ad creari, sed requiri totum suposi tum incipere, secundum se totum, quod in gratia non reperitur, gratum enim nõ creatur, nec in totũ producitur, cũ materiapre supponatur, nec potest dici, hoc probare, nõ creari totũ, nõ autẽ creari formã, vt patetin anima vnita corpori, nõ in quã potest dici, nã anima est per se subsistẽs indepẽdẽs à materia terminãs actionẽ per se ipsam solã, gratia autem cum habeat in existere productione totius producitur, & nõ alia peculiari actione, quapropter si totum nõ creatur, nec ipsa. Si autem aliquando dicatur gratiam creari. Respondetur, creari sumi: dupliciter vno modo large pro eo, quod est in melius reformari, sicut dicitur aliquem creari in Episcopum, alio modo in rigore pro eo, quod est fieri: ex nihilo gratia: ergo creatur primo, non secundo modo. Vel secundum Diu. Thom. dicitur creari, quia datur sine meritis. Ad illud autem, quod gratia definit esse per anihilationem dicitur esse falsum, ad D. Thom. respondetur, tantum intelligere gratiæ, nihil prorsus remanere, quia non secundum partem, sed vel totam debet amittere, vel totam retinere, nõ autem intelligit de anihilatione proprie loquendo, cum adhuc corrupta maneat in potentia subiecti, sicut alia accidentia. Ad confirmationem dicitur posse Deum creare gratiam, sed tunc productio eius esset alterius rationis ab ea, quæ est modo, produceretur enim in abstracto, sine concursu, & dependentia subiecti, quod modo non est.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur in Sacra Scriptura nomen creationis non semper importare productionem ex nihilo, sed aliquando dicitur creatum, quod per mirabilem actionem producitur, vt patet *Gen. 1. & 5.* Gene. 1, & 5. vbi dicitur Adam creatus, cum tamen non sit factus ex nihilo, quia de limo terræ fecit eum, sed dicitur creatus, quia per mirabilem actionem, & extraordinariam, & supernaturalem est productus. Aliquando etiam generatio creatio dici solet *Deut. 32.* Deut. 32. ipse est Deus tuus qui fecit te, & creabit te pro eodem accepit facere, & creare, & iuxta hunc sensum *D. Hier.* Diuu. Hieroni. lib. 1. & 2. super epist. ad Ephes. cap. 2. & 4. explicat multa loca D. Pauli in quibus dicitur gratiam creari, quia per mirabilem actionem producitur, vel etiam creatio dicitur, quia vt ait Diu. Thom supra quæst. 110, art. 2. ad 3. gratia fit nullis præcedentibus meritis, quia *D. Thom.* fit ex nihilo in genere meriti dicitur creari, non autem creatur simpliciter in genere phisico, quia fit ex aliquo presupposito, scilicet subiecto de cuius potentia obedientiali educitur. Ad primã impugnationem respondetur concedendo, quod quia gratia est excellentissima forma per eminentissimam actionem produci debet, sed hæc non est creatio, sed actio productiua gratiæ eminentior est, quia ex vna parte productio gratiæ, sicut, & creatio requirit virtutem infinitam in agente, quia potentia obedientialis nihil iuuat, nec aliquam difficultatem tollit (sicut tollit potentia naturalis) vt non requiratur virtus infinita. Sicut in creatione vt ait D. Tho. quæst. 27. de verit. art. 3. ad 9. ex alia vero parte forma producta, scilicet gratia excellentior est quacumque producta per creationem (vt supra dictum est.) Quapropter quæcumque forma creata etiam Angelica, tantum habet rationem puri artificiati, gratia vero etiam Imaginis (vt supra dictum est) siquidẽ producitur à Deo vt ab specialissima causa excedit etiã iustificatio creationem in resistentia interueniente in iustificatione ex parte voluntatis, quæ vinci debet, nulla autem in creatione reperitur, quod autem in iustificatione possit asumi vt instrumentum, non autem in creatione, non est ex minori excellentia gratiæ, vel productionis illius, sed quia terminus creationis producitur in quantum ens ad quam nihil præsuponi debet, & consequenter, nec instrumentũ gratia vero etiam si sit forma excellentior cum non producatur in quantum ens, quia educitur de subiecto præsupposito asumi potest instrumentum ad illam. Et per hoc patet ad primam confirmationem. Ad se- *Ad 2. cõf.* cundam confirmationem respondetur probabilius, & verum esse dari dispositiones ex natura rei ad gratiam, vnde cum nostra conclusio non sit euidens, sed probabilior *2. Solutio* sufficit illam tueri ex probabilioribus. Secundo respondetur, illa sententia admissa non posse dari dispositiones gratiæ ex natura rei, non prouenire, ex eo, quod gratia creetur, sed ex eius maxima eminentia cuius altitudinem, nulla dispositio ex natura *Ad 3. cõf.* rei attingere potest. Ad tertiam confirmationem respondetur, quod accidẽtia, quæ simul producuntur, cum subiecto dicuntur creari, vel congenerari per creationẽ, vel generationem subiecti, non quia vere sit creatio, vel generatio illorum, sed quia simul

simul incipiunt, cum subiecto, cum autem talia accidentia vere in subiecto, & ex subiecto producantur, non possunt dici creari magis. quam si post longum tempus producerentur, cum creatio formaliter debeat esse ex nihilo, licet ergo gratia ex primo instanti creationis Angeli, simul cum ipso sit producta, quia tamen in subiecto, & ex subiecto producta est non creatur, nec concreatur, sed per eminentissimam actionem prædictam producitur. Secundo melius respondetur, quod accidentia ordinis naturalis, quæ sunt propriæ passiones subiecti concreatur ad creationem subiecti, sicut & generantur ad generationem subiecti, quia propriæ passiones ex subiecto naturaliter consequuntur, & sic qui dat formam debet dare, consequentia ad formam, accidentia vero supernaturalia, qualis est gratia nulli substantiæ creatæ possunt esse connaturalia, nec propriæ passiones illius (vt supra dictum est.) Quapropter, non eadem actione productiua subiecti producũtur, sed alia cum seorsum se habeãt a subiecto nulla naturali cõsecutione interueniẽte, vnde licet actio productiua subiecti sit creatio, nõ sequitur, & actionẽ productiuã gratiæ creationem esse. Ad alteram partẽ argumenti de gratia Christi, quæ videtur replica huius solutionis. Respondetur primo, quod gratia non est propria passio animæ Christi secundum se prout terminat creationem, sed animæ Christi Domini prout coniunctæ verbo. Quapropter nõ sequitur produci per animæ creationem, sed per actionem vnitiuam animæ diuino verbo. Et si contra arg. quia actio vnitiua non terminatur ad animam eleuatam per gratiam, sed ad animam secundum suam substantiam consideratam: ergo gratia nõ producitur per illam actionem vnitiuam. Respondetur, quod formaliter illa actio verum est solum terminari ad substantiã animæ vnitæ verbo, eminenter tamen cõtinet productionem gratię, quia cum gratia debeatur animæ vnitæ vnio animæ, & productio gratiæ debet esse. Vel secundo respondetur negando, quod gratia sit propria passio animæ Christi Domini loquendo proprie, & in rigore, sed dicitur connaturalis, quia supposita vnione illi est debita, non autem quia naturaliter consequatur, sed specialem actionem eminentissimam prædictam inducitur. Et si contra omnia prædicta arguas, nam si produceretur gratia extra subiectum haberet esse per creationem, sed illa gratia est eiusdem rationis, cũ gratia prædicta in subiecto: ergo ista etiã habet esse per creationẽ. Resp. primo, quod illa gratia non esset eiusdem rationis, cum illa quæ modo producitur in subiecto, sicut etiam dicit Diuus Thom. 1. part. quæst. 47. articul. 2. & quæst. 90. articul. 4. quod si anima rationalis crearetur extra corpus, non esset eiusdem rationis, cum ea, quæ in corpore producitur, quia ista habet esse incompletum, & substantiam partialem, illa vero haberet esse subsistens, & completum quasi Angelus, nec est eadem ratio de anima separata post modum, atque de illa, quia ista ratione vnionis præcedentis semper manet in esse substantiæ incompletæ, quapropter semper appetit re vnionem. Secundo respondetur, quod licet gratia per creationem separatam produceretur: nihilominus esset eiusdem rationis, cum ista, quæ est in subiecto, sicut homo per creationem, & homo genitus, & mus exputrefactione virtute solis, & generatione productus sunt eiusdem rationis. Et hoc tamen, non infertur, quod si illa crearetur ista creetur, quia res eiusdem rationis (vt dictum est) potest diuersis productionibus produci, illa enim, cum fieret ex nihilo, cum fieret extra subiectum crearetur, quæ autem fit in subiecto educitur de potentia eius, & sic generatione fit, secundum quod producitur, vnde non obstante, quod gratia crearetur non inde sequitur esse diuerse rationis ab illa, quæ est in subiecto, sicut non obstat, quod homo fiat per generationem, aut per creationem ad hoc, vt dicatur esse diuerse rationis, cũ eiusdem rationis res diuersis fieri productionibus, non implicet.

2. Solutio. Obiectio. Solutio 2. Solutio. Obiectio. Solutio. 2. Solutio.

Dubium V.

Vtrùm natura intellectualis habeat aliquam efficaciam ad conseruandam, & substentandam gratiam. Itaque supposito, quod in fieri gratiæ solum habet esse efficienter à Deo (vt dictum est) inquirimus: vtrum semel iam producta in subiecto sit virtus effectiua in sub-

iecto ad conseruandam ipsam?

1. Arg. PROBATVR, Quod sic primo, gratia vere est accidēs inhęrens subiecto, sed accidens inhærēs, nō solū dependet à subiecto materialiter, sed etiam effectiue: ergo, Maior patet, ex supradictis. Minor vero probatur, Deus potest sustētare accidens absque subiecto: ergo non solum est concursus subiecti materialis, sed etiam effectiuus, patet consequentia, quia si solum esset concursus materialis, non posset fieri à Deo, sine subiecto, quia concursum materialem Deus suplere non potest, cum dicat imperfectionem: ergo si suplet est, quatenus subiectum, etiam effectiue concurrit ad accidens subsistentandum, quod cum aliquid perfectionis sit potest à Deo fieri inmediate. Confirmatur, nam hac ratione Diuu. Thom. 3. part. quæstion. 77. artic. 1. dicit accidentia in Sacramento esse per Dei potentiam, sine subiecto quia quod fit per causam secundam potest à Deo causa prima fieri inmediate, hoc autem non haberet, verum nec Diuu. Thom. concluderet si subiectum solum esset causa materialis, quia causam secundam materialem prima suplere non potest: ergo sentit esse effectiuam.

2. Arg. Secundo arg. ens dicitur analogice de substantia intellectuali, & de gratia, sed hæc analogia, non consistit independentia materiali: ergo alia prætet illam, scilicet effectiua est ponenda. Minor probatur, nam si solum propter dependentiam materialem esset analogia, quotiescumque, hæc dependentia interueniret esset analogia, in qua diuisum principaliter de illo membro à quo aliud dependet diceretur: hoc autem est falsum: nam inde sequæretur, quod ens dictum de materia, & forma diceretur analogice, & principaliter de materia, cum ab illa materialiter dependeat forma: ergo vt sit membrum principale, non solum materialis, sed etiam effectiua dependentia debet esse. Si ergo probabiliter dicitur substantiam intellectualem esse principale membrum, non solum materialiter. sed etiam effectiue ab illa gratia dependet.

3. Arg. Tertio arguitur, si propter aliquam rationem substantia intellectualis, non haberet efficatiam, circa gratiam, maxime, quia est inferioris ordinis, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, nam hoc tantum probat de substantia intellectuali, ante receptionem gratiæ, non autem semel recepta: tunc enim per gratiam eleuatur, & illa recepta poterit efficere in illam conseruando, sicut aer semel recepta luce agit in illam conseruando, licet lux sit alterius ordinis aeris.

Sent. In hac re, qui tenent substantiam intellectualem esse perfectiorem gratia, consequenter dicunt habere efficatiam circa illam in substentando. qui autem tenent gratiam omnino esse perfectiorem, quacumque substantia creata consequenter dicunt, non posse substantiam habere efficatiam circa gratiam.

Not. Pro intelligentia nota, quod subiectum: dupliciter potest habere efficatiam circa accidens, quod substentat, vno modo infieri, & produci accidentis, vt quando accidens est passio subiecti: tunc enim dimanat à subiecto, quod est quasi effectiue produci ab illo. Alio modo in facto esse, quia licet infieri subiectum, non concurrat, nisi materialiter, tamen in facto esse semel recepto accidenti concurrit subiectum efficienter ad conseruationem accidentis. Sic contingit in accidenti communi, & maxime in accidenti extraneo: tunc enim in fieri accidens ab alio producitur, & solum à subiecto passiue recipitur, in facto tamen esse, & semel recepto effectiue conseruatur à subiecto substentante, quia cum actio inducentis accidens; iam cessauerit si subiectum, non ageret in illud substentando desineret esse.

Conclus. Conclusio sit, substantia intellectualis, nec primo, nec secundo modo habet efficiētiam circa gratiam. *1. Pars Cō.* Prima pars patet, quia (vt supra dictum est) gratia nullius creaturæ est, nec potest esse propria passio. Secunda pars probatur, si subiectum haberet aliquam efficientiam ad cōseruationem gratiæ, quam substentat illa efficientia deberet esse causæ principalis. Hac enim ratione Diuu. Thom. loco citato, vocabit subiectum causam secundam, quod non esset, nisi esset principalis, sed vt dictum est, implicat aliquam creaturam esse causam principalem gratiæ: ergo. *Solutio.* Si respondetur probare de substantia secundum se, non autem vt eleuata. *Impug.* Contra, quoniam subiectum, vt eleuatum non addit; nisi respectum. & habitudinem subiecti ad formam. sed ex tali habitudine, non potest dicere efficientiam, habitudo enim nō est operatiua: ergo nec potest dici, hoc habere subiectum, non solum vt includit habitualem ad formam, sed

sed nec vt includit ipsam formam, quia forma, non potest esse principium operandi, in se ipsam, agens enim, & paciens distingi debent: ergo si deberet habere efficientiam subiectum, hoc non deberet habere à forma, quam efficit in substentando. Secundo probatur, gratia (vt dictum est) absolute, & simpliciter est perfectior, quam substantia intellectualis: ergo non potest substantia habere efficientiam circa gratiam, patet consequentia, nam efficiens perfectius debet esse. Confirmatur, ideò substantia naturalis potest habere efficientem circa accidens naturale, quia substantia: simpliciter est perfectior: ergo si non est perfectior, quam gratia, non potest habere efficientiem circa illa. Etsi contra arguitur, quod substantia intellectualis habet efficientiam in actum fidei, vel charitatis, licet huiusmodi actus sint ordinis supernaturalis: ergo similiter poterit habere illam circa gratiam in substentando. Respondetur, quod actiuitas in huiusmodi actus totaliter prouenit à virtutibus infusis proxime loquendo, vt à principio, quo (vt dictum est) de visione beatifica respectu luminis. Quapropter huiusmodi virtutes non solum habent rationem habitus, sed etiam rationem potentiæ. Vltimo probatur, membrum principale analogiæ est gratia, minus principale substantia intellectualis: ergo substantia, non habet efficientiam circa gratiam in substentando illam, patet consequentia. quia non est alia ratio, quare in analogia entis substantia sit membrum principale, nisi quia non solum materialiter, sed etiam effectiue substentat accidens: si ergo substantia, non solum materialiter, sed etiam effectiue substentaret gratiam substantia esset membrum magis principale.

Obiectio. *Solutio.* *Ad 1. arg.*

Ad primum argumentum à principio respondetur, concedendo posse Deũ causare gratiam, sine subiecto. sicut quodlibet aliud accidens: diuersimode tamen, nam in alijs accidentibus suplet efficientiam subiecti, in gratia autem minime, (quia vt dictum est) cum agens debeat esse nobilius passo, in alijs accidentibus subiectum, cum sit substantia nobilius, quid est, & sic potest habere efficientiam, circa accidentia gratia vero (vt dictum est supra) nobilior est: simpliciter, quam substantia; vnde substantia circa gratiam agere non potest. Etsi dicas, quid ergo suplet Deus in gratia, quando ponit illam, si ne subiecto, si non suplet efficientem; nec suplet materialem, quia hoc dicit imperfectionem. Respondetur, quod suplet inhærentiam actualem faciendo per manutenentiam, quod existat per inhærentiam, tantum aptitudinalem, suplere autem causam materialem esset, quod ipse substentaret per inhæsionem accidens, quod in alio deberet inhærere, sicut suplere efficientem est efficere, quod aliud debebat efficere, cum ergo Deo nullum accidens in hærere possit, hoc modo non potest suplere materiam. potest tamen effectiue facere, quod accidens, quod debebat esse in materia sit, sine materia, non tamen essendo Deus materia. Etsi rursus dicas, si gratia non conseruatur effectiue à subiecto à quo conseruatur. Respondetur, quod inmediate a Deo, solum concurrente subiecto materialiter, & hoc (vt dictum est) propter eminentiam ordinis gratiæ, quem effectiue substantia naturalis, cum sit inferior attingere non potest, imò è contra res se habent, quod gratia habet virtutem conseruatiuam subiecti. Quapropter in patria, vbi est gratia consumata, & perfecta conseruat subiectum redendo illud in mortale, & perpetuum, & per hoc patet ad confirmationem.

Resp. *Dubium.* *Resp.*

Ad secundum argumentum respondetur, membrum magis principale esse gratiam, non autem substantiam spiritualem, quia substantia non agit in gratiam, sed è conuerso, quia vt bene probat argumentum, si substantia ageret in gratiam substantia esset membrum magis principale, quia quod facit substantiam magis principalem respectu accidentis, non est esse subiectum eius, sed vltra hoc efficienter conseruare illud, quia si concursus materialis solum sufficeret ad principalitatem materia esset principalior forma, vt probat argumentum, qui ergo tenent substantiam spiritualem esse principaliorem gratia, consequenter debent dicere, non solum materialiter, sed etiam effectiue concurrere adgratiam. Nos autem vtrumque negamus, & substantiam concurrere effectiue ad gratiam, & esse membrum magis principale.

Ad 2. arg.

Ad tertium respondetur, quod non solum substantia secundum se, sed neque etiam, vt eleuata potest habere efficientiam, circa gratiam, quia esse eleuatam solum dicit habitudinem ad gratiam eleuantem: illa autem habitudo non potest constituere agens (vt dictum est.) Nec

Ad 3. arg.

potest dici, quod constituat ipsa gratia quia constitueretur agens per idem respectu eiusdem, nec est similis ratio de aere lucido, quia licet lux sit perfectior est, tamen eiusdem ordinis, cum subiecto, & sic semel recepta luce ab extrinseco agente potest effectiue conseruare illam gratia autem est superioris ordinis, & simpliciter perfectior, & non solum secundũ quid, vt lux quapropter nulla substantia creata per efficientiam gratiam atringere potest.

Articulus II.

Vtrùm requiratur aliqua dispositio ad gratiam ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij?

PRIMA Conclusio necessaria est dispositio ex parte liberi arbitrij ad gratiam habitualem iustificantem. Secunda conclusio, ad gratiam secundum quòd dicit auxilium mouens, non requiritur dispositio ex parte liberi arbitrij.

I. Dubium est.

Vtrùm prima conclusio Diuu. Thomæ, verum habeat?

1. Arg. PROBATVR, Quod non primo, gratia est forma accidentalis: ergo nõ requirit dispositionem, patet consequentia, nã, hæc est differẽtia inter formã substantialem, & accidentalem, quod ista dispositione non eget, cum dispositio, etiã accidens sit, & non sit maior ratio de illo, quam de forma accidentali subsecuta.

2. Arg. Secundo arg. implicat Deum mouere creaturã, & ipsam nõ moueri: ergo implicatio est in adiecto D. Thom. quod actus disponens sit a Deo mouẽte, & sit actus liber, quia si liber posset non esse, quod fieri nõ potest Deo mouente.

3. Arg. Tertio arg. respectu vltimæ dispositionis homo tantum se habet, vt instrumentum: ergo non libere, consequentia patet, nam instrumentum omnino determinate se habet in motua agentis principalis. Antecedens vero probatur primo, Isai. 10. Isai. 10. Contra quosdam dicentes in potentia manus meæ feci, &c. Sic ait propheta, nũquid exaltauitur securis aduersus eum, qui secat, aut gloriabitur serra contra eum à quo trahitur? Ecce quomodo comparat instrumento hominem operantem. Secundo probatur antecedens, vt fatetur Diuu. Thom. operatur ex auxilio extrinseco Dei: ergo instrumentaliter, patet consequentia, nam hæc est differentia inter causam principalem, & instrumentum, quod illa operatur per propriam virtutem: istud vero per extrinsecam, & alienam.

4. Arg. Quarto arg. vltima dispositio permanet cum forma introducta, sed nullus actus liberi arbitrij permanet cum gratia infusa ergo nullus talis actus est dispositio. Maior patet in naturalibus. Minor patet ratione, nam actus transeunter se habet, & statim cessat.

5. Arg. Quinto arg. gratia datur omnino gratis ergo, sine actu liberi arbitrij. Antecedens patet ex locis multis Sacræ Scripturæ in quibus, ideò vocatur creatio, quia sine meritis (vt supra dictũ est,) & expresse ad Rom. 3. iustificati gratis, &c. & cap. 9. non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Consequentia probatur, ex eodem Paul. capit. 11. nam si ex operibus, iam non esset gratia; sed iustitia, quia ei qui operatur (inquit ipse) merces imputatur secundum debitum. Ad Rom. 3 & 9. & 11

6. Arg. Sexto arg. gratia secundum se non exposcit dispositionem: ergo frustra ponitur à Diuu. Thom. Antecedens probatur, nam in multis reperitur, sine dispositione: ergo secundum se non requirit illam. Probatur istud antecedens primo, in paruulis ante vsum rationis iustificatis. Secundo in Adam, & Angelis, qui simul receperunt naturam, & gratiam, & consequenter, sine dispositione præuia: nequit enim intelligi actus præcedens ad gratiam concommitrantem naturam, quia ad primum esse præintelligi non potest, cum sequatur ad esse: tum etiam dato, quod talis actus præintelligeretur, non posset intelligi esse liberum, quia in primo actu incipiente, cum natura res omnino determinate se habet, cum tribuatur auctori eius, & aliàs in tali actu peccare posset, quod implicatio est contradictionis, cum peccatum in Deum redundaret.

7. Arg. Septimo arguitur, gratia est omnium perfectissima forma maxime actualis, & pura: ergo non indiget dispositione, patet consequentia, nam ideò forma diuina, imo & angelica dispositione nõ eget, quia maxime

maxime actualis, & pura est.

8. Arg. Octauo arg. natura intellectualis dicit inmediatam proportionem, cum gratia: ergo non eget dispositione ad illam, patet consequentia, nam dispositio tantum ponitur, vt faciat proportionem inter materiam, & formam. Anteced. probatur, nã gratia (vt dictum est) est specialis participatio diuinæ intellectualitatis, cuius natura intellectualis est expræsio: ergo maxime inter se proportionantur.

9. Arg. Nono arg. ad gradum essendi non requiritur dispositio, vt supra dictum est, tum quia ad esse est inmediatus ordo: tum etiam, quia ante gradum essendi, nihil potest præintelligi habens rationem dispositionis: ergo neque ad gratiam potest esse dispositio supernaturalis, patet consequentia, nam gratia dat primum gradum essendi in supernaturalibus.

10. Arg. Decimo arg. quando forma inducitur ab extrinseco agente in alieno subiecto, non est necessaria dispositio, sed gratia, sic se habet: ergo. Maior patet, in luce inducta in aere à sole, vbi nulla est dispositio, & etiam in calore aquæ inducto ab igne, vbi non solum non est dispositio, sed potius repugnantia. Minor vero constat ex supra dictis, nam gratia nulli creaturæ est connaturalis, sed in quacumque est velut in extraneo subiecto.

11. Arg. Vndecimo arg. ad gratiam vnionis non requiritur aliqua dispositio in humana natura, vt patet ex Diu. Thom. 3. part. D. Thom. quæst. 2. art. 12. ergo nec ad gratiam iustificantem in homine, patet consequentia, tum ex paritate rationis, tum etiam, quia gratia vnionis est melior, & si ad ipsam nõ requiritur dispositio à fortiori, nec ad iustificantem.

12. Arg. Duodecimo arg. si gratia haberet dispositiones illæ deberent esse in omnibus eiusdem rationis: siquidem gratia in omnibus eiusdem rationis est, & dispositio debet sequi naturam formæ, sed actus liberi arbitrij, quo iustificantur, non est eiusdẽ rationis in omnibus: ergo motus liberi arbitrij, non est dispositio ad gratiam. Minor probatur, nam Angeli, & Adam, & Christus Dominus iustificati sunt per motum liberi arbitrij, qui est dilectio, & amor Dei, peccatores autem per motum liberi arbitrij, qui est contritio, & detestatio peccati isti actus diuerse rationis sunt ergo.

Vlt. Arg. Vltimo arg. si ad gratiam necessaria est dispositio maxime, quia est accidens supernaturale improportionatum subiecto, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, nam etiam actus quos vos dicitis esse dispositiones sunt supernaturales habentes eamdem in proportionẽ, & nihilominus, sine alia dispositione vniuntur subiecto, quia aliàs esset processus in infinitum: ergo idem fiet de gratia.

Sent. Luthera. Prob. Genes. 6. & cap. 8. Ioann. 14. In hac re Lutherani dicunt, non solum hominem non se disponere ad gratiam, sed peccare mortaliter, si connetur se disponere, quia omnis actus, antecedens gratiam secundum illos est peccatum, secundum illud Genes. 6. Videns Deus, quod cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum, & capit. 8. Sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt, & Ioan. 14. Sine me nihil potestis facere, & rursus: si quis in me non manserit mittetur foras, & arescet: si ergo omnis actus, non existentis in gratia est peccatum, & actus disponens ad iliam, cum nondum aduenerit gratia peccatum erit, imò dicunt non stare, quod homo libere se disponat, quia in homine libertas non est.

1. Not. Pro intelligentia noandum duo in præsenti esse examinanda, primum vtrum gratia requirat dispositiones, & quæ sint illæ, secundo vtrum huiusmodi dispositiones ex natura rei ipsius gratiæ: an vero solum ex ordinatione, & institutione diuina qualiter sacramenta ad gratiam comparantur.

2. Not. contra Caiet. & Capreo. Secundo notandum, hic non procedere dubium de paruulis, vel carentibus vsu rationis, sed tantum de adultis habentibus libertatem, qui iusta propriam naturam iustificari debent, hoc dixerim contra Caietanum, hic asserentem, etiam in paruulis repiriri dispositionem, non actum ipsorum paruulorum, sed actũ Christi supplentem actum ipsorum, hoc enim non est ponere dispositionem, quia dispositio ex patte accipientis formam debet assignari. Similiter contra Capreo. in 4. distin. 1. quæstion. 1. artic. 3. ad 1. Durand. contra tertiam conclusionem, asserentem in paruulis habere rationem dispositionis caratherem in recipientibus Sacramentum, vel ornatum à Deo productum in nõ recipientibus contrahoc disputatur 3. part. quæstion. 62. similiter, & contra alios asserentes in paruulis habere rationem dispositionis habitus infusos virtutum Theologarum: nam isti habitus sunt dispositiones concommittantes formam & hic agitur de dispositione præcedente saltem natura ex parte subiecti ad recipien-

piendam formam gratiæ, & præcipue po-
Contra Luth. nitur contra Lutherum, qui vt astrueret errorem de necessitate fidei, vel fiduciæ, quam ipse finxit, vt refert Albertus Pi-
Contra Soto. gius controuers. 2. & Soto, 2. de natur. & gratia, cap. 10. ait etiam in paruulis talem fiduciam præcedere, vt dispositio gratiæ
Ex Concil. Trid. baptismi, contra quem stat Concil. Triden. Session. 6. cap. 7. & Session. 7. tract. de baptis. Can. 13. vbi explicat qualiter paruuli fideles sint, vt etiam in illis verifi-
Marc. 6. cetur, illud Marc. 6. Et qui non crediderit condemnabitur, non quidem per hoc, quod aliquem actum fidei habeant, sed per ipsum habitum fidei in Sacramento
D. Aug. infusum, de quo etiam eleganter, loquitur Diuu. Augustin. tom. 7. lib. 1. de pecto. merit. capit. 19. & 20. & libr. 3. capit. 2.

1. Concl. Prima conclusio, de fide est ita vt op-
D. Thom. positum sit hæresis non dari gratiam, nisi media dispositione, & præparatione ex parte hominis. Hæc est D. Thom. hic & 2. 2. quæst. 24. art. 12. ad 3. & in 4. distin. 17. quæst. 1. art. 2. & art. 3. quæstiun. 1. & patet ex omnibus locis sacræ Scripturæ in quibus requiritur consensus hominis, & cooperatio eius, & inducitur Deus, vt pulsans cor hominis. Et habetur expressa in Concil. Arausic. can. 20. & 23. & Tri-
Con. Ara. Con. Trid. den. Sessio. 6. cap. 5. & can. 4. & ratione probatur, gratia licet sit accidens habet se tamen ad modum formæ substantialis (vt supra dictum est) sed nulla forma substantialis introducitur, sine dispositione, vt patet ex phy sicis: ergo nec gratia. Secundo probatur, quo forma excellentior est citra gradum essendi meliorem dispositionem requirit, sed gratia perfectissima est inter omnes formas: ergo perfectissimam dispositionem requirit. Mai. habetur in
D. Thom. Diu. Thom. 1. part. quæst. 76. art. 6. & patet ex phy sicis, quod ideò melior dispositio requiritur ad animam rationalem, quã æqui, quia perfectior est, & ratio est manifesta, quia dispositio ponitur ad apropriandam materiam formæ, quæ inter se distãt; vnde dispositio, quæ debet materiam trahere, & apropinquare formæ meliori melior debet esse, quod autẽ gratia nõ tribuat gradũ essendi, sed extra ipsum, patet, quia producitur in subiecto, & ex subiecto (vt dictũ est) ergo nõ tribuit gradũ essẽdi, vt sic, sed citra ipsum perfectissimum quem forma dare potest. Tertio probatur, vt do-
D. Thom. cet Diuu. Thom. 1. part. quæst. 12. art. 5. ad vnionem essentiæ diuinæ, cum intellectu creato in ratione speciei intelligibilis requiritur dispositio, scilicet lumen gloriæ: ergo a fortiori ad vnionem gratiæ, patet consequentia, quia essentia diuina est velut forma accidentalis in eo, quod habet rationem speciei, gratia autem velut rationem formæ substantialis dantis primum esse supernaturale, quod clarius dicitur gratia est forma radicalis præsupposita ad vnionem essentiæ diuinæ: ergo præstantiorem rationem formæ habet gratia, quam vnio diuinæ essentiæ; vnde si ad istam requiritur dispositio à fortiori ad illam.

Secunda conclusio, dispositio requisi- *2. Concl.*
ta ad gratiam in adultis est actualis motio liberi arbitrij. Hæc etiam patet, ex locis sacræ Scripturæ, & Conciliorum, quibus probatur prima conclusio, quia semper in illis expositur consensus libertatis. Probatur ratione, per gratiam eleuatur creatura ad esse intellectuale supernaturale: ergo debet disponi per actum liberi arbitrij. patet consequentia, quia dispositio debet esse eiusdem rationis cum forma, si ergo forma intellectualis, & rationalis est, & dispositio rationalis debet esse, hoc autem non est, nisi per motum liberi arbitrij: ergo. Vltimo probatur, specialiter de peccatore, peccator separatur à Deo per motionem liberi arbitrij: ergo debet accedere ad ipsum recipiendo gratiam per motum etiam liberi arbitrij, patet consequentia, quia idem ordo debet seruari in accessu, atque in recessu, quia contraria contrarijs curantur, eo vel maxime, quod si per peccatum potentia est auersa, non potest iterum conuerti (quod fit in gratia,) nisi per actum conuersionis eiusdem potentiæ. Dixi autem in conclus. hoc requiri in adultis, nam de paruulis ante vsum rationis de fide tenendum est iustificari, sine propria dispositione, in quo errauerunt aliqui hæretici nostri temporis per aliud extremum contra Lutherum fingẽtes in paruulis ante vsum rationis, quendam motum fidei, quo iustificantur, de innocentibus autẽ martiribus asserere fuisse iustificatos per vsum liberi arbitrij accelerati, non est contra fidem, quia non loquuntur de lege ordinaria, sed potentia absoluta exceptos fuisse à regula. Illud tamen asserere est temerarium: imò & proximum errori, quia excipere à regula fidei, sine fundamento Sacræ Scripturæ, etiam de potentia Dei absoluta temerarium est.

Tertia concluſ. gratia ex natura rei *3. Concl.*
& ab intrinseco exposcit, tanquam dispositionem,

Contra Curiel. Lorca. Suarez.

sitionem actum liberi arbitrij, & non solũ ab extrinseca ordinatione. Hæc ponitur contra Curiel, & Lorca hic, & contra Suarez lib. 8. capit. 5. Probatur primo Deus vt auctor gratiæ disponit omnia suauiter, & conformiter ad naturam ipsius gratiæ, sed disponit, vt introducatur mediante actuali dispositione: ergo hæc est natura eius. Confirmatur, quæ Deus ordinat, vt auctor naturæ pertinent ad naturam ipsarum rerum: ergo quæ Deus ordinat, vt author gratiæ pertinent ex natura rei ad naturam ipsius gratiæ. Secundo probatur, forma ex natura rei exposcit dispositionem, sibi proportionatam, sed gratia est forma actualissima, & participatio primi actus existentis in vltima actualitate: ergo dispositio eius ex natura rei debet esse per modum actus. Tertio probatur, vt alij qui dicunt forma angelica ex natura rei exposcit dispositionem, quæ sit actualis operatio potentiæ illius, propter actualitatem formæ eius: quapropter creatus est actu intelligens, & intellectio incepit simul cum natura, & talis intellectio (inquiunt isti) fuit dispositio ex natura rei formæ Angelicæ: ergo à fortiori, hoc currit de gratia, cum sit forma actualior, & perfectior, quam Angelica, quod requiret ex natura rei dispositionem, quæ sit actus. Vltimo probatur, nam ex natura rei est, quod homo auertatur à Deo per actualem motum liberi arbitrij: ergo ex natura rei

Obiectio.

est, quod conuertatur per motum actualem. Etsi contra hanc conclusionem arg. quod lumen gloriæ non habet rationem actus sed habitus, disponitque ad vnionem essentiæ diuinæ, quæ excellentior forma est, quam gratia: ergo similiter poterit

Solutio.

esse in gratia. Respondetur, quod lumen gloriæ, non solum est dispositio ad vnionem essentiæ diuinæ, sed etiam ad operandum, & videndum Deum, quapropter debet habere rationem potentiæ (vt supra dictum est) & consequenter non potest esse per modum actus secundi, actus enim secundus potentia esse nõ potest, quod alijs verbis solet dici, quod essentia diuina vnita in ratione speciei est principium immediatum, vt quo operantis; vnde quod antecedit ipsam vnionem, non potest habere rationem actus secundi, cuius ipsa essentia vnita est principium, sed debet habere rationem potentiæ permanenter, vel habitus, hoc autem non currit de gratia, quæ (vt dictum est) non est principium proximum operandi; vnde dispositio eius actus

Obiectio.

esse potest. Etsi secundo arg. quod paruulis datur gratia, sine actu, & non præter communem cursum, & legem, quia esset miraculum: ergo non exposcit gratia ex natura rei dispositionem, quæ sit actus. Respondetur, quod sicut est lex, & natura gratiæ adultorum, vt detur mediante actu, sic est lex, & natura gratiæ paruulorum, vt sine actu detur, & esset miraculum, quod per actum communicaretur paruulo, quia esset præter legem paruulorum, nec inferas gratiam paruuli, & adulti esse diuersæ rationis, & speciei, quia hæc diuersitas nõ prouenit ex parte ipsius gratiæ, sed ex parte diuersi subiecti, cuius diuersitas, (vt supra dictum est) non facit gratiam esse diuersam. Ex dictis in hac conclusione sequitur, quid sit dicendum ad illam quæstionem: vtrum dispositiones gratiæ, non solum concurrant ad illam producendam in genere causæ materialis, sed etiam efficientis. In quo est 1. sententia affirmatiua, quam tenet Vega lib. 8. super Concil. Triden. cap. 9. & Stapleton, lib. 3. de iustificatione, cap. 2. fundamentumque illorum sunt loca sacræ Scripturæ in quibus asseritur nos cooperari ad nostram iustificationem, & Concil. Trident. definiens in nostra iustificatione, non nos habere passiue tantum, & velut exanime instrumentum, quapropter sæpissime dicitur in sacra Scriptura, quod homo sanctificat se. Secunda sententia est negatiua, quam tenet hic Lorca disput. 25. & Curiel dub. 2. fundamentumque illorum est, quod gratia solum reducitur in Deum, vt proprium authorem facere que ratum, & sanctificare esse effectum gratiæ operantis, quæ in Deum reducitur gratiamque, & alios habitus virtutem esse in iustam, quam Deus in nobis, sine nobis operatur, & quia concursus dispositionum ad gratiam est moralis, & non physicus qualis requirebatur ad causam efficientem. Tertia tamen sententia tenenda est media, dispositiones quidem cum ex natura rei determinent subiectum ad gratiam, vt probabimus illam attingere, non solum in genere causæ materialis, sed etiam efficientis: non quidem quatenus dispositio se tenet ex parte hominis, sed ex parte Dei. Pro cuius intelligentia notandum, quod dispositio dupliciter consideratur, & in ratione actus vitalis, & in ratione dispositionis. Primo quidem modo est efficienter ab homine, quapropter verificatur, non se habere mere passiue in iustificatione, & quodammodo se sanctificare, vt concedit Cano. 12. de locis, capit. 3. ad 7. iuxta illud 1. Ioann. 3. Qui

Solutio

Corol.

Dub.

1. Sent. Vega. Stapleton. Arg. ex Con. Trid.

2. Sent. Lorca. Curiel. Arg.

3. Sent. Vera.

Not.

Cano.

1. Ioan. 3.

habet

habet hanc spem sanctificat se. Secundo autem modo, non est ab homine, sed solum à Deo, homine se passiue habente, quia vt sic est effectus gratiæ operantis pertinetque solum ad Deum, vt quælibet dispositio ad generantem, vel efficientem, quia eius solum est dispositio cuius est formæ introductio, quapropter sicut quælibet dispositio naturalis habet, secundum concursum, & materialem in ordine ad subiectum, quod afficit, & efficientem ex parte agentis in ordine ad formam, quam producit, ita & dispositio ad gratiam, cum sit dispositio ex natura rei, & habet afficere subiectum, & coaptare ad gratiam, & habet illam efficienter attingere, & vtrumque ex parte Dei, quia vtrumque est effectus gratiæ operantis in qua homo passiue se habet (vt supra dictum est.) quapropter cum dicitur Deum solum esse causam gratiæ, per ly solum excluditur homo, qui tantũ concurrit efficienter ad dispositionem, vt actum vitalem, non autem excluditur dispositio, nam illa mediante Deus efficiẽter iustificat hominem.

4. Concl. Quarta conclusio, regulariter loquendo dispositiones preuiæ, & remotæ, vt motus fidei, spei, & timoris, &c. tempore antecedunt infusionem gratiæ, dispositio vero concomittans, vt contritio, & Dei dilectio simul tempore est cum ipsa gratia, solumque antecedit natura in genere causæ materialis, vt dispositio talis formæ. Prima pars explicatur in Trid. loco citato, & insinuatur in illo, Psalm. Dilexi quoniam exaudiet Dominus, ac si diceret, quia spẽ habui, quod exaudiet dilexi: vnde insinuat præcedere spẽ, & ratione patet, quia homo per discursum, & non statim omnia sibi proponuntur, & sic eget tempore ab inceptione, vsque ad consumationem iustificationis. Dixi regulariter, quia aliquãdo subito fiunt omnia, vel miraculose, vt in Paulo, vel sine miraculo contingere potest ex aliqua vehæmenti apprehensione. Secunda vero pars conclus. manifesta est, quia contritio, & dilectio nõ possunt esse, sine gratia cum dicant perfectam oppositionem cum peccato.

1. Parscon cl. ex Con. Trid.

Ad 1. arg. Ad primum arg. a principio respondetur, non esse vniuersaliter verũ ad formam accidentalem, non requiri dispositionem, quia primæ qualitates disponunt ad secundas, ad aliquatamen accidentia dispositio non requiritur, ne detur processus in infinitum, sed quidquid de hoc sit gratia dispositiones requirit, quoniam (vt dictum est) licet formaliter sit accidẽs habet tamen rationẽ formæ substantialis, cum det primum esse supernaturale, vt supra dictum est.

Ad 2. arg. Ad secundũ arg. respondetur, quod licet in sensu composito non stet Deum mouere, & creaturam non moueri, absolute tamen in sensu diuiso homo libertatem habet, vt dissentiat, nam vt inquit D. Thom. 1. part. quæst. 19. artic. 7 & 8. ex efficatia diuinæ motionis, non infertur necessitas nostræ voluntatis, sed potius oppositum, quia in hoc consistit eius efficatia vt moueat vnumquodque iuxta naturam suam necessaria necessario, libera libere, vnde quando dicitur, quod attingit omnia fortiter simul dicitur quod disponit omnia suauiter. D. Thom.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, quod sicut multoties creatura cõparata ad Deũ dicitur non ens licet vere habeat esse, ita similiter operatio creaturæ, licet sit principaliter ab ipsa, respectu tamen diuinæ motionis solet appellari in sacra Scriptura instrumentalis, & sic intelligenda sunt loca prædicta.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur, vltimã dispositionem gratiæ manere cum ipsa in facto esse non formaliter, virtualiter tamẽ cum maneat habitus charitatis, & pœnitentiæ quorum actus erant contritio, & dilectio.

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respondetur, dici gratiam dari gratis, quia sine merito, non tamen quia sine dispositione, cum enim operatio illa, non pertineat ad iustitiam nõ involuit rationem meriti, ac per cõsequẽs, etiam si talis operatio disponat, cum non involuat rationem meriti gratia datur omnino gratis.

Ad 6. arg. Ad sextum arg. respondetur, gratiam vt sic non petere, nec excludere dispositionem, sed abstrahit ab vtroque, quapropter in paruulis non requirit, requirit tamẽ in adultis. Et hæc differentia (vt dictum est) non ex parte gratiæ, sed ex parte subiecti prouenit accidentaliter. Ad illud ergo de Adam, & de Angelis, Capreo. in 2. dist. 4. quæst. 1. Soto, 1. de nat. & grat. c. 5. & aliqui moderni, cum ipsis asserũt gratiam collatam fuisse Adã, & Angelis absque dispositione liberi arbitrij. Communiorem tamen sententia, & vera est collatam fuisse media dispositione liberi arbitrij, scilicet dilectionem Dei, quæ prout antecedit naturam gratiam præcedit ad illã, prout vero subsequitur fuit meritoria gloriæ, quæ doctrina est D. Thom. 1. part. quæst. 95. art. 1. ad 5. vbi ait primum hominem in

1. Solutio. Capreo.

2. Solutio. D. Thom. D. Bona. Ferra. Caiet.

in instanti suæ creationis habuisse consensum respectu gratiæ, & quæst. 63. art. 5. ad 4. ait, Angelos in primo instanti creationis meruisse gloriam in quibus verbis clare asserit in primo instanti habuisse actum liberum, qui vt subsequitur gratiam fuit meritorius gloriæ, & prout antecedit fuit dispositivus gratiæ, quam sententiam sequitur Diuu. Bonauentur. in 2. distin. 29. & Ferrara, 2. contra Gentil. capit. 110. Caiet. 1. part. quæst. 63. art. 5. & ratio est manifesta. quia perfectius est habere gratiam ex propria dispositione, quam sine illa quia habere ex propria dispositione est quodam modo habere per se ipsũ habere autem sine dispositione est habere omnino per alterum: perfectius est habere quodammodo per se, quam omnino per alterum: ergo non stante implicatione asserendum est Adam, & Angelos habuisse gratiam ex propria dispositione, sed qualiter Christus iustificatus sit præuia dispositione videatur 3. part. quæst. 34. artic. 3. & qualiter Angelus, 1. part. quæst. 62. artic. 2. & de Adam, quæst. 95. art. 1. Ad vltimam autem replicam arg. in qua videtur probari implicationẽ, quia non videtur intelligi quomodo actus in primo instanti sit liber. Respõdetur, quod licet in primo instanti creationis non posset actus esse liber, quoad specificationem vt aliter dicitur libertate contrarietatis, quia non est liber tunc homo, vel Angelus quantum ad peccare, vel non peccare, quia illo primo instanti peccare nõ potest cum prima actio tribuatur authori naturæ in quem peccatum refunderetur, bene tamen est liber libertate contraditionis, vel vt aliter dicitur libertate, quoad exercitium, quia poterat habere illum actum, & non habere illum. Sicut etiam dicitur de Christo Domino, quod habuit libertatẽ ad facere, & non facere aliquam operationem, non tamen quoad peccare, vel non peccare, in Christo ergo, hoc requiritur ratione impeccabilitatis subiecti, in Adam vero, & Angelis ratione temporis, & primi instantis, in quo impeccabiles sunt ratione, iam dicta, quia peccatum Deo tribueretur. Etsi contra dicas, quia si ille actus est ab authore naturæ erit naturalis, & non liber. Resp. quod sicut bene stat in à petitione vltimi finis homo, non se moueat, & tamẽ libere agat (vt sup. dictũ est) ita bene stat, quod in primo actu homo, vel Angelus libere agat: & nihilominus à Deo moueatur, & illi tribuatur talis actio. quapropter ille actus mediũ locũ habet inter naturalem, & omnino liberum habet enim quid naturalitatis defectu libertatis contrarietatis, habet tamen aliquid liberi per libertatem exercitij, & contradictionis. Et si rursus arg. quia ex libertate contradictionis, sequitur peccare posse supponendo, quod sit præceptum affirmatiuum talis operationis, tunc enim in omissione actus erit peccatum contra præceptum affirmatiuum. Respondetur, habere libertatem contradictionis, si non involuatur libertas contrarietati, cuius tunc incapax est, quod clarius dicitur habet libertatem contradictionis ad operari, & non operari, si operari non sit peccatum, & nõ interueniat præceptum, nam si interueniat in sensu composito præcepti, non potest non operari cum peccare non possit, idem dicitur de volũtate moriendi in Christo Domino, quod absolute habuit voluntatem moriendi, & non moriendi; vnde Isai. ait: Oblatus est, quia ipse voluit, in sensu tamen composito supposito præcepto patris, vt moreretur secundum illud, sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio, non potuit, non velle mori, quia peccare non potuit.

Obiectio.

Solutio

Obiectio.

Solutio.

Isai.

Ad septimum arg. respondetur, quod licet gratia sit perfectissima, & actualissima forma, nihilominus eget dispositione, ex modo essendi, cum sit accidens, & forma recepta in materia, forma autem diuina, & angelica, quia non recipiuntur in materia, non egent dispositione, licet aliqui asserant potentiam Angeli in actu secundo fuisse dispositionem suæ formæ, sed melius dictum est.

Ad 7. arg.

Ad octauum respondetur, naturam intellectualem non dicere immediatã proportionem cum gratia, quia licet conueniant in ratione intelligibilis, hæc conuenientia est analogica ratione: ergo excessus analogici, quem habet gratia supra animam eget anima dispositionẽ ad gratiam, sicut materia prima eget dispositione ad formam substantialem propter excessũ quem habet forma etiam intra rationem substantiæ supra materiam.

Ad 8. arg.

Ad nonum respondetur, quod ad gradum essendi, nõ requiritur dispositio, quia ante esse, nec dispositio, neque in quo recipiatur dispositio intelligi potest, ad gratiam autem dispositio esse potest, quia licet eminenter sit substantia (vt supra dictum est) absolute tamẽ, & simpliciter dat esse accidentale, cui substantia naturalis præsupponitur, & in qua dispositiones possunt recipi. Vel secundo respondetur, quod

Ad 9. arg.

2. Solutio.

quod licet semel supposita forma in materia, non requiratur dispositio ad esse, quia materia per formam proportionatur ipsi esse cum per formam fiat in actu, ante tamen quam recipiat formam non est receptiua ipsius esse, cum sit pura potentia eget ergo, quod inter materiam, & esse mediet forma, quæ quodammodo dici potest dispositio materiæ ad esse quatenus facit proportionem inter vtrumque. Ita similiter natura rationalis comparatur ad gratiam, vt pura potentia tantum obedientialis: quapropter minus potest esse proportio inter ipsam, & gratiam, quam inter materiam, & esse; vnde si dispositio requiritur in materia faciens proportionem ad esse à fortiori erit requisita in natura rationali ad gratiam cum (vt dictum est) sit minor proportio.

Ad 10. argum. Ad decimum respondetur, quod gratia licet si accidens in alieno subiecto eminenter tamen est sustantia (vt dictum est',) quapropter sequitur leges formæ substantialis, & sic eget dispositione, licet illa non requiratur ad formam pure accidentalem receptam in subiecto alieno.

2. Solutio. Vel secundo respondetur, quod licet gratia sit forma accidentalis est tamen omniũ supræma, & cum secundum Diu. Dionis. supræmum infimi attingat in fimum suprę mi, cum ad formam substantialem requiratur dispositio consequenter, & ad gratiam omnium accidentium supræmum. Tertio respondetur, quod si natura intellectualis haberet proportionẽ, cum gratia non eget dispositione; cæterum est omnimoda impropotio ratione, iam dicta, & sic non est eadem ratio, atque de alijs accidentibus receptis, etiã in subiecto alieno, quia ad talia accidentia præsupponitur substantia existens sufficienter proportionata ad recipienda talia accidentia.

Ad 11. argum. Ad vndecimum respondet Dominus Caiet. 4. part. quæst. 2. art. 10. quod cum verbum diuinum vniatur naturæ humanæ, vt principium essendi, non autem vt principium operandi, inde est ad vnionẽ hipostaticam, non requiri dispositionem esse autem requisitam ad vnionem essentiæ in ratione speciei, cum intellectu beati, & idem potest accõmodari gratiæ, quæ principium est operandi, si non proximũ remotum saltim. Sed quia hæc solutio, nõ

3. Solutio. bene stat, cum supra dictis. Secundo respondetur, quod cum diuina essentia in ratione speciei, vel gratia vniatur animæ, vt materiæ, inde fit esse dispositionem requisitam, tam ad gratiam, quam ad vnionem essentię diuinę vnitã in ratione formæ, ad vnionẽ autem hipostaticam dispositio nõ requiritur, quia non est vnio formæ ad materiam, sed suppositi ad naturam, inter suppositum autem, & naturam dispositio non interuenit. Tertio respõdetur, quod vnio hipostatica est substantialis ad esse substãtiale, ad quod (vt dictum est) dispositio nõ antecedit, vnio autem gratiæ est accidentalis ad quam præsupponitur esse substantiale naturæ, in qua dispositiones recipi possunt, & præcedere, quod respectu esse substantiale esse non potest (vt dictum est.)

3. Solutio.

Ad 12. argum. Ad duodecimum respondetur, quod gratia ex natura sua, & per se loquendo requirit, tanquam dispositionem dilectionem Dei, & actum charitatis, vnde in quocumque sit gratia ista dispositio debet esse vt patet, tam in Angelis, quam in primo parente, & Christo Domino, & in quocũque iustificato, per accidens autem requirit contritionẽ in eo, qui iustificatur exiẽs à peccato: quatenus cum illo gratia impossibilis est, & per contritionem debet excludi sit exemplum in igne qui per se requirit, ut dispositionem calorem, vt octo, & iste in quocumque recipiatur forma ignis debet esse, requirit autem per accidens, vt dispositionem expulsionem frigiditatis, vel hmiditatis: quatenus cum illa ignis est impossibilis; nam si non fuerit talis expulsio, non requiritur. Ad arg. ergo dicitur, quod dispositio per se debet esse eadem, & eiusdem rationis in omnibus, non autem, quæ per accidens se habet, cũ ergo actus charitatis in omni iusto reperiatur, nihil ad rem, quod in aliquibus reperiatur cõtritio, in alijs vero non vt gratia sit eiusdem rationis, quia hoc non debet pensari ex dispositione peracci dens qualis est contritio. Secundo respon

2. Solutio. detur, quod eadem forma, secundum diuersum gradum, & effectum quem tribuit requirit diuersam dispositionem, vt patet in anima rationali quæ vt tribuit gradum corporis requirit vnam dispositionem, vt vero tribuit esse viuens requirit aliam, vt tribuit rationale aliam, gratia ergo duplicem effectum præstare potest, vt facere consortem diuinæ naturæ, coniungereque animam cum Deo, vt vltimo fini, & etiam remouere animam à peccato si fuerit in illo, aliam ergo dispositionem requirit ad primum aliam ad secundum, ad primũ requirit actum charitatis, quo Deo coniungitur, vt vltimo fini, ad secundum requiritur contritio, qua detestatur peccatum:

cum

cum ergo in Angelis, & in Christo Domino, & in primo parente in statu innocentiæ gratia tribuat primum effectum, & nõ secundum tantum requirit dilectionem Dei disponentem, ad primum effectum, non autem contritionem disponentem ad secundum in peccatoribus autem iustificatis in quibus vtrumque effectum debet causare, vtramque dispositionem requirit.

Adult. argum. ex Caiet. Ad vltimum respondetur, ex Caiet. 1. part. quæst. 112. art. 5. quod non ad quãcumque formam requiritur dispositio, sed ad formam perfectam, cum ergo dispositiones cuiuscumque formæ sint formæ imperfectæ ad dispositiones, non requiruntur aliæ dispositiones, sic ergo omnino dicendum est de gratia, quod cum illa sit forma perfecta in esse supernaturali ad ipsam dispositio requiritur dispositiones autem eius licet supernaturales sint cum sint imperfectæ in illo genere non requiruntur aliæ dispositiones ad illas, vnde ad arg. dicitur, quod non requirit dispositiones gratia ex eo, quod forma supernaturalis est, vt cumque, sed quia supernaturalis perfecta. *Obiectio.* Et si contra omnia prædicta facias arg. quia (vt dictum est supra) gratia est in essentia animæ motus liberi arbitrij in potentia: ergo motus liberi arbitrij non potest esse dispositio gratiæ, quia *Solutio.* dispositio debet esse in subiecto formæ. Respond. quod sicut dispositiones formę substantialis, non sunt in materia prima in qua debet recipi forma, sed sunt in toto composito, & inde afficiunt materiam existentem in toto, similiter dispositio gratiæ sufficit esse in voluntate, vt inde afficiat animam ad recipiendam gratiam, & hoc propter colligationem animæ cum potẽtijs. *Obiectio.* Et si contra arg. quia sic sequæretur, quod dispositiones gratiæ non deberent esse in voluntate, sed in intellectu: tum quia intellectus est perfectior vt ostendit Diu. Thom. 1. part. quæst. 82. art. 3. tum etiam, quia intellectus proximius se habet ad animam, & inmediatius dimanat ab illa siquidem mediante intellectu dimanat volũtas, & quia intellectus formalius habet rationem intellectualitatis secundum, quã *Solutio.* anima est receptiba gratiæ. Respondetur, quod ad gratiam, siue in via, siue in patria vtraque dispositio requiritur, & ex parte intellectus, & ex parte voluntatis, quia vt inquit Diuu. Thom 1. part. quæst. 27. art. 1. ad gradum intellectualitatis vtraque potentia pertinet, tam intellectus, quam voluntas, & actus illarum, in via enim requiritur ex parte intellectus actus fidei ex parte vero voluntatis actus charitatis, in patria ex parte voluntatis amor, & ex parte intellectus visio, quia impossibile est ex parte voluntatis esse volitum, quin ex parte intellectus sit cognitum, proximius tamen, & formalius requiritur actus volũtatis, vt dispositio, quia cum gratia habeat coniungere hominem vltimo fini, finis autem pertinet ad voluntatem, cum in illo sit charitas, quæ finem vltimum respicit inde fit actum voluntatis proximius accedere in ratione dispositionis ad gratiam quam actus intellectus, qui non vltimum, & vniuersalem, sed particularem finem solum habet respicere. Videãtur plura alia, quæ egimus de dispositione ad gratiam, supra quæst. 109, dub. 1, & 2.

Dubium II.

Vtrùm de potentia Dei absoluta possit infundi gratia, sine omni prorsus dispositione?

IN hac re est prima sententia Caietan. quæst. sequenti art. 2. & Ferra. 3. contra gent. cap. 157. quod etiam, de potentia Dei absoluta, nequit infundi gratia sine dispositione actuali, vel habituali, licet de potentia absoluta non requiratur determinate actualis, vnde loquendo de dispositione actuali D. Thom. debet intelligi de potentia ordinaria, loquendo autem de dispositione actuali, vel habituali intelligendum est etiam de potentia absoluta. Eandem sententiam sequitur Soto 2. de nat. & gra. cap. 16. & in 4. dist. 15. quæst. 10. art. 2. Probatur primo. hæc sententia. Probabilissimum est Deum etiam *Arg. 1.* de potentia absoluta, non posse separare propriam passionem à subiecto, sed maxime naturale, & velut propria passio formæ, & maxime gratiæ est introduci mediantibus dispositionibus: ergo nequit etiam de potentia absoluta introduci, sine illis.

1. Sent. Caiet. Ferrar. Soto.

Secundo arg. proportio inter materiã & formam est essentialiter requisita ad introductionem formæ, sed non posita dispositione, non est proportio inter naturã intellectualem, & gratiam: ergo non posita dispositione etiam, de potentia absoluta nequit gratia introduci. Maior patet, *Arg. 2.*

nam

nam ex eo, etiam de potētia absoluta, nequit albedo poni in Angelo, & esse immediate in materia prima, sine forma, quia inter Angelum, & albedinem, & inter materiam nudam, & esse non est proportio, quæ essentialiter est requisita inter materiam, & formam introducēdam. Minor vero probatur, quia ita improportionata est natura intellectualis respectu gratiæ, sicut intellectus creatus respectu essentiæ diuinæ in ratione speciei, sed intellectus respectu essentiæ seclusa dispositione luminis gloriæ omnino est improportionatus adeo, vt etiam de potentia absoluta essentia diuina, nequeat vniri intellectui non dispositio lumine gloriæ, vt communiter ab omnibus docetur 1. part. quæst. 12. art. 5. ergo similiter natura intellectualis, sic improportionata est gratiæ, vt non stante dispositione gratiam in naturam rationalem introduci.

3. *Arg.* Tertio arg. impossibile est tendere à termino contrario in contrarium, nisi per actum conuersiuum vnius, & conuersiuū alterius: ergo nequit tendere à peccato in gratiam, sine aliquo actu auersiuo a peccato, & conuersiuo in finem gratiæ, sed talis actus vere est dispositio introductionis gratiæ: ergo nequit intelligi, sine dispositione gratiam introduci. Confirmatur primo, nam si non requiritur actus sequitur, *Conf. 1.* quod manens affectus peccato possit iustificari, consequentia est impossibile, vt infra dicetur: ergo. Sequela probatur, secundum oppositam sententiam existens habitualiter in peccato, sine actu contrario detestationis illius potest iustificari: ergo etiam si habeat actum positiuum complacentiæ peccati. Consequentia patet, quia nō minus repugnat gratiæ, habituale quā actuale peccatum: ergo si existens in habituali non habens actum contrarium detestatiuum potest iustificari: similiter etiā si habeat actum complacentiæ circa peccatum. Confirmatur secundo etiam per *Conf. 2.* potentiam absolutam nequit remitti peccatum, sine pœnitentia, vt docet D. Thom. 1. part. quæst. 86. art. 2. ergo nequit infundi gratia, sine dispositione. Probatur consequentia, quia gratia non potest introduci, nisi expellatur peccatum, quia simul esse non possunt (vt infra dicetur) ergo si ad expulsionem peccati requiritur pœnitentia: similiter & ad introductionem gratiæ, sed actus pœnitentiæ est dispositio: ergo etiam de potentia absoluta, sine dispositione gratia introduci non potest. Confirma- *Conf. 3.* tur tertio, nemo potest cadere ex gratia in peccatum, sine proprio actu: ergo nec redire è peccato ad gratiam, sine illo, quia cō trariorum eadem est ratio: iste autē actus est dispositio (vt dictum est) ergo. &c. Cō- *Conf. 4.* firmatur quarto, nam ad minus requiritur expulsio peccati ad introductionem gratiæ, cum simul stare non possint, hoc autem quædam dispositio est: ergo etiam de potentia absoluta, sine omni dispositione gratia, non potest introduci.

Quarto arg. nam D. Th. hic dicit simpliciter dispositionem esse necessariam ad *4. Arg.* gratiam: ergo sentit etiam de potentia Dei absoluta supleri non posse. Si respondeatur *Solutio.* D. Thom. asserere esse necessariam de potentia ordinaria, non de absoluta. Contra arg. nam cum posset, tantum arguitur *Impug.* quod agens infinitæ virtutis non eget dispositione, talis autem est Deus. Respondet infinitatem virtutis non resplendere in eo, quod sine dispositione agat in eo, quod ab alio dispositionem non expectet, sed ad ipsum, & formam introducere, & materiam præparare pertineat: ergo loquitur de potentia absoluta, quia formaliter non consideratur infinitas agētis Dei (quam nititur defendere D. Thom. secundum legem ordinariam, sed absolutam.) *Conrrad.*

Secunda sententia est in alio extremo nullam prorsus dispositionem esse requisitam de potentia absoluta, licet de facto, & connaturaliter requiratillam. Istam tenet *Caiet.* Conrad. & Caiet. hic, & quæst. sequenti, *Scotus.* art. 3. Scot. in 4. dist. 14. quæst. 1. & dist. *Gabriel.* 16. quæst. 2. Gabr. dist. 14. quæst. 1. art. *Ioann. Medina.* 1. Ioannes de Medina, Codice de pœnit. tract. 1. quæst. 1. Et probatur primo, gra- *1. Arg.* tia, & quælibet eius dispositio, non habēt inter se essentialem connexionē: ergo potest per absolutam potentiam poni gratia, sine dispositionibus. Anteced. probatur, quia non est maior connexio inter gratiam, & suas dispositiones, quam inter ignem (verbi gratia) & dispositiones illius: certum est autem inter ignem, & eius dispositiones, nō esse essentialē cōnexionē.

Secundo arg. dispositio in ratione dis- *2. Arg.* positionis, non constituit subiectum, nec potentiam receptiuam formæ, sed solum coaptationē, vt bene se habeat ad recipiē dum illam: ergo per absolutam potentiam poterit supleri dispositio, semel enim potentia formæ receptiua supposita, quod ad melius esse superaditur, non videtur implicari supleri.

Tertio arg. gratia, & quælibet alia dis- *3. Arg.* positio distinguitur realiter, tanquam res à re, & aliàs (vt dictum est) inter illas, non

est

est essentialis dependentia: siquidem dispositio, non constituit potentiam, sed supponit ergo nulla est implicatio vnum supleri ab alio.

Arg. 4. Quarto arg. bene potest Deus de potentia absoluta producere gratiam in abstracto, sine subiecto, sed tunc non esset aliqua dispositio ad illam: ergo melius posset in subiecto illam, sine dispositione producere. Minor patet, quia dispositio tenet se ex parte subiecti recipientis formam: ergo si produceretur, sine subiecto produceretur, sine dispositione. Consequentia vero probatur, quia plus est ponere formam sine subiecto, quam in subiecto: ergo si potest ponere absque dispositione, sine subiecto melius, sine dispositione in subiecto.

Arg. 5. Vltimo arg. nã de facto in puero causat gratiam, sine dispositione: ergo de potentia absoluta, etiam id poterit in adulto.

Solutio. Si respondetur, aliam esse rationem in adulto, quia peccatum paruuli est, sine proprio actu, adulti vero per proprium actũ, vnde videtur peccatum eius, sine proprio

Impug. actu remitti non posse. Contra, quia hoc tantum probat secundum connaturalitatem, & potentiam ordinariam, non autem de potentia absoluta.

3. Concl. Tertia sententia est, quod licet per potentiam absolutam quælibet alia dispositio supleri possit, non tamen actus pœnitentiæ, vnde sine illo implicat in adulto

Soto. peccatore gratiam produci. Istam tenet

Pet. de Soto. Soto in 4. distin. 15. quæst. 1. art. 2, & Petrus de Soto, lect. 4. de pœnitentia &

Cano. Cano in relectione de pœnitentia.

Not. 1. Pro intelligentia huius quæst. not. quod dispositio potest, dupliciter considerari primo formaliter, vt disponens ad formam, & illi materiam coaptans. Secundo quatenus habet (verbi gratia) formam cõtrariam expellere, non ergo disputamus de dispositione in hac secunda aceptione nam si forma, est contraria cum inducenda fuerit incompossibilis, non potest expelli sine aliquo, qui simul habeat rationem dispositionis coaptantis materiam formæ introducendæ, tunc talis forma introduci non poterit, sine tali dispositione quatenus necessario requisita ad expulsionem formæ contrariæ, solum ergo disputamus de primo: vtrum concursus dispositionis in ratione dispositionis, & coaptantis ad formam introducendam adeo sit necessarius, vt etiam per potentiam absolutam supleri non possit, etiam si alia necessitas expulsionis formæ contrariæ non interueniat.

Secundo not. quod hic non loquimur de gratia illa, qua per potentiam absolutã (supra diximus) homine posse iustificari sine omni actu imò stante in peccato, quæ tantum esset quædam extrinseca aceptatio sed loquimur de gratia perfecta in hærente vt modo est: vtrum sic possit introduci absquæ dispositionibus quibus medianti bus modo, & de facto introducitur. *2. Not.*

Tertio not. quod dispositio est duplex altera positiua connaturalis, & propria altera vero in propria negatiua, quæ etiam dispositio appellatur, videlicet expulsio formæ contrariæ, cum qua introducenda est incompossibilis. de hac secunda nulli dubium, quim gratia etiam de potentia Dei absoluta requirat huiusmodi dispositionem cum sit implicatio introducendi gratiam, quim expellatur peccatum precedit: ergo dubiũ de dispositione primo modo, quæ positiue, & proprie est dispositio. *3. Not.*

Prima conclusio, de potentia Dei absoluta bene potest infundere gratiam sine dispositione actuali per modum actus, & operationis. Hæc concl. patet arg. factis prosecũda sentẽtia. Insuper prob. primo, ab homine potest Deus, cũ sit dormiẽs auferre omnes habitus erroris, & infundere habitus sciẽtificos absque omni actu: ergo similiter potest auferre peccatum, & infundere gratiam, absque actu interueniente, patet consequentia, quia sic se habet peccatum, & gratia in genere boni, sicut habitus erroris, & scientię in genere veri. Secundo prob. de facto Deus iustificat in Sacramento media attritione, quæ ex natura sua nõ est dispositio, sed solũ ex pacto diuino: ergo de potẽtia absoluta posset absque omni dispositione actuali, patet cõseq. nam idem est ponere ex pacto pro dispositione, quod non erat dispositio, atque inducere formam, sine dispositione. Tertio probatur, nam vt probat Diu. Thom. dormientem potest iustificare Deus per martirium, vel Sacramentum, vel gratiæ infusionem, quæst. 28. de verit. art. 3. ad 3. ergo gratiæ infusio in ordine ad diuinã potentiam, non depẽdet à dispositione actuali, quia dormiens nullum potest habere actum. Quarto probatur, posset Deus à sumere naturam humanam existentem in peccatore absque aliquo actu peccatoris disponente ad gratiam, sed tunc talis humanitas assumpta, eo ipso, quod assumpta maneret, sine peccato, & gratia: ergo bene potest de potentia absoluta iustificare: sine actu positiuo interueniente. Vltimo *1. Concl.* *D. Thom.*

probatur,

probatur dispositio gratiæ, non est ratio formalis iustificationis formaliter excludens peccatum, sed tantum concurrit ad iustificationem materialiter, & dispositiue, ergo potest supleri, patet consequentia, nam vt inquit D. Thom. supra quæst. 74. art. 4. ad 3. hæc est diferentia inter materiam extrinsecam disponentem, & intrinsecam componentē, quod istam Deus suplere non potest, bene tamen disponentem incoatio enim scientiæ dispositio est ad scientiā perfectam: nihilominus Deus Adam, & Salomoni scientiam perfectam infundit, sine præuia scientiæ incoatione.

2. *Concl. contra Ferrara. & Caiet.*

Secunda conclu. in ordine ad potentiam absolutam, non requiritur dispositio etiam per modum habitus. Hæc est contra Ferrara, & Caiet. Et probatur, nam gratia & quilibet habitus supernaturalis realiter tanquam res à re distinguuntur: ergo potest vnum ab altero separari. Secundo probatur, vt probatum est, etiam si actus habeat rationem dispositionis potest Deus infundere gratiam, sine actu, sicut, & quamlibet aliam formam, sine sua dispositione reali: ergo etiam si habitus sit dispositio poterit infundere gratiam absque omni alio habitu. Tertio probatur, si propeer aliquam rationem requireretur habitus, maxime ad rectificandum potentias; & retrahendum à peccato cum quo gratia non stat, sed hæc ratio est nulla: ergo. Prob. min. quia gratia radicaliter, & eminenter continet posse rectificare potētiā: ergo deficiētibus habitibus in potentijs per ipsā gratiā existentē in anima ex diuina potentia poterunt rectificari

Ad 1. arg. Ad primum arg. à principio respondetur, probabilius esse posse propriam passionem separare, vnde iuxta probabiliorem sententiam probabilius defendimus posse infundere gratiam, sine dispositionibus dato, quod dispositiones se habeant ad modum propriæ passionis. Secū

2. *Solutio.* do respondetur, admissa illa sententia non esse eandem rationem de propria passione, & dispositione, nam propria passio, in illa sententia habet essentialem cōnexionē cū subiecto, dispositio vero (vt dictum est) non habet essentialem connexionem, vnde supleri potest etiam si propria passio non supleatur.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, aliter esse improportionatum intellectum respectu vnionis essentiæ diuinæ in ratione speciei, sine lumine, atque natura intellectualis respectu gratiæ, sine dispositione. Et differentia in eo consistit, quod lumen gloriæ, non solum est, est dispositio, sed (vt supra dictum est) constituit potentiam, cum ergo species non possit vniri, nisi potentiæ diuina essentia, non potest vniri intellectui, sine lumine, quia sine lumine, non est potentia dispositio, vero ad gratiam tā tum est dispositio, non autem constituit potentiam receptiuam gratiæ, sed ante dispositionem est potentia receptiua, licet non coaptata. & bene se habens potest ergo Deus suplere dispositionem, & illud non ita cum absolute potentia receptiua supponat. Secundo respondetur, & forsitam clarius cedit in idem, quod essentia diuina vnitur intellectui in ordine ad visionem, visio autem intrinsice respicit, vt principium lumen, non ergo potest essentia in ordine ad visionem vniri, nisi supposito lumine, gratia autem non vnitur in ordine ad aliquid, quod intrinsice respiciat, vt principium ipsam dispositionem gratiæ, vnde tali dispositione non supposita per potentiam absolutam gratia poterit infundi. 2. *Solutio.*

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, bene intelligi conuersionem in Deum, & auersionem à peccato sine aliquo actu solum per receptionem gratiæ, gratia vero non solū est forma physica, sed moralis; vnde habet facere iustum, & sanctum remotum a peccato, & conuersum in Deum, quia licet de facto, & connaturaliter, hoc fiant per habitus, vel actus virtutum ex diuina potentia possunt fieri per ipsam gratiam continentem eminenter virtutes (vt dictū est) Sicut verbum diuinum ex continentia eminentiali tribuit subsistentiā humanitati, taliter, quod humanitas, nec apetat nec dicatur priuata propria subsistentia, nam apposita superiori, & eminenti manet satiata melius, quam propria. Similiter ignorans aliquam virtutem naturalem apetit scire illam, dicitur que priuatus tali cognitione, adueniente tamen visione Dei, etiam si non sit propria scientia naturalis saciatur appetitus, nec manet priuatus tali cognitione, quia quæcumque cognitio naturalis in visione beatifica continetur eminenter: si ergo gratia eminenter continet, quod per virtutes subsequētes potest præstari, etiam illis ablatis gratia ex continentia eminenti illarum ex diuina potētia totum hominem rectificabit. Ad primam cō firmationem respondetur. quod vt dictū est, dispositio negatiua, qualis est expulsio peccati necessario requiritur, estque insuplebilis, cum ergo non stet expulsio peccati, cum actuali complacentia illius, *Ad 1. cōf.*

nequaquam

nequaquam iustificari potest stante complacentia peccati, itaque licet non requiratur actus bonus, imo nec habitus bonus (vt dictum est) requiritur tamen non habere actum malum, imo nec malum habitum, quod est peccatum propter incompossibilitatem cum gratia. Ad secundam confirm. respondetur D. Thom. loqui de potentia ordinaria ex absoluta, tamen etiam sine pœnitentia potest excludi peccatum per rectificationem habitualem gratiæ, ut dictum est. Ad tertiam confirmationem respondetur, quod cadere a gratia pure negatiue potest esse per Dei potentiam, sine proprio actu cadere autem priuatiue, quod est cadere in peccatum, non potest esse etiam per Dei potentiam, sine proprio actu, quia cum peccati prima causa sit homo (vt dicit D. Th. art. sequenti,) & sine actu primæ causæ effectus esse nõ possit inde fit nec peccatum esse posse, sine hominis actu, gratiæ autem, & cuiuscũ quæ rectitudinis hominis prima causa est Deus. posito ergo actu Dei, etiã sine actu hominis gratia produci potest, vnde non sequitur, quod si à gratia in peccatum, sine actu cadere nõ possit, quod a peccato in gratiam, sine actu hominis resurgere non possit ex differentia iam posita desumpta, ex illo Oseæ. Perditio tua ex te Israel in me tantum modo auxilium tuum. Ad quartam confirmationem respondetur probare de dispositione negatiua, non autem de dispositione positiua.

Ad 2. cõf.

Ad 3. cõf.

Ad 4. cõf.

Ad quartum arg. bene ibi ad replicã respondetur, quod Deus etiam vt agens de lege ordinaria est infinitum. & infinite virtutis agens, vnde ex verbis assumptis nihil contra nos. Et si contra omnia dicta arguas, sequitur enim ex dictis, quod si per solam gratiam iustificaretur secluso omni habitu in potentia, & omni actu, quod tunc homo esset iustus ab extrinseco, saltim loquendo de rectitudine voluntatis, hoc autem esset ponere rectitudinẽ alterius rationis, & non vt modo est, de qua disputamus, vtrum sine actu, vel habitu possit poni ex diuina potẽtia. Respõdetur, verum esse, quod tunc in voluntate non esset aliquid intrinsecum ab ipsa potẽtia rectificans illam, nihilominus non diceretur iustus ab extrinseco: tum propter colligationem potentiarum ad animã qua ratione, quod ponitur in anima non censetur extrinsecum potentiæ, tum etiam, quia homo principaliter dicitur iustus ex rectitudine intrinseca animæ prouenta à gratia animæ inhærente, cum ergo tunc esset rectitudo intrinseca, & inhærens animæ, licet talis non esset in potentia, simpliciter, & absolute diceretur iustus ab intrinseco, & hoc de art. secundo.

Ad 4. arg.

Obiectio.

Solutio.

Art. III.

Vtrùm necessario detur gratia se preparanti ad illam, vel facienti quod in se est?

PRIMA Conclus. præparatio hominis ad gratiam est a Deo, sicut à mouente, & à libero arbitrio sicut a moto. *1. Concl.*

Secunda conclus. si ista præparatio consideretur, secundum quod est à libero arbitrio nullam necessitatem habet ad gratiam inducendam. *2. Concl.*

Tertia conclusio si præparatio consideretur, secundum quod est a Deo mouente habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo. non quidem necessitatem coactionis, sed infalibilitatis. *3. Concl.*

Circa istum articulum primo dubitatur quo modo dispositio vltima supernaturalis habeat infalibiliter inducere gratiã, & quo modo in eodem instanti in quo ponitur dispositio ponatur, & gratia quod explicat optime hic D. Thom. & quæst. sequenti, art. 7, quem communiter sequuntur Theologi, 2. dist. 28. & 29. & 4. dist. 14. & 15. & ibi Soto, dist. 17. quæst. 2. artic. 5. & lib. 2. de nat. & grat. ca. 14. & Vega lib. 13. super Trid. cap. 3. & videtur haberi in Conc. Trident. sess. 6. c. 7. & Medina hic, vide etiam D. Leonem Papam, Epist. 85. vel 91. & refertur de pœnitentia, distin. 1. Can. multiplex, & Dinu. Chris. epist. 9 ad Theodorum. & refertur de pœnitentia distin. 3, can. talis modi. & August. in Enchirid. capit. 65. Ambr. lib. de Apologia Dauid cap. 7. Isid. lib. 2. de oficijs Ecclesiasticis titulo de pœnitentibus, qui optime docent veram conuersionem, non pati moram veniæ, statim enim inquit Chrisost. atque Dauid dixit, 2. Regum 12. Peccaui, respondit ei, trãstulit Dominus peccatum tuum a te. Videatur etiam Bañes, 22. quæst. 44. artic. 5. & Gabr. in 4. dist. 14 quæst. 1. art. 2. non desunt qui contrarium opinentur Cajet. to. 1. opuscul. tract. 4. quæst. 1. Adri. 4. tract. de pœnit. quæst. 2. & Scot. 4. dist. 14 quæstio. 2. art. 2. asserentes præter actum pœnitentiæ, & dolorem sumum de peccatis requiri aliam conditionem, quapropter aliquantulum expectari potest dolorem, etiã per-

Resolutio dub.

D. Thom. Soto. Vega. Medina. Con. Trid. D. Leo. D. Chris. D. Aug. D. Ambr. 2. Reg. 12.

Videatur Bañez.

perfectum ad iustificationem, differunt tamen isti authores inter se in explicãda qualis sit ista conditio requisita. Caiet. ait cõditionem esse pactum Dei assignantis tale, vel tale tẽpus ad infusionẽ gratiæ. Adrianus ait conditionem esse, vt dolor sit tantæ, vel tantæ intensionis. Scot. ait, conditionem esse tantam, vel tantam durationem doloris. Sed hæc figmenta sunt, quia in sacra Scriptura post dolorem perfectũ promittitur iustitia, vt Ezechiel 23. impietas impij non nocebit ei, in quacũque die conuersus fuerit, &c. ideſt in quocumque momẽto, vt est communis explicatio Sãctorum. Alia plura loca aducuntur hic a Curiel, & alijs, præcipue illud Zachariæ, 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, & illud Psal. accedite ad eum, & illuminamini, & illud Psal. 21. Ego dixi cõfitebor aduersum me iustitiam meã Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, in quibus cõungitur conuersio, cũcondonatione, vt significetur, sine mora vnum statim sequi ad aliud, & ratio est manifesta quia si in naturalibus statim posita vltima dispositione sequitur forma, qnare idem in supernaturalibus non continget. Item quia ex opposito sequitur aliquo tempore sta realiquem extra statum salutis: nimirũ in illo intermedio vltimæ dispositionis ad gratiam, vt si tunc moreretur, quia ponere, quod tunc ex prouidentia Dei non moreretur est voluntarie dictum. Etsi contra prædicta facias arg. nam iustificatio fit gratis: ergo etiam stante vltima dispositione, non statim sequitur iustificatio. Respondetur, quod posita vltima dispositione adhuc gratis gratia conferturtita vt nõ esset iniuria, si nonconferretur, esset tamẽ agere præter leges naturæ, sicut si non causaret formam ignis posita vltima dispositione, & quidem gratis, sine debito agere nõ tollit infalibilitatem agendi, quia etiã prædestinatum libere, & gratis errat, & tamen infalibiliter errat. Si rursus arguatur quod si ex vltima dispositione sequitur infalibiliter gratiam posset, quis certo scire se esse in gratia. Respondetur negando sequelam quia non potest certo scira se a ponere vltimam dispositionẽ, quia vt dicebat Paul. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, & Regius vates, ab occultis meis munda me Domine. Secundũ dubium principale, quod poterat moueri hic erat: vtrum facienti, quod in se est ex viribus naturæ detur infalibiliter, vel ex pacto gratia. Sed de hoc actum est supra quæstio. 109. art. 6. quod autem solum circa illud dubium in præsenti potest ingerere difficultatem est: vtrum iam, quod ad gratiam ex viribus naturæ dispoui non possit, possit tamen ad primam gratiam excitantem, & ad primum auxilium supernaturale receptum. Sunt enim aliqui moderni tenentes partem affirmatiuam referentes pro se, Albertum Mag. Alensem, Scotum, Durandum (qui tamen certo hoc non dicunt.) Sententia istorum probatur primo, ex D. Chrisost. hom. 42. super Genes. vbi ait, quod Abraham recepit tot bona, quia ex parte sua præstitit, quod potuit. Idem habet hom. 46. super Matth.

Secundo arg. ratione inter naturalia, & primum auxilium supernaturale, nihil mediat, vt patet ergo naturale est dispositio illius supernaturalis, patet consequentia, quia quod est inmediatum formæ est dispositio ad illam. Si respondetur illud primum auxilium induci, sine dispositione pro liberalitate Dei, quia cum sit infima, & imperfecta forma in genere supernaturali, non eget dispositione, ista enim tantum requiritur ad formam perfectam. Contra arg. quia licet in suo genere sit imperfecta comparatione, tamẽ ad naturalia perfectissima forma est; vnde naturalia, tanquam inferiora possunt habere rationem dispositionis respectu illius.

Prima concluſ. non est necessaria aliqua dispositio ex parte hominis ad gratiã excitantem, & primam vocationem, sed multoties nullo actu præsupposito vocantur a Deo, imo multoties habentes actum oppositum. Hæc est de fide expresse, vt patet Isai. 65. Quæsierunt me, qui ante nõ interrogabant inuenerunt, qui non quæsierunt me. Et rursus ait, ecce ego ad gentes, quæ non inuocabant nomen meum expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & Ezechiel 30. non propter eos faciam, sed propter nomen meum. Videatur D. Aug. lib. 2. contra duas epist Pelagia cap 10. vbi ait quod hæc veritas definitur in Concil. Arausi. can. 4. dum dicitur Deum non expectare nostram volũtatem.

Secunda concluſio, nonpotest homo viribus naturæ apponere dispositionem ad gratiam excitantem, & auxilia supernaturalia recipienda. Hæc etiam est de fide expresse vt patet 1. Corint. 4. quid habes quod non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis, & 2. Cor. 3. non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Hoc ipsum definitur in Concil. Arausican. 7.

Impug. *Scotus.* *Ezech. 23* *Zacha. 1.* *Psalm. 21* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *2. Dub.* *Arg. 1.* *Arg. 2.* *Solitio.* *Impug.* *1. Concl.* *Esa. 65.* *Ezech. 30.* *D. Aug.* *Con. Aran* *2. Concl.* *1 Cor. 4.* *2. Cor. 3.* *Con. Aran*

can.7.si quis dicat, sine inspiratione Spiritus Sancti posse fieri aliquid, quod ad salutem pertineat hæretico fallitur Spiritu, & Can.2.dicitur, quod in omnibus bonis operibus nos, non incipimus, sed
D. Ambr. Deus. Videatur Diuu. Ambros. cap.12.
D. Aug. super Lucam, & Diuu. Augustin. libr.de gratia Christi, capit.14. & lib.2. contra duas Epistol. Pelagia.capit.8.& 10. Et ratione probatur, quia ordinare ad finem supernaturalem pertinet ad authorem gratiæ, sed huiusmodi auxilia ordinantur ad finem supernaturalem gratiæ: ergo sunt ab authore illius. Confirmatur forma, & dispositio debent esse eiusdem ordinis, sed nihil naturale potest esse eiusdem ordinis, cum auxilio supernaturali, quia istud pertinet ad ordinem gratiæ, ad quam disponit: ergo nihil naturale potest esse dispositio ad auxilium supernaturale, licet (vt supra dictum est) facienti, quod in se est ex viribus naturæ, vt in plurimum ex misericordia, & liberalitate Dei huiusmodi auxilia supernaturalia conferantur.

Ad 1. arg. Ad primum arg. respondetur, non intelligendum D. Chrisostom. de operibus naturalibus, sed ex auxilio Dei, ex quo facienti, quod in se est Deus confert supernaturalia dona.

Ad 2. arg. Ad secundum respond. bonam esse solutionem ibi datam, ad replicam dicitur, quod licet comparatione ad naturalia sit forma perfecta, quia tamen in suo genere est imperfecta, adeò, vt non habeat rationem formæ, sed cuiusdam motionis, non eget aliqua dispositione, nulla enim requiritur ad moueri, etiam supernaturaliter.

Dubium III.

Vtrùm contritio, & dilectio disponentes ad gratiam procedant à gratia iustificante, & habitu charitatis, & pœnitentia, an verò solũ ex auxilio supernaturali gratiã præcedenti?

1. Sent. IN Hac re est prima sententia, quod huiusmodi dispositiones, etiam vltimæ a gratia iustificante, & non ab auxilio procedant. Hæc est communior tho mistarum hic, & quæst.113.art.6.& 8. sic Caiet. Conrad. & Medina, Ferra.3.contra Gent.153. Soto, 2. de natur. & gratia cap.18.& 4. distin.14. quæst.2.art.6. & dist.16. quæst.2.art.1.& dist.17. quæst. 2.art.5. Cano. relectione de pœnit. en. p. 1.§. ad secundum, Petrus de Soto, lib. de institutio. Sacerdotum, lect.12. Ledesma 4. distin.26.art.6.& Zumel, part.2. quæstio.113.art.8. Marsilius, 4. quæstio.12. art.2. part.3. circà quintam conclusionem Henrricus quotlibet.5. quæst.23. Maior 4. distin.14. quæstio.1. Rosa Aurea, tract.3. quæst.69. Valentia, tom.2. disputatio.8. quæst.3. punto 4.& quæst.5. punto 4.§.4. Vazquez hic disputatio.211. Albertus Mag.4. distin.17.art.11.& solet alegari, licet falso Palud. ibidem quæstio.1. art.1. Et probatur hæc sententia primo, ex illo 1. Ioann.4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniã ipse prior dilexit nos. Ecce qualiter dilectionem nostram assignat, vt effectũ dilectionis Dei, Deus autem nos per gratiam diligit: vnde si Dei dilectio supponitur ad nostram similiter, & gratiam iustificans, & ad Galat.5. Fides quæ per dilectionem operatur, ex quo sumitur arg, nam actus disponentes ad gratiam sunt maximi momenti, & à fide initium sumentes: ergo sũt ab illa, per dilectionem, & charitatem, & consequenter, si charitatem supponunt: similiter, & gratiam, quia charitas supponit gratiam. Item Ioann.15. Si quis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes, & arescet. Ex quo etiam sic arg. opera nõ manentis in Christo sunt arida, & inutilia, sed dispositiones ad gratiam non inutilia sunt: ergo sunt manentis in Christo, sed manere in illo non est, nisi per gratiam, de qua loquitur cũ dicitur, qui manet in me, & ego in illo hic fert fructum multum: ergo dispositiones vltimæ gratiam supponunt. Confirmatur primo, ex Concil. Arausi. vbi can.4.& 6. huiusmodi dispositiones dicuntur esse per infusionem Spiritus Sancti, spiritus autem sanctus non infunditur, nisi per gratiam: ergo illa supponitur. Et can.18. dicitur, debetur mercedes bonis operibus si fiant, sed gratia Dei præcedit, vt fiant, dispositio autem vltima meritoria est, vt infra ostenditur: ergo gratia præcedit ad illam. Confirmatur secundo, ex Diuu. Augustin. tractat.75. in Ioann. dicente, quo modo diligimus, vt Spiritum Sanctum accipiamus, quem nisi capiamus diligere, non valemus, & libr. de Spiritu. & lit. capitul.3.& 8.

Caiet. Conrrado. Medina. Ferra. Soto. Cano. Pet. de Soto. Ledesma. Zumel. Marsilius. Henrric. Maior. Rosa Aurea. Valencia. Vazquez. Albertus.

1. Arg. 1. Ioan.4.

Ad Gala. 5.

Ioan. 15.

Conf. 1.

Conf. 2. Ex D. Aug. D. Greg.

ait nos non posse diligere, nisi prius sanemur, quod vtique est per gratiã, & in Matth.2. Amat Deus vt ametur Deus autem per gratiam nos amat, vnde illa supponitur secundum Augustin. vt amemus. Idem habet Diuu. Gregor. homil. 30. in Euangelia vbi ait, qui mente integra Deum desiderat, profecto iam habet, quem amat, quia non posset eum diligere, si quem diligit, non haberet: ergo supponit ad dilectionem gratiam, & charitatem præcedere, & consequenter talem actum esse à gratia, nec potest dici, quod vt habeat talem actum, debet habere Deum qualiter, per auxilium haberi potest, non in quam potest dici, quia simpliciter habere Deum, & moraliter loquendo, sicut Gregor. loquitur tantum est per gratiam, per auxilium autem tantum habetur secundũ quid in ratione mouentis. Confirmatur ex D. Thom, supra quæst. 111. art. 2. ad 2. vbi dicit, quod motus liberi arbitrij, quo consentimus infusionis gratiæ, non est causa, sed effectus eius, & in hoc artic. dicit, quod infusio gratiæ est prior ex parte agentis, quam motus liberi arbitrij, motus autem liberi arbitrij est prior ex parte mobilis. Ex quo sic concipitur argumentum auxilium actuale, nullo modo consideratur ex parte mobilis; ergo nullo modo consideratur, vt causa motus liberi arbitrij, vt se tenet ex parte mobilis antecedenter ad gratiam. Item 3. part. quæstio. 85. art. 6, dicit, quod motus in peccatum est actus virtutis pœnitentiæ, & quod sequitur gratiæ infusionem, & quæstion. 89. artic. 1. Ad primum dicit, quod contritio in Sacramento est causa gratiæ, extra Sacramentum autem, vt est virtus, est gratiæ effectus, loquitur autem de gratia habituali, nam hæc est, quæ causatur in Sacramento, & de hac loquitur Diuu. Tho. & quæstion. 28. de veritat. art. 8. vniuersaliter docet vltimam dispositionem, siue naturalem, siue supernaturalem procedere à forma ad quam disponit. Tandem hic art. 2. ad 1. & art. præcedenti, ad quartum dicit, quod actus vltimo dispositiui ad gratiam sunt meritorij: quæstio. autem 111. art. 2. dicit gratiam habitualem esse cooperantem respectu actus meritorij: ergo actus vltimo disponens est à gratia habituali cooperante illum. Nec valet solutio aliquorum, quod Diu. Thom. in omnibus his debet intelligi, quod huiusmodi motus procedant à gratia moraliter, non tamen physice, & efficienter, non (inquam) valet, quia in omni sententia actus meritorius, non solum moraliter, sed etiam physice procedit à charitate: ergo similiter à gratia, quæ radix est charitatis, & ad illam comparatur, vt essentia ad propriam passionem, impossibile enim est aliquid physice procedere à passione, & non ab essentia aqua talis passio dimanat.

Conf. 3. Ex D.Th.

Solutio. Impug.

Secundo arguitur, ratione pro hac sententia, nulla enim est repugnantia huiusmodi motus procedere à gratia habituali, & hoc maxime congruit rerum naturis; ergo ita est asserendum. Maior patet, quia nulla est repugnantia, quod forma operetur in primo instanti sui esse, vt gratia Angelorum in primo instanti sui esse operata est actum meritorium: ergo similiter gratia nostra in primo instanti infusionis poterit efficere motus, quibus vltimo disponitur ad ipsam. Minor autem probatur, quia natura rerum, hæc est quod instrumentum constituatur per aliquid transiens, causa vero principalis, per aliquid per manens, cum vero homo respectu huiusmodi motuum disponentium ad gratiam sit causa principalis, non per auxilium transiens, sed per gratiam habitualem permanentem debet constitui ad tales motus eliciendos. Si respondeatur, hoc repugnare, quia cum huiusmodi motus disponant ad gratiam, & consequenter sint priores non possunt procedere ab illa, quia sic essent posteriores, & cõsequẽter simul priores, & posteriores, quod videtur implicare. Contra arguitur, quia esse aliquid prius, & posterius in diuerso genere causæ nullum est inconueniens, expulsio enim peccati, vt ait Diuu. Tho. in genere causæ materialis est prior infusione gratiæ, in genere tamen efficientis infusio gratiæ est prior, & idem patet in apertione fenestræ, & introductione lucis, & generaliter inuenitur in expulsione formæ corruptæ, & introductione genitæ, & ad hominem patet ex ipsis contrarijs, ipsi enim ponunt huiusmodi motus procedere moraliter à gratia, & consequẽter posterius se habere ad illam, cum tamẽ aliàs habeant esse prius, vt dispositiones. Hinc ergo sumitur argumentum, si in genere moris nullum est inconueniens esse prius, & posterius, secundum diuersam rationem nullum etiam erit in genere physico, idem respondere.

2. Arg.

Solutio.

Impug.

Tertio arg. habitus infusi dantur ad simpliciter operandum, vt ostenditur, supra q. 62. art. 1. ergo motus detestationis peccati, & dilectionis Dei (v.g.) tãtũ possunt

3. Arg.

nam in eodem instanti est actus meritorius augmenti gratiæ, & ipsum augmentum. Et etiam euitauitur, quod si talis actus procedit à gratia frustra gratia promittitur pœnitentibus: siquidem quando est pœnitentia, iam est collata gratia. Antecedens vero arg. probatur, nam gaudiũ, quod habent beati de fide, & spe, & pœnitentia, quæ habuerunt in hac vita, non est ab ipsis habitibus, qui ibi non sunt, sed ab auxilio supernaturali.

7. Arg. Vltimo arguitur, contritio ordinatur ad tollendam auersionem peccati: ergo contritio, non producitur a gratia, patet consequentia, nam si ab illa producitur gratia præsupponitur, & consequenter auersio ablata, quæ cum gratia esse non potest, & consequenter frustra aduenit cõtritio ad auferendam auersionem, quæ iam non est.

3. Sent. Cano. Tertia sententia est Magistri Cani, vbi supra, quod huiusmodi motus disponentes ad gratiam vltimo sunt quidem efficienter physicæ ab habitibus infusis, (verbi gratia) a charitate, & pœnitentia: non tamen sunt physicæ, & efficienter à gratia, cum sint priores illa ipsiusque dispositiones, nec potest fieri (inquit ipse) argumentum, quod gratia est prior, quam charitas, & charitas prior, quam motus dilectionis: ergo gratia est prior, quam motus dilectionis, quia cum motus dilectionis sit dispositio ad gratiam, non autem ad charitatem, potest esse posterior, & effectus charitatis: non tamen potest esse effectus, nec quid posterius, sed necessario prior, quam gratia: ponit exemplum in materia de prædestinatione, vbi non valet originale est prior prædestinatione Christi, prædestinatio Christi est prior prædestinatione nostra: ergo originale est prius prædestinatione nostra, propter defectum assignatum suo loco etiam in physicis non valet, secundæ qualitates sunt prius, quam forma, quia disponunt ad ipsam, forma est prior primis qualitatibus, quia est causa illarum: ergo secundę qualitates sunt prius, quam primæ, in his enim consequentijs fit diuersa comparatio; vnde non valet de primo ad vltimum: sic ergo in nostro casu, inquit Cano.

Not. Pro inteligentia supponendum est se de fide dispositiones gratiæ procedere ex gratia communitet dicta, vt abstrahit ab actuali, & habituali, vt patet Ioann. 6. Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & Actorum 16. Dominus apperuit cor Lidiæ, vt attenderet his quæ docebantur à Paulo, & in Concil. Aurasi. capit. 18. dicitur omnem actum pietatis esse ex præueniente gratia. Et Concil. Tridentin. Sessione. 6. capit. 6. dicitur, disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti fidem ex auditu concipientes libere mouentur in Deum. Similiter supponendum est, fidem non esse vltimam dispositionem, quoad vsque veniat contritio, & dilectio Dei, motus enim fidei, & spei inter dispositiones remotas a Concil. Triden. in. enumerantur. Ex quo sequitur, quod sicut in naturalibus: ita hic huiusmodi vltima dispositio simul tempore est, cum forma gratiæ introducta, & hoc, sine temeritate negari non potest, cum sequatur ex altero principio fidei, & altero, maxime certo in philosophia naturali, quod autem manet sub lite, & opinione est à quo huiusmodi vltima dispositio procedat: vtrum à gratia, cum qua simul tempore est, an vero ab auxilio gratiam præcedenti. Actor. 16. Con. Ara. Con. Trid.

Conclusio ergo sit, quod licet sit probabile contritionem, & vltimam dispositionem ad gratiam non procedere ab illa, sed ab auxilio per modum motionis transeunte, probabilius tamen est realiter, & efficienter procedere huiusmodi dispositiones ab ipsa gratia habituali. Prima pars conclusionis patet argumentis factis pro secunda sententia: secunda autem pars probatur argumentis factis pro prima sententia, quæ efficaciora sunt. Et insuper probatur contra tertiam sentiam Magistri Cano, nam motus liberi arbitrij procedit efficienter ab habitu, vt ipse concedit; ergo etiam à gratia, patet consequentia, nam habitus infusus dimanat à gratia, & habent se, sicut essentia, & passio: ergo impossibile est, quod habitus cõcurrat efficienter, & non gratia, quia passio, nihil potest producere ad quod essentia, non concurrat, posterius enim in sua operatione necessario dependet à priori, essentia autem prior est, quam passio. Secundo probatur, si propter aliquam rationem motus liberi arbitrij, non posset produci a gratia: maxime, quia disponit ad illam hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia etiam disponit ad habitus infusos: nihilominus procedit ab illis (secundum Cano) ergo illa ratio nulla est, quod disponat ad habitus, patet ex Concilio Tridentin. Sessione. 6. capitul. 7. vbi dicitur: Hanc dispositionem, Concl. 1. Pars cõ clus. Con. Trid.

seu præparationem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renouatio per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, vbi nomine donorum intelligit habitus infusos, quia subdit cum remissione peccatorum accipere hominem in iustificatione. Hæc omnia simul infusa fidem, spem, & charitatem, & ratione etiam patet, etiam si (vt dictum est) gratia, & habitus infusi habeãt se, sicut essentia, & passio impossibile est disponere ad gratiam, & non ad habitus, quia sicut qui dat formam dat consequentia, ad formam: ita qui disponit ad formam disponit ad consequentia ad formam, scilicet ad passiones eius, propter naturalem connexionem, & resultantiam.

Diuersitas explicandi conclusionẽ

In hac conclusione, omnes Thomistæ conueniunt, disident tamen inter se in modo explicandi qualiter motus liberi arbitrij possit esse effectus gratiæ habitualis, & consequenter, quid posterius ad illam, cum alias motus ille sit dispositio, & consequenter prius. Primus modus dicendi in hac re est nullum esse inconueniens, talem motum esse prius, & posterius gratia non solum in diuerso genere causæ, sed etiam in eodem, secundum tamen diuersam rationem, illa ergo dispositio, quatenus se tenet ex parte Dei agentis est causa effectiua gratiæ, & consequenter prior in genere causæ efficientis, quatenus vero se tenet ex parte passi reducitur in gratiam, tanquam in causam effectiuam sui, & consequenter est effectus eius, & quid posterius in genere causæ efficientis. Apponunt exemplum in voluntate, quę efficienter mobet intellectum, cum tamen sit probabile, etiam verbum apræhensum efficienter mouere voluntatem. Item esse est effectus formæ, & mediante forma conuenit composito: & tamen rursus, ex composito communicatur formæ, tanquam parti, quia partes per esse totius habent existere. Ille modus certe non placet, quia ponit aliquid cõtra communem sententiam Theologorum est enim commune gratiam, & virtutes infusas, nullatenus adquiri effectiue nostris actibus, sed effectiue solum esse à Deo nostris autem actibus tantum disponi.

1. modus.

Impug.

2. modus. Caietan. Ferra.

Secundus modus explicandi est aliorum, qui supponentes, ex Caietan. 1. part. quæstion. 76. artic. 6. ad primum, & ex Ferra. 3. cont. Gent. cap. 71. quod cum in forma sint diuersi gradus (verbi gratia) in anima rationali gradus viuentis, & sensibilis, &c. ex gradu superiori, & communi potest causari dispositio ad gradum inferiorem, & particularem, sic ergo (inquiunt) contingit in gratia, quod si consideretur, secundum gradum communem, & superiorem formæ supernaturalis, ex ipsa causatur motus liberi arbitrij disponens ad gradum particularem: quatenus gratia est participatio diuini esse, vnde dispositio, quæ est posterior, & effectus gratiæ, secundum rationem communem est prior, & causa, & dispositio gratiæ, secundum rationem particularem, & propriam. Hic etiam modus non placet, quia sic non est assignare, quod motus liberi arbitrij sit magis à gratia habituali, quam à quacumque alia forma supernaturali, si tantum producitur à gratia, secundum id in quo conuenit, cum alijs formis supernaturalibus.

Impug.

Tertius modus explicandi est Magist. Soto in 4. distinctio. 14. quæstion. 2. art. 6. qui dicit, quod motus liberi arbitrij disponens ad gratiam potest: dupliciter considerari. Primo, quantum ad entitatem, & in ratione actus, secundo in ratione dispositionis, in ratione actus, est effectus gratiæ, & quid posterius, in ratione autem dispositionis est prior, & causa gratiæ, non ab illa, sed solum à Deo ex auxilio producta, & idem dicit de huiusmodi motibus, vt disponunt ad habitus infusos. Ex quo sequitur, quod sicut ille motus in ratione dispositionis est prior, & causa gratiæ, & habitus infusi: ita sit prior, & causa sui ipsius prout consequitur, & est effectus habitus infusi, apponit exemplum inferro cãdenti igniente stupam: certum est, quod calor vt acto productus in stupa, vt dispositio ignis formæ introductæ in ratione caloris, & quantum ad entitatem est effectiue a ferro igniente, in ratione tamen dispositionis, nullo modo effectiue est a ferro. sed tantum ab igne in cuius virtute ferrum ignit. Contra hunc modum insurgit Suarez loco citato, numero 5. quia impossibile videtur, quod effectus productus ab vno producatur ab alio, non subordinato, quomodo ergo motus arbitrij semel productus entitatiue à gratia, potest etiam produci in ratione dispositionis à Deo? Rursus si auxilium ex parte Dei sufficit producere talem motum ad quid ponitur efficientia ex parte gratiæ respectu talis motus. Sed hæc impugnatio nulla est, quia idem entitatiue effectus subdiuersa ratione à diuersis causis produci potest quia altera ratio in vna contineri potest, & non in alia, licet ergo ratio entitatis talis

3. modus. Soto.

Impugnat. à Suarez.

Impugnatio est nulla

lis motus, qui habeatur in gratia, vt in causa non tamen ratio dispositionis, sed hæc solum probabitur in Deo cuius solius est dare gratiam, & gloriam, & consequenter disponere ad ipsam, & sic iste modus explicandi Mag. Soto probabilissimus est, & substineri potest.

4. Modus verus. Caiet. Conrrado. & D. Tho.

Vltimus modus explicandi verior, & facilior est Caiet. & Conrrad. hic, & Ferra. 3. contra gent. cap. 153. quod gratia potest considerari: dupliciter primo, quantum ad infusionem, secundo quantum ad consecutionem, quod clarius dicitur, primo ex parte agentis, secundo ex parte passi. Quod adhuc clarius, primo in ratione auxilij, & motionis ex parte Dei, secundo in ratione habitus ex parte iustificati, cum ergo inter actionem agentis, & receptionem formæ in passo debeat interuenire dispositio coactans materiam ad receptionē formæ inductæ ab agente, hic est, quod dispositio cum sit media inter vtrūque intelligatur, vt posterior, quam gratia, vt se tenet ex parte Dei, & in ratione auxilij, & quantum ad infusionem, sit autem prior, & antecedat gratiam, vt ex parte passi in ratione habitus, & quantum ad consecutionem, quapropter dispositio potest esse effectus gratiæ priori modo, secundo tamen modo causa illius. Itaque motus arbitrij est effectus gratiæ in ratione auxilij, est tamen causa illius habitualiter sumptæ, & ex parte passi consideratæ. Iste modus explicandi, sine dubio est Diuu. Tho. hic ad secundum asserentis, quod sicut dispositio subiecti ordine naturæ præcedit susceptionem formæ, & sequitur actionem agentis, sic motus arbitrij ordine naturæ præcedit consecutionem gratiæ, & sequitur eius infusionem. De hoc modo videte supra quæst. 112. art. 3, dub. 2. vbi iterum de hoc egimus. Ad conciliandam autem

Not.

multa loca Diuu. Thom. quæ sibi videntur contraria notandum est, aliqua esse nomina quæ significant gratiam, quantum ad infusionem, aliaquæ significant ipsam quantum ad consecutionem, alia vero indifferenter vtrumque, rursus potest fieri sermo in rigore, vel large, loquendo ergo rigorose, quando vtimur nominibus significantibus gratiam, quantum ad infusionem, & ex parte agentis, dicendū est, quod gratia est causa motus arbitrij, & quod motus arbitrij est effectus, quando vero vtimur nominibus significantibus gratiā quātum ad consecutionem dicendum est, quod motus arbitrij est causa gratiæ, & quod gratia est effectus motus arbitrij. Quando vero vtimur nominibus significantibus indifferenter: vtrumque loquendum est, sub distinctione, quod si summatur, quantum ad infusionem gratia est causa, effectus vero si summatur, quantum ad consecutionem. Loquendo autem large, & communiter indifferenter dicitur gratiam esse causam, vel effectum, siue vtatur nomine significante ipsam, quantum ad infusionem, siue quantum ad consecutionem, & sic sæpe loquitur Diu. Thom. præcipue, quæst. 29. de veritat. artic. 8. & Tridentin. sæpe asserit præcedere dispositiones ad infusionem gratiæ loquitur autem large nomine infusionis ad significandam gratiam ex parte passi, & consecutionem eius. Contra hunc tamen modum explicandi arguit Suarez, vbi supra numer. 4. quia forma non est principium agendi, nisi prout consideratur vnita materiæ: ergo considerata gratia nondum vnita materiæ; neque ex parte passi non potest esse principium agendi motum liberi arbitrij, nec esse causa eius, rursus in ipso nomine involuitur contradictio, nam infusio gratiæ dicit ipsam æductam de potentia obedientiali animæ. Sed in tali eductione necessario involuitur cōcursus ipsius materiæ ex qua educitur, qui nullus alius est, quàm recipere formam in ipsa materia: ergo contradictio est intelligere infusionem gratiæ, & non intelligere ipsam receptam, & ex parte materiæ, & passi, & sic distinctio assignata frustranea est. Respondetur, tamen ad primum, quod cum concursus causarum sit diuersus, & ordinatus alius alio prius debet intelligi concursus: ergo prior est ex parte agentis, post modum formæ actuantis, post ea autem materiæ recipienti, prius ergo intelligitur formam actuare, quam materiam actuari, & agens agere, quam passum pati, vnde in bona phylophia, prius intelligitur actio, quam passio, licet omnia ista tempore sint simul, & re ipsa inseparabilia. Dicimus ergo, quod vt formæ intelligatur principium operandi sufficit, quod intelligatur actuare, non dum intellecta materia actuari, quando ergo gratia intelligitur ex parte agentis intelligitur actuare, licet nondum intelligatur materia actuata, vnde intelligitur sufficiens causa motus arbitrij, licet nondum intelligatur ex parte passi recepta in illo. Vel secundo respondetur, sufficere formam esse vnitam in fieri, vt possit esse causa, & non requiritur intelligatur vnitam esse in facto esse, & perfecte. Vel tertio respond. sufficere quod in re sit vnita, vt cau-

Obiectio ex Suarez.

Solutio.

2. Solutio.

3. Solutio.

set non autem, quod intelligatur vnita, & per hoc patet, ad secundam obiectionem, quod infusio gratiæ non est, sine concursu materiæ mediante vnione: bene tamen intelligitur infusio actiua nondum intellecta tali vnione, quia causalitas efficientis & formalis natura est prior, quam materialis. Etsi adhuc arguas, quia huiusmodi dispositiones, cum sint actus vitales procedunt ab homine, non vtcumque, sed vt à causa principali, sed in esse causæ principalis non potest constitui per gratiam secundum rationem auxilij, sed per illam, vt iustificantem, & per habitus inde procedentes: ergo. Probatur minor, nam auxilium est per modum motionis, & actus transeuntis, gratia vero per modum qualitatis permanentis: ergo solum per gratiam iustificantem, & non per auxilium transiens in esse causæ principalis potest constitui, patetcō sequentia ex Arist. 2. physico, vbi assignat differentiam inter instrumentū, & causam principalem, quod ista cōstituitur per virtutē propriam inter instrumētum, & causā principalē quod ista cō stituitur per virtutem alienam, hoc est transeuntem. Si respondetur, quod illud auxilium præter sui eminentiam continet virtutem qualitatis permanentis vt possit causam principalem constituere. Contra arg. nam illud auxilium ex propria natura habet rationem motionis transeuntis: ergo ex propria ratione habet non posse constituere causam principalem, & secūdo impugnatur, nam sequeretur formam equi ex auxilio Dei posse constitui in esse causæ principalis ad generandum hominē, patet sequæla, quia eodem modo possemus dicere, propter eminentiam auxilij, quod haberet perfectionem hominis. Si respondetur, formam substantialem supleri non posse, bene autem accidentalem. Contra quia eadem repugnantia est, quod forma accidentalis suplea tur, quantum ad effectum formalem, sicut repugnat calore frigefacere, vel frigiditate calefacere, vel albedine illuminare, cum ergo sit proprium formæ permanentis constituere causam principalem, hoc accidenti transeunti communicari non poterit. Respondetur tamen, quod actiones spirituales, vt intellectio, & volitio licet vere sint motus, quidam transeuntes, non tamen sunt imprædicamēto actionis, sed imprædicamēto qualitatis: ita diuina motio, & auxilium, propter sui eminentiam vere habent rationem qualitatis sufficiētis constituere in esse causæ principalis, hæc autem ratio non currit in forma æqui ad generandum hominem, nulla enim motio potest illi adhiberi, qua fit causa principalis generationis hominis, & ratio discriminis in eo consistit, quod natura intellectualis est in potētia obediētiali, vt sit causa principalis dispositionis ad gratiam, vnde motio diuina potest hanc potentialitatem cō plere, forma vero æqui nullam talem potētiam obedientialem habet ad generandum hominem vt causa principalis, vnde ex nulla motione id potest habere. Secundo facilius ad argumentum respondetur, ex supradictis, quod dispositio, licet in ratione actus vitalis sit à natura rationali, vt causa principali, non tamen in ratione dispositionis, sed vt sic solum à Deo, quapropter nō est necessarium assignare aliquid habituaLiter permanens constitutiuum causę principalis ad eliciendam talem dispositionem.

Obiectio. *Arist.* *Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Obiectio.* *2. Solutio.*

Ad arg. primæ sententiæ respondetur, probare nostram conclusionem, quod vltima dispositio producitur in re à gratia habituali, non autem probant produci ab illa considerata habitualiter, sed vt diximus producitur à gratia considerata per modū auxilij, nec amplius probant præter primū argumentum ad quod necessum est specialem solutionem assignare. Ad illud ergo respond. ibi loqui de incarnatione Christi quæ effectus fuit diuini amoris. iuxta illud sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: dicit autē nos non prius dilexisse, vt excludat meritum nostrū respectu incarnationis, aut loquitur de dilectione Dei per prædestinationem respectu cuius etiam ex parte nostra, nondatur causa, nec meritum, aut si loquitur de dilectione Dei per iustificationem ait, nō præcedere nostram dilectionem ad dilectionē Dei completam, quæ incipit à prima vocatione, vsque ad completam iustificationē, quia ad primum effectum Dei ex parte nostra fihil supponitur, non autem loquitur de dilectione Dei, vt tantum supponit pro infusione gratiæ, quia respectu huius dilectio nostra præcedit, vt dispositio eius, & sic ab alio, quam ab ipsa gratia iustificante potest produci. Ad secundum locum dicitur fidem per dilectionem operari, siue intelligendo nomine dilectionis charitatem siue dilectionem præcedentem gratiam, & charitatem per istam enim etiam operatur disponendo ad illam. Ad tertium locum dicitur loqui de perseuerantia, quatenus illa deficiente opera infructuosa manent, vel si loquitur de mansione per gratiam intendit opera in fructuosa esse quandiu, quis gratiam non habet, non autem requiritur ab

Ad arg. à principio *Ad 1. arg.* *Ad 1. locū* *Ad 2. locū* *Ad 3. locū*

ab illa procedere, dispositiones autem vltimæ simul cum gratia sunt, & solum natura præcedũt, licet nõ à gratia, sed ab auxilio producantur. *Ad 1. cõf.* Ad primam confirmationem respond. vocari infusionem Spiritus Sancti non solum collationem gratiæ habitualis, sed cuiuscunque doni, vel auxilij, vt loquitur August. epist. 105. ad illud autem de canon. 18. dicitur dispositionẽ vltimam: non esse meritoriam, qua ratione dispositio est antequam gratia informetur. *Ad 2. Cõ.* Ad secundam confirmationem ex August. respondetur, loqui contra Semi Pelagianos asserentes nos accipere Spiritum Sanctum, etiam quoad primum auxilium ex viribus naturæ, & intendit nos prius accipere Spiritum Sanctum, ad minus per aliquod auxilium vt diligere possimus, non autem esse necessarium ipsum præcedere per habitualem gratiam, aut loquitur de dilectione perfecta charitatis, quæ nisi posterius ad gratiam, & charitatem haberi non potest, & hoc modo etiam intelligitur in secundo loco, non autem de dilectione tantum per modum dispositionis præintellecta, quæ solum ex auxilio procedere potest; & eodem modo intelligitur in tertio loco, similiter interpræ *Ad 3. Cõ.* tandus est D. Greg. Ad tertiam confirmationem respondetur, specialiter ad locũ ex quæst. 113. artic. 8. quod ibi loquitur de diuino auxilio nomine infusionis gratiæ, vt patet, ex ratione ab ipso adhibita, dum ait infusionem gratiæ esse primam, quia in omni motu naturali prius est motio ipsius mouentis ipsa: ergo Dei mouentis motio est gratiæ infusio, & quia etiam loquitur de infusione gratiæ non requirentis dispositionem, quia ait, prius est motio ipsius mouentis, secundum est dispositio ipsius materiæ, siue motus ipsius mouilis, infusio autem gratiæ non requirẽs dispositionem tantum est auxilium, quia gratia habitualis, sine dispositione non datur, quando autem intendit loqui de gratia habituali, vt solutione ad primum exprimit aliquid per quod intelligatur: dicens ex parte iustificati priorem esse remissionem peccati, quam consecutio gratiæ iustificãtis. ecce qualiter gratiam, quam assignat posteriorem ad remissionem culpæ, ait esse iustificantem, quam autem (ait) præcedere etiam dispositiones nominat gratiam tantum, vt significet esse auxlium tantum præueniens. Ad locum ex quæstio. 28. de verit. Respondetur, verum esse contritionem antecedere gratiam iustificantem, vt dispositio in genere causæ materialis, non tamen efficientis, quia tantum efficitur ab auxilio. sed subsequitur in genere causæ formalis, quia prout antecedit elicita tantum ab auxilio est in formis, formatur autem per gratiam aduenientem. Ad locum ex 3. part. respondetur, quod Diu. Thom. loquitur de habitu pœnitentiæ, & istum (ait) esse effectum gratiæ, non autem loquitur de actu antecedente, & disponente quia iste nec efficitur à gratia, neque à virtute pœnitentiæ, sed ab auxilio, vt dictum est.

Ad argumenta secundæ sententiæ respondetur, etiam probare vltimam dispositionem procedere ab auxilio, non autem probant procedere ab auxilio distincto ab gratia iustificante sufficit enim procedere ab illa, vt habet rationem auxilij. Specialiter tamen ad primum argumentũ illius sententiæ. Respondetur, ex Diuo. Augustin. lib. quinquaginta homiliarum hom. 23. quod Christus Dominus nomine dilectionis intelligit gratitudinem, nõ autem actum charitatis producit: ergo in medium gratitudinis Magdalenæ vt excusset se ipsum, & illam, & redarguat Pharisæum obijcientem vtrique se ipsum enim excussat, quia non est multum permittat se tangere à muliere, quia hoc est signa gratitudinis remissionis peccatorum aceptare, illam etiam excussat, quia tanto beneficio recepto æquum erat, vt talia signa gratitudinis exhiberet, redarguit autem Pharisæum, qui talia beneficia non præstitit, cũ ex modo prouintiæ ad id teneretur, huiusmodi autem dilectio. hoc est gratitudo nõ fuit causa remissionis peccatorum, sed potius effectus. & quid consequens, iamenim peccata remissa fuerãt per dolorem quo talia beneficia insignum gratitudinis exhibebat, licet talis remisio non esset promulgata, sicut postea fuit à Christo Domino, cum autem addit, quoniam dilexit multũ, ly quoniam non dicit causam essendi, sed dicendi, quapropter subiunxit, propter quod dico tibi remituntur &c. Itaque alia signa gratitudinis fuerunt causa, vt Christus diceret peccata esse remissa, non autem vt remitterentur, sed potius remisio fuit causa talis gratitudinis, vt dictum est. Iuxta hanc ergo explicationem nihil contra nos, qui loquimur de dilectione, quæ est actus charitatis. Secundo respondetur, ex *2. Solutio.* Caiet. super illum locum, quod etiam si loquatur de dilectione, vt est actus charitatis potest explicari, quod ly quoniam dilexit dicat causalitatem materialem, & dispositiuam, quod non tollit in genere causę

efficientis, & formalis gratiam esse causam dilectionis. Ad primum autem locum Cõ cilij respondetur, Vazquez hic, & supra disp. 103. cap. 9. intelligendum esse de dis positionibus præuijs tempore antecedenti bus gratiam. Sed hæc explicatio nulla est quia loquitur Concil. de actibus ad quorũ mensuram gratia confertur, certum est au tem gratiam iuxta mensuram actuum tem pore precedentium, & concomitantium, & vltimo disponentium. Responderur ergo, quod ex eo quod Concil. asserathuius modi actus disponere ad gratiam non se quitur non procedere ab ipsa, quia ut dictum est, quod materialiter, & dispositiue antecedit efficienter, & formaliter subse qui potest. Et si obijcias ex Suarez, vbi supra numero 8. quod auxilia alia dantur vt operemur alia, quia operamur, quod clarius dicitur alia dantur vt principium operationis, alia vero vt operationis ter minus, sed gratia datur, quia operamur, & est operationis terminus: ergo non potest esse principium operationis. Respondetur, bene posse contingere, vt idem vtrum que habeat secundum diuersam rationem gratia ergo vt se tenet ex parte agentis est principium operandi, vt autem se tenet ex parte pasi est operationis terminus. Ad ar gumentum ergo collectum ex loco Con. quod si motus arbitrij est dispositio in illo priori est causa, & cõsequenter debet exis tere, ac proinde causa efficiens sui debet assignari, & tunc gratia habitualis non est quia tunc disponitur ad ipsam postea ad quirendam; ergo non est causa efficiens motus arbitrij gratia iustificans, sed ali-- quod aliud auxilium præcedens. Respon detur ex dictis, quod vt sit causa materia lis motus arbitrij sufficit existatinfieri, vel quod tunc existat, licet non intelligatur ad quod non requiritur gratiam tunc inte ligi, sed tunc esse, vel dicitur quod licet in illo priori non intelligatur gratia habitua lis, vt habitualis intelligitur, tamen in ra tione auxilij ex parte agentis, qua ratione diximus esse causam efficientem motus ar bitrij. Ad secundum locum Concil. respõ detur, asserere motum arbitrij procedere ex gratia excitante, nõ autem asserit vtrũ hæc debeat esse distincta, vel non à iustifi cante, quæ vt dictum est vtramque ratio nem habet, & excitantis in ratione auxilij & cooperantis in ratione habitualis gra tiæ.

Ad locum Concilij solutio Vazquez.

Impug.

Obiectio. ex Suarez

Solutio.

Vera solutio.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, tantũ intendere D. Thom. contritionem, & vlti mam dispositionem non causari à gratia in esse gratiæ, sed ab auxilio, non autem ait ab auxilio distincto ab ipsa gratia, quia ipsa gratia, vt habet rationem auxilij potest esse causa talis vltimæ dispositionis, & am plius explicabitur in sequentibus.

Ad tertium arg. Auctores primæ sen- *Ad 3. arg.* tentiæ varie intentant respondere Vaz- *Solutio.* quez disp. 211. cap. 5. num. 31. concedit. *Vazquez.* quod homo iustificatur vt conteratur, & negat alteram, quia conteritur iustificatur sed certe hoc est contra omnes auctores etiam suæ sententiæ, & videtur oppositũ dare docere Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. & 7. can. 4. vbi enumerans causas præcedentes justificationem enumerat contritionem, quapropter si causa est, non potest nõ esse vera illa causalis, quia conteritur iustifica tur, explicare autem Concil. vt explicat Vazquez, quod non loquatur de cõtritio ne extra Sacramentum est contra ipsum Concil. bene inspectum vbi ind ferenter loquitur de iustificatione, siue in Sacra mento, siue extra Sacramentum, quod in iustificatione semper præcedat, vt causa dispositiua contritio. Secundo respondet 2. *Solutio.* Soto 4. dist. 14. quæst. 2. art. 6. & dist. 16. *Soto.* quæst. 2. artic. 1. contritionem considerari dupliciter, primo vt à libero arbitrio secũ do vt à gratia. Primo modo antecedit, & disponit. Secundo modo sequitur ad gra tiam, vnde respectu prioris aceptionis iu stificatur, quia conteritur, & respectu secũ dæ aceptionis iustificatur, vt conteratur. Sed hæc solutio sapit errorem Pelagij, *Impug.* quod homo ex viribus naturæ disponatur ad gratiam, nec existimo id intendere So to, sed sequi secundam sententiam, quod contritio vt disponit eficitur ab auxilio, & hoc vocatà libero arbitrio condistinguẽ do à contri ione perfecta, quæ subsequi tur, & eficitur à gratia habituali. Tertio 3. *Solutio.* respondent alij, quod iustificatio duo di cit, & remisionem peccati, & infusionem gratiæ, contritio ergo eficitur à gratia, & habet se consequenter, & sic est verum, quod iustificatur vt conteratur, sed tamẽ talis contritio antecedit remisionem pecca ti, & sic justificatur, quia conteritur, ita que contritio subsequitur ad gratiam, & antecedit remisionem, atque adeo sumen do iustificationẽ pro gratia habituali iusti ficatur, vt conteratur, sumendo autem iustificationem pro remisione iustificatur *Impug.* quia conteritur. Sed hæc solutio etiam de ficit, quia non solum debet præcedere dis positio ad remisionem, sed etiam ad gratiã habitualem, & talis est contritio: ergo nõ solum iustificatur, quia conteritur sumen

do

do iustificationem pro remisione, sed etiã pro gratiæ infusione, & tunc respectu eiusdem restat qualiter vtraque causalis sit vera iustificiatur, quia conteritur, & iustificatur, vt conteratur. Quarto alij respondent gratiam dupliciter considerari, primo ex parte agentis, & infundentis illam, secundo ex parte pasi recipientis illam, contritio ergo disponit ad gratiam, secundo modo, non primo, quia concursus dispositionis, cum sit concursus materialis tenet se ex parte pasi est ergo contritio effectus gratiæ, vt infussæ, & ex parte agentis, & est causa materialis dispositiua ipsius gratię vt receptę, & ex parte passi, atque adeo iustificatur, vt conteratur sumendo iustificationem ex parte agentis, & iustificatur, quia conteritur sumendo iustificationem ex parte passi pro gratia recepta. Sed etiam hæc solutio, non satisfacit, quia idẽ est gratiam infundi. & recipi, nec potest intelligi infundi, nisi per receptionem, vnde frustra ponitur contritio, vt effectus vnius & causa alterius. Confirmatur, quia infusio, & receptio gratiæ vt plurimum distinguntur ratione, vt autẽ contritio esse effectus vnius, & causa alterius, realiter deberent inter se distingui, quia respectu eiusdem in re, non potest aliquid simul esse causa, & effectus, Confirmatur secundo, quia forma non potest esse principium agendi, nisi existat gratia ergo vt causet contritionem existere debet, & consequenter, qua ratione præintelligitur, vt causa contritionis præintelligitur, non solum infussa, sed recepta, quia sua in existentia est per inhęsionem, & receptionem in subiecto, & certe Concil. Trid. contritionem assignat. nõ solum, vt dispositionem ad receptionem gratiæ, sed etiam ad eius infusionem, vt patet arente legẽti. Quinto alij probabiliter respondent comuni quadam solutione, quod cum causæ, sibi inuicem sint causæ potest aliquod esse effectus in vno genere, & causa in alio genere, etiam respectu eiusdem, vnde contritio, licet sit effectus gratiæ est tamen causa illius, quia est effectus in genere efficientis, & causa in genere causæ materialis, & dispositiuæ, sicut dicitur comuniter de calore vt octo respectu formæ ignis. Et si contra arg. quod illa contritio in illo priori, quo est causa materialis intelligitur existens alias, non esset causa quia hoc solũ conuenit fini, vt causet, ante existentiam: ergo aliud debet assignari a quo habeat esse præter gratiam habitualẽ, quæ cum pro tunc, non dum sit causa efficiens talis dispositionis esse non potest.

4. Solutio.

Impug.

5. Solutio probabilis.

Obiectio.

Respondetur, quod causa materialis debet existere, sed non requiritur vt intelligatur existens pro quocumque instanti, quo causat sicut materia prima in illo priori causalitatis materialis, licet exist at, non intelligitur existens, quia non dum intelligitur forma aqua existentiam habet existere enim dicit instans temporis, & cum in eodem instanti temporis, quo causat, iam sit forma iam existit, sed non intelligitur existens, quia præcedit natura existentiam, & consideratur imperfectæ, & quidem est præcedentia rationis, non temporis, nec valet arguere, nec affirmatiue, nec negatiue ex vno ad alterum, quia semper variatur apellatio, & fit transitus ab instanti, quia ad instans in quo. & ẽ contra, & secũdum hanc solutionem vtraque propositio posita in argumento principali habet verũ quia conteritur iustificatur, & iustificatur vt conteratur secundum præcedentiam, & consecutionem prædictam, & sic verificatur etiam alia propositio, quod Deus iustificat in tuitu contritionis, loquendo quidem de contritione præcedenti, non tantum tempore, & remota vt vult Vazquez, sed etiam de præcedenti tantum natura, & quæ est vltima dispositio, per hoc quod ideò datur iustificatio, quia conteritur respectus autem contritionis consequentis verificatur, quod in tuitu illius datur iustificatio, quia datur ad illam efficiendam. Et si adhuc arguas, quod licet prædicta solutio sit probabilis respectu vltimæ dispositionis (verbi gratia) in forma ignis, & alijs naturalibus, non autem in prædicta dispositione morali, quia aliæ dispositiones tantum, pro tunc pertinent ad genus materiæ, quam disponunt, & non intelliguntur in actu, atque adeo pro tunc, non necesse est assignare causam illarum, vt sint sicut dicendum est de materia, contritio autem non solum ad genus materiæ, & dispositionis pertinet, quia habet rationẽ actus, cum sit quid vitale à libero arbitrio procedens ergo etiam pro illo priori debet intelligi existens, & ei debet causa assignari, & non potest assignari gratia posterius in illo genere aduenies. Respondetur, quod licet pro tunc intelligatur, vt actus tamen vt actus imperfectus, vnde sufficit assignare causam imperfectam, sicut enim pro tunc ille actus disponens intelligitur tantum infieri, non autem in facto esse ita, & causa nempe gratia intelligitur solum infieri, quando autem intelligitur contritio in facto esse, & perfecta est posterius ad gratiã perfectam, & in facto esse

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Vltima

5. Solutio. vera. Vltima solutio tenenda est iuxta secundã conclusionem gratiam considerari, & in ratione auxilij, & in ratione gratiæ habitualis, vt auxilium efficit contritionem disponentem ad gratiam habitualem, itaque in re, non efficitur ab vno, & non ab alio, sed ratione intelligitur causari ab vno efficienter, & disponere ad aliud, qua propter non valet obiectio Suarez, quod sola distinctio rationis non sufficit ad diuersam causalitatem, quia in hoc fallitur, idem enim realiter est homo, & animal, & nihilominus est verum, quod rationalitas fluit ab homine vt homo, & non vt animal, licet in re etiam ab animali, quod est homo procedat, quapropter ex duabus propositionibus positis in argumento illa est vera iustificatur quia conteritur, quia contritio præcedit natura, & vt causa materialis dispositiua iustificationis, illa vero falsa iustificatur vt conteratur, quia contritio, non sequitur gratiam vt dispositio est ad illam, sed omnino præcedit, quapropter non est causa, & effectus respectu eiusdem formaliter est in diuerso genere, quia est causa gratiæ habitualis est autem effectus auxilij, vel gratiæ secundum rationem formalem auxilij. Si autem loquaris de contritione, non solum dispositiua, sed etiam perfecta, vt à pœnitentia, tunc posterior est gratia, sicut ipsa pœnitentia à qua producitur, sed nihilominus etiam respectu illius, non est verum dicere iustificatur vt conteratur, quia illud verbum, vt importat finem, contritio autem non est finis gratiæ, itaque ly, quia est commune ad omnem causam, ly vt solum determinat finem est ergo verum iustificatur, quia conteritur, siquidem contritio est causa materialis dispositiua, est autẽ falsum iustificatur, vt conteratur, quia contritio non est finis iustificationis.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur, quod cum in illo priori motus arbitrij coaptet ad gratiam habitualem introducendam, non potest intelligi procedere ab habituali in ratione habitualis, bene tamen in ratione auxilij, quia vt sic ad illã non coaptat, quia vt sic potius gratia antecedit dispositionem, vt dictum est. Ad illud autem quod tunc forma non intelligitur vnita ergo non intelligitur motus procedere ab illa, iam patet ex dictis, quod licet non intelligatur vnita, ex parte materiæ intelligitur vnita ex parte agentis antecedenter ad ipsam dispositionem, vnde à gratia, & ex parte agentis dispositio procedere potest.

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respondetur, actus adquisitiuos habituũ, vel augmenti illorũ non esse efficienter ab illis, quia sunt causa effectiua illorum, dispositio autem in nostro casu, cum non sit principium effectiuum gratiæ potest effectiue esse ab illa vt sic seruetur, nunquam esse causam, & effectum in eodem genere. Ad primam cõ firmationem respondetur, quod licet dispositio sit effectiue ab agente mediante forma, vt se tenet ex parte agentis, non tamen dispositio concurrit effectiue ad ipsã formam introducendam, sed tantum materialiter, & dispositiue, vnde ab ipsa forma efficienter dispositio potest produci, quia hoc est esse causam, & effectum in diuerso genere causæ. Vel dicitur, quod etiam si agens mediante dispositione producat formam, vt se tenet ex parte pasi, non tamen producit mediante dispositione formam, vt se tenentem ex parte agentis, vnde potius forma vt ex parte agẽtis est principiũ effectiuum dispositionis dato, quod dispositio sit principium effectiuum formæ vt ex parte pasi, concludit ergo argumentum dispositionem, non posse effici à forma vt ex parte pasi cuius est principiũ effectiuum ipsa dispositio, non autem probat non posse dispositionem effici à forma vt ex parte agentis cuius vt sic dispositio principium effectiuum non est. Ad secundam confirmationẽ respondetur, quod cum Sacramentum sit causa effectiua instrumentalis gratiæ cuius pars est actus cõtritionis consequenter, & ipsa contritio effectiue produci a gratiam, extra Sacramentum, autem quia gratia non confertur medio aliquo instrumento, sed inmediate ab ipso Deo solus ipse est causa efficiens gratiæ, actus autem arbitrij tantummodo concurrit vt dispositio. Vel clarius dicitur, quod contritio potest considerari dupliciter, primo secundum id quod sibi conuenit ex natura sua, secundo per eleuationem Dei vltra propriam naturam esse causam efficientem gratiæ habet per eleuationem in Sacramento, extra Sacramentum, autem cum sibi solum competat, quod habet ex sua natura, tantũ concurrit ad gratiam dispositiue sit exemplum, vltima dispositio formæ rationalis certum est ex sua natura, tantum concurere dispositiue ad animã posset nihilominus eleuata à Deo concurrere effective ad animę productionem, si vera esset sententia, quod potest assumi instrumentum ad creandum. Nota tamen, quod etiam in Sacramento contritio eleuata non concurrit effectiue ad gratiã iustifi-

Ad 1. conf.

2. Solutio.

Ad 2. cõf.

2. Solutio.

Not.

& primum non esse alterationis, quod deberet esse primum esse qualitatis, certum est, quod talis qualitas non produceretur defectu subiecti: quatenus in instanti in quo deberet esse qualitas per primum sui esse subiectata in viuente, iam viuens non est, similiter ergo in presenti. Nec valet dicere, quod illud instans extrinsecum pertinet ad presentem vitam, & est terminus eius, & sic censetur quasi viator, vt possit recipere Sacramentum, quia eo quod dicitur esse terminum extrinsecum dicitur nõ pertinere ad vitam, sed potius ad statum mortis cuius est primum esse, & instans intrinsecũ, quo modo ergo potest esse quod in eodem instanti subiectum possit esse beatum, & dicatur censeri viator, in illo enim instanti extrinseco ille videret Deũ si in gratia, & sine obligatione pœnæ moreretur: ergo in illo instanti omnino est extra viam: ergo in illo instanti incapax est Sacramenti.

Art. IV.

Vtrùm gratia sit maior in vno, quam in alio?

1. *Concl.* PRIMA Conclusio, ex parte obiecti gratia non est maior in vno, quam in
2. *Concl.* alio. Secunda conclusio, ex parte subiecti potest suscipere magis, & minus in
3. *Concl.* esse qualitatis. Tertia conclusio proxima causa inequalitatis gratiæ est dispositio
4. *Concl.* præparantis se ad illam. Quarta conclusio, proxima causa huius inequalitatis est Deus diuersi mode suæ gratiæ dona dispensans.

Dub. I.

Vtrùm dicta in hoc articulo, verum habeant?

1. *Arg.* PROBATVR Quod non primo gratia est participatio diuini esse, sed in ratione participandi diuinum esse, est inequalitas: ergo in gratia etiam ex parte obiecti est inæqualitas, patet consequentia, quia non alia ratione consideratur ex parte obiecti, nisi secundum, quod est participatio diuini esse. Confirmatur, gratia respicit, vt finem, & obiectum gloriam, quæ perfectissima est Dei participatio, sed ex parte gloriæ est inequalitas; ergo etiam in gratia ex parte obiecti.

2. *Arg.* Secundo arg. gratia actualis etiam ex parte finis, & obiecti est inequalis: ergo etiam gratia habitualis, antecedens patet, nam quo actus debet esse maior gratia actualis, & auxilium debet esse maius: ergo iam in gratia actuali datur inequalitas ex parte obiecti, quia actus comparatur ad auxilium, vt obiectum eius consequentia vero probatur, nam gratia actualis reducitur ad habitualem, vt supra dictum est quæst. 111. ar. 5. ergo idẽ dicendũ est de vtraque.

3. *Arg.* Tertio arg. si propter aliquam rationem ex parte obiecti, non esset inequalis maxime, quia in obiecto, scilicet Deo, vt summo bono nulla est inequalitas, sed hæc ratio est nulla; ergo. Probatur minor, nam virtutes Theologicæ respiciunt Deum vt finem, & obiectum, & nihilominus, etiam ex parte obiecti, & essentialiter sunt inequales: ergo.

4. *Arg.* Quarto arguitur, contra secundam conclusionem, fides est inequalis in omnibus subiectis: ergo, & gratia, patet consequentia, nam fides sequitur gratiæ mensuram cum sequatur ad illã, antecedens prob. 2. Petri 1. Quia æqualem nobiscum sortiti sunt fidem.

5. *Arg.* Quinto arguitur, contra eandem conclusionem: subiectum est receptiuum gratiæ secundum potentiam obedientialem: ergo ex parte subiecti non potest summi inequalitas, patet consequentia, quia potentia obedientialis equalis est in omnibus, cum respiciat omnipotentiam Dei.

6. *Arg.* Sexto arg. contra eandem Conclusionem, nam si ex parte subiecti potest gratia amplius, & amplius crescere sequitur posse crescere in infinitum, quia ex parte obiecti, numquam finietur, consequens autem est falsum, quia cum sit determinatę speciei terminum in illa debemus assignare.

7. *Arg.* Septimo arg. contra tertiam conclusionem, dispositio ad gratiam non habet rationem dispositionis ex parte hominis, sed ex parte Dei præparantis ad gratiam: ergo nullo modo potest concedi inequalitas gratiæ, ex parte dispositionis hominis, præparantis se ad illam.

8. *Arg.* Octauo arguitur, contra quartam conclusionem. Deus est infinitum agens, & ex parte illius operatio vnica: ergo nõ potest ex parte Dei summi inequalitas gratiæ.

Sent. Iobinia. Luth. In hac re Iouinianus sentiebat gratiã omniũ esse equalẽ, quia existimabat dispositionem omnium equalem esse, similiter virtutes, & vitia, vt refert Diuu. Hieron. lib. 2.

lib.2.aduersus Iouinianum, & etiam lib. de hæresibus, hæresi 82. contra quem nos late materia de virtutibus, & peccatis disputauimus. Luthetus etiam ponit omniũ gratiam æqualem, quia existimabat homines iustificari ab extrinseco per gratiam in hærentem Christo ex quo infert Beatã Virginem imò, & Christum Dominũ nõ esse iustiorem nobis, quia omnes eadem gratia iusti sumus.

1.Conc. Prima conclusio, de fide est, ita vt oppositũ sit hæresis, quod gratia est in æqualis, & potest esse maior, vel minor non solum in eodem subiecto successu temporis, sed etiam in subiectis diuersis, tam à principio iustificationis, quam successu temporis per augmentum, hæc conclusio intelligitur de hominibus viatoribus, nam de Angelis cum per primum actum meritorium constituti sint in termino amplius in gratia crescere non potuerunt. Probatur conclus. Iob.1. de quo dicitur, quod nullus erat in terra similis illi, & Ecclesiastici 18. ne verearis, vsque ad mortem iustificari Apocal. vltimo, qui iustus est iustificetur adhuc Lucæ 7. remituntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, in quo Doctores Sancti intelligunt excellentissimam gratiam 1. Corint. 7. vnusquisque proprium donum habet ex deo, alius quidem sic alius autem sic, & 2. Corint. 9. augebit incrementa frugum justitiæ vestræ. & cap. 4. dicitur de iusto, quod per gratiam renouatur de die in diem, & 1. Pet. 2. vt in eo crescatis in salutem, & 2. Petri 3. crescite vere in gratia, & in Concil. Triden. sess. 6. capit. 7. & can. 24. & 32. deffinitur hæc conclusio, quam accepit ex Diuu. Thom. hic, & 2.2, quæst. 24. art. 3. videtur etiam D. Greg. 22. Moral. cap. 14. Ambro. 2. de vocatione gentium cap, 3. Augustt, 14. de ciuit. cap. 17. & Psalm. 102. & tract. 64. & 108. in Ioann. Chrisost. 8. super epist. ad Colosen. Teodore lib. 2. in Canti ca super illud, vt suscitetis charitatẽ orig. Tomo 32. super Ioann. homil. 14. & 28. in Lucam, & hom. 9. in leuit. & hom. 27. in nume. & hom. 1. in cantica, & hom. 7. in Hierem. Diu. Hieron. 2. contra Iouinianum Hireneus lib. 2. cap. 22. Cirilus Hierosolimit. in chatechis capit. 16. Ciprian. lib. 2. capit. 2. Alij multi videantur in Vega lib. 10. in Conc. Trid. cap. 3. Ratione probatur, dispositiones gratiæ sunt inæquales: ergo, & gratia, consequentia patet, nam forma introducitur iuxta mensuram dispositionum, vt patet in omnibus formis supernaturalibus, & naturalibus.

Iob.1. Eccles. 18. Apoc.vlt. Luc.7. 3.Cor.7. 2.Cor.9. & 4. 1.Petr.3. Con.Trid. D.Thom. D.Greg. D.Aug. D.Chrisost. Orig. D.Hier. Iren. Cirilus. Cipria. D.Thom.

Antecedens vero probatur, nam dilectio amplius, & amplius crescit, vt probat Diu. Thom. 2.2. quæstion. 24. articul. 4. quia aliàs, quis esset in termino, & non in via, si non posset amplius in charitate proficere, item patet experiencia de contritione quę est altera dispositio, dolet enim aliquis intensius, quam alius, & perfectius vna, quã altera vice. Vltimo probatur, gloria datur iuxta mensuram gratiæ, sed in gloria est in æqualitas: ergo, & in gtatia. Maior patet, quia gratia est aceptio ad gloriã: ergo vbi est maior gloria est maior gratia. Minor vero prob. ex D. Paul. sicut stella differtab stella in claritate, ita erit resurectio mortuorum.

Secunda conclusio, quod dictum est de gratia habituali dicendum est de gratia actuali, & auxilio Dei tam intrinseco, quã extrinseco, vt predicatio. Probatur Mat. 11. væ tibi Corozaim, væ tibi Betsaida, quia si in Tiro, & Sidonæ fuissent facta signa, quæ facta sunt in te, &c. In quo clare dicit auxilia externa esse maiora Iudeis. De internis etiam patet, quia non potest assignari inæqualitas dispositionis ad inæqualitatem gratiæ, nisi ex inæqualitate auxilij mouentis, nisi reducatur inæqualitas in vires naturæ, quod est Pelagianum qua propter D. Fulgensius lib. de incarnatione verbi, adeo censset certam nostram conclusionem, vt contrarium asserat expręsse esse dogma Pelagianorum, ex quo clare videtur colligitur, quã falsa sit sentẽtia modernorum asserentium, quidem Deum per auxilium esse causam principalem, & præcipuam nostræ iustificationis partialem tamen tantum influentem in effectum, non tamen in liberum arbitriũ se conuertẽtis, magis quam non conuertentis. Quapropter (inquit) non determinat concursum arbitrij, sed potius arbitrium ex proprijs determinat auxilium. Ex quo intulit Suarez lib. 3. opusc. cap. 20. num. 8. quod stante equali auxilio vnus conuertitur alter vero non, imò qui conuertitur potest habere minus auxilium. Quam falsa sint hæc patet, quia cum connatus arbitrij, ex proprijs sit naturalis, nullam habet proportionem cum effectu gratiæ, vt ex tali connatu desumatur. Item, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, sed habere gratiam non est ex connatu naturali arbitrij, vt patet ex fide contra Pelagium: ergo nec habere maiorẽ gratiã erit in maiori connatu. Item si auxilium est tãtum causa parcialis, quãtum ad aliquid nostra libertas erit prima causa salutis, quantum

2.Clncl. Matt.11. Sext. modernorum. Impug. & Suar.

tum ad illam, scilicet partem, quam auxilium, non attingit, quæ secundum illos, nō reditur in arbitrium motum ab auxilio, sed agens ex proprijs. Item posset, quis gloriari contra illud Pauli, qui gloriatur in Domino glorietur, si aliquid habet ex proprijs, & non prout motus ab auxilio. Tandem hoc videtur contra determinationem Concil. Triden. Sessione. 6. capit. 7. vbi dicitur, quod maior, aut minor iustitia illius, qui iustificatur est secundum dispositionem, quam Spiritus Sanctus operatur in libero arbitrio. Respondent contrarij, quod auxilium se conuertentis in casu posito, licet in esse physico sit æquale, vel minus non habens maiorem: imò minorem influxum physicum, quam aliud tamen moraliter auxilium se conuertentis est maius, quatenus abæterno Deus decreuit cōferre illud in tali tempore in quo Deus sciuit hominem illo vsurum, quasi in alio tempore tribueretur, non vteretur. Sed hæc solutio, non euadit vim argumentorum dari hoc, vel illo tempore, nihil ad proportionem naturæ, cum gratia non tollit, quod arbitrium esset prima causa, quantum ad illum, effectum sibi tributum, nec tollit hominem posse gloriari de illo, quod per proprium connatum inducit. Concludendum est ergo, quod posita inæqualitate in gratia ponenda est in dispositionibus eius, & tandem in auxilio ex cuius diuersitate, diuersitas dispositionis prouenit, & in tantum magis, vel minus disponitur in quantum magis, vel minus a Deo mouetur, quia dispositio (vt ait Diuu. Thom. hic) non est ex arbitrio secundum se, sed vt modo. Vnde (inquit) quod licet proxima causa inæqualitatis gratiæ sit inæqualitas dispositionis, prima tamen, & radicalis est Deus inæqualiter mobens ex auxilio, nec solum hæc inæqualitas in auxilio efficaci est ponenda, quatenus alteri tribuit Deus auxilium efficax ad aliquem effectum, quod non tribuit alteri, sed etiam est talis inæqualitas auxilij sufficientis, non enim Deus tribuit cuicumque auxilium sufficiens ad eūdem effectum, vt bene notat Lorca disputatio. 27. vt (verbi gratia) respectu cuiuscumque gradus gratiæ, & augmenti, vt non omnis habet auxilium sufficiens ad augendam gratiam, vsque ad gradum gratiæ beatæ Virginis, quapropter non solum nullus habebit tantam gratiam, sicut beata Virgo, quia nullus habet auxilium efficax ad tale augmentum gratiæ, sed nec aliquis potest habere tātam gratiam, quia nullus habet auxilium sufficiens ad tale augmentum, ad posse autem requiritur auxilium sufficiens, itaque quilibet habet auxilium sufficiens, vt conuertatur, & habeat gratiam, sed non vt habeat tantā gratiam signato quolibet gradu augmēti, qua propter licet sit vera propositio præscitus potest saluari, quia habet auxilium sufficiens, vt iustificetur, & saluetur, non tamen est vera, quod peccator possit habere tantam gratiam, sicut beata Virgo, quia non solum non habet auxilium efficax ad illud vt præscitus, sed nec sufficiens.

Solutio.

Impug.

Vera. Resolutio.

Tertia conclusio, qui iustificantur per Sacramentum quantum est ex vi Sacramenti, & loquendo de gratia causata ex opere operato a Sacramento, si fermo sit de eodem Sacramento, & quantum ad eundem statum æqualis gratia datur omnibus recipientibus Sacramentū tale. Dixi, qui iustificantur ex Sacramento, nam qui in vteris maternis iustificati sunt, sine illo non æqualē gratiam receperunt, sed beata virgo, verbi gratia, maiorem obtinuit gratiam Baptista, & iste, quam Hieremias, quia cum huiusmodi iustificatis non sit lex: imò exceptio legis; non est ratio inæqualitatis, vel æqualitatis, sed cuilibet tribuit Deus prout vult. Dixi etiam loquendo de gratia, quæ datur ex vi Sacramenti, nam si simul adiungatur dispositio recipientis Sacramentum, qui magis disponitur maiorem obtinet gratiā, sed hoc est ex vi dispositionis, quando autem nulla est dispositio, vt patet in paruulis recipientibus baptismum, tunc quia tota iustificatio est ex vi Sacramenti, & ex opere operato æqualis est in omnibus, quia lex Sacramenti pro omnibus est eadem. Verum est aliquos dixisse, quod puer baptizatus, qui ad maiorem dignitatem eligitur in Ecclesia maiorem recipit gratiam, sed intelligendum est, non ex vi Sacramenti, sed aliàs ex liberalitate Dei, si aliqualiter hoc fuerit aceptandum. Dixi etiam si iustificatio sit per idem Sacramentum, nam gratia etiam ex opere operato diuersa est in Sacramentis diuersis, & excellentiora excellentiorem gratiam habent causare. Dixi etiam secundum eundem statum: nam Sacramenta legis naturæ, minorem gratiam causabant, quam legis scriptæ, & istius minorem, quam legis gratiæ. Si autem quæras, vtrum detur æqualis gratia puero patienti pro Christo ante vsum rationis, quā daretur per baptismū? Probabiliter vtrūq; potest dici, quod nō detur tanta, sicut per bap-

3. Concl.

Dub. Resp.

tissimum, quia baptismus habet causare gratiam ex opere operato, & ex lege martirij
2. Resp. autem ex speciali priuilegio. Posset etiã dici è contra, quod martirium causabat maiorem gratiam, quia maiorem charitatem,
3. Melius respon. nemo habet, quam vt animã suam ponat, &c. melius tamen dicitur, quod gratia erit æqualis, quia habent se sicut excedens, & excessum, & martirium, nihil aliud est, quam baptismus sanguinis suplens baptismum aquæ. Verum est, quod in lege noba, tale martirium causabat maiorem gratiam, quam in veteri ex maiori perfectione status, & aproximatione ad Christum.

4. Concl. Quarta conclusio, gratia essentialiter specifice, & ex parte obiecti non suscipit magis, & minus, sed est æqualis in omnibus. Procuius intelligẽtia nota, quod esse
Not. secundum se, est actus purus non importans aliquam determinationem, finitur tamen, & limitatur ex essentia in qua recipitur, & iuxta perfectionem maiorem, vel minorẽ essentiæ in qua recipitur, esse est perfectius, vel minus perfectum. vt esse Angeli perfectius est, quam esse hominis, quia essentia Angeli excellentior est, quam essentia hominis, quando ergo esse coniungitur, cum essentia infinita, & illimitata ipsum esse est infinitum, & illimitatum, quia ex parte ipsius esse nulla est determinatio, cum ergo gratia ex sua specie importet essentiam omnino infinitam, quia obiectum eius, vnde sumit speciem, & essentiam est omnino infinitum, hinc est, quod esse gratiæ, secundum se sit infinitum, & consequenter essentialiter, & sua specie non suscipit magis, & minus. Nec contra hoc est, habere esse limitatũ, & finitũ ex parte subiecti, ex qua parte habet esse quid creatum. Verum est etiam, quod hæc inæqualitas ex parte subiecti, etiã solet dici essentialiter, quia vt inquit D. Th. propriam vocem ignorat, qui dicit accidens augeri per intensionem ex parte subiecti, & non augeri secundum essentiam, hoc autem debet intelligi essentialiter indiuidualiter, non autẽ specifice, gratia ergo essentialiter indiuidualiter intensibilis est, non autem essentialiter specifice, quia obiectum eius, vt dictum est, omnino est idem, & summum respectu cuiuscumque gratiæ.

Ad 1. arg. Ad primum arg. resp. verum esse, quod gratia in quantum est participatio Dei suscipit magis, & minus, sed hoc magis, vel minus participare tenet se ex parte subiecti secundum dispositionem illius, non autẽ ex parte obiecti, quod omnino est idẽ. Et idem dicendum est de gloria, quod maior, vel minor est ex parte subiecti secũdũ inæquale lumen, ex parte tamen obiecti omnino æqualis est gloria in omnibus quare, Matth. 20. dicitur omnibus operariis datum fuisse vnum denarium, quod de æqualitate mercedis ex parte obiecti debet intelligi, & per hoc patet ad cont.

Ad 2. Ad secundum arg. resp. non esse eandẽ rationem de gratia actuali, & habituali, nam actualis respicit operationem in qua est inæqualitas, gratia autẽ habitualis respicit Deum ex quo nulla inæqualitas potest summi, licet ergo gratia actualis, tam ex parte subiecti, quam finis suscipiat magis, & minus, gratia autem habitualis solum ex parte subiecti.

Ad 3. Ad tertium resp. quod si loquamur de qualibet virtute Theologica seorsum, v. g. de fide idem dicẽdum est, atque de gratia, quod ex parte subiecti fides est inæqualis, ex parte tamen obiecti eadẽ in omnibus, si autẽ loquamur de virtute Theologica comparatione ad alteram, v. g. de fide comparatione ad charitatem: tunc est inæqualitas, non solum ex parte subiecti, & indiuidualiter, sed etiam ex parte obiecti formalis, & specifice, quia licet vtraque Deum respiciat, diuerso tamen modo, quod refunditur in obiectum, & facit ipsum formaliter esse diuersum in ratione obiecti, quod currere non potest in gratia diuersorum hominum, quia modus recipiẽdi Deum in omnibus est idem.

Ad 4. Ad quartum patet ex dictis, quod fides etiam obiective æqualis est in omnibus, & sic debet intelligi locus, D. Petri, non autem ex parte subiecti, ex qua parte intelligendus est alius locus, vbi Discipuli Christo dixerunt adauge nobis fidem.

Ad 5. Ad quintum respondetur, quod potentia obedientialis remota est eadem, & æqualis, proxime autem fit inæqualis per inæqualitatem dispositionum, sicut è contra per inæqualitatẽ peccatorum fit, quis magis, vel minus recedens à gratia, & minus aptus ad illam secundum maiora peccata, quæ gratiam habent impedire.

Ad 6. Ad sextum respondetur, petere peculiarem difficultatem, de qua statim erit sermo.

Ad 7. Ad septimum resp. quod licet inæqualitas dispositionis sit a Deo, quia tamẽ vere dispositio producitur ab homine, licet auxilio adiucto vere dicitur se præparare, & gratiam esse inæqualem, ex inæqualitate

qualitate dispositionis hominis præparantis se ad gratiam.

Ad 8. arg. Ad octauum respondetur, quod licet Deus sit infinitum agens, quia tamen non est agens necessarium, sed liberum poterit inæqualiter prout voluerit effectus producere, & in vno maiorē gratiam, quam in alio, vt patet etiam in creatione: certū est enim modum illum requirere infinitā virtutem, quia tamen non necessario, sed libere creat inæqualiter creaturas producit aliàs alijs perfectiores.

Dubium II.

Vtrùm gratia sit augmentabilis in infinitum, ita vt numquam detur tanta, quæ non possit esse maior?

Arg. 1. PROBATVR, quod non primo, gratia ex natura sua dicit ordinem ad subiectum: ergo ex natura sua, dicit determinatam, & finitam perfectionem, & consequenter ad terminum poterit deuenire, vltra quem ascendere non possit. Antecedens patet, tum quia gratia ex natura sua est accidens: tum etiam, quia determinate respicit hominem, vel Angelum. Cōsequentia vero probatur, nam vt supra dictum est ex parte subiecti gratiæ est determinatio, licet non ex parte obiecti: si ergo ex natura sua respicit subiectum ex natura sua importat determinationem. Conf. Confirmatur, nam capacitas subiecti est finita, cum sit ipsa entitas creata: ergo tandem poterit impleri: ita vt subiectum, iam amplioremgratiam recipere non possit, si non ex determinatione obiecti gratiæ ex determinatione tamen capacitatis subiecti recipiētis illam.

2. Arg. Secundo arg. reliquæ formæ creatæ habent terminum sui augmenti vltra quē crescere non possunt secundum Philosophum lib. 1. de anima: ergo idem dicendū erit de gratia: siquidem & ipsa forma creata est, & in certo genere qualitatis collocata. Nec valet respondere, quod est participatio diuini esse infiniti, qua ratione finiri non potest, cum amplius, & amplius sit semper participabile, non (inquam) valet, quia licet sit participatio infiniti esse, tamen participatio finita, & modo finito, sicut & aliæ creaturæ sunt participatio authoris naturæ infiniti, modo tamen finito. Confirmatur, sic se habet individuum respectu speciei, sicut speciei respectu generis, sed sub specie determinata potest dari individuum, quo perfectius esse non possit, vt si habeat perfectionem debitam suæ speciei, & loquamur (verbi gratia) de quantitate, quam species humana exposcit, si aliquod individuum ad illam perueniat nullum aliud poterit esse maius, quia nullum aliud potest habere maiorem quātitatem, quam sua species exposcat: ergo idē dicēdū erit de speciebus respectu generis, quod cum genus, verbi gratia, qualitatis importet terminum, necessario etiam in speciebus eius debet terminus assignari, quia cum perfectissima species deuenerit ad terminum, sui generis amplius crescere non poterit, sicut (vt dictum est) nec individuum terminum suæ speciei transilire potest.

3. Arg. Tertio arg. nam si gratia non habet terminum ex sua natura, sequitur quod in actu possit produci infinita, consequens demonstratur impossibile, 3. physic. ergo sequela probatur, nam etiam si in successiuis, non sequatur, quod si posita amplius & amplius possit etiam totum simul esse infinitum, in permanentibus autem, bene sequitur, quod si albedo potest amplius, & amplius crescere possit poni in actu secundum vltimum ad quod potest crescere si ergo gratia potest crescere in infinitum poterit in actu poni infinita.

4. Arg. Quarto arg. gratia Christi Domini de facto est summa, qua excellentior esse nō potest, vt dicit D. Thom. & discipuli eius 3. part. quæst. 7. ergo dabilis est in gratia certus gradus, vltraquem ascendi non possit. Confirmatur, nam gratia vnionis est in termino vltraquem non potest ascendi, nulla enim vnio maior esse potest: ergo idem dicendum est de gratia habituali, patet consequentia, nam etiā gratia vnionis est participatio diuini esse: ergo si hoc non obstante habet terminum, similiter de habituali dici poterit.

In hac re est prima sententia (propter argumenta posita) quod gratia habet terminum præfixum ad quem si peruenerit etiam de potentia absoluta Dei crescere non potest, Hanc tenet Magister sententiarum in 3. dist. 13. Scotus, & Durandus ibi. quæst. 1. Ricard. Egid. Cartusia. 1. distin. 17. quæst. 9. Marsil. 3. quæst. 10. Caiet. 3. part. quæst. 7. art. 5. & 2. 2. quæst. 24. art. 7.

1. Sent. Magister. Scot. Durand. Ricar. Egid. Cartusia. Caiet.

Secunda sententia est, quod licet ex natura rei gratia habeat certum terminum

2. Sent.

vltraquem de lege ordinaria crescere non possit, de potentia tamen absoluta, potest crescere in infinitum, sicut in alijs qualitatibus naturalibus contingit, sic tenet Soto 3.physic. & Capreolus in 3.quæstio.1. art.2.dist.13.

Soto.
Capreo.

3.Sent.

Tertia sententia asserit, quod licet gratia secundum se nullum habeat certum terminum, tamen ex parte subiecti illum habet vt amplius crescere non possit, ita tenet Diuu. Bonauent. 1.distin. 17.2. part.quæst.vltima, & Ricardus art.2.quæstio.4. Egid.quæst.vlt.Cartus. quæst. 8.

D.Bona.
Ricar.
Egidius.
Cartusia.

Quarta sententia est Gabri. eadem distin.quæst.1.& Gregor.in 1. distin.17. quod potest dari tanta gratia, quod nulla maior, quia potest dari infinita in actu, ipsi enim non reputant inconueniens dari infinitum, in actu etiam in alijs rebus, & à fortiori in gratia, quam cum esse infinitã in esse gratiæ in Christo Domino omnes fateantur, quod inconueniẽs est (inquiũt) esse etiam infinitam intensiue, & in esse qualitatis, non enim videtur maius vnum quam alterum inconueniens, cum vtrumque ad rationem gratiæ pertineat.

4.Sent.
Gabiel.
Gregor.

Pro intelligentia notandum, hic posse loqui, vel de facto vel de potentia ordinaria, secundum legem sitam, vel tertio secundum potentiam absolutam, similiter possumus loqui de gratia materialiter, tã secundum rationem generica, quam specificam, hoc est vt facit consortem diuinæ naturæ: alio vero modo secundum rationem formalem gratiæ, prout hoc nomine gratia importatur, hoc est vt facit gratum & dilectum, & amicum Dei. si ergo loquamur secundum vnam, vel alteram rationẽ. Si sermo sit dẽ facto de fide est, ita vt oppositum sit hæresis, quod numquam datur summa gratia vltra quam quis credere nõ posit, vt patet ex illo Prob.17. non verearis iustificare vsque ad mortẽ, & Apocal. vltimo, qui iustus est iustificetur adhuc, & ex alijs locis supradictis, & hoc definitum est in Concil. Vienensi, vt refertur in Clementina ad nostrum de hæreticis vbi damnantur Begardi, & Beguini dicentes posse aliquem deuenire ad tantã Sanctitatem, vt sanctior esse non possit. Videte Augustin. super Psal.63. vbi sic, ait nemo fidelis dicat sufficit mihi, qui enim hoc dicit a via exit ante finem, & vbi dixisti sufficit mihi defecisti. Similiter de potentia ordinaria, & secundum legem etiam est de fide dari aliquem terminum in gratia vltra quem progredi non potest imo nec deuenire, vt v.g. gratia Christi Domini, immo, & Beatæ Virginis est terminus ad quem nullus secundum legem deuenire potest, vt patet ad Ephes.4. vnicuique data est gratia secundum mensurã donationis Christi, ecce quo modo gratia eius est mensura, & terminus gratiæ aliorum, & similiter gratia Matris eius ratione maternitatis & oficij, & ille est communis consensus omnium Doctorum in 3. diss.10. vide Diu. Thom. 2.2.quæst.24. artic.7. de Apostolis autem temerarium est dicere aliquem illis coequare excepto Baptista de quo est peculiaris quæstio, fũdamentum autem huius est illud, nos primitias Spiritus habentes, loquendo ergo de potentia absoluta sit.

Not.

Prob.17.

Apoc.vlt.

Con.Vienẽ.

Vide Diu.

Conclusio gratia secundum propriã rationem specificam, & ex natura sua non habet terminum, vnde de potentia absoluta potest crescere in infinitum finchategorematice, secundum vtramque rationẽ tam materialem, quam formalem, tam secundum se, quam ex parte subiecti. Hæc est D. Thom. vbi supra art.10.& 11.& 12.& est communis omnium. Prob. gratia ergo ex natura sua nõ habet, vnde limitetur ex natura sua potest amplius, & amplius semper crescere. Probatur antecedens, nam ex causa propria principali producturilius non est limitatio cũ sit Deus infinitæ virtutis. non etiam ex parte obiecti, vel finis cui coniungit, quia semper amplius, & amplius potest participare diuinam naturam quantumcumque enim magna sit gratia nunquam de facto participabit totum, quod in Deo est participabile, quia semper gratia quantumcumque magna manet creatura, & sic semper inferior Deo quem participat, vnde semper manet aliquid amplius participandum, nõ etiam limitatur ex parte subiecti, quia nõ recipit illam secundum potentiam naturalem finitam, sed obedientialem infinitã finchategorematicæ, numquã enim Deus de creatura sibi obedienti tantum facit, quod amplius facere non possit quia obedit ipsi, vt infinito agenti. Nec valet respõdere, quod hæc potentia obedientialis ter minetur per dispositiones, nõ (inquã) valet, quia licet in actu ita sit, quod dispositio sit determinata ex natura tamẽ rei nec ipsa dispositio terminũ habet sed potest amplius, & amplius crescere secundum extensionem infinitam potentiæ obedientialis, quæ determinat ad formam optimum exemplum est in visione beatifica, quæ in infinitũ potest crescere, cũ nũquã de facto Deus cõpræhẽdatur, sed semper amplius sit

Conclusio D. Thom.

Solutio.

Impug.

sit visibilis,& licet ad hoc requiratur lumen ipsum tamen interminabile est,& potest amplius semper crescere. Etsi contra fiat argumentum, quia ex ratione posita potius sequitur oppositum, si enim gratia est participatio ex natura sua limitata est,& finita,participatum enim infinitum esse non potest ergo ex natura sua terminum habet ad quem peruenire, & non progredi possit. Respondetur,ex hoc sequi semper in actu esse finitam,& determinatam,in actu enim infinitum esse nequit, quod habet esse participatum, sed ex eodem sequitur esse infinitam sincategorematice,& in potentia: si enim participatio est diuini esse, cum hoc sit inhesaustibile semper potest amplius participari. Etsi contra dicas,quod ex hoc sequeretur contra præsuppositum,quod aliquis possit deuenire ad perfectionem gratiæ Christi Domini, vel matris eius.Respondetur,de potentia absoluta id fieri posse, si loquamur de gratia Christi in esse qualitatis,& participationis diuini esse, non autem materialiter ex parte effectus, vnde est infinita. Etsi rursus arguas,quia si gratia secundum potentiam ordinariam habeat terminum, licet secundum potentiam absolutam, non habeat illũ simpliciter ,& absolutè dicetur finita,& determinata ex sua specie, vt patet in Angelo,qui licet secundum potentiam absolutam sit corruptibilis extrinsicea Deo tamen,quia secundum potentiam, & legem ordinariam, non est corruptibilis,ideò absolutè dicetur incorruptibilis, quia iudicium non debet sumi ex potentia absoluta,sed ex lege.Respondet. quod quando illud quod conuenit ex potentia absoluta,non conuenit rei,secundum propriam naturam eius,sed tantum secundum potentiam obedientialem, qua subijcitur potentiæ absolutæ;tunc ab illo non denominatur talis, vt contingit in casu argumenti de Angelo,quando vero quod conuenit ex potentia absoluta,conuenit iuxta naturam rei ab illo talis dicitur,& sic cõtingit in gratia,quod crescere in infinitum licet habeat ex potentia absoluta(quia secundum ordinariam terminus fixus est, vt dictum est) quia tamen illud habet iuxta sui naturam, cum sit participatio infiniti esse,vt dictum est,ideò absolute dicitur ex natura sua, & secundum speciem infinitam.

Obiectio. *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

Ad 1. arg. Ad primum arg.à principio respondetur,quod licet gratia recipiatur in subiecto finito secundum entitatem,infinitam tamẽ est secundum potentiam obedientialem, quæ per receptionem maioris gratiæ, non completur, nec finitur,sed potius extenditur,quo maiorem enim habet gratiam aptior ad maiorẽ recipiendã constituitur, & per hoc patet ad confirmationem.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, bonam esse solutionem ibi datam, ad replicam dicitur,res naturales esse participationem Dei generali ratione,gratia autem secundum specialissimam;vndè non sequitur,quod si alia secundum speciem sunt finita, gratia secundum speciem non sit infinita. *Ad conf.* Ad confirmationem respondetur, non esse eandem rationem de indiuiduis respectu speciei,& specierum respectu generis,in speciebus enim deuenitur ad terminum,& datur perfectissima vltra quam alia perfectior esse non potest,etiam de potentia absoluta, in indiuiduis autem cum multiplicatio fit per materiam non est terminus,sed possunt in infinitum multiplicari;vnde quocumque dato aliud perfectius esse potest,sed quidquid de hoc sit negatur gratiam ex sua specie habere terminũ. Ad impugnationem,quod continetur sub genere finito, cuius terminus transilire non poterit.Respondetur,quod (vt supra dictum est)si gratia ponitur in prædicamẽto qualitatis debet esse secundũ,quod qualitas importat aliquid coartatum,& vt sic solum continet naturalia. Si autem debet poni,vt superius etiam ad supernaturalia debet poni,vt abstrahit à finito;&infinito vndè subqualitate infinita qualis est gratia potestcollocari.

Ad 3. arg. Ad tertium arg.respondetur,in permanentibus finitis illud esse verum, quod si distantia per transibilis,per amplius, & amplius est finita: tunc tota simul potest transiri,& poni in actu,quando autem distantia per transsibilis est infinita:tunc nõ potest tota,simul poni,sed remanet res infinita sincthegorematice,per hoc potest amplius,& amplius numquam ad terminum perueniendo.

Ad 4. arg. Ad quartum arg.respondetur,ab aliquibus gratiam Christi Domini etiam phisice esse infinitam,non in esse entis, vel qualitatis,quia cum vt sic sit creatura finita esse debet,sed est infinita in genere gratiæ. Pro cuius intelligentia nota,quod gratia est in duplici genere, primo in genere qualitatis, secundum quod est participatio diuini esse inhærens in anima,secundo in genere naturalis potẽtiæ, secũdo quod est propria passio vnionis hypostaticæ,in prima ratione est finita, in secũda infinita,nec mirũ,quod in ratione natura-

Not. Solutio aliquorum.

lis potētiæ habeat perfectionē, quā nō habet in esse qualitatis, quia idem apparet in calore, qui vt naturalis potentia in animali habet perfectionem generandi carnes, quod non habet in igne, licet in illo in esse qualitatis calor sit perfectior, sic de gratia Christi, licet in esse qualitatis finita sit, immo etiam si esset minor, quam in alio iusto, in esse tamen naturalis potentiæ infinite perfecta esset ex coniunctione ad verbum perfectione physica, & reali, quia illa perfectio non debet, dici tantum rationis, quod nihil ponit in re, dicere autem, quod non tantum est rationis, sed moralis, non autem physica, nihil valet, quia moraliter esse infinitam est realiter esse infinitam, quia moralitas realitas est, & videntur sibi se qui Diuu. Thom. 3. part. quæstion. 7. Asserentem gratiam Christi secundum propriam rationem gratiæ esse infinitam, quod de illa in esse potentiæ saltem debet explicari, quæ consideratio non est extra propriam rationem gratiæ. *Obiectio.* Etsi contra hanc doctrinam arguas, quia non apparet a quo producatur talis entitas infinita: ergo nulla talis debet assignari in gratia Christi. *Solutio.* Respondent esse quendammodum in gratia, per modum resultantiæ productum consequenter ex vnione humanitatis ad verbum, vel ex actione productiua gratiæ, in natura vnita verbo. Quapropter effectiue illa infinitas, non solum est à verbo, sed a tribus personis, quibus etiam ipsa vnio, vt actionem importat tribuitur, quia opera ad extra indiuisa sunt terminatiue tamen sicut, & ipsa humanitas: ita & infinitas gratiæ solum dicitur ad verbum humanitati vnitum. *Obiectio.* Etsi rursus arguas, quia esset ponere aliquid infinitum in actu in rerum natura. *Solutio.* Respondetur, quod extra Deum implicat hoc, illud autem non est omnino extra Deum, quia licet sit ponere infinitatem in aliqua creatura, est tamen prout Deo realiter vnitam. *Obiectio.* Etsi rursus arguas, quia in humanitate, & in alijs accidentibus verbo vnitis, nō sequitur, hæc infinitas; ergo nec in gratia. *Solutio.* Respondetur, humanitatem, & alia accidentia ex sua ratione importare aliquid infinitum, gratia autem aliquid infinitum (vt dictum est.) Vnde alia non habent capacitatem, bene tamen gratia vt recipiat infinitatem. *Obiectio.* Etsi rursus arguas, quia hoc non currit in accidentibus supernaturalibus, vt in charitate, & in lumine gloriæ: ergo illa saltem ex vnione essent infinita. *Solutio.* Respondetur, illa vniri per accidens verbo, quapropter non participant infinitatem ex illo, gratia vero vnitur per se velut connaturali subiecto cuius est passio, & ideò infinitatem participare potest. Verum est huiusmodi accidentia habere aliquam infinitatem ex vnione; hæc tamen est secundum quid, gratia autem ex sua specie, & in ratione naturalis potentiæ (vt dictum est) est infinita simpliciter. *Obiectio.* Etsi adhuc arguas, quod si talis gratia est infinita, sequitur nullam extra illam posse dari, quia extra infinitum, vt ait Aristol. non est aliquid amplius accipere, consequens autem est falsum: ergo. *Solutio.* Respondetur Aristot. intelligendum esse de infinito in quantitate: si enim corpus esset infinitum extra ipsum aliud esse non posset, aliàs autem non valet, Deus enim simpliciter est infinitus extra quem tamen alia multa reperiuntur. Verum est tamen, quod cum tale infinitum datur si est simpliciter tale in esse entis; cætera in ipso eminenter contineri debent. Si autem solum sit infinitum in certa specie, non necessarium est alia eiusdem rationis continere eminenter, vt patet, in linea infinita, extra quam aliæ infinitæ esse possunt non in ipsa eminenter contentæ, cū ergo gratia Christi Domini, non sit infinita in esse entis, sed in certa specie gratiæ, nō necesse est, quod omnis alia in illa contineatur eminenter, cū detur gratia primi hominis, & Angelorum, imò & quam haberet Pater, & Spiritus Sanctus, si incarnarent, quæ in Christi gratia eminenter non continerentur, nisi forsitam abusiue nomine eminentiæ intelligas habere tantam perfectionem, quod in illa, quiuis alius gradus reperiatur. Sed quoniam hic modus difficilis est, facilius, & communius ad quartum argumentum respondetur, gratiam Christi Domini, solum moraliter, & ex parte effectus ad quem se potest extendere esse infinitam, physice autem, & in esse entis, simpliciter finita. Quapropter amplius potest crescere; & sic arg. nihil contra nos, non dico infinitatem moralem, non esse realem, sed non esse physicam, vt physicum distinguitur contra morale, licet sit physicum, vt distinguitur contra rationis, quia morale (vt est dictum,) non rationis, sed aliquid reale est. *2. Solutio. Vera ad 4.* *Ad conf.* Ad confirmationem respondetur, non esse eandem rationem de gratia vnionis, & habituali, vnionis enim summitur ex persona cui fit vnio, & cum illa sit infinita, similiter, & gratia vnionis, & illa alia maior esse non potest, gratia autem habitualis, nō sumit gradum ex parte personę, sed

sed ex parte Dei, cuius est participatio, & cum ex hac parte non habeat terminũ (vt dictum est) semper amplius, & amplius potest crescere.

Art. V.

Vtrùm aliquis possit scire se habere gratiam?

PRIMA Conclusio, speciali reuelatione Dei bene potest aliquis scire se esse in gratia. Secunda conclusio, citra reuelationem nullus per se ipsum potest certo scire se esse in gratia. Tertia conclusio, coniecturaliter potest aliquis scire se habere gratiam, licet non certo. Quarta conclusio, certo potest aliquis scire se habere fidem.

1.Concl.
2.Concl.
3.Concl.
4.Concl.

De materia huius articuli agunt Doctores in 1. distin. 17. specialiter, videatur ibi Albertus Magn. & D. Bonauentura, & Alensis 3. part. quæst. 71. Rosensis contra Lutherum, art. 11. & 12. Decanus Lobanensis, artic. 9. contra Lutherum, Soto 3. de natura, & gratia, cap. 10. & sequentibus, & Apologia contra Catherinum, capit. 2. & sequentibus, Vega lib. 9. de iustificatione, cap. 7. vsque ad 47.

Albert. Magn. D. Bonau. Alensis. Rosensis. Decan. Lobanen. Soto. Vega.

Dubium I.

Vtrùm possit aliquis certo scire se habere gratiam certitudine, cui non possit sub esse falsum?

1.Not. PRO Intelligentia notandum, quod certitudo est firma adhęsio excludens omnẽ hæsitationem, hæc autem est duplex, altera euidens de sumpta ex ipsis rebus, vt certitudo scientiæ: altera vero inuidens, & obscura, quæ desumitur ex authoritate dicentis, quæ adhuc duplex est, altera quæ desummitur ex testimonio omnino infalibili, vt est testimonium Dei, & talis est certitudo fidei diuinæ, de quo D. Thom. 2. 2. quæstion. 3. Alia vero desumitur ex testimonio humano, vt certitudo, quod Roma sit, & hæc latitudinem habet Maior enim est certitudo, quod Roma sit, quam alia, quæ humano testimonio niti potest.

D. Thom.

Secundo notandum, non esse certitudinem quamcumque adhæsionem firmam, sed quæ summitur, vel ex rebus, vel ex testimonio certo, non autem, quæ desummitur ex proprio cerebro, multi enim (inquit Aristo. 7. Ethico,) firmius adhærent suis opinionibus, quam alij demostrationibus, sed illa pertinacia est, non certitudo, & idem contingit in hæreticis, doctrina est Diuu. Thom. 1. part. quæstion. 1. artic. 5. ad 1. & 2. 2. quæstion. 4. articul. 8. & Soto. 3. de natur. & gratia, cap. 10.

2.Not. Aristo. D. Thom.

Hoc supposito in hac re est prima sententia Lutheranorum asserentium omnes fideles, per fidem supernaturalem infusam certitudine infalibili posse cognoscere se habere gratiam, imò inquiunt, quod ad hoc tenentur, eandem sententiam tenent Begardi, & Catharini.

1.Sent. Luther. Vegardor. & Catha.

Secunda sententia est posse aliquem cognoscere se habere gratiam certitudine infalibili, cui non possit sub esse falsum, si non certitudine fidei: tamen certitudine Theologica, quæ desummitur ex altera propositione de fide, & altera cognita lumine naturæ, vel per experientiam, vel discursum, &c. Hanc tenet Catherinus in opusc. de certitudine gratiæ, & in Apologia contra Soto, & multi in Concil. Tridentin. ante determinationem, Sessione 8. capit. 9. vt refert Vega.

2.Sent. Catherin.

Tertia sententia est posse esse certitudinem gratiæ moralem, cui non possit sub esse falsum tanta certitudine, sicut cognoscimus esse Romam. Hanc tenet Soto in Apolog. contra Catherin. cap. 3. & 4. Vega lib. 9. in Triden. cap. 46. & 47. Ricardus artic. 8. & 9. & hanc etiam intendit Alexand. 3. part. quæstion. 61. membro 106. asserens posse haberi certitudinem sperimentalem ex efectibus gratiæ, licet non certo, quis sciat illos efectus a gratia procedere.

3.Sent. Soto. Vega. Ruardus. Alensis.

Quarta sententia est, quod licet regulariter iusti, non sint certi de sua iustitia, aliqui tamen sanctissimi, & multum proceres in virtute possunt habere huiusmodi certitudinem ex frequenti visitatione Spiritus Sancti, & alijs signis supernaturalibus, quæ in se ipsis experiũtur. Hanc tenet Decanus Loban. loco citato, & Lyra super c. 9. Iob. & Gab. in 2. d. 27. dub. vlt. & lectio. 8. super canonem Missæ, & id ipsum definiuit Academia Paris.

4.Sent. Decanus. Lyra. Gabriel. Parien. Lobanien.

& Loban. contra Lutherum, omnes istæ sententiæ, quatenus cõueniunt in eo, quod possit esse certitudo gratiæ omnino infalibilis, cui non possit subesse falsum. Proba-

Arg. 1. tur primo, multis locis Sacræ Scripturæ,
Ad Rom. 4. & 5. & 8. ad Rom. 4. Iustificati ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio. Ecce quomodo dicit gratiam facere firmitatem, quæ est certitudo, & ad Rom. 5. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus; pax autem non est, sine securitate, & certitudine, ad Rom. 8. Spiritus Sanctus testimonium reddit spiri-

1. Ioan. 3. tui nostro, quod sumus filij Dei, 1. Ioann. 3. Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres, vbi

D. Aug. Augustin, nomine translationis mortis ad vitam intelligit iustificationem, inquit ergo scimus, quoniam trãslati sumus, &c. ac si diceret certi sumus de nostra iustificatione si diligimus fratres. Vnde Augu-

2. Cor. 13 stin. interroga cor tuum, etsi ibi est dilectio fratris securus esto. Idem ait 8. super eandẽ Epist. & 2. Corint. 13. Vos metipsos tentate, vos probate, an non cognoscitis, vos metipsos, quia Christus Iesus in vobis est,

Iob 15. & 16. & 23 & 26. & 27. nisi forte reprobi sitis; ecce quomodo ait reproborum esse, non cognoscere Christum in habitantem in anima, per gratiam, & Iob 15. & 16. & 23. & 27. & 26. dicit

D. Greg. se in munem a culpa, iuxta explicationem D. Gregor. super hæc loca, vbi ait Iob certum fuisse de sua gratia, & 4. Reg. 2. Ezechias dicit, se ambulasse coram Deo o de

4. Reg. 2. perfecto, quod non asseereret, nisi cognosceret se esse in gratia.

2. Arg. D. Dion. D. Ambr. D. Leo. D. Greg. D. Ber. D. Aug. D. Ciril. Secundo arg. autoritate Sanctorum D. Dioni. capit. 5. & 7. de diuin. nomi. D. Amb. super Psal. 118. serm. 7. D. Leon. Papa serm. 2. paschatis, & serm. 8. de Epiphan. Diuu. Greg. lib. 1. dialog. cap. 1. & homil. 22. super Ezechi. & super 1. Reg. cap. 1. & 31. Moral. cap. 25. & 27. Moral cap. 11. D. Bern. serm. 19. in cant. & serm. 37. & 59. & serm. 3 de aduentu, & serm. 5. dedicationis Ecclesiæ. Item super cant. serm. 68. & 69. D. Augustin. lib. de bono perseuerantiæ sepissimæ D. Ciril. lib. 10. super Ioan, cap. 3. super illud Ioan. 14. ad illum venimus &c. Et multi alij quos poteritis videre, in Medina, Zumel. & Valẽtia hic, & in Belarm. lib. 3. de iustificatione cap. 9. & 10. qui omnes videntur asserere iustos securos fuisse, & certos de sua iustificatione, & gratia.

3. Arg. Tertio arg. ratione, quod colligitur ex altera præmissa de fide, & altera cognita lumine naturali, vel experientia, vel certitudine morali est omnino certum, & infallibile, sed sic colligitur aliquem iustum habere gratiam: ergo illud est omnino certũ, & infalibile. Maior patet, nam non aliter est omnino certum hanc hostiam esse consecratam, nisi quod de fide est, quod apposita materia, & recta intentione ministri consecratur, & moraliter certum sit hic, & nunc contingere similiter, quod hic sit Sacerdos est omnino certũ, quia colligitur ex altera de fide, quod in Ecclesia est potestas ordinandi, & ex hac moraliter certa, quod iste fuit ab Episcopo ordinatus. Similiter est omnino certum decreta huius Concilij esse infalibilia, quia colligitur ex hac de fide, quod Concilium rite congregatũ habet authoritatem definiendi, & ex hac certa moraliter, quod sit Concilium rite congregatum. Minor vero probatur, nam de fide est, quod qui habet contritionẽ, & digne accedit (verbi gratia) ad Sacramentum Eucharistiæ recipit gratiam, sed potest esse certus, saltem certitudine morali se habere contritionem, & dispositionem Sacramenti, ergo potest esse certus se habere gratiam. Et claritatis gratia apponamus exemplum in pœnitẽtia, in qua sufficit, vt dispositio atritio, licet enim difficiliter cognoscatur contritio, atritio tamen faciliter agnosci potest. Nec valet dicere non esse facile cognitu distinguere an atritio sit naturalis, vel supernaturalis, quæ ad Sacramentum requiritur, quia supernaturalis atritio est, quæ ex metu inferni insurgit, hoc autem faciliter, quis experiri potest, vtrum ex timore inferni aterat ur. Confirmatur pri- *Conf. 1.*
mo, in Sacramento baptismi: si enim quis non esset certis de atritione requisita ad tale Sacramentũ posset reiterare illud, quod nullus audebit dicere, sequela patet, nam dubius de receptione baptismi sub conditione potest illud reiterare. Secundo con- *Conf. 2.*
firmatur, nam aliàs sequeretur peccare suscipientem baptismum consequens est falsum: ergo. Sequela probatur, nam suscipere Sacramentum, cum dubio dispositionis illius peccatum est, quia tenetur apponere dispositionem certam: ergo si est dubius de dispositione peccat.

4. Arg. Quarto arg. potest esse certitudo, quod quis habet fidem (vt hic ait Diu. Thom.) ergo & quod habet gratiam, patet consequentia, nam vtrumque est aliquid supernaturale, & non est maior ratio vnius, quã alterius. Confirmatur, nam potest quis certo cognoscere se habere dona supernaturalia intellectualia Spiritus Sancti: ergo & quod habeat gratiam, consequentia patet, nam huiusmodi dona sunt connexa gratiæ, &

& inseparabilia ab illa. Antecedens vero probatur, nam ex eo dicit D. Th. esse certitudinē de fide, quia est in intellectu: ergo eadem erit ratio de donis intellectualibus.

5. Arg. Quinto arg. potest aliquis esse certus de gratia alterius: ergo & sui. Probatur antecedens, quia si Sacerdos certus de intentione baptizandi, baptizet puerum est certus de gratia illius, quia cum ex parte pueri, non sit obex, aliàs certus de sua intentione non est; vndè possit habere dubium de gratia illius. conseq. vero prob. quia non videtur maior ratio vnius, quam alterius.

6. Arg. Sexto arg. multi iusti habent securitatem, & pacem vacantes omni scrupulo peccati: ergo sunt certi de sua gratia, patet consequentia: nā pax, & securitas est proprius

Conf. effectus gratiæ. Confirmatur, nam maxime decet diuinam bonitatē per huiusmodi pacem certificare iustos de sua gratia, si enim in humanis, quilibet connatur certificare amicum de sua benevolentia, quare Deus hoc non faciet cum suis amicis.

7. Arg. Septimo arg. quis rapitur ad martirium est certus de sua gratia: ergo. Probatur antecedens, nam est certus, quod habeat rectam intentionem paciendi pro Christo: ergo & quod sit amicus eius, quia maiorē

Conf. charitatem nemo habet, &c. Cōf. Ecclesia non potest errare in canonizatione Sanctorum, sed tantum discusso, quod quis pro Christo obierit canonizatur, vt martir: ergo certitudo est propriæ gratiæ, cū quis obijt pro Christo.

8. Arg. Octauo arg. si propter aliquam rationem, non posset quis esse certus de sua gratia, maxime propter rationem D. Thom. quia non potest esse certitudo proprię causæ illius, scilicet Dei, sed hæc ratio est nulla ergo probatur minor, nam Angeli in via certo cognoscebat se habere gratiam Dei, cum tamen Deus vt causa gratiæ eis esset ignotus respectu cognitionis naturalis: ergo probatur antecedens, nam ipsi certo cognoscebant se diligere Deum dilectione distincta a naturali, quam certo sciebant esse supernaturalem: ergo certo sciebant se habere gratiam concomitantem charitatem. Hoc vltimum antecedens probatur, nam Angelus comprehendit naturam: ergo certo cognoscebat illum actum charitatis non esse natutalem, &

Conf. consequenter supernaturalem a charitate prouenientem. Confirmatur, quia hæc ratio Diuu. Thom. supponit falsum ergo est nulla. Probatur antecedens, quia licet causa gratiæ, scilicet Deus sit ignotus, & impropottionatus cognitioni naturali, non tamen cognitioni Theologicæ: ergo certitudine Theologica poterit quis cognoscere suam gratiam, patet consequentia, nam ex eo Christus Dominus per scientiam infusam, certo cognoscit nostram gratiam, quia causa eius, scilicet Deus est proportionatus tali scientiæ, ergo si causa gratiæ proportionatur Theologiæ, certitudine Theologicā poterit quis cognoscere suam gratiam.

Prima conclusio, impossibile est quod quis certo, & infalibiliter cognoscat suam gratiam cognitione naturali, vel scientifica. Hæc probatur euidenter ratione D. Thom. nam cognitione naturali non potest cognosci propria causa, vel effectus gratiæ: ergo nec ipsa gratia, patet consequentia, quia cognitio certa naturalis debet esse per propriam causam, vel effectū rei. Antecedens probatur, nam propria causa gratiæ est diuina voluntas, qua diligit hominem ad vitam eternam (vt enim supra dictum est gratia est effectus diuinæ dilectionis,) sed impossibile est cognitione naturali cognoscere, quod Deus me diligat, & quod habeam gratiam. Ista minor probatur, quia (vt ait Paulus) si quæ sunt in homine, nemo nouit, nisi Spiritus hominis a fortiori, quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi Spiritus Dei qui in ipso est, qua propter ratio Diuu. Thom non est intelligēda de principio gratiæ, vt cumque, sed in exercitio causans gratiam, Deus enim naturaliter cognoscibilis est cognitione certa, non autem prout in exercitio per dilectionem gratiam operatur in homine. Confirmatur, nam secundum Diuu. Thom. 1, part. sepe supernaturalia non possunt certo, & euidenter cognosci lumine naturali, sed me habere gratiam est aliquid supernaturale: ergo non potest certo, & infalibiliter cognitione naturali attingi. Confirmatur secundo, me habere gratiam non habet conexionem cum aliqua causa, vel effectu naturali: ergo non potest certo cognitione naturali attingi. Antecedens patet, quia (vt supra dictum est) iustificatio, non est ex viribus naturæ, sed omnino naturam transcendens, consequentia vero probatur, nam cognitio naturalis, tantum ad causam, vel effectus naturales, vel quæcumque ipsis habent necessariam conexionem se extendit, qua ratione D. Thom. probauit misterium Trinitatis lumine naturali attiugi non posse. Diximus in conclusione non posse certo

1. Concl. D. Thomæ

Not.

cognosci me habere gratiam cognitione naturali, quia aliqua supernaturalis datur scilicet beatifica per quam quis cognoscit certo, & infalibiliter se habere gratiam imò, & gratiam aliorum conciuium supernaturalis vitæ, nam hoc etiam pertinet ad dignitatẽ illius status, gratiam autẽ viatorum beatus, certo nõ cognoscit, nisi ex speciali reuelatione Dei, quod enim quis vere conteratur, & actus liber voluntatis illius soli Deo reseruatur, & cui Deus voluerit reuelare.

2. Concl. Velarm. Vega. Soto. Rofensis. Castro. Ruard. D. Thom. Caiet. Iob 9. D. Greg. Eccles. 9.

Secunda conclusio, certum est secundum fidem, quod nullus potest certo, & infalibiliter certitudine fidei supernaturalis cognoscere se habere gratiam secluſa reuelatione. Sic docent contra hæreticos Belarm. lib. 3. de iustificatione Vega lib. 9. Soto 3. de nat. & grat. à cap. 10. Rosen. art. 10. & 11. Castro verbo gratia hæresi 13. Ruard. art. 9. videatur D. Thom. hic, & Caiet. Omnesque moderni, & antiqui in 1. dist. 17. & 2 dist. 28. Probatur primo ex Iob. cap. 9. si iustificare me voluero, os condemnabit me, & rursus, si simplex fuero, hoc ipsum ignorauit anima mea, & rursus si venerit ad me, non videbo eum, super quem locum videatur D. Greg. lib. 9. Moral cap. 11. 18. & 19. & lib. 2. cap. 3, Eccles. 9. Nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur. Nec valet (vt aliqui dicunt,) quod loquatur de predestinatione, & vltima consecutione vitæ eternæ, quia dixit in futurum reseruantur non inquam valet, quia D. Paul. Corint. 4. Secundum omnium explicationem loquebatur de præsenti iustitia dicens, michi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, qui enim iudicat me Dominus est, nolite itaque ante tempus iudicare, quod vsque veniat Dominus qui, & illuminauit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Ecce quo modo Paulus in futurum reseruat cognitionem loquens de præsenti iustificatione, & santificatione. Item Ioan. 3. Spiritus, vbi vult spirat, & nescis, vnde veniat, aut quo vadat, sic est omnis qui natus est ex fide, quo testimonio vtitur ad hoc probandum D. Greg. 17. Moral. capit. 16. & lib. 6. super primum reg. capit. 3. & D. Bern. serm. 17, & 74. super Cant. Item Prob. 20. quis potest dicere, mundum est cor meum purus sum a peccato, qui locus licet a D. Cipria. lib. de elemosi. & August. de Santa Virginitate cap. 48. explicetur de omnimoda puritate iuxta illud, si dixerimus, quod peccatum non habemus, &c. Tamen communiter Doctoribus explicatur de incertitudine gratiæ. Itẽ Ioel 2. & Ioann. 3. quis scit si conuertatur Deus? Vbi Diu. Hieronym. nomine interrogationis, inquit designari esse impossibile cognoscere vtrum Deus ignoscat, vel non secluſsa reuelatione. Item 1. Corinth. 4. Nihil mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui locus licet aliter explicetur ab hæreticis, & Catherino, tamen ad nostrum propositum intelligunt, Chrisost. & Amb. ibi, & Diu. Hier. lib. 2. contra Pelagian. Ambr. libr. de Naboth. cap. 16. August. Psal. 41. D. Bern. Epist. 42. Itaque in aliquibus locis alegatis ex Iob, & ex Diuu. Paulo est controuersia Doctorum: vtrùm isti sancti habuerint dubium de sua iustitia. Catherin. & Vazquez disputation. 20. capitul. 5. Asserunt istos Sanctos dubitationem suæ iustitiæ non habuisse, vt patet ex alijs locis eorundem in quibus cognitionem suæ iustitiæ profitentur Belarmin. autem lib. 3. cap. 5. & Vega lib. 9. capit. 30. asserunt etiam istos iustos dubios fuisse de sua iustitia, nobis autem nihil interest vnum, vel alterum habeat verum, quidquid enim sit de persona particulari illorum per reuelationem particularem in verbis allegatis ex ipsis docuerunt communem legem, & modum secluſa rebelatione, & in propria persona aliorum omnium personam agentes docuerunt quidquid in hac parte sit tenendum, hoc enim frequenter contingit in Sacra Scriptura, vt Sancti in persona aliorum loquantur, vt Orig. lib. 6. super Epist. ad Rom. Hieron. dialogo 2. cõtra Pelag. vt ad Rom. 7. ego autem carnalis venundatus sub peccato, quod enim operor non intelligo loquitur in persona aliorum non in propia persona. Secundo probatur, ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 9. & Can. 13. & 14. vbi expresse, hæc veritas definitur. Tertio probatur, auctoritate Sãctorum locis citatis, & multa alia loca illorum poteritis videre in Soto, vbi supra capit. 12. & in Vega cap. 13. præcipue legatur, D. Greg. 19. moral. cap. 3, vbi eleganter agit, de hac re, & D. Ber. serm. 54. super Cant. & Diu. August. lib. de correctione, & gratia, cap. 13. quare autem Deus iustificationem cuiuscumque occultet legatur in D. Greg. lib. 6. Epist. 22. & D. Hiero. Ionnæ 3. Hæc est etiam sententia omniũ scolasticorum in 1. dist. 27. qui omnes videantur ita sentire in Vega, vbi supra cap. 14. Quarto prob. ratione iustificatio depẽdet ex Dei voluntate, & nostra vltima dispositione

Solutio. Impug. D. Paul. 1. Corin. 4 Ioan. 3. D. Greg. D. Bern. Probr. 20. D. Cipria. D. Aug.

Ioel 2. Ioan. 3. D. Hiero. 1. Corin. 4 D. Chrisost. D. Amb. D. Hier. D. Aug. D. Ber. Cather. Vazquez. Velarm. Vega. Orig. D. Hier. Ad Rom. 7 Trid. D. Greg. D. Ber. D. Aug. D. Hier. Vega.

sitione, sed nostra vltima dispositio non potest cognosci per fidem infussam certo, & infalibiliter, ergo nec nos habere gratiam, maior patet ex illo celebri testimonio D. August. serm. 15. de verbis Apost. qui creabit te, sine te non salbabit te. sine te. Minor probatur, ex D. Greg. in Pastorali capit. 9. vbi ait, quod mens sæpe mentitur de se ipsa, & de bono opere, & fingit se amare, quod non amat. Tum etiam, quia cum amor naturalis maximã habeat similitudinem cum supernaturali non est facile cognitu, vtrum amor naturalis, vel supernaturalis sit, & consequenter, vtrum sit vltima dispositio. Quinto probatur, ad fidem diuinam tantum pertinet, quæ habentur in Scriptura, vel Concilijs. vel determinatione Pontificis, & ea quæ pertinent ad communem statum Ecclesiæ, sed me habere gratiam nullum istorũ habet: ergo non pertinet ad ad fidem hoc certo cognoscere. Vltimo probatur, nam viri Sanctissimi, hoc non cognoscebãt, nisi diuina reuelatione: ergo per fidem, hoc certo cognosci non potest, patet consequentia, quia superflua esset trebelatio, Antecedens probatur, quia D. Petrus, & cæteri Apostoli, tantũ ex reuelatione Christi Domini, hoc cognouerunt cum dixit eis, vos amici mei estis, & rursus nomina vestra scripta sunt in Cœlis, quapropter cũ in cæna dixit, vnus vestrũ me tradet (multi enim de præsenti legunt) omnes dubitanter cæperunt inquirere nunquid ego sum.

D. Aug. D. Greg.

3. Concl.

Tertia conclusio, nullus potest certo, & infalibiliter per fidem infussam secluſa reuelatione cognoscere perseueraturum in gratia, vsque in finem. Hæc etiam est de fide, & probatur omnibus argumentis Sacræ Scripturæ, & Sanctorum quibus probata est præcedens, spetialiter autem deffinitur in Concil. Trid. sess. 6. cap. 13. & Can. 16. Secundo probatur ratione, quia non potest cognosci perseuerantia in gratia, nisi cognoscatur esse in gratia, sed (vt probatum est de fide) non potest cognosci certo esse in gratia: ergo nec perseueraturum in illa. Tertio probatur, non potest certo cognosci secluſſa reuelatione, quod aliquis sit prædestinatus, sed qui perseuerat, vsque in finem est prædestinatus: ergo qui non potest agnoscere prædestinationem, nec perseuerantiam in gratia, maior habetur expræsse in Concil. Triden. sess. 6. cap. 12. & Can. 15. & patet ex illo, nollite autẽ tẽpus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, quo testimonio vtitur August. Epist. 121. cap. 2. & Diuu. Bernar. serm. 1. de septuagesima, vt probent ad solum Deum pertinere cognitionem prædestinationis, quod clarius habetur, 2. Corint. 2. nouit Dominus, qui sunt eius, quo testimonio vtitur ad hoc probandum, D. August. lib. 2. de ciuit. capit. 7. & lib. 11. cap. 12. Minor probatur Matth. 24. qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Vnde D. August. libr. de bono perseuerantiæ, cap. 7. & 8. docet, quod perseuerantia est ipsa prædestinatio in exercitio, quod probat ex illo 1. Ioann. 2. si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum.

Trid. *Trid.* *D. Aug.* *D. Ber.* *2. Corin. 2* *D. Aug.* *1. Ioan. 2.*

Quarta conclusio, nullus potest cognoscere certo certitudine Theologica cui non possit subesse falsum se habere gratiam. Hanc tenent omnes Theologi in 1. distin. 17. Duran. quæst. 4. Scot. quæst. 1. & 3. & in 3. distin. 17. quæst. 1. Scot. 4. distin. 9. quæst. vnica, Din. Bonauent. 1. distin. 17. art. 1. quæst. 3. Ricard. ibid. quæstio. 5. Ruardus, art. 9. § & omnes moderni, Gabr. in 2. distin. 27. quæst. vnica, dubio vlt. estque D. Thom. hic, & omnium eius discipulorum, contra Catherinũ. Probaturque omnibus locis Sacræ Scripturæ, & Sanctorum, & definitione Concil. Tridentin. quibus probata est secunda conclusio, per illam enim excluditur omnis certitudo infallibilis. Insuper probatur, quia hæc certitudo Theologica, non potest haberi ex propria causa gratiæ (quæ vt supra dictum est) in exercitio certo non potest cognosci, nec etiam haberi potest ex causa instrumentali, scilicet applicatione Sacramenti, quia non potest esse certitudo propriæ dispositionis, vel intentionis ministri, nec etiam haberi potest expace, & securitate conscientiæ, quia hæc etiam in peccatoribus reperiri potest, iuxta illud Pauli, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, imò & de hæretico asserit Diuus Thom. non habere scrupulum suæ hæresis. cum tamẽ sit in peccato illius. Videatur August. Epist. 42. contra Henric. & Amb. lib. de Nabuth. capit. 16. neque etiam haberi potest ex passione pro Christo per martirium, quia illud etiã stare potest cum peccato, iuxta illud 1. Corint. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeat, &c. quo testimonio vtitur Augustin. ad hoc probandum, libr. 1. de baptismo. contra Donatistas, cap. 9. & cap. 6. super Ioan. ergo ex nullo capite manet posse haberi huiusmodi certitudinem Theologicam.

4. Concl. *Duran.* *Scot.* *D. Bond.* *Ricard.* *Ruard.* *Gabr.* *D. Thom.* *D. Paul.* *D. Thom.* *D. Aug.* *D. Ambr.* *1. Cor. 13*

Quinta

5. Concl. Quinta conclusio, communiter, & regulariter nullus potest habere certitudinem moralem cui non possit subesse falsũ quod sit in gratia. Hæc etiam patet omnibus locis quibus excluditur certitudo infalibilis, non solum in præcedentibus, sed etiam in hac conclusione conuenit nobis cum Vazq. hic disp. 200. & Lorca, disp. 2 9. contra Auctores tertiæ sententiæ, quæ est communis Theologorum Thomistarum, & D. Thom. hic, & illam sequitur D. Bonauent. 1. dist. 17. art. vnico, quæst. 3. Ricard. art. 1. quæst. 5. Durand. quæst. 4. Scot. 4. dist. 9. quæst. vnica, Gabri, 2. dis. 27. articul. 3. dubi. 5. Probatur primo, nam huiusmodi certitudo moralis claudit euidentiam moralem, sed non potest haberi euidentia, quod sit in gratia: ergo nec certitudo moralis. Confirmatur, propterea hæc veritas, Roma est, est certa moraliter certitudine infalibili, quia nititur communi consensui. & testimonio diuersorum inter se, non communicanti ũ, quod moraliter euidenter apparet verum, sed me habere gratiam non potest niti alicui fundamento sic certo, & infalibili (vt patet ex supradictis) ergo non potest esse certum moraliter certitudine infalibili. Secundo probatur, secundum doctrinam Sanctorum, & Conciliorum nullus debet esse securus de sua iustitia iuxta illud beatus vir semper est pauidus: ergo nullus habet certitudinem moralem infalibilem suę gratiæ, patet consequentia, nam certitudo infalibilis tollit metum, & causat securitatem. Tertio probatur, quod est certum certitudine infalibili potest affirmari iuramento, sed non potest aliquis iurare se esse in gratia: ergo non potest esse certus infalibiliter de illa. Probatur minor, ex cap. accepimus extra de purgatione, vbi Innocentius 3. dixit temerarium fuisse iuramẽtum cuiusdam Archiepiscopi affirmantis se esse in gratia.

Vtzquez. Lorca. D. Thom. D. Bonau. Ricard. Duran. Scot. Gabriel.

6. Concl. Sexta conclusio. Probabile est, aliquos deuenire ad tantam sanctitatẽ, quod omnino sint certi de sua gratia. Hanc tenet Herrera, Decanus Loba. art. 9. citato Alensis 3. part. quæst. 61. memb. 7. art. 3. Soto 3. de natur. & gratia, cap. 10. Valen. disput. 8. quæst. 5. punto 4. & Suarez libro 9. cap. 11. Soto in Apologia contra Catherin. c. 3. & 4. Vega libr. 9. cap. 46. & quos citauimus in quarta sententia, & probatur, quia ita possunt proficere in sanctitate, vt securi possint dicere cũ Psal. 26. Dominus protector vitæ meæ à quo trepidauo, & Psalm. 121. Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus, & cum Paulo, cupio dissolui, & esse cum Christo, id asserit D. Amb. super Psalm. 118. serm. 7. de martiribus, qui letanter ibant ad martirium, D. Gregor. hom. 22. super Ezechiel, aducens illa verba, Psalm. 100. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine (dicit) aliquos ad iudicium Christi intrare, nõ trepidare, de quibus dicit intelligendum illud 1. Corint. 4. Non solũ autẽ mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Videatur etiam super primum Reg. lib. 5. cap. 2. vbi explicans illud 1. Reg. 12. nollite recedere a tergo Domini, dicit, quod illi stans in conspectu Domini, qui ex merito magnę actionis de superna conditionis sui gratia securi sunt. Videatur D. Bern. serm. 37. super cant. vbi ait, quod in istis spes non confundit, quia charitas certitudinem infundit, & postea serm. 68. & 69. Dicit posse deueniri ad tantam sanctitatem, quod si voluerit gloriam de amicitia diuina non sit incipiens. Hoc videtur docere Paulus cum ait perfecta charitas foras mittit timorem, ex quo sequitur nos hic loqui de certitudine practica non speculatiua.

Herrera. Decan. Loban. Alensis. Soto. Suarez. Vega. Psal. 26. Psal. 121 D. Amb. D. Greg. 1. Corin. 4 D. Ber.

7. Concl. Septima conclusio, Probabilius est nullum quantumcumque Sanctissimum habere huiusmodi certitudinem infalibilem seclusa reuelatione, quia assensu Sacræ Scripturæ, & Conciliorum nullus debet, sine fundamento excipi: loca autem adducta vniuersaliter loquuntur. Item, quia viris sanctissimis facta est reuelatio suæ gratiæ: ergo aliàs non erant omnino certi de illa Probatur antecedens, nam vt inquit D. Thom. quæst. 24. de verit. art. 9. & Can. 9. de locis, cap. 5. Beatæ Virgini, hoc est reuelatum ab Angelo dicente: Aue gratia plena, & D. Paulo cum dicitur, sufficit tibi gratia mea, & Abraham, Genes. 22. Nunc cognoui, quod timeas Dominum, id est (secundum communẽ explicationem) nũc cognoscere te feci, &c. & Dauid ipse, in certa, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, vbi reuelatione, & remissionis peccati, loquitur secũdũ Aug. & incogni. ibi, quãuis Christ. serm. 2. super illũ Psalm. explicet de misterio incarnationis Occulto, Dauid reuelato facta est etiam reuelatio Magdalenæ Lucæ. 10. remittuntur tibi peccata tua, &c. Zacheo Lucę 19. Paralitico, Matth. 9. & prope finem aliqui habuerunt huiusmodi reuelationem, vt Beatus martinus asserens Diabolo, finus Abrahæ me suscipiet, & Beatus Dominicus affirmans se, post mortẽ profuturum

D. Thom. Canno. Gen. 22. D. Aug. Incogni. D. Christ. Luce. 10. & 19. Matt. 9.

rum fratribus. Seclusa ergo reuelatione nullo modo est admitenda certitudo, sed solum coniecturaliter cognosci potest, & aliquantulum timor sedari, & quo maiores sunt coniecturæ Sancti, minus timoris habent.

Corol. Ex quo sequitur nullum teneri seclusa reuelatione credere se esse in gratia per fidem diuinam, quia ad fidem solum pertinent, quæ conducunt ad communem statum Ecclesiæ, me autem habere gratiam, non est huiusmodi, qui autem habet reuelationem suæ gratiæ, tenetur illud credere, non per fidem infusam, sed vel per lumen profecticum cuius generis est illa reuelatio, vel per aliud quodcumque lumen particulare, sibi reuelans.

8. Concl. Octaua conclusio, iusti in hac vita possunt habere cognitionem coniecturalem, licet non omnimodo certam sufficientem ad securitatem, & pacem maiorē, vel minorem iuxta quantitatem maioris, vel minoris sanctitatis: ita, vt sicut vbi est maior ignis, etiam est maior effectus, & demonstratio illius, ita vbi maior fuerit Sanctitas maior sit etiam pax, & securitas, ex proprio enim effectu potest coniecturaliter gratia cognosci, quia vt ait D. Greg. operatur magna si est. Conclusionem sic explicatam docet D. Ber. serm. 37. super cant. & ser. 64. & 66. D. Amb. super Psal. 118. serm. 7. hoc docent de martiribus in agone, D. Greg. lib. 1. dialog. cap. 1. qualia autem sint signa quibus coniecturaliter gratia dignoscatur docent Sancti D. Th. hic docet tria signa, & alij alia plura aferunt ex Sanctis videatur Decan. Loban. art. 9. contra Lutheranos Vega, lib. 9. capit. 45. D. Leo. serm. 8. de Epipha. proprium signum ait esse dilectionem Dei, & proximi etiá inimici volens quis alteri, quod etiam sibi ipsi apetit D. Basil. lib. quæstio quæst. 296. ait esse signum cum quis potest dicere cum Dauid, iniquos odio habui, & legem tuam dilexi, & rursus vidi præuaricantes, & tabescebant, quia eloquia tua non custodierunt, hæc tamen signa, vt diximus formidolosa sunt, nam vt ait sapiens cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.

Ad 1. arg. Ad primum argumentum a principio respondetur, quod in illo loco. vt patet ex contextu loquitur Paulus de promissione incarnationis, quam dicit esse firmā quia non ex meritis, sed ex Dei gratia, & pollicitatione eius omnino infalibili dependebat explicatio est Diuus Thom. ibidem lectur. 3. Diuus Chrisostosom. serm. 8. vel si loquitur de gratia iustificante loquitur conditionaliter, quod firma sit promissio vtique quicumque se disposuerit gratiam recipiet, sed sicut non potest esse certitudo dispositionis, ita nec gratiæ. In secundo autem loco nomine pacis intelligit D. Paulus cessationem à peccatis, & perseuerantiam in amicitia Dei, non autem securitatem per infalibilem certitudinem, explicatio est D. Chrisost. ibidem serm. 9. & D. Leo. serm. de natali Domini. *D. Chris.* *D. Leo.*

Ad tertium locum dicitur testimonium Spiritus Sancti omnino esse certum, & infalibile, iuxta illud Psalm. 18. testimoniū Domini fidele, cæterum non potest nobis certo constare, quod sit testimonium Spiritus Sancti, nisi per propositionem Ecclesiæ vt per specialem reuelationem, vt patet 1. Ioan. 4. consulitur caute ambulare, dum dicitur nollite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, huiusmodi autem inquisitio ab Apostolo monita denotat non haberi certitudinem infalibilem, vtrum sit Spiritus Sanctus testimonium perhibens, quod autem superaddit Apostolus ad verba explicata, certus sum &c. nomine certitudinis intelligit fiduciam, sicut postea cap. 15. ait, certus sum de vobis quod, & ipsi plenie estis dilectione, ideſt spero, & fiduciam habeo & est communis modus loquendi inter homines explicatio, & D. Amb. super hunc locum, & D. Hiero. Epist. 151. quæst. 9. vbi non legunt, vt vulgata certus sum, sed confisus sum, doctrina hæc colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 171. art. 5. Vbi ait impulsum Spiritus Sancti in Propheta loquentis dupliciter esse potest, vel per expressam reuellationem, vel per intrinsecū & tacitum impulsum, testimonium Spiritus Sancti, primo modo omnino est certum, non solum in se, sed Prophetæ. Secūdo autem modo, licet testimonium Spiritus Sancti in se sit certum, non tamen de illo Propheta certus manet, sed dubitare potest, an talis locutio interna sit a Spiritu Sancto, vel non. Ad quartum locum respondetur, loquī de certitudine, quæ haberi potest per signa, vel coniecturas, nō autem de certitudine infalibili, vel vt patet ex contextu loquitur de certitudine fidei, quæ haberi potest, vt infra dicatur, nō autem de certitudine gratiæ, inquit enim vos ipsos tentate si estis in fide, quando autem subdit vos ipsos probate, si Christus habitat in vobis, intelligendus est iuxta prædicta de habitatione per fidem, non autem per gratiam, & charitatem, si sermo

D. Amb. *D. Hiero.* *D. Thom.* *1. Ioan. 4.* *1. Cor. 15*

D. Thom. *D. Chris.*

D. Greg. *D. Bern.* *D. Amb.* *D. Greg.* *D. Thom.* *D. Leon.* *Decan. Lobanen.* *Vega.* *D. Basil.* *D. Leo.*

sit

sit de certitudine infalibili, nam de certitudine per coniecturas secus erit, explicatio
D. Thom. est Diuu. Thom. ibidem lect. 2. & Diuu.
D. Chris. Chrisost. hom. 29. super eundem locum. Ad quintum locum respondetur, quod Diuu. Ioann. loquitur in communi, quod qui diligit Deum, & proximum translatus est a morte ad vitam, quis autem diligat Deum, & proximum omnino manet incertum, si autem loquitur in singulari loquitur de se ipso, & alijs habentibus speciales reuelationem suæ gratiæ. Ad vltimum locum ex Iob respondetur, tantum loqui de peccato imputato ab amicis, ab illo enim nititur mundum se ipsum ostendere, nõ autem loquitur de omni peccato nã de illo certus non erat, & si de omni loquitur intelligendus est de certitudine per coniecturas.

Ad 2. Ad secundum arg. respon. Sanctos loqui de viris eximijs in Sanctitate, & multum profectis de quibus diximus esse probabile habere huiusmodi certitudinẽ moralem suæ gratiæ, sed substinendo nostram probabiliorem sententiam, quod etiam illi seclusa rebelatione non habeant talem certitudinẽ interpretandi sunt Sancti, sicut Sacra Scriptura de certitudine per coniecturas, quæ maior est in maioribus Sanctis, nõ autẽ de certitudine omnino infalibili.

Ad 3. Ad tertium argumentum respondetur, quod si loquamur de certitudine fidei, nullo modo potest esse certum me habere gratiam, quia vt aliqua propositio sit certa, secundum fidem debet inferri ex duabus de fide, idest inferri immediate, si autem infertur ex altera de fide, & altera certa moraliter, vel cognita luminæ naturæ, talis propositio non est certa certitudine fidei, sed certitudine Theologica, quia sequitur mediate ex fide, fides enim niti non potest fundamento humano, vel naturali, vnde huiusmodi propositiones solent apellari de fide secundaria, quia mediate per consequentiam Theologicam inferuntur, quare non est de fide, quod hic sit Sacerdos, vel ille Episcopus, vel hæc Hostia Consecrata, quia ad illationẽ illarum mediat aliqua propositio moralis non omnino certa per fidem. Secus autem est quod hic sit Sumus Pontifex, vel quod hoc sit Concilium rite congregatum, & legitimum. Hæc etiam in particulari attinguntur ab impulsu Spiritus Sancti monẽtis hominem per fidem, si primario, vel secundario non est huius loci, sed 2. 2. quæst. 1. articul. 10. non etiam est certum habere gratiam certitudine Theologica, vel morali; quia quod ego habeam debitã dispositionem, vel minister in Sacramento debitam intentionem non est mihi omnino certum, sed solum coniecturaliter, vt autem esset propositio Theologica, vel omnino certa moraliter illa minor silogismi ex qua hæc propositio infertur deberet esse omnino certa. Ad impugnationẽ autem ibi positam respondetur non solum non posse certo scire se habere contritionem, sed nec atritionem supernaturalem qualis requiritur ad Sacramentum. Quod *Obiectio.* si dicas, non stare esse dolorem propter pœnas inferni, & non esse supernaturalem naturalis enim dolor, vel cognitio pœnas inferni non attingit, quæ supra naturam sunt. Respondetur dolorem posse esse supernaturalem dupliciter, primo extrinsice tantum, tum ex parte obiecti, quod timet, quia supernaturale est, tum ex parte cognitionis intellectus, quæ cum sit cognitio fidei etiam est supernaturalis, intrinsice tamen talis Dolor naturalis esse potest, si semel suppositacognitione fidei in intellectu viribus naturæa voluntate elitiatur. Secundo modo potest esse dolor supernaturalis etiam intrinsice, vt si eliciatur à voluntate viribus supernaturalibus, & auxilio supernaturali adiuta recepto in ipsa, atritio ergo extrinsice supernaturalis certo potest cognosci, non autem si supernaturalis sit intrinsice, quia licet posset certificari de auxilio intellectus habente rationem luminis non tamen de auxilio voluntatis habente rationem impulsus atritio igitur habens rationem dispositionis ad Sacramentum, & gratiam illius debet esse supernaturalis intrinsice quæ quidem cognosci non potest certo (vt dictum est) *Ad conf.* Ad confirmationes respondetur, quod vt aliquis non peccet, nec possit Sacramentum reiterare non requiritur habere omnimodam certitudinem dispositionis, sed sufficit humana qualis coniecturis haberi potest adhibita sufficienti diligẽtia, quod insinuauit Paulus dicens, probet autem se ipsum homo, idest probationem humanã *Ad 4.* adhibeat.

Ad quartum arg. respond. D. Tho, hic aliam esse rationem fidei cum sit lumen intellectuale se ipsum manifestans, quod non curri[illegible]atia, dona autem Spiritus Sancti h[illegible] intellectualia sint, propter conexionẽ tamẽ cum gratia (quã fides non habet) certo cognosci non possunt, sicut nec ipsa gratia, sed de hoc amplius dub. sequenti.

Ad

Ad 5. Ad quintum argumentum respondetur, positum fundamentum in illo esse sufficiens vt certificetur de gratia pueri baptiçati, respectu tamen propriæ gratiæ certificari non potest, quia nullum fundamẽtum certum potest esse, siquidem de intentione ministri certo constare non potest.

Ad 6. Ad sextum argumentum respondetur pacem, & tranquilitatem esse coniecturam gratiæ, non autem signum infalibile, quia etiam in peccatoribus ex ignorantia propriæ culpæ talis tranquilitas esse potest, vnde 1.Ioan. 3. dicitur, si cor meum non reprehenderit nos fiduciam habeamus ad Deum, fiduciam dixit non certitudinem. *Ad conf.* Ad confirm. dicitur non pertinere ad Dei bonitatem prestare omnimodam certitudinem, sed sufficit coniecturalis, licet hæc maior, quo amicitia est maior.

Ad 7. Ad septimum argumentum respondetur, quod si verũ est quod dici solet 2.2.q. 124.& 3. part. quæst.66.artic.12. & ibi *Caiet.* Caietan. & *Soto* in 4.dist.4.quæst.vnica *Soto.* art.11.quod licet martirium iustificet parbulos, & faciat vere Martires ex opere operato, adultos tamen non nisi ex opere operantis quare requiritur actus charitatis, & contritio peccatorum vt verum sit Martirium, tunc argumentum nullas habet vires, *1.Solutio.* quia cum non possit certificari de charitate, & contritione consequenter nec de martirio; sed quia probabile est sufficere attritionem cum martirio. Respõdetur iuxta probabilem sententiam. Aliqui enim dicunt martirium non consumari, nec causare sui gratiam, vsque ad primũ non esse hominis quia mors est de intrinseca ratione martirij, quod videtur docere D.Thom.22.loco citato art.4. tunc ergo dicitur, quod cum in præsenti vita nunquam sibi constet de martirio, nunquam sibi in præsenti vita constare potest de gratia iustificante. *2.Solutio.* Substinendo autem quod martirium consumatur in hac vita quando vulnus fuerit læthale. Respondetur ad arg. etiam tunc de propria gratia non certificari cum de dispositione requisita non certificatur (vt dictum est) de accedente ad Sacramentum. Et si dicatur quos tenet nullam prorsus dispositionem esse requisitam ad martirium, sed solum subire mortem pro Christo, quia potest contingere sic subito rapi, vt nullo modo de dispositione possit deliberare. Respondetur, vt dicitur 3.part. loco citato hanc sententiã esse improbabilem, sed necessario requiritur detestatio peccati si in illo erat formaliter per contritionem, vel attritionem, vel saltem virtualitet, & eminenter per actum charitatis quo vult pati pro Christo

Ad confirm. resp. quod cum Ecclesia errare non possit in canonizatione Sanctorum ex speciali assistentia Spiritus Sancti quia hoc pertinet ad bonum commune Ecclesiæ, ideò in canonizatione est omni moda certitudo gratiæ martiris per fidem sub cuius obiecto cadit illa veritas determinata in exercitio autem passionis martiris non est tale fundamentum, nec fidei certitudo cum tunc non pertineat ad statum Ecclesiæ nec sit specialis assistentia Spiritus Sancti id reuelantis, vnde infieri, martir de propria gratia certificari non potest. *Ad conf.*

Ad octauum arg. resp. Angelum posse certificari de sua gratia propria arguitiue, quir cum comprehendat naturam, & in illa videat non claudi talem actum dilectionis quem habet consequenter cognoscit esse supernaturalem disponentem ad gratiam, & sic cognoscit certo se habere illam etiam quandiu viator erat, quæ ratio de homine viatore non cucrit, & sic nihil contra nos. doctrina est Durand. in *Duran.* 1.dist.17.quæst.4.num.9. & Caiet. 3.p. *Caiet.* quæst.76.art.7. de quo plenius, 1.part. quæst.57.art.5. *2.Solutio.* Secundo respondetur, etiam Angelum non certo cognoscere vltimam dispositionem gratiæ, quia licet comprehendat naturam, & videat illum actum dilectionis in illa, non contineri, stando tamen viribus naturæ manet suspensus vtrum ille actus sit supernaturalis, vel alterius ordinis naturæ sibi ignotæ. sicut consimiliter doceri solet 3.p. de misterio incarnationis quantum ad sub sistentiam naturæ humanæ quam suplet. Ad confirm. resp. Theologiæ proportionari Deum, ut rebelans communia Eccle *Ad conf.* siæ status, quia Theologia procedit ex principijs fidei, tanquam sibi primis, cum ergo me habere gratiam non pertineat ad communem statum Ecclesiæ, vt causans Deus meam gratiam, non proportionatur Theologiæ, vt per ipsam certo cognosci possit: secus autem est de scientia infusa Christi Domini, quæ quia subalternatur scientiæ beatæ, & est in Christo Domino, velut in capite est principium cognoscẽdi gratiam cuiuscumque fidelis, quia sub obiecto scientiæ capitis cadit cognoscere de suis membris.

Dubium

Dubium II.

Vtrùm quilibet fidelis certo, & infalibiliter cognoscat se habere fidem diuinam, & infussam?

Arg.1. 1.p.negat. PROBATVR, Quod non primo; non est omnino certum istum esse baptizatum, ergo nec habere fidem infussam, anteced. patet ex dictis supra, consequentia probatur, quia fides infunditur in baptismo. Si respondetur etiam infundi per baptismum sanguinis, vel flaminis, vnde etiam si sibi non constet de baptismo aquæ potest sibi constare certo de fide alias infussa. Contra quia etiã ibi certo constare nõ potest de Baptismo sanguinis, vel flaminis, quæ tantum habentur per contritionem, & dilectionẽ Dei, de quibus certitudo infalibilis esse non potest (vt supra dictum est.)

2.Arg. Secundo arg. si propter aliquam rationem posset esse certitudo propriæ fidei, maxime quia potest quis experiri se, paratũ esse omnẽ aliam euidentiam relinquisse potius, quam quæ proponentur ab Ecclesia, sed hæc ratio est nulla, ergo. Probatur minor, quia Cathecumenus ante Baptismum est taliter paratus: & nihilominus non est certus se habere fidem maxime si teneatur conferri in baptismo quem non dum accepit. *Solutio.* Si resp. tunc esse certum etiam si non sit baptizatus se habere fidem, quia experitur se assentiri tantum ex motibo supernaturali. *Impug.* Contra arg, quia non est certum infalibiliter vtrum conferatur fides solum in baptismo an etiam extra quia vtrumque est probabile, ergo non est certus infalibiliter se habere fidem, patet cõsequentia, quia si esset certus se habere illam esset certus conferri extra baptismũ ergo non est certus conferri extra Baptismum, quia est probabile, tantum conferri in illo non est omnino certus infalibiliter, ante baptismum se habere fidem.

3.Arg. Tertio arg. si posset haberi huiusmodi certitudo maxime ex experientia actũ illius, sed hoc non ergo, probatur minor, nam actus fidei diuinæ, & humanæ maximam inter se habent afinitatem, & aparientiam ergo ex actu essendi non potest certificati de fide infussa, quia non potest certo distinguere si ab infussa, vel adquisita procedat cũ sit maxima similitudo vtriusque actus.

Quarto arg. nam D. Tho. 2.2. quæs. 1. art. 2. ad 4. asserit non esse certum de fide, quod in hac numero hostia contineatur Christus, quia non est certum secundum fidem apposita fuisse omnia media ad consecrationem, sed similiter non est certum apponi necessaria ad fidem supernaturalem, ergo non est certum habere fidem. *4.Arg. D.Thom.*

Quinto arg. nõ est certum de fide, nisi quod pertinet ad comunem statum Ecclesiæ, sed me habere fidem non pertinet ad comunem statum Ecclesiæ ergo nõ est de illo certitudo fidei. *5.Arg.*

Sexto arg. ad certitudinem fidei duplex auxilium requiritur alterum ex parte intellectus, alterum ex parte volũtatis quia ad fidem requiritur pia afectio, sednõ potest esse certitudo de auxilio ex parte voluntatis, ergo nec huius quod est me habere fidem. *6.Arg.*

Septimo arg. de his quæ habent certitudinem fidei nullo modo licet dubitare, sed potest dubitare vtrum habeat fidem ergo illud non est certum certitudine fidei. *7.Arg.* Si respondetur, quod qui dubitaret, licet non esset hæreticus, quia non certitudo primaria fidei me habere illam esset, tamen suspectus de hæresi quia hoc secundario pertinet ad fidem, Contra tum quia supponit falsum, non enim secundario pertinet ad fidem, nisi quod sequitur ex altero principio fidei, & altero cognito lumine naturali, sed me habere fidem non est huiusmodi, nulla enim propositio omnino naturaliter, vel moraliter certa potest assignari pro minori in silogismo, vt inferatur me habere fidem, cum de requisitis ad illam non possit esse omnimoda certitudo (vt dictum est,) tum etiam impugnatur, quia si hoc sequeretur de fide etiam secundario, nõ solum esset suspectus de illo dubitans, sed dicendum esset in fide errare, error enim est dubitare de pertinentibus secundario ad fidem. *Solutio.* Si respondetur non errare in fide sic dubitantem cum vtraque pars sit probabilis, & quod sit certum certitudine fidei me habere illam, & oppositum, non autem potest esse error inter duas opiniones probabiles manere suspensum. *Impug.* Contra quia si vtrumque est probabile, ergo non est omnino certum secundum fidem me habere illam, certitudo enim non compatitur cum formidine clausa in opinione. *Solutio.* Si respondetur, nullo modo

do posse dubitare, quemquam de substantia assensus fidei, quia hoc omnino certum est, & in se illud experiatur, posse tamen dubitare, vtrum talis assensus sit ex motiuo naturali, vel non. Contra, nam *Impug.* ratio formalis assensus fidei diuinæ consistit in assensu ex motiuo supernaturali: ergo si dubitat de motiuo absolute dubitat de fide supernaturali, & sic non est certum certitudine fidei se habere illam.

Arg. 1. pro parte affirmatiua. Sed pro parte affirmatiua sunt alia argumenta. Primo probatur ex Diuu. Thom. 2. Corint. 13. lectio. 2. & 1. part. *D. Thom.* quæstion. 87. artic. 2. ad primum, & hic ad secundum, vbi expræsse ponit differentia inter fidem, & scientiam ex vna parte, & gratiam ex altera, quod gratiam quis certò cognoscere non potest, bene autem scientiam, & fidem. Item asserit Diuu. Augustin. libr. 3. de Trinit. capit. *D. Aug.* 1. & super Psalm. 32. Contione prima vbi ait, quod licet quis respondere nõ possit interrogatus: vtrum sit iustus, bene autem interrogatus: vtrum sit fidelis, & in Christum credat.

Ad 1. arg. Secundo arguitur, ratione Diuu. Thom. natura lucis est, non solum alia, sed se ipsam manifestare, sed fides habet rationem luminis intellectualis: ergo non solum manifestat, quæ ex parte obiecti proponuntur, sed etiam sui ipsius certitudinem facit, maior patet, tam in lumine corporali, quam intellectuali, vt scientia, intellectio. verbum, &c.

Ad 3. arg. Tertio arguitur, prophetia facit sui certitudinem & euidentiam, & non solum obiecti prophetati: ergo similiter fides, antecedens est Diuu. Thom. 2. 2. *D. Thom.* quæstion. 171. artic. 5. consequentia vero probatur, nam ex eo prophetia certificat de se, quia multoties inclinat ad ea, quæ rationi naturali repugnant, secundum se, vt quod Abraham occideret proprium filium, sed similiter fides inclinat, cum certitudine ad assentiendum alicui, qui secundum se repugnat lumini naturali, vt quod Deus sit mortuus: ergo fides causat sui certitudinem, nisi enim certo cognosceret, illud a Deo reuelatum nõ assentiretur tali veritati.

Ad 4. arg. Quarto arg. Theologia, & donum scientiæ reducũtur, vt ad prima principia ad fidem: ergo est certus de fide, patet cõsequentia, quia si quis nõ esset certus principiorum; nec etiam esset certus scientiæ, *Ad conf.* quæ ad talia principia reducitur. Confirmatur, nõ est maior certitudo actus, quã obiecti, sed fidelis habet certitudinem obiecti fidei, ergo etiam ipsius fidei. Maior probatur, quia eo ipso, quod quis dubitaret de actu illius, quo iudicat hominem esse risibilem consequenter dubitaret, de ipso obiecto cognito, ergo stante certitudine obiecti, non stat dubitare de actu circa tale obiectum, ergo stante certitudine obiecti fidei, non stat dubitare de ipsa fide.

Quinto arguitur, fidelis experitur in se ipso, quod prudenter assentiatur propositis ab Ecclesia: ergo & quod habeat fidem, patet consequentia, quia prudenter assentiri propositis ab Ecclesia pertinet ad ipsam fidem. Confirmatur, non stat assentiri omnibus propositis ab Ecclesia, & non habere fidem, sed quis certo cognoscit, non dissentiri alicui veritati propositæ, ergo certo cognoscit se habere fidem. Maior probatur, quia licet fide humana, & adquisita possit quis assentiri vni, vel alteri veritati fidei, non tamen omnibus. Minor vero probatur, quia ipse experitur paratum esse potius mori, quam ab aliquo proposito ab Ecclesia recedere.

Ad 5. arg. *Ad conf.*

Ad 6. arg. Sexto arguitur, quilibet certo cognoscit se non esse Paganum, Mahometum, Iudæum, &c. Ergo certo cognoscit se esse fidelem, patet consequentia quia a sufficienti diuisione alijs negatis, quod remanet, infertur, species ergo infidelitatis sunt prædictæ, vt ait D. *D. Thom.* Thom. 2. 2. quæstion. 10. artic. 5. sic ergo cognoscit, certo non esse infidelem, certo cognoscit se esse fidelem.

In hac re est prima sententia negatiua nullum fidelem posse certo, & infallibiliter scire se habere fidem. Hanc tenẽt Iuniores discipuli D. Thom. hic & 2. 2. quæst. 6. art. 2. quam fere omnes aprobant, vt probabilem. *1. Sent.*

Secunda sententia est affirmatiua posse certo. & infalibiliter fidelem scire se habere fidem, licet authores istius, non eadem via procedant. Aliqui enim dicunt posse habere certitudinem euidentiæ. Alij vt Lorca esse certitudinem experientiæ actus, alij autem solum certitudinem fidei. Rursus, aliqui dicunt posse esse huiusmodi certitudinem, quantum ad actum fidei, non tamen quantum ad habitum. ideſt certificatur, quod habeat actum fidei hic & nunc, non autem vtrum talis actus proueniat ab habitu fidei infusæ. Sic Caietan. 2. 2. quæ- *Caiet.* *2. Sent.* *1. Modus explicãdi.* *2. Modus*

Durand. *Ricard.* *Scot.* *D. Bona.* *Vega.* *Rofens.* *Zumel.* *3. Modus.* *Vnlentia.* *4. Modus.* *Medina.* *Vazquez.* *Scotus.* *Soto.* *Znmel.* *5. Modus.* *Bañez.*

stion. 6. artic. 1. Durand. in 1. distinctio. 17. quæstion. 4. Ricardus ibidem, quæstion. 5. artic. 5. ad 1. & in 3. distinction. 23. in expositione textus, Scot. in 3. distinctio. 23. quæstion. vnica, §. sed quid dicis, Diuu. Bonauentur. ibidem dub. 4. Vega libr. 9. in Tridentin. cap. 13. & 37. & Rofensis, artic. 14. & Zumel dicit hic, hoc esse probabile. Alij autem dicunt non solum esse certitudinem actus, sed etiam principij illius, licet in communi, non tamen in particulari: itaque certo cognoscit se habere actum fidei, & illum procedere ex motiuo auxilij supernaturalis, non autem certo cognoscit: vtrum tale auxilium est per modum habitus, an per modum transeuntis, & actus. Sic Valentia 2. 2. quæstion. 6. puncto 1. Alij vero dicunt fidelem habere certitudinem, quod habeat fidem, non certitudinem euidentiæ, sed certitudinem fidei. Qui etiam inter se diuisi sunt quidam dicũt esse tantam certitudinẽ, sicut quæ est de obiecto ipsius fidei. Ita tenet Medina hic conclusione 3. Vazquez disputatio 201. capit. 2, Scotus in 3. distinctio. 23. quæstion. 1. Soto, 3. de natura, & gratia, cap. 7. & in Apolog. contra Catherin. capit. 5. & Zumel hic, videtur tenere hanc sententiã. Alij vero dicunt huiusmodi certitudinem, non esse tantam, sicut de ipso obiecto fidei, sed minorem, quia quæ se tenent ex parte obiecti attinguntur directe per assensum fidei, ipsa autem fides attingitur indirecte, cognoscitur enim ad cognitionem obiecti. Sic Bañez, 2. 2. quæstion. 6. artic. 2. dub. 3. conclusione 4. & 5.

Not. 1. Pro intelligentia notandum primo, quod hic non loquimur de fide formata, sed de informi, nam cum formata includat gratiam, sicut non potest esse certitudo gratiæ, ita nec fidei formatæ: Itaque ratio quare fides formata, non potest esse, quod de illa habeatur certitudo est suppositio gratiæ, quam ipsa fides formata includit: secus autem est de fide informi, de qua nulla est repugnantia, quod de illa habeatur certitudo, cum gratiam, nec necessario supponat, nec includat.

2. Not. Secundo notandum est, certitudinem esse in duplici differentia, vt supra dictum est, aliam euidentem, & claram qualis reperitur in scientia, aliam obscurã, qualis reperitur in fide supernaturali.

3. Not. Tertio notandum est, posse aliquid cognosci, dupliciter vno modo directe, alio modo reflexe. Rursus cognoscere aliquid directe stat, dupliciter vno modo in actu signato, vt cum cognitum habet rationem obiecti actus cognitionis, alio autem modo in actu exercito, vt cum cognoscitur ad cognitionem obiecti, vt quando lux videtur in exercitio, per visionem colorati verbum, & intellectio ad cognitionem rei intellectæ, siue repræsentatæ per verbum visio, vt attingit obiectum visum, quantum ipsa volitio, dicitur etiam voluntaria: quatenus vt attingit obiectum, & ipsa est volita in exercitio. Doctrina est Arist. 3. de anima. *Arist.*

Prima conclusio, quilibet fidelis certo cognoscit se habere fidem. Hæc est D. Thom. hic vbi expresse assignat differentiam inter fidem, & scientiam ex vna parte, & gratiam ex altera, quod gratiæ, non potest esse certitudo, bene autem fidei, & scientiæ. Sic enim loquitur D. Thom. solutione ad 2. discrimen assignans inter gratiam ex vna parte, scientiã & fidem ex alia: ad 2. dicendum, quod de ratione scientiæ est, quod homo certitudinẽ habeat de his quorũ habet scientiam; & similiter de ratione fidei est, quod homo sit certus de his, quorum habet fidem. Et hoc ideò, quia certitudo pertinet ad perfectionem intellectus, in quo prædicta dona existunt, & ideò quicũque habet scientiam, vel fidem, certus est se habere. Non est autem est similis ratio de gratia, & charitate, & alijs huiusmodi, quæ perficiunt vim appetitiuam. *1. Concl.* *D. Thom.*

Secunda conclusio, nullus fidelis potest habere certitudinem, quod habeat fidem habitualem. Probatur, quia non est certitudo scientiæ, vel fidei, quod fides sit habitus, licet enim decretum sit in Concilijs gratiam, & virtutes Theologicas vere inhærere in anima, non tamen decretum est, quod sint habitus, bene verum est esse temerarium oppositum asserere, quia cum sit de fide inhærere, & fere euidens in philosophia, quod accidens inhærens sit habitus inde est temerarium esse dicere fidem, verbi gratia, habitum non esse, cum de fide sit esse accidens inhærens. *2. Concl.*

Tertia conclusio, nullus homo fidelis habet certitudinem euidentẽ, quod habeat fidem supernaturalem. Probatur primo, quia aliàs haberet euidentiam creditorum in ateste, consequens est falsum, quia hoc solum probabiliter Angelis potest atribui, ergo. Sequela probatur, quia si euidenter cognoscit se habere reuelationem Dei, cum *3. Concl.*

cum euidenter etiam cognoscat Deum, non posse mentiri euidenter, etiam in à testante cognoscit reuelatum esse verum (verbi gratia) quod Deus sit trinus, & vnus. Secundo probatur, ad fidem supernaturalem requiritur pia affectio ex parte voluntatis, sed non potest esse euidentia, quod sit talis pia affectio ex impulsu supernaturali: ergo non potest esse euidentia, quod habeatur fides. Tertio probatur, aliquid potest cognosci euidenter, vel in se ipso, vel per illationem euidentem ex principijs, sed nullo istorum modorum potest haberi euidentia fidei, ergo. Probatur minor, quo ad primam partem, non aliquid in se tantum cognoscitur euidenter per experientiam, sed quod ego habeam fidem non potest experiri: ergo. Probatur ista minor, quia licet experiatur actus credendi, non autem experitur supernaturalitatem talis actus, & quod sit ex motiuo diuino, & absoluto: nam si huius esset experientia euidens hæreticus habens assensum credendi, aliquam veritatem Catholicam cognosceret euidenter illum actum, non esse fidei diuinæ per experientiam euidentem defectus motibi diuini, qui enim per experientiam euidentem cognoscit positiuum, etiam euidenter cognoscit priuatiuum, per defectum positiui, vt qui appertis oculis euidenter per experientiam videt lucem euidenter cognoscit tenebras luce deficiente. Secunda vero pars minoris principalis, patet ex Diuu. Thom. in Arist. quia non potest mihi euidenter constare de voluntate Dei causante fidem, ergo non potest etiam euidenter cognosci ex princi-- pijs,

4. Concl. Quarta conclusio, nullus fidelis habet certitudinem fidei, vel Theologiæ in actu signato, quod habeat fidem. Itaque non datur actus reflexus, qui habeat certitudinem fidei terminatus, vt ad obiectum ad ipsum actum, vel habitum fidei, taliter quod actus, vel habitus fidei habeat rationem obiecti crediti, per talem actum reflexum habentem certitudinem fidei. Probatur, me habere fidem non est reuelatum immediate, nec mediate: ergo non est obiectum, cuius possit esse certitudo fidei, vel Theologiæ, consequentia patet, nam tantum his duobus modis, potest aliquid obiectiue pertinere ad fidem. Antecedens vero probatur, quoad primam partem, quia me habere fidem, non est aliquid propositum ab Ecclesia, vt credendum, nec reuelatio facta est, nisi de pertinentibus ad communem statum illius (vt supra dictum est.) Secunda vero pars antecedentis probatur, nam illud est mediate reuelatum, quod infertur, per euidentem, consequentiam ex altera propositione de fide, & altera cognita lumine naturali, sed me habere fidem, non sic potest inferri, ergo. Probatur minor, quia licet hæc sit de fide, quod qui assentitur propositis ab Ecclesia ex motiuo diuino habeat fidem, quod ego sic assentiar non est mihi euidens (vt dictum est) ergo non potest inferri me habere fidem per euidentem consequentiam, vt dicatur mediate reuelatum. Confirmatur, quia non potest mihi esse certum certitudine fidei habere dispositiones ad fidem; ergo nec potest esse certitudo fidei de ipsa fide. Secundo probatur, quia sequeretur hominem teneri ex præcepto credere se habere fidem, consequens est falsum, ergo. Sequela probatur, quia præceptum est credendi certis, & infalibilibus, & reuelatis a Deo: ergo si me habere fidem est huiusmodi, ergo, &c.

Nec valet respondere esse mediate, & secundario reuelatum, non (inquam valet, quia non tãtum tenetur quis assentiri immediate reuelatis, sed etiam mediate, vt fidelis, v. g. tenetur assentiri, quod Christus est risibilis. Tertio prob. cõclusio dicere, quod cognoscitur fides, per actum reflexum, & quod cognoscatur certitudine fidei non stant simul, ergo. Probatur antecedens, actus reflexus quo cognosco me habere phylosophiam non pertinet ad phylosophiam, quia non habet rationem formalem actus phylophiæ, scilicet tendere in obiectum cernens materiam sensibilem, quia in hoc habitu phylosophiæ, vt obiecto actus reflexi non reperitur. Similiter actus reflexus quo cognosco me habere habitum primorum principiorum non pertinet ad habitum principiorum, quia actus habitus principiorum est circa veritatem indemostrabilem. Veritas autem, quæ attingitur per actum reflexum est demonstrabilis, demonstrabile enim est me habere habitum principiorũ, ergo actus reflexus, quo cognosco me habere habitũ primorũ principiorũ: nõ pertinet ad habitum principiorũ, ergo similter a-

actus reflexus, quo cognosco me habere fidem, nullo modo potest pertinere ad ipsam fidem, & consequenter, nec habere certitudinem illius, consequentia ista patet ex paritate rationis: quam ponit Diu. Thom. inter fidem, & scientiam. Etsi contra arguas, quia probabile est actum reflexum, quo cognosco phylosophiam reductiue pertinere ad phylosophiam, & quo cognosco habitum principiorum reductiue pertinere ad talem habitum: ergo actus reflexus, quo cognoscitur fides poterit reduci ad ipsam fidem, licet primo, & per se ad illam, non pertineat. Respondetur illud, quidem probabile esse, & similiter, quod infertur de fide, sed quia probabilius est oppositum (vt diximus,) ideò probabilius sustinemus de fide actum reflexum cognitiuum fidei, non esse actum fidei; nec pertinere ad illam. Etsi rursus arguas, quia in alijs habitibus naturalibus pertinentibus ad intellectum, non repugnat dari actum reflexum cognitiuum illorum præter cognitionem exercitam propriij actus: immo & ipsa cognitio, & verbum reflexiue cognosci possunt, licet in exercitio per se ipsa cognoscantur: ergo similiter de fide poterit dari actus reflexus cognitiuus illius habens certitudinem fidei, sicut & ipsa fides cognita. Respondetur, quod quando ipsa cognitio, vel verbum reflexiue cognoscuntur eadem luce cognitionis, vel verbi directi, siue conceptus directi, sed alia luce, scilicet alia cognitione, & alio conceptu reflexo distincto a directo cognito: si ergo fides reflexiue cognosci debet hoc non erit per lumen ipsius fidei, sed alio lumine diuerso supernaturali, quod esse non potest, nisi specialis reuelationis. Etsi dicas probabile esse cognitionem, & conceptum directum reflexiue cognosci eodem lumine, id est, sine productione alterius conceptus, sed per præsentiam sui ipsius: ergo similiter poterit fides proprio lumine cognosci reflexiue. Respondetur, illud esse probabile, sed probabilius oppositum est, quod asserimus, vnde licet probabiliter, sic posset dici de fide probabilius, tamen dicitur, quod nos diximus requiri aliud lumen ad cognitionem reflexam illius, eedem enim rationes, quæ probant conceptum directum, non posse per se ipsum cognosci cognitione reflexa, conuincunt etiam non posse fidem cognosci se ipsa in actu signato cognitione reflexa: tum etiam, quia fides non potest elicere actum, nisi circa obiectum, quod fide teneri debet, sed hoc totum, me habere fidem, non est obiectum de fide tenendum: ergo actus quo iudico me habere fidem supernaturalem, non est actus fidei supernaturalis. In his quatuor conclusionibus conuenit nobiscum Suarez, lib.9.cap.12.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Suarez.

Quinta conclusio, quilibet fidelis cognoscit certo certitudine fidei se habere fidem in actu exercito per eundem actum fidei. Itaque actu, quo cognoscit Deum esse trinum in actu signato, cognoscit in actu exercito eundem actum fidei, & principium a quo procedit, & in hoc sensu intelligendus est Diuus Thom. in articulo, & hanc conclusionem probant argumenta pro parte affirmatiua, fundatur que in communi doctrina, quam docet Diuus Thom. 1. part. quæstion. 87. articul. 3. Hanc esse naturam intellectus, vt dum producit actum circa obiectum, simul cognoscat actum per eundem metactum habentem rationem luminis. cuius natura est, & alia, & se ipsa, manifestare simul, quod ergo communiter dicitur de intellectione, & verbo a Metaphysicis, nos asserimus de actu cognitione fidei dixi autē huiusmodi certitudinem esse fidei contra aliquos, qui dicunt illum actum fidei certificari de obiecto obscure, de se autem ipso clare, & euidenter. Itaque (inquiunt) quod fides est lumen in euidens in ordine ad obiectum, quod primo, & per se habet certificare, in ordine autem ad se ipsum certificandum est lumen clarum, & euidens, quia hoc habet secundario, & in exercitio.

5. Concl.

D. Thom.

Nos autem dicimus, quod cum sit eadem ratio manifestandi obiectum in actu signato, & se ipsum in actu exercito, & vtrumque eadem illustratione, simul fiat si in ordine ad obiectum est lumen obscurum, & in euidens, idem habebit in ordine ad se. Quapropter certitudo, quæ habetur de actu, vel habitu per eundem metactum in actu exercito erit certitudo in euidens fidei.

Nota tamen, quod quando dicimus per actum fidei cognosci ipsum met actum, & habitum fidei supernaturalem, non debet intelligi cum reduplicatione proprij conceptus, quasi cognoscat talem actum, vel habitū esse supernaturalem, sed cognoscit actum, & habitum supernatura-

Nota.

pernaturalem ex parte obiecti cogniti, & in exercitio, sicut & contingit in aliis cognitionibus naturalibus. Etsi dicas nullum experiri in se ipso huiusmodi certitudinem exercitam, quæ habetur de actu fidei, per eundem metactum: ergo est fictitia. Respondetur, cum Magistro Bañez 2.2. quæstion. 1. art. 4. dub. 3. ad 3. nō semper omnia nos percipere, quæ in nobis contingunt, rusticus enim per habitum principiorum multis veritatibus assentitur, quod tamen ipse non percipit, nec vidit quo principio illis assentiatur. Etsi rursus arguas, contra conclusionem, quia sic sequeretur, quod etiam in actu exercito dona Spiritus Sancti intellectualia certo cognoscantur, cum etiam habeant rationem luminis intellectualis. Respondetur concedendo sequelam, par enim in hoc est ratio, atque de fide. Etsi arguas ergo poterit in exercitio cognosci me habere gratiam, quia cum huiusmodi dona gratiæ sint connexa, si in exercitio cognoscit dona per actum donorum in exercitio cognoscet, etiam gratiam coniunctam, cum donis. Respondetur, lumen intellectuale solum certificare in exercitio de se ipso, de alio autē, sibi connexo, non certificat; nisi arguitive, ad quod requiritur cognitio reflexa, hæc autem non est, nisi per reuelationem (vt est dictum) & sic gratia, sine reuelatione certo cognosci non potest.

Obiectio. *Solutio. Bañez.* *Obiectio.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

Sexta conclusio, quilibet fidelis cognoscit certo morali excludente omnem hæsitationem, etiam in actu signato, quod habeat fidem, & hoc etiam conuincunt, multa argumenta, pro parte affirmatiua, & hoc etiam sufficit, vt aliquis possit: respondere se esse fidelem, immo & illud iurare, quia ad iuramentum sufficit certitudo moralis, potest enim iurari esse Romam, & mihi certius est me habere fidem, quam Romam esse. Item hoc sufficit, vt non peratur fides, sed augmentum fidei, de quo non potest esse certitudo, vt dictum est, sufficere certitudinem moralem, vt baptismus, non reiteretur, in hac conclusione conuenit Suarez, vbi supra. Etsi contra dicas, quia etiam poterit esse certitudo moralis donorum Sacramenti, & consequenter de gratia, quia non videtur, maior ratio de fide, quam de donis. Respondetur, non esse eandem rationem de fide, & de donis, quia cum dona habeant connexionem, cum gratia, sicut non potest certitudo moralis gratiæ: ita nec donorum in ratione donorum, & vt supernaturalia sunt, licet quantum ad substantiam, & in ratione intellectuali: percipi possit, cum certitudine, sicut & fides.

6. Concl. *Suarez.* *Obiectio.*

Ex his ergo patet solutio ad omnia argumenta posita à principio, quæ enim militant pro parte negatiua probant, non posse certo certitudine fidei cognosci fidem in actu signato, & reflexiuæ, non autem probant, non posse cognosci in actu exercito, vel certitudine morali (vt dictum est,) quæ autem militant pro parte affirmatiua probant de cognitione certa morali, vel de certitudine fidei in actu exercito: non autem probant de cognitione certa in actu signato, & reflexa, sed quoniam alia specialia in illis tanguntur; ideò sigilatim ad illa respōdetur.

Solutio. Ad arg. à principio pro parte negatiua.

Ad primum pro parte affirmatiua respondetur Diuu. Thom. respondere negando consequentiam, quasi transeundo. Antecedens non autem affirmando illud esse verum; itaque licet posset esse certitudo fidei, non tamen inde sequitur esse certitudinem gratiæ, ratione differentiæ assignatæ a Diuo. Thom. non autem affirmauit, antecedens, quod fides certo cognosci possit, nisi forsam intelligatur de certitudine morali, vel exercita (vt dictum est) Diuu, etiam Augustinus, vel loquitur de certitudine actus fidei, quantum ad substantiam actus, non autem quantum ad supernaturalitatem, & si de hac loquitur, tamen intelligitur de certitudine morali.

Ad 1. arg. pro parte affirmatiua.

Ad secundum argumentum respondetur, probare certificationem sui in actu exercito: nam in actu signato aliud lumen requirit (vt dictum est.) Ad tertium respondetur, non esse eandem rationem de prophetia, & fide: nam prophetia est lumen pure intellectuale nullo modo dependens ex voluntate prophetæ fides autem (vt dictum est) requirit piam affectionem voluntatis, vnde licet prophetia faciat sui certitudinem, non tamen fides.

Ad 2. arg. *Ad 3. arg.*

Ad quartum aliqui Theologi (vt Vazquez, 1. part. quæstion. 1. artic. 2. tenent Theologiam, non supponere fidem in eodem subiecto; vnde etiam in hæretico dicunt manere Theologiam, qua ratione ex certificatione Theologiæ, non sequitur certificatio fidei, sed quis hæc doctrina est falsa aliter. Respondetur, ex do-

Ad 4. arg. 1. Solutio. Vazquez. falsa. *2. Solutio.*

Caiet. ctrina Caietani, ibidem, quod Theologia solum certificat de se, quantum ad id, quod habet commune, cum scientijs naturalibus, quantum ad supernaturalitatem, autem quã habet prout pendet à fide, ex qua deducitur, non sui certitudinem facit. Vel clarius respondetur, quod in scitijs perfectis dependentibus ex principijs euidentibus currit illa ratio in scientia, autem imperfecta qualis est Theologia, cum deducatur ex principijs ineuidentibus, non sequitur ad illam omnino certitudo de habitione suorum principiorum. *Ad conf.* Ad confirmationem respondetur, quod de actu: dupliciter potest esse certitudo primo, quantum ad eius entitatem, & existentiam in subiecto, secundo quantum ad eius veritatem, si loquamur, secundo modo non est maior certitudo obiecti, quam actus, & e contra: si autem loquamur primo modo, non est eadem certitudo entitatis, & existentiæ actus in subiecto, sicut certitudo, quæ habetur de veritate illius, vt circa obiectum versatur: Quapropter licet fidelis non possit dubitare de veritate assensus, sicut de veritate obiecti, potest tamen dubitare de veritate assensus vtrum sit naturalis, vel supernaturalis, vt patet in Philosopho, qui non dubitans de veritate huius propositionis Deus est, potest dubitare de entitate illius actus: vtrum sit a scientia, vel à fide dubium: ergo de verita e actus facit in fidelem, non autem dubium de entitate illius. *Obiectio.* Etsi dicas, quod habens actum scientiæ, non tantum certificatur de veritate actus, sed etiam de entitate illius, quia non solum est certus, illum actum esse verum, sed etiam scientificum, & demonstratiuum: ergo similiter de actu fidei. *Solutio.* Respondetur, quod cum actus scientiæ procedat ex euidentibus per demonstrationem, adeò lumen est clarum, vt vtrumque manifestet, lumen autem fidei, cum sit obscurum, & ineuidens potest certificare de veritate actus, non autem de entitate illius.

Ad 5. arg. Ad quintum respondetur, quod licet fidelis experiatur se credere omnibus propositis ab Ecclesia, non tamen experitur ex quo motiuo assentiatur, ad fidem enim infussam requiritur, & lumen proponens, & pia affectio voluntatis ex motiuo diuino ad assentiendum propositis. cum ergo de hoc motiuo, sibi constare non possit merito dubitabit: vtrum fide diuina, vel humana propositis, assentiatur licet actum credendi, quantum ad substantiam experiatur in se ipso, & per hoc patet. *Ad conf.* Ad confirmationem, nam etiam omnibus propositis posset ex motiuo humano assentiri.

Ad 6. arg. Ad vltimum respondetur, sufficere habere actum credendi, etiam humanum vt quis non incidat in hæresim; nec dicatur alterius sectæ, potest ergo esse certus, non esse paganum, &c. quia est certus, quod habet actum credendi circa propositam ab Ecclesia, non tamen inde sequitur, quod sit certus se esse fidelem, quia ad hoc non sufficit actus credendi, quantum ad substantiam, sed ex motiuo diuino, cuius certus esse non potest, quia nec potest esse certus, quod acceperit fidem in baptismo, vel post illum etiam si post baptismũ sit certus, non habuisse actum dissentiendi rebus fidei, sicut (verbi gratia) licet aliquis sit certus post susceptionem Sacramenti, non commisisse aliquod mortale, non tamen est certus se habere gratiam Sacramenti, quia non est certus se suscepisse illam: sic ergo quia nunquam habuit actum diserendi, certus est, non amisisse fidem, sed non ideò est certus se esse fidelem, quia non est certus recipisse fidem & hæc de hoc articulo, & tota quæstio. 112.

Quæst. 113. De effectu gratiæ operantis, qui est iustificatio impij.

Art. I.

Vtrùm iustificatio impij sit remissio peccatorum.

PRIMA Conclusio iustificatio passiue acepta importat motum ad iustitiam, sicut calefactio motum ad calorem. *1. Concl.* Secunda conclusio iustificatio non importat motum, ad iustitiam stricte dictam, vt est virtus Cardinalis, sed ad iustitiam large sumptam, vt importat rectitudinem interiorem hominis ad Deum, & partis inferioris ad rationem. *2. Concl.* Tertia non summitur hic iustificatio per modum simplicis generationis quæ est ex priuatione ad formam qualiter facta est in Adam, & *3. Concl.* in

in Angelis, sed per modum motus à contrario in contrarium, quatenus importat transmutationem quandam de statu iniustitiæ, & peccati ad statum iustitiæ, & gratiæ. Quarta conclusio, iustificatio sortitur, hoc nomen ex termino ad quem, quia remissio peccati se habet, vt terminus a quo, & motus a termino ad quem sortitur nomẽ, & speciẽ. Quinta virtualiter est cõtenta in quarta, quæ sententia est responsiua articuli iustificatio impij est remissio peccati.

4. Concl.

5. Concl.

Circa primam, & secundam conclusionem nota, quod hoc nomen iustificatio multiplicem habet significationem, primo solet accipi pro eo, quod est aliquẽ in iuditio, vel extra iustum ostendere, iuxta illud Prouerb. 17. Qui iustificat impiũ & condẽnat iustum abominabilis est vterque apud Deum. De quo Diuu. August. lib. de Spiritu, & litera, cap. 26. explicans illud ad Roman. Factores legis iustificabuntur in hoc sensu intelligitur illud Lucæ. 16. vos estis, qui iustificatis, vos corã hominibus, quem locum explicat D. Ciprian. lib. 3. Epist. 13. ad Stephanum, de illis qui simulant Sanctitatem illam exterius magnificantes, & illud Psalm. 50. Vt iustificeris in sermonibus tuis, secundo solet accipi pro augmento gratiæ, iuxta illud Eccles. 18. Ne verearis, vsque ad mortem iustificari, & Apocalipsi 22. Qui iustus est iustificetur, adhuc & Iacob 12. Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide secundum, quæ loca in prædicta aceptione, explicat Concil. Tridentin. Sessio. 6. capit. 10. super quod eleganter loquitur Vega, libr. 10. capit. 8. Tertio solet accipi iustificare pro eo, quod est alium criminibus vincere, & superare, iuxta illud Ezechiel 16. Vicisti sorores tuas peccatis tuis sceleratiuæ agẽs eis iustificatæ sunt enim à te. Quarto accipitur iustificatio pro prima acquisitione iustitiæ, & rectitudinis, interioris de hoc loquitur ad Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & capit. 4. Credenti ei qui iustificat impium, & capit. 6. Qui mortuus est iustificatus est a peccato, quem locum explicat eleganter Diuu. Chrisostom. ibidem, serm. 10. ad propositum, & sic summitur a Duu. Thom. hic, & Soto 3. de iustitia, quæst. 1. art. 1. & 2. 2. quæst. 57, art. 1. agitur ab interpretibus Diuu. Thom. imò, & Arist. 5. Ethi cor. cap. vltimo, agnouit aceptionem iustitiæ pro verificatione interiori, licet ipse non nouerit ratificationem supernaturalem gratiæ nouit tamẽ verificationem naturalem, & sic summitur a Diuu. Thom. hic, hæc ergo iustificatio summitur, dupliciter vno modo actiue ex parte Dei infundentis iustitiam, alio modo passiue ex parte hominis recipientis illam, non enim loquimur de iustificatione primo, sed secundo modo, quæ (vt clarius explicatur) cum sit de nominatiuum a iustitia tot modis continget, sicut & iustitia aqua nominis habet appellationem iustitia, ergo (vt patet ex Diuu. Thom. hic) cum importet rectitudinem ordinis, duplex est altera rectitudo stricte dicta, quæ importat rectitudinem ordinis ad alium, quæ quidem est virtus Cardinalis, & hæc diuiditur à Diuu. Thom. 2. 2. quæstion. 58. in iustitiam partieularem, & legalem particularis, quæ importat rectitudinem ad alium singularem hominem alia, vero est legalis, quæ importat rectitudinem ad bonum commune, quæ principaliter residet in principe, secundario, autem in subditis eius: alia vero est iustitia large sumpta, vt dicit ordinem rectitudinis internæ inferioris partis ad rationem, & rationis ad Deum, & hoc modo summitur iustitia in præsenti, & agimus de iustificatione, vtius est denominatiuum, hæc autem iustitia, adhuc summitur, dupliciter primo imperfecte, & incomplete, qualiter fit per vnam, vel alteram virtutem, quælibet enim virtus habet iustificare in propria materia perfecte autem, & complete, retificatio fit, per collectionem omnium virtutum, sic enim in nulla materia manet homo de ordinatus: rursus hæc perfecta rectitudo summi potest, vel formaliter, vel radicauiter, formaliter fit, quia virtutes existentes in potentijs, quas retrahunt à malo trahentes ad bonum radicaliter, autem ratificatio fit per gratiam existentem in animæ essentia: quatenus fons est omnium virtutum per quas fit formaliter retificatio potentiarum in præsenti: ergo nomine iustificationis primo, & per se intelligimus acquisitionem iustitiæ radicalis qualis est gratia, secundo autem acquisitionem virtutem, quod enim primo, & per se acquiritur in remisione peccati est gratia, consequenter autem virtutes consecutæ ad ipsam.

Not. Circa 1. & 2. con.

D. Aug.

Luc. 16.

D. Cipria.

Psal. 50.

Apoc. 22.

Con. Trid.

Vega.

Ezech. 16

D. Chris.

D. Thom.

Ariſt.

D. Thomas

Circa tertiam conclusionem nota, nõ esse verum, quod ait Caietanus D. Tho. debere intelligi large de motu: quatenus motus etiam appellari solet mutatio à priuatione ad habitum, cum ergo inquit Caietanus, transacto actu peccati non remaneat

Not. circa 3. concl.

neat,nisi priuatio. iustificatio solum erit transitus aprinatione ad formam gratiæ. & sic erit motus a contrario in contrarium large loquendo: hoc tamen falsum est, nã vt supra patuit transacto actu peccati aliquod positiuum manet per modum deformitatis, & deordinationis habitualis, quod vere corrumpitur, & definit esse in acquisitione formæ gratiæ, quare vere, & propriè est motus à contrario in contrarium.

Not. circa 4. concl. 1. Modus Caiet.

Circa quartam conclusionem notandum: remissionem peccati summi dupliciter primo materialiter pro peccato remisso secundo, formaliter pro ipso remisso esse, quando ergo D. Thom. dicit remissionem peccati tenere se ex parte termini a quo loquitur materialiter, nõ formaliter, nam vt sic ex parte termini ad quem se tenebit, vt infra patebit.

Not. circa 5. concl.

Circa quintam conclusionem nota, multiplicem esse modum explicandi illã, Caietan. art. 6. sequenti dicit remissionem peccati, & infusionem gratiæ esse eundem numero motum, & mutationem realiter loquendo, & quod sola ratione distinguitur: quatenus prius intelligitur expelli peccatum, quam introduci gratiam: itaque non solum (vt aliqui volunt cũ Vazquez) illa propositio est vera iustificatio est remissio peccati in sensu causali, sicut ista generatio vnius est corruptio alterius, quia si hoc solum haberet, etiam hæc esset vera acquisitio charitatis est remissio peccati, quia illud est causa istius, quod tamen negat D. Thom. hic, & quæst. 28. de veritate, art. 1. ad 6. vt ergo specialiter verificetur de iustificatione, quod non verificatur de acquisitione charitatis. quod sit remissio peccati iustificatio, & remissio debent esse omnino, idem realiter motus, & mutatio, eundem modũ sequitur Zumel hic, licet alia via ipse enim tenet peccatum esse relationẽ, cũ ergo ad relationẽ, nõ sit motus consequenter, nec ad corruptionẽ, non ergo est alius motus remissio peccati, quia non est motus, sed consequenter ad motum infusionis gratiæ. Scotus autem in 4, dist. 16. quæst. 2. & Gab. dist. 14. q. 1. licet existiment peccatum esse relationem: nihilominus asserunt opinionẽ præ dictæ sententiæ, & dicunt iustificationem esse motum realiter distinctum a remissione peccati, quia ipsi non reputant inconueniens ad relationem esse motum saltem ad extrinsecus aduenientem, quam ipsi vocãt. Inter has duas extremas opiniones, sequitur media Soto. 2. de natura, & gratia, capit. 18. & Cutiel infra, articul. 6. dubio 3. infusionem gratiæ, & remissionẽ peccati esse quidem eundem numero motum, diuersam tamen mutationem realem, hoc enim etiam modo in Philosophia procedit, quando enim expellitur frigiditas, & acquiritur calor tantum est vnus motus integratus ex duabus mutationibus, altera enim est mutatio perditio frigiditatis, & altera acquisitio caloris, ex vtraque tamen vnus resultat motus, qui ad sui integritatem requirit, & recessum à termino aquo, importatur enim in illo mutatio vna, & accessus ad quem, in quo importatur altera; hæc sententia, sine dubio est vera pro cuius intelligentia nota, quod (vt supra dictum est) in opinione versatur, vtrum peccatum consistat in priuatiuo: an vero etiam formaliter consistat in positiuo, qui ergo tenent consistere in priuatiuo consequenter tenentur dicere infusionem gratiæ, & remissionem peccati esse realiter eandem mutationem & solum ratione distinctam, sicut illuminatio vnica, tantum est mutatio, tenebra enim, cum tãtum sit aliquid priuatiuum expulsio eius, non potest esse mutatio realis distincta a mutatione reali, quæ est inductio luminis (mutari enim realiter est secundũ aliquid reale) si ergo in illuminatione non est aliquid reale, nisi inductio luminis tantũ in hoc erit mutatio realis, & sic expulsio tenebræ dicitur esse prius natura, quam inductio luminis, non habet hoc verum de prioritate reali, quæ vera propria, & in rigore est prioritas, sed prioritate rationis tantum, quatenus non intelliguntur simul habitus, & priuatio, sed per habitũ priuatio tollitur, sic ergo procedẽdũ est de infusione gratiæ, & remissione peccati, si peccatum est aliquid priuatiuum. Sed quoniam supra asseruimus probabilius, & certum esse in D. Thom. peccatum consistere in positiuo consequenter, dicendũ est, cum Mag. Soto esse eundem motum integre ex recessu peccati, & accessu ad gratiam, in quo tamen duplex realis mutatio reperitur, cum sint assignabiles quatuor termini ex quibus duplex mutatio realis resurgat, altera enim est a peccato in non peccatum, altera vero a non gratia in gratiam, sicut alia est mutatio a frigiditate in non frigiditatem, & altera a non calore in calorem, motus tamen solus vnus, quia licet ad mutationem realem sufficiat alter terminus realis ad motum tamen realem requiritur, vterque terminus realis, cum ergo ibi tantum sint duo termini reales tamen

Cõtra Vazquez.

D. Thom.

2. Modus Zumel.

3. Modus Scot. & Gabriel.

4. Modus Soto.

men potest esse vnus motus, coniunctus tamen alter priuatiuus, cum quolibet positiuo ex duobus priuatiuis, cum duobus positiuis potest cõstitui duplex mutatio: imò vt optime, notat Curiel in illo loco citato, licet peccatum actuale cõsistat in priuatiuo peccatum, tamen habituale positiuam maculam importat, quæ per infusionem gratiæ excluditur, & habet se vt terminus aquo positiuus sufficiens ad motũ, & duas mutationes explicatas. Etsi dicas, quod mutatio est quid superius ad motũ: ergo non potest esse vnitas motus, & diuersitas mutationis, sicut non potest esse homo vnus, & duplex animal Respondetur, mutationem summi dupliciter primo large, vt quid commune ad motum, & mutationem stricte dictam, secundo stricte pro mutatione condistincta à motu, licet ergo stante vnitate motus inferatur vnitas mutationis communiter dictæ, non tamen infertur vnitas mutationis stricte dictæ, potest enim in motu habere vnitatẽ, & in mutatione stricte dicta diuersitatem. Etsi adhuc instes, quia sequitur, quod quãdo remittuntur plura peccata per infusionem gratiæ erit multiplex mutatio ex ratione prædicta. Respondetur, quod licet moraliter remissio peccati, etiã multiplex sit vna mutatio, & ratione prædicta, & appelletur vna remissio, tamen physice conceditur esse tot mutationes ex parte termini aquo, quod sunt peccata expulsa, sicut si per introductionem vnius accidentis expellantur duo absque dubio ex parte termini aquo est duplex mutatio, cum ergo quodlibet peccatum distinctam realitatem importet positiuam tot erunt mutationes ex parte termini aquo, iustificationis quod fuerint peccata expulsa, ex dictis sequitur, quam optime iustificatio definiatur in præsenti à Diuo. Thom. quod iustificatio est translatio hominis à statu iniustitiæ, & peccati ad statum iustitiæ, & gratiæ, quæ definitio aceptata est in Concil. Triden. Sess. 6. cap 4. de iustitia facta per Sacramẽtũ baptismi: dicit enim quod talis iustificatio est translatio de statu in quo nascimur filij Adæ in statũ gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui modus loquendi est D. Paul. ad Ephe. 1. Qui dignos nos facit in partẽ sortis Sanctorum Dei. & transtulit de potestate tenebrarum in Regnum dilectionis filij sui.

Obiectio. *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Pal.* *Con. Trid.* *Ad Ephes. 1.*

Dubitatur.

Vtrũ in iustificatione propriè remittatur peccatum, & omnino tollatur, & non solum dicatur remitti, quia tegitur, vel quia nõ imputatur?

PROBATVR Primo, quod solum remittatur per non imputationẽ Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata beatus vir. cui non imputauit Dominus peccatũ, & ad Roman. 4. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam, 2. Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians, sibi non reputans illis delicta ipsorum. Item Psal. 44. Remisisti iniquitatem plebis tuæ opperuisti omnia peccata eorum, ecce quomodo in his locis iustificatio appellatur tectio, & non imputatio peccati, ergo non vere tollitur, sed tantum tegitur. *1. Arg.* *Psal. 31.* *Rom. 4.* *2. Cor. 5.* *Psal. 44.*

Secundo impossibile est in hac vita esse, sine peccato: ergo in iustificatione non omnino tollitur, ed vt plurimum tegitur, & non imputatur. Antecedens probatur, quia impossibile est in hac vita impleri præceptum dilectionis, vt docet Augustin. lib. de Spirit. & littera, circa finem & lib. 9. confes. cap. 13. væ etiam vitæ laudabili, si remota misericordia discutias eã, iuxta illud Psalm. 142. Non intres in iudicio, cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 14. dicit, quod omnis humana iustitia, in iustitia esse conuincitur, si districto iudicio iudicetur, iuxta illud Isai. 64. Facti sumus inmũdi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ, hoc idem clamat, 1. Ioann. 2. Si dixerimus, quod peccatũ non habemus ipsi nos seducimus, item quia etiam post iustificationem, nulli dubium manere concupiscentiam, quæ tamen constat esse peccatum, vt patet ad Rom. 7. Nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, vbi secundum omnes nomine peccati intelligit concupiscentiam, ergo homo nunquã est, sine peccato per iustificationem, non tollitur, sed vt plurimum tegitur, & non imputatur. *2. Arg.* *Psal. 142.* *Isai. 64.* *1. Ioan. 2.* *Rom. 7.*

Tertio non potest verificari, nec de peccato actuali, nec de habituali, quod *3. Arg.*

tollatur, & destruatur: ergo tantũ tegitur, probatur antecedẽs, de peccato actuali, quia iam non est, Quando homo iustificatur: ergo tunc non potest destrui de habituali, vero probatur, nam peccatum habituale duo importat. & habitum vitij, & carentiam rectitudinis, sed per iustificationem, non tollitur habitus, quia etiam iniustis potest remanere, sed tollitũ tum carentiam rectitudinis, non sufficit, vt sit vera destructio, quia hoc importat amotionem alicuius entitatis: ergo non potest assignari qualiter in iustificatione sit destructio peccati. *Conf.* Confirmatur peccatũ nihil aliud est, quam fuisse contra legem sed fuisse contra legem destrui non potest, quia ad præteritum non est potentia ergo nec peccati destructio esse potest, sed tantum non imputatio ad pœnam.

4. Arg. Quarto eodem modo iustificatur homo, nunc atque si iustificaretur, sine infusione gratiæ per extrinsecam tantum acceptationem (, vt communiter solet dici,) sed si illo modo iustificaretur, non destrueretur peccatum: ergo nec modo. Minor probatur, quia priuatio non destruitur, nisi per aduentum formæ contrariæ, sed in illo casu non esset forma contraria peccati, scilicet gratia infusa: ergo peccatum non proprie destrueretur.

Sent. Luthe. Calvin. In hac re Lutherani, & Caluini tenent in iustificatione peccatum non destrui, sed vere manere in ipso, iustificato, licet non imputetur ad pœnam, & ex merito Christi cooperatur, vt habens illud nõ displiceat Deo, sed possit ab illo benedictionem obtinere, vnde aducunt illud Gen. *Genes.27.* 27. Quod Iacob. indutus est veste Esau ad benedictionem obtinẽdam, quasi esset Esau, cum tamen esset Iacob, sic (inquiunt) peccator inductus Christi iustitia obtinet benedictionem a Patre, quasi esset iustus, cum tamen in re sit peccator licet compertus Christi indumento, iuxta *Rom.13.* illud Paul. ad Rom. 13. Induimini Dominum Iesum Christum, sit tamen conclusio.

Conclusio. Conclusio hæresis est manifesta huiusmodi assertio, & fide Catholica est in iustificatione, non tantum tegi, & non imputari peccatum, sed vere, & proprie remitti, tolli, destrui, & ab anima pelli, hæc *Ezec. 36.* probatur Ezechiel 36. fundam super nos *Isa.43.* aquam mundam, & mundamini ab omnibus iniquitatibus vestris, Isaiæ. 43. Ego sum qui deleo iniquitates vestras, ad *Rom.4.* Roman. 4. Nihil damnationis est his qui *1. Cori.6.* sunt in Christo Iesu. 1. Corint. 6. Hic alii quando eratis (enumerando multa genera peccatorum,) sed abluti estis, sed iustificati estis, vbi iustificationẽ ablutionem nominat. Sicut ergo in ablutione sordes nõ teguntur, sed tolluntur, ita in iustificatione fide Catholica, & proprietate Sacræ Scriptur. dictum est, peccata non tegi solum, sed vere tolli. Secundo probatur, ex determinatione Concilij Tridentini, in quo de originali, sic habetur, sessio. 5. Ca *Con. Trid.* non. 5. si quis per Iesu Christi Domini gratiam, quæ in baptismate confertur reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum, id quod veram, & propriam peccati rationẽ habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari anathema sit, de peccato vero actuali sic habetur Sessione. 6. Can. 25. si quis inquolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intollerablius est) mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri, tũque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationẽ anathema sit. Tertio probatur, authoritate sanctorum Augustini libr. 1. contra duas *D. Aug.* Epistolas Pelagianorum, cap. 13. ex professo impugnat hunc errorem, D. Greg. *D. Greg.* lib. 9. Epistolar. Epist. 39. & alij quos citabimus solutione ad primũ. Quarto probatur, in isto errore est euidens contradictio, ergo. Probatur antecedens, reatus pœnæ, est effectus intrinsecus peccati, & inseparabilis ab illo, vt ostensum est, sup. quæst. 89. art. 1. ergo contradictio est dicere maneat peccatum realiter in anima, non & imputari ad pœnam, Cõfirmatur peccatum ex sua natura facit subiectum odio habitum, & in proportionatum diuinæ dilectioni, iuxta illud Sap. 14. Odio est *Sap.14.* Deo impius, & impietas eius, gratia e contra facit subiectum amabile, & bonum. & proportionatum diuinæ dilectioni, sed est impossibile simul esse bonum, & malum dilectum, & odio habitum proportionatum, & inproportionatum amori: ergo etiam simul habere gratiam, & peccatum etiam rectum. Confirmatur 4. in iustificatione fit homo filius Dei: ergo nullo modo manet peccatum in illo, antecedens patet Ioa. 1. Dedit eis potestatem filios Dei *Ioan.1.* fieri, & 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Consequentia vero probatur, quia si maneret peccatum esset filius Diaboli, quia qui facit peccatum seruus est peccati, est autẽ impossibile, simul esse filium Dei, & Diaboli, quia vnum includit necessario negationem alterius: ergo

Ioan.3.

go in iustificatione peccatum non manet, sed omnino destruitur. Vltimo probatur, eadem est ratio vnius contrarij respectu alterius, & è contra, sed peccatum omnino destruit gratiam: ergo gratia omnino destruit peccatum qui plura desiderat huius conclusionis, videat Decanum Lobanien sem artic.2.pag.53. & infra. & Soto lib.1.de natura, & gratia, cap.11. & in 4. dist,6.quæst.1.artic.1.Rosen.art.2. contra Luthetum in fine, & Ruardus art.8.

Videatur Decanus.
Soto.
Rosensis.
Ruardus.

Ad 1.arg. D.Thom.

Ad primum argumentum à principio respondetur, ex D.Thom. artic. sequenti ad 2. & 3 part.quæst.88.art.1.ad 4. quod in Sacra Scriptura nomine non imputationis, non solum importatur actus diuinæ voluntatis, sed etiam terminus eius realiter productus in anima, quod est gratiæ infusio, & per illam peccati destructio. Huic consonat illud Psal.84. Remisisti iniquitatem plebis tuæ operuisti omnia peccata eorum, vtrumque dicit in iustificatione reperiri, & remissionē peccati per eius destructionem, & quod opperiatur per Dei beneuolentiam: itaque opperiri, vel non imputari non sumitur præsisse pro actu Dei, sed etiam prout includit peccati destructionem ex parte effectus, vide Soto 2.de natura, & gratia, cap.19. Diuus Ambros.lib.de Apolog.Dauid, cap.13. vbi ait, quod peccata quæ non aspicit Deus delet, & in lib.de Elia, & de ieiunio cap.4.dicit, quod peccatum tegit gratia, quando remittit illud hæc est legitima explicatio, licet etiam aliter explicetur a D. Gregor.lib.32.Moral.cap.1. & D.Ambros.lib,2.de pœnitentia, capit.5.quod opperiri, vel tegi peccata non referatur ad primam iustificationem in qua vere peccatum remittitur quantum ad culpam, sed refertur ad satisfactionem subsequentem per bona opera quibus dicitur tegi, vel opperiri peccatum, vel non imputari quatenus reatus pœnæ, quæ etiam in iusto remanserat per huiusmodi satisfactionem auferetur, vide amplius supra quæst.110. art.1.dub.2.

Psal. 84.
Soto.
D.Ambr.
D.Greg.
D.Ambr.

Ad 2.arg.

Ad secundum argumentum respondetur, bene posse impleri præceptum dilectionis in hac vita, & hominem omnino peccato carere, Diuus autem Augustinus loquitur de perfecta obseruantia talis præcepti, quæ tamen in patria reperitur. Loca autem Sacræ Scripturæ, quæ insinuant hominem sine peccato non esse loquuntur de venialibus in quibus septies in die cadit iustus, & hoc etiam non intelligūt pro semper, sed regulariter, & per multū tempus, nam in aliquo brebi tempore, etiam ab omni veniali, quis potest esse immunis. Ad D.autem Gregor. respondetur, quod de iustitia nostra possumus loqui, dupliciter primo comparatiuæ ad iustitiam Dei, secundo absolute in se considerata comparatiuæ, non manet in illa nomen iustitiæ, iuxta illud Iob.9. Non iustificabitur homo compositus Deo, hoc est comparatus Deo, absolute tamen iustitia est exemplum huius est ex Diu. Augustin. lib.11, confessio, cap.4. vbi docet, quod opera creationis comparata ad Deum, nec entitatem, nec bonitatem dicuntur habere, absolute tamen, & entia, & bona sunt, & hoc ideo, quia in huiusmodi reperitur duplex analogia, & atributionis, & proportionalitatis, vt atributionis membrum minus principale quale est creatum, non dicitur formaliter, sed tantum extrinsice tale, quia tamen cum hac analogia simul est altera absolute cōsideratæ creaturæ, & formaliter, & intrinsice entia, & bona sunt, sicut vere iusti, & Sancti. Ad illud autem de concupiscentia multoties est dictum appellari peccatum, quia est effectus peccati originalis, & quia ad peccatum inducit, non autem quia ipsa peccatum sit. Vnde non obiat in iusto remanere.

Iob 9.
D.Aug.

Ad 3.arg.

Ad tertium negatur antecedens, ad probationem pro prima parte respondetur, quod peccatum actuale, licet formaliter transierit virtualiter manet in termino, scilicet macula causata ex illo, quod aliter dicitur, quod transit actu, sed remanet reatu, quātū ad id ergo quod post se relinquit vere remittitur, & destruitur. Ad secūdā probationē, quod cum formale peccati consistat in positiua deordinatione vere destruitur peccatum in iustificatione per destructionem talis deordinationis, licet materialiter in ratione cuiusdam habitus vitium in iusto possit remanere. Et etiam si teneatur formale peccati esse priuationem, saluatur vere, destrui per aduentum formę contrariæ, scilicet gratiæ, sicut vere dicitur destrui tenebras per aduentū lucis Ad confirmationem patet ex dictis, quod licet fuisse nō possit destrui, macula tamē relicta ex feciisse siue sit priuatiua, siue positiua remittitur, & destruitur per aduentum gratiæ, verum est physice loquendo, non ita proprie seruare nomen destructionis expulsionem priuatiui, sicut expulsio contrarij positiui, proprie tamen absolute loquendo, & in esse morali, cum omni rigore expulsio talis maculæ peccati (etiam

Ad confirm.

si

si esset priuatiua) nomine remissionis, & destructionis appellari decet secundũ fidem (vt dictum est.)

Ad 4. arg. Ad vltimum respondetur, illam iustificationem possibilem, sine infusione gratiæ, non esse eiusdem rationis physice loquendo, cum illa quæ modo est, quia nec esset destructio propria peccati, nec gratiæ infusio, sicut modo reperitur. Quapropter non sequitur, si tunc non esset remissio, & destructio propria peccati, *2. Solutio.* quod modo non sit. Vel secundo respondetur, etiam tunc vere destrui peccatum, quia dupliciter aliquid destrui potest, vel per aduentum formæ contrariæ, vel per immediatam sui remotionem: tunc ergo, licet non per gratiam expelleretur tamen a Deo macula peccati per hoc, quod in subiecto non remaneret, siue sit positiua siue priuatiua deformitas destrueretur. Etsi *Obiectio.* dicas, quod supposita opinione, quod peccatum est relatio nõ potest proprie destrui, quia ad relationẽ, nõ est motus, nec productus, nec corruptiuus: ergo non est de fide proprie corrumpi, & destrui. Respon- *Solutio.* detur, illam sententiam esse falsam, sed illa supposita, respondetur sufficere, quod talis relatio in re non maneat post iustificationem, siue sit primario, siue secundario amor, vt proprie dicatur peccatum corruptum, & destructum per iustificationẽ de hoc dubio plura videantur, quæ diximus supra quæst. 110. articul. 1. dub. 2. agentes de gratia qualiter sit animæ inhærens.

Art. II.

Vtrùm ad remissionem peccati, quæ est iustificatio impij requiratur gratiæ infusio?

CONCLVSIO Non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ. In hoc articulo solet moueri primum dubium, vtrum iustificatio fiat per aliquam iustitiam interna intrinsice receptam in anima, an vero solum extrinsice per iustitiam Christi, sed de hoc egimus supra quæst. 110. art. 1, dub. 2. Vnde hic tantum notandum est, quod licet iustitia nostra sit a Deo, & Christo Domino, & sit causaliter ab extrinseco, non tamen secundum rationem communem, qua omne creatum est à Deo sed specialissima ratione (vt supra dictum est) nihilominus gratia dicitur proprie nostra, quia licet sit ab alio vere nobis inhæret, & a nobis possidetur, quapropter possumus aliquid iustitiæ allegare coram Deo ex gratia in nobis recepta non quidem superbiendo, quasi ex nobis haberetur, sed humiliter cognoscentes illam a Deo esse receptam.

Aliud dubium solet etiam moueri vtrum de potentia Dei absoluta possit remitti peccatum, sine infusione gratiæ, sed de hoc etiam egimus supra quæst. 110. & forsitan etiam agemus de illo iterum in hoc articulo: modo ergo est.

Dub. I.

Vtrùm peccatum mortale, & gratia opponantur physice ex natura rei, an vero solum moraliter?

PROBATVR Hoc secundum primo aliquid non opponitur alteri physice, & ex natura rei nisi causando in subiecto formam contrariam, sed peccatum non ponit in anima formam contrariam gratiæ ergo peccatum non opponitur gratiæ ex natura rei, minor probatur, nam secundum sententiam probabilem peccatum consistit in priuatione, & si aliquid positiuum importat ex parte materialis, scilicet habitum hoc non habet rationem formæ contrariæ ad gratiam, quia in ratione habitus cum illa potest remanere (vt supra dictum est.) Si respõdea- *Solutio.* tur probabilius esse peccatum consistere in positiuo, & secundum illud probabilius dici peccatum opponi gratiæ ex natura rei. Contra nam hæc ratio non cutrit de peccato omissionis de quo certum est in omnium opinone consistere in priuatiuo. *1. Arg.* *Impug.*

Secundo arguitur oppositæ ex natura rei, secundum Aristotelem continentur sub eodem genere, non solum generalissimo, sed sub eodẽ, mediato saltem, licet nõ omnino immediato, sed peccatũ, & gratia non habent huiusmodi conuenientiã cum alterum sit naturale, alterum vero supernaturale ergo. *2. Arg.*

Tertio arguitur, contraria ex natura rei debent esse in eodem subiecto, & per *3. Arg.*

mutuam

mutuam mixtionem sunt intensibilia, & remisibilia, sed peccatum, & gratia neutrum habent.ergo, probatur minor,quo ad primam partem, nam peccatum est impotentia gratia in essentia animæ: ergo non sunt in eodem subiecto secunda vero pars probatur,nam gratia licet sit intensibilis,non tamen potest remmitti, sed vel tota perdi, vel in eodem gradu remanere. Confirm.contraria ad mutuã expulsionẽ debent se tangere,& esse saltem contigua sed si gratia est in anima,peccatum vero in potentia non possunt habere huiusmodi contactum,& contingentiã: ergo non habent contrarietatem propriam, & physicam.

Ad4.arg. Quarto arguitur peccatum mortale, & veniale in eadem materia ex paritate illius, vel exinde liberatione sunt eiusdem speciei,saltim in esse naturæ cum sint circa idem obiectum,ex quo sumitur specificatio naturalis, sed peccatum veniale non opponitur gratiæ ex natura rei,cum nec expellat ,nec remittat illam,quorum alterum deberet facere quodcumque contrarium quantumcumque minimum-ergo nec mortale habet huiusmodi contrarietatem.Consequentia patet, quia non stat duo esse eiusdem naturæ, & vnũ habere contrarietatem ex natura rei, & non alterum.

Ad5.arg. Quinto comestio carnium in die veneris non potest opponi gratiæ, nisi ex prohibitione , & lege, nam ante legem non habebat huiusmodi contrarietatem:ergo talis oppositio solum est moralis, & non physica,patet consequentia, nam physice illæ actus est,semper idem,& mutatio secundum legem,solum est mutatio moralis ergo si oppositio est ex lege tãtum est moralis.

Ad6.arg. Sexto arguitur secundum arist.vnũ non contrariatur, nisi vni at peccatũ contrariatur virtuti) vt supra patuit ergo nõ

Ad conf. gratiæ,quæ a virtute distinguitur,secundum D.Thom. Confirmatur actus non opponitur habitui, sed actui ergo peccatum non contrariatur gratiæ, patet consequsntia peccatum est actus, gratia vero

Ad7.arg. habitus, vt supra dictum est.

Septimo arguitur, secundum probabilem sententiam peccatum, & gratia pos-

Ad conf. sunt esse simul de potentia absoluta:ergo non opponuntur ex natura rei. Confirmatur secundum probabilem sententiam existenti in mortali potest Deus conferre beatitudinem, quæ est gratia consumata ergo peccatum non opponitur physice gratiæ.

Ad8.arg. Vltimo arg. nõ potest subiectũ capax contrariorum physice esse, sine altero illorum, vt patet in omnibus, sed proprium subiectum peccati, & gratiæ scilicet homo potest esse, sine vtroque vt si consideretur impuris naturæ : ergo peccatum, & gratia , non opponuntur ex natura rei.

In hac re præsuposita diuersitate dicendi multorum vtrum oppositio peccati ad gratiam sit immediata,an vero mediata aliqui enim dicunt esse mediatam ex parte effectuum tantum, qua ratione dicuntur conatariæ forma ignis,& forma a quæ quatenus effectus illarum, scilicet calor, & frigiditas opponuntur immediate autẽ ipsæ formæ contrariæ non sunt, quia substantiæ, nihil est contrariũ sic (inquiunt) peccatum,& grattia mediate opponuntur quatenus effectus gratiæ,& peccati quod est Deum diligere , & odire in compassibiles sunt. Alij autem dicunt oppositionẽ esse immediatam, quia est secundum effectus formales gratiæ,& peccati, quia effectus cum ipsis formis non ponunt in numero effectus, enim formalis est gratiæ facere Deo gratum peccati vero Deo exosum,quæ tamen inter se omnino repugnãt hoc (inquam)omisso, quia nihil interest ad oppositionem, vtrum sit physica, vel moralis.

Est prima sententia Scoti in 2,dist. 28,& 37.quæst.vnica, & in 4.dist.16. circa finẽ quæst.2. & Grab.dis.14.quæs. 1.art,2.& 1.dist.17.quæst.4.art,3.dub. 3.Hanc oppositionem tantum moralem esse ex diuina ordinatione,sic decernente quod peccato admisso gratia expellatur, quod decretum facere posset, cum quacũque alia forma,vt illa posita gratia expeleretur, non tamen hoc contingit ex natura rei rerum enim naturis solum attentis peccatum , & gratia simul essent, hanc etiam sententiam sequntur Ocan.4.dist.3. Ioan.de Medina, Codice de pœnitentia, quæst.12.§.corolarie , sequitur Ricard. 3.dist.31.art.1.quæst.2.D.Bon.ibidem, & 1.dist.17.2.par.dist.artic.1.quæst.2. Durand.quæst.10.& 3.dist.31.quæst.1. Paludan.3.distin.31. quæstion.1.articulo.3. Almain. tractat.2. Moral. capitul.5.

1.Sent. Scot. Gab.

Ocam. Medina. Ricard. D.Bona. Duran. Palud. Henric. Conrrado

Secunda sententia est, quã tenet Lorca hic disput.40.quod peccatum actuale, & gratia solum opponuntur moraliter ex pacto , quia peccatum actuale consistit in priuatione rectitudinis actus oppositi, nõ autem gratiæ,vnde hæc priua[tio] physice

2.Sent. Lorca.

oppo ii

opponi possunt eo, vel maxime, quod actus, & habitus qualis est peccatū, & gratia sunt diuersi generis, & oppositionem phisicam habere non possunt: si autē peccatū in habitu consideretur cum importet maculam positiuam in anima oppositione phisicam ex natura rei habere potest cum gratia.

Tertia sententia est vera, & tenenda quam existimo D. Thom hic, & 22. quæs. 24. artic. 10. estque communis omnium Thomistarum, Caiet, in præsenti, & 2, 2. quæst. 2. art. 10. Soto 2. de natura, & gratia cap, 18. imò, & Bazquez in præsenti disputat. 204. à cap. 24. per multa capita, & Suarez lib. 7. cap. 12. peccatum, & gratiā phisicæ, & ex natura rei esse oppositā sicut album, & nigrum frigidum, & calidū & non solum moraliter.

3. Sent. vera. D. Thom. Caiet. Soto. Vazquez. Suarez.

Hæc sententia curritin omni opinione, siue tenentium formale peccati esse aliquid positiuum, siue tenentium aliquid priuatiuum in opinione, quod sit aliquod positiuum nulla est difficultas defendēdi, hāc sententiam in opinione autem, quod sit priuatiuum compatitur etiam esse oppositionem realem, & ex natura rei, tum quia priuationis ad formam optime salua tur ex natura rei oppositio in phisicis, vt inter cecitatem, & visum tenebras, & lucem, licet hæc oppositio sit priuatiua non contraria supposito formale peccati esse priuatiuum, quia licet formaliter importet priuationem, hæc tamen priuatio fund atur in aliquo positiuo phisice, & realiter excludente gratiam, & erit tunc oppositio priuatiua ex parte formalis, contraria tamen ex parte materialis, & solum erit discrimen, quod in opinione, quod peccatum formaliter est positiuum erit, oppositio contraria primo, & per se ex parte rationis primarie, suppositio autem quod sit priuatiuum erit oppositio contraria: Secundario ex parte materialis, primario autem erit priuatiua.

Probatur ergo primo hæc sententia gratia cum ex natura rei sit participatio diuinæ naturæ, ex natura rei facit hominem Deo dilligibilem quia ex natura rei similitudo est causa amoris, sed peccatum ex natura rei facit hominem odiuilē Deo quia peccatum ex natura rei repugnat diuinæ voluntati, ita vt nec de potentia Dei absoluta possit dilligi ab illo, cum ipse sit summum bonum peccatum autem ex natura rei sit malum: ergo peccatum, & gratia ex natura rei opponuntur: siquidē ex natura rei important contraria. Conf. ex natura rei gratia dirigit hominem in Deum, peccatum autem ex natura rei separat hominem ab illo, & dirigit in creatu ram, quam constituit, sibi vltimum finem per peccatum: ergo ex natura rei opponuntur, patet consequentia, quia non alia ratione duo motus dicuntur ex natura rei contrarij, quam ex oppositione termi norum in quos ex natura sui tendunt. Secundo probatur, nam formæ dignoscuntur per suos effectus, sed effectus gratiæ, & peccati omnino opponuntur ex natura rei: ergo, & ipsa, probatur minor, nam effectus gratiæ sunt boni, peccati autem actus mali, bonum autem, & malum ex natura rei opponuntur. Confirmatur, nam hoc insinuatur 1. Corint. 6, quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ sotietas lucis ad tenebras? quæ conuentio Christi cum Belial? Tertio prob. quia si inter gratiam, & peccatum non est oppositio phisica ex natura rei, sed moralis ideo erit quia requiritur ad expulsionem peccati per gratiam accedere pactum, & condonationem Dei, sine qua gratia peccatum expellere non posset, sed hoc est falsum ergo, probatur minor, quia si gratia non expellit peccatum, nisi accedente extrinseca Dei condonatione, tunc gratia non erit perfecta iustitia, sed tantum inchoata, quod est hæresis Lutheranorū ipsi enim non omnino negant iustitiam inhærentem, sed illam dicunt non suffice re, sed illam esse inchoationē, completio autem extrinsice per condonationē Dei. Aliqui Catholici, vt Cannonici Coloniē ses, & Albertus Pigius supra citati non reputant inconueniens dicere iustitiam inhærentem esse inchoatam, & completi per condonationem, sed certe hoc multū est hæresi Lutheranorum fabere dico fabere, & non in illam incidere, quia aliter ponitur ab hæreticis gratiam esse iustitiam inchoatam atque a Catholicis istis, nam hæretici asserunt fidem spem, & charitatem in hærentem esse iustitiam, quia per huiusmodi non satisfit legi Dei, sed potius quis peccat per illam: completur autem iustitia per huiusmodi, quia adeo extrinsice aceptantur, vt bona cum alias secundum se essent mala, Catholici autē prædicta fatentur bona, non tamen adeo bona, vt complete per illa quis iustificetur, sed vltra illa amplius requiri accedere condonationem Dei. Quarto ptobatur, quia si gratia non iustificat ex natura rei, nec se sola expellit peccatum, tunc causa formalis nostræ iustificationis non

1. Corin. 6.

Sent. Canonici Coloniē ses Pigius.

erit vnica tantum, sed duplex nimirum gratia, & Dei condonatio. Imò si gratia, tũc est in choacta iustitia, & fit formaliter talis per condonationem accedentem. ipsa condonatio erit formalis iustitia, non autem ipsa gratia, quæ per condonationem constituitur in esse iustitiæ, quæ quidem falsa sunt, & contra Concil. Trid. sess. 6. *Con. Trid.* cap. 7. vbi dicitur, demum vnica formalis causa (nimirum nostræ iustificationis, nã de illa ibi loquitur) est iustitia Dei non qua ipse iustus est, sed quanos iustos facit qua renouati spiritu mentis nostræ, non modo reputamur, sed vere iusti nominamur, & sumus. Quinto prob. quia si gratia inhærens ex natura rei tantum habet reddere subiectum iustum, & sanctum, quod autem expellat peccatum non habet, nisi ex cõdonatione extrinseca, sequitur quod in iustificatione impij, non sit vnus motus ex duabus mutationibus coordinatis, vt supra dictum est, sed esse duas mutationes concomittanter se habentes, non vero conexas vnum motum componentes, *Ad Colos. 1.* hoc autem licet cõcedatur ab Scot. & Gabri. est falsissimum, ergo. Prob. mi. ad Colosen. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij dilectionis suæ, & 1. Petri 2. Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, istis enim verbis importantibus transitum ex peccato ad gratiam denotatur, conexio vtriusque mutationis à peccato in nõ peccatum, & à non gratia ad gratiam, vt optime notauit fulgentius, lib. 1. de remissione peccatorum, cap. 4. & colligitur ex Cõcil. Trid. siquidem, cap. 3. afferens locum D. Paul. ad Colosen. in fine cap. incipit, cap. 4. Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit translatio ab eo statu, &c. Confirmatur, quia licet sit concomittãtia mutationis in infrigefactione, & liquefactione non dicitur, ex frigido fieri liquidum, sed ex frigido calidum: quia mutatio frigefactionis, & calefactionis habent conexionem non vero aliæ, si ergo dicitur in sacra scriptura, & in Concil. ex peccatore fieri iustum, & esse transitum ex vno ad alterum, ideo est, quia huiusmodi mutationes conexę sunt, & consequenter ex natura rei habent oppositionem seclusa extrinseca condonatione. *Corol. Not.* Ex hac conclusione sequitur, idem esse dicendum de peccato, & charitate. Sed nota, quod charitas duplicitur potest considerari. Primò, vt continens in se omnes virtutes, quas in proprium finem dirigit, qua ratione dicitur illarum Regina. Secundò, vt specialis quædam virtus ab alijs distincta, si primo modo consideretur, sicut quodlibet peccatum contrariatur gratiæ, quatenus maculat essentiam animæ, ita quodlibet peccatum contrariatur charitati, quatenus quodlibet peccatum inficit voluntatem in qua formaliter consistit, & hæc contrarietas est adæquata. Si autem secundo modo consideretur, charitas solum ei adæquate opponitur odium Dei, sicut, & in temperantia temperantiæ, in directæ, tamen ex parte radicis, scilicet gratiæ in qua charitas, & aliæ virtutes infusæ continentur quodlibet peccatum charitati, sicut, & cuilibet aliæ virtuti infusæ opponitur, cum enim peccatum destruat gratiam consequenter destruit omnes virtutes infusas in illa contẽtas, quatenus nulla infusa cõpati potest, cum peccato etiam alteri virtuti oppositio, quia si gratia cum quolibet peccato esse non potest consequenter, nec aliqua virtus infusa ex natura sua suponens gratiam. Verum est, quod etiam si charitas, vt distincta virtus consideretur specialius illi in directę opponitur quodlibet peccatum quam alij virtuti infusæ: quia charitas in mediatiorem, & intimiorem conexionem importat cum gratia, quam quælibet alia virtus infusa. si ergo oppositio cuiuslibet peccati ad quamlibet infusam pronenit in directæ ex oppositione cuiuslibet peccati ad gratiam, in qua radicaliter infusę continentur, intimius hæc oppositio in directa importabitur, ad charitatem quæ intimius gratiæ coniungitur. Et si queras vtrum quodlibet peccatum immediatius opponatur in directæ charitati, vt specialis uirtus, quam propriæ virtuti. Respondetur in directæ quidem ex parte gratię immediatius opponi charitati: quia proximius se habet, quam propriæ virtuti, absolute tamen dicendum est immediatius opponi propriæ virtuti: quia secundum oppositionem directam immediatius respicit propriam virtutem. *Dub. Resp.*

Ad primum Arg. patet ex principio conclusionis. Ad replicam respondetur, quod peccatum omissionis, etiam importat materiale ratione cuius ex natura rei gratiæ contrariatur: quia in indiuiduo non datur pura omissio, si autem velis arguere de omissione in specie in qua nullus actus includitur. Respondetur quod, vt dictum est, oppositio priuatiua est, ex natura rei licet omissio in specie solam priuationem importet, nihilominus gratiæ ex natura rei poterit opponi. *Ad 1. arg.*

Ad

Ad 2. Ad secundum respondetur, probabiliorem esse sententiam, etiam qualitates supernaturales poni in eodem prædicamento sustinendo autem oppositam. Respondetur quod (vt supra dictum est) consimile prædicamentum debet constitui, vt qualitates supernaturales collocentur, ad contraria ergo sufficit esse in eodem, vel in consimili prædicamento, quia tunc eodem modo repugnant circa subiectum, ex eo enim, quod peccatum contrarietur rectitudini naturali, quæ præsuponitur ad supernaturalem consequenter etiam contrariatur ipsi supernaturali rectitudini præsupponenti naturalem, quæ non stat cum peccato, vel dicitur aliter. quod licet peccatum formaliter secundum suam entitatem, sit aliquid naturale, prout contrarium tamen ipsius gratiæ supernaturale est, præcipue cum includat anexam priuationem, priuatio autem est in genere sui positiui saltem reductiue, ista ergo ratione peccatum erit in genere gratiæ, & sic poterit illi contrariari.

Ad 3. Ad tertium respondetur, peccatum vtrunque inficere potentiam, & simul essentiam animæ in qua, maculam relinquit, hac ergo ex parte est in eodem subiecto cum gratia, vt ipsam possit excludere. Ad secundam partem arg. resp. contraria non necessario esse intensiua, & remissiua, sed permissiue quatenus contraria possunt misceri, & simul compati in gradibus remissis, potest tamen esse, vt non misceri possint, nec in gradibus remissis esse, & tunc neutra forma erit remissibilis, sed vel retinebitur tota, vel tota corrumpetur, sic ergo se habent peccatum, & gratia, quod non possunt misceri, nec in gradibus remissis se compati, propterea, quod gratia importat rectificationē ad Deum, vt vltimum finem, peccatum autem ex se a natura respicit creaturam, vt finem vltimum, cum ergo impossibile sit, quod quis simul habeat duos vltimos fines, hinc est impossibile esse simul esse peccatum, & gratiam, & consequenter gratia remitti non potest, sed quodlibet peccatum mortale quantuncunque minimum introducatur omnino gratia expellitur, & quæcunque gratia minima omne mortale excludit, ex parte tamen intensionis alia est ratio, cum enim gratia sit Dei participatio ex maiori propinquitate ad illum crescere potest. Ad confirm. patet ex dictis peccatum non solum esse in potentia, sed etiā in essentia secundum maculam.

Ad confir.

Ad 4. Ad quartam resp. mortale, & veniale, etiam in eadem materia distingui ex natura rei, quia licet materialiter obiectum sit idem formaliter tamen ex natura rei distinguntur, ex diuerso modo tendendi in illud, sicut actus oppinatiuus, & scientificus circa idem obiectum, etiam materiale philosophiæ.

Ad 5. Ad quintum respondetur, quod etiam mala, quia prohibita opponuntur ex natura rei gratiæ, & lex voluntarie posita solum se habet, vt conditio qua semotā contrarietas non esset, posita tamen illa opponitur ex natura rei, propterea, quod lex etiam naturalis dictat superioribus esse obediendum, ex suppositione ergo legis positiuæ superioris ex natura rei talis gratiæ manet oppositio, sicut consecratio calicis humana, & voluntaria est illa tamen facta ex natura rei est malum calicem vendere, quia lex naturalis est non vēndere inuendibilia qualia sunt spiritualia,

Ad 6. Ad sextum respondetur, quod vnum secundum vnam rationem vni tantum opponitur, secundum tamen diuersas diuersis opponi potest, peccatum enim secundum infectionem quam ponit in potentia contrariatur virtuti existenti in illa, sed secundum maculam causatam in anima contrariatur gratiæ. Ad confirm. resp. quod peccatum secūdum actum transeuntem solum actui virtutis directæ contrariatur, secundum infectionem tamen remanentem habitualiter potest, & virtuti, & gratiæ opponi, virtuti quidem secundum infectionem habitualem remanentem in potentia gratiæ vero secundum maculam relictam in anima.

Ad confir.

Ad 7. Ad septimum resp. illam sententiam esse falsam (vt infra ostendimus) sed illa admissa tenendum est per Dei potentiam duo contraria posse esse simul, vnde ex illo nihil contra nos, & per idem patet ad confirmationem.

Ad 8. Ad octauum respondetur, quod quā do contraria sunt immediata in proprio subiecto vnum deficere non potest, si autem mediata sunt non necesse est alterum inesse, vt patet de albedine, & nigredine, gratia ergo, & peccatum absolute non sunt opposita immediata, quia (vt probat arg.) datur status medius, scilicet in puris naturæ, si sic homo conderetur respectu tamen hominis in natura lapsa, vt infra dicetur, immediate opponuntur, vnde alterum illorum necesse est inesse. Etsi contra omnia dicta arguas: quia idem actus in temperantiæ, verbi gratia opponitur

Obiectio.

tempe-

temperantiæ adquisitæ,& infusæ: ergo talis oppositio solum est moralis,quia infusa,& adquisita solum moraliter distinguntur,cum obiectum vtriusque sit idem, scilicet temperate comedere,& tantum distinguntur ex regulis,quod alia sit naturalis,alia supernaturalis,quæ distinctio regulæ solum distinctionem moralem in obiecto potest causare. *Solutio.* Respondetur, obiectum vtriusque temperantiæ ex natura rei esse distinctum,& solum esse materialis conuenientiæ, quia licet distinctio regulæ solum sit moralis distinctio tamē obiecti est realis,quia non summitur ex distinctione regulæ,nisi tantum vt à conditione,qua dignoscitur diuersitas ipsius obiecti,aliàs inexplicabilis,dato tamen obiectum vtriusque solum moraliter distingui,non sequitur peccatum vtriusque oppositum solum moraliter opponi,quia oppositio non sumitur ex distinctione vtriusque obiecti, sed ex repugnantia peccati cum illis,cum ergo hæc repugnantia,& incompatibilitas peccati,cum quotlibet illorum obiectorum sit ex natura rei,consequenter,sint dicēnda sunt opposita.

Dubium II.

Vtrùm peccatum expellat efficienter physice gratiam?

Ad 1. arg. PROBATVR, quod non primo, solus Deus est causa physica gratiæ: ergo solus Deus potest corrumpere illam,antecedens patet ex supradictis, cō sequentia vero probatur,ex Aristol. 2. Ethicor.cap.1.dicente, rem eisdem causis corrumpi,quibus generatur,qua ratione Angelus,& cœlum solum per Dei actionem possunt desinere esse,quia solum per actionem illius esse adquirere potuerunt. *Solutio.* Si respondetur,non corrumpi gratiam immediate,& primario,sed indirecte, quatenus peccatum destruit debitam dispositionem gratiæ, & physice apponit contrariam. Argumentum autem probat non posse peccatum actiuitatem physicam directam, & immediatam circa ipsam gratiam. *Impug.* Contra,quia etiam ipsæ dispositiones gratiæ sunt aliquid supernaturale immediate à Deo producto,quia licet dispositio in esse actus vitalis etiam supernaturalis sit ab homine in ratione tamen dispositionis solum est à Deo: ergo in ratione dispositionis,non potest ab homine physice corrumpi. Confirm. ex Diuu. Thom. 2.2.quæst.24.art.10.dicente gratiam,& charitatem esse formas ex natura sua inamissibiles: ergo non habent contrarium physicum,quo physice expellantur, patet consequentia,quia corruptibilitas prouenit ex contrarietate,quod ergo incorruptibile est contrarium,non habet, & è contra,non ergo stat bene ponere cum D. Thom. inamissibilitatem in gratia ex natura sua,& simul habere contrarium physicum expulsiuum sui. *Ad confir. D. Thom.*

Secundo arg. peccatum est in voluntate gratia autem in essentia animæ: ergo non potest peccatū physice attingere gratiam,vt illam corrumpat physice, sed vt plurimum moraliter,& de meritorie. Antecedens patet ex supra dictis,consequentia vero prob. nam ad expulsionem physicam requiritur contactus physicus, qui esse non potest si formæ sint in subiectis diuersis. Confirm. quia aliqua peccata sunt quantum ad entitatem, & substantiam actus physici,imò quantum ad habitum vitiosum(qui ex tali actu generari potest) in appetitu sensitiuo: ergo tale peccatum non poterit physice attingere corruptionem gratiæ, patet consequentia: tum ex distantia appetitus ad animam inter quæ aliæ potentiæ sunt mediæ: tum etiam quia quod est in appetitu est aliquid corporale,& consequenter nequit intelligi attingere physice destructionem gratiæ, quæ entitas est spiritualis. Si respōdeatur,non attingere physice destructionem gratiæ peccatū per actū existentē in potētia, sed per maculam productam in essentia animæ. Contra,quia secundum probabilem sententiam illa macula est aliquid priuatiuum: ergo non potest esse physice corruptiua formæ positiuæ, qualis est gratia,priuatio enim actiuitatem habere non potest, & etiam si talis macula, secundum alteram sententiam ponatur entitas positiua in omnium, etiam opinione,non est aliqua qualitas realiter distincta ab ipsa anima, sed tantum modaliter. Quapropter est forma imperfecta reductiue tantum pertinens ad prædicamentum qualitatis: ergo non potest physice, expellere gratiam,quæ forma perfectissima est,inter formas enim mutuo se physice expellentes debet esse debita proportio physica,inter formā autē adeò imperfectā,sicut est illa macula(cū tantū sit quidā modus)& ipsam gratiam non est talis proportio physica: ergo talis macula efficien

Ad 2. arg. *Ad 1. cōf.* *Solutio.* *Impug.*

ter physice gratiam expellere nō potest, sed tantum moraliter, & de meritorie. Cōfirmatur secundo, si contrarietas inter peccatum, & gratiam esset physica sufficiens ad expulsionem physicam sequeretur debere assignari porportionem, vt maximū peccatum expelleret maximam gratiam, minimum autem minimam non autem peccatum minimum mortale maximam gratiam, vt contingit in omnibus contrarijs physice se expellentibus, maximus enim calor per maximam frigiditatem, & minimus per minimam non autem maximus, per minimam frigiditatem expellitur.

Confir. 2.

Ad 3. arg. Tertio arg. quando aliqua actio mutatur de bona in malam ex prohibitione proueniente, vt comestio carnium, quæ in feria quinta erat bona adueniente feria sexta iam est mala, talis actio enim non potest physice expellere gratiam: ergo. Probatur antecedens, illa actio per aduentum legis exrrinseca, non mutatur realiter physice, sed solum moraliter, nec habet aliquam entitatem physicam, quam antea nō haberet, sed ante non habebat virtutem physicam expulsiuam gratiæ: ergo nec modo, patet consequentia, quia sine aduētu nouæ entitatis non potest consurgere noua virtus actiua physica.

Ad 4. arg. Quarto arg. quando puer peruenit ad vsum rationis, & conuertitur ad bonum commutabile, cum ignorantia totius ordinis supernaturalis, & gratiæ, tantum peccat contra legem naturalem: ergo peccatum illius, nec habet contrarietatē physicam, nec virtutem physicam expulsiuam gratiæ, sed tantum rectitudinis naturalis.

Ad 5. arg. Quinto arg. quia dato sit oppositio contraria physica, & ex natura rei qualiter fuit explicata dub. præcedenti, adhuc non sequitur peccatum expellere efficienter physice gratiam: ergo non est hoc dicendum: siquidem nullum aliud fundamentum assignari potest, nisi contrarietas physica. Antecedens probatur, nam frigiditas, & calor habent huiusmodi contrarietatem, & licet frigidum expellat efficienter physice calidum, frigiditas tamen non efficienter, sed tantum formaliter calorem expellit: ergo similiter dicendum est de peccato, & gratia.

V. Sent. Scot. D. Bon. Duran. Palud. Gabr.

In hacre est prima sententia Scoti, in 2. distin. 37. Diuu. Bonauentur. in 3. distin. 29. quæstio. 3. & distin. 39. quæ 1. & 2. Duran. in 1. distin. 7. quæstio. 10. & 16. Paludan. & Gabr. & omnium quos citauimus dub. præcedenti pro prima sententia, quod peccatum solum expellit gratiam moraliter, & de meritorie, quatenus qui peccat dignus est, vt ab illo gratia auferatur, sicut qui offendit Regem dignus est, vt amicitiam eius amittat, non autem (inquiunt) peccatum expellit gratiam efficienter physice, sed sicut efficienter physice solus Deus gratiam producit: ita solus ille physice potest illam corrūpere. Nec potest dici hoc solum probare de causa principali, non autem de instrumentali, quia licet solus Deus sit causa principalis gratiæ extra ipsum tamen datur causa instrumentalis illius, quod etiam dici posset de gratiæ destructione. non (inquam) hoc potest dici: nam si aliquod instrumentum deberet esse destructionis gratiæ, hoc esset peccatum, hoc autem esse non potest, quia instrumentum agit in virtute agentis principalis, cui etiam effectus productus tribuitur, peccatum autem non potest dici agere in virtute Dei, aliàs enim redunderetur in ipsum, ergo nullo modo potest assignari causa physica destructionis gratiæ ex parte hominis. Lorca autem loquitur sub distinctione prima de peccato actuali, & habituali, quod peccatum, non expellit physice gratiam in actu, bene tamen peccatum in habitu.

Lorca.

Not. 1. Pro intelligentia est notandum, causam esse in duplici differentia, aliam physicam, aliam moralem, moralis quæ solum attingit effectum per intellectum, & voluntatem consulendo, præcipiendo, &c. sine impressione alicuius formæ realis, & physicæ: causa autem physica, quæ secluso pacto, & lege ex propria ratione habet imprimere, vel remouere formam realem, per contactum realem, & physicum ad ipsum passum: iste autem contactus physicus multipliciter esse potest ad destructionem formæ, vel attingendo immediate formā corruptam, quam expellit, vel attingendo propriam dispositionem talis formæ remouendo illam, vel apponendo dispositionem contrariam talis formæ, cum qua forma incompossibilis est, vel physice apponendo impedimentum influentiæ conseruatiuæ talis formæ. vt qui fenestram claudit physice expellit lucem: quatenus ponit impedimentum soli illuminanti.

Not. 2. Secundo est notandum, non esse dub. quod peccatum moraliter, & demeritorie expellat gratiā, hoc enim de fide tenēdū est, quod qui peccat gratiā amittit, & dignus est eius inimicitia, iuxta illud odio est Deo impius, & impietas eius, quod autem

tem vertitur in dubium est, an non solum moraliter, sed simul etiam physice gratiã expellat.

Sit igitur conclusio, peccatum nõ solum moraliter, sed etiam efficienter physice gratiam expellit. Hæc est D. Thom. 2. 2. quæst. 24. art. 10. & 12. & omnium discipulorum eius ibi & in præsenti, de quo etiam videatur Soto lib. 2. de nat. & grat. cap. 18. & licet D. Thom. ibi loquatur de charitate eadem ratio est de gratia, cum ad inuicem sint inseparabiles, nec prædictus locus patitur explicationem. inquit enim quod peccatum non solum demeritorie, sed etiam efficienter charitatem expellit, nomine enim efficienter intelligit physice, tum quia hoc nomine vtitur D. Thom. quoties intendit explicare causalitatem physicam, vt patet in Sacramentis de quibus, vt doceret esse causas physicas gratiæ dixit efficienter producere illam, tum etiã quia si solum intenderet efficientiam moralem non diceret, quod non tãtum demeritorie, nam efficientia moralis in peccato non est alia, nisi demeritoria: ergo si vltra demeritoriam assignãda est efficientia secundum D. Thom. hæc necessario erit physica, idem tenẽt omnes citati dub. præcedenti pro tertia sententia. Secundo probatur conclusio argumentis, quibus probabimus contrarietatem physicam inter peccatum, & gratiam, contraria enim physica physice habent se mutuo expellere. Tertio probatur, nam etiãsi à peccato tolleretur meritum, vel demeritũ, vt si Deus statuisset non daturus præmium homini, tunc nihilominus peccatum repugnaret gratiæ, & simul esse non possent (vt infra patebit) ergo non tantum moraliter, sed etiam physice peccatum expellit gratiam. Quarto probatur, peccatum destruit propriam dispositionem gratiæ, & apponit cõtrariam ponit etiam impedimentum diuinæ influentiæ gratiam conseruãti, & hoc physice ergo expellit gratiã, patet cõsequẽtia ex primo notabili. Antecedens vero probatur, nam propria dispositio gratiæ est conuersio in Deum per charitatem dispositio contraria incompossibilis est conuersio ad bonum commutabile, macula etiam impedimentum est diuinæ influentiæ animam Deo faciens inuisam, sed peccatum physice, & realiter imprimere, hãc maculam. & conuersionem ad bonum cõmutabile, & consequenter aufert conuersionem in Deum: ergo physice habet expellere gratiam. Etsi cõtradicas, quod nõ sufficit apponere, vel destruere dispositionem formæ, vt dicatur physice causare, vel corrumpere formam, quia homo apponit physice dispositionem ad gratiam: & nihilominus non est causa physica illius: ergo etiam si homo corrumpat physice dispositionem gratiæ non dicetur physice corrumpere illam. Respondetur, in vniuersum esse verũ, quod qui producit, vel corrumpit propriam dispositionem, producit, & corrumpit ipsam formam, vt patet in generante hominem, qui non solum producit dispositionem, & incorrumpente aquam, qui non attingit formam corruptam, cum substantiæ, nihil sit contrarium, sed attingendo propriam dispositionem, quam corrumpit dicitur etiam physice ipsam formam, negatur enim hominem causare dispositionem gratiæ in esse dispositionis, sic enim solum est à Deo ab homine autem solum in ratione actus vitalis. Etsi rursus contradicas, vel interoges: vtrum sicut Deus est causa physica productionis gratiæ, sit etiam causa physica corruptionis illius. Respondetur affirmatiue, sed nota, quod corruptio gratiæ potest, dupliciter considerari. Primo modo negatiue, vt importat negationem, & simplicem desitionem formæ per subtractionem auxilij conseruantis illam in pœnam peccati commissi, & vt sic physice est à Deo destructio gratiæ, sicut physice est ab illo subtracto auxilij, imò vt sic nõ est ab homine pœna enim in voluntaria est pacienti. Secundo modo potest considerari priuatiue, vt terminus actionis peccaminosæ expellentis gratiam, hac ergo ratione non est à Deo, sed ab homine. Etsi quæras vtrũ Deus physice destruat gratiã, etiã vt pura negatio est in subiecto immediate an vero mediante aliqua causa secunda. Aliqui vt Nuño dicunt, quod peccatum consideratur dupliciter. Primo materialiter in ratione entitatis: secundo formaliter, vt peccatum est, correspondet ergo expulsio gratiæ, vt est priuatio peccato, vt peccatum formaliter, vt autem tantum est negatio correspondet peccato materialiter, & entitatiue sumpto, cum ergo Deus vere sit causa materialis, & entitatis peccati mediante tali entitate attingit destructionem gratiæ sumptam negatiue. Sed hoc nobis non placet, quia materiale peccati in ratione entis, qua ratione est à Deo, vt bonũ non expellit gratiam, nec habet in cõpossibilitatẽ cũ illa, si enim per possibile, vel impossibile a peccato auferretur priuatio rectitudinis, & cõtrarietas positiua ad rationem in ratione mali moralis per

Concl.

D. Thom. Soto.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Sent. Nuño.

Impug.

quam constituitur in esse peccati, & solum remaneret in esse qualitatis qualiter ab intellectu concipitur, sic enim precisam bonitatem physicam haberet qualiter est à Deo, nullo modo expellit gratiam. Tota ergo expulsio, tam moralis, quam physica correspondet peccato, vt peccatum moraliter quidem in ratione de meriti, siue consistat in priuatiuo, siue in positiuo, physice autem correspondet positiuo formali peccati. vt rationi contrarium qua ratione non est à Deo. & etiam si teneatur peccatum formaliter non consistere in positiuo, dicendum est etiam, quod materiale peccati habet expellere physice gratiam non vtcumque consideratum, sed vt inductiuum priuationis, & quatenus illam habet annexam, & coniunctam, qua ratione etiam à Deo non est. Dicendum ergo, quod gratia secundum diuersam rationem expellitur simul à Deo, & homine, vt causis totalibus, non subordinatis, negatiue quidem expulsio est à Deo immediate per negationem, & substractionem auxilij conseruantis gratiam, priuatiue autem solum ab homine, peccatum enim, vt peccatum, & vt destructiuū gratiæ est ab homine, vt prima causa alteri non subordinata. Verum est tamen, quod sicut dicitur de peccato materialiter & entitatiue esse à Deo formaliter tamen in ratione peccati tantum ab homine, ita dicendum est de ipsa actione physica expulsiua gratiæ, quod in ratione actionis, & entatiue sumpta est à Deo, formaliter tamen, vt terminatur ad expulsionem gratiæ à Deo non est, quia hoc habet illa actio, vt est dictum à peccato, vt peccatum quod tantum est ab homine.

Vera sent.

Ad 1. arg. Ad primum arg à principio respondetur, primo illam maximam Aristot. intelligendam esse de causis intrinsecis qualis est materia, & forma, sicut enim ipsæ per vnionem concurrunt ad generationem, ipsæ per separationem concurrunt ad corruptionem. Vnde eisdem causis quibus generatur corrumpitur. non autem intelligitur de causis extrinsecis qualis est efficiens, alia enim est corrumpens, & alia generans, & minor sufficit ad corrumpendum, quam ad generandum, ignis enim (verbi gratia) qui non sufficit generare æquum sufficit corrumpere ipsum, sic ergo licet causa productiua sit Deus corruptiua potest esse homo. Ad illud autem de Angelo, & cælo. Respondetur probare de gratia si consideretur in statu perfecto, qualiter est in patria, ibi enim omnino est inamissibilis, & incorruptibilis, in via autem, quia non habet statum proprium, & cōnaturalē per accidens corruptibilis est ex parte subiecti defectibilis, quod non currit de cælo, & Angelo, qui in subiecto non recipiuntur. Ad impugnationem autem contra solutionem datā in argumento, quæ bona est. Respōdetur ita verum esse, quod sicut peccatum non attingit inmediate ipsam gratiam, ita nec dispositiones supernaturales illius, vtram que tamen attingit indirecte. ex eo enim, quod peccatum directe ponit conuersionem ad bonum commutabile, consequenter, & indirecte expellitur conuersio in Deum, & consequenter gratia requirens huiusmodi conuersionem, ad hoc sufficit, vt peccatum physice gratiam, & eius dispositionem expellat, licet indirecte. Ad confirmationem patet ex dictis probat de gratia in proprio statu, non autem prout in via habetur defectibiliter ex parte subiecti.

Ad confir.

Ad secundum arg. respondetur primo sufficere connexionem potentiarum ad animam, vt etiam si vnum sit in potentia, & alterum in essentia possint inter se contrariari, & mutuo se expellere, contraria enim non requiritur esse in eodem subiecto partiali. Secundo respondetur probare non posse peccatū expellere gratiam directe, quia ex distinctione subiecti non potest vnum in alterum immediate actiuitatem habere, non autem probat de expulsione indirecta, quia posita conuersione dissona peccati in voluntate expellitur conuersio charitatis, quæ est etiam in voluntate. & cum sine hac gratia esse non possit, expulsa conuersione ad Deum in voluntate expellitur, & gratia ab essentia animæ. Tertio respondetur, quod licet peccatum quantum ad actum sit in potentia, quantum ad maculam autem est in essentia animæ, poterit autem ratione maculæ expellere physice gratiam, quæ in eodem subiecto est cum illa. Ad primā cō firmationem respondetur, quod peccatum existens in appetitu, licet sit aliquid corporale: supponit tamen prabam electionem in voluntate ratione. cuius est peccatum, & voluntarium, per hanc ergo electionem. quæ spiritualis est, & per maculam in anima causatam potest gratiam corrumpere ad modum dictum de alijs peccatis pertinentibus ad voluntatem. Ad impugnationem autem dicimus, quod etiam si macula sit priuatio potest dici physice expellere gratiam per modum impedientis diuinam influentiam (vt dictum est)

Ad 2. arg.

2. Solutio.

3. Solutio.

Ad 1. cōf.

est) stando autem in veriori sententia, quod sit aliquid positiuum, etiam si sit qualitas imperfecta, & reductiue, tamen est sufficiens ad expellendum physice gratiam, quia ad corrumpendam formam sufficit quæcumque mala dispositio in subiecto formæ, nec requiritur, quod aliqua forma perfecta contraria producatur, vt patet in corruptione visus, qui expellitur physice, sine productione alicuius formę perfectæ contrariæ, sed tantum per positionem alicuius malæ dispositionis in oculo. Ad secundam confirmationem respondetur, esse sufficientem proportionem in ter minimum peccatum mortale, & quamlibet maximam gratiam, vt possit illam expellere, propterea quod minimum mortale dicit conuersionem ad creaturam, cum qua conuersio in Deum, quæ est per gratiam stare non possit.

Ad obiect.

Ad 3.

Ad tertium arg. resp. illam actionem mutari realiter, & physice, licet non quantum ad entitatē externam comestionis sit eadem quantum ad rationem tamen voluntarij est distincta, qua ratione, supra dictū est, non posse eandem numero actionem voluntatis mutari de bona in malam, sed ad mutationem legis mutari, etiam entitatiue actum voluntatis, mutata enim lege mutatur finis operationis, vnde si propter nouum finem operatur nouiter operatur. Secundo resp. in sententia illorū, qui tenent etiam actionem internam voluntatis posse mutari de bona in malam, quod licet entitatiue eadem maneat: nihilominus aliquem modum realem adquirit de nouo, scilicet conuersionem in malum finem ratione cuius physice gratiam potest expellere.

2. Solutio.

Ad 4.

Ad quartum arg. resp. quod etiam si imputatiue illud peccatum solum sit contra finem naturalem, quem cognoscit tantum ex natura tamen sui, illud peccatum etiam est contra finem supernaturalem ad quem talis puer est eleuatus, licet ex ignorantia excusset ur, imò etiamsi ad finem supernaturalem eleuatus non esset, peccatum nihilominus habet ex se physice gratiam expellere, quia cum tale peccatum habeat expellere rectitudinem naturalem consequenter, quācumque aliam maiorem qualis est per gratiam, si enim minus secū nō admittit, quomodo maius, & perfectius secum compatietur?

Ad 5.

Ad quintum arg. aliqui dicunt, quod licet peccans expellat efficienter gratiam, Peccatum tamen non expellit illam, nisi formaliter, sicut calidum efficienter expellit frigidum, calor tamen non expellit frigiditatem, nisi tantum formaliter, quatenus incompossibilia sunt in subiecto. Sed hæc solutio non placet, quia in physicis probabilius est, non solum calidum, sed etiam calorem expellere efficienter frigiditatem, non solum calorem ipsius agentis, quo mediante agit, sed etiam calorem receptum in passo aquo frigiditas expellitur. Dicendum ergo, quod calor receptus in passo, dupliciter potest considerari primo in fieri ex parte agentis, secundo in facto esse ex parte subiecti, primo modo agit in frigiditatem, quia dum calor adquiritur frigiditas expellitur per ipsam adquisitionem caloris. Secundo autem modo calor non habet efficientiam, quia consideratur in quiete, sed tantū expellit frigiditatē formaliter, quatenus cū calore frigiditas incōpossibilis est. Sic ergo contingit in peccato, si enim consideretur in fieri efficienter expellit gratiam, quia per commissionem peccati gratia expellitur peccatum autem in facto esse quantum ad maculam remanentem post egressum gratię, & actum peccati transeat non expellere gratiam, nisi formaliter quatenus illa macula gratiam secum non admittit.

Impug.

Vera solutio.

Dubium.III.

Vtrùm de potentia Dei absoluta possit remitti peccatum sine infusione gratiæ receptæ, & inhærentis?

IN hac re Diuu, Bonauentur. in 4. distin. 1. Scot. in 2. distin. 28. & in 4. distin. 1. quæstion. 6. & distin. 14. quæstio. 1. quē ibi sequitur Gabr. & Ierson, de vita spirituali, quæstio. 1. & Medina, Codice de pæniten. quæstion. 22. tenent partem affirmatiuam, & idem tenentur defendere Authores primæ sententiæ dubij primi præcedentis. Nam si ex natura rei gratia non opponitur peccato, nec contrarie, nec priuatiue, sed solum ex pacto: tunc ex voluntate Dei, etiam non introducta gratia expelli potest peccatum, quia in tantum non posset in quantum esset oppositio priuatiua ex natura rei cum priuatio, nisi per formam excludi non possit, etiam de potentia absoluta, vt statim dicemus, hanc sententiam sequitur Curiel, imò & superadit, non solum remit

1. Sent. D. Bon. Scot, Gabr. Ierson. Medina.

Curiel.

ti peccatum, imò & aceptari posse ad amicitiam, & dilectionem supernaturalem, & gloriam, sine omni dono inhærente.

Arg. 1. Probatur primo; potest aliquis auerti ab vltimo fine debito, & conuerti in bonum commutabile, & habere peccatum, sine proprio actu solum ab extrinseco, vt patet in originali puerorum: ergo similiter poterit auerti a creatura, & conuerti in Deum (quod est remitti peccatum) ab extrinseco per actum Dei aceptantis hominem, sine hoc quod ponat in illo aliquod intrinsecum, scilicet gratiam receptam.

Arg. 2. Secundo arg. eodem modo est in peccato reatus pœnæ, sicut culpæ, sed sine infusione gratiæ potest tollere Deus reatum pœne, quia in inflictione illius est liber: ergo & similiter reatum culpæ: vtrũque enim videtur æqualiter situm in sua libertate. *Solutio.* Si respondeatur, pœnam esse aliquid extrinsecum, vnde extrinsece, per non imputationem tolli posse, reatum autem culpæ esse aliquid intrinsecum inhærens, qua ratione, sine extrinseca receptione formæ contrariæ, qualis est gratia auferri non potest. *Impug.* Contra arg. quia peccatum veniale dicit aliquam maculam inhærentem, & tamen, sine infusione gratiæ, vel formæ contrariæ, sed solum per Dei voluntatem remitti potest, vt dicitur 3. p. quæst. 87. art. 2. ergo quod mortale importat maculam inhærentem non probat non posse remitti per solam Dei voluntatem, *Confir.* sine infusione formæ contrariæ. Confirmatur, ad remissionem peccati sufficit placari animum ofensi, vt dicit D. Thom. hic sed Deus potest placari, sine infusione alicuius entitatis in homine: ergo, & remitere peccatum, sine tali infusione. Minor probatur, quia homo potest illud facere cum inimico: ergo melius Deus, qui potẽtior est.

Arg. 3. Tertio arguit. peccatum, & gratia non sunt opposita inmediate: ergo potest excludi vnum sine altero, patet consequẽtia, ex differentia inter inmediate opposita, vt cecum, & videns, & opposita mediate, vt album, & nigrum. Antecedens vero probatur, tum quia datur status medius inter peccatum, & gratiam, scilicet: in puris naturæ, tum etiam quia gratia potest per Dei voluntatem libere conseruantem illam expelli, sine peccato solum per subtractionem auxilij: si autem essent inmediate opposita, sicut non posset expellere peccatum, sine gratia: ita neque gratiã, sine peccato, nam eadem est contrarietas ex parte vtriusque oppositi. Tum tertio, nam solum reperitur oppositio inmediata inter priuatiue, vel contraditorie opposita, sed peccatum, & gratiam non se habent, vt habitus, & priuatio, quia vtrumque est aliquid positiuum: ergo non est inter illas oppositio inmediata. *Solutio.* Si respondeatur, peccatum & gratiam non esse inmediate opposita respectu hominis absolute considerati, quia vt probat argumentum potest constitui in puris nature, qui status est medius, respectu autem hominis eleuati ad finem supernaturalem inmediate opponuntur, & vnum, sine altero esse non potest, nec vnum, sine altero excludi est possibile. *Impug. 1.* Contra arg. tum quia secundum hoc peccatum poterit tolli, sine gratia restituendo hominem ad statum puræ naturæ, in quo non requiritur gratia. *Impug. 2.* Tum secundo, quia dicere quod inmediate opponuntur suppositia eleuatione est dicere esse inmediate opposita tantum secundum quid, non autem absolute, sicut quod præscitus: saluetur tantum repugnat secundum quid ex suppositione diuinæ scientiæ: ergo absolute dicendum est peccatum, & gratiam non opponi inmediate, quia hoc tantum habent ex suppositione, & consequenter absolute concedendum est posse vnum, sine altero excludi absolute inmediatè, non sunt opposita. *Impug. 3.* Tum tertio, quia dicere quod sunt inmediate oppositia sumpta eleuatione est dicere illa, non esse contraria ex natura rei, quia quæ ex natura rei opponuntur in nullo statu medium admittunt. *Impug. 4.* Tum quarto, quia ponere hominem subiectum supernaturale, non obiat: quominus peccatum tolli possit ab illo, sine gratia: ergo impertinenter se habet esse eleuatum ad supernaturalia. Antecedens probatur, nam si Deus obligaret hominem præcepto fidei supernaturalis, cum tamen statueret non dare illi gratiam, vel aliud donum supernaturale, tunc peccatum oppositum fidei esset contra finem supernaturalem: & nihilominus ad sui remissionem non egeret gratia, quæ tunc non esset: ergo impertinenter se habet eleuari hominem ad supernaturalia, vt dicantur inmediate oppositia, & vnum, *Impug. 5.* sine altero remiti non posse. Tum quinto, quia non possent dici duo inmediate opposita, nisi respectu proprij subiecti, sed homo non est proprium subiectũ gratiæ: ergo respectu illius peccatum, & gratia nõ inmediate opponuntur etiam si eleuetur, &c. Maior patet in visu, & cecitate, quæ

non

non dicuntur immediate oppositæ respectu lapidis, sed oculi. Minor vero prob. quia homo non pertinet substantialiter ad ordinem supernaturalem ad quem essentialiter pertinet gratia: ergo non est proprium subiectum eius, patet ista consequentia, quia proprium subiectum, & forma debent esse eiusdem ordinis. Tū sexto, quia
6. Impug. si essent immediate oppositæ; maximè quia comparantur per modum habitus, & priuationis, sed hoc non, ergo. Prob. mi. nam peccatū non est priuatio gratiæ, quia priuatio gratiæ est effectus peccati, vt di-
D. Thom. cit D. Thom. sup. quæst. 87. artic. 2. effectus autem cum causa idem esse non possunt.

4. Arg. Quarto principaliter arg. quando aliquid habet plura contraria per quodlibet illorum excludi potest: siquidem cū quolibet illorum est incompossibile, sed peccatum non solum opponitur gratiæ, sed etiam rectitudini rationis, vt dicit D. Th.
D. Thom. sup. q. 71. art. 2, ergo excludi poterit per rectitudinem rationis, etiam si gratia non adsit, rectitudo enim rationis, nec supponit, nec est idem cum gratia, quia sine illa esse potest maxime per diuinam potentiam.

5. Arg. Quinto arg. peccatum quod esset in puris naturæ esset eiusdem rationis, cum illo, quod modo est, essentia enim non patitur varietatem, sed peccatum, quod esset in puris naturæ remitteretur sine gratia aliquo remedio naturali, tunc à Deo prouisso, ergo & modo per diuinam potentiā id potest fieri.

6. Arg. Sexto arg. Deus potest anihilare peccatorem, & eundem numero reproducere vt suppono probabiliter, sed in illo casu in reproductione, non rediret peccatum etiam si producatur, sine gratia, ergo remitti potest peccatum præcedens, sine infusione gratiæ subsequētis. Probatur minor, quia si reproduceretur in peccato tribueretur Deo reproducenti, hac enim ratione, dictum est supra, hominem, vel Angelum in primo instanti suæ productionis peccatum habere non posse.

7. Arg. Septimo arg. in iustificatione prius natura excluditur peccatum, quam introducatur gratia, ergo non est essentialiter requisita infusio gratiæ ad expulsionem peccati, siquidem intelligitur vnum non intellecto alio, si autem exclusio peccati esset formaliter per gratiam non posset peccatum intelligi exclusum nondum intellecta gratia in subiecto.

8. Arg. Octauo arg. sic se habet peccatum primi parentis respectu iustitiæ originalis, sicut se habet peccatum nostrum respectu gratiæ iustificātis, sed peccatum Adæ fuit remissum, sine reditu iustitiæ originalis, ergo & nostrum tolli potest, sine reditu gratiæ iustificantis.

Hæc sententia Scoti, non eadem via ab omnibus tutoribus eius defenditur, nam Scotus, qui tenet peccatum habitualiter remanens solum consistere in deputatione ad pœnam dicit remitti posse solum per non imputationem ad illam. Alij vero qui tenent huiusmodi deputationem fundari in aliqua reali indignitate subiecti remanente in illo dicunt, sine gratia remitti posse peccatum, solum per condonationem talis indignitatis. Alij vero dicunt nosse remitti, sine gratia, non tamen solum per non imputationem pœnæ, vel condonationem indignitatis subiecti, sed per acceptationē hominis ad amicitiam Dei, quod de potentia Dei absoluta (dicunt) posse fieri per actum diuinæ voluntatis, nihil gratiæ causantem in homine, sed solum extrinsece se habentem respectu illius, sic tenet Soto 2. de natur. & gratia, cap. 8.

1. Sent. Scoti diuersimode explicatur.

Soto.

Secunda sententia est in alio extremo opposita Caiet. & Conradi hic, Capreo. 4. dist. 1. quæst. 2. art. 3. ad argumenta Scot', & Durandi contra secundam cōclusionem, & Ferrar. 3. contra Gent. cap. 57. & Valentia, tom. 2. disputatio. 8. quæstion. 5. puncto 5. dubio vltimo, qui dicunt etiam de potentia Dei absoluta peccatum remitti non posse, sine infusione gratiæ habitualis iustificantis. Probatur primo hæc sententia: peccatum, & gratia opponuntur priuatiue, ergo peccatum nō potest tolli, sine gratia, consequentia patet, in visu, & cęcitate, quæ per nullam potentiam, sine visu tolli potest. Antecedēs vero probatur primo: secundum probabilem sententiam, quod peccatum, & maxime originale puerorum consistat in priuatione rectitudinis gratiæ debitæ in esse. Secundo probatur idem antecedens, peccatum importat maculam tollentem nitorem gratiæ, & obliquitatem tollentē rectitudinem iustitiæ: ergo consistit in priuatione. Tertio probatur antecedens, peccatum importat auersionem ab vltimo fine charitatis, perditionem hæreditatis æternæ, deputationem ad pœnam æternam dāni, sed hæc omnia sunt aliquid priuatiuum quod tantum restaurari potest per gratiā conuertentem in Deum, & acceptantem ad gloriam: ergo.

2. Sent. Caiet. Conrad. Capreo. Ferra. Valentia.

Probat. 1. hæc sent.

2. *Prob.* Secundo probatur hæc sententia, peccatum dicit ofensam, sed ofensa Dei nõ potest tolli, nisi per gratiam illius: ergo requiritur gratia ad expulsionem peccati. Min. prob. quia non intelligitur tolli ofensa, nisi Deus redatur placabilis, placacatur autem per beneuolentiam, & dilectionem, hæc autem dilectio esse non potest, nisi producendo in anima qualitatem supernaturalem per quam anima redatur diligibilis, cum voluntas Dei sit causa rerum qualitas autẽ faciens diligibile est gratia: ergo de primo ad vltimum ad remissionem peccati gratia requiritur.

1. *Not.* Pro intelligentia notandum est primo, quod de facto: ita est vera secunda sententia, requiri gratiam iustificantem ad remissionẽ peccati, vt sit de fide (vt sup. dictũ est.) Est enim remissio culpæ, quasi effectus formalis gratię, sicut expulsio frigiditatis respectu caloris dico quasi. quianõ est prius formalis effectus, sed sicut caloris est facere calidũ: ita gratię cõsortẽ diuinæ naturę, quia tamẽ sicut ad facere calidũ sequitur, siue formaliter secundario, siue efficienter expulsio frigiditatis: ita ad facere consortem diuinæ naturæ, sequitur expulsio peccato. id circo dicitur quasi effectus formalis ejus, controuertitur autẽ in præsenti de potẽtia absoluta: vtrum sicut posset Deus expellere frigiditatem, sine introductione caloris: ita possit expellere peccatum, sine introductione gratiæ.

2. *Not.* Secundo notandum est, ex Diu. Th. quæst. 18. de verit. a. 2. quod cum in peccato sint duo auersio, & conuersio, remissio illius non tam respicit conuersionem, quam auersionem auferendo illam, & detrimenta ex tali conuersione subsecuta, *D. Thom.* quæ quidem tria sunt secundum D. Tho. sup. q. 109. art. 6. primum quidem est macula peccati, secundum detrimentum est rectitudinis naturalis, & supernaturalis, tertium detrimentum est pæne æternæ.

3. *Not.* Tertio notandum, quod peccatum remitti stat, dupliciter vno modo imperfecte alio modo perfecte, imperfecte quidẽ dicit tantum ablationem peccati vtcumq; perfecte autem remitti non solũ dicit peccati exclusionem, sed etiam reparationem damnorum, quæ peccatum intullit, in præsenti ergo D. Tho. loquitur de remissione peccati non solũ, vt dicit illius destructionem, sed vt simul importat renouationem hominis, vt expræsse asserit D. Th. quod etiam colligitur ex titulo art. cũ interroget vtrum ad remissionem culpæ, quæ est iustificatio impij requiratur gratiæ infusio, in illo quod dicit, quæ est iustificatio impij, denotat se non procedere tantũ de remissione peccati, vt importat terminum a quo recedit, sed etiam vt importat accessum ad terminum ad quem, scilicet iustitiã per quam intus homo renouatur.

4. *Not.* Quarto not. quod gratia sumitur, dupliciter primo, pro quocumque gratioso, siue sit aliquid intrinsecum, siue extrinsecum, & sic nulli dubium non posse remitti peccatum, sine gratia etiam de potentia absoluta, ipsum enim remittere, siue per non imputationem, siue quocumque alio modo est gratia in ista aceptione, alio modo sumitur gratia pro dono supernaturali intrinsicè recepto in anima, quæ adhuc est in duplici differentia primo modo pro dono supernaturali per modum transeuntis, secundo modo pro dono supernaturali perfecto per modum habitus, & permanentis, qualis est gratia iust. fi. ãs, & gratum faciens.

5. *Not.* Quinto not. est, quod hic loquimur de homine eleuato ad finem supernaturalem, & in natura lapsa, prout nunc est, nã si conderetur in puris naturæ supra egimus, qualiter si homo peccaret peccatum eius remitti posset intra ordinem naturæ, sine omni prorsus gratia, & dono supernaturali, cum tunc tantũ peccatũ esset deordinatio formalis a fine naturali, de quo etiam videatur hic Curiel. *Curiel.*

1. *Concl.* Prima concl. impossibile est per quãcumque potentiam remittere peccatum, sine infusione gratiæ, siue per modum habitus, siue per modum doni supernaturalis transeuntis. Hæc est expræssa D. Th. hic *D. Thom.* vbi ait non posse intelligi remissionẽ peccati, sine infusione gratiæ, qui modus loquendi in D. Th. sonat etiam in ordine ad potentiam absolutam, nam si secundum illã esset, factiuile etiam esset intelligibile, & q. 24. de verit. art. 8, ad 4. & sup. q. 109 art. 7. dicit peccatum, & gratiam esse immediate oppositas, sicut habitus, & priuatio, & cecitas, & visus sentit ergo ex nulla potentia posse tolli vnum, sine alio, sicut cecitas, sine visu sequunturque hanc sententiam communiter discipuli, D. Tho. tenet illam Mag. Soto. 2. de natur. & grat. cap. *Soto.* 18. & in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 2. Ruar- *Ruard.* dus in 4. dist. 1. q. 6. art. 6. & dist. 17. art. 4. quæst 7. & hanc efficaciter probant argumenta secundæ sententiæ, & insuper. Probatur primo, remissio peccati, vt dicit auersionem à creatura, & conuersionẽ in Deũ: qua ratione fit renouatio importãs aliquã mutationem realem in homine, sed hoc

hoc non potest esse, nisi per aliquod reale receptum in illo: ergo nequit intelligi remissio facta extrinsice, sine aliquo intrinsice posito. Maior patet; nam cum antea fuisset conuersus ad creaturam, & auersus a Deo modo fieri oppositum, aliqua mutatio realis est in rerum natura, & aliquid de nobo productum a Deo. Minor vero probatur: nam hæc mutatio realis non potest esse per aliquid nobum reale receptum in Deo: ergo debet esse per aliquid nobum reale receptum in homine. Secundo probatur eadem minor: nam si nihil reale recipitur in homine sequuntur duæ contradictoriæ simul veræ ergo prob. antecedens: nam ista est vera peccatum est remissum, vt suponimus, etiam est vera peccatum non est remissum, quod sic probo, homo habet se realiter, sicut prius, quia nihil recepit reale, quod non haberet prius, nec in illo est aliqua mutatio realis, ergo si antea erat in peccato realiter etiam, & modo. Secundo prob. conclusi ratione D. Thom. in art. ista remissio debet fieri per actum benebolentiæ, & dilectionis Dei aceptantis hominem ad sui amicitiam, sed huiusmodi dilectio necessario producit aliquid in anima, ergo sine illo peccatum remitti non potest; minor patet ex differentia voluntatis humanæ, & diuinæ, quod cum ista sit causa rerum producit bonum cui afficitur, & diligendo producit. Tertio prob. suppositæ eleuatione ad finem supernaturalem (sic enim loquimur in ista conclusione) peccatum priuat rectitudine naturali, & supernaturali, vt docet D. Thom. supra quæst. 71. & 22. & 24. art. vltimo, & insinuatur in diffinitione peccati ab Agust. tradita in illo quod dicitur contra legem eternã; ergo non potest toll peccatum, nisi vtraque rectitudo restituatur, patet consequẽtia, nam priuatio non tollitur, nisi per habitum quo priuat si enim priuat illis duobus, nisi per illa duo tolli non potest. Tũc vltra, sed rectitudo supernaturalis, sine aliquo dono supernaturali in hærente esse non potest, homo enim per sua naturalia, ex improportione, fini supernaturali conformari non potest, ergo tale donum est requisitum, etiam de potentia absoluta. Si respondetur, peccatum non consistere in priuatiuo, sed in positiuo (vt supra dictum est) quapropter ad sui ablationem non requiri positiuum eius, sed priuatio. Contra arg. nam etiam si essentiale peccati sit positiuum nectitur illi priuatio inseparabiliter, etiam de potentia Dei absoluta, quapropter peccatum tolli non potest, si talis priuatio non auferatur, cum ergo talis priuatio, sine habitu contrario toll: non possit consequenter, nec peccatum. Dixi in conclusione huiusmodi donum requisitum ad remissionem peccati debere esse supernaturale, nam si per possibile, vel impossibile poneretur rectitudo naturalis non posita supernaturali peccatum non tolleretur, nam cum rectitudo naturalis sit a Deo, vt author naturæ tãtum attingit finem naturæ, quia finis correspõdet principio, & consequenter non tollitur obliquitas in ordine ad finẽ supernaturalem, nisi ponatur donum supernaturale, ab author supernaturali in ordine ad finem supernaturalem. Secus esset ecõuerso, quod posita rectitudine supernatutali sufficeret ad omnino expellendum peccatum, quia cum ratio supernaturalis sit superior rectitudo supernaturalis continet eminenter naturalem, vnde supernaturalis posita sufficit. Dixi si per possibile, vel impossibile poneretur rectitudo naturalis, sine supernaturali, nam illud implicatio est, licet oppositum censeat Caietanus. Etsi contra hoc facias arg. nam peccatum contra finẽ naturalem etiam destruit rectitudinem, finis supernaturalis: ergo conuersio, & rectitudo naturalis, infferet etiam conuersionem, & rectitudinem supernaturalem, quia si negatio est causa negationis, & affirmatio affirmationis. Resp. quod si loquitur arg. de homine non eleuato, sed in puris naturæ peccando contra finem naturæ non destruitur ordo supernaturalis, quia cum non sit, nec manet auersus, nec conuersus ad finem supernaturalem, sed negatiue se habet respectu illius formaliter loquendo, licet radicaliter sit auersus, quatenus cum tali obliquitate naturali incomposibilis est rectitudo, supernaturalis, etiam per potentiam absolutam, non enim potest Deus illa obliquitate posita confirmare illum hominem fini supernaturali, neque ad illum conuertere. Si autem arg. loquitur de homine eleuato respondetur malum consurgere ex quocumque deffectu bonum autem ex integra causa de ordinatio, ergo deffectus est, cõuersio autem habet rationem boni sufficit, ergo de ordinatio à fine naturali, vt simpliciter sit de ordinatus, & in peccato non sufficit autem conuersio ad huiusmodi finem, vt simpliciter dicatur conuersus, & rectificatus, sed vt talis sit vtraque rectitudo requiritur, vel aliter respondetur, quod cum rectitudo naturalis præsupponatur

Not.

Not.

Obiectio.

Solutio.

Solutio. Impug.

2. Solutio.

ponatur ad supernaturalẽ, quia gratia supponit naturã, bene sequitur, quod destructa rectitudine naturali, quod destruatur supernaturalis, sicut destructa natura, quod destruatur gratia, non autem econuerso, quod posita rectitudine naturali ponatur supernaturalis, sicut nec posita natura, quod ponatur gratia, quia vt dictũ est, naturale supponitur supernaturali, & nõ econuerso.

2.Concl. Secunda conclusio, si loquamur de remissione peccati hominis eleuati (vt nunc loquimur) vt importat renouationẽ perfectam, nequit fieri talis remissio etiam per potentiam absolutam, nisi per donum supernaturale habituale, quod est gratia iustificans. Et videtur Diuu. Thom. hic asserentis non posse intelligi remissionẽ culpæ, si non ad sit infusio gratiæ: explicans autem qualis sit huiusmodi dicit esse secundum, quam quis dignus est vita æterna. Hæc autem est gratia iustificans cuius effectus est (vt supra diximus) facere acceptum ad gloriam. Item patet ex ratione D. Thom. inquit enim, quod ad remissionem peccati requiritur beneuolentia, & amicitia Dei, quæ non stat, sine infusione gratiæ, gratia autem faciens amicum, & hominem diligibilem Deo est gratia iustificans (vt supra dictum est) ergo intendit Diuu. Thom. quod sine gratia iustificante, non fit remissio culpæ, vt dicit renouationem perfectam etiam per potentiam absolutã. Ratione autem patet manifeste, nam renouari perfecte est recuperare omnia amissa sed hęc recuperarinõ possunt, nisi per gratiam iustificantem. ergo. Min. patet, nam vnum ex amissis est ipsa gratia iustificans nec potest dici posse supleri per aliud donum, quia nullum est adeo excellens, sicut gratia iustificans; vnde per nullum recuperabitur amissio gratiæ iustificantis ipsa non redeunte.

3.Concl. Tertia conclusio, remissio peccati si non importet perfectam renouationem, & integram adquisitionem eorum, quæ amisserat, etiãsi importet absolute renouationem supernaturalem per conuersionẽ ad vltimum finem supernaturalem potest fieri ex diuina potentia, sine gratia iustificãte, & sine aliquo dono supernaturali per modum habitus, dummodo ponatur aliquid supernaturale per modum actus ex diuino auxilio supernaturali proueniens.

Suarez. 1.Parscon clus. Vtramque conclusionem tenet Suarez, lib.7.cap.22. Prima pars conclusionis patet, nam peccatum non solũ repugnat gratiæ, sed etiam charitati cõuertenti ad Deũ cum quo non stat conuersio peccati, & similiter pœnitentiæ peccati detestatiuæ, sed sic est, quod per diuinam potentiã potest esse charitas, & pœnitentia, sine gratia: ergo & excludit peccatum, sine illa facta renouatione conuersionis in Deum per charitatem. Secunda pars etiam patet, *2.Pars.* nam ante tempora Durandi sententia erat probabilis, quam ipse sequitur de facto fieri rectificationem potentiarum in iustificatione, sine habitibus, ergo modo satis probabiliter dicitur de potentia absoluta id fieri posse, nam antiqui nullam inuenerũt repugnantiam, & nobis non obiat, nisi fides secundario, quæ tantum procedit determinando, quæ sunt de facto. Secundo probatur, aliqui actus supernaturales (qui vt suppono possunt elici ex auxilio supernaturali, etiam si non sit habitus infusus aquo procedat talis actus) important oppositionem, cũ peccato ergo excludetur per huiusmodi actus. Antecedens probatur, quia actus (verbi gratia) dilectionis Dei dicit conuersionem in Deum: ergo non stat cum illa conuersio in creaturam per peccatum, quia non stat simul conuerti ad duos vltimos fines, Et si dicas hoc probare, cum *Obiectio.* actuali conuersione in Deum per actum dilectionis, non stare actualem conuersionem peccati in creaturam, non autem probat, non stare conuersionem habitualem peccati per maculam remanentem, quia actus actui opponitur, non autem habitui, nisi habitus, licet ergo conuersio actualis peccati non stet, cum actuali conuersione dilectionis stabit conuersio habitualis, per maculam, nisi adueniat habitualis conuersio ad Deum per charitatem infusam. Respondetur, quod licet actus immediate *Solutio.* tantum actui opponatur, mediate tamen etiam habitui opponitur; vnde sicut actus peccati ex immediata oppositione ad actũ virtutis habet consequenter, & mediate excludere habitum virtutis: ita econuerso actus dilectionis ex immediata oppositione ad actum peccati habet consequenter, & mediate excludere maculam, & peccatum remanens. Tertio probatur, nam absolute renouatur anima per conuersionem in Deum, & rectificationem potentiarum, sed hoc potest fieri, etiam sine habitibus infusis per actualem ordinationem, ergo. Et si contra facias arg. nam renouatio *Obiectio.* non fit in anima, nisi per nitorem, & pulchritudinem auferentem maculam, & fœditatem peccati, sed hæc pulchritudo non intelligitur, nisi per positionem alicuius habitus supernaturalis ornantis animam.

ergo.

Solutio. ergo. Respondetur, quod vt dictum est, macula, & fœditas sufficienter excluduntur per actum dilectionis, etiam si non sit habitus charitatis, pulchritudo autē, tunc consurget expulso peccato & macula ex rectificatione potentiarum, & integritate naturæ, nitorem, & pulchritudinem haberet anima in statu naturæ per rectificationem potentiarum, etiamsi in illa nō essent habitus infusi, nec ideò solum ponimus in anima nitorem, & pulchritudinem naturalem, sed etiam supernaturalem, quia per huiusmodi actus supernaturales, etiā sine habitibus manerent potentiæ ordinatæ, non solum respectu finis naturalis, sed etiam supernaturalis. nec inde sequitur superfluam esse gratiam, & virtutes ad ornatum, & pulchritudinē animæ, quia licet, sine illis de potentia absoluta possit esse pulchritudo connaturaliter tamen fit per illam, imo (vt dictum est) sine illis non est pulchritudo, adeò excellens, vndè diximus sine gratia, & virtutibus posse fieri renouationem, licet non adeò perfectam, sicut fieret per gratiam, & habitus infusos.

Not. Nota tamen circa istam conclusionem, quod in illa loquimur de adultis, nam de paruulis ante vsum rationis, dicendum est, nullatenus posse iustificari, & renouari etiam de potentia absoluta, sine aliquo dono supernaturali per modum habitus, quia cum ipsi non possint habere actus, necessario in illis requiritur habitus, quia renouatio debet esse per conuersionem potentiarum, vt dictum est. Hæc autem esse non potest, nisi per actum, vel habitum, cum ergo non possint habere actus necessario in illis requiritur habitus. Verum est tamen, quod semel facta conuersione, & rectificatione potētiarum paruuli, potest Deus auferre huiusmodi habitus, & nihilominus manebit rectificatio, minus enim requiritur ad conseruari, quam ad fieri. Et

Obiectio. si dicas, quod illa rectificatio est quædam relatio, & habitudo potentiarum ad vltimum finem: ergo requiritur fundamentum illius, hoc autem esse non potest, nisi perdictos habitus: ergo ablato habitu auferetur, & conuersio, quæ est relatio funda

Solutio. ta in illo, quia destructo fundamento relatio manere non potest. Respōdetur, quod relatio fundata in actione, & passione nō requirit permanentiam fundamēti, sed sufficit fuisse, vt relatio paternitatis remanet transacta generatione, sic ergo sufficit præcessisse habitum rectificantem, vt etiam habitu transacto rectificatio, & conformitas ad finem perseueret.

Quarta conclusio, etiam per potentiam Dei absolutam, non potest ab homine eleuato ad finē supernaturalē tolli peccatū quātū ad omnia, quæ necessario includit, sine aliqua renouatione interna, per donum supernaturale, siue habituale, siue actuale, siue realiter, siue modaliter ab essentia, & eius potentijs distinctum. Hæc ponitur contra Suarez, lib. 7. capit. 23. & 3. part. quæst. 82. art. 2, & Alens. & Diu. Bonauent. Argent. Durand. Ferrar. Ledesma, Vega supra citatos. Nostram tamē conclusionem tenet Soto in 4. distin. 15. quæst. 1. art. 2. Ricard. in 4. dist. 1. art. 6. quæst. 4. & distin. 17. quæst. 1. Durand. quæst. 1. & in 1. dist. 17. quæst. 1. Estque communis iuniorum, etiam Vazquez, & Thomistarum hic, & potius eget explicatione, quam probatione. Vndè pro intelligentia illius nota, quod in peccato primo consideratur conuersio dissona ad creaturam, in quo essentialiter cōsistit ratio peccati, secundo consideratur auersio à Deo, & lege illius, quæ licet non sit essentialis intime tamen, & necessario coniungitur, cum ratione essentiali conuersiua peccati. Tertio consideratur priuatio gratiæ, & virtutum, quæ peccatum inducit, tanquam effectum correspondētem peccato, vt pœna illius, dignus est enim priuari gratia Dei qui illū offendit. Incipiēdo ergo ab vltimo, peccatum in sui remissione non dependet à gratia, ex eo, quod inducat priuationem illius, quia prius non dependet a posteriori, nec causa ab effectu, posset enim peccatum tolli, etiam si prius priuatio gratiæ non tolleretur, & tunc ablato peccato etiam priuatio gratiæ cessaret, quamuis infusio gratiæ non esset, quia cum talis priuatio corresponderet peccato, & pœna illius ablato peccato auferretur, & priuatio gratiæ, quia ablata causa aufertur effectus, maneret tunc non in gratia, non tamen priuatus gratiæ. Etsi dicas, quod esset negatio in subiecto apto: ergo est priuatio. Respondetur, quod tunc esset priuatio physica, non tamen moralis, vt peccato correspondens, loquendo etiam de priuatione auersionis à Deo, & lege precisſa à conuersione, dico non requiri ad eius ablationem aliquam renouationem internā, per donum supernaturale intrinsecè receptum, quia talis auersio est, quid morale habens rationem respectus moralis ad Deū offensum, & sic posset tolli per aliquid morale, videlicet per beneuolentiam, & acceptationem extrinsecam Dei, eo enim ipso,

4. *Concl.*

Contra Suarez. Alens. D. Bona. Argent. Ferra. Vega. Ledesma. Nostram sent. tenet. Soto. Ricar. Duran. Vazquez. Nota.

Obiectio.

Contra.

so,qnod Deus non habeatur pro ofenso, & remittat in iuriam ex parte sui destruitur,ratio offensę auersiuæ in peccato,quę solum desumebatur ex esse Deum offensum,& non satisfactum. Loquendo tamẽ de huiusmodi auersione,vt coniuncta cõuersioni ad creaturam,& vt formalius loquamur loquendo de conuersione auersiua peccati,inqua essentialiter consistit,impossibile est tolli peccatum. sine renouatione interna dicta in conclusione, nã vt tollatur peccatum debet tolli conuersio in creaturam,hæc autem non tollitur,nisi per conuersionem in creatorem, vt finem supernaturalem: ergo importatur renouatio interna,patet consequentia,quia tolli vnam conuersionem,& poni aliam aliqua mutatio interna est realis.& supernaturalis,quia est ad finem supernaturalem, vnde donum supernaturale est saltem modaliter diuersum ab ipsa potentia rectificata,& conuersa in finem supernaturalem.

Solutio. Si respõdeatur, posse tolli conuersionem ad creaturam non posita conuersione ad Deum intrinseca,quia inter positiue contraria,non est talis ordo, vt per diuinam potentiam non possit tolli vnum non introducto alio,quia potest destrui albedo, non introducta nigredine, neque alio colore,si ergo conuersio ad creaturam positiue contrariatur conuersioni ad Deum poterit destrui prima conuersio non posita secunda,& sic auferri peccatum, sine renouatione interna.

Impug. Contra arg. quia licet peccatum sit aliquid positiuum habet tamen intrinsece anexam priuationem auersionis,quæ tolli non potest,nisi per cõuersionem in Deum,hæc autem(vt dictũ est) requirit aliquid supernaturale quo fiat.

Solutio. Si resp. posse quidem tolli auersionem à Deo,& conuersionem ad creaturã, sine conuersione in Deum per non conuersionem ad creaturam tãtum:ita vt nec sit conuersus ad vnum, vel aliud, sed solũ ad creaturam non conuersus.

Impug. Contra arg. quia supposita eleuatione,hoc est impossibile,sed necessario alterum debet habere,ponere enim subiectum,cum sola negatione est ponere subiectum impuris naturæ, supposita autem eleuatione necessario est priuatio,quia est in subiecto apto ratione eleuationis:quapropter talis priuatio necessario dicit ordinem ad formã oppositam in tali statu, vel clarius impugnatur dicendo,quod sicut si Deus tolleret ab aliquo iusto gratiam habitualem, sine peccato illius:nihilominus supposita eleuatione moraliter diceretur amicus. Ita similiter licet tolleret Deus omne positiuũ peccati,si non ponit gratiam,vel donum, vel aliquam renouationem supernaturalem moraliter manet in peccato, nec potest dici fuisse remissum quoadvique (vt dictum est) ponatur in Deum conuersio, quæ (vt dictum est) aliquid intrinsecum supernaturale saltem modale importat.

Solutio. Si resp.hanc conuersionem in Deum posse fieri extrinsece per voluntatem Dei. sicut prædestinatio,nihil intrinsecum ponendo in prædestinato ordinat in finem vltimũ.

Impug. Contra arg.quia conuersio ad creaturam est aliquid intrinsecum: ergo non potest tolli per conuersionem extrinsecam, sed necessario requiritur intrinseca, quia intrinsecum non potest tolli, per extrinsecum.

Obiectio. Sed si contra prædictum fundamentum conclusionis fiat arg. ex Suarez, 3. part. quæst. 87. art. 2. quod peccatum habituale non est aliquid positiuum in anima intrinsece,& physice inhærens, sed tantum est quædam habitudo ad actũ præcedentem,& ad pœnam postea soluẽdam, quod quidem in anima est aliquid morale & non physicum: ergo ad sui destructionem,non requiritur aliquid physicum inhærens,sed sufficit aliquid morale, sicut enim physicum physico:ita morale morali destrui debet,& potest.

Solutio. Respondetur, in primis supponere falsum,quia si peccatum non importaret aliquid positiuũ intrinsecum,sed tantum extrinsecam habitudinem moralem,non propriè diceretur tolli in remissione per veram destructionem,sed per non imputationem,quod est contra determinationem Concilij, concedimus ergo peccatum importare aliquid morale,sed non vt cumque,sed morale reale,sunt enim aliqua moralia, quæ tantum ponunt in subiecto aliquid rationis, vt cõdonatio in iuriæ inter homines, alia tamẽ ponunt aliquid reale,vt actus humani morales sunt:nihilominus aliquid reale important in subiecto,peccatum ergo nõ est morale primo,sed secundo modo. Vnde ad sui destructionem requirit aliquid morale reale,quod nõ fit,sine mutatione reali subiecti,quam dicimus renouationem, & donum supernaturale,siue realiter, siue modaliter diuersum ab anima, vel potentijs.

Obiectio. Nec obiat prædictæ doctrinæ, quod D. Thom. sæpe sæpius asserat peccatum esse priuationẽ in anima, quia hoc asserit,quia imperfectissima qualitas est tantum reductiue pertinens ad prædicamentum,& quod magis resplendet in illo est priuatio,& quo magis a nobis cognoscitur

D. Thom.

Solutio.

1. Solutio. tur est per priuationē. Secūdo respondetur, Suarez se ipsum non intelligere, quia vt defendat posse fieri remissionem peccati, sine infusione doni melius illi erat tueri peccatum esse aliquid positiuum, quam tantum dicere priuationem, quia facilius defenditur, tolli vnum positiuum, sine introductione alterius quam tolli priuationem, sine forma contraria. Secundo probatur principaliter, & fundamentaliter, sicut prima conclusio, remissio peccati est actus dilectionis, & amicitiæ Dei: ergo non potest esse, sine productione alicuius doni supernaturalis, pariter consequētis, quia hæc est differentia inter dilectionem diuinam, & humanam, quod ista non illa tamen necessario producit aliquid in re dilecta, cum Deus per voluntatē sit causa rerum. Si respondeatur, illam dilectionem Dei esse liberam, ac per consequens, posse suspendere productionem effectus.

Solutio.

Impug. Contra arg. quia licet sit libera absolute ex suppositione tamen, quod diligat necessario debet causare aliquid in re dilecta, quia voluntas necessario fertur in bonum, vel præsuppositum voluntati, vel causatum ab illa, cum ergo voluntas diuina, nequeat ferri in bonum præsuppositum, quia voluntas Dei à rebus dependere non potest necessario debet ferri in bonum causatum ab ipsa. Si resp. posse Deū tendere per actum destructiuum non vero prosecutiuum, argumentum autem procedere de actu prosecutiuo dilectionis.

Solutio.

Impug. Contra arg. quia nequit intelligi destruere peccatum, nisi per actum dilectionis, & amicitiæ, quia (vt contrarij fatentur) remittere Deum peccatum est aceptare illū ad sui amicitiam: necessario ergo interuenit actus amicitiæ, & dilectionis, & consequenter producere aliquod donum in re dilecta. Si resp. quod vt sit dilectio sufficit causare donum in re dilecta in præparatione animi, non autem de præsenti, vt patet in amicitia humana, sufficit enim amico habere in præparatione largiri dona, quādo fuerit necessario, immò & in Deo posse etiam saluari amicitiam per hoc, quod habeat in præparatione tempore futuro conferre beatitudinem, licet de præsenti, nihil intrinsecum causet. Contra arg. quia licet ad dilectionem per modum desiderij respicientis bonum futurum prædicta sufficiant, non attamen ad dilectionē per modum complacentiæ, quæ respicit bonū præsens, actus ergo amicitiæ est dilectio complacentiæ, nō desiderij, licet istud ex illo consequatur, ergo vt sit amicitia requiritur bonum præsens, quod in Dei amicitia ab ipso debet esse productum, & hoc idem manifeste patet in prædestinatione: certum enim est præparare prædestinato in futurum maximum bonum, quale est beatitudo, & tamen non potest dici per illam amicum Deum esse Petri prædestinatio existentis in mortali, quia de præsenti non producit bonum spirituale gratiæ in illo, quod tequiritur ad amicitiam, vt ergo dicatur remittere peccatum, & fieri amicū non sufficit aceptare ad vitam æternam, quod est bonum futurum, quia & existentem actualiter in peccato potest sic aceptare extrinsece: ergo vt sit amicitia necessario debet produci aliquid intrinsecum renouans.

Respondet

Ad primum arg. à principio respondetur, etiam originale esse aliquid inhærens animæ, vt definitum est in Tridentino decreto de originali, licet non sit commissum per proprium, sed per alienum actum, vnde tolli non potest, nisi per intrinsecam renouationem, sicut & actuale. *Ad 1. arg.*

Ad secūdum nō æqualiter esse in peccato culpam, & pœnam, hæc enim est extrinseca illa vero intrinseca, potest ergo ista ab extrinseco tolli per condonationē, culpa vero nequaquam, nisi per internam renouationem. Ad replicam ibi positam respondetur, veniale importare maculam nō auertentem a Deo, neque conuertentem ad bonum commutabile, quapropter non est eadem ratio de illo, atque de mortali importanti vtrumque (vt dictum est.) *Ad 2. arg.*

Ad confirmationem respondetur, non posse pacari Deum offensum, nisi per amicitiā, quæ necessario (vt dictum est) producit aliquid in re dilecta, quæ ratio non currit in amicitia humana, & hoc quidē nō, quia Dei voluntas sit minus potens, quam humana, immò quia infinite potens, & omni no independens ab extrinseco dono, cum sit causa omnium rerum. *Ad confir.*

Ad tertium arg. resp. peccatum, & gratiam non esse immediate opposita respectu hominis absolute, bene tamen respectu hominis eleuati, vt ibi responsum est per quod patet ad primam partem antecedentis: ad secundam probationem illius. Aliqui respondent hanc esse differentiam inter formam, & priuationem, quod licet de potentia absoluta priuatio tantum respiciat formam per quam possit excludi, forma tamen respicit formam effectiuam corruptiuam, per quam sine priuatione possit excludi, quapropter licet peccatum habens tationem priuationis, non possit excludi, *Ad 3. arg.*

1. Solutio: displicat.

excludi, sine gratia: bene tamen gratia habens rationem qualitatis, potest excludi, sine peccato à Deo corrumpente ipsam,

2. *Solutio.* sed quia hæc solutio non placet. Secundo respondent alij, quod quando aliqua duo respectu subiecti non sunt absolute immediate opposita, sed tantum ex suppositione alicuius status: tunc licet priuatio non possit tolli, nisi per formam, forma tamen potest tolli, sine priuatione, exemplum est in fide, & errore in illa, quæ absolute, non sunt immediate opposita respectu viatoris, quia datur status medius, scilicet infidelitas negatiua, sed tantum opponuntur immediate ex suppositione legis Euangelicæ cognitionis, ideò ergo licet error in fide non possit tolli, nisi per fidem, fides tamen potest tolli, sine errore per lumen gloriæ: sic ergo de peccato, & gratia, quæ non absolute, sed ex suppositione immediate opponuntur (vt dictum est.) Sed

Impug. hæc etiam non placet, quia lumen gloriæ, sine fide posset tolli error, sicut etiam fides, sine errore, vnde optime. Tertio re-

3. *Solutio. Vera.* spondetur, quod quando vnum contrariatur duobus, cum cuilibet illorum opponatur in adæquate: tunc nullum illorũ duorum potest excludi, nisi per tertium, cui vtrumque opponitur: tertium tamẽ, quod opponitur duobus, sine quolibet illorum excludi potest per positionem vnius, sine hoc, posito illo, & sine illo, posito, isto: sic ergo est gratia, quæ opponitur, & priuationi morali peccati, & priuationi physicæ, quæ esset in subiecto aquo auferretur gratia, etiam si non esset peccatum, potest ergo excludi gratia, per quamlibet illarũ priuationum, vel per moralem, vel per physicam, quia vtramque respicit, vt oppositam; vnde posita priuatione physica excluditur gratia, etiam si non sit peccatum, è contra tamen nulla illarum priuationum excludi potest, nisi per gratiam. quẽ vtraque priuatio respicit immediate, tanquam propriam formã, quod clare dicitur, quod ex parte gratiæ ad priuationem peccati, non est immediata oppositio, quia potest in medio stare priuatio physica, per quam sufficienter tollitur gratia, ex parte tamen priuationis peccati est immediata oppositio ad gratiam, quia non mediat inter ipsam, & gratiam aliquid contrarium, per quod possit excludi, quia priuatio physica, non opponitur priuationi morali, vt per ipsam possit excludi peccatum, & esse transitum à peccato in illam, sicut erat trãsitus à gratia in priuationem physicam tã quam in oppositum per quod gratia excludatur, etiamsi non perueniatur, ad peccatum. Ad tertiam probationem eiusdem antecedentis respondetur, quod licet peccatum consistat in positiuo, includit tamen intrinsece priuationem ratione cuius excludi non potest, sine gratia, ad impugnationes autem ibi positas contra solutionem. Respondetur ad primam, quod si reducatur homo ad statum naturæ nihil cõtra nos, qui loquimur de eleuato: vtrum stante eleuatione possit peccatum tolli, sine gratia. Ad secundam conceditur peccatum, & gratiam tantum esse immediate opposita secundum quid, scilicet suppositã eleuatione, vnde non quærimus absolute si possit tolli, sine gratia, sed secundũ quid & ex suppositione: vtrùm stante eleuatione. Ad tertiam probationem respondetur non probare, non esse opposita ex natura rei peccatum, & gratia, sed probare non esse immediate opposita ex natura rei, quia hoc tantum habent ex suppositione eleuationis, ablata autem eleuatione ex natura rei opponuntur, sed non immediate. Ad quartam respondetur, quod in illo casu, non posset tolli huiusmodi deordinatio ad minus, sine aliquo dono supernaturali pertinente ad ordinem fidei, & consequenter, sine gratia, vt hic loquimur de illa secundum quod se extendit ad omne donum supernaturale intrinsece receptũ. Ad quintam respondetur, creaturam rationalem esse proprium subiectum gratiæ non diminationis, quia nulla creatura est substantialiter supernaturalis, ex qua gratia possit dimanare, est tamen propriũ subiectum inhæsionis in qua tamen (vt supra dictum est) gratia potest reperiri. Ad sextam respondetur, quod in peccato duplex priuatio reperitur altera auersiua à Deo, & lege: altera vero est priuatio gratiæ, hæc secunda est effectus consequens peccatũ, prima vero ratio formalis, siue constitutiua, siue necessario concommitans, licet ergo non necessario requiratur gratia iustificans ad expulsionem peccati, quia non necessario peccatum includit priuationẽ gratiæ iustificantis, quia hæc se habet, vt effectus. sine quo per diuinam potentiam esse posset probabiliter, secundum illos, qui dicunt peccatum, & gratiam posse esse simul, necessario tamen requiritur gratia communiter dicta ad expulsionem peccati, quia cum necessario includat priuationem auersiuam, & hæc vt probatum est, non possit tolli, nisi per aliquod donũ supernaturale intrinsecum consequenter, nec sine gratia, sic acepta.

Ad

Ad quartum arg. principale respondetur, quod illa duo opposita peccato sunt intrinsece connexa: vnde vnum sine altero esse non potest, quapropter non potest tolli peccatum rectitudine naturali, non posita supernaturali. *Ad 4. arg.*

Ad quintum respondetur, negando minorem, nam vt docet D. Thom. quæst. 28. de verit. art. 2. ad 5. si aliquis in puris naturæ peccaret egeret remedio supernaturali ad delendum peccatum. Secundo respondetur, tenendo quod in illo statu esset aliquod remedium naturale ad remissionem peccati, quod tunc tantum esset contra finem naturalem. Resp. (inquam) quod licet peccatum, verbi gratia, furti tunc & modo sint eiusdem rationis ex parte conuersionis, quia vtrumque fertur in rem alienam, ex parte tamē auersionis, & priuationis alterius rationis est: siquidem modo auertit à bono supernaturali, & maioribus priuet, quam tunc priuaret, cum ergo renouatio requiratur ad remissionem peccati necessario ex parte priuationis, quam peccatum includit, maior renouatio modo requiritur, cum priuatio maior sit, vnde modo requiritur renouatio supernaturalis: tunc autem sufficeret naturalis, quia tantum erat priuatio naturalium. *Ad 5. arg. V. Thom. 1. Solutio.*

Ad sextum arg. resp. Medina, quod in illo casu necessario reproduceretur nomo in peccato, quod tamen (inquit ille) non tribueretur Deo, sed refunderetur velut in causam in actionem peccaminosam præcedentem annihilationem, & in virtute illius, modo peccatum resurgeret, apponit exemplum de originali, quod non tribuitur Deo in creatione animæ, sed reducitur ad vnionem cum carne. Sed hæc solutio nulla est, & exemplum potius est contra se ipsum, nam vt docet Diuu. Thom. supra quæst. 83. art. 1. ad 4. originale nō contrahitur ex vi creationis, quæ tantum est à Deo, imò neque ex vi vnionis ad carnem, quatenus à Deo, sed ex parte vnionis ad carnem, quatenus ex parte carnis se tenet; vnde infert Diuu. Thom. quæstio. 81. art. 4. quod si quis formaretur virtute diuina ex carne non concurrente carne non contraheret originale, cum ergo reproductio annihilati tantum, & precisse sit à Deo, nulla alia actione interueniente Deo tribueretur peccatum reproductum, & sic se haberet, sicut si produceret Angelum peccantem in primo instanti. Respondetur ergo ad arg. quod tunc destrueretur peccatum, sine gratia per accidens ad destructionem subiecti, quando autem procedit stante subiecto, sicut quando disputatur in physicis: vtrum vnum contrariū possit expelli sine altero, intelligitur à subiecto permanente, & stante: nulli enim dubium, quin per destructionem subiecti possit destrui vnum contrarium, sine productione alterius, etsi reproduceretur, reproduceretur, sine peccato, ne Deo tribueretur reproducenti, sed tunc reproductus, non esset omnino, idem etiam accidē taliter, quia reproducebatur, sine conuersione ad creaturam, & modaliter ad minus diuersus, per conuersionem in Deū, quod non esset, sine aliquo dono supernaturali, nisi vellet reproducere in puris naturæ: itaque peccatorem destructum non posset Deus reproducere in statu eleuationis, nisi aliquo dono supernaturali rectificatum, quia cum in statu eleuationis esse nō possit, nisi vel in peccato, vel gratia saltē communiter dicta (vt explicatum est,) & ille homo in peccato reproduci non posset ne peccatum Deo tribueretur necessario reproducendus erat gratia ornatus, vel dono aliquo supernaturali, quo infinē supernaturalem esset eleuatus, posset autē illum, sine peccato, & gratia reproducere in puris naturæ. Dixi autem non reproducere omnino eundem, quia simpliciter, & absolute, idem esset licet modus, vel status esset diuersus, sicut etiam si corrumpatur aliquid, & reproducatur incorruptibile, dicitur idem reproduci, vt contingeret in resurrectione mortuorum, cum tamen dicatur Iob, quem visurus sum ego ipse. *Ad 6. arg. 1. Solutio. Impug. D. Thom. D. Thom. 2. Solutio. Iob.*

Ad septimum resp. quod si ingenere causæ materialis prius intelligitur expulsio peccati, quam introductio gratiæ, ingenere tamen causæ formalis, vel efficientis, quod præcipuum genus est, intelligitur prius introductio gratiæ; vnde absolute prius est infundi gratiam, quam peccatum excludatur, vel facilius dicitur nihil curandum de huiusmodi instantibus naturæ ad nostram quæstionem, qui de re, & non de intellectione loquimur. non enim quærimus: vtrum possit intelligi remissio peccati, sine introductione gratiæ, sed vtrum possit esse, quod debet procedere de instantibus temporis, non autem naturæ, & vt esset contra nos requireretur dari aliquod instans temporis in quo excluderetur peccatum, & in illo non esset introducta gratia. *Ad 7. arg.*

Ad octauum resp. quod peccatum Adam, non est in integrum quantum ad omnia amissa reparatum, quia sic deberet restitui *Ad 8. arg.*

stitui ad originalem iustitiam, absolute tamen dicitur reparatum, quia supernaturaliter renouatas est per gratiam iustificantem: sic ergo concedimus de peccato nostro, quod si in integrum deberet reparari deberent restaurari omnia amissa: ita vt si decidit à gratia vt quatuor redeat ad illam vt quatuor; tamen vt absolute dicatur reparatum sufficit redire ad gratiam, vt vnum per quam peccatum substantialiter manet excluſſum, imò (vt dictum est) sufficit gratia large sumpta, vt dicit donũ vt per diuinam potentiam peccatum excludatur, & absolute dicatur reparatam, & remissum.

Dubium IV.

Vtrùm per diuinam potẽtiam peccatum, & gratia posſint esse simul?

[3. Sent. Soto. Lorca. Suarez. Curiel.] IN hac re est prima sententia Mag. Soto, 2. de natur. & grat. cap. 18. & in 4. distin. 15. quæst. 1. art. 2. & multi grauissimi Doctores, Lorca hic, Suarez lib. 7. cap. 19. Curiel hic dub. 3. & omnes qui supra tenet peccatum, & gratiam non opponi ex natura rei; nec vnum alterum physice expellere alterum, consequenter asserunt, quod videlicet peccatum, & gratia per Dei potentiam simul esse possunt.

Ad 1. arg. Hæc sententia probatur primo, si propter aliquam rationem repugnaret esse simul peccatum, & gratia: maximè quia effectus formalis, quod est facere Deo gratum est incompossibilis, cum effectu formali peccati, quod est facere Deo odibilem: siquidem implicatio est esse simul gratum, & odibilem, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, nam effectus formalis potest separari ab entitate, & substãtia formæ: ergo per diuinam potentiam poterit poni gratia cum peccato auferendo effectum formalem gratiæ, quod est facere gratum, vt non sequatur, prędicta implicatio: antecedẽs vltimum probatur, nam potest ponere visionem in lapide (de potentia absoluta,) quem visio non faciat videntem & in Christo Domino in Sacramento est visio, quem tamen vt ibi non facit videntem, quia vt ibi est modo indiuisibili, qui modus ad videndum repugnat. Item anima sensitiua est in ossibus, & capilis, quos non facit sensibiles. Item habitus vitiosi manent in iusto, quem vitiosum non faciunt. Item actus contritionis habet, tanquam effectum formalem satisfactionem, quæ tamen separatur a contritione, prout prius natura intelligitur in iustificatione; siquidem prout in illo priori naturæ satisfactio esse non potest. Confirm. primo, nã facere gratum est effectus formalis secundarius, nam primarius, non est; nisi facere consortem diuinæ naturæ, sed effectus secundarius separari potest, cum primario autem peccatum repugnantiam, non habet ergo ex diuina potentia separato effectu secundario poterit remanere peccatũ cum gratia effectum primarium retinentem, hoc vltimum antecedens probatur, nam fides, & spes sunt participationes diuini esse, licet imperfecte: & nihilominus manent in peccatore: ergo peccatum ex natura sua non repugnat esse simul cũ participatione diuini esse, quod est effectus primarius gratiæ. Confirm. secundo, nam sic sequitur ad gratiam facere gratum, sicut ad beatitudinem facere gaudiosum, sed potest Deus a beato tollere gaudium, imò quod sit in summa tristitia: ergo similiter separi poterit a gratia facere gratum, quod simul sit in peccato per quod odio habeatur.

Ad conf. 1.

Conf. 2.

Ad 2. arg. Secundo arg. incompossibilitas nõ prouenit ex oppositione morali inter peccatum, & gratiam, quæ consistit in ratione de meriti ex institutione diuina, sic stante vt a peccatore gratia expellatur, nec prouenit etiam ex oppositione physica: ergo ex nullo capite, quia nullum aliud potest assignari. Prima pars patet, nam institutio diuina, aliter se posset habere ex eius potentia. Secunda pars probatur, quia de potentia absoluta probabile est duo contraria posse esse simul, (sed (vt dictum est) peccatum, & gratia opponuntur cõtrarie, quia probabilius est peccatum consistere in positiuo; ergo.

Ad 3. arg. Tertio arg. actus, & habitus non opponuntur per se primo: ergo nec peccatum, & gratia, quia peccatum est actus, gratia vero habitus: ergo possunt esse simul, patet consequentia, quia incompossibilitas tantum ex oppositione immediata potest prouenire. Si resp. quod licet actus actui tantum opponatur immediate sufficit opponi consequenter habitui, vt ipsum excludat, & incompossibilis sit cum illo. Contra arg. quia in Diu. Paulo fuit simul habitus fidei, & actus visionis Dei, & nõ alia ratione, nisi quia actus videndi non opponitur per se primo habitui fidei, sed actui licet consequenter opponatur habitui:

bitui: ergo non sufficit consequenter opponi vt non possint esse simul.

4. Arg. Quarto arg. probabile est inter Thomistas peccatum non opponi, neque excludere gratiam physice, sed tantum moraliter ex institutione diuina: ergo probabile erit, etiam inter Thomistas peccatum, & gratiam posse esse simul, patet consequentia, quia nulli dubium, quin oppositio moralis, & institutio Dei solum ex voluntate eius dependens mutari posset.

5. Arg. Quinto arg. probabile est posse peccatori restitui rectitudinem naturalem nō restituta supernaturali, in quo casu, sine dubio maneret peccatum: quatenus opponitur rectitudini supernaturali, non restitutæ: tunc ergo sic arg. peccatum eodē modo opponitur rectitudini naturali, atque supernaturali, sed potest permanere cum rectitudine naturali, non obstante oppositione ad illam: ergo similiter poterit permanere cum rectitudine supernaturali, & cum gratia causante huiusmodi rectitudinem.

6. Arg. Sexto arg. peccatum esse potest simul cum actu charitatis: ergo & cum gratia, patet consequentia, quia non magis vni quam alteri opponitur. Antecedens vero prob. nam prius natura, quam introducatur gratia intelligitur actus dilectionis Dei, vt dispositio ad illam, & tunc etiā intelligitur peccatum, quia nondū intelligitur gratia expellens illud: ergo adhuc intelligitur peccato subiectus homo. Conf. diligi à Deo, & diligere Deum realiter distinguntur: ergo potest per diuinam potentiam vnū ab altero separari, & esse quod homo diligat Deum per actum charitatis, & quod non diligatur à Deo, quod est non habere gratiam, per quam homo à Deo diligitur: tūc ergo stabit actus dilectionis Dei, sine gratia, & consequenter cum peccato, quod necessario per gratiam debeat excludi (vt supra dictum est.)

Conf.

7. Arg. Vltimo arg. gratia in esse qualitatis potest esse in lapide, sicut & actus vitalis, vt visio, secundum opinionem probabiliorem philosophorū in lapide poni possunt in esse qualitatis: ergo à fortiori poterit poni gratia in esse qualitatis in peccatore, patet consequentia, quia minus ineptum est subiectum spirituale, etiam subditum peccato respectu gratiæ in esse qualitatis, quam sit lapis respectu illius, vel respectu visionis.

Concl. Conclusio tamen sit, implicat contradictionem etiam per potentiam absolutā gratiam, & peccatum esse simul. Hanc tenet Ioann. Vicenti, relectione de gratia Christi in præfatio, §. primum corolarū; & §. vltimo, & Vazquez disput. 204. citatur Capreol. & Aureo. in 2. dist. 17. Ricard. 4. distin. 17. art. 1. quæst. 7. Hanc necessario debent tenere, vt loquantur consequenter omnes tenentes peccatum, & gratiū opponi ex natura rei vnumque alterum expellere efficiēter physice, & quod peccatum de potentia absoluta, nō potest remitti, sine gratia, ex fundamentis istorū supra positis necessario infertur, simul esse non posse. Specialiter autem modo probatur primo, impossibile est esse aliquem simul bonum, & malum, sicut cæcum, & videntem, quia sic opponuntur secundum Arist. bonum & malum, sicut videns, & cæcum: ergo impossibile est, simul habere peccatum & gratiam, patet consequentia, quia peccatum intrinsece facit malum gratia vero intrinsece facit bonum, quia si virtutes, hoc habent, vt patet ex earū diffinitione à fortiori gratia, quæ est illarum radix. Si respondeatur, non esse gratiam, vt cumque, quæ facit bonum, sed gratia, vt habet annexam acceptationem diuinam: quapropter concludit argum. non posse esse simul peccatum, & gratia simul cum acceptatione, non autem quod non possit esse simul, cum gratia acceptatione exclusa, quia vt sic non facit bonum, & consequenter non sequitur prædictum inconueniens, quod simul sit bonus, & malus homo. Contra arg. nam illa acceptatio, vel est intrinseca inhærens, vel est tantum extrinseca, non potest dici, quod sit extrinseca, quia hæc vel est actio effectiue producens bonitatem, vt supradiximus, vel est actio ex bonitate in subiecto præsupposita ordinans ipsum in finem gloriæ, vnde secundum neutram partem huiusmodi acceptatio extrinseca potest dici esse, quæ formaliter faciat bonum. Si autem loquamur de acceptatione intrinseca recepta in homine, hæc est ipsamet gratia: vnde dicere, quod acceptatio est, quæ cum gratia facit bonum est dicere, quod gratia hoc habet, & consequenter, idem est, quod peccatum, non possit esse cum acceptatione faciente bonum formaliter, & non posse esse cum gratia, quia gratia est huiusmodi acceptatio recepta, vt dictum est. Secundo probatur, peccatum vel consistit in priuatione, vel necessario habet annexam illam: ergo implicatio est esse simul peccatum, cum gratia, patet consequentia, quia implicatio est esse simul habitum, & priua-

Ioann. Vic. Vazquez. Capreo. Aureo. Ricard.

Impug.

Resp.

Impug.

Solutio. tionem, vt patet in visu, & cęcitate. Si respondeatur, peccatum non importare priuationem gratiæ necessario, sed priuationem auersiuam à Deo, & legem: vnde concludit arg. non posse esse simul peccatum cum conuersione ad Deum, & legem illius, non autem probat non posse esse simul cum gratia, quæ huiusmodi priuationis peccati, non est habitus. Contra arg. quia conuersio ad Deum, & legem nō stat sine gratia, quæ ad hoc necessario requiritur (vt supra dictum est:) si ergo peccatum habet incompossibilitatem, cum conuersione ad Deum consequenter, & cum gratia necessario faciens huiusmodi conuersionem. Si respondeatur, hoc probare de gratia communiter dicta, vt amplectitur omne donum, de qua diximus, necessario requiri ad conuersionem in Deum, & expulsionem peccati, non autem probare de gratia iustificante, quæ ad hoc non necessario requiritur, vt supra dictum est. Contra arg. quia si peccatum non compatitur cum gratia communiter dicta cauiante conuersionem in Deum à fortiori non compatietur cum gratia iustificante, quæ perfectior est, & eminentius habet causare huiusmodi conuersionem. Si respondeatur, quod in peccato est primarius effectus auertere à Deo, secundarius facere indignum, & Deo exosum, & indignum diuinæ dilectionis: similiter in gratia est primarius effectus facere consortem diuinæ naturæ, & dignum, & proportionatum eius voluntati, secundarius autem effectus est facere Dei amicum, & actualiter ab ipso dilectum, peccatum ergo, & gratia nō debent comparari, quod effectus primarius peccati repugnet effectui secundario gratiæ, & secundarius peccati, primario gratiæ. vnde cum auersione peccati, non stat à Deo esse dilectum, & in ipsum conuersum, nec cum effectu secundario peccati stare potest primarius gratiæ, sed quia Deus potest effectus secundarius tollere auferendo secundarium peccati, & gratiæ, gratia, & peccatum quoad effectus primarios remanere poterunt, quia inter illos non est oppositio (vt dictum est.) Contra arg. quia hæc solutio chimerica est, & contra omnem phylophiam, quādo enim duæ formæ contrariæ sunt non debet opponi effectus primarius vnius secundario alterius, sed primarius primario, secundarius secundario, quia cum effectus primarius sit ipsa communicatio formæ, idē est, quod formæ sint oppositæ, & quod effectus primarij opponantur, & hoc patet discurrendo per quæcumque opposita physica, eo enim ipso, quod albedo, & nigredo opposita sint, effectus primarij vtriusque opponuntur: si ergo peccatum, & gratia sunt opposita effectus primarius vtriusque incompossibilis est. Tertio probatur conclusio, & confirmatur præcedens, implicatio est esse aliquem simul amicum, & inimicum dilectum, & odio habitum: ergo & habere gratiam, & peccatum, patet consequentia, quia gratia facit amicū peccatum vero inimicum, & odio habitum. *Impug.* *Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.* Si respondeatur, facere amicum esse effectum secundarium gratiæ, quapropter posse tolli, & sic stante gratia, & peccato non verificabuntur duæ contradictoriæ, quia tunc etiam si habeat gratiam ablato effectu secundario, non verificatur, quod sit amicus. Contra arg. quia peccatum, nō solum destruit amicitiā in actu secundo, quę se habet vt effectus secūdarius gratiæ, sed etiam destruit amicitiam radicalem, quæ pertinet ad effectum primarium gratiæ. nequit enim intelligi gratia, quoad effectum primarium, nisi amicitia Dei interueniat, quia hoc ipsum, quod est gratiam conferre est actus amicitiæ, & diuinæ dilectionis quæ cum peccato non comparitur, quia odio est Deus impius, & impietas eius. Si resp. cum peccato, non compati amicitiam bene autem beneuolentiam productio ergo gratiæ in subiecto peccaminoso est actus beneuolentiæ, non autem amicitiæ, quæ consequi deberet ad productionem gratiæ, prius enim est per beneuolentiam producere gratiam, post modum autem intelligitur producta gratia per amicitiam gratum diligere, apponunt exemplū de fide, & spe quæ in peccatore producuntur, vel conseruantur quorum productio quæ dā beneuolētia est, sine amicitia. Sed cōtra arg. quia beneuolentia productiua fidei est minima, & secundum quid, vnde bene compatitur cum peccato, beneuolentia autem productiua gratiæ est perfectissima, quia donum collatum perfectissimū est. vnde huiusmodi beneuolentia collatiua summi doni non stat, sine amicitia, quæ in collatione donorū se explicat. Si resp. bene stare dilligi huiusmodi peccatorē à Deo per gratiam, & esse amicitiam non reciprocam ex parte quidē Dei, licet ex parte hominis deficiat, sicut in humanis cōtingit, quod aliquis iustus ex charitate (quæ amicitia est) diligat peccatorē aquo excharitate dilligi non potest. Contra arg. quia cū amor hominis non sit summi boni, nec sume perfecti potest tēdere in peccatorē, amor

Solutio. *Impug.* *Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.*

amor autē diuinus, quia procedit à summo bono, & summe perfecto, nō potest tēdere in peccatorem, non reclamantem, sed potius per malitiam diuinæ bonitati contradicentem, quod clarius dicitur peccator, eo ipso, quod per malitiam opponitur summæ bonitati opponitur, etiam diuino amori procedenti ex summa Dei bonitate. Quarto probatur conclusio, implicatio est simul esse in peccato, & acceptū ad gloriam, quia implicatio est simul esse dignum, & indignum illa: ergo cum peccato non potest stare gratia, quæ acceptatio est ad gloriam. Si resp. non posse cum peccato esse acceptationem ad gloriam ex natura rei, & physice, bene autem ab extrinseco. Contra arg. quia gratia intrinsice, & ex natura rei respicit gloriam, eo ergo ipso, quod ponatur gratia ponitur acceptatio ad gloriam ex natura rei. Si resp. gratia cum peccato acceptare ad gloriam radicaliter solum, formaliter autem tunc abextrinseco. Contra arg. quia (vt dictum est) peccatum etiam radicalem acceptationem destruit cum opponatur gratiæ ex parte effectus primarij, vt probatum est, nec licet confugere, quod peccatum importet huiusmodi destructionem moraliter tantum, quod per Dei voluntatem tolli potest, non (inquam) hoc valet, quia vt supra probatum est oppositio peccati non tantum moralis est, sed physica, & ex natura rei. Quinto prob. concl. implicatio est esse auersum, & conuersum simul ad idem: ergo implicat esse peccatum, & gratiam simul patet conseq. quia peccatum auertit gratia vero conuertit in Deum. Si resp. conuersionem, & auersionem secundum eandem rationem non posse esse simul, bene autem secundum diuersam, in illo ergo casu esset auersus moraliter per peccatum conuersus autem solum physice per gratiam. Sed contra arg. quia aversio moralis peccati non stat, sine auersione physica, quia non stat, sine conuersione physica ad creaturam, nec conuersio physica gratiæ in Deum stat, sine cōuersione morali in ipsum, quia physice cōuerti est moraliter cōuerti, quia tunc morali physico coniungitur. Vltim. prob. concl. peccatum non cōpatitur, cum actu charitatis: ergo nec cum habitu. Anced. patet, nam aliàs quis simul tenderet in duos vltimos fines, conseq. vero prob. quia actus charitatis præhabetur in habitu, vnde si peccatum, cum actu charitatis, non compatitur; neque etiā cū habitu in quo actus includitur, tunc vltra si peccatum non compatitur, cum charitate, neque etiā cum gratia, quæ perfectior est charitate in qua charitas radicaliter cōtinetur, & quæ inseparabiliter ex natura rei concomittatur. Aliqui respondent, simul compati actum peccati, & actum charitatis, & sic ad arg. negant antecedens, dicunt enim, quod repugnantia inter illa tātum est moralis, quæ per Dei potentiā tolli potest. Sed hæc solutio falsa est, & contra superius dicta, vbi probabimus non solum moraliter, sed etiam physice opponi. Alij respondent actum peccati, & actum charitatis non se compati, bene tamen peccatum habituale cum charitate habituali, quia non est tanta (inquiunt) oppositio inter habitus, atque inter actus, quia inter actus est formalis oppositio, inter habitus vero tantum eminens, & virtualis ex virtuali continentia actuum. Sed hæc etiam solutio falsa est, communis enim est axioma, quod actus actui, habitus vero habitui opponitur, & in proprio genere tanta est oppositio vnius, quæ alterius. Alij ergo, respondēt vt Lorca, hic disp. 40. quod licet actus peccati, cum actu charitatis, & habitus cum habitu, non compatiantur actus tamen peccati, cum habitu charitatis, & actus charitatis cum habitu peccati, bene se compatiuntur, quia oppositio actus ad habitum est mediata, & cōsequēter imperfecta, & idem dicēdū est, de actu peccati respectu gratiæ, vt compatiatur, cum illa licet macula peccati, cum gratia, non compatiatur. Contra tamen arg. quia licet in naturalibus: ita sit verum in peccato tamen non ita contingit, sed actus peccati, non solum repugnat actui charitatis, sed etiam habitui, & cum illo consimilem habet oppositionem, cuius rationem assignat Diuus Th. 2. 2. q. 24. art. 12. quia habitus charitatis producitur, & cōseruatur ex benevolentia, & amicabili voluntate Dei, cuius peccatum est obstaculum, sicut ergo posito obstaculo soli non stat, ærem illuminare, sic posito obstaculo peccati non stat gratiam, & charitatem à prima luce in animam difundi, confugere autem ad supra dicta, quod infusio gratiæ, vel charitatis possit esse per beneuolentiam, secundum quid, quæ potest stare cum peccato non stante amicitia, nihil valet, vt iā est impugnatum.

Ad primum arg. à princip. resp. negando minor. ad primam prob. resp. quod posita visione in lapide tantum in ratione qualitatis, non separatur effectus formalis ab illa, quia facere videntē nō est effectus formalis visionis, vt cumq; illius, sed vt est

Solutio. *Impug.* *Solutio.* *Impug.* *Solutio.* *Impug.* *Solutio al quorūdam impugnatur.* *Solutio aliorum.* *Impug.* *Solutio. Lorca.* *Impug.* *Ex D. Th.* *Ad 1.*

actus vitalis qua ratione in lapide, non est neque esse potest. Ad secundam respõ detur, quod cum visus Christi Domini in Sacramento non sit modo extenso prout ibi non videt, quia videre nõ est effectus formalis, vt cumque, sed habentis propriũ modum extensionis. Ad tertiam respondetur effectum formalem formæ sensitiuæ, non est sentire in actu, sed sensitiuum in actu primo; in ossibus ergo & capillis requiritur secundum non primum. Vel melius respondetur, non esse effectũ formalem eius causare sensum in quàlibet, sed in certa, & determinata parte, quod reperitur, licet in capillis, & ossibus non causet, causando in alijs, sicut & rationalis forma nõ in qualibet, sed in determinata parte organicata rationem ponit. Ad quartã respondetur, effectum formalem habitus vitiosi esse facere vitiosum si maneat habitus vitij in esse vitij, quando autem solum manet in esse habitus, vt in iusto vitiosum non facit, quia hoc non eius effectus est vt habitus est. Ad vltimam respondetur, esse effectum formalem contritionis informatæ charitate facere satisfactiẽ tem, prout autem natura antecedit gratiam, satisfatientem facere non intelligitur, quia non intelligitur gratia informari, quia tamen in re gratia informatur in re satisfactientem facit. Ad primam confirmationem, peccatum non solum repugnare effectui secundario, sed etiam primario gratiæ, vt dictum est, ad impugnationem, dicitur, quod fides est participatio diuini esse tantum, secundum quid, gratia vero simpliciter, vnde licet fides compatiatur, cum peccato, non tamen gratia. Nec licet arguere, quod peccatum etiam non est malum, nisi secundum quid, quia est quid naturale: ergo compatitur cum bono gratiæ simul. Respondetur enim, quod peccatum, non tantum est malum naturale, sed etiam supernaturale priuatiue: quatenus priuat bono supernaturali: simpliciter, vnde ipsum simpliciter est malum. Ad secundam confirmationem respondetur, gaudium habere rationem propriæ passionis beatitudinis, vnde per diuinam potentiam separari potest, priuatio vero rectitudinis in peccato est intrinsece & necessario cõnexa, vnde impossibile est, per quãcumque potentiam separari.

Ad 1. cõf.

Ad 2. cõf.

2. Arg. Ad secundum arg. respondetur, quod licet in alijs contrarijs, hoc sit probabile. Non tamen in peccato & gratia, quia (vt dictum est) peccatum non solum opponitur contrariæ, sed etiam priuatiue, priuatiue autem opposita, nulla potentia coniungi possunt. Etsi dicas etiam cõtraria physica opponi priuatiue, albedo enim priuationem includit nigredinis & nihilominus ex Dei potentia potest separari oppositio priuatiua à contraria, & sic albedinem, & nigredinem esse simul, Respondetur, oppositionẽ priuatiuã tantum coniungi naturaliter in alijs contrarijs physicis: non autem necessario, vt in peccato, vnde à peccato inseparabilis est, & consequenter cũ gratia simul nulla potentia stare potest.

Ad tertium arg. respondetur primo, quod licet in alijs oppositis currat, quod probat argumentum, quod actus, actum non vero habitum excludat in primis tamen oppositis, vt sunt bonum, & malum ex quibus omnis alia oppositio deriuatur hoc reperitur, quod mutuam habeant repugnantiam, siue actus ad actum, siue ad habitum comparentur, malum enim non solum bonum in actu, sed etiam in habitu excludit, quia oppositio in suo fonte, maior esse debet, cum ergo peccatum, & gratia comparentur, vt bonum, & malũ, &c. *3 Arg.*

Secundo respondetur, quod vt dictum est, inter peccatum, & gratiam est specialis ratio, quod actus dicat incompossibilitatem habitus, quia opponitur diuinæ voluntati beneuolenter, & amicabiliter conseruanti gratiam, quod in alijs actibus, & habitibus non contingit. actus enim visionis in Diuu. Paulo, non opponitur principio fidei in habitu, vnde stat cum illo, & sequitur naturam aliorum habituum. Tertio respondetur, quod peccatum non solum gratiæ, vel actui contrario, sed etiam Deo in se ipso opponitur: quatenus conuertitur ad creaturam, vt vltimum finem, ex hac ergo parte implicat simul, cum illo stare gratiam conuertentem hominem ad Deum, vt finem vltimum, quia sic essent duo vltimi finis, quod est implicatio. ex hac ergo ratione incompossibilia sunt, licet non in ratione actus, & habitus. *2. Solutio.* *3. Solutio.*

Ad quartum respondetur, supra ostensum fuisse illam sententiam esse falsam, & consequenter, quod ex illa sequitur, sed qui illam defenderit probabile, etiam poterit defendere oppositam nostræ conclusionis. *Ad 4. arg.*

Ad quintum respond. etiam ostensum fuisse supra illam sentẽtiã Caietani esse falsam propter connexionem duorum finium in natura eleuata, vnde non admittimus casum, vel dicitur, quod in illo casu, *Ad 5. arg.*

non

non esset gratia,& peccatum,nam vt esset gratia vtraque rectitudo requirebatur, & principaliter supernaturalis, esset ergo tunc rectitudo naturalis per aliud donum non per gratiam iustificantem.

Arg.6. Ad textum arg. respondetur,quod in illo priori,nec intelligitur peccatum, nec intelligitur gratia,sed tantum intelligitur in via ad illam,in re tamen habet gratiam, & non peccatum, vnde nunquam stant simul peccatum,& gratia,etiam per considerationem,ille autem actus dilectionis tunc non intelligitur,vt charitatis,licet in re sit ab illa,sed vt auxilij,vt supra dictum est.

Conf. Ad confirmationem respondetur,quod licet formaliter, & realiter distinguantur: nihilominus inter se habent intrinsecam connexionem:ita vt odiens Deum, nulla tenus ab illo diligi possit,verum est posse hominem diligi à Deo, non amantem ipsum,non tamen odientem,quod clarius dicitur potest à Deo infundi gratia non infusa charitate,non tamen potest infundi gratia stante peccato.

Arg.7. Ad septimum respondetur,quod vt supra dictum est gratia,quamtumcumque consideretur in esse qualitatis,dicit supernaturali autem repugnantem malitiæ peccati, vnde illo stante minus aptus est homo ad gratiam,quam lapis ad visionem in esse qualitatis,quia lapis non dicit oppositum, & repugnans ad visionem in esse qualitatis,sicut peccator ad gratiam,etiam in esse qualitatis consideretur. *Obiectio.* Etsi facias arg. contra prædicta, quia peccatum opponitur bonitati Dei, non autem potentiæ illius:ergo licet ex bonitate, non possit esse peccatum,simul cum gratia, benetamen ex Dei potentia,cui non repugnat,quod enim Dei potentiæ,non repugnat poterit. *Solutio.* Respondetur,quod licet immediate,mediate tamen diuinæ potentiæ repugnat, quod est oppositum cuicumque attributo, sicut (verbi gratia) mentiri Deũ immediate opponitur, veritate eius ex hoc tamen repugnat diuinæ potentiæ: ita vt ex potentia absoluta mentiri non possit,quia ex diuina potentia non potest poni oppositum cuicumque attributo.

Art.III.

Vtrùm ad iustificationem impij requiratur motus liberi arbitrij?

Conclusio est affirmatiua.

CIRCA conclusionem notandum, primo ex Caietano intelligendam esse de potentia ordinaria: non autem de absoluta. Item loquēdo de lege ordinaria,quando Diu. Thom. dicit requiri motum liberi arbitrij acceptantis gratiam vt illa infundatur,ly acceptantis,non debet intelligi;quasi habeat pro obiecto ipsam gratiam,sed tantum in exercitio,quatenus enim actus dilectionis respicit Deũ vt obiectum,& contritio peccatum,quod detestatur simul recipit gratiam,& Dei dilectionem,& dicitur illi consentire. *Not. 1. ex Caiet.*

Secundo notandum est,hic etiam asserre Caietanum,& 3. part.quæst.79. art. 1.quodam nimis scrupulosum,inquit enim,quod ex ratione Diuu. Thom. hic asserentis Deum mouere omnia suauiter iuxta naturam illorum colligi, quod quando quis accedit ad Sacramentum,si nõ simul habeat deuotionem,etiam si prius habuerit illam,non refunditur gratia, nec recipit fructum Sacramenti,quia cum ille homo sit compos liberi arbitrij in illo, tunc si non habet actum signum euidens est, non moberi à Deo in gratiam,quia quando mobet ad gratiam simul mobet ad actũ arbitrij(vt dicit Diuu. Thom. hic)vt gratia iuxta naturam recipientis infundatur, bene ergo colligitur à posteriori, quod si ad motum liberi arbitrij,non mobet, sed mens vagatur quando recipit Sacramentum,quod neque etiam ad gratiam mobet. Videturque hæc doctrina Caiet. Diuu. Thom. quæst.28.de verit.art.3. vbi expræsse ait adultum non iustificari,nisi per actum liberi arbitrij habiti in instanti iustificationis,quia quando agens,& paciẽs (inquit Diuu. Thom,)se tangere possunt non sequitur effectus,nisi contactus mutuus interueniat. Iste autem contactus ex parte Dei est per motionem,ex parte hominis per consensum,& actum arbitrij:ergo non stante actu arbitrij non stat effectus producendus gratiæ. Etsi obijcias Caietano,quia tunc sequeretur,quod peccaret mortaliter, qui quando recipit Sacramentum non habet actualem deuotionem,quia ponit obicem gratiæ recipiendæ. Respondet Caietan. quod licet priuetur fructu Sacramenti,non tamen peccat, quia non ponit aliquid contrarium, sed negatiuum ex fragilitate humana excusante à peccato,sicut qui facta diligentia non satis recogitabit peccata ad cõ- *2. Not. ex Cai.* *D. Thom.* *Solutio.* *Obiectio.* *Solutio ex Caiet.*

sitendum excussatur à peccato, sed non recipit fructum Sacramenti,

Impug. sententia Cai. ex Soto.

Hæc tamen sententia Caietan. est nimis rigida, vnde opposita est tenenda, videlicet, quod sufficiat præcisse dispositionem recipiendi Sacramentum manens virtualiter, quando recipitur etiam si tunc formaliter non habeatur. Sic docet Soto, 4. distinctio. 11. quæstion. 2. artic. 8. & distinction. 12. quæstio. 1. art. 4. ad 5. & Diuu. Augustin. libr. 4. confes. cap. 4. quod quidem patet, quia si minister non requirit actualem intentionem consecrandi, sed sufficit virtualis, similis erit ratio de recipiente Sacramentum. Patet etiam in casu Diuu. Augustin. relato à Diu. Thom. hic de illo, qui dormiens est baptizatus, & recipit gratiam, in quo non erat actualis dispositio. Idem patet in furiosis, & amentibus in quibus precessit volitio recipiendi Sacramentum, de quibus ait Diuu. Thom. recipere gratiam illius, propter virtualiter dispositionem. Nec valet solutio Caietani, quod in istis ponitur dispositio, eo modo quo potest poni iuxta conditionem illorum, qui modo non possunt potuerunt, tamen habere dispositionem Sacramenti, non (inquam) valet, quia etiã attendendo conditionem, & fragilitatem humanam non potest moraliter semper esse in actu, & formaliter attentio ad recipiendum Sacramentum. Etsi contra dicas, quia licet hæc ratio currat in receptione aliorum Sacramentorum, non tamen in Sacramento Eucharistiæ, quia cum detur per modum cibi, non potest intelligi causare suum effectum videlicet nutritionem spiritualem, sine actuali motu recipientis, illud nutritio enim in naturalibus fere motu nutriti, non intelligitur, nec potest esse. Respondetur tamen, quod cum innutritione naturali nutritus actione vitali debeat conuertere alimentum in propriam substantiam esse non potest, sine actuali motu conuersionis cibi in se ipsum. In nutritione vero spirituali Sacramenti: è contra res se habet, quod cibus nutrit conuertendo nutritum in ipsum cibum: iuxta illud Diuu. Augustin. nec tu me mutabis in te, sicut cibus carnis tuæ, sed tu mutaberis in me, quapropter non requiritur actio, nec actualis motus ex parte comedentis, sed sufficit esse ex parte cibi, imo hac ratione dicitur causare gratiam ex opere operato, quia ex parte recipientis operatio non requiritur per se, sed per accidens, vt remouens prohibens ac operatio recip. ẽtis requiritur, vt tollat obiectum, quod

D. Thom. Solutio. Cai. impug

Obiectio.

Solutio.

D. Aug.

fit sufficienter per actum præteritum, etiã si modo formaliter non sit, sed tantum virtualiter: verum est tamen, quod qui actualiter formaliter non habet deuotionem, & actum non recipit delectationem, & gustum spiritualem huius Sacramẽti, nec specialem feruorem charitatis, quem reciperet si formaliter attẽderet, & respectu huius poterit comparari nutritioni naturali, quod ad hoc requiratur formalis motus nõ autem ad gratiam Sacramentalem absolute loquendo. Ad locum autem D. Thom. pro sententia Caiet. respondetur, intelligendum esse de iustificatione extra Sacramentum.

Tertio notandum, multa alia dubia hic moueri, quæ non sunt præsentis loci. Primo vtrum homo possit se disponere ad primam gratiam? sed de hoc agitur contra Lutherum supra quæst. 109. art. 6. & quæstio. 111. art. 3. videatur Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. & can. 4. Soto, 1. de natur. & grat. cap. 15. & 16. Driedo, 2. de grat. & libe. arb. tract. 2. cap. 1. & 2. & 3. Rosens. art. 36. Secundo solet dubitari: vtrum in iustificatione requiratur positiuus consensus, an sufficiat non repugnantia. Contra Henricum de Gandabo, quodlib. 5. q. 22. & 23. asserentem sufficere non repugnantiam, sed de hoc agitur, 3. part. quæst. 89. art. 2. Videatur Soto. 4. dist. 16. art. 2. Tertio solet dubitari, qualiter Deus efficaciter nos moueat: & nihilominus liberè operemur? Sed de hoc egimus sup. quæstio. 10. art. 4. Quarto solet dubitari: vtrũ in pueris, & amentibus, & furiosis sit vsus liberi arbitrij? sed de hoc agimus, quæst. 10. art. 3. sed his omissis ad propria huius loci accedamus.

3. Not.

Con. Trid. Soto. Driedo. Rosensis.

Soto.

Dubium I.

Vtrùm de potentia Dei absoluta possit aliquis iustificari, sine actu, & motu liberi arbitrij?

PROBATVR, quod non primo, peccatum dicit conuersionem liberam ad creaturam: ergo vt tollatur necessario requiritur conuersio libera in Deum, hæc autem non fit, sine actu liberi arb trij: ergo iste necessario requiritur. Si respondeatur, quod vt conuersio in Deum excludens peccatum sit libera non requiritur

1. Arg.

requiritur actus liberi arbitrij, quia potest, tunc esse libertas in actu primo, licet non in secundo, quod clarius dicitur posse poni conuersionem per quam homo libere habitualiter remoueatur à peccato, & conuertatur in Deum, licet non libere actualiter conuertatur in ipsum. Contra arg. quia conuersio habitualis peccati dicit ordinem necessarium ad actum præcedentem, cuius est terminus: ergo non intelligitur sufficienter excludi per voluntarium in habitu, quod nõ præcesserit voluntarium in actu. *Confir.* Confir. nam conuersio peccati est moralis: ergo non excluditur, nisi per conuersionem moralem, conuersio autem in Deum moralis non est, nisi interueniat actus ipsius libertatis faciens moralitatem: ergo talis necessario requiritur.

2. Arg. Secundo arg. peccatum non tollitur etiam per potentiam Dei absolutam quandiu manet afectus ipsius peccati, sed si nõ ponatur actus contrarius manet afectus peccati saltem virtualiter: ergo actus contrarius necessario requiritur. Minor probatur, nam qui habuit actum præcedentem, & non retractat illum virtualiter est afectus illi, nihil aliud est virtualiter manere, nisi non fuisse retractatum.

3. Arg. Tertio arg. quia aliàs sequeretur renitentem, & nollentem accipere gratiam posse Deum iustificare, quia non videtur maior repugnantia posse iustificare nollẽtem, quam non volentem.

Sent. Propter argumenta posita Conradus hic ad 1. & Soto, in 4. dist. 15. quæst. 1. art. 2. & 2. de nat. & grat. cap. 16. quem *Contra Soto.* sequitur Petrus de Soto, & multi Thomistæ, tenent de potentia absoluta non posse Deum iustificare aliquem peccatorem *Petrus de Soto.* sine omni actu.

Concl. Conclusio tamen sit, de potentia absoluta, bene potest Deus iustificare peccatorem, sine actu libertatis illius infundendo illi gratiam, per quam libere habitualiter conuertatur in Deum, licet non actualiter. Hanc tenet Caietan. quæstion. præcedenti, art. 2. & Medina hic, imò & Scoto, Gabr. & Ocam, sæpe citati, Vega in Tridentin. cap. 5. prop. 4. Vazquez, disputatio. 207. cap. 3. & Suarez, lib. 7. cap. 21. imò & Curiel, hic dub. 2. ait enim, etiam sine infusione gratiæ id posse fieri, hoc tamen supra est impugnatum. Hæc probatur primo, nam de facto id facit de paruulis ante vsum rationis in remissione originalis: ergo idem poterit facere in adultis in remissione actualis de potentia absoluta. Nec valet solutio, quod originale non est per proprium actum, sicut actuale; vnde licet ad illud remittendum actus non requiratur, non sequitur ad istud non esse requisitum. (non inquam valet,) quia quod sit actus proprius, vel alienus causatibus peccati pertinet ad extrinseca ex parte causæ efficientis, in termino tamen, siue actus proprij, vel alieni in peccato, siue originali, siue actuali, non manet liberum, nisi habitualiter: ergo per liberum habituale, quod clauditur in gratia poterit excludi. Confirmatur, actus liberi arbitrij, vel concurrit ex parte causæ efficientis, vel per modum dispositionis, vel vt cõditio, sine qua non, sed omnia ista à Deo possunt supleri: ergo sine actu potest iustificari. Secundo probatur concl. gratia infunditur in anima secundum potentiam obedientialem, ergo nullo actu præsupposito solum ex obedientia ad Deum poterit recipere gratiam. Confirm. non solum cõuersio actualis in Deũ, sed etiam habitualis per gratiam opponitur peccato, vt dictum est, ergo sufficienter intelligitur peccatum excludi per conuersionem habitualem etiam si actualis non interueniat, sed de hoc dubio latius, 3. part. quæst. 86. artic. 2.

Impug. *Ad 1. arg.* Ad primum arg. bene ibi respondetur, ad replicam dicitur, quod licet libertas manens in peccato habituali dicat ordinem ad actum præcedentem, hoc tamen est vt ad causam efficientem, vt est dictũ, in facto esse autem solum est libertas habitualis, quæ habitualem libertatem gratiæ potest tolli, etiãsi nullus actus ad infusionem talis habitus gratiæ præcesserit.

Ad 2. arg. Ad secundum respondetur, quod posita gratia etiam si nullus actus præcesserit non manet afectus peccato, quia afectus tollitur non solum per conuersionem actualem contrariam, sed etiam per habitualem, quæ est in gratia, quia vtrique afectus peccati opponitur, vt dictum est supra.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, non posse Deum iustificare actu peccantem, & positiue renitentem gratiæ, quia tunc peccatum, & gratia essent simul, quod implicat (vt dictum est,) bene tamen potest iustificare, non volentem iustificari, quia hoc non est ponere obicem, sed est non ponere dispositionem, quam diuina potentia non exposcit, imò posset Deus iustificare positiue nollẽtẽ iustificari, quia nolle iustificari potest esse, sine peccato vt quando non obligat præceptum conterẽdi,

di, vel in statu purę naturæ posset sine peccato dicere se nolle recipere gratiam, & nõ obstãte eius nollitione posset Deus infundere illam.

Dubium II.

Vtrùm actus liberi arbitrij requisitus ad iustificationem debeat esse perfecte liber, an vero sufficiat libertas imperfecta?

Sent. Lutheran. IN hac re omissa insania Lutheranorum, quod in iustificatione, & respectu bonorum operum homo se habet tantum passiue, & nullo modo libere, de quo supra dictum est, & omisso errore Melanton, quod licet in bonis naturalibus operibus homo se habeat libere, respectu tamen bonorum supernaturalium mere passiue se habet respectu Dei mouentis per auxilium Omissis his solum est præsens controuersia contra alios Lutheranos modernos asserentes, quod licet in bonis operibus, tam naturalibus, quam supernaturalibus homo se habeat libere, vt opponitur coactioni, non tamen libere libertate indifferẽtiæ quasi quis possit facere oppositũ, & dissentire a motione auxilij excitantis.

Arg. 1. Hæc sententia prob. primo, actus malus non plene liber, vt veniale ex subrreptione deliberationis punitur à Deo: ergo actus bonus liber eadem libertate acceptabitur ab illo, vt dispositio ad gratiã, patet conseq. quia promptior est Deus ad tribuenda bona, quam ad puniẽda mala.

Arg. 2. Secundo arg. Deus acceptat ad gloriam operationem iusti, etiam non plene liberam, quia in illa reperitur ratio meriti: ergo similiter acceptat ad gratiam operationem liberam imperfecte, patet consequentia, quia sic se habet operatio antecedens gratiam ad gratiam, sicut se habet operatio subsequens gratiam ad gloriam.

Arg. 3. Tertio arg. actus quo dispositus est Angelus, & primus homo non erant perfecte liberi: ergo. Consequentia patet, nã eadem videtur ratio de illis, atque de nostris. Antecedens vero probatur, nam in illis non poterat esse peccatum in illo instanti, quo dispositi sunt ad gratiam: ergo non erat in eis perfecta libertas, nam ista etiam ad peccatum se extendit.

Arg. 4. Quarto arg. actus fidei, & spei, & charitatis possunt esse liberi imperfecte, sicut actus procedentes ex habitibus viciosis, non enim videtur, maior ratio, quod habitus viciosus possit elicere actum imperfecte liberum, quam quod hoc quod possit habitus bonus virtutis, sed huiusmodi actus imperfecti poterunt esse dispositiones gratiæ: ergo. Probatur minor, quia huiusmodi actus sunt eiusdẽ speciei, cum alijs actibus eiusdem virtutis perfecte liberis: ergo si perfecte liberi sunt dispositiones, similiter & alij imperfecti si imperfectio à specie non distrahit.

Arg. 5. Quinto arg. quia saltem cum Sacramento sufficient huiusmodi actus: siquidem cum Sacramento sufficit dilectio imperfecta, quæ non includit propositum efficax seruandi omnia mandata, & detestatio imperfecta, quæ non remoueat efficaciter propositum vitandi omnia peccata pro tota vita, nam aliàs gratia Sacramenti non daretur, nisi contritis: ergo actus imperfecti sufficient saltem ad gratiam Sacramentalem.

Concl. Conclusio sit, de potentia ordinaria impius habens vsum rationis, non iustificatur per actum imperfecte liberum libertate sufficienti ad veniale, sed requiritur libertas perfecta requisita ad mortale. Dixi de lege ordinaria, nam de absoluta, dictum est etiam, sine omni actu posse iustificari. Dixi impius, quia non loquimur de iustificatione Angelorum, & primi hominis, dixi habens vsum rationis, quia nõ loquimur de perpetuo amentibus, nec de paruulis ante vsum rationis de quibus omnibus est specialis ratio. Probatur conclusio, conuersio in Deum est contraria conuersioni ad creaturam: ergo contrario modo debet fieri, sed conuersio ad creaturam requirit perfectam libertatem, quia talis conuersio est morale, morale autem sine perfecta libertate non fit: ergo conuersio in Deum, etiam perfecta libertate debet fieri, quia contraria, contrario modo debent fieri. Confirmatur, non minus requiritur ad adquisitionem gratiæ, quam ad perditionem eius, sed gratia non perditur libertate imperfecta, quia solum perditur moraliter ab habẽte perfectã libertatem: ergo etiam gratia non adquiretur, sine libertate perfecta. Confirmatur secundo, quia in humanis, sicut gratia, non perditur leuibus: ita nec leuibus restauratur: ergo in diuinis similiter: sicut gratia non perditur leuibus, qualia sunt venialia, ita

nec

nec debet adquiri leuibus qualia sunt actus imperfecti solum habentes libertatẽ sufficientem ad veniale. Secundo probatur conclusio, in contractibus humanis requiritur libertas perfecta, & illa non stante anullantur, & idem contingit in matrimonio, & in emissione voti: siquidem vera sententia est requirere libertatem sufficientem ad mortale: ergo similiter ad gratiam adquirẽdam, quod quidem diminius, & super excellentius rerum est, habens quasi rationem diuini contractus, vt faciẽti quod in se est ex motione diuina gratia conferatur, non ergo sufficit quæcumque libertas, sed requiritur perfecta. Tertio probatur, vel iustificatur homo extra Sacramentum, vel in Sacramento, si extra Sacramentum requiritur, vt dispositio dilectio perfecta includens perfectum propositum seruandi omnia mandata, & contritio includens perfectam detestationem peccati, & perfectum propositum omnia peccata vitandi, quæ sine perfecta libertate esse non possunt: Si autem iustificatio sit in Sacramento ad minus requiritur attritio tollens obicem gratiæ in quo includitur firma voluntas, non adhærendi peccato nam aliàs non tolleret complacentiam illius, & consequenter, nec tolleret obicẽ, sed attritio sic perfecta, non est indeliberata, sed perfecta liberata: ergo quomodocumque fiat iustificatio dispositionem perfecte liberam requirit.

Ad 1. arg. Ad primum arg. respondetur, quod licet imperfecta libertas venialis sufficiat ad punitionem, imperfecta tamen actus boni non sufficit ad dispositionem gratiæ: quia cum iustificatio dicat mutationem status hominis perfecta actione illius debet esse.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, quod sicut peccatum veniale non mæretur primo, & per se æternam pœnam, sed per accidens per concomitantiam mortalis, ita nec opus bonum imperfecte liberum disponi ad gratiam, per quam fit prima acceptatio ad gloriam, semel tamen facta tali acceptatione per actum bonum imperfecte liberum aliquantulum gloria poterit augeri. Quod clarius dicitur, dispositiones gratiæ sunt meritoriæ primæ gloriæ, sicut ergo actus imperfecte liber, vt venialis, non potest primo mereri damnationem: ita nec actus bonus imperfecte liber potest mereri primam gloriam; sed sicut semel damnatione posita per mortale perfecte liberum augetur per veniale: ita semel posita acceptatione ad gloriã ex actu perfecte libero poterit augeri per liberum imperfecte, non autem primo acceptari.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, quod actus Angeli, vel primi hominis, quo se disposuit ad gratiam fuit perfecte liber, quia licet tunc non esset in eis libertas cõtrarietatis ad bonum, & malum, quia tribueretur authori illius malum commissum, fuit tamen libertas contradictionis, qua poterat facere, vel non facere illum actum, & perfecta libertas non stat in posse peccare, vt patet in Deo qui summe liber est, & peccare non potest, sed stat in perfecta cogitatione indifferentiæ obiecti, actus ergo ille Angeli ex perfecta cognitione processit: vnde perfecte fuit liber, quia imperfecte liberũ vocamus hic, quod ex imperfecta cognitione, vel aduertentia procedit.

Ad 4. arg. Ad quartum respondetur, quod licet illorũ habituũ possint esse actus imperfecti liberi, non tamen possunt esse dispositiones gratiæ, nec prouatio aliquid valet, quod sint eiusdem speciei, cum perfecte liberis, & quod ex hoc possint, etiam esse dispositiones, quia calor vt vnũ eiusdem speciei est cum calore, vt octo, & tamen nequit esse dispositio ignis, sicut calor vt octo.

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respõdetur, quod quando dicitur sufficere cum Sacramento dilectionem imperfectam non debet intelligi de imperfectione aduertentiæ, vel cognitionis conducentis ad liberum, sed de imperfectione propositi, & virtutis ad exequendum, quapropter etiam si in ratione liberi requiratur esse perfectam, non inde sequitur esse contritionem, quia deberet, etiam esse perfecta ex parte propositi, & virtutis ad exequendum.

Art. IV.

Vtrùm ad iustificationem impij requiratur motus fidei?

Conclusio est affirmatiua.

CONCLVSIO. Hæc est de fide, vt patet Marc. 16. qui vero non crediderit condemnabitur, & Ioan. 3. 3. qui autem non credit iam iudicatus est. Ad Hæbr. 11. sine fide impossibile est placere Deo, quo testimonio probat, & determinat hanc veritatem Concil. Triden. sessio. 6. cap. 8. debet tamen intelligi prædicta conclusio de adultis, nam fuerunt *Marc. 16.* *Ioan. 3.* *Ad Hæbr. 11.* *Triden.*

quidam hæretici asserentes etiam in paruulis esse necessarium: vnde ponebant in illis nescio, quem fictitium motum fidei, cõtra quos determinatur per nostram explicationem in cap. maiores de baptis. vbi Innocentius dicit locum Marci intelligendum de adultis. Circa hunc art. multa possent tractari de fide: vtrum sit necessaria ad salutem, & vtrum requiratur in habitu, vel in actu: vtrum explicita, vel implicita: vtrum omnium articulorum, vel quorundam illorum. Sed hæc omnia non sunt præsentis loci, sed habent propriam sedẽ, 2.2.quæst.2.art.1.& 5.& 7.nunc autem solum erit disputandum, cum hæreticis.

Dubium.

Vtrùm fides supernaturalis nõ solum requiratur, sed etiam sufficiat ad iustificationẽ?

Sent. Eunomij. vt refert D. Aug. Ephipha. Damas.

IN hac re à temporibus Apostolorum fuit error, quem habuit Eunomius, qui dicebat solam fidem sufficere ad iustificationem, vt refert August. lib. de fide, & operibus. cap. 4. & lib. de hæresibus, cap. 54. & Hyreneus lib. de hæresibus, hæresi. 36. & Epiphan. lib. contra hæreses, hæresi 76. imò & alius antiquior nomine tractius, vt refert Damasc. lib. de hæresibus, tenuit hunc errorem, decepti sunt enim hæretici obscuritate Apostoli Pauli ex tollentis fidem multis in locis, in cuius declarationem, & hæresis destructionem cæteri Apostoli, vt Petrus, Ioannes, Iacobus, & Iudas in suis Cannonicis scripserunt, vt refert Augustin. lib. de grat. & libero arb. cap. 7. & lib. de fide. & operibus cap, 1. & 14, hunc errorem postea secutus est Lutherus, art. 1. eorum quos direxit ad Leonem X. qui distinguit de duplici fide altera generalis, quam vocat historialem qua creditur verbum Dei propositum, aliam vocat fidem miraculorum, qua quis credit aliquod à se ipso patrandum esse miraculum de qua (inquiunt) intelligi-

Matth.17 tur Matth. 17. si habueritis fidem, sicut granum sinapis dicetis monti, huic transi

1.Cor.13 hinc illuc, & transibit, & illud 1. Corint. 13. Si habuero fidem ita vt montes transferam, &c. Altera vero est specialis, qua creditur Deum esse veracem in adimplendis promissis, quod magis alij discipuli illius determinarunt dicentes, hanc specialem fidem respicere particularem promissionem Dei remittendi peccata per Christum. Imò alij magis determinarunt dicẽtes respicere particularem promissionem remittendi peccata, vt ipsimet credenti talis promissio correspondet, quæ fides non solum (inquiunt) importat actum intellectus, sed etiam fiduciam voluntatis, qua certo tenet sibi remittendum peccatum, conueniunt ergo omnes isti huiusmodi fidem promissoriam includentem talem fiduciam sufficere ad iustificationem, nec amplius, quam illa esse requisitum, quia si aliqui recentiores Lutherani concedunt opera solum assignantur, vt signum fidei non autem, vt quid necessarium. De quo videatur Soto 2. de nat. & grat. cap. 5. & 6. ex hoc etiam errore multi alij pullularunt, quos refert Medina hic, confutatio illorum ex dictis, & dicendis infra. *Soto. Medina.*

Hæc sententia probatur primo. Ad Rom. 3. Arbitramur iustificari per fidem, sine operibus, & c. 4. ei qui operatur credenti in eum, qui iustificat impium reputatur fides eius ad iustitiam, & cap. 10. si crediderit, quod Deus suscitabit Iesum à mortuis saluus eris, & ad Galat. 2. ex operibus legis non iustificatur omnis homo, sed per fidem Iesu Christi, & Actorum 10. Remissionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum, & cap. 13. in hoc omnis, qui credit iustificatur, & cap. 16. Crede in Deum nostrum Iesum Christum, & saluus eris. Ecce quomodo in his locis expræsse dicitur solam fidem sufficere ad iustificationem. *Arg.1. Ad Rom. 3.& 4.& 10. Ad Gal.2 Actor.10. & 13.& 16.*

Secundo probatur, authoritate Sãctorum, qui id expræsse dicunt D. Hila. Canone 8. sup. Matth. Ambr. serm. 45. Bern, serm. 22. super cant. Orig. super illud ad Rom. 3. arbitramur homines iustificari ex fide. D. Chrisost, super cap. 3. ad Gal. Basil, serm. de humilit. Item Bern. Epist. 77. & eodem modo loquitur Martinus Quintus, in Bulla edita, contra Vbiclepf. & Ioannem Hus. *Arg.2. D.Hila. D. Ambr. D.Bern. Orig. D.Chris. D.Basil. Mart.V.*

Pro intelligentia huius quæstionis prius præsupponendum est, in quo etiam hæretici nobicum conueniunt ad iustificationem fidem esse requisitam, vt patet ex locis adductis in confirmationem conclusionis articuli, & ratione etiam patet, quia cum intellectus sit prima potentia requiritur, vt perficiatur cognitione supernaturali, vt dirigatur in finem supernaturalem, quali enim est directio in finem debet esse intellectus perfectio, hoc dixerim contra Soto, 2. de nat. & gratia, cap. 11. & 12. & Vega, lib. 6. super Trid. sessio. 6. cap. 20. *Not.1. Contra Soto, & Vega.*

cap. 20. asserentes ad iustificationem sufficere ex parte intellectus lumen naturale. Hoc enim falsissimum est, & mutauerunt sententiam, vt est videre in Soto in impressione facta Parisij, & Salmanticæ, & in 4. distinctio. 1. quæst. 2. art. 3. & in fin. 4. sentent. vbi corrigit aliqua minus diligenter asserta, hæc enim sententia, non solum esset contra Diuu. Thom. hic, sed contra fundamentũ nostræ iustificationis, quod ab Apostolo ponitur esse fidem, ad Hæbr. 11. Fides est sperandarum rerum substantia, &c. hoc est fundamentum, & radix, & ideò subdit, sine fide impossibile est placere Deo, & rursus, accedentem ad Deum oportet credere, quia est, &c. & Matth. vltimo. Qui non crediderit condemnabitur, & Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est, quæ loca de fide infussa necessario interpretanda sunt, de quo latius 2. 2, quæst 2. art. 3.

Ad Heb. 11. *Matth. vltim.* *Ioann. 3.*

2. Not. Secundo præsupponendum est huiusmodi fidem requisitam concurrere ad iustificationem per modum dispositionis in quo hæretici differunt, & dissentiunt (inquiunt enim) concurrere ad iustificationem, tanquam forma, quia non agnoscunt gratiam inhærentem nobis, sed si quid inhærens, nos est ipsa fides, vel potius (inquiunt) gratia Christi extrinsice nos iustificat. fides autem inhærens nobis habet rationem aplicantis talem Christi iustitiam: supponendum (inquam) hoc esse cõtra fidem, vt patet ex Concil. Triden. sess. can. 12. & Apoc. 6. de quo Soto, 2. de natur. & grat. cap. 11. & patet, quia ex sacra Scriptura constat fidem concurrere ad iustificationem, & non potest explicari qualiter concurrat, nisi per modum dispositionis, fides enim, nec potest concurrere ad iustificationem, vt causa efficiens, quæ solus est Deus, nec vt finalis, quæ est gloria, nec vt formalis, quæ est gratia ex determinatione Concil. Triden. nec vt causa meritoria, quia iustificatio non cadit submerito, manet ergo solum concurrere in ratione dispositionis, & quod manet discutiendum est vtrum sit dispositio adæquata, & illa solum sufficiens, an vero etiam opera requirantur, & aliquid ex parte voluntatis.

Triden. *Soto.*

3. Not. Tertio supponendum est, quod fides quæ vt dispositio requiritur, non est illa promissoria includens fiduciam remissionis peccati, quam ponunt hæretici, quia talis fides nulla est mentio in sacra Scriptura, in qua licet multoties explicetur obiectum fidei requisitæ ad iustitiam, quod debeat esse fides Iesu Christi, & Dei, quod sit, & remunerator sit, imò quod iustificator sit, numquam tamen dicitur fidetenendum fiducia firma, & certa, hic, & nũc peccatum habentis fidem esse remissam, imò oppositum colligitur ex sacra Scriptura, quia cum ex illa habeatur non posse esse certitudinem nostræ iustificationis in particulari, sed semper timendũ de illa, vt supra probatum est, quæst. 12. artic. 5. inde colligitur fictitiam esse illam fidem promissoriam, seu fiduciale, quia cum posset esse experta huiusmodi fiducia, si in illa nostra iustificatio consistit dẽ iustificatione certitudo esset. Item patet hoc esse chimericum, nam fiducia, si quæ interuenit in iustificatione, non pertinet ad fidẽ, sed ad spem, vnde ad Ephes. 3 fiducia appellatur fructus fidei, cum dicat Apostolus habemus fiduciam per fidem. & tandẽ hæc multiplicatio fidei est contra illud ad Ephes. 4. vna fides, &c. Argumentum autem hæreticorum, quod in iustificatione debet proponi obiectum fidei conducens ad ipsam iustificationem: hoc autem non est nisi Deus vt hic, & nunc remittẽs peccatum: ergo fides, quæ ad iustificationem concurrit erit illa, per quam hic, & nunc fiducialiter hoc credimus de Deo, quod videtur insinuatum, Matth. 9. confide fili remittuntur peccata tua, & in Trid. sess. 6. cap. 6. dicitur obiectum speciale fidei concurrentis ad iustificationem esse Deũ per Christum remittere peccata. Sed hoc arg. nihil valet, quia quæ proponuntur vt obiectum fidei conducunt ad iustificationem, sine positione illius, quod hæretici assignant, eo enim ipso, quod quis per fidem captiuat intellectum Christo subijcit se illi, tanquam potenti remittere peccata eius & sufficit hoc credat in communi, non autem in particulari, quod hic, & nũc remittat, & in hoc sensu intelligendum est Concil. quod in iustificatione proponitur Deus per fidem, vt potens iustificare, non autem quod hic, & nunc iustificet, locus autem Matth. sic debet intelligi bono animo esto, vt salutem corporis consequatis, quia remittuntur tibi peccata tua, vtique quia peccata sunt fontes omnium malorum, etiam corporalium, non tamen astruit chimericam fiduciam hæreticorum, sed de cõfutatione huius diuisionis fidei, videatur ad longum 2, 2. quæst. 1. artic. 1. vbi afferuntur omnes aceptationes fidei, & quæst. 4. art. 6. & Soto loco citato, hoc suppositio.

Ad Ephes. & 4. *Matt. 9.* *Trid.* *Soto.*

Conclusio sit, sola fides non sufficit *Concl.*

in

in ratione dispositionis ad iustificationem sed multa alia ex parte voluntatis, & bona opera requirantur, hæc est de fide, vt patet ex illo, nõ omnis, qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum Cœlorum, & ex illo si uis ad vitam ingrædi serua mandata. Et ex illo Lucæ 13 Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis, quibus duobus locis, D. Cipr lib. de simplicitate Prælatorũ circa principiũ, vtitur adprobationẽ huius veritatis patet etiam Matth. 25. vbi solis bene operantibus, & præstãtibus operam misericordię dicitur Regnum Cœlorum conferri, & Ioan. 5. proceedent, qu bona fecerunt in resurrectionẽ vitæ. Ad Roman. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, & clarius, 1. Corint. 13. Si habuero omnem fidem, &c. charitatem autem non habeant, nihil mihi prodest. Ad Titum 3. Current bonis operibus præesse, qui credunt Deo. 1 Ioan. 2. Qui dicit se nos se Deum, & mandata eius non custodit mendax est, & Iacob 2. Quid prodest fratres mei si fidem dicat, quis se habere opera autem non habeat numquid fides poterit saluare eum? Et postea subdit, fides sine operibus mortua est, & iterum, videtis quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum, super quem locum videatur D. uu. Agust. lib. de fide, & operibus, cap. 14. & 15. Hæc testimonia D. Iacobi, adeò efficatia sunt vt hæretici dicant, hanc Epistolam, non esse canonicam, sed in contra est Concil. Triden. sessio. 4. de quo legatur, Sixtus Senensis in Biblioteca Sancta, lbr. 7. hæresi. 9. Secundo probatur, ex Concil. Triden. sess. 6. cap. 7. vbi dicitur, quod fides, sine spe, & charitate vitam æternam præstare non potest, & canon. 9. dicitur, si quis dixerit sola impium fide iustificari: ita vt intelligat nihil aliud requiri ad obtinendam gratiam Anathema sit, & Cano. 12. Si quis dixerit fidem iustificantem, nihil aliud esse, quam fidutiã diuinæ misericordiæ peccata remittentes, vel hanc solam fidutiam esse, qua iustificamur Anathema sit, vbi nota Concil. non aprobare, nec statuere fidem fidutialem positam ab hæreticis, sed intendens vltra fidem requiri opera à sumit verba hæreticorum, & loquens de fide fidutialia, vt illam excludat in sufficiẽtem, dicit illam solam non sufficere, & postea, cap. 11. & can. 20. definit fidem non satis esse ad vitam æternam, sine obseruantia diuinorum mandatorum. Tertio probatur, authoritate Sanctorum, & Doctorũ, Orig. hom. 27. super nu. explicans illud cap. 23. exierũt de Egipto, in manu Moysi, & Aron dicit: duas manus necessarias esse ad salutem. Alteram scientiæ, quæ est per fidem, & alteram bonarum operationum, quæ per Moysem, & Aron significantur, D. Chrisost. hom. 9. super Ioã. Idem docet verba eius sunt nollimus existimare fidem nobis satis esse ad salutem, quoniam, nisi purã vitam exhibuerimus, & illa cælesti vocatione digna vestimenta duxerimus nobis forte dicetur, illud Matth. 21. quare huc intrasti non habens vestem nuptialem. D. Hiero. super 1. ad Corinth. cap. 6. dicens: Nollite errare reputantes solam fidem bonis sufficere ad salutem cum omne peccatum permanens excludat à Regno Dei. Idem docet D. Gregor. lib. 33. moral. cap. 7. explicans illud Iob 40. Habet fidutiam, quod influat iordanis in os eius, vbi sic ait, nemo igitur fidem, sine operibus credat sufficere ad salutem, scimus enim dictum esse, Iacob 2. Fides, sine operibus mortua tua est. Videatur etiam hom. 11. super Euangelia. Item D. Augustin. lib. 3. contra 2. Epist. Pelagianor. cap. 1. & 4. ait enim, quis enim purus, qui dicat ideò se decalogi seruare præcepta, quia Christianus est, nec sub lege, sed sub gratia constitutus. Item D. Chrisost. hom. 65. imperfectionis nota, quod Christus de dogmate rarius disseruit, sæpius tamen de vitæ integritate, vbi insinuat Christũ sequendum esse simul, vt Doctorem, & Legislatorem per obseruantiam mandatorum. Quarto probatur multis rationibus à Mag. Vega, lib. 11. de iustificatione, capit. 24. & Driedo lib. de captiuit. & redempt. generis humani, tract. 4. c. 1. modo autem breuiter probatur: tum quia si opera non requiruntur vltra fidem frustra sunt moniciones, & prædicationes, & frustra monerentur opera misericordiæ. Tũ etiam, quia per peccatum non solum auersus est intellectus, sed magis voluntas: ergo non sufficit fides rectificãs intellectũ, sed etiam opera rectificantia voluntatem requiruntur. Itaque licet iustificatio in intellectu per fidem initietur in voluntate, tamen per charitatem debet consumari. Vnde Ioan. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt, non dixit, dedit eis filios esse, quia fides, non filios Dei facit, sed dixit, potestatem filios Dei fieri, quia si de habita in potestate illius, vt in radice iustificatio præhabetur, quod clarius dicitur, per fidem habent potestatem, vt fiant non tamen sunt filij Dei. Etsi con-

Orig.

D. Chrisost.

D. Hiero.

D. Greg.

D. Aug.

D. Chrisost.

Vega.

Driedo.

Ioan. 1.

Obiectio.

tra

tra facias arg. quia in sacra Scriptura dicitur, fideles esse sub libertate: ergo ad opera exequenda non tenentur, alias enim in quo consistit libertas? Respondetur, libertatem esse ab obseruentia legis antiquæ, non autem ab obseruantia præceptorum legis nobæ, vt quis sine freno in carnalia labatur, quod ipse Paulus, explicuit ad Galat. 5. Vos enim in libertatem vocati estis fratres tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Super quem locum videatur D. Hieron. & Diuu. Tho. lect. 3. vbi eleganter explicant quomodo libertas Christiana non permittat carnalia, neque excludat obseruantiam legis. Hoc idem habetur 1. Petri 2. quasi liberi, & non quasi, velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate, serui subdidi estote, &c. Videatur Diuu. Augustin. libr. contra duas Epist. Pelag. c. 4. Iustin. M. in dialago contra Triphonem. pag. vltim.

Solutio. *Ad Gal. 5* *D. Hier. D. Thom.* *1. Petr. 2.* *D. Aug. Iust. Mar.*

Ex hac conclusione sequitur primo, quod licet ex parte intellectus, tantum requiratur ad iustificationem fides, ex parte tamen voluntatis, simul etiam requiritur motus spei, & charitatis, hoc dixerim contra Adamum, qui supra cap. 3. ad Roman. ait fidem adiutam spiritu Dei in esse perfectissimo etiam in formem esse vltimã dispositionem ad gratiam. Nostra tamen doctrina, quamtum ad spem probatur, ad Rom 8. Spe salui facti sumus, quantum ad charitatem autem innumera sunt testimonia sacræ Scripturæ in quibus insinuatur concursus charitatis ad iustificationem, vt 1. Ioan. 4. hoc est charitas Dei nõ quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Deum autem nos diligere est per infusionem gratiæ, quapropter si ad hoc charitas interuenit, ad iustificationem charitas necessario debet esse requisita. & hoc antecedenter, vt patet Lucæ 7. Dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum, & 1. Ioann. 3. scimus, quod translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres, & Prober. 8. Ego diligentes me diligo, & Ioann. 14. Si quis diligit me diligetur à Patre meo, & cap. 16. Pater amat vos, quia vos me amastis. Item patet hæc doctrina, quia fides informis, sine charitate. quantumcũque perfecta mortua est, vt patet Iacob 2. sed est impossibile, quod vltima dispositio ad vitã nõ sit vitalis, vt patet ex bona philosophia: ergo. Itẽ 1. ad Co. 13. quia fides sine charitate nullius est momẽti, hoc autẽ non esset verum si iustificationis esset vltima dispositio. Item, quia per peccatum mortale, non solum leditur intellectus, sed potissime voluntas: ergo non solum debet disponi ad rectitudinem iustificationis, per rectitudinem fidei intellectus. sed etiã per rectitudinem voluntatis per motũ spei, & charitatis. Etsi contra facias arg. quia iustificatio fit per charitatem, & iustitia est ipsa charitas, vt tenet Scotus, vel ad minus charitas est posterior iustitiæ, & supponit illam: ergo non potest charitas esse dispositio, quia disponeret ad se ipsam, vel assignaretur, vt dispositio, quid posterius formæ, cũ dispositio debeat esse prior quam ipsa forma. Respondetur, tamen dato esse veram sententiam Scoti, adhuc distingui formaliter charitatem in ratione formæ iustificantis, & in ratione dispositionis, vt insinuatur in Concil. Trid. sess. 6. can. 3. dum dicitur Anathema, qui dixerit, quod quis potest dilligere Deum, sine auxilio speciali Dei: ita vt ei infusio gratiæ conferatur, habet ergo rationẽ formæ iustificantis in sententia Scoti: quatenus per ipsam Deus nos dilligit rationem autem dispositionis: quatenus per ipsam nos Deum dilligimus. Supposita tamen veritate Diuu. Thom. quod gratia, & charitas distinguntur, & quod charitas dimanet à gratia, adhuc respondetur, hoc esse commune omni vltimæ dispositioni, vt in genere causæ efficientis, vel formalis sit posterior, quam forma, in genere tamen causæ materialis sit prior, & hoc idem habet actus charitatis respectu gratiæ vt alibi dicetur.

Obiectio. Scot. *Solutio.* *Con. Trid.* *2. Solutio.*

Corol.

Secundo sequitur, quod licet antiqui absolute concederent, quod sola fides iustificat, quia ly sola non præscindit à cõcomittantibus spe, & charitate, absolute tamen in communi modo loquendi, non conceditur, ne in modo loquendi, cum hæreticis conueniamus, vt enim dicit Diuu. Thom. 3. part. quæst. 16. art. 8. & colligitur 1. ad Thimot. 4. Hæreticum euitare debemus non communicando illi etiam, vel in locutione, & quia hætetici intendunt, quod sola fides excludendo charitatem iustificet, ideõ absolute, & communiter loquendo debemus talẽ propositionẽ negare, licet aliquem sensum bonum habere possit, vt insinuatur in Concil. Triden. sessio. 6. can. 9, vbi non absolute cõdemnatur illa propositio, sed cum moderamine: ita vt intelligatur, nihil aliud requiri ad iustificationem, quam fidem. Denique

D. Thom. 1. ad Thimot. 4. *Con. Trid.*

Contra Adamum. *Ad Rom. 8.* *1. Ioan. 4.* *Luc. 7. 1. Ioan. 3. Prob. 8. Ioann. 14. & 16. Iacobi 2. 1. Cor. 13*

nique ad plenam confutationem huius hæ-
Soto. resis. Videatur Soto 2.de natur. & grat.
Dec. Lob. cap.5.& 6.cum sequentibus potissime, ca-
Castro. pit.20.& 21.& Decan.Loban.tom.2,cõ-
Vega. tra Lutheranos,art.8.& 11.Castro libr.
Osius. 7.de hæres.verbo fides, hæresi 2. Vega
Ioan. Arb. loco supra citato, Osius,tom. 2. confes-
Driedo. sionum fidei,cap.1.& 2.Ioannes Arbo-
Medina. reus,lib.6.cap.4.Driedo lib.de capti. &
redempt.generis humani,tract.4. cap.1.
per quatuor partes,& Medina hic.

Ad 2.arg. Ad primum arg.à princip.resp. Diu.
Paulum excludere opera legis antiquæ,
vel naturæ à iustificatione: quatenus lex
vetus efficatiam,non præstabat ad iustifi
cationem,licet seruanda præciperet,& os
tenderet,non autem excludit opera cha-
ritatis legis nouæ,quæ fidem debent com
mittari ad iustificationem. Explicatio est
D.Hieron. supra ad Rom.3. Videatur So
D.Hier. to,2.de natur.& grat.cap.21. Aug.libr.
Soto. de spir.& litte.cap.13.& 14.& lib.de præ
D.Aug. destinatione sanctorum,cap.7. Itaque in
tendit Apostolus,quod opera legis vete-
ris,non habent iustificare,bene autem o-
pera legis nouæ,quia lex vetus non præ-
bet auxilium obseruantiæ,sicut lex noua
quæ præcipiendo tribuit robur ad obser-
uantiam præcepti. Secundo respondetur,
2.Solutio. loqui de fide formata in qua charitas,
Trid. & bona opera includuntur. Explicatio
D.Ignat. est Concil.Triden.sess.6.cap.7.& Diuu.
Ignatij,in Epist. 14. quæ est ad Ephes.
vbi ait,quod fides est principium vitæ fi-
nis vero illius dilectio ambæ vero iunctæ
hominem Dei perficiunt. Explicatio est
D.Aug. Diuu.August.lib.de fide,& operibus,ca
pit.14.& 16.& lib.de spir.& lit.cap.32.
& ideò est manifesta, quia iustificare est
actus perfectissimus fidei; vnde non de-
bet conuenire fidei,nisi in statu perfecto,
3.Solutio. vt generare,non conuenit puero, sed vi-
D.Aug. to in statu perfecto. Tertio respondetur,
excludere opera nostra à iustificatione,
prout à nobis sunt viribus naturæ,non au
tẽ prout a Deo ex auxilio supernaturali.
Explicatio est Diuu.August.lib.de grat.
& libero arb.cap.8.& lib.de spir. & lit.
cap.29.imò est ipsius Apostoli ad Phi-
lip.3.vt inueniar in illo non habens meã
4.Solutio. iustitiam,quæ ex lege est,sed eamque ex
fide Iesu Christi. Quarto respondetur,
vt insinuatum est solutione prima loqui
de iustificatione inititiatiue solum, non
complete,& perfecte in itium enim habet
D.Aug. ex fide,sed non consummatur,nisi charitas adiungatur,explicatio est Diuu. Au-
gust.lib.de prædest.Sanctorum,capit.7.
imò & Concil.Triden.sess.6.cap.8. Trid.

Ad secundum arg. ex locis Sanctorum respondetur,intelligenda esse vt loca sacræ Scripturæ,& qui peculiarem intelligentiam illorum desiderat,videat Decanum Loban.art.8.pag.104.& sequentibus,& peculiariter in Vega, lib. 11. de iustificatione,cap.25. vbi ponit septem explicationes locorum Sanctorum. Ad 2.arg. Dec. Lob. Vega.

Art. V.

Vtrùm in iustificatione requiratur motus liberi arbitrij in peccatum?

Conclusio est affirmatiua.

ISTA est de fide, vt constat Matth. 3.pœnitentiam agite,& Lucæ 13.nisi pœnitentiam egeritis,& ex loco allega to à Diuu. Thom.in argumento, sed con tra definitur que in Trid.sessio.6 cap.14. vbi inter necessaria ad iustificationem nu meratur detestatio peccati. Matth.3. Lucæ13. D. Thom. Triden.

Circa istam conclusionem notandũ, quod cum supra determinatum sit fidem, non sufficere ad iustificationẽ, modo pro greditur Diuu.Thom.explicare, quę nã alia requirantur,quod specialius declarat Concil.Triden.sessio.6.cap.6.vbi ennu merat sex actus requisitos ad iustificatio-nem,videlicet timorem diuinæ iustitiæ, spem de diuina misericordia,pœnitentiam de peccatis propositum recipiendi Sacra-mentum,& propositum seruandi omnia mandata,& propositum inchoãdi nouam vitam. De his ergo à Concil. enumeratis aliqua non necessaria omnino, sed vtilia sunt, vt est timor, quod & Concil. insinua uit dicens timorem esse quo peccatores vti liter conuertuntur, quapropter loca sacræ Scripturæ, quæ timorem commendant de vtilitate,& non de necessitate sunt explicanda, doctrina est Petri de Soto lect.8. de origine pœnitentiæ,& Dominici de So to in 4.dist.14.quæst.2,art.5.vbi adducunt consimilem rationem de actu humili tatis,& misericordiæ, de quibus D. Tho. supra,& sacra Scriptura passim, quod ad iustificationem requirantur, cum tamen certum sit non necessarios, sed vtiles esse huiusmodi actus. Vtilitatem tamen timoris definit Leo Decimus in Bulla, contra Lutherum,& Concil.Trid.sess.6.can.8. his verbis, si quis dixerit gęnæ metum per Not. Trid. Petr. de So to. Leo. Dec. Trid.

per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abstinemus peccatum esse, aut peccatores peiores facere anathema sit. Hæc vtilitas commendatur Eccles. 1. Timor Domini expellit peccatum, nã qui sine timore est non potest iustificari, id est difficiliter potest, & cap. 25. Timor Domini in initium dilectionis, & Isa. 26. à timore tuo concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Et ratione id patet, nam gratia imitando naturam ab imperfectis debet incipere, cum ergo timor actus sit imperfectus respectu dilectionis regulariter, & vt plurimum, sic procedit gratia incipiendo à timore, vt ad dilectionem perueniat. Etsi obijcias ex Lutheranis, quod timor seruilis (de hoc enim loquimur cum Concil.) habet malum obiectũ, quia respicit pœnas inferni fugiendas ex nimio amore boni oppositi, quod est proprium ipsius operantis, cui huiusmodi pœnæ opponuntur: ergo talis actus malus est procedens ex proprio amore terminatus ad malum obiectum ex quo actus summit speciem. Respondetur, quod huiusmodi timor si respiciat pœnas inferni secundum rationem positam in argumento secundũ, quod quis est affectus proprio bono, vt vltimo fini sic malus est timor: si autem consideretur, vt respicit pœnas: quatenus possunt retrahere à peccato sic bonus est timor, & de illo, sic loquitur Concil. can. 8. dicto, & Diuu. Thom. 2. 2. quæst. 19. art. 6. dicit timorem seruilem manere in habẽte charitatem, quantum ad substantiam ex parte obiecti, licet non quoad seruilitatẽ ex parte subiecti, subiectum enim in charitate iam non manet seruus. Hoc enim tantum de peccatore dicitur, Ioan. 8. qui facit peccatum seruus est peccati. Etsi contradicas: ergo timor seruilis retinens seruilitatem ex parte subiecti, etiam erit malus, quod clarius dico: ergo timor seruilis in peccatore, non habente gratiam in quo non tantum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad seruilitatem manet erit actus malus. Respondetur, quod tunc subiectum talis timoris malum erit ipse tamen timor bonus, quia attenditur ex obiecto, & subiectum non viciat actum, nisi apponatur ex parte obiecti proponendo se ipsum vt finem, quæ ratio si esset, iam diximus, timorem esse malum: si tamen tantum maneat in ratione subiecti, actum non viciat exemplum clarum est in actu fidei informis, qui bonus est, licet vt informis præsupponat subiectum malum.

Ecclef. & 25. Isai. 26. Obiectio. Solutio. D. Thom. Ioan. 8. Obiectio. Solutio.

Circa alterum requisitum ad iustificationem, nempe dolor de peccatis, de quo specialius agit D. Thom. hic multa poterant disputari, quæ non sunt præsentis loci. Dubium enim: vtrum in iustificatione impij sit necessaria formalis detestatio peccati, an vero sufficiat virtualis, quæ reperitur in actu charitatis, cuius partem affirmatiuam, tenet Scotus virtualem, scilicet sufficere, in 2. dist. 28. quæst. vnica circa finem, hoc inquam pertinet tractare, 3. p. quæst. 86. art. 2. videatur de illo Soto, 2. de nat. & grat. cap. 16. & in 4. distin. 15. quæst. 1. art. 2.

Dub. 1. *Scot.* *Soto.*

Aliud dubium poterat moueri circa solutionem ad 3. vtrum requiratur detestatio in particulari omnium peccatorum, an vero sufficiat vna detestatio omnium inconfusso, & in communi. Sed hoc etiam dudium habet proptiam sedem, 3. part. q. 87. art. 1. videatur Caiet. quæst. 2. de contritione, & Soto in 4. dist. 17. quæst. 2. artic. 3. & Medina hic.

Dub. 2. *Caiet.* *Soto.* *Medina.*

Aliud dubium etiam solet moueri hic circa solutionem ad primum vtrum detestatio peccati, & dilectio Dei sint duo actus liberi arbitrij. De quo Caiet. respondit affirmatiue, qui videtur Diui Thom. hic asserentis requiri duos motus alterum quo diligit Deum, alterum vero, quo detestatur peccatum, & idem repetit artic. 6. sequenti, & quia dilectio est motus prosecutibus, detestatio habet rationem fugæ, prosequi autem, & fugere diuersos actus videtur importare, & tandẽm quia dilectio pertinet ad charitatem detestatio vero ad penitentiam, qui habitus sunt diuersi, & consequenter ipsi actus.

Dub. 3. *1. Sent. Caiet.*

Magister vero Medina oppositum tenet fundaturque etiam in Diuu. Thom. ad primum dicente ad eandem virtutem charitatis pertinere dilligere Deum, & detestari peccatum oppositum illi, quia eiusdem est prosequi bonum, & fugere oppositum malum, & qua in multis alijs idem contingit, intellectus enim eodem actu potest assentiri premissis, & cõclusioni, propter præmissas, & eodem actu voluntas potest tendere in finem, & in medium propter finem.

2. Sent. Medina.

Circa hoc dubium videantur supra dicta, quo modo licet recessus à peccato, & accessus ad Deum per gratiam sin duæ mutationes, absolute tamen est vnus motus, sed nihilominus manet resoluendum, quod hic quæritur vtrum hoc fiat per vnum, vel per duplicem actum.

Vnde dico primo regulariter detesta- *1. Concl.*

tio

tio peccati,& actus dilectionis sunt actus formaliter,& realiter distincti, aliquando tamen non distinguntur,sed eodem actu charitatis,quo Deus dilligitur detestatur peccatum,vnde argumenta primæ sententiæ probant regulariter,secundæ probant quod aliquando eodem actu vtrũque potest fieri. Vel aliter soluitur dubium, 2.*Concl.* quod in Deum,& peccatum,potest homo dupliciter ferri,primo formaliter in vtrũque,secundo in vnum formaliter. in alterO vero virtualiter: siquidem primo modo procedat necessario duo actus requiruntur,quia sunt actus diuersarum virtutum. Si autem secundo modo eodem actu potest vtrumque facere, quia actus dilectionis virtualiter est detestatio peccati, hoc patet in exemplis alatis in argumentis: si enim quis formaliter in principium, & conclusionem feratur duplici actu debet esse,& similiter in medium;& in finẽ, non vno,sed duplici actu ferri debet si formaliter in vtrumque vult ferri. Si autem tantum feratur formaliter in conclusionẽ, virtualiter vero solum in principium vno actu scientiæ hoc fit, nam qui formaliter conclusioni virtualiter principio assenti tur: si quidem assentitur conclusioni propter principium: similiter, qui per electionem formaliter tendit in medium virtualiter tendit in finem ratione cuius eligit me 3.*Concl.* dium: sic ergo in præsenti. Vel tertio resoluitur,quod detestatio peccati: dupliciter potest considerari, primo secundum, quod est fuga mali oppositi bono charitatis prosequendo per ipsam,secundo quatenus est satisfactio pro ofensa commissa, primo modo pertinet ad charitatem detestatio peccati,quia vt ait Diuu. Thom. ad 1.ad idem pertinet prosequi bonum, & fugere oppositum malum,secundo vero modo detestatio peccati est actus pœnitentiæ & vt sic debet esse actus distinctus ab actu dilectionis: siquidem & pœnitentia distincta virtus est à charitate. Circa aliud, quod requiritur ad iustificationem, nempe motum spei.

Dubium IV, est.

Vtrùm ad iustificationem requiratur necessario habere formaliter actum spei, an vero sufficiat habere illum virtualiter solum?

IN Hac re Scotus in 4. dist. 14. quæst. 1. tenet non requiri motum spei necessario, nec formaliter, nec virtualiter, sed sufficere solam dilectionem in qua virtualiter clauditur actus pœnitentiæ. Hæc probatur primo, timor non est necessarius, sed tàtum vtilis (vt dictum est) ergo actus spei similiter, patet consequẽtia, quia spes nascitur ex timore, vt patet ex illo Psalm. 32. Oculi Domini super timentes eum,& in eis qui sperant, &c. & Ecclesiast. 2. Qui timetis Dominum sperate in illo, ponendo enim prius timorem, & postea spem de notatum secundum oriri ex primo, quapropter si primum non est necessarium, nec secundum. *Scot. Sent.* *Arg.1 pro hac sent.* *Psal.32.* *Eccl.2.*

Secundo arg. actus spei non est vltima dispositio: ergo non necessario requiritur, antecedens patet, quia sicut actus fidei: ita spei computatur inter dispositiones prævias, quæ etiam in peccatore possunt reperiri, & solum vltima dispositio ponitur dilectio, & contritio. Consequentia vero probatur, nam dispositiones prævi æ solum requiruntur ex imbecilitate agentis, posito autem agenti efficaci sufficit vltima dispositio coaptans ad formam, Deus autem in iustificatione potenter operatur, vnde non necessario requirit prævi am dispositionem motus spei. Si respondeatur, non posse poni vltimam dispositionem contritionis (verbi gratia) nisi precedat spes veniæ, vnde & connexione vtriusque necessario motus spei est requisitus. Contra arg. nam sufficit dictamen fidei proponentis Deum, vt summe dilligibilem, & peccatum, vt summe delendum, vt Dei malum, & damnum habentis: ergo non necessario requiritur spes, vt Deum diligat, & de peccato doleat. 2.*Arg.* *Resp.*

Tertio arg. pro hac sententia, iustificatio debet poni facilis, & diuinam misericordiam decens, sed hoc fit pautioribus actibus: ergo supra dilectionem, & contritionem præsupponentem fidem, non debet multiplicari necessario actus spei. 3.*Arg.*

Quarto arg. quia numquam fit monitio, vel prædicatio ad iustificationem, vt habeatur spes, sicut prædicatur, vt habeatur dilectio, & cõtritio: ergo sentitur, hoc non esse necessarium, nec debet recurri ad ignorantiam, quia esset pernitiosa, & communis. 4.*Arg.*

Secunda sententia est Soto 2. de nat, & grat. cap. 12. asserentis necessario requiri ad iustificationem motum formalem spei. Hæc probatur primo, actus fidei formaliter est necessarius: ergo & spei, proba- *2.Sent. Soto.* *2 Arg. pro hac sent.*

tur

batur consequentia, quia non minus requiritur, vt proponatur voluntati Deus, vt bonum assequibile, quam intellectui, vt bonum infalibile, sed non proponitur, vt bonum assequibile, nisi per spem: ergo sicut formaliter requiritur fides proponens vt verum, sic requiretur actus spei proponens vt bonum. Confirmatur, quia integra ordinatio in Deum fit per tres virtutes Theologales: ergo nullus actus illarū debet deficere in iustificatione.

Conf.

2. Arg. Secundo arg. pro hac sententia, in sacra Scriptura, sic commendatur actus spei sicut actus fidei, vel charitatis, sed isti requiruntur formaliter: ergo & ille, maior patet, Psalm. 36. Liberauit eos quoniam speranerunt in eum, & Psal. 90. quoniam in me sperauit liberabo eum. & Matth. 9. & Marc. 20. Confide fili remittuntur peccata tua. 1. Ioan. 3. qui habet hāc spem iustificat se. Ad Rom. 8. Spe salui facti estis, & in Concil. Trid. sess. 6. cap. 6. in differenter anumerantur fides, spes, & charitas, vt necessaria, & cap. 7. Multoties repetitur fidem sine spe, & charitate nō valere ad iustificationem, & can. 7. Solum de timore dicitur esse vtilem, quapropter alia enumerata relinquit, tanquam necessaria inter quæ posset esse spem, & Diuus Thom. 3. part. quæst. 85. art. 5. sine discrimine ponit actum formalem spei inter necessaria ad iustificationem.

Psalm. 36. & 90. Marc. 2. 1. Ioan. 3. Ad Rom. 8 Trid.

D. Thom.

3. Arg. Vltimo arg. ad iustificationem requiritur necessario, vt constat ex Concil. nō virtualis: ergo formalis. Probatur minor, quia si quis esset actus virtualis spei maxime actus charitatis, sed iste non: ergo. Probatur ista minor, quia vt dicitur 2. 2. quæstio. 18. art. 1. actus charitatis necessario distinguitur ab actu spei: ergo non potest virtualiter continere illum.

3. Sent. Vega. Tertia sententia est, quam tenet Vega lib. 3. super Triden. cap. 27. quod licet non requiratur necessario actus spei formaliter, requiritur tamen necessario virtualiter. Qui tamen sequūtur hanc sententiam non eadem via procedunt. Aliqui enim dicunt requiri actum spei virtualem ex aliquo actu formali præcedenti. Itaque licet in puncto iustificationis formaliter non sit, fuerit tamen. Quod sic probant, quia Scriptura sacra, & Concil. Trident. eodem modo loquūtur de spe, dilectione, & contritione, sed licet contritio, vel dilectio non requirantur formaliter in puncto contritionis, vt quando iustificatur aliquis dormiēs in Sacramento, requiritur tamen huiusmodi actus præcessisse: ergo idem dicendum est, de actu spei.

1. Arg. pro hac sent.

Secundo probatur, quia si non requiritur præcessisse formaliter, sed tantum diceretur virtualiter esse per hoc, quod contineretur in aliquo actu superiori, & eminenti qualis est dilectio, ex quo oriri potest effectus ipsiusmet spei, quæ est prosecutio boni adipiscibilis, sequeretur nō magis requiri spem, quam timorem, quia si formaliter timor non sit necessarius præcisse, in hoc tamen sensu virtualiter est in puncto iustificationis: quatenus aliquis actus eminens, & superior concurrit, nempe dilectio in qua effectus timoris continetur, quia in dilectione, & contritione continetur retrahere à peccato, qui est effectus timoris: consequens autem est falsum & nullus negat specialius spem esse requisitam: ergo non sufficit actus virtualis per continentiam in actu superiori, sed requiritur virtualis per præcedentiam ipsius formalis.

2. Arg.

Tertio probatur, quia aliàs non diceretur esse actum spei virtualem in puncto iustificationis, quia vt propriè sit virtualiter debet esse in causa, vel in effectu, sed quod sit actus dilectionis, vel cōtritionis, non est manere spem in causa, vel in effectu ergo non est esse virtualem spem propriè loquendo. Minor probatur, nam actus dilectionis, non est causa actus spei, quia actus spei est prior, prius autem non potest esse effectus posterioris, quia non potest dependere ab illo, effectus autem a causa dependet. Item dilectio non est effectus actus spei, quia posita causa ponitur effectus, posito autem actu spei, non ponitur dilectio, quia actus fidei, & spei in peccatore possunt esse informes: ergo requiritur, si non formalis, tamen virtualis.

3. Arg.

4. Sent. Alij autem dicunt actum spei esse requisitum virtualiter, nō quia formalis præcesserit, sed quia aliquis actus eminens, & superior concurrit in quo actus spei, & effectus eius, tanquam in causa superiori eminenter continetur. Hæc probatur, quia vt authores oppositi concedunt actus spei ad hoc requiritur vt quis facilius moueatur ad quærendum remedium peccati per pœnitentiam, quæ spe veniæ in actū prorumpit, sed quod facilius tantum concurrit non necessario concurrit: ergo actus spei non est necessarius, nec de præsenti, nec de præterito.

Arg. 1 pro hac sent.

Secundo prob. fides proponit practice Deum, vt summe diligibilem: ergo poterit prorrūpere in actū dilectionis illius

2. Arg.

ex tali propositione practica, & consequẽter actus spei non est necessarius.

Ad 3. arg. Tertio probatur, quia si existenti in mortali fieret reuelatio de sua condẽnatione non teneretur, nec posset sperare, & tamen tenetur, & consequenter potest dolere de peccato, & diligere Deum, quo stante iustificaretur: ergo ad iustificationem, non requiritur necessario actus spei, nec præsens, nec præteritus. Etsi contra hanc sententiam facias arg. quia Diuus Thom. supra quæst. 62. art. 4. dicit aliquẽ *D. Thom. Arist.* in tantum moueri ad amandum aliquid in quantum reputat illud sibi bonum, iuxta illud Arist. amabile bonum vnicuique autem proprium, in ò ex amore proprij boni. quodcumque aliud amatur, iuxta illud eiusdem Arist. amicabilia, quæ sunt ad alterũ ex amicabilibus, quæ sunt ad se. Respondetur, ex eodem D. Thom. 2. 2. quæstio. 26. art. 3. ad 1. hoc debere intelligi de amore bonorum particularium. nã de bono communi hoc nõ habe verum. pars enim non ideo diligit totum, quia diligat se, cum ergo Deus diligatur per charitatem, vt commune, & vniuersale bonum, dilectio illius non nascitur necessario, nec præsupponit partem respicientem proprium bonum, quod intendit adipisci. Quod clarius dicitur, quod licet inter particularia bona aliquid non ametur, nisi ex præsupposita spe consequendi proprium bonũ, in bono tamen communi maxime in Deo dilectio illius non nascitur, nec necessario supponit spem tendentem in proprium bonum, sed simpliciter charitas tendit in Deum, vt in se, & non vt assequibilẽ, nec vt redundat in bonum ipsius habentis si formaliter, & ex proprijs charitatis loquamur.

1. Note Pro intelligentia quæstionis notandum primo, quod actus spei de duobus potest esse, primo obtentionis gloriæ, secundo remissionis culpæ, in præsenti enim nõ loquimur de spe obtinendæ gloriæ, nam multoties, quis illius in puncto iustificationis nõ recordatur, sed loquimur de spe consequendæ veniæ. Vtrum possit esse peccatorum detestatio in iustificatione, sine eo quod quis per spem veniam consequendam attingat, nec illius recordetur.

2. Not. Secundo notandum, quod regulariter ita fit, quod præcedat, vel concomitretur actus spei consequendæ veniæ, ad dolendum de peccatis, quia cum gratia perficiat naturam, & natura hominis sit, nec amare, nec respuere, nisi motus proprio bono, sic in iustificatione regulariter procedit. Inquirimus autem vtrum huiusmodi actus spei necessarius sit, ita vt sine illo iustificatio nullatenus fiat.

Prima conclusio. Actus formalis, & explicitus spei non est necessarius in puncto iustificationis. Hæc conclusio de iustificatione Sacramentorum est certa cũ possit, quis dormiens sic iustificari, & quia etiam in vigilia, non minus necessariæ dispositiones sunt intentio recipiendi Sacramentum in recipiente, & conferẽdi in ministro. de quibus constat non requiri formaliter in actuali susceptione Sacramenti, sed sufficere virtuali. Loquendo de iustificatione extra Sacramentum probatur, primo ex D. Thom. 2. 2. quæst. 17. art. 7. ad 3. vbi ait non semper spem præcedere ad actum meritorium, sed aliquando habere se concommitanter, & aliquando consequenter. ex quo sic arguitur, actus spei aliquando consequitur actum meritoriũ: ergo & iustificationem, quia actus meritorius iustificationem præsupponit, & consequenter aliquando iustificatio fiet, sine actu formali spei. Item D. Thom. quæst. 4. de virtutibus art. 3. dicit sic præcedere spem ad charitatem in iustificatione, sicut præcedit timor, sed (vt dictum est) actus timoris non necessario præcedit: ergo nec spei secundum D. Thom. Secundo probatur ratione. ad iustificationẽ sufficit, quòd requiritur ad removendum à peccato, & tendendum in Deum, sed hoc fit per contritionem, & dilectionem: ergo necessario requiritur actus spei. *1. Concl. D. Thom.*

Secunda conclusio. Actus spei virtualis necessario requiritur ad iustificationẽ, non quidem virtualis per actum formalẽ præcedentem, vt voleba Coriel hic, sed per continentiam eminentialem in aliquo superiori qualis est dilectio Dei. Prima pars conclusionis prob. efficaciter argumẽtis secundæ sententiæ, quæ licet invalida sint ad probandum actum formalem, probant autem actum virtualem. Secunda vero pars conclusionis probatur, etiam argumentis positis in secundo modo explicandi tertiam sentẽtiam, quam illo modo explicatam in præsenti defendimus, & ad argumenta explicationis aliarum infra respondebitur. *2 Concl. Contra Curiel.*

Ad primũ à principio proprimæ sentẽtia respõdetur, quod licet regulariter spes nascatur ex timore non tamen per se, & ex natura rei, sed ex amore ex imperfectione autem subiecti regulariter manuducitur ex timore, quapropter Apostolus perfecta charitas (inquit) foras mittit timorem *Ad 1. 1. Sent.*

rem cumtamen ad augert spem quãdiu bonum amatum non obtinetur in patria.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respondetur, bene ibi responsum esse illam rationem spei esse requisitam aliter tamen, quã fides, quia hæc cum se teneat ex parte intellectus cuius actus formalis necessario requiritur ad actum voluntatis proxime, vel remote, quia nihil est volitum, nisi præcognitum, ideò actus fidei necessario requisitus, hæc autem ratio de actu spei, non currit, vnde sufficit virtualis (vt est dictum.) Ad replicam respondetur, iudicium fidei esse quidem practicum ad diligendum, sed nõ per se solum, sed mediãte spe, sufficit enim ex parte intellectus illud iuditium, requiritur autem aliquid amplius ex parte voluntatis, scilicet spes tanquam quid imperfectũ quo deueniendum est ad vltimum, & perfectum effectum, qui est dilectio.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. resp. probare non requiri actum spei formalem, non autem virtualem, quia hic non ponit nouam difficultatem supra actum charitatis in quo spes virtualiter continetur.

Ad vlt. Ad vltimum respondetur, satis moneri actum virtualem spei dũ monetur actus charitatis, vel dicitur communiter, hoc non moneri, quia communiter in hoc nõ est defectus, sed potius per excessum peccatores habent præsumptionem de diuina misericordia, non autem quia spes non sit necessaria, vt dictum est.

Ad 2. 2. sent. Ad argumenta secundæ sententiæ respondetur. Ad primum aliqui respondent semel supposita fide sufficere imperiũ practicum prudentiæ infusæ ad diligendum. Sed hoc non habet verum, quia imperium supponit cognitionem, nam imperium dicit motionem volũtatis, quę in cognitione fundatur, vnde necessum est præter hoc imperium assignare in quo bonũ assequibile proponatur, vt in ipsum per amorem tendere possit. Respondetur ergo sufficienter proponi ex parte intellectus per fidem, & ex parte voluntatis per charitatem, nec requiritur explicite proponi per spem, vnde dicitur nõ omnes virtutes Theologicas æqualiter requiri ad iustificationem, contritio enim, & dilectio necessario requiruntur, tanquam vltimæ dispositiones, actus vero spei, cum sit dispositio antecedens clauditur eminenter in vltima, vnde posita vltima præcedens non necessario requiritur, nec est eadem ratio de fide, vt dictum est, quia non est præcedens vicumque, sed tenentis se ex parte intellectus cuius actus necessarius est ad actum voluntatis.

Ad 2. Ad secundum arg. respondetur, sacram Scripturam enumerare, quæ necessaria sunt, non autem distinguit qualiter vnumquodque sit necessarium, sed hoc reliquit disputationi Theologicæ, quæ distinguit alia esse necessaria virtualiter alia formaliter iuxta naturam vniuscuiusque, nos autem, non negamus necessitatem spei, sed dicimus sufficere illam virtualem. Ad illud autem, quod etiam timor esset necessarius. Respondetur, negando sequelam, quia timor, nec etiam virtualis est necessarius, charitas enim dicit prosecutionem, timor vero est refugitiuus: prosecutio ergo non claudit virtualiter fugã prosecuti, spes autem cum importet prosecutionem boni possibilis virtualiter continetur in amore, immo vt dictum est, ex amore nascitur, tendere in ipsum, dicitur ergo spes necessaria, quia virtualis saltim requiritur timor vero nõ necessarius, sed vtilis, quia licet peccatores concutiendo regulariter trahat ad pœnitentiam, sine illo tamen, nec formaliter, nec virtualiter iustificatio fieri potest.

Ad vlt. Ad vltimum respondetur, loco citato poni distinctionem inter actum charitatis, & spei si vtrumque formaliter consideretur formaliter tamen identificari possunt.

Ad 1. 3. sent. Ad argumenta tertiæ sententiæ secundum priorem intelligentiam. Respondetur, non eodem modo de omnibus debere intelligi Concilium, sed de vnoquoque secundum suam naturam, spei autem natura non est sicut dilectionis, vt eodem modo requiratur, vt iam dictum est.

Ad 2. Ad secundum respondetur, vt dictum est aliam esse rationem timoris, & spei, spes autem cum sit prosecutiua continetur virtualiter in amore, non autem timor qui fugam importat, vnde ex tali continẽtia dicitur spes absolute necessaria, non autem timor, sed tantum vtilis.

Ad vlt. Ad tertium arg. respondetur, esse virtualiter spem in dilectione; non vt in causa, vel effectu vt volebat arg. sed vt explicatum est, tanquam in actu superiori, & eminenti. Circa aliud, quod requiritur ad iustificationem, nempe dilectionem.

Dubium V.

Vtiùm ad iustificationẽ sit necessaria explicita, & formalis

lis dilectio Dei, an vero sufficiat virtualis?

1.Sent. D. 1 hom. Palud. Gabr. Sot. Vega. Zumel.

IN hac re est prima sententia, quam videtur tenere D.Thom.in 4.dist. 14. quæst.1.art.2.quæstiuncula 2. Palud. ibi quæst.3.Gabr.quæst.1.art.2.Conc. 5.Soto 2.de natur.& grat.cap.16.& 17. Vega lib.13.cap.21.& Zumel.hic quod sufficiat virtualis dilectio, quæ in actu pœnitentiæ continetur, eo enim ipso, quod quis de peccato contratur virtualiter Deum diligit, illam ergo dilectionem virtualiter contentam in contritione dicunt sufficere, nec requiri actum distinctũ, qui formaliter sit dilectionis. Pro cuius maiori declaratione nota, posse aliquem ex multiplici motiuo peccatum detestari; primo ex motiuo vituperabili, vt auarus, qui ex motiuo auaritiæ detestatur luxuriam, secundo ex motiuo ẽpotali vt fur detestãs furtũ, propter supplicium, tertio ex motiuo honesto particulari, vt ex motiuo boni virtutis cui tale peccatum opponitur, quarto ex motiuo vniuersali naturali tamẽ vt qui odit peccatum propter rationẽ, de his omnibus omnes illi conueniunt detestationem peccati esse insufficientem ad iustificationem, quia ex quolibet horum motiuorum talis actus doloris est naturalis, & cõsequẽter insufficiens disponens ad gratiam, quę alterius est ordinis. Quinto potest detestari peccatum ex motiuo vniuersali supernaturali, videlicet quatenus inducit reatum pœnæ æternæ, etiam secundũ hanc rationem dolor non sufficit, quia vt sic est imperfectus in ordine supernaturali, nec includit dilectionem Dei, sed solum respicit pœnã, hic dolor est, qui vocatur attritio, vltimo potest esse ex motiuo supernaturali vniuersali qualiter detestatur peccatũ, vt ofensa Dei & contra ipsum hic dolor perfectus est vocatur contritio, & in illo continetur virtualiter Dei dilectio, ex eo enim dolet de ofensa illius, quia illum diligit, hunc ergo actum qui formaliter est pœnitentiæ virtualiter autem dilectionis dicunt illi iustificationem sufficere.

Not.

1. Arg. pro hac sen.

Hæc sententia probatur primo ex D. Thom. qui art. sequenti enumerans requisita ad iustificationem, non meminit dilectionis, nisi tantum virtualis apponendo detestationem peccati, & art.7.ad 2.dicit quod sicut in naturalibus vnus, & idem motus est, quo recedit ab termino à quo, & accedit ad terminum ad quem: ita idem actus contritionis est quo à peccato receditur, & ad Deũ acceditur, quia vbi est vnum propter aliud (inquit D. Tho.) eodem actu vtrumque attingi potest, vt subiectum, & prędicatum finis & medium cum ergo recedere à peccato sit propter accessum ad Deum eodem actu contritionis vtrumque fit. ecce quomodo D. Tho. ponit dilectionem necessariam ad iustificationem esse illam, quę in contritione cõtinetur. quæ vtique virtualis, & non formalis est.

2. Arg.

Secundo arg. habenti actum pœnitentiæ, & perfecti doloris datur iustificatio, sed potest habere huiusmodi actum ante formalem dilectionem: ergo ante formalẽ dilectionem poterit iustificari, & consequenter dilectio formalis non est necessaria. Maior patet 2.Reg.12. Vbi statim, quod dixit Dauid peccaui, respondit est ei, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, & Ps.31. confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & statim dicitur, & tu remisisti impietatem, &c. & Ps. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Ezech.36. Si auerterit se peccator ab iniustitia sua, &c. Min. vero prob. quia in ipso peccato est sufficiens malitia, vt etiã sine amore boni oppositi detestetur eo, vel maxime, quod in ipsa detestatione perfecta virtualis amor oppositi continetur: ergo ex se est sufficiens perfecte detestari peccatum etiam si formalis dilectio oppositi boni non interueniat.

2.Reg.12. Ps.31.& 50. Ezech.36

3. Arg.

Tertio arg. actus pœnitentiæ ex propria ratione habet retrahere à peccato, & consequenter à proximate ad Deum: ergo ex propria ratione inducit iustificationem, & consequenter ad illam formalis dilectio non requiritur, patet consequentia quia iustificatio non aliud requirit, quam proximari ad Deum, & à peccato removeri. antecedens vero probatur, nã actus perfectus pœnitẽtiæ est supernaturalis ex motiuo supernaturali vniuersali explicato: ergo habet vtrumque facere, & ducere in Deum, & à peccato removere.

Not.

Pro intelligentia notandum, quod aliud supponitur, & aliud quæritur, quæritur vtrum requiratur explicitus actus charitatis, & dilectionis, supponitur autem, quod huiusmodi actus requiratur, contra Vazq. disp. 203. c. 9 asserentem nõ requiri, vt disponat ones gratiæ actũ cõtritionis perfectũ, qui sit actus pœnitẽtiæ, nec dilectionis perfectũ, qui sit actus charitatis, sed solũ actũ imperfectũ cõtritionis qualis est attritio, & dilectionis cõcupiscentiæ, qua gratiã, & Deũ nobis desideramus. Cõtra is-

Contra Vazq.

tam

tã enim nobã sentẽtiã omnes vnanimiter
D. Thom. fatẽtur. sic D. Th. art, 5. & 6. & 7. & 8. &
Scot. 3. part. q. 86. art. 2. & 6. Scot. in 4. distin.
Duran. 14. q. 2. art. 2. Dura. q. 1. Palud. quæst. 1.
Palud. Gabr. q. 1. art. 2. Pigius controuer. 1. &
Gabriel. 9. Soto 2. de natur. & grat. cap. 16. Vega
Pigius. lib. 6. cap. 28. & 29. Petrus de Soto, in-
Vega. struct. Sacerd. lect. 4. de pœnit. Belar. lib.
Soto. 1. de iustificat. cap. 13. & Lorca, disp. 33.
Petrus de memb. 1. & habetur clare in Conc. Trid.
Soto. sess. 14. cap. 4. & 6. vbi loquens de iustifi-
Bellarm. catione extrà Sacramentum, quia votum
Lorca. Sacramenti requirit huiusmodi dispositio
Con. Trid. nes perfectas, licet cum Sacramento im-
perfectæ sufficiant.

1. Concl. Prima conclusio, per se loquendo actus formalis, & explicitus charitatis requiritur ad iustificationem. Hæc est Diu.
D. Thom. Thom. hic & art. præcedenti, & 8. sequen
D. Bonau. ti, & 3. part. quæst. 85. art. 3. & in 4. dist.
Palud. 14. quæst. 1. Diuu. Bonauent. & Palud.
Ricard. eadem dist. Ricardi, dist. 15. & 16. Scoti,
Scoto. dist. 14. quæst. 2. Probatur Lucæ 7. Di-
Luc. 7. missa sunt ei peccata multa quoniam dile-
1. Ioan. 3. xit multum, 1. Ioan. 3 Translati sumus
de morte ad vitam quoniam diligimus fra-
Trid. tres, & rursus, qui nõ diligit manet in mor
te, & in Trid. sessio. 6. cap. 7. & sessio. 14. cap. 4. inter necessaria ad iustificationem præcipue enumeratur dilectio, idem
D. Aug. habet D. August. lib. de vera, & falsa religio. cap. 9. & 17. & lib. 7. contra Gresconium Grammaticum, cap. 12. & sermo. 7. de temp. & lib. 21. de ciuit. cap. 27. dicit adeò esse necessariam charitatem, vt sine actu illius nullus alterius virtutis, etiam pœnitentiæ sufficiat, & Diuu. Thom. hic dicit requiri desiderium, quo tendatur in iustitiam, qui actus est charitatis. Secundo probatur ratione, remisio peccati est restauratio amicitiæ: ergo requiritur actus charitatis, patet conseq. nam amicitia importat amorem reciprocum, qui ex parte hominis charitatis est. Tertio prob. per iustificationem homo auertitur a peccato & conuertitur in Deum, sed huiusmodi conuersio est per charitatem: ergo actus illius requiritur ad iustificationem. Vltimo prob. iustificatio fit per infusionem gratiæ, & aliorum donorum, sed hæc non da-
Ioan. 14. tur, sine præuio actu charitatis: ergo iste requiritur. Min. prob. Ioan. 14. Qui diligit me diligetur à Patre meo, quod est gratiam illius recipere, per gratiam enim homo diligitur a Deo, sicut per charitatem diligit Deum. Itaque ex prædictis sequitur dilectionem necessariam ad iustificationem debere esse perfectam, qualiter ex plicatur Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Deut. 4. Cum quæsieris Dominum Deum tuum inuenies eum, si tamen ex toto corde tuo quæsieris eum, consistit autem huiusmodi perfecta dilectio super omnia non (vt dicit Vega lib. 6. cap. 13.) nõ in eo, quod quis habeat signatam comparationẽ Dei ad omnia alia præferendo illum omnibus alijs, quia in instanti iustificationis, hæc comparatio in actu signato non potest fieri moraliter loquendo, sed consistit in intensione affectus, sic radicati, vt ex virtute illius paratus sit quæcumque alia deserere potius quam Deum. Secundo sequitur ex dictis actum charitatis requisitum ad iustificationem debere esse distinctum realiter ab actu pœnitentiæ, vel alterius cuiuscumque virtutis, nam si (vt dictum est) requiritur actus formalis, & explicitus charitatis, iste non potest esse actus alterius virtutis, nam actus alterius virtutis, vt plurimum possent dici contrarij esse actum charitatis virtualiter. Si autem requiritur actus charitatis formaliter distinctus ab alijs debet esse, quod insinuabit, D. Thom. hic & art. 6. & 7. sequenti, dicens in iustificatione esse duplicem motum liberi arbitrij alter quo per desiderium tendit in iustitiam, quæ est actus charitatis alter quo detestatur peccatum, qui est actus pœnitentiæ sentit: ergo huiusmodi actus realiter distingui.

Matt. 22.
Deut. 4.
Vega.

2. Concl. Secunda conclusio actus charitatis formalis, & explicitus per se requisitus ad iustificationem adeò est necessarius, vt numquam etiam per accidens, sine illo fiat iustificatio. Probatur primo nam in Trid. sess. 14. cap. 4. specialiter inter omnia requiritur actus charitatis, & de alijs, vt de contritione dicitur requiri esse formatam charitate, sentit ergo semper requiri actũ charitatis, tanquam formam omnium aliorum, ad esse autem formam aliquid distinctum debet esse, nam sui ipsius nihil est forma. Secundo probatur, actus charitatis est dispositio per se actus vero pœnitentiæ per accidens: ergo etiam si aliquando fiat iustificatio, sine formali pœnitentia, non tamen fiet, sine actu formali charitatis, antecedens patet, nam actus charitatis requiritur in quocumque statu: ita vt sine illo, neque Angeli, neque Adam fuerint iustificati, pœnitentia vero solum requiritur ex suppositione peccati igitur illa est dispositio, per se ista vero per accidens. Consequentia vero prob. nam sine dispositione per se, nun-

Trid.

quam forma introducitur, benè tamen aliquando, sine dispositione per accidens requisita.

Obiectio. Et si dicas, quod licet absolute sit per accidens ex suppositione peccati per se sit requisita. Respondetur, esse requisitam formaliter, vel virtualiter aliquando sufficere virtualiter in actu charitatis infusæ.

Obiectio. Etsi contra dicas, quia idem poterit dici de charitate, quod sit requisita formalis: vel virtualis, & quod aliquando sufficiat actus charitatis virtualiter contentus in actu pœnitentiæ. Contra arg. & probatur conclusio, quia actus charitatis non continetur virtualiter in actu pœnitentiæ, vel alterius virtutis, sicut actus pœnitentiæ continetur virtualiter in actu charitatis: ergo si actus charitatis requiritur semper, semper requiritur actus charitatis formalis. Antecedens probatur, nam charitas respicit finem pœnitentiæ, & aliæ virtutes versantur circa media, sed finis non continetur virtualiter in medio, sed medium in fine: ergo licet pœnitentia, & aliæ virtutes contineãtur virtualiter in charitate, quæ respicit finem non tamen ipsa continebitur virtualiter in alijs, quæ versantur circa media, quod clarius dicitur ignobilius continetur virtualiter in eminentiori, non tamen è contra certum est autem, quod maior horum est charitas: ergo licet alia in charitate non tamen charitas in alijs virtualiter continetur. Secundo impugnatur solutio & probatur amplius conclusio. actus charitatis non continetur virtualiter in actu contritionis, tanquam in causa, vel tanquam in effecta, vel tanquam in superiori: ergo nullo modo, prima pars antecedentis probatur, quia causa debet esse perfectior contritio autem, non est perfectior charitate, secunda pars probatur, nam si dicas, contritionem esse effectum charitatis, iam ponis precessisse formaliter actum charitatis causantem contritionem, quia causa formaliter debet existere, vel extitisse, vt formaliter sit effectus. Tertia pars patet ex adducto Diuu. Pauli, maior horũ est charitas.

Solutio. *Not. ExD.Th.* Circa prædictam tamen conclusionem, & præcedentem est notandum, quod detestatio peccati est duplex, vt insinuatum est in principio dubij, & Diuu. Thom. hic ad 1. & 3. part. quæst. 85. art. 2. ad 1. Prima detestatio pertinet ad charitatem, secunda ad pœnitentiam. charitas detestatur peccatum, vt malum oppositum bono diuino, quod ipsa prosequitur, quia vt ait Diuus Thom. ad eãdem virtutem pertinet prosequi proprium bonum, & detestari oppositum malum, pœnitentia vero detestatur peccatum, vt offensa Dei hoc est oppositum iuri diuino, vnde in iuria eius nominatur, quapropter ad charitatem, & pœnitentiam pertinet detestari omne peccatum cuiuscumque materiæ, quia quodcumque peccatum opponitur bono diuino in se, vt respicitur à charitate, & quodcumque violat ius diuinũ, quod respicit pœnitentia, aliæ vero virtutes detestantur solum peccata in propijs materijs, quia cum temperantia (verbi gratia) ex prosecutione boni temperantiæ habeat detestari malum in temperantiæ oppositum bono temperantiæ consequenter solum habet detestari malum in temperantia, non autem malum in altera materia, quod bono temperantiæ non opponitur, actus ergo charitatis qui formaliter & expræsse semper, & inhabiliter ad iustificationem est necessarius non est actus amoris prosecutibus obiecti charitatis, sed sufficit sit actus charitatis, qui est detestatio mali oppositi, scilicet peccati, in qua detestatione amor boni summi continetur virtualiter, & in hoc forsam decepti sunt contrarij videntes in detestatione peccati contineri virtualiter Dei amorem, sed nescientes distinctionem detestationis prædictæ tribuebãt detestationi pœnitentiæ, quod tantum detestationi charitatis tribui potest, quia (vt dictum est) in detestatione pœnitentiæ, non continetur virtualiter amor, qui est superior ad illam detestationem, benè tamen continetur virtualiter in detestatione charitatis, cum sint actus eiusdem virtutis. Etsi contra arg. quia charitas respicit Deum, vt obiectum per modum prosecutionis amando ipsum: ergo detestatio quæ versatur circa peccatum, & per modum fugæ, non potest esse actus charitatis, & consequenter doctrina tradita ruit. *Obiectio.* Respondetur, actum primarium charitatis, sicut & cuiuslibet habitus esse circa proprium obiectũ vt quod. & per modum prosecutionis, huiusmodi actus est amor, cæterum actus secundarius sufficit attingat proprium obiectum, vt quo, vnde detestatio licet attingat, vt quod per modũ fugæ peccatũ attingit Deũ, vt quo siquidẽ ex motiuo amoris Dei peccatũ detestatur, vnde amor in tali detestatione virtualiter cõtinetur. *Solutio.* Etsi rursus arg. nõ sufficere ponere virtualiter amorẽ, quia amor est necessarius necessitateme

dij ad salutem, ergo per se ipsum debet poni, & non supleri per aliud, & sic non sufficiet prædicta detestatio charitatis, sed erit necessarius formalis amor. Respondetur, necessaria necessitate medij esse in duplici differentia aliqua, quæ per se ipsa, & formaliter poni debent vt gratia, alia vero, quæ non stante possibilitate morali, sufficit ponatur in aliquo in quo virtualiter continetur, vt baptismus, & confessio dum in re haberi non possunt sufficit votum illorum in quo virtualiter continentur, sic ergo & actus amoris. *Solutio.* *Obiectio.* Etsi rursus arguas, quia licet hoc habeat verum in medijs externis, vt salus hominum facilior reddatur: siquidem potest multoties contingere deficere ministrum Sacramenti, non tamen currit hoc in medijs internis, quia cum sint actus ipsius hominis independentes a quolibet alio externo excussatio non est vt supleantur, sed per se ipsa in re poni debent. *Solutio.* Respõdetur, quod cùm salus debeat esse facilis, & non sit, ita facile in puncto iustificationis ad omnia aduertere, non debemus exigere, secundum fragilitatem humanam, & potentiam moralem actum formalem amoris, sed sufficit si ponatur virtualiter. *2. Solutio.* Vel facilius respondetur, actum charitatis necessarium necessitate medij esse quemlibet indifferenter, vel amorem in quo detestatio vel detestationem in quo amor virtualiter continetur. *Dub.* Etsi rursus quæras, quare non sufficiat vt dispositio detestatio pœnitentiæ, sed requiratur, vel amor, vel detestatio charitatis? *Resp.* Respondetur, quod cum dispositio debeat proportionari formæ, & gratia sit participatio diuini esse secundũ totam latitudinem, dispositio ad gratiam debet esse virtutis amantis bonum diuinum secundum totam latitudinem, charitas ergo sic respicit Deum, quia respicit illum, vt in se est absolute, pœnitentia vero secundum peculiarem rationem, tantum videlicet secundum rationem iustitiæ per quam intendit resarcire diuinum ius legum per peccatum, proportionata ergo dispositio proxima, non est actus penitentiæ precisse, sed immediatissimus est actus charitatis saltem per modum detestationis in quo amor virtualiter contineatur. In resolutione huius dubij conuenit Curiel hic §.4.

Ad 1. arg. Ad primum arg. à principio respondetur Diuu. Thom. loqui de detestatione prædicta, quæ est actus charitatis. Vel secundo respondetur, prius dixisse actũ necessarium charitatis: siquidem a possuit necessarium duplicem motum alterum in iustitiam alterum in peccatũ, postea autem solum meminit detestationis peccati, quia de illa instituebat sermonem.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. resp. sine actu charitatis non posse esse actum penitentiæ sufficientem ad iustificationem, vt insinuatur in definitione contritionis, quod sit dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, vbi ponitur debere præcedere dilectionem, vt radix, & causa detestandi ad improbationem autem, quod talis dilectio continetur virtualiter in actu penitentiæ. Respondetur esse falsum, quia licet contineatur in detestatione elicita à charitate, non tamen in detestatione elicita a pœnitentia, quia detestatio solum potest continere virtualiter amorem oppositi boni ex cuius motiuo detestatur tale malum, cum ergo pœnitentia detestatur peccatum ex motiuo iustitiæ, quia (vt dictum est) respicit ius diuinum, dilectio talis boni continebitur virtualiter in detestatione peccati, vt est à pœnitentia, in detestatione autem elicita a charitate continebitur virtualiter amor boni diuini absolute, quia ex motiuo talis amoris detestatur peccatum, vt oppositum illi bono, ex quo sequitur, quare pœnitentiæ actus cõtineatur virtualiter in actu charitatis, & non è contra vtique, quia ratione charitatis est superior, scilicet bonum diuinũ absolute, ratio vero pœnitentiæ bonum diuinum particularem, scilicet iustitiæ, hæc autem continetur in illo, non autem è conuerso.

Ad vltim. arg. Ad vltimum respondetur, penitentiã ex propria specie supponere charitatem, & actum penitentiæ, actum charitatis nõ solum generaliter, vt aliæ virtutes, quæ sine charitate tali nomine non gaudent, sicut nec virtutes moralis, sine prudentia, sed specialiter ex maiori proximitate penitentiæ ad charitatem amor enim boni, & detestatio mali mutuo se concommitãtur; vnde precisa charitate penitẽtia, nec supernaturalis est, nec sufficiens retrahere à peccato perfecte. nam perfecta retractio amorem importat si debet esse detestatio super omnia.

Dubium VI.

Vtrùm forma adæquata iustificationis, sit habitus an vero actus?

Sent.Vazquez. IN hac re Vazquez 1 2.disp.203. ad longum asserit quod actus formaliter iustificat,licet cap.vltimo,asserat actũ ex se,posse iustificare si ab habitu separaretur,licet de facto iustificatio fiat per habitum,& 3.part.disp.2.cap.7.nu.62. ait,quod in adulto ex opere operantis, magis iustificat actus,quam habitus gratiæ,& in hoc sequitur Iansenium,Luc.7. in illa verba:Remittuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multum,vbi ly quoniam summitur causaliter formaliter, verum est tamen,quod Iansenius,non agnoscit aliam formam iustificantem, nisi actũ, Vazquez autem etiam ponit gratiam iustificare de facto.Citatur pro hac sententia Mag.1.distin.17.quia negat habitum charitatis,falso tamẽ citatur pro illa:quia ponit habitũ gratiæ,citatur etiam Ossius in confessione fidei,cap.68.& 71.vbi asserit charitatem esse Christianam iustitiam,sed certe loquitur de habitu charitatis.Citatur etiam Richard.art.2.§.graviter etiam fallitur,vbi dicit charitatem esse regulam Christianæ iustitiæ,sed non habet sententiæ prædictæ:quia aliud est esse regulam,quam esse ipsam iustitiam.

1.Arg. Probatur ergo sententia Vazquez, primo ex sacra Scriptura,Luc.7.Remittuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multum,vbi ly dilexit actum importat,& Ioann.14.qui diligit me,diligetur à Patre meo,& ad Deum veniemus,& mansionem apud eum faciemus,ad Cor.1.charitas dicitur vinculum perfectionis, & 1. Thim.1.finis præcepti est charitas, & 1. Petri 4.Charitas operit multitudinem peccatorum.In hijs enim locis actui dilectionis tribuitur iustificatio, vt explicat Chrisostom.homil.in num. & Hyeron. Epist.27.& Greg.hom.33.in Evangelia & præcipue habet Aug.lib.de nat.& grat. cap.42:dicens charitas ipsa est verissima, plenissima,perfectissimaque iustitia.Idẽ habet cap.vlt.& tract.9.in Epist.Iacobi, & 14.de civit.cap.7 & lib.de mori.Eccl. cap.11:& sequentibus,vbi ait hominem, per charitatem sanctificari,& tract.9 in primam Epistolam Ioann.appellat charitatem pulchritudinem animæ, nec videtur posse explicari de habitu charitatis, quia ex alijs locis colligitur nomine charitatis intelligere actum,vt patet 3.de doctrin.Christiana,cap.10.& lib 84.quæstion.36.ait charitatem esse motum animi.Iubat etiam Divus Bernardus serm. 83.in cant.dicens per dilectionem fieri desponsationem animæ,& sermo.3.de timore Dei, asserit charitatem perfectam, esse perfectam sanctitatem,& D.Gregor. hom.38.in Euang.dicit charitatem esse vestem nuptialem,& D.Ephrem.libr.de die iudicij,cap.5.dicit compunctionẽ cordis,esse sanitatem animæ.

Secundo arguitur.Si aliquis existẽs in peccato mortali raperetur ad visionem beatificam,ex illaque prorumperet in actum dilectionis,tunc iustificaretur, sine habitu:quia vidēs Deum iustus esset,nec in peccato remanere? habitus autem tunc non apperet,vnde haberetur.Si respondeatur,contingeret in patria, non autem contingere potest in via,de quo est nostra dispuratio.Contra quia eiusdem rationis est iustificatio in via,& in patria. *2.Arg.* *Solutio.* *Impug.*

Tertio arg.per actum amoris quis adhæret Deo, fitque vnus spiritus cum illo; quia hæc est vis amoris,vt transformet,& vniat,& adhærere faciat,cum re dilecta: ergo talis actus iustificat,patet consequẽtia,quia non iustus,non potest sic dici vnitus,& adhærens. *3.Arg.*

Quarto arg.diligens Deum diligitur à Deo,iuxta illud Ioannis,si quis diligit me,diligetur à Patre meo.Ergo talis est iustus,patet consequentia,quia nõ iustus, non potest à Deo diligi. *4.Arg.*

Quinto arg.efficatior est actus amoris nostri,quam actus peccati Adam, respectu nostri,sed peccatum Adam constituit nos peccatores:ergo actus dilectionis nostræ melius reddet vnumquemque iustum. *5.Arg.*

Sexto arg.dilectio subijcit diligentẽ Deo,adæquate quæ regulæ mobetque, & imperat ex se omnem iustitiam:ergo facit iustum,nam quid amplius requiritur ad facere iustum? *6.Arg.*

Septimo arg.quia habitus charitatis iustificat(maxime secundum Scotum,qui non distinguit habitum charitatis à gratia)ergo actus charitatis melius iustificabit,patet consequentia,quia actus charitatis melius vnit,& cõtinet actualem iustitiam,ad quam habitus charitatis inclinat. *7.Arg.*

Noti. Pro intelligentia not.quod aliud quæritur in hoc dubio, & aliud supponitur, supponitur quidem quod iustificatio sit aliquo dono inhærente, & permanente: quia licet hæc quæstio mota fuerit in Concil.Lateranen sub Innocen.III.vt refertur,cap.maiores de bap.Tamen indecisa relicta est propter varietatem sententiarum. *Con.Late.* Iterum mota est hæc quæstio in Cõcil.Vienense,sub clem.5.vt refertur clemen.1. *Con.Vien.*

men. 1. de sum. Trinit. & fide Chatol. & tantum decissum fuit esse probabilius iustificationem fieri per donum inhærens,
Trid. & permanens, tandem vero in Concil. Triden. definitũ est iustificationem fieri per donum inhærens enumeranturque omnia quæ ad iustificationem requisita sunt, qualiter autem huiusmodi sint habitus tractatum est supra. Solum autem modo quæritur de causa formali adæquata: vtrum sit gratia habitualis, an vero aliquis actus, & si non de facto, actus est causa formalis iustificationis, vtrum de possibili sit verum, quod actus iustificare possit.

1. Concl. Prima concl. gratia habitualis est causa formalis adæquata, iustificationis, est quæ effectus formalis illius iustificatio: ita vt nullus de facto sit iustus, sine isto dono habituali. Hanc docet
D. Thom. D. Thom. sup. quæst. 109. art. 7. & quæst. 111. art. 2. & quæst. 27. de verit. art. 5. item 1. part. quæstio. 95. art. 1. & quæst. 100. art. 1. docet iustitiam originalem principaliter, & radicaliter fuisse gratiam, & 12. quæst. 83. art. 2. ait, quod talis iustitia erat in essentia animæ, quia iustificabat. Præterea asserit multis in locis præcipue, 2. dist. 32. quæst. 1. art. 1. ad 1. in iustificatione modo restitui iustitiam originalẽ, quoad formale, scilicet gratiam sentit ergo istam esse formam iustificantem, D. Thom. sequitur Vega, lib. 7. cap. 24. Vellar. libr. 2. de
Vega. Valent. Soto. Bellar. iustificatio. cap. 15. & 16. Valent. tom. 2. disput. 4. quæst. 3. puncto 4. & disput. 8. quæst. 6. pũct. 3. Soto, 4. dist. 1. quæst. 3. art. 1. & communiter antiqui in 1. distin. 17. & 2. dist. 26. ponentes contra Mag. habitum charitatis, vel identificatum cum gratia, vel distinctum ab illa. Et probatur
Trid. concl. ex Conc. Triden. sessio. 6. cap. 7. vbi assignans causam formalem iustificationis ait, hanc dispositionem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed renobatio, & sanctificatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ: omnia hæc verba manifeste, assignant causam formalem iustificationis esse habitum gratiæ; & non aliquem actum, imprimis enim ait hãc dispositionem iustificatio ipsa consequitur postquam enumeraberat actus concurrentes illos asserens esse dispositiones. Iustificationem autem. & formam illius dicit esse aliquid consecutum. & posterius ad illos actus, quod aliud esse non potest, nisi gratia, & dona infussa post actus disponẽtes. Item hanc formam ait dari, iuxta mensuram dispositionum, vbi distinguit dispositiones à forma iustificante: dispositio enim non datur, iuxta mensuram dispositionis, sed forma subsecuta. Item ait in iustificatione infundi gratiam, fidem, spem, & charitatẽ, quod quidem solũ de habitibus intelligi potest: quia de actibus istarũ virtutũ præmisserat. c. 6. præcedere, vt dispositiones. Item ait Concilium istam iustitiã adquisitã augeri per exercitium bonorũ operum, quod quidem solum de habitibus verificari potest. Item Can. 3. ait. si quis dixerit posse hominem credere, sperare, diligere, & pœnitere, vt oportet, vt ei iusti ficationis gratia conferatur, &c. vbi apperte distinguit istos actus, vt disponẽtes à gratia iustificationis. Ergo in habitu gratiæ, & non in istis actibus consistit forma iustificans, Aliqui conantur explica- *1. Solutio Conc.*
re Concilium, quod loquatur specialiter de paruulis, aut de adultis iustificatis in Sacramento, ex oppere opperato, non autẽ communiter etiam de adultis, iustificatis, ex oppere opperantis extra Sacramentũ, In istis enim forma iusti ficans, est actus ipsius iustificati. Sed certe hæc explicatio nulla est, & impugnatur apperte: quia de *Impug.*
paruulis iam locutum fuerat Con. sessio. 5. can. 4. & cap. 5 & sessio. 6. cap. 5. loquitur specialiter de adultis, dicens: declarat Sancta Sinodus iustificationis initium in adultis à Dei gratia per Christum summẽ dum esse, &c. ergo in cap. 7. alegato, vbi non specificat se loqui de paruulis, vel adultis, dicendum loqui communiter de vtrisque, assignans formam iustificationis in communi, quæ eadem est, tam respectu paruulorum, quam adultorum, vt docet
D. Aug. Aug. lib. de pecc. meri. cap. 9. & 10. eo vel maxime, quod Concilium loquitur contra hæreticos, qui vniuersaliter, tam paruulos, quam adultos asserunt iustificari ab extrinseca iustitia Christi. Vnde Concilium contra ipsos asserit iustitiam esse donum inhærens, & permanẽs, quod est gratia. Ergo vniuersaliter loquitur, tam de adultis. quam de paruulis, nam aliàs nõ definiret vniuersaliter contra prædictam hæresim. Alia explicatio adhiberi solet, *2. Explic.*
quod Concilium loquatur de paruulis, & adultis iustificatis in Sacramento ex attritione, & actibus imperfectis, tũc enim nõ actus, sed gratia tantum, & donum permanens, est forma iustificans, sed certe, hæc *Impug.*
etiam explicatio prædictis contra dicit, quia Concilium definit contra hereticos, asserentes omnem iustitiam esse extrinsecam, etiam extra Sacramentum, in. ō specialius de ista loquebantur: quia ipsi in Sa-

cramento gratiam conferri, non agnoscunt,& hoc clarius apparet,canon.3. vbi sic ait: Si quis dixerit sine Spiritu Sancti inspiratione præueniente,& eius adiutorio hominē credere,sperare,diligere, aut pœnitere posse,sicut oportet,vt iustificationis gratia cōferatur anathema sit. Vbi non solum loquitur de attritione & de actibus imperfectis sufficientibus,cum Sacramento,sed etiam de actibus perfectis, sufficientibus,cum Sacramento,sed etiam de actibus perfectis,cum aliquis iustificatur extra Sacramentum, & omnes illos ait præcedere,gratiamque,& iustificationem subsequi,ac per consequens prædicti actus etiam perfecti,non sunt forma iustificans,sed illa tantum erit gratia,& donum habituale cōsecutum ad illos actus. Præterea ratione probatur, quia cū quis iustificatur extra Sacramentum ex opere operantis,iustificatur per Sacramentum in voto: ergo iustificatur per aliquid, quod sit effectus Sacramenti in voto, sicut qui iustificatur per Sacramentum in re iustificatur per aliquid, quod ē effectus Sacramenti,susceptī in re,sed effectus Sacramenti in voto non potest esse,nisi gratia habitualis,& donum permanens: ergo per istud iustificatur etiam extra Sacramētum,minor patet: quia actus pœnitentis extra Sacramentum non sunt effectus voti Sacramenti,sed potius causa, contritio enim & dilectio Dei,continent causaliter propositum recipiendi Sacramentum, & per hoc propositum causatur gratia, & ista, est effectus Sacramenti,sic in voto recepti. Cōf. & explicatur,quia iustificatio fit per Sacramentum,siue in re,siue in voto: ergo forma iustificans posterius se habet ad Sacramentum,siue in re, siue in voto susceptum,sed posterius non potest assignari,nisi donum habituale: quia omnis actus præcedit. Ergo per tale donum iustificatur, taque iustificatio,siue in Sacramento,siue extra debet esse per formā eiusdem rationis simpliciter, & absolute, cum ergo in Sacramento iustificatio fiat per donum habituale formaliter: similiter & extra Sacramentum,dixi formam iustificantem in Sacramento,& extra illud,esse eiusdem rationis,simpliciter, quia per Sacramentum in re causatur gratia Sacramentalis,non autem per Sacramentum in voto & ex opere operantis,sed causatur gratia habitualis communiter dicta, gratia tamen habitualis, & Sacramentalis,simpliciter in esse iustificātis,sunt eiusdem rationis, quia Sacramentalis solum addit peculiare auxilium ad speciales effectus. Secundo probatur conclusio,ex modo loquendi sacræ Scripturæ Ioann. 14. Donum iustificans appellatur fons, dum dicitur fiet in eo fons aquæ,salientis in vitam æternam, & Ioann. 7. Vocatur flumen dum dicitur, flumina de ventre eius fluent aquæ viue. 2. Corint. 1. Vocatur vnctio,qui vnxit nos spiritu suo, & Psal.132. Sicut vnguētum in capite,&c. & 2.Corint.1. Vocatur pignus,dedit pignus spiritus in cordibus nostris,ad Ephe. 4. Vocatur in dumentum,induite nouum hominem,& Matth.21. Vocatur vestis nuptialis,ad Ro.8. Vocatur charater,quo signati sumus,2.Cor.1. Dicimur per illud effici filios Dei,Ioann.3. Dicimur per illud adquirere nouum esse,2 Pet.1. Per illud regenerari, & participare diuinam naturam,1.Cor.6. Vocatur ablutio, & sanctificatio,dum dicitur,hæc quidem fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati estis. Hæc autem omnia significant aliquid habituale,& permanens,& nullatenus prædicta actibus à tribui possunt. Videatur Diuu.Chrisostom.super hunc locum.homil. 16. Confirmatur, quia Sancti Doctores consimilem modum loquendi habent quo significant donum iustificationis esse aliquid permanens, & habitua e. Ireneus lib.5 cap.6,Nazian.orat.in Sanctum labacrum,Cipria.Epis.ad don.Ambro.6 exam.cap.8.Dion.2.cap. Eccles. Ierar.Basi.de Spiritu Sancto, Hieron.2. com.super Epistolam ad Philemonem, Ciri.lib.4.in Esai,Augusti. 1.de peccat. merit.cap.9. Tertio probatur ratione conclusio,quia per illud quis iustificatur per quod quis fit filius Dei,& particeps naturæ illius,sed hoc est gratia habitualis, vt patet ex supra dictis,ergo illa est forma iustificationis. Quarto probatur, non constituitur, quis iustus per facere iustitiam in hac,vel illa materia,sed per posse facere iustitiam in omni materia,sed nullus actus etiam charitatis tribuit hoc posse,sed tantum id habet donum habituale gratiæ, tanquam radix omnium virtutum: ergo formaliter iustificat. Vltimo probatur, nam illa est forma iustificans per quam formaliter expellitur peccatum,sed talis est gratia habitualis,vt late patet ex supra dictis;ergo illa est forma iustificans.

Ioan.14. *Ioan.7.* *2.Cor.1.* *Psal.132.* *2.Cor.1.* *Ad Eph.4* *Matth.21* *2.Cor.1.* *Ioan.3.* *2.Petr.1.* *D.Chris.* *Irineus.* *Mazian.* *D.Amb.* *D.Dion.* *D.Basil.* *D.Hiero.* *Cirilus.* *D.Aug.*

Secunda conclusio,nullus actus potest esse forma iustificans,neque iustificatio post esse effectus formalis alicuius actus. Pro intelligentia notandum, quod actus virtutum supernaturalium,vel consequentur

2.Concl. *Not.*

sequntur iustificationem, vel antecedunt siquidem considerentur, vt consequuntur, nõ possunt esse forma iustificationis, quia si eo a sequuntur iustificationẽ, qualiter possunt esse forma, & iustificatio effectus formalis illorum: quia causa prior debet esse suo effectu, si autem loquamur de actibus antecedentibũs. vel simul tempore se habentibus ad iustificationem, tunc aliqui illorum sunt imperfecti, aut ex propia natura, vt attritio, aut quia charitate non informantur, vt actus fidei, & spei. Alij vero actus istorum sunt perfecti, vt actus contritionis, & dilectionis Dei, loquendo ergo de actibus imperfectis vno, vel altero modo, certum est illos non esse formam iustificantem. siquidem ad illos ex sua natura iustificatio non consequitur, remanet ergo vt loquamur de actibus perfectis, vt contritio, & dilectio, & de istis dicimus, nu latenus esse posse formam iustificantẽ, quæ quidem sententia communis est omnium, excepto Iansenio, & Vazquez, fit que manifesta ex priori conclusione, ex adductis enim in illa, non solum probatur de facto. sed etiam de posibili actum esse non posse formam iustificantem, & probatur primo huiusmodi actus sunt dispositiones ad iustificationem: ergo non sunt forma iustificationis, patet consequentia, quia idem est disponere ad effectum formalem, & ad ipsam formam, cum effectus formalis, non sit aliud, quam communicatio formæ, & illam esse in subiecto, cum ergo nihil disponere possit ad se ipsum id, quod disponit ad iustificationem, non est forma iustificans, quia disponeret ad se ipsum, antecedens vero probatur ex modo loquendi sacræ Scripturæ, & Sanctorum, Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum, dilectio assignatur causa vnica disponens ad iustificationem, & Ioann. 14. Si quis diligit me diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus nomine mansionis, significatur iustificatio. Dicitur autem dilectionem præcedere, vt causa, & dispositio. Idem significatur de contritione, 1. Ioann. 1. Si confiteamur peccata nostra fidelis, & iustus est, vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate ecce qualiter ad emundationem dicitur præcedere confessionem, & veram pœnitentiam. Idem habetur Hiere. 3. Cõuertimini filij reuertẽtes, & sanabo vos, & Ps. 146. Qui sanat contritos corde, & Psal. 50. Cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies, & certe, iste est modus loquendi Sanctorum. Videatur D. Basil. homil. 57. Ambro de pœnit. 1. cap. 4. Chrisost. hom. 20. in Gen. August. sermo. 11. ad fratres in heremo, Greg. in Psal. 2. Pœnitentialem, sic loquitur Con. Triden. sess. 14. cap. 4. dicens, contritionem semper fuisse necessariam ad impetrandam veniã, non autem dicitur formam impetrare suũ, effectum formalem, tandem sessio. 6. cap. 7. loquens de dilectione, & cõtritione ex præsse ait esse dispositiones ad iustificationem per hæc verba, ad dispositionem iustificatio ipsa consequitur, nec potest explicari de pœnitẽtia imperfecta: quia loquitur absolute, & de pœnitentia necessaria in omni statu, extra Sacramentum autem, & in lege veteri, sola contritio, & pœnitentia perfecta, erat sufficiens ad iustificationem, de ista ergo ait esse dispositionẽ ad iustificationem. Secundo probatur cõclusio forma iustificans tria debet facere primum tollere maculam causatam per peccatum. Secundum tollere iniuriam Deo factam, causando reconciliationem Dei cum homine. Tertium regenerare hominem filium Dei, sed nullus actus potest facere illa: ergo nullus actus, est forma iustificans. Prima pars minoris probatur, quia (vt supra dictum est) ad gratiam pertinet tollere formaliter maculam causatam in anima, & ad habitum charitatis, causatam in voluntate: secunda etiam pars probatur, quia nullus actus etiam contritionis potest satisfacere adæqualitatem, pro iniuria facta Deo, sed cõdonatio fit per gratiam, gratisque remittitur culpa: tertia etiã pars probatur, quia (vt supra dictum est) primatius effectus gratiæ est facere filium Dei. Tertio probatur conclusio, quia iustificatio, est aliquid permanens, sed nullus actus est permanens: ergo nullus actus, est forma iustificans, quia nõ potest manere effectus formalis, transfactaforma. Si respondeatur, manere iustificationem actu transacto, per hoc transit, contra arg. quia tunc iustificatio esset aliquid rationis, vel tantum relatio, relicta ex actu amicitiæ præterito, sicut contingit in humanis, quod in bona theologia sustineri nõ potest. Si autem respondeatur transacto actu, nec remanere peccatum, quia destructum est per actum contritionis, & dilectionis, neque tunc esse formaliter iustificationem, quia tunc non est forma iustificãs, nempe per actus. Cõtra arg. quia hoc esset assignare statum medium post lapsum naturæ, quod ostendimus supra esse impossibile. Quarto probatur conclusio, quia

Luc. 7. *Ioan. 14.* *1. Ioan. 1.* *Hier. 3.* *Psal. 146.*

D. Basil. *D. Amb.* *D. Chris.* *D. Aug.* *D. Greg.* *Con. Trid.* *Solutio.* *Impug.*

quia si actus ex natura sua est forma iustificans erit in iustificato duplex forma iustificãs, duplesq; iustificatio. Altera per actũ & altera per habitum gratiæ. Si respondeatur quod licet vtraque sit forma ex sua natura iustificans, facta tamen iustificatione per vnam, impeditur ne fiat per alterã. Contra arg. quia quod non impedit formam, non impedit effectum formalem illius, quia aliud non est, quam communicatio ipsius formæ in subiecto, si ergo simul est actus contritionis, & dilectionis, cum gratia simul etiam erit iustificatio, quæ est effectus formalis vtriusque, etsi aliqua iustificatio impediretur, potius impediretur iustificatio facta per gratiam, cũ sit prius natura actus disponens ad ipsam, & in illo priori, non sit à quo impediatur effectus formalis illius, quod certe, neque Vazquez concedere audebit. Si iterum respõdeatur, cum alijs ita esse, quod tam actus, quam habitus gratiæ, iustificat, est tamen iustificatio vnus diuersæ rationis à iustificatione alterius, licet vtraque in aliqua ratione communi conueniat, ratione cuius dicitur vnam tantum esse iustificationem, vnamque esse dispositionem ad alteram, nempe iustificationem per actum disponere ad iustificationem per gratiam. Contra arg. quia tunc sequitur gratiam non esse primariam formam iustificantem, cũ præcesserit actus iustificans, disponens ad iustificationem per gratiam, consequens autem est falsum, ergo. Probatur minor ex verbis superadditis à Con. Trid. sess. 6. cap. 7. per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, vnde homo ex iniusto, fit iustus, ex inimico amicus, &c. Si ergo secundum Concilium per gratiam fit amicus ex inimico, & iustus ex iniusto, non erat amicus, neque iustus per actum præcedentem ad gratiam, item sequitur posse primam gratiam cadere sub merito, quia si per actum præcedẽtem iam iustus est mereri poterit ante gratiam. Si respondeatur actum dilectionis & contritionis procedere ab ipso habitu gratiæ, & sic esse nõ posse principium merendi ipsam gratiam. Contra arg. quia (vt supra diximus) etiam si realiter ab habitu gratiæ causentur isti actus, causentur tamen ab illo vt habet rationem, auxilij vt hoc modo antecedere possint saltem, natura & disponere ad ipsam gratiam, vt ait Concilium Tridentinum ioquẽdo de istis actibus per hæc verba hunc quoque dispositionem, seu præparationem iustificatio ipsa consequitur: quatenus eo isti actus præcedunt naturaliter ad gratiam, causare poterunt iustificationem ante gratiam, & constituere hominem actum ad merendum primam gratiã, post modum subsecutam. Quinto probatur conclusio nam si actus ex sua natura iustificat: ergo veniale, ex sua natura potest facere in iustum, vel non iustum, & destruere iustitiam, patet consequentia, quia veniale licet non destruat gratiam habitualem, destruit tamen actum charitatis, quia simul non se compatiuntur: ergo destruendo talem actum, destruit iustitiam, quam facit talis actus, & consequenter, vel facit in iustum, vel non iustum, quia remanere iustum ex actu præterito, iam dicimus esse non posse. Sexto probatur conclusio, quia iustificatio importat rectitudinem perfectam, & integram, sed nullus actus illam causare potest formaliter: ergo nullus actus iustificat. Minor patet, quia quilibet actus solum rectificat in propria materia, neque potest dici rectificari per omnem actum simul, quia impossibile est moraliter simul habere omnem actum, & sic nunquam quia rectificaretur. Si respondeatur, hoc fieri posse per actum charitatis, quia in illo præhabentur in proposito omnes alij actus virtutum. Contra arguitur, quia non sufficit habere in proposito, sed de facto habere, aut virtualiter, aut formaliter, actus autem charitatis licet in proposito habeat omnes actus virturum, non tamen formaliter, nec virtualiter.

Ex dictis sequitur, quid dicendum sit de illo, qui obtineret beatitudinem, non habens habitum gratiæ, vel charitatis, sed tantum actum amoris, consecutum ex visione beatifica, dicimus enim tunc non esse iustum, quia licet illi amor sit permanẽs hoc tamen non habet ex se, & sua natura, si quidem eiusdem rationis est cum amore viæ, qui permanens non est, sed ille amor tãtum habet perpetuitatem ex visione ad quam consequitur, forma autem iustificãs debet esse, ex natura sua permanens, quia iustitia aliquid permanens importat. Item quia iustitia importat habere principium recte opperandi in omni materia virtutis, tunc autem ille non haberet formaliter, vel virtualiter tale principium per solam visionem deficiente gratia, & charitate, sed semper ad recte opperandum egeret auxilio extrinseco, quia intrinsice ad rectam opperationem constituitur per habitus virtutum.

Ad primum argumentum à principio respondetur, quod quotiescumque sa-

cra

cta Scriptura loquitur de actu charitatis, vel contritionis, dicens: quod iustificat, loquitur dispositiue, aut explicat effectus iustificationis, non autem causam formalem illius. Sancti Doctores locis alegatis loquuntur de charitate, vel pœnitentia habituali, concurrente ad iustificationem, vt expræsse docet ipse Aug. lib. 1. de peccat. merit. cap. 9. Etsi in aliquibus locis loquitur de actibus istarum virtutum, tantum intendit illos esse dispositiones, vel effectum, iustificationis, vt diximus, de locis sacræ Scripturæ, & qualiter explicat Con. Trid. sessio. 6. cap. 7. sæpe citato.

D. Aug.

Ad 2. arg. Ad secundum arg. respon. quod vt docuimus materia de beatitudine impossibile est cum visione beatifica manere peccatum, actuale bene tamen habituale quantum ad maculam de potentia absoluta. & in illo casu, esset beatus physicè per visionem, & miser moraliter per peccatum, & idem dicendum est, etiam si cum visione ponitur actus dilectionis, si non ponatur habitus gratiæ, vel charitatis, quia per illum actum non destrueretur peccatum habituale: quia habituale tantum per gratiã auferri potest, vnde adhuc maneret in iustus, non enim mihi placet dictum aliquorum, tunc iustificari per illum actum dilectionis, quia in patria est permanens, quia vt diximus, non est permanẽs ex propria natura, cum sit eiusdem rationis, cum actu charitatis in via, sed eius permanentia ad habitum luminis gloriæ reducitur, quapropter forma iustificans esse non potest, quæ ex propria natura debet esse permanens per esse habituale, quod tunc non esset cum supponatur: tunc non esse habitũ gratiæ, vel charitatis, lumen autem glorię iustificare non sufficit per se solum, cum adhuc in illo casu peccatũ habituale perseueret.

Ad 3. arg. Ad tertium arg. respondetur, formã iustificationis debere vnire cum Deo habitualiter, quia debet esse vnio permanẽs, hoc autem non facit actus charitatis.

Ad 4. arg. Ad quartum arg. respondetur, quod diligens Deum, diligitur à Deo, quatenus diligens habet gratiam ad hoc enim ponitur, charitas vt homo diligat Deum, vt autem diligatur à Deo ponitur gratia, quæ secundario habet facere gratum, & amicũ Dei, quapropte forma iustificans, est gratia per quam diligitur, non autem actus, per quem homo diligit, etsi aliquid cum gratia deberet iustificare, non esset actus dilectionis, sed charitas aqua procedit talis actus.

Ad 5. arg. Ad quintum arg. respondetur nos nõ esse peccatores per actum Adam. nisi causaliter, formaliter autem per aliquid permanens causatum in nobis habitualiter, & idem dicendum est de iustitia per Christum.

Ad 6. arg. Ad sextum arg. respondetur omnes illos effectus melius fieri, per habitum charitatis, quia per actum, non fiunt permanẽter, quod requiritur ad formam iustificãtem.

Ad 7. arg. Ad septimum arg. respondetur, quod infra patebit, qualiter habitus charitatis iustificet, non tamen inde sequitur iustificare, etiam actum illius, quia vt sæpe diximus, non habet permanẽtiam, & vltra hoc habitus magis coniunctus est gratiæ, vt cum illa possit iustificare, item habitus charitatis imperat omni virtuti, nullus autem actus illius hoc habet.

Dubium vltimum.

Vtrùm forma iustificans sit vnus simplex habitus gratiæ, an vero multiplex, vel ex multis compositus?

1. Sent. IN hac re est prima sententia formam iustificantem supponere pro collectione gratiæ, & virtutum, tam theologalium, quam moralium infusarum, hæc videtur Diu. Thom. hic quæst. 113. art. 1. asserentis iustitiam consistere in interiori dispositione hominis prout scilicet supræmũ hominis, subditur Deo, & inferiores vires animæ subduntur supremæ, scilicet rationi, & sol. ad 1. ait quod iustitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis, & clarius. 4. dist. 17. quæst. 1. artic. 1. ait, quod forma iustificationis, est gratia quatenus includit omnes virtutes nõ per modum totius vniuersalis, sed per modum totius integralis, & sol. ad 3. ait, quod ipsa iustificatio est effectus iustitiæ generalis, sicut causæ formalis proximæ, sed charitatis, & gratiæ, sicut causarum prædicte causæ proximæ. Idem docet, quæst. 28. de verit. art. 1. Et probatur primo, ex Concil. Vienen. in Clement. vnica, de summa Trinit. acceptante, vt probabiliorem opinionem asserentem, tam paruulis, quam adultis infundi, informantem gratiam, & virtutes. Secundo probatur ratione, quia iustitia non importat solam rectitudinem in

1. Arg.

2. Arg.

vna,

vna, vel altera parte hominis, & in vna, vel altera materia solum, sed generaliter rectitudinem omnium potentiarum, in omnique materia, sed hæc rectitudo, nequit fieri, nisi per gratiam, & omnes virtutes, tam theologales, quam morales: ergo forma iustificans, est colectio omnium illarum, minor patet, quia nulla illarum seorsum rectificat, nisi vnam potentiam, & in vna materia.

2. Sent. Secunda sententia asserit formam iustificantem esse gratiam simul cum tribus virtutibus theologalibus, hanc tenet Vega lib. 7, in Trid. cap. 3. & tom. 2. de nat. & grat. cap. 18. Hæc probatur primo ex

Vega. Soto. 1. Arg. sacra scriptura, in qua semper tribuitur iustificatio gratiæ, & illis virtutibus theologicis, vt ad Rom. 4. & 5. & 8. Dicitur aliquem iustificari gratis per fidem ipsius, &

Rom. 4. 5. 8. Ad galat. 5. ad Gal. 5. & 6. dicitur, iustificari per fidē, quæ per charitatem operatur, iddit etiam spem, ad Rom. 4. dicens contra spem, in spem credidit, & cap. 8. spe salui facti sumus, & 1. Ioann. 3. qui habet hanc spem sanctificat se. Imo videtur hæc sententia

Rom. 4. & 8. 1. Ioan. 3. definita in Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. vbi dicitur iustificationem fieri per infusionem gratiæ, & donorum, & rursus in iustificatione simul, cum remissione peccatorum, hæc tria hominem accipere fidem spem, & charitatem.

2. Arg. Secundo probatur, quia ad iustificationem duo requiruntur primum, vt forma iustificans nos constituat Dei amicos, gratos, & acceptos ad gloriam. Secundū, vt det facultatem operādi, sed sic est, quod primum fit per gratiam, secundum autem per virtutes theologicas, ergo simul gratia, & virtutes theologicæ sunt forma iustificans. Tertia sentētia asserit formam iustificantem esse solam charitatem, hanc tenet Belar. libr. 2. de iustificat cap. 16. & probatur ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. vbi postquam dicitur formam iustificantem, esse gratiam inhærentem, explicatur quid sit hæc gratia his verbis: per spiritum sanctum charitas Dei, difunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhæret. Idem docere videtur Aug. de nat. & grat. cap. 3. dicens charitas est, qua vna vere iustus est, quicumque iustus, charitas prouecta iustitia est, charitas magna magna iustitia est, charitas perfecta, perfecta iustitia est.

3. Arg. Secundo probatur ratione, sola charitas perfecte disponit hominem ad fidem supernaturalem, datque facultatem opperandi, & implendi omnem legem, quatenus eminenter continet omnes virtutes, illisque imperat: ergo illa sola iustificat, quia non apparet, quid amplius requiratur ad iustificationem. Confirmatur, quia charitas facit animā pulchram, Deo caram ipsamque, Deo conciliat expelitque peccatum, auferendo conuersionem ad bonū commutabile, causans conuersionem in Deum, qui sunt omnes effectus iustificationis, ergo illa sola est forma iustificans. Con. Not.

Pro intelligentia notandum, quod de forma iustificante possumus loqui dupliciter, primo quantum ad precisam rationem essentialem, secundo quantum ad ipsam in esse perfecto, & completo, sicut de essentia hominis dicimus præcisse consistere in rationalitate, complete autem, & perfecte, consistit in illa, vt etiam amplectitur passiones ab illa dimanātes. Loquendo ergo de forma iustificationis, non solum quantum ad rationem essentialem præcisse, sed etiam quantum ad rationem completam, & perfectam, non est dubiū illam esse, non solum gratiam iustificantem inhærentem in essentia animæ, sed etiam virtutes tam Theologicas, quam morales infusas, siquidem omnes illæ sunt passiones à gratia dimanantes: nam virtutes morales naturales, cum à gratia non dimanent, & in peccatore esse possint, non pertinent, neque etiam completiue ad iustificationem, neque etiam omnes virtutes infusæ æqualiter pertinent ad perfectionem, & complementum iustificationis, sed quo proximius virtus accedit, & dimanat à gratia, proximius pertinet ad perfectionem iustificationis, vnde immediatius pertinet charitas ad iustificationem, quæ immediatius, & inseparabiliter gratiæ connectitur, deinde fides, licet alia ratione minus principali proximius se habeat ad gratiam, qua ratione supponitur, vt fundamētum amoris, deinde autem pertinet spes, vltimo autem virtutes infusæ, quę vt passiones remotius se habent ad gratiam, imo non ita est certum, sicut de Theologalibus illas à gratia dimanare, illamque inseparabiliter commitari, restat ergo solum difficultas de forma iustificationis, quantum ad rationem præcisse essentialem, vtrum consistat in sola gratia, vel sola charitate, vel in gratia, & charitate, & virtutibus simul, sicut Authores prædictarum sententiarum putauerunt. 1. Concln.

Prima conclusio: forma iustificans nō componitur ex gratia, & virtutibus Theologicis, & moralibus, hæc ponitur contra primam sentētiam est quę manifesta: quia vt

vt statim probabimus in secunda conclusione, neque etiam virtutes Theologicæ componunt cum gratia formam iustificantem: ergo nec virtutes morales infusæ, patet cõsequentia: quia remotius se habent ad habitum gratiæ, quam Theologales. Ergo minus possunt pertinere ad rationem essentialem. Item quia nec est omnino certum dari huiusmodi habitus infusos virtutum, neque etiam omnino certum est non manere in peccatore, de donis etiam procedit argumentum, quia cum dentur in adiutorium virtutum in casu extraordinario, si virtutes non pertinent ad rationem formalem iustificationis à fortiori, nec dona, quæ supponunt rectitudinem ad actus ordinarios factam per virtutes.

2. Conclus. Secunda conclusio. Forma iustificans non componitur ex gratia, & virtutibus Theologicis, hæc ponitur contra secundã sententiam, & probatur primo: quia si propter aliquam rationem forma iustificans integraretur, etiam ex virtutibus Theologalibus. Maximè, quia forma iustificans etiam debet dare facultatem bene opperãdi, quod non fit per solam gratiam, nisi ei virtutes Theologales adiungãtur, sed hæc ratio est nulla ergo. Probatur minor: quia neque etiam facultas bene opperandi datur per solas virtutes Theologales, cum ad hoc etiam requirantur morales: ergo si hac ratione nõ obstante, virtutes morales non componunt formam iustificantem, neque etiam Theologales. Confirmatur: quia si ex eo requiruntur virtutes Theologales ad essentialem iustificationem: quia non potest esse vere iustus, nisi sit fidelis sperans, & amans, similiter non potest esse iustus, nisi sit Dei cultor, & pœnitens, &c. Similiter si hæc tria requiruntur, quia de illis dicitur in sacra scriptura iustificare hominem, eodem modi dicitur de alijs virtutibus, vt de pœnitente dicitur. Eccech. 18. ipse animam suam vibificabit, & cap. 1. dixerat timor Domini expellit peccatum. Secundo probatur conclusio: quia fides, & spes manent in peccatore: ergo hæc tria non concurrunt essentialiter ad iustificationem, patet consequentia: quia forma

Solutio. nõ potest esse in subiecto non tribuens suũ effectum formalem, si respondeatur, quod istæ duæ virtutes iustificant simul cum charitate, & gratia, non autem separatæ. Contra

Impug. arg. quia cum gratia, & charitate iustificant perfectæ, sine illis autem iustificarent in perfectæ, & redderent hominem semi iustum. Tertio probatur: quia iustitia manet in patria, imo magis perfecta, quã in via, & nihilominus, non manet fides, & spes: ergo istæ non concurrunt essentialiter ad iustificationem. Confirmatur: quia iustitia essentialis nostra, est similis iustitiæ Christi Domini, in Christo autem non componitur essentialiter forma iustificans ex gratia, & fide: quia in illo fides non est ergo, &c.

Tertia conclusio. Forma iustificans nõ componitur essentialiter ex gratia, & charitate, neque esse potest eadem forma, quæ sit simul gratia, & charitas secundum vtranque rationem, itaque Bellar. non intendit formam essentialiter iustificantem, esse charitatem, sine gratia, sed quia existimat cum Scoto eandem formam esse gratiam, & charitatem, ideo ait charitatem essentialiter iustificare, quia existimat secundum vtranque rationem, & gratiæ, & charitatis iustificare essentialiter, contra ipsum ergo probatur conclusio ratione mihi demoostrativa: quia non solum virtutes infusæ morales, & duæ Theologales, nempe fides, & spes: Sed etiã charitas comparatur ad gratiam, vt propria passio, & potentia ad essentiam siquidem gratia datur ad esse, istæ autem virtutes ad opperandum, ergo similiter effectus gratiæ, & effectus istarum virtutum, sic se debent habere inter se, quod effectus gratiæ sit essentia, ex qua effectus illarum virtutum dimanent, vt eius propriæ passiones: quia cũ formæ effectus formalis, non sit aliud quam communicatio illius in subiecto, eadem comparatio est inter formas, atque inter effectus formales illarum, tunc vltra ergo, neque istę virtutes possunt componere cum gratia formam essentialiter iustificantem, neque effectus formalis illarum, cum effectu formali gratię. Patet cõsequentia: quia propria passio semper est extra essentiam præcisse sumptam, & solum potest esse perfectio illius. Si ergo effectus formalis gratię est iustificatio certe effectus formalis virtutum, etiam charitatis quæ est propria passio nõ potest coniungi cum effectu formali gratiæ, vt faciat integram iustificationem essentialem, sed iustificationem essentialiter factam per gratiam poterit perficere, vt quælibet passio suam essentiam perficit. Secundo probatur conclusio, charitas non disponit sufficienter ad finem super naturalem, ergo se sola non potest esse forma iustificans, consequẽtia patet, & antecedens probatur, quia charitas non disponit connaturaliter, vt talis finis sit connaturalis, non solum quantum ad apetitum ellicitum, sed etiam naturalem propensionem, nec tribuit ius filiationis ad illum: quia hoc pertinet ad gratiam. Item nec disponit ad media necessaria ad talem finẽ: quia non dat proximam virtutem opperandi

3. Conclus.

di

di in omni materia, nec continet eminenter principia talium operationum. Si respondeatur charitatem imperare alijs virtutibus in omni materia licet per se ipsam immediate id non faciat. Contra arg. quia non sufficit imperare, siquidem etiam Ipes imperare potest alijs, & multæ virtutes sunt superiores inferioribus imperantes, sed requiritur illas quibus imperat eminẽter continere, quod non habet, nisi gratia tamquam primum principium radicale omnium etiam ipsius charitatis. Cõfirmatur: quia forma iustificans debet formosam redere animam, & pulchram, quod non habet charitas, sed gratia est, quæ præcipuã, maculam ipsa gratia priuantem tergit, & maculam conuersionis ad bonum commutabile, existentem in voluntate radicaliter habet tollere licet formaliter per charitem auferatur. Ergo gratia solum est forma iustificans.

4.Con. Quarta conclusio, sola gratia in essentia animæ inhærens, est adæquata forma

D.Tho. essentialiter iustifficans omnia autem alia etiam charitas, vt diximus, pertinent ad complementum, & perfectionem iustificationis magis, vel minus secundum maiorem, vel minorem propinquitatem dimanationis ad gratiam, hæc est D.Thom. quæst.27.de verit.art.5.ad 17.vbi ait immediatus effectus gratiæ est conferre esse spirituale, quod pertinet ad informationem subiecti, siue ad iustificationem impij, quæ est effectus gratiæ operantis, sed effectus gratiæ mediantibus virtutibus, est elicere actus meritorios, & solut. ad 9.ait, quod vna gratia perficit omnes potentias, non ita quod sit in omnibus, sicut in subiecto, sed in quantum informat actus omniũ potentiarum, & supra quæst. 110.artic.3.ad 2. ait omne opus bonum tribui gratiæ non vt principio proximo, sed vt radici bene operandi, & quæst. 111.art.2.ait, quod habitualis gratia in quantum animam sanat, vel iustificat, vel gratam Deo facit, dicitur gratia operans non effectiue, sed formaliter, & quæst.27. de verit.artic.6.ad vlt.ait gratia præparat voluntatem mediante charitate, cuius gratia est forma: cum D.Thom.tenet Suarez.lib.7.cap.9. & probatur ex modo loquendi sacræ scripturæ ad Rom.3.iustificati gratis per gratiam ipsius, & cap.5.habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, hæc autem sola est gratia iustificans, & ad Titum.3.vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secundum

Rom.3.

spem vitæ eternæ. Confirmatur, ex Conc. Trident. quod semper tribuit iustificationem ipsi gratiæ: quia licet alia cum gratia enumeret semper tamen illam assignat primo loco, tamquam radicem omnium aliorum, quod est esse essentiam, à qua alia dimanent, vt est videre, sessio.5.can.5.& sessi.6.cap.4.& cap.7.Confi. secundo, ex D.Aug. qui vbique hoc docet, distinguens gratiam à charitate, istam vt Deum dilgamus, illam vero, vt iusti efficiamur, vt est videre, lib. de spi. & lit. cap. 32. & lib. de hæresi, cap. 88. & contione 26. super Psal.118.& si aliquando iustificationem tribuit charitati, hoc est tantum, tanquam dispositioni, aut tanquam formæ inseparabilia gratia. Secundo probatur conclusio ratione prima tertiæ conclusionis siquidem charitas est propria passio gratiæ iustificantis: ergo non potest esse sola, nec simul cum gratia forma iustificans. Confirmatur, nam essentia est quæ supponitur, tamquam prima radix, cum autem superueniunt, vel sunt potentiæ, & passiones, vel accidentia, sed prima radix nihil aliud supponens, dansque primum esse filiorum Dei, tantum est gratia, omnia autem alia, etiam charitas superueniunt, vt principia proxima operationum: ergo tantum gratia habet rationem essentialis iustificationis, alia autem ad rationem potentiarum pertinent, itaque vt diximus quælibet virtus tantum est principium operandi in tali materia, & etiam charitas: quia licet imperet omnibus, non tamen habet rationem radicis continentis eminenter omnes virtutes: sed hoc solum habet gratia, tanquam prima radix dans esse ex qua orũtur generaliter omnes virtutes, per quas adæquate bene disponitur aliquis proximè ad bene operandum in omni materia, insuper, & gratia generaliter habet omnes effectus peculiares iustificationis causare. Vt est facere dilectũ Deo, & charum, & acceptum ad gloriam, & ipsa est, quæ delet maculam peccati, habetque impossibilitatem cum illa, vt supra diximus, qua propter omnia quæ superueniunt perficiunt essentiam iam constitutam per gratiam.

Trin.

D.Aug.

Ad arg. à principio.

Ad argumenta sententiarum, quas possuimus à principio, non est oppus sigillatim respondere: quia vt patet ex dictis, omnia loca, & rationes adductæ pro illis, tantum probant requiri concomitantiam omnium virtutum, & specialius virtutum Theologalium, & specialissime charitatis, ad perfectam, & completam rationem

iusti-

iustificationis, non autem ad essentialem precissam rationē illius, quia vt diximus hæc, tantum in gratia iustificāte immediate animam consistit, etsi alijs virtutibus attribuitur iustificatio ideò est, quia disponunt ad illam, vel perficiunt, & complent, præcipuèque hoc tribuitur fidei, tanquā primo fundamento, iustificationis, nō autem, quia ipsa sit forma iustificans, etsi specialissime iustificatio tribuitur charitati, ideò est, quia est forma aliarum virtutum ex parte finis, omnibusque illis imperat, & quia inseparabiliter concomitatur gratiam iustificantem, & proximus omnibus accedit ad illam, restificatio autem, adæquata & directio completa per omnia media, necessaria ad finem supernaturalem, iā diximus, quod sit radicaliter, & eminēter tantum per gratiam, continentem radicaliter omnes virtutes, & dona.

Art. VI.

Vtrū remissio peccatorū debeat numerari inter ea, quæ requirūtur in iustificatione impij?

1.Concl. PRima concl. ad iustificationē quatuor requiruntur, primum gratiæ infusio, secundū motus in Deum per fidē, tertium motus detestationis in peccatū, quartum remissio culpæ. Secunda concl. remissio culpæ requiritur ad iustificationem, tā quam consumatio ipsius, & peruentio ad terminum ad quem.

2.Concl.

Not. Circa primā concl. not. sufficiēter enumerasse D. Th. in hoc art. quæ ad iustificationē requiruntur, quia cum Deus moueat hominē iusta naturā suam, & ex parte Dei sint duo, & gratiā infundere, & peccatum expellere, ex parte hominis debēt esse alia duo, vt motioni diuinæ proportionetur, debet enim esse motus fidei, ad receptionē gratiæ, & motus detestationis ad remissionē culpæ in his quatuor duobus ex parte Dei. & duobus ex parte hominis totū opus iustificationis consumatur. Etsi alibi alia D. Th. enumerabit requisita ad iustificationē, 2. 4. præcedēti numerabit motū charitatis, & timoris, & humilitatis, & misericordiæ, & 3. p. q. 85. a. 5. numerat motū timoris seruilis, fidei, spei, & charitatis, & timoris filialis, nō ideò putādū hic fuisse diminutū, nec in illis locis superfluū, nā in motu fidei omnes alij motus virtutū cōtinētur, nā hic fidei debet summi pro fide formata, quæ sine charitate, & alijs virtutibus nō est: motū autē misericordiæ reducit D. Th. in detestationē peccati, sup. a. 4. ad 1. motus autē fidei requisitus ad iustificationē, non necessario debet esse actus iudicatiuus, licet hūc precisse sit necessarius, sed in puncto iustificationis sufficit actus aprehensibus, ex aprehensione enim rerū fidei maximè Dei remuneratoris &c. in dilectionē illius potest rapi, & consequenter gratiam illius recipere, & quod dicitur de iudicio fidei, dicitur etiā de actibus aliarū virtutū, quæ ad actū fidei reducuntur, non enim est necessariū tales actus formaliter esse in pūto iustificationis, sed sufficit precesisse, & licet aliquid non precesserit virtualiter in actibus concomitantibus iustitiā continētur, iusta supra dicta nō enim eadē est ratio de omnibus illis, alij qui enim ideò sunt necessario requisiti per modū vltimę dispositionis, vt simul debeāt esse in punto iustificationis, qualis est motus fidei charitatis, & detestationis peccati. alij autē nō adeò necessarij sint cum habeant rationem dispositionis precedentis, & sic non necessaria in punto iustificationis debent esse.

Dubiū est circa secundā cōclusionem,

Vtrùm iustificatio impij consumetur in remissione culpæ, & an ista se teneat ex parte termini ad quem.

Arg. Ri PRobatur quod nō primo, terminus ad quem est qui adquiritur, & permanet cessante motu, & qui intenditur abagēte, & qui habet rationē perfectionis mōtus, sed gratia est, quæ habet omnia ista, & nō remissio culpæ: ergo gratia est cōsumatio iustificationis, & termin⁹ illius ad quē & non culpæ remissio. Mai. patet, in adquisitiones caloris, & deperditione frigiditatis, vbi calor est consumatio motus, & terminus ad quē illius, quia habet omnia prædicta expulsio autē frigiditatis respectu illorū, non ex parte termini ad quē, sed termino a quo se tenet. Min. vero prob. nam quod adquiritur, & permanet, & intēditur & perficit est gratia, remisio autem culpæ nō est adquisitio, sed perditio, nec aliquid permanēs vltra gratiā, nec quod intēditur quia agētis intētionō est circa expulsionē sed circa introductionē: ergo remisio culpæ ex parte termini à quo se tenet, & non ad quem.

Arg. 2i Secundo arg. quod se habet vt terminus ad quem in motu adquisitiuo se habet vt terminus a quo in motu deperditiuo, sed in commissione peccati terminus ad quem est adquisitio peccati, perditio autem gratiæ, vt terminus a quo: ergo in motu cōtrario contrarie debent contingere, vt perditio peccati per remissionē sit terminus a quo adquisitio autē gratiæ sit terminus ad quē, & cōsumatio motus. ma. patet in phi-

ficis,nã quod erat terminus ad quẽ calefactionis est terminus aquo frigefactionis.

3.Arg. Tertio arg.denominatio summitur ex iustitia,& nõex remissione,vt dicit D.Th. sup.art.1.ergo specificatio similiter summitur ex iustitia,& nõ exremissione,nã in de summitur denominatio,vnde expecificatio,tunc vltra specificatio iustificationis summitur ex iustitia:ergo illa habet rationẽ termini ad quem,& non remisio,patet conseq.quia terminus ad quem est qui specificat in motu.

4.Arg. Quarto arg.iustificatio per modum simplicis generationis qualiter fuit in Angelis,vel in Adam,& iustificatio per modũ motus à contrario in contrarium,scilicet à peccato in iustitiã qualis est iustificatio impij sunt eiusdẽ speciei,quia forma adquisita a vtriusq;est eadẽ,scilicet gratia,sed in prima iustificatione terminus ad quẽ precisse est gratia,& non remisio,quia ibi nulla est,ergo similiter in iustificatione impij patet ista conseq.quia si in ista terminus ad quem esset diuersus essent diuersæ speciei,quia(vt dictum est)species ex termino ad quem desumitur.

5.Arg. Quinto arg.nam Conc.Trid.sess.6.c.1. dicit quod iustificatio est translatio à statu peccati ad statum gratiæ,& D.Th.sup. art.1.dici,quodet' translatioà statu in iustitiæ,ad statum iustitiæ,ex rursus dici, quod quia motus sortitur nomen à termino ad quem ideò vocatur iustificatio à iustitia:ergo sentit D.Th.& Conc.term nũ ad quem esse iustitiam,remisionem autem culpæ tenere se ex parte termini aquo,illud enim insinuat à statu,sicut terminum ad quem importat verbum,ad.

1.Not. ExD.Tho. Pro intelligentia not.primo,in instanti iustificationis,& esse simul infusionem gratiæ,& remisionem culpæ,vt docet D. Th.art.7.sequenti,licet mutuo se antecedãt in diuerso genere causæ,difficultas autem est,quænam consecutio præualeat,vt posterius dicatur terminus ad quem,& cõsumatio,quod præcedit autem dicatur terminus aquo,& non in illo consistere consumationem,quia vlterius tendit.

2.Not. Secundo not.quod iustificatio duplicit consideratur vno modo ex parte agentis,scilicet Dei,alio vero modo ex parte hominis iustificati,siquidem loquamur ex parte agentis,quod primo reperitur est infusio gratiæ,posterius autem se habet ex pulsio peccati.quia mediante gratia agẽs expellit illud,ex parte vero passi è contra se habet,quod prius est expulsio peccati, & postea gratiæ infusio,vt patet in omni mutatione physica,ex parte quidem agentis prius est inducere calorem,quã expellere frigiditatem,& inducere lucem,quã expellere tenebras,ex parte vero passi prius est expulsio frigiditatis,& tenebrarum,debet autem explicari,quis ordo præualeat agentis,vel passi.

3.Not. Tertio not.quod hic non loquimur de iustificatione per modum simplicis generationis,qualiter fuit in Angelis,ibi enim cum non sit remissio culpæ,nec est quærere illam in termino aquo.neque ad quem. sed loquimur de iustificatione impij habẽte rationem motus à contrario in contrarium à culpa ad iustitiam.

Cõcl. Concl. Caiet. Medin. Curiel. Vazquez. D.Thom. sit remissio culpæ tenet se ex parte termini ad quem in iustificatione. Hæc est Caiet.& Medinæ,& Curiel dub.1.& Vazquez disp.211.cap.4.imo &D.Th. hic vbi ait,quod iustificatio est remissio, secundum quod,omnis motus summit speciem à termino,terminus autem dans speciem est terminus ad quem:ergo ex parte illius se tenet remissio culpæ,item ait,iustificationem consumari in remissione culpæ,motus autem non consumatur,nisi in termino ad quem. Secundo prob.potior est consideratio ex parte agentis in productione formæ,quam consideratio ex parte passi,sed ex parte agentis remissio culpæ est quid posterius,& vltimum ergo absolute dicendum est se teneri ex parte termini ad quem. Tertio prob.aliter se habet iustificatio impij,atque iustificatio Angelorum,& alterius rationis est:ergo aliquid amplius debet poni in termino ad quem vnius,quod non ponatur in termino ad quẽ alterius,patet conseq.quia nulladiuersitas in motu esse potest,nisi ex termino ad quem desumatur,tunc vltra,sed in termino ad quẽ,nihil aliud diuersitatis potest assignari,nisi remisio culpæ.ergo tenet se ex parte illius.Vlt.prob.remisio culpę est infũcta ab agẽte:ergo tenet se ex parte termini ad quẽ.conseq.patet,nã intẽtũ tenet se ex parte finis,& termini ad quẽ,antec. vero prob.nam hæc est differentia inter agentia naturalia,& libera,quod illa tantum intendunt introductionem formę,nõ autem expulsionem,ista vero vtrumque possunt intendere,vt patet in Christo Domino illuminante cecos,qui cęcitatem intendebat expellere,& in medico,qui applicando actiua passiuis intendit repellere infirmitatem Hoc ergo potissime inuenitur in iustificatione,quod Deus intẽdat peccatum ab anima excludere,etsi discriminis rationẽ quæras in eo cõsistit,quod

expulsio

expulsio formæ phisicæ non habet rationem boni, sed tantum introductio eius, nō autem solum introductio gratiæ, sed etiā peccati expulsio habet rationem boni, vnde ibi tantum introductio, hic autem, & introductio, & expulsio simul est intenta. Dixi autem in conclusione remissionem tenere se ex parte termini ad quem, nō autem esse terminum ad quem, quia in termino ad quem non habet rationem primarij, sed secundarij, & consecuti ad primariū, primarius enim est gratia, expulsio autē peccati secundarius habens rationem effectus infusionis gratiæ, vnde notanter dixit D. Thom. quod in remissione iustificatio consumatur, in illo verbo, consumatur insinuauit esse vltimum effectum, licet non præcipuum, generatio autem consumatur in sequentibus ad formam, licet nō illa, sed forma sit præcipua, & primo intenta in generatione.

Corol. Ex dictis sequitur differentia inter iustificationem primo, & secundo modo posito in tertio notabili, in iustificatione enim Angelorum remissio culpæ, nec pertinet ad terminum ad quem, nec ab illa summitur aliquo modo denominatio, in iustificatione autem peccatoris vtrumque reperitur, vt notat Cai. Si eutem adhuc quæras, quia etiam in motibus naturalibus, qui fiūt à contrario in contrarium expulsio termini aquo, nec pertinet ad terminum ad quē, nec à tali expulsione aliquo modo summitur denominatio. Rel. ex Medina quod expulsio contrarij non est bonum, nec intentum in genere naturæ, vnde non pertinet ad terminum ad quem, nec ex illo summitur denominatio, in motu autem iustificationis expulsio peccati est quid bonum, & intentum à Deo iustificante, vnde ad terminum ad quē pertinet, & à tali expulsione denominatio potest de summi.

Ad 1. Ad primum arg. à principio resp. omnia illa habere verum loquendo determino ad quem primario, non autem de secundario, cum ergo remisio sit terminus secūdarius non illa requiritur habere.

Ad 2. Ad secundum resp. quod etiam quādo quis peccat expulsio gratiæ tenet se ex parte termini ad quem secundario, vnde in iustificatione, vt è contra res se habeant expulsio peccati tenet se ex parte termini ad quē secūdario etiam. Ad illud autē, quod debet esse terminus aquo in vno motu, quod in contrarium erat ad quem. Resp. sic esse, vnde gratia quæ in iustificatione est ad quem, quandoquis peccat est a quo, & è contra quando gratia est ad quem peccatum est a quo, quod ergo dicimus est nō obstare esse terminum a quo, peccatum vt expulsio eius etiam refundatur in terminum ad quem licet non primario, secundario tamen, quia terminus ad quem semper inuoluit respectum, & terminum aquo, licet secundario, & hoc præcipue in moralibus, vt dictum est.

Ad 3. Ad tertium resp. summi denominationem à termino ad quem primario, vnde tā tum sequitur remissionem non esse primarium, quia ab illa non summitur denominatio, vel aliter posset dici, non summi denominationē à iustitia vtcunque, sed à iustitia sanatiua in quo remissio culpæ continetur.

Ad 4. Ad quartum resp. esse eiusdem speciei, tantum probare terminum primarium esse idem, quia ab illo summitur specificatio vt dicetur dubio sequenti, non tamen inde sequitur ex parte tarmini secundarij, non plus esse in vna, quam in altera iustificatione, nam secundarium non mutat speciē. Etsi contra dicas, quod ex secundario colligitur natura primarij: si ergo in vna esset aliquid secundarium, quod non in alia colligeretur primarium, non esse eiusdem rationis, & consequenter iustificatio esset diuersa, si ergo iustificatio est eiusdem rationis consequenter, & terminus primarius, & tandem ex parte vnius, nec etiā secundarium plus debet poni in vno, quam in altero. Resp. quod cum prius non dependeat à posteriori non tollitur conuenientia vtriusque termini ad quē ex eo, quod ex vno sequatur remisio, & non ex altero, quia quod consequēter, & secūdario se habet iam supponit speciem constitutam, & ab illo independentem. Vel secundo facilius resp. quod gratia Angelorum etiā ex parte sui est remissiua culpæ per accidens autem non remittit, quia non est, vnde differentia penes remittere, vel non remittere est accidentalis ex parte subiecti habentis, vel non habentis culpam, cū ergo stet cum conuenientia essentiali differentia accidentalis, licet iustificatio Angeli, & peccatoris sint eiusdē speciei essentialis ex parte termini ad quem primarij, bene poterit esse in iustificatione impij aliquid secundarium, quod in alia iustificatione, non reperitur, faciens inter illa distinctionem tā tum accidentalem.

Obiectio.

Solutio.

Ad vltim. Ad vltimum resp. ex dictis benecompati peccatum, & in iustitiam esse terminum a quo, & expulsionem eius refundi secundario in terminum ad quem, vnde Concil. & Diu. Thom. nihil contra nos.

Dubium II.

Vtrùm iustificatio summat speciem à remissione culpæ?

2. Sent. Caiet. art. 2.

IN hac re Caiet. & Medina hic tenent partem affirmatiuam, licet fundamentum vtriusque sit diuersum. Caiet. hoc tenet quia hæc est (inquit) differentia inter introductionem formæ cum expulsione contrarij, & illam quæ sine tali expulsione introducitur, quod quando introducitur, sine expulsione motus, tantum specificatur à forma, quando autem cum expulsione specificatur à forma, & expulsione simul, vel vt formalius loquatur specificatur à forma vt expulsiua, cum ergo iustificatio impij sit cum expulsione peccati, nõ autem iustificatio Angeli, licet ista tantũ specificetur à gratia, illa tamen etiam à remissione culpæ. Medina autem hoc asserit ex fundamento posito de differentia, quæ reperitur inter agentia naturalia, & libera, quod illa non intendunt corruptionem, ista vero sic quapropter licet in naturalibus expulsio non specificet, bene tamen in moralibus. Insuper & tertio prob. ex D. Th. hic asserente remissionem culpæ concurrere tanquã terminus aquo specificatur iustificatio.

2. Sent. Medina. 1 Arg. 2. Arg.

3. Arg.

Tertio prob. nam variatio termini ad quem facit differre speciem motũ, sed quod sit, vel quod sit remissio, vel non sit facit diuersitatem termini ad quem: ergo causat diuersitatem specificam, & consequenter ex remissione summitur specificatio. Minor prob. nam aliter se habet gratia remittens, atque non remittens peccatum, quia vna est sanans altera vero non. Si respondeatur remissionem habere se consequenter; vnde non diuersificare terminum primarium ex quo summitur specificatio. Cõtra quia ex secũdario colligitur primarium, sicut ex passionibus essentia, vnde sicut si sunt distinctæ passiones colligitur distincta essentia sic ex diuersitate termini secũdarij colligetur diuersitas primarij termini specificantis.

1. Concl.

Prima cõclusio, iustificatio summit speciem à remissione culpæ. Hæc est D. Th. hic dicentis expræsse, quod iustificatio est remissio culpæ, secundum quod omnis motus summit suam specificationem à termino. Et prob. clare. quia (vt dictum est dub. præcedenti) remissio culpæ tenet se ex parte termini ad quem: ergo specificat, patet consequentia, quia terminus ad quẽ specificat, quapropter eo modo, quo pertinet ad terminum ad quem pertinet ad specificatum, & in hoc nulla est controuersia, sed difficultas consistit in eo, vtrũ summat speciem substantialem, vel accidentalem à remissione culpæ?

2. Conc.

Vnde sit secunda concl. iustificatio nõ summit speciem substantialem à remissione culpæ, sed tantum à gratia. In hac resolutione, etiã cõuenit Curiel, dub. 2. Prob. primo specificatio substantialis summitur ex termino primario, qui se habet, vt causa formalis, & vt per se intentum in modo, sed terminus primarius, & quod se habet, vt causa formalis iustificationis, & per se intentum in illa est gratia, & non remissio quia hæc vt est dictum, est quid secundarium: ergo specificatio substantialis summitur ex gratia, & non ex remissione. Si resp. quod non solum gratia, sed etiam remissio est per se intenta: ergo etiam ab illa summitur specificatio substantialis. Contra arg. quia tantũ est intẽta ab operãte in moralibus autem intentum ab operante, non specificat, sed intentum ab opere, vt patet in eo qui furatur propter Mechiam, vtrumque intendit, & principaliter Mechiam, furtum tamen ex tali intẽtione operantis non summit speciem substantialem à Mechia, sed tantum accidentalem. Etsi dicas rursus, quia etiã in ipso termino primario intẽto ab opere est diuersitas ex remissione culpæ: ergo remissio culpæ dat speciem substantialem, antecedens prob. quia in iustificatione impij gratia est sanãs in altera vero, scilicet Angeli: non ita ergo ex remissione est diuersitas in termino primario. & per se intento ab opere. Contra arg. quia sanare, vel nõ sanare est, quid accidentale solum esset differẽtia essentialis si altera esset sanatiua, altera vero non cæterum gratia etiam Angelorum sanatiua est, licet nõ sanet ex perfectione subiecti non habentis morbũ. sicut duæ formæ eiusdem rationis, altera effectu subiecti, non prorrumperet in aliquẽ effectũ secundarium, non ideò esse eiusdem speciei, cũ altera, quia sufficeret, quantũ esset ex parte sui, esse productiuã talis effectus. Cõf. quia in omnibus alijs formis physicis inuenitur, quod introduci, sine expulsione, vel cũ expulsione formæ cõtrariæ non mutet speciẽ; ergo id in præsenti debet dici. Antec. patet in adquisitione scientiæ, quæ vel adquiratur cũ expulsione erroris, vel sine tali expulsione est eiusdẽ rationis. Item in illuminatione solis, quę vel fiat, cũ expulsione tenebrarum, vt in partibus distantibus siue sine tali expulsione, vt in partibus proxi

Curiel.

Solutio.

Impug.

Solutio.

Impug.

proximis, & coeuis ipsi soli, quę nunquam caruerunt luce est eiusdem rationis vtraque illuminatio. Secundo prob. nam vt di
D. Thom. cit D. Th. 1. p. q. 23. prædestinatio hominum & Angelorum est eiusdem speciei, quamuis prædestinatio hominũ sit ex miseria non vero Angelorum, quia motus (inquit Diuu. Thom.) non sumit speciem à termino a quo, sed à termino ad quẽ cum ergo terminus vtriusque prædestinationis, sit idem scilicet consecutio gloriæ inde fit vtranque esse eiusdẽ speciei, cũ ergo idem argumentum procedat de iustificatione impij, & non impij, quod vnus eluetur a miseria peccati, alter vero non in utroque tamen sit idem terminus gratię cõcludendum est eãdem iustificationẽ esse eiusdem speciei. Circa quam rationem nota, quod aliqui intelligunt D. Tho. loqui nomine prædestinationis de primo effec-
D. Thom. tu eius, qui est iustificatio, nam prædestinatio, vt est actus diuinus non habet speciem ex vltimo termino gloriæ, quia vt ait D. Th. 1. p. q. 14. art. 5. ad 3. actus diuini intellectus non potest ab aliquo extra Deum specificari, necessarium intelligendum est de iustificatione sub nomine prædestinationis, quæ est primarius effectus eius, & hanc dicit esse eiusdẽ speciei, siue fiat ex miseria, siue non, & secũdo po-
D. Paul. test hoc esse intentum D. Th. nam in doctrina illius ante prædestinationem, nec sunt merita, nec demerita, iuxta illud Pauli, priusquam quidquam boni egissent, dictum est Iacob dilexi Esau autem odiohabui, vbi Apostolus loquebatur de prædestinatione, & reprobatione, si ergo Diu. Th. dicit alteram prædestinationem esse ex miseria alteram vero non, non loquitur de prædestinatione propriè, quã miseria, vel merita non præcedunt, sed loquitur de iustificatione, quam miseria culpæ potest antecedere, vel non antecedere: vt patet
Mag. Vincent. in hominibus, & Angelis, sed non in hoc faciamus vim cum sint aliqui etiam thomistę, vt mag. Vincentius relect. de gratia Christi, pag. 735. qui docent antepræsciẽtiam, & prædestinationẽ præintelligi merita, vel de merita licet non ex illis prædestinetur, vel reprobentur, qua ratione dicitur: nihil bona aut mali egisse, quia nec ex bono præuisso prædestinatur, nec ex præuisso malo reprobatur, quidquid ergo sit de intelligentia prædicta vis argumenti, D. Th. non potest fugi, quia comparatur prædestinatio ad gloriam, sicut iustificatio ad gratiam, si ergo destinatio ad gloriam, siue sit ex miseria, vel non est eiusdẽ speciei, similiter infusio gratiæ, siue sit ex culpa, vel non culpa, erit eiusdem speciei substãtialis. Tertio prob. si propter aliquã rationẽ specificaretur iustificatio à remissione culpæ, maxime, quia vt inquit Medina est intenta, sed hæc ratio est nulla: ergo. Prob. mi. tum, quia non est intenta primario. sed secundario, tum secundo, quia esse intentum in moralibus nõ tribuit speciem substantialem, vt dictum est, tum tertio, quia probabile est etiam in phisicis, quod licet agentia vniuersalia non intendant corruptionem, agentia tamen particularia intendunt illam, quapropter nõ solum habent instrumenta ad generandum, sed etiam ad corrumpendũ, quia vtrumque intendunt vnum, vt medium alterius: & nihilominus actio illorum non specificatur à corruptione, quia non est primo intenta, sed vt medium ad generandum: ergo similiter in præsenti, licet remissio sit intẽta non specificauit substantialiter, quia nõ est intenta primario, sed secundario, vt medium ad infusionem gratiæ.

Ad primũ arg. à principio resp. fundamentum Caietani. solum probare differen- *Ad 1. Caiet.*
tiam specificam accidentalem, non autem substantialem, quia esse a miseria, vel non à miseria (vt dictum est) non facit terminũ primarium esse distinctum, nisi solum accidentaliter. cum totũ illud se teneat ex parte subiecti, non autẽ ex parte formæ, quæ de se vbicumque sit est remissiua peccati,

Ad secundum arg. quod est fundamentũ Medinæ, patet etiã ex dictis quomodo *Ad 2. Medina.*
esse intentam remissionem, non cõducat ad specificationem substantialem, vt videre est in vltima probatione conclusionis.

Ad tertium resp. quod vt sup. dictũ est *Ad 3.*
iustificatio, & remissio sunt idem tantum materialiter, etsi vt inquit D. Th. remissio se teneat ex parte termini ad quem tãtum est secundatio, vt dictũ est, terminus enim primarius solũ est gratia, vt inquit D. Th. art. 8 sequenti, & ex eo (inquit) sumitur denominatio à iustitia, & non à remissione, quia iustitia, & non remissio est terminus a quo sumitur species: si ergo in præsenti ponit remissionem ex parte termini hoc debet esse secundario, vt non sibi contradicat.

Ad quartum bene ibi respondetur est to- *Ad 4.*
tam illam differentiam esse ex parte termini secundarij, qui tantum est accidentalis. Ad replicam resp. quod ex differentia secundarij solum in actu exercito, non colligitur diuersitas specifica in termino primario, vt patet in absolutione Sacramentali

tali, quæ non diuersificatur specie per excludere de facto peccatum, vel non excludere, vt quando recipitur Sacramentũ ab existente in gratia, vel non existente in illa, quia vt sit eiusdem speciei sufficit, quod ex parte sui sit peccati expulsiua, etiam si oppositum ex parte subiecti cõtingat, sic ergo dicendum est de gratia esse eiusdem speciei in omnibus, quia de se inquolibet est expulsiua peccati, quod autẽ de facto in aliquo habeat, & in aliquo non, est per accidens ex parte subiecti.

Art. VII.

Vtrùm iustificatio impij fiat in instanti?

1. Concl. 2. Conc. PRIMA Conclusio est affirmatiua. Secũda cõclusio, iustificatio quãtũ ad dispositiones præuias, aliquando fit successiue aliquãdo vero in instanti.

Duubium est.

Vtrùm prima conclusio D. Th. verum habeat?

Sent. Ioan. Maior. Greg. Arimi. Amahim. Soncinas. Angelus. Vazquez. IN hac re Ioannes Maior in 4. dist. 14. q. 1. ad 2. tenet iustificationem fieri in tempore, & successiue, & sententiam illius teneri sequi Greg. Arim. quia in 2. dist. 3. q. vnica, art. 2. ad 4. Amahim. q. 3. de libertate volũt. 2. 7. & 2. morali, c. 9. Sõcinas, 9. methap. q. 17. Angelus in moralibus, cap. 18. & Vazquez, 1. part. disp. 229. c. 10. dicũt motus tã intellectus, quã voluntatis non posse durare tantũ per instans, sed necessario consumere tempus, de censura istorũ vide Medin. 12. q. 10. art. 4. & Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. qui dicunt sententiam istam esse erroneam.

Medina. Soto.

1. Arg. Sed modo prob. hæc sententia primo, gratia adquiritur in anima, sicut lumen in diafano, sed istud adquiritur in tempore: ergo. Prob. mi. quia lumen inducitur per motum localem aproximantem luminare, & si nul per ablationem impedimẽti, quod etiam localiter debet fieri: ergo in illuminatione tempus consumitur.

2. Arg. Secũdo arg. dispositio ad gratiam fit in tempore: ergo & ipsa gratia, tẽpore introducitur, conseq. patet, quia forma non introducitur, nisi media dispositione, antecedens vero prob. quia si tantũ duraret per instans simul incipetet, & desineret esse, quod videtur inconueniens, & secundo probatur, nam talis dispositio fit, cum resistentia ad quam vincẽdã tẽpus requiritur.

3. Arg. Tertio arg. homo qui est in gratia in hoc instanti est verum dicere, quod immediate post hoc potest amittere illam: ergo conuertẽs existens in peccato in hoc instanti immediate post hoc potest habere gratiam, sed immediate post hoc non designas instans, sed tempus: ergo gratia non instanti, sed tẽpore introducẽda est, maior patet, tũ quia exitus à peccato, vel amissio gratiæ est voluntaria: ergo in quocumque instanti est verũ dicere, quod immediate post illud potest habere oppositum, vel gratiã, qui est in peccato, vel peccatum qui est in gratia, si enim immediate post illud non posset gratiam, vel peccatũ pro illo immediate sequenti non erat liber ad quodlibet illorum habendum, tum etiã patet, quia in nullo stanti est homo extra statum salutis: ergo inquolibet instãti peccati est verum dicere, quod immediate potest habere gratiam. Min. vero prob. quia ly immediate post hoc nõ designat instãs, quia essent duo instantia immediata: ergo designat tempus: ergo in tempore immediate ad hoc instans peccati habenda est gratia, & sic iustificatio in tempore fit.

4. Arg. Quarto arg. gratia est intensibilis: ergo recipitur successiue: ergo in tempore, prima consequentia prob. nam intensio fit successiue: ergo quod est intensibile successiue est adquisibile. Confirmatur, nam etiam in vltima dispositione est intensio, & consequenter successio: ergo similiter in forma adquisita, antecedens patet, nam vltima dispositio est dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, sed ly summe denotat intensionem: ergo intensione adquiritur vltima dispositio.

Confir.

5. Arg. Quinto arg si propter aliquam rationem iustificario fieret in instanti, maxime, quia expulsio peccati, & introductio gratiæ sunt in eodem instanti intrinseco gratiæ, & extrinseco peccati, sed hæc ratio supponit falsum: ergo. Prob. minor, nã est impossibile, quod peccatum desinat esse extrinsice: ergo fundamentum, nullum prob. hoc antecedens, quia pono, quod illud instans extrinsecum peccati, sit etiam extrinsecum vitæ, & tunc inquiro, vel in illo infunditur gratia, vel non si infunditur: ergo datur gratia in altera vita, cui nũquam habuit illam in præsenti, imò cui tota vita fuit in peccato: si autem non infunditur datur remissum peccatum, &

non

non infussa gratia, quod etiam est maximum inconueniens: ergo nō potest coaptari, quod in eodem instanti inceptiuo gratiæ sit desitio peccati extrinsece, vnde necessarium erit ponere desitionem peccati intrinsecā, & tunc curret argumentum D. Thom. quod inter vtrumque instans debet mediare tempus iustificationis.

6. Arg. Vltimo arg. quia vt inquit Diuu. Thom. ad 5. iudicandum est de mutatione entis, secundum conditionem motuū corporalium, quia pro isto statu subditur tempori, sed in motu corporali non datur primum instans: ergo neque etiam in motu liberi arbitrij, & consequenter gratia, quæ cum motu liberi arbitrij incipit non infundetur per primum sui esse.

1. Not. Pro intelligentia notandum primo, quod præter iustificationem, & remissionem cui pæ dispositiones illius sunt in duplici differentia, aliæ quidem sunt simultaneæ, & concomittantes, alię vero præuie sunt, & remotæ qualis est cōsultatio de medijs, collatio eorum cum fine, deliberatio eorum, quæ fienda sunt.

2. Not. Secundo not. quod sicut generatio potest summi dupliciter, primo large vt comprehendit, etia præuias dispositiones, & alterationes, secundo stricte pro introductione formæ, sic iustificatio potest summi vt comprehendat totum processum etiam præuiarum dispositionum, vel secundo tātum pro infusione gratiæ.

1. Concl. Prima concl. iustificatio vt comprehēdit præuias dispositiones regulariter fit in tempore. Hæc prob. nam omnes illæ dispositiones præuie requirunt discursum discursus autem cōsumit tempus, ergo. Secundo prob. nā propterea, supra diximus, quod puer non potest cōuerti in primo instanti metaphisico vsus rationis, sed requiri instans morale, quod medium tēpus importat, quia cum ad sui conuersionem requirat discursum, & iste non fiat in instāti methaphisico consequenter in illo cōuerti non potest, sed hæc etiam ratio procedit de dispositionibus præuijs: ergo in instanti haberi non possunt. Dixi in concl. regulariter, quia aliquando omnia illa in instāti compleri possunt, vt patet in repentina conuersione D. Pauli, quod etiā insinuat D. Th. hic dicens Deum aliquando facere sufficientē dispositionē ad gratiam succesiue aliquādove instantaneæ. quod decō committantibus verificari non potest, nā ille semper sunt instantaneæ, debet ergo loqui de dispositionibus præuijs, & illas dicit aliquando esse instantaneas. Nota tamen, quod quando huiusmodi in instanti aponuntur non aponuntur, eodem modo vt solent, scilicet per discursum, nam iste in nullo casu potest esse instantaneus, sed aponuntur per simplicem intuitum, & instantaneam repræsentationem quibus statim visis prorumpit in amorem inducentem gratiam.

2. Concl. Contra Scoto. & Caie. Secunda concl. vltima dispositio simultanea, & concomitans iustificationem ponitur in instanti. Hæc est contra Scotum in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. & contra Cai. q. 1. de contritione, asserentes requiri vltimā dispositionem durare per certum tempus, vt ad ipsam gratia consequatur. Nostra tamen concl. Mag. Soto in 4. dist. 17. q. 2. art. 4. & 2. de nat. & grat. c. 14. Vega lib. 13. in Trid. c. 23. & Cano, in relect. de pœnit. p. 3. vbi accerrime impugnat Scot. & Caiet. Prob. primo, vltima dispositio ad gratiam (secundum D. Th.) sunt dilectio, & contritio, sed huiusmodi secundum D. Th. sunt in instanti, quia sunt motus intellectuales, qui non consistunt in intensione, sed solum in attingendo obiectū: ergo. Secundo prob. ex eo aliqua dispositio nō inducitur in instanti. quia fit cum resistentia subiecti, vel quia agēs est imbecile, sed neutrum istorum requiritur respectu dilectionis, ergo. Mi. prob. nam in homine est summa obedientia respectu Dei, & in illo est infinita virtus ad agendum. Nota tamē quod quando dicimus vltimam dispositionem fieri in instanti nolumus dicere, quod tantum duret per instās, sed quod in instāti ponitur totum, quod requiritur ad esse vltimam dispositionem, siue postea protrahatur per tempus, siue non, vt calor vocato dicitur poni in instanti, licet post modum multo tempore, cum forma ignis perseueret. *Illam tenet Soto. Vega. Cano.*

3. Concl. Tertia concl. iustificatio stricte dicta, & infusio gratiæ fit in instanti. Hæc est D. Th. hic, & prob. primo ex glossa Ambros. aducta à D. Th. super illud Actorū 2. factus est repente de cœlo sonus, vbi dicit, nescit tarda mollimina Spiritus Sancti gratia, & ex D. Leo. Epist. 19. ad Theodosium, vt refertur de pœnit. dist. 1. capit. multiplex, vbi ait. Misericordiam Dei non possumus tēpore definire, apud quē nullas patitur moras veniæ conuersio, & ex omnibus locis sacræ Scripturæ, vbi asseritur pro quocumque tempore, & instanti posse hominem conuerti ad Deū, & numquam posse signari instans in quo sit extra statum salutis, quod etiam in multis Concilijs habetur definitum, quæ loca videantur *D. Leo.*

deantur in auctoribus citatis concluſi. 2. Secundo probatur ratione, quam aſſignat Diu. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 1. art. 5. quæſtiuncula, 3. nam omnis forma, quæ non patitur mixtionem ſui cõtrarij introducitur in inſtanti, vt patet in luce, & in forma ſubſtantiali, ſed gratia, non poteſt miſceri, cum peccato: ergo non poteſt ſucceſsiue, ſed in inſtãti introduci. Probatur minor, tum quia peccatum, & gratia ſunt immediate oppoſita ſaltem ſecundum legem ordinariam: ergo non poteſt eſſe mixtio vtriuſque, nam ſi eſſet mixtio daretur medium, vt patet de albo, & nigro: ſi ergo non habent medium miſceri non poſſunt, ſed ſtatim erit tranſitus de vno in alio inſtantaneo, cum non ſit medium in quo poſſit eſſe detentio. ſecundo patet, eadem minor, nam peccatum totum remittitur, vel totum retinetur, nã impium eſt à Deo expectare dimidiam veniam: ergo non habet mixtionem, cum gratia, patet conſequentia, nam ſi miſceretur cum illa in parte maneret, & ex parte excluderetur, vt patet in albo, & nigro in quibus tantum vnius excluditur, quantũ alterius miſcetur. Tertio probatur, terminus aquo iuſtificationis expellitur in inſtanti, vt probatũ eſt, ergo terminus ad quem qui eſt gratia in inſtanti introducitur, patet conſequentia, nam tota prolongatio, & continua adquiſitio termini ad quem prouenit ex prolongato, & continuo exitu à termino aquo cũ tantum adquirat termini ad quem quantũ perdit termini aquo ſi ergo terminus aquo ſimul perditur terminus ad quem ſimul adquiritur. Quartò probatur, vltima diſpoſitio eſt in inſtanti, vt patet in ſecunda concluſione: ergo gratia, patet conſequentia, nam vltima diſpoſitio, & forma concomitanter ſe habent.

Not. Et nota circa iſtam concluſionẽ, quod etiam ſtante ſententia Greg. & Caietan. quod actus intellectus, & voluntatis neceſſario debet durare per tẽpus, vel quod vt ſit diſpoſitio talem, vel talem menſurã debet habere: nihilominus noſtra concluſio poteſt ſubſtineri. Itaque tenendo contra ſecundam poteſt ſubſtineri, ſi dicatur, quod gratia incipit in inſtanti in quo peruenit actio intellectus, & voluntatis ad mẽſuram requiſitam ad quam, vt peruenit etcõſumpſit tempus, vt etiam ſi requiratur motus localis à proximans luminari, lux tamen incipit in inſtanti conſumatiuo localis motus.

1. Arg. Ad primum à principio reſpondetur, per modo dicta, quod etiam ſi lux producatur præuio motu locali aproximante ipſa nihilominus incipit per primum ſui eſſe, quod eſt primum non eſſe motus, ſimiliter ergo gratia per primum ſui eſſe debet incipere, quod erit primum non eſſe peccati. Secundo reſpondetur, quod dato lucem comproduci ſucceſsiue ratione motus localis aproximantis hoc erat ei per accidens: nam ex natura ſua talem motum, non requirit, vt patet de prima illuminatione facta in loco vbi primo conditus eſt ſol, cum ergo gratia connaturaliter producatur in inſtanti producitur, cum hoc expoſcat natura eius ſicut & lucis. *2. Solutio.*

Ad ſecundum negatur antecedens, ad primam probationem dicitur, quod licet producatur in inſtanti non tamen deſinit in inſtanti, ſed poſt inſtantaneam productionem poteſt per tempus durare, verum eſt tamen, quod etiam in inſtanti productiuo poteſt deſinere. eſſe per vltimum ſui eſſe durando tantum inſtans, & tunc non ſequitur ſimul eſſe, & non eſſe, quia in vltimo eſſe non verificatur, quod non ſit, ſed quod non erit, ſic enim exponitur, nunc eſt, & immediate poſt hoc non erit, quod nullam inuoluit repugnantiam, vnde quando corruptio alicuius fit à corrũpente finito fit ſucceſsiue ex imbecilitate corrumpentis, quando autem ab infinito qualis eſt Deus in inſtanti res corrũpi poteſt. Vel melius dicitur, quod quando corruptio fit à contrario non poteſt eſſe in inſtanti, vt ſtatim dicitur. ſed ſi corruptio fiat per ſubſtractionem tunc agentis, & conſeruantis in inſtanti eſſe poteſt, actus ergo intellectus, & voluntatis ſi deſinat eſſe per aduentum actus contrarij neceſſario debet durare per tempus. Si autẽ per ſimplicem deſitionem tantum per inſtans poteſt durare, quia cauſa conſeruans eſt ſpiritualis, & libera, quæ pro quolibet inſtanti concurſum poteſt ſuſpendere. Ad ſecũdam impugnationem reſp. nullam eſſe reſiſtentiam impedientem volũtatem vt pro quolibet inſtanti non poſsit habere actũ, vnde in quolibet inſtanti poteſt ponere diſpoſitionem, & conſequenter formam. *Ad 2.*

Ad tertium arg. reſp. quod de huiuſmodi muratione iuſtificationis loquendũ eſt, vt ait D. Th. ſicut de alijs mutationibus naturalibus in iſtis autem ſic ſe habet, quod quando duo continuo ſe habent deſignato inſtanti intrinſeco prioris non poteſt deſignari immediate inſtans intrinſecum poſterioris, vt licet Deus in quolibet inſtanti hore poſsit producere vnũ Angelũ ſignato tamẽ inſtãti ſexto in quo pro- *3. Arg.*

ducat

ducat vnum Angelum nō potest immediate producere alterum per instans, intrinsecum similiter in generatione signata forma aeris in aliquo instanti intrinseco durationis illius non potest verificari, quod immediate post illud sit forma ignis, quia cum duo instantia non possint esse immediata designato intrinseco vnius, non potest designari immediate intrinsecum alterius, nec potest dici, quod designatur intrinsecum vtriusque licet non immediatum: quia tunc tempore intermedio careret vtraque forma, hac ergo ratione necessarium est dicere formam desinentem desinere per primum non esse, vt sic forma genita incipiat per primum esse, sicut ècontra. si forma inducenda debet incipere per vltimum non esse præterita debet desinere per vltimum sui esse, sic ergo loquendum est de peccato, & gratia designato, enim quolibet instanti existentiæ peccati, non est verum dicere immediate erit gratia: quia intrinsecum vtriusque immediatum esse non potest, sed dicendum est peccatum desinere esse, per primum non esse, in quo est primum esse gratiæ. Et si instes, quia tunc sequæretur per aliquod tempus hominem esse, extra statum salutis, quia si quolibet instanti signato peccati, non est verum, quod immediate potest esse gratia: ergo necessario debet interuenire tempus, & per illud erit extra statum salutis, siquidem gratia in illo haberi non potest. Respon. quod in sensu composito verum est, quod infertur, sicut etiam in sensu composito verum est, quod instanti in quo est peccatum non potest iustificari, concilia autem debent intelligi absolute, & in sensu diuiso, quod nullum sit instans, vel tempus in quo iustificari non possint. Ex quo sequitur non esse eficax argumentum contra Gregorium, quod si necessario esset continuitas in actu interiori verbi gratia peccati, quod per aliquid tempus, nempe durationis necessariæ illius homo non posset iustificari: quia posset respondere non esse inconueniens in sensu composito, & ex suppositione peccati dari aliquid tempus, maximo in determinatum, & non signabile in quo iustificari non possit, dummodo absolute loquendo non possit signari instans in quo non potest iustificari: quia quodlibet instans signetur potest in illo habere actum, quo disponatur ad gratiam saltem incepti ue, per quod gratia incipiat per primum esse, & peccatum desinat esse per primum non esse, eficax ergo argumentum contra Gregorium erit à nobis insinuatum, quod cum actus intellectus sit spiritualis, & indibisibilis, & liber pro quolibet instanti haberi potest.

Obiect.

Solutio.

Ad quartum arg. Resp. successiue, vel instanti adquiri formam, non prouenire ex intensibilitate, vel non intensibilitate illius. sed ex modo producendi talem formam, vt si producitur per motum, vel ab agente in sufficientis virtutis paulatim disponente ad formam, vel si introducitur cum resistentia paulatim excludenda, nullum autem istorum reperitur in gratia, etiam si sit intensibilis, vnde non successiue. sed in instanti producitur. Ad cōfirm. Resp. ex secunda conclusione, etiam dispositionem vltimam fieri in instanti, quod autem dicitur in contritione, propter Deū summe dilectum denotat intensionem affectus apreciatiue, non autem intensionem successionis, vel dicitur, vt ad arg. quod etiam si sit intensibilis contritio, adquiritur tamen in instanti ratione prædicta in argumento.

Ad 4.

Ad confir.

Ad quintum arg. Resp. ita esse peccatum desinere esse, per primum non esse gratiam autem incipere, per primum sui esse, & quod idem instans est primum esse vnius, & primum non esse alterius. Ad impugnationem autem. Resp non posse contingere, vt primum non esse peccati sit primum non esse hominis: quia cum primum non esse peccati debet esse, per primum esse gratiæ à quo peccatum expellitur, quādo gratia esse non potest, nec peccatum potest expelli, cum ergo in primo non esse hominis, non possit incipere gratia: quia debet incipere in viatore, qui tūc non est consequenter, nec tunc expellitur peccatum, quia expulsio est effectus introductionis gratiæ, vnde non sequitur manere, sine peccato, & sine gratia.

Ad 5.

Ad vltimum Resp. D. Thom. loqui de motu liberi arbitrij præuio dependente ex phantasia in quo vt dictum est successio requiritur, vel si loquitur de actu liberi arbitrij simultaneo loquitur compatiue ad motum naturalem, qui est generatio in qua datur primum esse formæ genitæ, non autem loquitur de motu proprie dicto in quo ratione successionis non datur primum.

Ad vltim.

Art. VIII.

Vtrùm infusio gratiæ sit pri-

ma ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impij?

1. Concl. PRIMA conclusio, simul tempore sunt infusio gratiæ, remissio culpæ,
2. Conclus. motus in Deum, & in peccatum. Secunda conclusio, ordine naturæ primum, est infusio gratiæ, secundum, motus in Deum, tertium, motus in peccatum, quartum remissio culpæ. Tertia conclusio, ex
3. Conclus. parte iustificati prius natura est liberatio
4. Concl. à culpa, quam consecutio gratiæ. Quarta conclusio, motus liberi arbitrij ordine naturæ præcedit consecutionem gratiæ, sequitur autem infusionem illius. Quinta
5. Conclus. conclusio, motus in Deum, vt in finem, prius natura est, quam motus in peccatum remouendum. De hoc articulo actum est, supra quæst. 112. art. 3. dub. 2.

Art. IX.

Vtrùm iustificatio impij sit maximum opus Dei?

6. Conclus. PRIMA conclusio, ex parte modi operandi maius opus est creatio, quam
2. Conclus. iustificatio impij. Secunda conclusio, ex parte rei factæ maius opus est iustificatio impij, quam creatio cæli, & terræ. Ter-
3. Conclus. tia conclusio, secundum quantitatem absolutam maius bonum est, quod fit per glorificationem, quam quod fit per iustificationem impij, secundum tamen quantitatem proportionis maius opus Dei est iustifica-
4. Conclus. tio impij, quam glorificatio iusti. Quarta conclusio, ad secundum maius bonum est gratia vnius hominis, quam esse totius vniuersi.

Dub. I.

Vtrùm dicta in hoc articulo verum habeant?

1. Arg. PRIMO arg. ad probandum, quod etiam ex parte rei productæ creatio sit perfectior iustificatione, terminus creationis est ens in quantum ens, & consequenter aliquid infinitum, quapropter requiritur virtus infinita, quæ etiam instrumentaliter creaturæ communicari non potest secundum D. Thom. terminus autē productus per iustificationē est ens particulare, & consequenter finitum, quapropter potest à summi, vt instrumentum creatura ad productionem gratiæ, vt patet in Sacramentis, & humanitate Christi Domini; ergo etiam ex parte rei producte creatio est maius opus. Cōf. esse aliquid perfectius absolute sumitur ex modo, sed Conf. 1.
ex parte modi, vt cōcedit D. Tho. creatio est perfectior: ergo absolute est perfectior, maior patet in scientia physica, quę nobilior est opinione metaphysica absolute loquēdo ex modo procedendi, licet obiectum opinionis methaphisicæ in esse sit melius. Confirm. secundo, nam opinio probabilis Conf. 2.
est, vt patet, ex supra dictis, substantiam naturalem esse perfectiorem gratia, quæ accidens est ergo etiam ex parte rei productæ creatio est perfectior.

Secundo arg. contra primā conclusionē in creatione nulla est resistētia in iusti- 2. Arg.
ficatione, vero sic ergo etiam ex parte modi iustificatio est maius opus, patet consequentia, nam maius opus est ex modo operandi agentis educere formā ex subiecto repugnante, quam ex omnino obediente, & hac ratione D. Thom. in 4. dist. 46. q. 2. art. 1. quæstiun. 3. ad 2. dicit, iustificationem esse maius opus creatione.

Arg. tertio, ad probandum quod iusti- 3. Arg.
ficatio etiam, quantum ad quantitatem absolutam sit perfectior glorificatione, nam priuatio gratiæ est maius malum, quā priuatio gloriæ: ergo cōsecutio gratiæ maius bonum, quam consecutio gloriæ, antecedens patet, nam beati magis vellent carere visione, quam gratia, & Paulus idē elegit dicens cupio anathema esse, &c. Hoc est visione carere, cum tamen nullo modo eligeret gratia carere, consequentia vero probatur, quia illud est melius, cuius oppositum est peius. Confirmatur, nam gratia est in essentia animæ. Visio vero beata in intellectu: ergo perfectior est gratia visione, patet consequentia, nam perfectio, & perfectibile, debet proporcionari, & dignitas accidentis ex dignitate subiecti considerari debet, essentia autem perfectius, subiectum est, quam potentia. Confirm. secundo nam visio beata supponit, vel vt radicem gratiam, ex qua gloria originatur: ergo gratia est perfectior. 4. Arg.

Quarto arguitur ad probādum, quod gratia non sit perfectior, quā gloria, quoad quantitatem proportionis: quia sic plus obligaretur Deo, impius in recipiēdo gratiam, quam iustus in recipiendo gloriam.

Probatur

Probatur sequela, quia ratio meriti magis attenditur penes quantitatem proportionis, quam penes absolutam, vt patet in illa vetula Euangelij, conferente assem: ergo obligatio magis attenditur, ex dono quo ad quantitatem proportionis, quam penes absolutam. Confirmatur, nam hac ratione D. Thom. 22. quæst. 106. art. 2. dicit, quod pœnitens magis tenetur agere gratias Deo, quam innocens, quod autem consequens sit falsum, patet nam melius est, esse beatum, quam esse gratum, ergo plus tenetur agere gratias pro gloria, quã pro gratia, antecedens patet ex illo, qui minor est in Regno cœlorum maior est illo, quasi diceret minimus beatus, melior est quocunque iusto viatore.

Conf.

5. Arg.

Vltimo arg. ad probandum, quod absolute iustificatio, non sit maximum opus Dei, nam consecratio videtur maius, cum terminetur ad humanitatem Christi vnitam verbo, & conuersam ex substantia panis, item incarnatio quæ terminatur ad vnionem naturæ humanæ cum verbo, itẽ de visione beata, & maternitate Virginis dicit D. Thom. 1. p. quæst. 25. art. 6. esse quodam modo infinita, quibus Deus maius facere non potest. Ergo iustificatio nõ est maximum opus Dei.

D. Aug.

Ioann. 14.

D. Greg.

D. Ansel.

Orig.

Pro intelligentia notandum, primo quod hoc dubium mobet D. Thom. vt explicet D. Aug. trat. 72. super Ioann. super illa verba, c. 14. Maiora horum faciet, vbi dicit maius esse iustificare impium, quam creare cœlum, & terram, & vt explicetur etiam sententia, quam habet D. Greg. lib. 3. dialog. c. 17. & D. Ansel. lib. de lib. arbi. cap. 10. & ellegantius Orig. homilia 6. sup. Elay. Quod maius est opus iustificare impium, quam suscitare mortuum, & illuminare cęcum, &c.

2. Not.

Secundo notandum, quod hic non loquimur de quocunque Dei opere, sed de illo, per quod in rebus ponitur aliquis effectus creatus, vtrum inter hæc opera sit maximum iustificatio, nam alias maius opus Dei reperitur ad extra, nempe Dei incarnatio, vt ostenditur, 3. p. quæst. 2. artic. 9. & id ostendit D. Thom. 1. p. q. 8. art. 3. ad 4. Quod vnio hypostatica in qua communicabit Deus, proprium esse, est præstantissimus modus essendi, vel in rebus præstantior, aduc quam ille, quo est in hominibus iustis per gratiam.

3. Not.

Tertio notandum, quod comparatio potest esse, vel quantum ad substãtiam, vel quantum ad modum, quantum ad modum quidem certum est creationem esse perfectiorem, cum sit productio ex nihilo, qua ratione apparet quam verum sit, quod supradiximus cum D. Thom. gratiam non creari, sed educi de potẽtia animæ si enim crearetur, non diceret ibi D. Thom. creationem esse perfectiorem quantum ad modum, si iustificatio etiam esset productio formæ ex nihilo, remanet ergo dubium quantum ad substantiam.

Prima conclusio iustificatio quantum ad substantiam, & ex parte rei productæ, & absolute loquendo, est perfectior quam creatio, hæc est communis scholasticorũ, & sanctorum, & præter loca adducta, notabili 1. & à D. Thom. in articulo, videatur D. Chrisost. homil. 55. ad Pop. Anthioc. circa finem, vbi ellegantissime hoc ostendit. Ratione patet conclusio, quod producitur per iustificationem, est quid perfectius, quam quod producitur per creationem: ergo absolute, & simpliciter, iustificatio est perfectior, consequentia patet ex D. Thom. supra quæst. 71. art. 3. ad 1. & art. 5. in corpore, vbi ait illud esse simpliciter perfectius, quod præeminet in eo, quod per se consideratur, certum est autem in motu non esse modum, sed terminum productum, quod per se consideratur, ergo vbi terminus productus perfectior absolute motus est perfectior, antecedens vero probatur, ex D. Thom. 22. q. 23. artic. 3. ad 2. Et nos supra latè docuimus, quod gratia est entitas perfectior omni alia, quæ est in mundo etiam Angelis, & substantijs spiritualibus. Secundo probatur conclusio iustificatio est operatio, super naturalis supræma, & omnium perfectissima, vt supra dictum est, ergo est perfectior creatione, patet consequentia, quia licet in genere superiori possit aliquid minus perfectum, alio contento, in genere inferiori, vt formica in perfectior est cœlo, licet formica cõtineatur in genere superiori scilicet viuentis, cœlum autem in inferiori, scilicet corporis, non tamen stat quod perfectissimum generis superioris, & magis perfecti, sit minus perfectum aliquo contento in genere minus perfecto, sed sic est, quod genus supernaturale est perfectius, quã genus naturæ, ergo quod perfectissimum est, & supræmum in genere supernaturali, qualis est infusio gratiæ perfectius debet esse quocumque perfectissimo in genere naturæ qualis est creatio.

1. Conclus.

D. Thom.

D. Chrisost.

Secunda conclusio, iustificatio simpliciter est perfectior accionibus supernaturalibus, quãtum ad modum in quibus producti-

2. Conclus.

ducitur forma naturalis, vt perfectior, quam suscitatio mortui, illuminatio cæci,
Ioan. 14. &c. Hæc probatur ex illo Ioann. 14. Maiora horum facit loquitur autem Christus Dominus, d. iustificatione instrumentali ministrorum respectu suorum miraculorum, patet etiam ex sanctis adductis in primo notabili, præcipuè videatur Chrisost.
D. Chrisost. hom. 30. in Math. vbi docet, quod quanto perfectior est anima corpore, tanto perfectior est iustificatio, per quam inducitur gratia, quæ est vita animæ, quam suscitatio mortui, in qua inducitur anima, quæ est vita corporis. Ratione item patet, quia quod producitur in iustificatione, est aliquid magis perfectum (scilicet gratia, quæ est supernaturalis) quàm quod producitur in opere miraculosso prædicto, quod est aliquid naturale (scilicet vita, vel visio corporalis) ergo absolute iustificatio est perfectior istis operibus miraculosis.

3 Concl. Tertia conclusio perfectior est iustificatio, quam glorificatio præcisse sumpta pro visione Dei, & non solum perfectior proportione ad subiectum, sed etiam absolute, ex parte termini producti, pro intelligentia notandum. quod glorificatio potest sumi dupliciter, primo vt dicit gratiam consumatam in visione, quæ est gratia patriæ simul ornata omnibus dotibus illius status, secundo præcisse pro visione, prout à gratia cõdistinguitur siquidẽ glorificatio primo modo consideretur certum est esse perfectionem, quam iustificatio: quia importat, quod iustificatio, scilicet grariam, & aliquid amplius, scilicet cõsumationem eius per uisionem, & in hoc sensu debet intelligi D. Thom. hic asserens absolute glorificationem esse perfectiorem ex parte termini producti. Si autem consideretur glorificatio secũdo modo, dicimus non esse adeò perfectam, sicut iustificatio, hæc conclusio est Diu. Chrisostom. hom. 9. in epist. ad Roman. & ratione patet, gratia est ipsa natura diuina sub alio modo essendi, visio vero beatifica, tantum est effectus diuinæ naturæ: ergo gratia est perfectior visione, & consequenter iustificatio ex parte termini perfectior, quã glorificatio, si terminus illius tantum consideretur esse visionem. Secũdo probatur dato, quod gratia sit effectus Dei, est effectus participans adæquate ipsum esse Dei, visio autem est effectus, participans tantum gradum determinatum, & particularem intelligibilitatis diuinæ: ergo gratia isto modo etiam perfectior est visione, quia perfectius est participare esse Dei, absolutè quam esse illius in determinato gradu.

Not. D. Chrisost.

Ex dictis sequitur primo, quid sit dicendum ad aliam quæstionem, vtrum iustificatio innocentis, sit perfectior iustificatione peccatoris, vel è contra: si quidem loquamur secundum quantitatẽ proportionis perfectior est iustificatio peccatoris, quia gratia est minus debita subiecto, innocens enim non habet indignitatem positiuam ad gratiam, quam habet impius, sed tantùm negatiuã, quatenus sub nullius merito cadere potest. Si autem loquamur, secundum quantitatem absolutam ex parte termini producti, perfectior est iustificatio innocentis, quia absolute gratia innocentiæ perfectior est, doctrina est D. Tho. hic in fine corporis, vbi licet prima facie videatur fugere difficultatem, postea tamen concludit dicens, quod quamuis vtrumq; sit æqualis potentiæ, iustificare tamen impium, est maioris misericordiæ, in quo insinuat quantitate proportionis iustificationem impij perfectiorem esse: idem docet expræsse 2. 2. quæst. 106. art. 2. & D. Augustin. tract. 72. sup. Ioann. & D. Leo. serm. 1. in anniuersario assumptionis suæ ad Pontificatum. Secundo sequitur maxime aduertendum cum Caietano, quãta sit perditio gratiæ, & quanti habendus sit homo iustus habens hoc donũ, de quo 2. Petri 1. maxima, & præciosa dona nobis donauit, &c. quapropter ob sui excellentiam recte dictũ est, 2. Cor. 12. sufficit tibi gratia mea.

Corol. D. Thom. D. Aug. D. Leon. 2. Pet. 1. 2. Cor. 12.

Ad primum arg. à principio respõdetur, quod si comparatio esset in eodem genere argumentum esset euidens, cum tamẽ genus sit diuersum, licet gratia sit bonum particulare, & determinatum producibile instrumentaliter à creatura, est nihilominus, quid perfectius ente, vt sic producto per creationem cuius productionis, nulla creatura potest esse instrumentum, quia est terminans creationem, quantũcumque excellens cõsideretur manet in genere naturali, quo sine dubio perfectus est supernaturale genus in quo supremum opus, vt diximus est iustifitatio, eo, vel maxime, quod si creatura potest esse instrumẽtum iustificationis, non autem creationis, non ideò est, quia terminus creationis sit, quid perfectius, sed quia cum producatur ex nihilo, non potest intelligi actio creaturæ circa ipsum nihil, propter sui enim finitatem, & limitationem requirit subiectum in agendo, cum autem gratia licet perfectior sit termino creationis, supponat subiectum,

Ad 1. arg.

iectum, ex cuius potentia educitur hinc est posse creaturam assumi, vt instrumentum iustificationis, & causalitatis gratiæ, verbi gratia, in incarnatione licet sit opus omnium perfectissimum, potest fieri medio instrumento creato ratione prædicta. Ad
Ad 1. conf. confirmationem respondetur, esse aliquod simpliciter perfectius non summitur tantum ex modo, sed ex termino, creatio autem (vt dictum est) tantū ex modo est perfectior. Ad impugnationem huius respondetur, scientiam phisicam, non tantum esse perfectiorem, simpliciter quam opinio metaphisica ex modo tēdendi, sed ex obiecto formali: obiectum enim scientiæ phisicæ, vt scibile perfectius est, quam obiectum opinionis metaphisicæ, vt opinabile, licet materialiter obiectum methaphisicale opinabile sit perfectius obiecto phisicoscibili. *Ad 2. conf.* Ad secundam confirmationem respondetur, quod qui tenent illam opinionem communiter debent dicere creationem illius substantiæ, nō solum ex modo, sed etiam absolute ex parte termini esse perfectiorem, quam iustificatio, quod D. Thom. debeat intelligi, quod iustificatio est perfectior omni creatione secundū quid, quia probabilius est tamen (vt supra diximus) gratiam esse perfectiorem quacumque substantia creata, ideò dicendum est iustificationem absolute ex parte termini esse perfectiorem, quacumque creatione.

Ad 2. Ad secundum arg. resp. quod resistentia est duplex, altera positiua per dispositionem contrariā, altera negatiua per dispositionem ad formam producendam, loquendo de resistentia positiua, nulla est in creatione, cum fiat ex nihilo, reperitur autem in iustificatione, cum iustificandus sit conuersus ad oppositum bonum iustificationis, & sic debet intelligi D. Thom. loquendo autem de resistentia negatiua, maior est in creatione in qua nihil supponitur ad formam producendam, vnde maior elōgatio est ab illa, quam in iustificatione in qua subiectum supponitur cum potentia ad formam. Doctrina hæc colligitur ex D. Thom. in 4. dist. 11. quæst. 1. art. 3, quæstiun. 3. ad 2.

Ad 3. Ad tertium arg. cum sua confirmatione respondetur, probare gratiam esse perfectiorem quam glorificatio sumpta, solū pro visione, non autem prout dicit gratiā consumatam.

Ad 4. Ad quartum arg. respondetur, glorificationem, vt est dictum, pro visione non esse meliorem, quam iustificatio vnde magis tenetur redere gratias pro iustificatione in cuius maius bonum confertur, quam pro glorificatione. Dato tamen, quod glorificatio esset, maius bonum absolute non sequitur teneri ad ampliores gratias pro illo, quia quantitas gratiarum non attenditur ex quātitate absoluta doni, sed ex quātitate proportionis ad subiectum, vt plus tenetur redere gratias, qui recipit panem infame maxima, quam qui recipit margaritam, quia quantitate proportionis, tūc maius bonum est panis, cum ergo quantitate proportionis iustificatio sit maius bonū, magis gratus pro illa, quis debet existere.
2. Solutio. Vel secundo respondetur, quod ex quantitate doni sumitur quantitas gratiarum, non autem quantitas obligationis gratiarum, sed hæc sumitur ex quantitate proportionis. Itaque qui recipit maius bonū debet agere maiores gratias, & qui recipit minus minores, si tamen minus bonū proportione ad subiectum est maius magis tenetur redere gratias pro illo bono, quam teneatur redere maiores pro maiori bono: vnde ad argumentum conceditur sequela illius, & negatur consequēs esse falsum, & per hoc patet ad confirmationem.

Ad 5. Ad quintum arg. respondetur, quod si consecratio consideratur ex termino primario, & per se non est ita perfecta: sicut iustificatio, quia terminus per se primo cōsecrationis est humanitas, gratia autē perfectior est etiam humanitate Christi intra limites naturæ humanæ considerata. Si autem terminus consecrationis consideretur etiam ex adiunctis, & concomitantibus perfectior est consecratio, quam iustificatio, quia sic terminus consecrationis includit diuinam essentiam, & personā, &c. quæ sunt aliquid increatum. Hic autē (vt est dictum) loquitur de opere terminato precisse ad effectum creatum, qua ratione etiam incarnatio maius opus est, quam iustificatio, quia terminus incarnationis aliquid increatum includit, nempe verbum terminans naturam humanam. De visione autem beatifica, & maternitate virginis dicimus non esse adeò perfecta, sicut iustificatio, ad D. autem Thom. respondetur, illa quod est essequodammodo infinita, quibus Deus maius facere non potest in illo genere, vt non potest facere meliorem matrem, nec meliorem visionem, in alio tamē genere aliquid melius facere potest, & huiusmodi est iustificatio. Hoc insinuabit Christus Dominus, cum laudata esset mater eius amuliercula dicente beatus vēter, &c. respondit, quinimo qui audiunt verbum

bum Dei, &c. Videatur D. August. libr. de sancta Virginitate, cap. 3 vbi ait, quod Maria beatior est percipiendo fidē Christi, quam concipiendo carnem Christi.

Art. X.

Vtrùm iustificatio impij sit miraculosa?

1. Concl. PRIMA Conclusio, si miraculum sumatur pro eo, quod sit sola virtute diuina iustificatio est miraculum. Secunda conclusio, si miraculum sumatur pro eo quod est supra naturalem potentiam subiecti, iustificatio non est miraculum, quia in anima capacitas est ad gratiam. Tertia conclusio, si miraculum sumatur pro eo, quod sit præter consuetum ordinem iustificatio, vt communiter fit non est miraculum, vt autem fit aliquando, vt in Diuo Paulo miraculosa est.

2. Concl.

3. Concl.

Dubium.

Vtrùm iustificatio sit miraculum?

Arg. PROBATVR, quod sic iustificatio habet omnes conditiones miraculi: ergo est tale. Antecedens probatur, nā miraculum dicit primo, quod fit adquisitio alicuius formæ ad cuius contrariū subiectum habet naturalem ordinem, vt dicit Diuus Thom. quæst. 6. de potent. art. 2. & patet in cæco illuminato, sed sic est, quod iustificatio est introductio formæ ad cuius contrarium habet naturalem ordinem, & afectum subiectum: ergo miraculosa. Si tam minor probatur, nam subiectum afectū est ad peccatum, quod contrariatur gratiæ infusæ in iustificatione, secundo requiritur ad miraculum, quod forma introducta sit supra naturalem potentiam subiecti, vt dicit Diuus Thom. 3. contra gent. c. 161. sed gratia est supra naturalem potentiam subiecti: ergo introductio eius est miraculosa. Minor probatur, quia in anima non est potentia naturalis, sed tantum obediētialis ad gratiā, sicut & in cadauere ad formam viuentis, imò minor est potentia in anima, quam in cadauere ad formam viuētis, quia licet quantumad modum sit supernaturalis reunio animæ, quantum ad substantiam tamen forma introducta naturaliter proportionatur subiecto, infusio autem gratiæ, & quantum ad modum, & quātum ad substantiam supernaturalis est. Itē quia licet potentia proxima ad reunionem animæ sit supernaturalis, remota tamē naturalis est, & eiusdem ordinis, cum forma introducta, in infusione autē gratiæ, nec proxima, nec remota est naturalis, nec aliqua ex parte an mæ potest assignari eiusdē ordinis cum gratia: ergo minor est potentia ad gratiam, quam ad reunionē animæ, & consequēter infusio gratiæ erit magis miraculosa. Si respondeatur, quod licet inter animam, & gratiam sit minor proportio, quam inter cadauer, & animam, quia tamen reunio animæ non est ordinaria, nec frequens, coniunctio tamen gratiæ cum anima est ordinaria, ideo ista non est miraculosa, bene tamen illa. Contra arg. quia fieri aliquid frequenter non tollit rationem miraculi, probatur antecedēs in consecratione, quæ communis est, & nihilominus mirculosa. Itē in manna, quod quotidie pluebat, & nihilominus miraculose. Similiter in templo Hyerosolimæ, de quo dicunt Hebræi capere omnes ingredientes, absque numero, quod tamen erat miraculum, licet quotidianum. Itē quod dicunt de sanguine victimarum, quod aspersus non coinquinabat. Item, quod dicit glossa de petra percussa à Moyse ministrante aquam, quod sequebatur populum per desertum deseruiens illis, hæc omnia & quo idiana erant, & nihilominus miraculosa: ergo.

Solutio.

Impug.

Conclus. D. Thom. Conclusio tamen sit, quod infusio gratiæ prout communiter fit ex dispositione liberi arbitrij præcedente non est miraculosa. Hæc conclusio probatur primo ratione Diui Thom. ad secundum, miraculum est, quod contingit præter ordinem propriæ causæ, quæ nata est talem efectū producere, sed iustificatio non fit præter ordinem propiæ causæ, quæ nata est producere gratiam: ergo non est miraculum, minor patet, nam propria causa apta nata producere gratiam est Deus mediāte actu liberi arbitrij, vt dispositione, sed in iustificatione fit gratia à Deo, mediante actu arbitrij: ergo non fit præter ordinem propriæ causæ. Itaque sicut propria causa apta nata producere animam rationalem est Deus mediante dispositione corporis, vnde sic producere animam non est miraculum, ita cum propria causa gratiæ sit Deus mediāte dispositione arbitrij, quod sic fiat non est miraculum, esset tamen si produceretur à Deo, sine motu arbitrij, sicut si produceretur

duceretur anima, sine dispositione corporis, quia hoc esset præter ordinem propriæ causæ. Secundo probatur conclusio ratione D. Thom. incorpore, miraculum est quando non est potentia naturalis ad effectum productum, sed ad gratiam est potentia naturalis in anima: ergo infusio gratiæ non est miraculosa. Minor probatur, à D. Thom. ex illo D. August. posse habere fidem, & charitatem naturæ hominis est, hæc ratio D. Thom. demostratio est theologica si semel illa minor ostendatur vera, vnde in explicatione illius maxime laborant discipuli D. Thom. magister Medina, hic adhibet tres explicationes, quas in illo videri poteritis. Alij autem explicat, ideò in anima esse potentiam naturalē ad gratiam, quia in anima est naturalis appetitus ad beatitudinem, & ad media illius, appetitus autem naturalis esse non potest sine potentia passiua saltem. Sed hæc explicatio admittenda non est, quia supponit fundamentum in homine esse naturalē appetitum ad prædicta, quod late ostendi tur, 1. part. quæst. 12. art. 1. Alij explicāt nomine potentiæ naturalis potētiam obedientialem, vtique vt explicat differentiā à brutis in quibus nulla est capacitas ad gratiam, qua ratione, & respectu luminis profetici, & virtutum infussarum dicitur in homine esse potentiam passiuam naturalem, doctrina hæc colligitur ex D. Th. quæst. 12. de verit. art. 3. ad 18. & quæst. 1. de virtuti. art. 10. Legitima tamen explicatio est Ferrara, 3. contra Gent. capit. 101. & 156. & Cōrrado hic, quod anima dupliciter potest considerari, primo secūdum pure naturalis, & illa quæ ex pura natura eius consequuntur, secundo prout est eleuata ad finem supernaturalem, & positam in statu in quo supernaturalem beatitudinem, & media ad illam consequi possit si primo modo consideretur, certum est in anima, non esse potentiam naturalem ad gratiam, quia (vt dictum est) gratia supernaturalis extra totum ordinem naturę. Si autem secundo modo consideretur anima naturalem habet potentiam ad gratiā recipiendam, supposita enim eleuatione, & directione ad finem proportio est inter animam, & gratiam vt medium ad finem. Etsi arguas, quod etiam si homo supposita eleuatione iustitiæ originalis haberet immortalitatem, & plenam subiectionem appetitus ad rationem, quia tamen hoc non habebat ex propria natura, ideò semel amissa iustitia originali miraculū nōesse mori, & habere appetitum subiectum: ergo similiter etiam si ex eleuatione habeat proportionem, cum gratia semel gratia amissa miraculum erit habere, quod ex suppositione talis status, sibi conueniebat. Respondetur, quod amissa iustitia originali, non mansit ille status, vnde habere quod ratione illius status debebat conuenire miraculum esset, status autem eleuationis ad finem supernaturalem perseuerat, vnde habere, quod ratione istius status conuenit non est miraculū. Etsi rursus arguas, quia in peccatore status eleuationis nō perseuerat: ergo cōtingere in illo, quod cōuenit ratione talis status miraculū est, probatur antecedens, quia status eleuationis est per gratiam: ergo in quo non est gratia, non est status eleuationis. Resp. aliud esse eleuari ad finem supernaturalem, aliud vero esse in statu eleuationis, licet ergo eleuatio formaliter fiat per gratiam, quæ acceptatio est ad vitam æternam, esse tamen in statu eleuationis etiam est gratia secluſa, peccator enim in statu eleuationis est per ordinem diuinum tantum, & pactum semel positum, quod si mandata seruauerit vitā æternam consequetur. Adhuc tamen remanet difficultas qualiter potentia conueniens ex eleuatione sit naturalis: siquidem status eleuationis est supra naturam. Ad hoc respondet Caietanus, non esse naturalem, quia forma, vel dispositio ad formā educatur de potentia materiæ ab agente naturali, vtrumque enim tam gratia, quam eius dispositio ab agēte supernaturali producitur, dicitur autem naturalis, quia causatur media operatione ipsius subiecti recipientis, quod in resurrectione, non reperitur, quia subiectum mere passiue se habet in ordine ad agens supernaturale, qua ratione in illo dicitur pura obedientia, ratione autem actiuitatis in anima dicitur potentia naturalis, etiam si à supernaturali agēte forma introducatur, doctrina colligitur ex D. Thom. in 3. distin. 3. q. 2. & 3. part. quæst. 44. art. 3. ad 1. vel aliter dicitur, quod in resurrectione dicitur cōcurrere, tantum per potentiam obedientialē, quia non subijcitur agenti, quod solet talem formam producere, potentia enim in ordine ad agens, quod solet talem formam producere dicitur naturalis in ordine, autem ad agens superius, & in solitum dicitur obedientialis, quia ergo anima in recipiendo gratiam subijcitur agenti, quod solet, & debet producere talem formam, licet agens sit supernaturale potentia, qua illa subijcitur anima dicitur naturalis.

Ad argumentum à principio, respondetur,

1. Explicatio D. Tho. est Medin.

2. Explicatio.

3. Explicatio,

Vera explicatio est Ferra. Conrado.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Dubi.

Resp. Cai. D. Thom.

Ad arg.

pondetur, quod per peccatum non tollitur orde rationis ad bonum, neque inclinatio ad illum, quapropter non potest dici, quod gratia introducitur in subiecto habente inclinationem ad oppositum, sed potius ad ipsam, vnde introductio eius non est miraculosa. Ad reliqua, quę in argumẽto tanguntur dicitur rationem miraculi, non consistere in eo, quod semel, vel pluries fiat, vt in argumento patet, sed in eo, quod fiat à causa insolita præter potentiã naturalem subiecti, & inclinationem eius. dictum est autẽ hoc reperiri in resurrectione mortui non autem in infusione gratiæ, quæ à causa solita introducitur, secundum inclinationem subiecti, & potentiam naturalem eius ad modum explicatum, vnde iustificatio vt communiter fit miraculosa esse non potest. Si autem dicas, quod etiã cadauer habet inclinationem ad vnionem animæ. Respondetur, inclinari quidem materiam ad vnionem, non autem ad reunionem, quod solet dici inclinatur ad revnionem, quantum ad substantiam, non autem quantum ad modum secundum quod semel amissa, iterum per potentiã superiorem potest redire in quo miraculum consistit, sed de tali inclinatione cadaueris ad formam, videte Ferrariam, 2. contra gentes cap. 60. & hæc de tota hac quæstione.

Obiectio.

Solutio.

Quæst. 114. De Merito.

Art. I.

Vtrùm homo possit mereri aliquid à Deo?

1. Concl. PRIMA conclusio, hominis ad Deũ non potest esse meritum secundum absolutam æqualitatem iustitiæ. Secunda conclusio, hominis ad Deum potest esse meritum secundum proportionẽ quandam scilicet ex præsupositione diuinæ ordinationis.

2. Concl.

De hac materia non agitur speciali loco apud Magistrum, de illa tamen agunt Doctores, in 2. distin. 27. & 28. & alij in 1. distin. 17. inter agendum de charitate, alij in 3. distin. 18. agẽdo de merito Christi. Caietan. opusc. de fide; & operibus à cap. 5. vsque ad cap. 12. Soto, 3. de natura, & gratia, cap. 7. 8. & 9. Decanus Lobanensis, tom. 2. art. 11.

Not. 1. ex Soto, & Calepino. Pro intelligentia nominis meriti notandum est ex Soto, 2. de natura, & gratia cap. 7. & ex Thesauro linguæ latinæ, verbo meritum, & Calepino, quod in communi quadam acceptione meritum sumitur pro quacunque dignitate, vt dicitur aliquem mereri Episcopatum, vel pro quacunque æqualitate, siue fundetur in natura rei, siue inordinatione diuina, vt primo modo æquus dicitur mereri cẽtum auræos, & culpa primi parentis, secundo modo dicitur meruisse Christum Dominum. *D. Greg.* Sic enim ait Gregor. in benedictione cerei, ò felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Russas solet accipi meritum pro ipsa mercede, sic accipitur à Diu. Clemente Epistol. ad Iacobum fratrem Domini futurum seculum tempus meritorum est, in rigore autem latino meritum accipitur pro iure ad præmium, frequenter autem apud Theologos, vt dicit Vega de iustificatione, cap. 4. accipitur pro ipsa operatione in qua fundatur ius ad præmium obtinendum, & sic accipitur in hac materia, & licet operatio cui aliquid debetur, siue per modum præmij, siue per modum suplicij dicatur meritum, vt homicidium dicitur mereri suplicium suspendium, in præsenti tamen summitur in bonam partem pro actione, qua adquiritur ius ad præmium. *D. Clem.* *Vega.*

Secundo notandum est, quod operatio meritoria potest esse talis, vel intra ordinem naturæ respectu præmij naturalis, vel in genere supernaturali respectu præmij supernaturalis, vtroque ergo modo agit Diu. Thom. de merito, hic licet longiorem faciat sermonem de merito in ordine ad præmium supernaturalem. *Not. 2.*

Tertio notandum est, quod ad rationem meriti, vt patet ex D. Thom. supra quæstio. 21. art. 3. & 4. quatuor requiruntur, primo, quod sit operatio humana, & libera, quia necessarijs, nec meremur, nec de meremur, secundo quod sit operatio bona moraliter, nam prauæ, nõ debetur præmium, sed suplicium, tertio quod sit opus viatoris, nam in altera vita meritum locum non habet in cælo, enim recipiũt præmium in purgatorio autem, vel in inferno soluũt pœnas, nec ibi possunt mereri, nec de mereri, vt dicitur 2. 2. quæst. 18. artic. 3. & Eccles. 9. Mortui non habent vltra mercedem, ideſt opus cui merces debeatur, quarta denique conditio est esse opus ad alterum, nam debet esse opus iustitiæ, vt hic asserit Diuus Thom. & 2. 2. quæst. 58. art. 2. & Arist. 5. Ethicorum, cap. 1. *Not. 3. ex D. Thom.*

Definitio meriti. Ex dictis colligitur definitio meriti, quod sit opus bonum liberum viatoris ex

quo

quo adquiritur ius ad aliquam mercedem habendam. Per illam particulam opus, excluditur potentia, & habitus, & quodlibet principium operandi, solum enim in actibus formaliter est meritum, per illam particulam bonum, excluditur peccatum in quo non est meritum stricte, sed demeritum licet large; etiam in malis actibus respectu suplicij dicatur esse meritum. Vt notabit Vega de iustificatione, quæst. 4. & sic loquitur Iob 6. vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & ad Hæbr. 10. quanto maiora putatis mereri suplitia, illa particula liberum, excludit actus necessarios, & naturales, vt notat Soto 3 de natur. & grat. cap. 7. & 1. de nat. & grat. cap. 15. & 17. & Diu. Bern. serm. 81. super cant. & Arist. 3. Ethicor. cap. 5. & sic habet proloquium, quod naturalibus, nec meremur, nec demeremur, & hac ratione Diuu. Thom. hic ait in brutis meritum esse non posse, per illam particulam viatoris, excluditur status in termino, siue gloriæ, siue inferni, in quo meritū, nec demeritū esse potest. per illam particulam ex quo adquiritur ius, denotatur meritū esse ad alterum, quia apud se nullus meretur, vt patet ex Aristot. 5. Ethic. & Diu. Thom. 2: 2. quæst. 58. artic. 2. Item quod merito ex iustitia debetur præmium, hæc omnia amplius examinanda sunt.

Vega. *Iob. 6.* *Ad Hæb. 10.* *Soto.* *D. Ber.* *Arist.* *D. Thom.*

Dubium I.

Vtrùm homo simpliciter, & absolute possit mereri?

Arg. PROBATVR, quod nullo modo mereri possit, ex illo prophetæ, omnia opera nostra, tanquam panus menstruatæ, & ad Rom. 3. ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro, ad Timoth. 3. non ex operibus, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, &c. & Psal. 102. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Lucæ 17. cum feceritis, quæ præcipio vobis dicite serui inutiles sumus, ad Rom. 8. non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.

1. Sent. Pelagij. In hac re sunt duo errores extremi, primus est Pelagij asserentis viribus naturæ posse aliquem mereri vitam æternam simpliciter, & perfecte. Secundus error peior est Lutheri, qui consequenter loquens ad id, quod dixerat artic. 31. & 32. & 36. dicit in homine etiam suppositā gratia, nullo modo posse esse meritum, tum quia omnia opera hominis peccata sunt saltim venialia, tum etiam secundo, quia in omnibus operibus homo mere passiue se habet, & Deus omnia in illo, tam bona, quam mala operatur, & libertas est res de solo titulo, tum tertio, quia dato iustitia sit principium meriti solum, sequitur Christum Dominum omnia meruisse, in nobis autem meritum non esse, quia iusti summus Christi iustitia ab extrinseco, & nulla est in nobis inhærens.

2. Sent. Lutheri.

Conclusio tamen sit, de fide Catholica tenendum est homines in gratia posse mereri. Hæc est definita in Concil. Tridentin. session. 6. cap. 16. can. 24. & 32. & hoc late probat Soto, 3. de natur. & grat. cap. 7 & 8. Vega, lib. 15. super Tridentin opusc. de iustificatione, quæstion. 4. & 5. Castro de hæresibus, verbo meritum, Chitobeus in Antiluthero, capit. 27. insuper patet Ecclesiastici, 16. Omnis misericordia facit locum vnicuique secundum meritum operum suorum, iste locus adeò clarus est, vt Lutherus dicat hunc librum non esse cannonicum, quia vt ait Hieronymus in prologo Galeato inter Hæbreos hic liber non reperitur, fallitur tamen Lutherus, nam à temporibus Apostolorum habitus est hic liber, vt propheticus. Et sic receptus est ab Egisippo, & Hireneo, & reliquis vicinis Apostolorum, vt ait Eusebius, lib. 4. & Diuu. Augustin. 17. de ciuit. capit. 20. & Damasus Papa, libr. 4. cap. 18. & in Concil. 3. Cartagin. capit. 47. vt cannonicus aprobatur. Secundo probatur conclusio: in sacra Scriptura assignatur merces operum hominum: ergo talia opera sunt meritoria, consequentia patet, nam merces, & meritum dicuntur correlatiuæ, antecedens vero probatur, Marci. 9. si quis dederit potum aquæ frigidæ, &c. non perdet mercedem suam. 1. Chorint. 3. vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, Genes. 12. Merces tua magna nimis, & libr. 1. Paralip. cap. 15. Erit merces operi nostro, Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis, tandem habetur expræsse ad Hæbr. 13. Beneficientiæ, & communionis nolite obliuisci talibus enim hostijs promeretur Deus. Vltimo probatur, quia omnia quæ supponit Lutherus falsa sunt, supra enim ostensum est non in omnibus peccare hominem, sed bona multa facere posse,

Conc. *Trid.* *Soto.* *Vega.* *Castro.*

Egisippus *Hireneus.* *Eusebius.* *D. Aug.* *Damasus.* *Con. 3. Cartagi.*

1. Cor. 3. *Gen. 12.* *1. Par. 15.* *Matt. 5.* *Ad Hebr. 13.*

Item stem ostensum est non esse iustos extrinsice per gratiam Christi, sed per propriam inhærentem, tunc ostendimus qualiter homo sit liber & non passiue solum se habeat in suis operibus. Verum est tamen (vt ait D. Th.) huiusmodi rationem meriti non esse in homine perfectam, sed secundum quid, nihilominus propriè, & in rigore est meritum non (inquam) est meritum perfecte, quia nec facit Deũ debitorẽ, nec principium merendi quale est gratia, est ipsius hominis ex proprijs illius, sed misericorditer à Deo receptum, vbi ergo interuenit misericordia non est perfecta iustitia, & consequenter, nec perfectum meritum de cuius ratione est iustitia, est tamen meritum propriè, quia est æqualitas operis ad mercedem, & operi merces est debita ex iustitia, vt patet ex illo Pauli reposita est mihi corona iustitiæ. Itaque licet præmiũ de facto collatum excedat mensuram operis, quia Deus præmiat vltra condignũ est tamen assignare in præmio aliquos gradus adæqualitatem, & ex iustitia correspõdentes ipsi operi, vt si opus est, vt quatuor gradus, vt quatuor correspondet in corona ex iustitia, vt merces, licet super quatuor addat Deus alia duo, ex qualitate ergo mercedis ad opus propriè meritum est, quia tamen misericorditer principium meriti recipitur perfectum meritum, & rigurosum non est. Et frustra laborat Vazquez in oppositi probatione, tantũ enim probat veram, & propriam rationem meriti, & illud esse de condigno, non tamen illud simpliciter, & perfecte esse tale, nisi dicas per ly simpliciter intelligi absolute, & non perfecte, sic loquitur Suarez lib. 12. cap. 1. Et si contra arg. nam sequeretur etiam in Christo Domino non fuisse perfectum, & rigurosum meritum, quia nec facit Deum debitorem, & principium meriti, nempe gratia libere ei est collata, nec habet ex proprijs. Respondetur, Deum non fieri debitorem etiam Christi; nihilominus meritum eius perfectum est, quia principium meriti, scilicet gratia, licet nõ sit debita naturæ assumptæ, secundum se est tamen debita supposito operãti, quod meretur, & illam habet suppositũ ex proprijs, & licet gratia habitualis libere sit recepta, quia posset Deus etiam in Christo gratiam habitualem non causare, principium tamen sufficiens ad meritum ex dignitate suppositi etiam nõ stante gratia habituali necessarium est, & inseparabile ab illo.

Not. ex D. Thom.

Contra Vazquez.

Obiectio.

Solutio.

Ad arg. Ad arg. respondetur, quod Paulus loquitur de prima gratia, quæ sub merito nõ cadit, vel loquitur secundum D. Tho. hic & August. 5. de ciuit. Dei, cap. 18. de operibus prout ex facultate naturæ, sic enim nullius sunt meriti vitę æternæ, & secundũ hanc rationem dicuntur nonc ondignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, imò & menstruata appellantur non quia multa non bona sint moraliter, sed quia ad finem supernaturalem inutilia sunt, quapropter August. ait ægregia facta Romanorum vitam æternam non promeruisse, vel loquitur quo ad quantitatem, quia (vt infra dicetur) Deus præmiat vltra cõdignum, iuxta illud Sap. 3. in paucis vexati in multis bene disponentur, vel loquitur quantum ad durationem, quia meritũ est temporale præmium vero æternum, iuxta illud 2. Chorint. 4. quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis, vnde August. passim aiebat labor cum fine, præmium, sine fine, nisi dicamus loqui de operibus, quæ regulariter fiunt ab existente in peccato, vel de his, quę ex fine peccati procedunt. Ad locum autem Psalm. respondet D. August. lib. de correctione, & gratia, cap. 3 coronam vocari ex misericordia, quia principiũ totius meriti, nempe gratia misericorditer est collata, semel autẽ gratia posita, & pacto interueniente corona est iustitiæ ex vera ratione meriti, vel loquitur de corona secundũ superexcedentes gradus, dictum est enim Deum præmiare vltra condignum. Ad locum ex D. Lucare spondetur, quod sumus serui inutiles Deo, cui nihil acrescit ex nostris operibus, non autem inutiles nobis, quia vere meremur coronam per talia opera, iuxta illud Iob 35. Si iuste ægeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet, vel dicitur Christum non asserere opera esse inutilia, sed dicite inutiles sumus, dicit (inquam) ex humilitate, quam ibi docebat, vel loquitur de seruantibus præcepta comparatiue ad seruantes etiam consilia, iuxta illud 1. Chorint. 9. si euangelizauero non est mihi gloria, quia necessitas mihi incumbit (vtique per præceptum) ita D. Chrisost. hom. 22. super hunc locum, qualiter autem opera nostra ex gratia, sine meritoria de cõdigno, & de iustitia amplius tractabitur, art. 3. dub. 1.

Sap. 3.

2. Chor. 4.

Dubium II.

Vtrùm ad veram rationem meriti

meriti requiratur esse actū liberum?

Arg. 1. PROBATVR. quod non primo, supposita opinione probabili, quod detur pura omissio in indiuiduo ibi est ratio demeriti, & tamen non est actus: ergo non requitur esse actum ad rationē meriti, vel demeriti. Confirm. si Deus posuisset præceptū Angelo cessandi ab omni actu, tunc per solam cessationem mereretur: ergo non requiritur actus ad meritū.

Arg. 2. Secundo arg. non requiri actum esse liberum, Angeli vere meruerunt in primo instanti creationis, vt dicitur 1. part. q. 62. art. 6. & tamen tunc non habuerū perfectam libertatem: ergo. Probatur min. quia tunc non poterant peccare, quia peccatum tribueretur auctori naturæ, vt dicit D. Th. 1. part. q. 63. art. 5. ergo non erat in eis perfecta libertas. Hæc enim sufficit ad posse peccare. Si resp. fuisse libertatē, licet non perfectam, & illam sufecisse ad meritum: contra, sic se habet simpliciter ad simpliciter sicut magis ad magis: ergo si tunc fuit perfecta ratio meriti, sine perfecta ratione libertatis posset etiam esse meritum, sine libertate. Conf. gratia in Angelis correspondet eorum naturæ, quia iuxta naturalem capacitatem est collata: ergo similiter merita, quæ ex gratia procedūt, & consequenter libertas ad meritum non est requisita.

Arg. 3. Tertio arg. pueri qui moriuntur baptizati ante vsum rationis merentur vitam æternam, & qui ante baptismum demerētur illam in quibus tamen nulla est libertas, similiter Angeli, qui peccauerunt per naturalem amorem sui demeruerunt, cum tamen talis actus non esset liber, quia naturalis, similiter Dæmones, & animæ damnatorum demerentur, & peccant, quia operantur propter malum finem cui immobiliter adhærent, & tamen non sunt liberi, quia oppositum huius facere, non possunt: ergo.

Arg. 4. Quarto arg. satisfactio non requirit libertatem: ergo nec meritum, consequentia patet ex paritate rationis, antecedens vero probatur, in animabus inferni, & purgatorij, quæ satisfacientes non sunt liberæ, sed inuitæ detentæ.

Arg. 5. Quinto arg. qui coacte soluit debitū vere satisfacit ex iustitia, & coacte operanti merces est debita ex iustitia, vt si quis coacte ducat operarium in vineam: ergo ad rationem meriti, & iustitiæ reperitur in illo libertas, non requiritur.

Arg. 6. Sexto arg. meritum fundatur in diuina præordinatione, & pacto vt hic ait D. Tho. sed huiusmodi pactum potest esse cū operibus naturalibus, sicut cum libertate: ergo sine libertate meritum reperiri potest.

Arg. 7. Septimo arg. esse actum necessarium non tollit esse honestum procedentem ex ordine rationis factum in obsequium alterius, vt patet in dilectione beatifica: ergo non tollit esse meritorium, patet consequentia, nam opus honestum in obsequiū alterius meretur mercedem ab illo in cuius obsequium fit.

Arg. 8. Vltimo arg. Christus Dominus meruit per actum charitatis, & per actum obedientiæ moriendi, similiter beata virgo, & confirmati in gratia per implet ionem mandatorum, & tamen huiusmodi actus, non sunt liberi: ergo Probatur minor, nā actus charitatis in Christo procedit ex visione, & consequenter necessario, similiter vollitio moriendi necessaria erat præcepto suppositō, quia peccare non poterat & eadem est ratio de cōfirmatis in gratia.

Solutio. Si respondeatur, in Christo Domino fuisse duplicem actum charitatis alterum procedentem ex visione, quia erat beatificus alterum vero esse viatoris per primum nō meruisse, bene tamen per secundum. Con

Impug. tra arg. quia in Christo Domino tantum est vnus habitus charitatis: ergo omnes actus sunt eiusdem rationis, & consequenter si vnus non erat liber, nec alter. Et si ad

Solutio alia posita in arg. respondeatur, cum Diu. Tho. quæst. 19. de verit. art. 6. ad 1. quod aliquid potest esse determinatum dupliciter, primo secundum genus, secnndo secundum numerum, & indiuiduum. ea ergo ratione qua est determinatio tollitur libertas. quia ergo potest esse derminatio secundum genus, & non secundum indiuiduum, hinc est posse non esse libertatem in genere esse tamen in indiuiduo, Christus ergo Dominus secūdum genus determinationem habebat, quia sic poterat bonum, quod nullo modo malum, in indiuiduo autem, nullum opus erat respectu cuius determinationem haberet, sed quodlibet poterat facere, & non facere, & sic liber erat in quolibet oppere, & consequenter habebat, quod requiritur ad meritum in omnibus operibus, Contra arg. quia

Impug. huius operis in indiuiduo, quod est mori habebat præceptum, vt dicit Diu. Thom. 3. part. quæst. 47. art. 2. ergo in hoc opere in indiuiduo non erat indeterminatus,

nec liber, nam aliàs posset hoc opus non facere, & transgredi præceptum.

Sent. Almain. Holcoth. In hac re, Almainus in 3. distin. 18. & Holchet, in 1. distin. 1. & 17. & alij nominales, quos refert Vega, libr. 15. de iustificatione, cap. 17. tenent rationem liberi esse extrinsecam ad meritum, vnde (inquiunt,) quod ex pacto Dei per eius potentiam posset actus non liber esse meritorius.

Not. Pro intelligentia notandum, quod hic non loquimur de libertate communiter sumpta, vt opponitur tantum coactioni, qua ratione Scotistæ solent dicere amorem beatificum, & processionem filij, vel Spiritus Sancti esse liberam, quia spõte, & non coacte est à suo principio, sed loquimur de libertate in rigore, vt dicit in differentiam ad vtrunque vtrum hæc sit requisita.

1. Conc. Prima conclusio, necessario requiritur ad meritum actus, neque potest esse in pura omissione, sed in operatione, vel passione. Hanc insinuat Diuu. Thom. in art. illam tenet Durand. in 2. distinction. 35. ad 2. Vega, quæstion. 4. de iustificatione supra citato, & Suarez, libr. 12. cap. 2. estque communis, & probatur. Ad meritum requiritur relatio in vltimum finem (vt infra dicetur) sed talis relatio esse non potest absque omni actu: ergo. Probatur, quia nec formalis, nec virtualis ergo nulla, quod non formalis probatur, nam relatio formalis actus est, quod non virtualis etiam probatur, quia non potest esse relatio virtualis, nisi ratione alicuius actus præcedentis: ergo siue ad formalem, siue ad virtualem relationem actus requiritur.

D. Thom. Durán. Vega. Suarez.

2. Concl. Secunda conclusio, ad veram rationem meriti necessario requiritur actum esse liberum, vnde nec per potentiam Dei meritum proprie esse potest, sine libertate. Hæc cõcl. est adeo certa vt oppositum sit error in fide. Probatur, quia sic colligitur ex Concil. Triden. session. 6. capit. 3. vbi multa dicuntur contra Lutherum asserentem hominem mere passiue se habere in iustificatione, ex quibus dare colligitur requiri ex parte iustificati actus liberos, qui vt gratiam consequuntur habent rationem meriti. Habetur etiam Eccles. 15. Deus fecit hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij adiecit mandata & præcepta si voluerit mandata seruare conseruabunt illum, & 1. Chorint. 9. si volens, hoc ago mercedem habeo, & 2. Chorint. 9. non extristitia, aut necessitate, vbi nomine tristitia intelligit coactionem, & ad Philimo. nõ ex necessitate bonũ tuũ. Est etiam doctrina sanctorum, vnde Diu. Hiero. lib. 2. contra Iouinia. ait, vbi necessitas ibi corona non est. D. Hilar. libr. 1. de Trinit. statim à principio sic exponit illud Ioannis 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ait enim filios Dei esse nõ necessitatem esse voluit, sed potestatem, vt voluntas præmium sequatur. D. Bern. serm. 81. super sanct. statuit regulam generalem, quod vbi nulla est libertas nullũ potest esse meritum. Multa alia loca Sanctorum videantur in Zumel hic in Suarez tom. 1. 3. p. disp. 37. sect. 2. & in Soto, 1. de nat. & gratia, c. 15. & 17. & libr. 3. cap. 7. estque communis sententia scholasticorum expressa Diuu. Thom. & omnium eius discipulorum, & aliorum extra suam scholam cum Magistro in 2. distin. 27. & 28. immo & Arist. 3. Ethico, c. 5. Et ratione probatur primo, vt actus sit meritorius debet esse humanus, & moralis, sed sine libertate non est huiusmodi: ergo. Maior patet, nam debet esse actus hominis prout distinguitur a brutis, nam alias etiam in illis meritum esse posset, sed non est actus hominis, prout distinguitur a brutis, nisi humanus, & moralis: ergo. Minor vero principalis patet, nam liberum necessario præsupponitur ad esse actum humanum, & moralem. Secundo prob. ad meritum necessario requiritur ratio iustitiæ (vt dictum est,) per quã inducat obligationẽ in altero obligationis enim est capax, sed hoc sine libertate esse non potest: ergo. Prob. minor, nã ad hoc requiritur esse Dominum sui actus, aliquam obligationẽ inducit in altero pro illo actu, esse autẽ Dominum sui actus est esse liberum ergo. Secundo probatur eadem minor, vbi non est libertas non patitur iniuriam, vel iniustitiam: ergo nec iustitia reperit, patet consequentia, quia contrariorum eadem est ratio. Tertio prob. concl. præmiũ vt habeat rationem præmij debet conferri libere: ergo meritum etiam libere debet exerceri, patet conseq. quia meritum, & præmiũ dicuntur correlatiue. Vltimo probatur, meritum supponit actum esse laudabilem, sed si non est liber non est laudabilis: ergo. Probatur minor ex Arist. passim in libris Ethico. dicente non inproperandum esse alicui eo, quod sit cæcus, vel claudus, quia naturalia, & non libera, nec merentur laudem, nec vituperium, vnde apud ipsum est celebris sententia, quod naturalibus, nec meremur, nec demeremur.

Tri len. *Eccles. 15* *1. Cor. 9.* *2. Cor. 9.*

D. Hier. *D. Hila.* *D. Bern.* *Zumel. Suarez.* *D. Thom. Magister.*

Ad

Ad arg. 1. Ad primum arg. à principio resp. dato, quod esset pura omissio peccaminosa, nihilominus non posset esse meritũ in pura omissione, quia plus requiritur ad meritum, quam ad peccatum, meritum enim est de genere boni, peccatum autem est malum, quod ex quocunque defectu consurgit solutio est Duran. vbi supra. Secundo *2. Solutio.* resp. quod vt patet ex supra dictis, quod licet omissio in specie, non dicat actum in individuo, nequit esse, sine illo committãti, vel antecedenti, vt omissio imputetur, idem ergo requiritur ad meritum, quod in exercitio actus consistit habere actũ, vel *Ad conf.* concomittantem, vel antecedentem. Ad confirmationem respondetur, primo casum esse impossibilem moraliter, quod Angelus ab omni actu cesset, quapropter negamus possibilitatem talis præcepti præcepta autem non dãtur de impossibilibus. Secundo respondetur, quod si posito tali præcepto Angelus obediendo cessaret esset meritum in cessatione voluntaria per actum antecedentem, quo voluit cessare.

Arg. 2. Ad secundum arg. respondetur, quod sicut non habuerũt perfectam libertatem in illo instanti, ita nec perfectam rationem meriti, vnde seruatur proportio simpliciter ad simpliciter, sicut magis ad *2. Solutio.* magis. Secundo resp. quod licet in illo instanti non habuerint libertatem contrarietatis ad bonum, & malum, habuerunt tamen libertatem contradictionis ad facere, & non facere hunc actum, quæ libertas sufficit ad esse meritum in tali actu, qualiter autem habeat libertatem contradictionis, circa hunc actum supposito præcepto illius si non habet libertatem contrarietatis ad malum quale est actus oppositus præcepto statim dicetur circa meritum Christi, & confirmatorum in gratia. Ad confir *Ad conf.* mationem respondetur, Angelos quidem recepisse gratiam ex dispositione liberi arbitrij habita per auxilium supernaturale, quia tamen tale auxilium est collatum in proportione naturæ, licet non ex debito illius, ideò dictum est, recepisse gratiam iusta naturalia.

Ad 3. Ad tertium aliqui respondent paruulos quidem habuisse proprium demeritũ respectu damnationis, alienum autem me *1. Solutio.* ritum respectu glorificationis, quapropter respectu damnationis ponitur in eis proprium voluntarium causatum ex Adam in illis. non autem sic in iustificatis, qui solum gratiam à Christo habent receptam. Sed hæc solutio nulla est, quia si sit sermo de voluntario in actu in neutro reperitur: siquidem neuter voluntarij in actu est capax, si autem de voluntario in habitu, sicut manet in habente originale ex Adam per conuersionem habitualem dissonam voluntatis paruuli, ita manet in baptizato per conuersionem habitualem voluntatis in Deum prouenientẽ ex gratia causata à Christo sic habet gratia in baptizato rectificare potentias, sicut in non baptizato originale deordinare illas. Vnde secundo resp. in eis esse meritũ, sicut est voluntarium, quapropter sicut in eis non est voluntarium propriũ, sed alienum, ita non merentur ex proprio, sed ex alieno secundum. quod alterius sunt membra reputatur voluntarium alterius esse suum, & similiter meretur. Solutio est D. Thom. supr. quæstion. 15. articul. 7. ad 2. & 2. 2. quæst. 124, art. 1. ad 1. Ad illud de Angelis resp. non peccasse per actum naturalem, vt naturalis est, sed vt habet adiunctam omissionem voluntariam relationis talis actus in Deum. Ad illud de animabus respon. peccasse quidem, & libere, quia sine libero peccatum non est non tamen demerentur ratione status, quia in termino, & extra viam sunt constitutæ.

Impug. *2. Solutio ex D. Tho.*

Ad quartũ arg. resp. quod satisfactio *Ad 4.* quæ est pœna non est voluntaria, quia vt ait D. Thom. de ratione pœne est esse involuntariam, nec est eadem ratio demeritõ, quæ pœna esse non potest. Verum est animas purgatorij non suferre pœnas coactæ, sed voluntarie quatenus conformantur diuinæ ordinationi, semper tamen habent admixtum inuoluntarium, quo vellent tales pœnas non luere. Secundo melius resp. in animabus purgatorij, vel infer *2. Solutio.* ni. non esse satisfactionem propriè, & in rigore, sed proprio nomine vocari satispassionem, vocantur autem communiter satisfactio, secundum quod est reditio debiti, siue facta à debitore, quod requirebatur ad propriam satisfactionem, siue assumpta a creditore modo, non vellit modo vellit debito, quod extrahit a propria ratione satisfactionis.

Ad quintum arg. respondetur, quod *Ad 5.* qui coacte soluit facit iustitiam materialiter, quæ respicit æqualitatem rei, non autem formaliter vt iustitia dicit virtutẽ, sic enim dicit voluntarium cum omnibus suis bonis circunstantijs, ad meritum ergo nõ materialis iustitia sufficit, sed requiritur formalis, similiter dicitur de illo qui coactera pitur ad laborem, nihil mereri, si autem rapiens tenetur illi solutionem conferre nõ

est per modum præmij, sed per modum restitutionis, qua confert alteri, quod abstulerat, siue in propria, siue in æquiualenti specie, sicut qui coacte palium abstulisset.

Ad 6.

Ad sextum arg. respondetur, non sufficere pactum ad rationem meriti, sed requiri cõdignitatem moralem intrinsecam actus, quæ sine libero in actibus naturalibus non reperitur, de quo amplius infra.

Ad 7.

Ad septimum arg. respondetur, non sufficere quacunque honestatem, sed necessario requiri moralem liberam, quæ cũ in amore beatifico non reperiatur talis actus meritorius non est.

Ad 8.

Ex D. Th.

Ad octauum arg. respondetur Diuus Thom. 3. part. quæst. 19. art. 3. ad 1. certum esse, quod Christus meruit actu dilectionis, ut erat viatoris, non autem vt erat comprehensoris, restat tamen difficultas, quis nam actus comprehensoris erat? quis vero viatoris? Prima explicatio est, quod dilectio vt mensurabatur visione beatifica erat comprehensoris, vt autem mensurabatur, scientia infusa erat viatoris, ita Ferrara. 3. contra Gent. cap. 62. & Soto, 3. de natura, & grat. cap. 7. & Medina in propria materia, 3. part. qualiter autem idẽ habitus charitatis possit habere huiusmodi duplicem actum eiusdẽ rationis, & speciei, licet alter sit liber alter vero necessarius tractatur, 2. 2. quæst. 23. vbi ostenditur actum charitatis in via, & in patria esse eiusdem speciei, licet alter sit liber alter necessarius, quia ratio specifica in illis actibus sũmitur ab extrinseco ex habitu a quo procedunt, diuersa autem cognitio mensurans tales actus aqua prouenit libertas, vel necessitas habet se extrinsece, secũda explicatio est huiusmodi actum dilectionis posse considerari, secundum duplicem rationem primo vt terminatur ad Deum secundum se, secundo ad creaturas propter Deum, vel ad Deum, vt rationem diligẽdi creaturas, primo modo actus dilectionis erat necessarius in Christo, secundo modo liber, vnde secundo modo erat meritorius in Christo, non autem primo modo, sic explicat Magister Ioannes Vincentius in sua relectione, quæst. 5. artic. 2. ad 1. De alijs autem actibus in Christo impletiuis præceptorum, vt de volitione mouendi, &c. Aliqui moderni dicunt huiusmodi actus non fuisse meritorios quantũ ad substantiam, quia vt sic erant necessarij supposito præcepto ratione impeccabilitatis Christi Domini, fuisse tamen liberos secundum circunstantias, vel quantum ad maiorem, vel minorem intensionem, & sic fuisse meritorios. Hæc tamen falsissima sunt, nam est tollere à Christo Domino præcipuam rationẽ meriti, quæ in substantiæ actus consistit, & videtur dissonare ab illo Isai. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, vbi substantiam oblationis posuit voluntariam. Dicendum ergo huiusmodi actus fuisse liberos non libertate contrarietatis, sed libertate contradictionis, nõ enim poterat facere malum, poterat tamen facere hunc actum, & non facere illum. Et si dicas, quod non facere erat malum: ergo si non potest facere malum, non potest nõ facere illudopus, quia tunc ex libertate cõtradictionis sequeretur libertas contrarietatis. Respond. per distinctionem communem de sensu composito, & diuisso, Absolute enim, & in sensu diuiso potest non facere, quod sufficit ad libertatem contradictionis, in sensu tamen composito ex suppositione præcepti, non potest, non facere, qui tunc esset facere malum respectu cuius libertatem non habet. Ad illud autem de confirmatis in gratia moderni similiter respondebant, sicut de Christo habere, quidem libertatem respectu circunstãtiarum, vel intensionis actus, non autem respectu substantiæ illius ad quem omnino sunt determinati ex confirmatione dei. Fallunter tamen, quia substantia actus cadit sub præcepto respectu confirmatorum, & consequenter liberi sunt (necessaria enim non præcipiantur) & quia confirmatio in gratia non magnum esset priuilegium si defraudaret à merito principali correspondente substantiæ actus, & solũ relinqueretur locus merito minus principali ex circunstantijs. Alij vero respondent etiam sicut de Christo confirmatos in gratia habere libertatem contradictionis non contrarietatis, & hoc sufficere ad meritum in illis, falluntur tamen de omnibus enim etiam confirmatis, & præclaris viris canitur, qui cum potuit transgredi, non est trangressus. Respondetur, ergo per alteram distinctionẽ communẽ, quod in sensu composito non possunt nõ facere propter infallibilitatem cõfirmationis, absolute tamen possunt non facere, vnde absolute liberi sunt, & sic in suis operibus habent meritum. Secundo melius resp. cum Soto 3. de nat. & grat. c. 7. quod determinatio ad non peccandum potest esse per incapacitatẽ subiecti, vt in brutis, vel per donum intrinsecum per modum naturę, vt in beatis, vel tertio permanutenentiam extrinsecam, vt in confirmatis in gratia. Determinatio primo, & secundo om-

1. Explicatio ad Diu. Ferra. Soto. Medina.

2. Explicatio. Ioan. Vincen.

3. Explicatio moderno rum.

Impug.

Veræ explicatio.

Obiectio.

Solutio.

Sent. quo-dam moderno rum.

Impug.

De confirmatis sent. aliorum impug.

Vera respõsio.

2. Resp.

po

do tollit libertatem non autem determinatio. tertio modo. Et si quæras, qua ratione determinatio secundo modo (nam de primo non est dubium) tollit libertatem, non autem tertio modo. Dub.

Respondetur, quod quia determinatio luminis gloriæ est determinatio iudicij, in quo nullus relinquitur locus, vt appareat bonum facere oppositum ideò tollitur libertas, quæ indifferentia iudicij intellectus radicatur, vnde abinitio in eo beati impeccabiles sunt defectu libertatis prædictæ, confirmatio autem in gratia non tollit indifferentiam iudicij, sed illa stante, & consequenter libertate manente determinatur, vt hoc faciat infallibiliter, licet oppositum præcepti ex indifferentia iudicij, & libertate posset eligere, quod communiter de auxilio efficaci doceri solet, ponere quidem determinationem actus, non autem tollere indeterminationem potentiæ potest ergo confirmatus in gratia, quodlibet facere infallibiliter tamen impletionem præcepti facit, sic ergo talis determinatio libertatem non tollit, neque & meritum. Resp.

Dubium III.

Vtrùm requiratur, vt actio sit meritoria, quod sit bona, & honesta?

PROBATVR, quod non primo ex Diuu. Theodoret. lib. de edificatione virtutum, vbi dicit, quod si quis allat Virginem, propter charitatem, & simul gloriam hominum quærat, propter vanam gloriam, non perdit meritum charitatis. Et Diuu. Thom. similiter 2. 2 quæstion. 83. dicit, quod etiam si quis distrahatur in oratione, non perdit meritum illius ratione primæ intentionis, certum est autem orationem distractam esse malam saltim venialiter. Arg. 1.

Secundo arguitur, si actus est virtutis etiam si fiat ex vana gloria habet, vnde possit habere meritum: ergo. Probatur antecedens, ratio virtutis potentior est in bonum, quam malitia leuis interueniens sit in malum: ergo ratione bonitatis virtutis erit actus meritorius, & malitia venialis adiuncta non sufficit hoc destruere. Arg. 2.

Tertio arguitur, si quis pro Rege, vel Republica faciat opus eximium fortitudinis in vello, etiam si vana gloria misceatur illud opus est acceptum, & dignum præmio: ergo similiter apud Deum, qui maioris est misericordiæ in remuneratione bonorum. Arg. 3.

Quarto arguitur, si quis habeat actum contritionis, & dilectionis Dei, ex vana gloria: nihilominus recipiet gratiam: ergo tales actus sunt meri ordij gloriæ. Antecedens patet, nam non stat actus charitatis, & pœnitentiæ, sine gratia cuius sunt vltimæ dispositiones, consequentia vero probatur, quia vltima dispositio, secundum Diuu. Thom. licet prout antecedit, non mereatur gratiam, prout autem subsequitur illam meretur primam gloriam. Arg. 4.

Vltimo arguitur, qui accedit cum irreuerentia leui ad Eucharistiam: nihilominus recipit gratiam Sacramentalem, & fructum Sacramenti: ergo similiter culpa leuis ad mixta operi bono non tollit meritum eius, patet consequentia, quia non minor proportio requiritur actus ad Sacramentum, quam operis ad mercedem: ergo sicut culpa leuis non tollit primam proportionem, neque etiam secundam. Arg. 5.

In hac re Almainus lib. 5. moral. capit. 12 tenet hanc sententiam de actu exteriori, citat alios tenentes, idem de actu interiori, quod etiamsi sit malus dummodo malitia sit leuis est meritorius.

Pro intelligentia notandum primo, quod hic non quæritur de actu bono, vel malo ex obiecto, sed ex parte operantis, contingit enim vt bonum ex obiecto ex parte operantis sit malum, vt eleemosinam factam propter vanam gloriam, & quod malum ex obiecto sit bonum ex parte operantis, & mereatur in illo, vt si interueniat ignorantia inuincibilis, tunc enim actus ratione ignorantiæ malus non est, & consequenter debet esse bonus, qui in individuo, non datur actus indifferens. Not. 1.

Secundo notandum, quod actus potest esse malus, vel essentialiter ex obiecto, vel accidentaliter ex circunstantijs, quæ vel potest esse circunstantia finis, vel loci, vel temporis, &c. tunc vltra huiusmodi circunstantiæ possunt esse mortales, uel veniales, de mortalibus non loquimur: certum est enim auferre meritum, & ratione illius accionem mereri suplicium, sed loquimur de venialibus: vtrum interueniente malitia, veniali auferatur ratio meriti ab opere essentialiter bono. Not. 2.

Not.3. Tertio not.quod malitia illa venialis potest adiungi actui bono dupliciter: primo per concomitantiam vt actu bono præcedente subsequatur alius actus, quo dirigat priorem bonum in finem vanæ gloriæ, verbi gratia, secundo potest adiungi malitia, cum actu bono per identitatem, vt si eodem actu velit elimosinam, & vanam gloriam vnum, vt medium alterum vt finem, vt si eodem actu vellit elemosinam propter vanam gloriam.

Not.4. Quarto not.quod meritum est duplex alterum præmij temporalis alterum vero præmij æterni, & supernaturalis.

1.Concl. D.Thom. Prima concluſ.bene potest esse actus malus, & nihilominus meritorius præmij temporalis, Hæc est D.Thom.art.vltimo huius quæst.& August.lib.contra mendacium, c.15.& 16.& libr.quæstionum Exodi, quæst.1.& lib.5.de ciuit.Dei, cap. 2.& 15.estque communis sentẽtia Theologorum, & patet Exod 1.vbi Deus edificabit domos obstetricibus Hæbreorum pro mendatio vt liberarent filias Israel, super quem locũ videatur Gregorij glossa sic dicens, culpam mendatij tenuem compensationem accepit Item Ezechiel 29. Nabuchodonosor accepit Regnum Egipti in præmium tiranicæ oppressionis Tiri, & Romani, qui tiranicæ subiugauerant orbem acceperunt dominium illius in præmium administrationis iustitiæ, licet vsurpatæ. Et ratione Diuu. Thom. patet conclusio, nam bona temporalia sunt bona, secundum quid, quapropter indifferenter eueniũt bonis, & malis vt patet Ecclesiast.9.ergo sufficit meritum secundum quid ad illa obtinenda, tunc vltra, sed meritum secundum quid compatitur, cum actione mala, quia quod simpliciter est malum potest esse secundum quid bonum: ergo actio mala potest esse meritoria talium bonorum.

Exod. 1. *Ezec.29.*

2.Concl. D.Thom. Secunda conclusio, si malitia adiungatur actui bono concomitanter per aliũ actum distinctum dirigentem priorem bonum in malum finem non tollit rationem meriti præmij supernaturalis expreexistẽte opere bono. Hæc est D.Thom.2.2.q. 83.art.3.& in 2.dist.38.quæst.1.art.4. ad 4. Nauarro in cap. quando, notab.6.n. 36.& vtriusque Hugo super illud 1.Corint.13.quale vniuscuiusque opus sit ignis probabit. Ratione patet, actus prior simpliciter, & absolute est bonus: ergo meritorius, anteced. probatur, malitia tantũ est in secundo actu dirigente: ergo actus prior manet omnino bonus, istud antecedens probatur, quia malitia identificatur, cum actu illo: ergo actus secundus malus erit, & de meritorius, prior autem bonus, & meritorius.

Nauarro. *Hugo.*

3.Concl. D.Thom. Tertia conclusio, si malitia adiungatur actui, alias bono per identitatem, vt si eodem actu vellit elemosinam propter vanam gloriam talis actus nõ potest esse meritorius præmij supernaturalis. Hæc est communis Theologorum cum D Thom. in 2.dist.40.quæst.1.art.4.& 2.2.quæst. 33.art.2.ad 3.& quæst.83.art.5.& probatur Matthei.6, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, quia mercedem non habebitis, & subiungit de huiusmodi, amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Sic etiã docet Gregor.in parabola de decem virginibus, cauendum est (inquit) ne per hoc, quod rectum agitur fauor, aut gratia humana requiratur, & appetitus laudis subrepat propter quod a mercede vacuetur. Sic etiam Hieron.ad Galat.5.vbi dicit, martirium ex inani gloria, non mereri præmiũ sed pœnam. Et ratione probatur conclusio, ille actus simpliciter est malus, sed actus malus non meretur præmium, sed suplicium ergo Maior est D.Thom.supra quæstio 18.art.4.ad 3.vbi ait ad actionem bonam requiri omnem circunstantiam esse bonã, & quæst 19.art.7.repetit, ex quacunque mala circunstantia fieri actionem malam, quia secundum D.Dionis.cap.4.de diuinis nomini, malum consurgit ex quocunque deffectu bonum ex integra causa, minor autem patet.1.Corint.13.vbi cuicunque male operanti promittitur ignis.

Matth.6. *D.Hiero.* *D.Thom.* *1.Cor.13.*

Ad 1. Ad primum arg.à principio respondetur, D.Theodoretum loqui quando bonum, & malum adiunguntur duobus actibus. Ad D.Thom.resp.intelligendum de distractione naturali, tunc enim ratione primæ intentionis meritum non amittit, si autem distractio culpabilis sit meritum amittitur saltim pro parte, qua distractio correspondet.

Ad 2. Ad secundum arg.respondebat Alensis, vt refert Vega lib.11.in Triden.cap. 27.quod ille actus formalitate virtutis erat meritorius ratione vero malitiæ demeritorius, vnde simul ille actus meritorius, & demeritorius erat secundum diuersam rationem, sed hoc stare non potest, quia præmium, vel suplicium non correspondet actibus secundum precisiones tantum intellectus, sed prout in exercitio fiunt attentis omnibus circunstantijs, cum ergo ille actus, vt hic, & nunc sit malus, quia ma-

lum

lum ex quocũque effectu, simpliciter est demeritorius, vnde plus potest malum ad viciandum, quam bonum ad rectificandum, quia bonum debet esse integrum malum autem quodcumque sufficit.

Ad 3. Ad tertium arg. respondetur, vanam gloriam nihil conducere ad finem illius operis fortitudinis præstiti in obsequium Regis, quapropter ex illa vana gloria nõ perditur præmium à Rege, in operibus autem in obsequium Dei, quælibet deordinatio etiam venialis conducit ad finem operis, quapropter ratione illius perditur præmium propositum a Deo propter opus quod intendit fieri. vndequaque bonum.

Ad 4. Ad quartum arg. respondetur, quod licet in actibus intellectus etiam fidei sit probabile posse esse malũ venialiter, etiã si a propria virtute eliciatur, in actibus tamen voluntatis probabile, non est, quod actus malus etiam venialiter possit elici à charitate, vel pœnitentia, quapropter eo ipso, quod actus sint dispositiones gratiæ à charitate, & pœnitentia dimanantes boni sunt, vndequaque, & sic prout intelliguntur gratiam subsequi in genere efficiẽtis meritorij sunt vitæ æternæ.

Ad 5. Ad vltimum arg. resp. quod cum gratia Sacramentalis, non correspondeat operi, sed Sacramento, quia datur ex opere operato, hinc est quod licet interueniat opus malum dummodo non sit mortale habens rationem obicis gratia confertur ratione Sacramenti.

Dubium. IV.

Vtrùm vt opus sit meritorium requiratur necessario esse opus viatoris?

Sent. Magister. D. Bona. Gabriel. D. Thom. Caiet.

IN hac re Magister, in 2. dist. 11. à capit. 4. vsque ad 8. tenet Angelos beatos posse proficere per modum meriti, tam in beatitudine essentiali, quam accidẽtali, & quantum ad gloriam accidentalem, sequitur eum D. Bonauent. eadem dist. q. 2. art. 2. Gabriel ibidem, quæst. vnica, art. 3. dub. 1. imò D. Thom. in 2. dist. 4. quæstio. 2. a. 2. ad 2. & 4. & in 4. dist. 50. quæstio. 2. art. 1. quæstiunc. 6. & Caiet. quidẽ 1. part. quæst. 62. art. 6. & 2. 2. quæstion. 124. art. 4. dicit, quod licet Angelus beatus semel intellectus beatus non possit mereri suam beatitudinem essentialem, priori tate tamen naturæ potest præintelligi actio meritoria ipsius gloriæ posterius natura intellectæ.

Pro intelligentia notandum est primo, quod hic non loquimur de potentia Dei absoluta, sic enim posset Deus facere hominem, vel Angelum compræhensorem, & viatorem simul (qualiter erat Christus Dominus) qui posset mereri visionẽ semel acceptã, quæ visio ante meritũ tãtũ haberet rationem visionis nõ præmij. post meritum autem præmij, vt præmium correspondeat, vel posset esse vt visionẽ semel acceptam per modum transitus (qualiter fuit in D. Paulo viatore) mereretur vt fieret per modum habitus permanentis vel hoc posset esse, vt visionem semel acceptam in præmium operum præsentis vitæ ad augeret per merita alterius vitæ, loquimur ergo de potentia ordinaria secundum leges de facto à Deo que fixas. *Not. 1.*

Secundo notandum est, quod hæc quæstio in multiplici sensu potest procedere, vel respectu præmij essentialis, vel accidentalis, vel respectu proprij præmij, vel alterius potest etiam intelligi demerito de condigno, vel de congruo. *Not. 2.*

Conclusio, respectu præmij essentialis proprij secundum leges communes nullo modo potest esse meritum in beato, sed meritum talis præmij necessario debet esse in viatore. Hæc est de fide vt patet Eccles. iast. 11. si ceciderit lignum ad Austrũ aut Aquilonem in quocumque loco ceciderit ibi erit, quod intelligunt communiter sancti de sorte, semel acepta, quæ nunquam mutabitur, & Eccles. 9. quodcunque potest agere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapiẽtia est apud inferos quo tu properas. Videatur Hieron. qui hoc explicat de merito cui amplius locus non est in altera vita, & Ecclesiastici 11. facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas, & cap. 10. ante obitum operare iustitiam, & cap. 18. ante iudicium para iustitiam tibi. 2. Chorint. 5. dicit Paulus vnũquenque recepturum prout gesit in corpore. ad Galat. 6. monet vt operemur bonum, dum tẽpus habemus, & rursus, quæ seminaverit homo, hæc & metet, super quem locum videatur Hieron. dicens tempus seminandi esse præsentis vitæ. Secundo probatur ratione Christus Dominus, non meruit post hanc vitã; ergo nec alius, patet consequentia, quia hoc melius Christo deberet tribui, anteced. vero probatur Ioa. 9. me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est, venit nox quando *Concl. Eccl. 11. Eccles. 9. D. Hier. Eccle. 11. & 14. & 18.*

donemo potest operari. De hoc videatur
D.Thom. Diuu. Thom. 2.2. quæst. 13, art. 4. ad 2. & 3. 1. part. quæst. 50. art. 6. & quæst. 56. artic. 1. ad 3. & quæst. 57. art. 6. ad 1. & in 3. dist. 18. quæst. 1. art. 2. ad 2. & 3. & in 4. dist. 15. quæst. 4. artic. 6. quæst. 2. ad 3. vbi ostendit mortem Christi in facto esse, nec operâ per modum subsecuta fuisse meritoria. Tertio prob. ratione D. Thom. 1. part. quæst. 62. art. 2. terminus beatitudinis est à Deo præfixus: ergo vltra illum semel adeptum, non est crescere, consequentia patet, nâ motus mobilis cessat si semel perueniat ad terminum agentis præfixum. Antecedens verò probatur, quia diuina prædestinatione præfigit, & præparat vni cuique certum gradum gloriæ. Aliqui autem moderni, qui dicunt non esse præfixum ex diuina prædestinatione terminũ beatitudinis ante præuisionem meritorũ non sunt audiendi, nec modo impugnandi, sed suo loco, 1. part. quæst. 23. Etsi contra arguas, D. Th. assumere falsum, quod
Obiectio. mobile in termino amplius moueri non possit, quia oppositum apparet in cœlo, quod semper amplius, & amplius mouetur: ergo semel positus homo in termino beatitudinis amplius, & amplius semper
Solutio. moueri posset. Resp. ex Caiet. quod motus est duplex alter assecutibus perfectionis, alter vero consequens perfectionem adeptam, motus secundi generis nõ cessat in termino, cessat autẽ motus generis prioris, exemplum secundi est in motu cœli, consequente naturam, & perfectionem illius, exemplum autem prioris est in motu lapidis cessante centro semel adepto, ratio
Obiectio. ergo meriti est ratio motus aquisitiui. Etsi rursus arg. quia gratia in termino præfixo ex prædestinatione diuinâ potest augeri, quia vt patet ex Concil. Triden. sess. 6. cap. 10. & can. 24. & Clementina ad nostrum de hæreticis, gratia viatoris semper augeri potest: ergo similiter gloria, licet
Solutio. sit in termino præfixo à Deo augeri poterit. Respondetur, gratiam quidem viatoris in termino præfixo, non posse augeri in sensu cõposito suppositâ determinatione prædestinationis, in sensu tamen diuisso, & absolute posse augeri, cum sit gratia viatoris, gloria autem, nec in sensu composito suppositâ determinatione, neque etiã in sensu diuisso potest augeri, quia est in termino, vbi motus augmentabilis esse nõ potest, cum meritum (vt dictum est) habeat rationem motus in via. Itaque gloria beati, non posse augeri, non prouenit ex eo, quod sit in summo, alia enim alterius beati maior esse potest, sed prouenit ex eo, quod in tali gradu præfixo sit in termino intento à primo motore, sicut quantitas Petri (verbi gratia) quod amplius augeri non possit, nõ prouenit ex eo, quod sit in summo etiam illius speciei, cum sint alij homines maioris quantitatis, sed prouenit ex eo, quod est iam in termino intento agenerante, vbi iam cessat motus illius. Et si rursus arg. quia charitas patriæ perfectior est, vel non minus perfecta, quã charitas viæ: ergo si in via est meritoria, & habet virtutem augendi gratiam, similiter in patria virtutem habebit augendi gloriam. *Obiectio.*
Respondetur, quod licet sit maioris, vel eiusdem perfectionis, potest tamen in vno *Solutio.*
statu habere, quod non in alio, vt (verbi gratia) calor vt præcedit generationem ignis habet virtutem aquisitiuã ignis, prout subsequitur tamen formam generatam exornat, & perficit illam, non tamen virtutem habet adquirendi illam, similiter actus, vt præcedit habitum habet virtutem adquirendi illum, non tamen prout habitum cõsequitur, licet non sit minoris perfectionis actus subsequens, quam præcedens. Sic ergo charitas, vt antecedit gloriã habet virtutem adquisitiuam eius per modum meriti, non autem prout subsequitur gloriam, vt sic enim licet perfectior sit est in termino. Si tandem arg. quia in beatis potest *Obiectio.*
augeri cognitio: ergo & dilectio, quæ cognitione mensuratur, & consequenter maius præmium debet assignari de nobo adueniens tali dilectioni augtæ, primum antecedens patet in Angelis Isai. 63. quis est iste, qui venit de Edom, &c. vbi introducuntur interrogantes, & de nobo adiscentes misteria nostræ fidei, vt dicit Dionis. de cœlesti Hiera. cap. 7. de quo longum, D. Thom. 1. part. quæst. 117. art. 2. ad 1. Augustin. 5. super Genes. ad literam, c. 19. Respondetur, beatos quidẽ proficere pos- *Solutio.*
se in cognitione extra verbum in qua beatitudo non consistit, cognitio autẽ in verbo essentialiter beatificans illos immutabilis est, & huic correspondet dilectio, & consequenter, & ipsa dilectio immutabilis perseuerat. Vltimo probatur conclusio nam si beatus potest crescere in beatitudine, vel hoc est per tempus determinatum, vel per totam æternitatem neutrum istorum: ergo non primum, quia quaratione dicitur post illud tempus determinatũ amplius non augendam beatitudinem dicitur, & post tempus huius vitæ amplius augeri non posse? Non etiam secũdum, quia sic non esset determinatus gradus beatitu-

dinis

dinis ex diuina prædestinatione: siquidē quocunque dato amplius crescere potest, eo vel maxime, quia hoc esset auferre præcipuum, quod in beatitudine reperitur, nē pe quietudinem, si enim amplius crescere possent semper de suo augmento soliciti essent.

1. Corol. Ex dictis sequitur primo idem dicendum esse de præmio accidentali, quod dictum est, de essentiali illud beatos mereri non posse. Hoc etiam docet D. Thom. 1. part. quæst. 62. art. 9. vbi mutabit sententiam, quam loco sententiarum tenuerat, nam ad meritum siue præmij essentialis, siue accidentalis requiritur motus vitæ, & tendentiæ, quæ in beatis existentibus in termino non reperitur, licet ergo nouiter quotidie in beatis præmia accidentalia cō tingant, quia gaudium est Angelis super vno peccatore, &c. nihilominus illud præmium non correspondet (inquit D. Th.) alicui merito, tunc habito sed correspondet merito viæ ante consecutionem beatitudinis, licet paulatim, & successiue ex essentiali beatitudine. ista oriantur præmiū enim essentiale simul statim à principio confertur, accidentale autem etiam si meruerit illud expectatur in futurum conferendum, vt patet in gloria corporis, quę illius resurrectionem expectat.

2. Corol. Secundo sequitur idem esse dicendū respectu alterius, quod dictum est respectu sui, beatus enim alteri, nec præmiū essentiale, nec accidentale, nec de condigno nec de congruo mereri potest, quia meritum vt meritum (vt dictum est) importat motum ante deuentionem ad terminum in termino: ergo existens, nec etiam alteri mereri potest, quia ratione status meriti est incapax.

3. Corol. Tertio sequitur, idem dicendum esse de Angelis, & hominibus, quia vt dicit D. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 4. ad 2. & Apocal. 21, eadem est mensura hominum & Angelorum in statu beatitudinis, & natura eius, nec in Angelis potest fieri distinctio Caietani, quod actio vt natura præcedens beatitudinem possit esse meritoria illius, quia sic esset ponere illos comprehensores, & viatores simul, quod solum Christo Domino ex priuilegio concessum est.

4. Corol. Quarto sequitur, idem dicendum esse de operibus Christi Domini post mortem eius nullomodo, nec sibi, nec alijs meruisse. Et si obijcias ex glossa super ad Rom. 5. vbi ait ex vulnere lanceæ fluxisse Sacramenta per quæ saluata est Ecclesia, &

Obiectio ex gloss. Rom. 5.

D. Leo. Papa, epist. 4. cap. 6. dicit, tunc regenerationis potentiam sanxit, quādo de latere eius fluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis, & D. Aug. tract. 120. sup. Ioannē ait, ō mors vnde mortui reuiuiscunt, & Amb. lib. 10. sup. Lucā ait, ex illo incorrupto corpore licet defuncto omnium uita manabit aqua enim, & sanguis exibit, illa quæ diluat iste qui redimat: ergo post mortem intelligitur meritū in Christo Domino. Respondetur, hęc intelligenda, non de emanatione meritoria, sed cuiusdam virtutis efficientis collata Sacramentis ad iustificationem, sicut & resurrectio eius virtus est effectiua ad resurrectionem nostram, vel dici potest intelligenda de vulnere relato ad præcedentem voluntatem, quam viuus habuit, illa enim oblatio voluntaria vulneris inferēdi post mortem meritoria fuit. Si autem quæras vtrum possit concedi illo vulnere nos redemisse? Aliqui dicunt affirmatiue, quia vt illud vulnus dicatur redimere sufficit habere valorem. & rationem proprij. Nihilominus probabilius existimo, nec etiā habuisse rationem redemptionis si aprædicenti voluntate in vita separetur, nam vt opus sit redemptionis debet habere valorem moralem, & humanum, qui in vulnere post mortem non reperitur, quod ēnim illud vulnus ab anima separata à corpore oferatur non ponit in illo valorē humanum, & moralem cum anima illa sit extra viam, doctrina colligitur ex D. Tho. 3. part. quæst. 50. art. 6, ad 1.

D. Lec. D. Aug. Solutio. Dub. 2. Sent. 2. Sent. Verior D. Thom.

5. Corol. Quinto sequitur, idem dicendum esse de animabus purgatorij, quæ licet ad vltimum terminum non peruenerint sunt tamen iam extra viam requisitam ad merendum, propter quod recte dixit Damascenus, id esse Angelis meritum perfectum, quod hominibus est mors, nam sicut natura angelica petit vt per acto vno actu meritorio perfecto via eius consummetur, ita natura animæ est vt aduenientе morte via eius sit consummata, quia separata à corpore habet conditionem angelicam. Etsi dicas D. Th. in 4. dist. 21. q. 1. artic. 3. ad 4. animas in purgatorio habere meritum quātum ad remissionem venialis per actum cō tritionis, quem ibi habere possunt. Respō detur, loquutum fuisse iuxta sententiam cō munem sui temporis, vel dicitur non loqui proprie de merito, sed in lata aceptione quatenus mereri ab opere nostro impetratur, cum ergo remissio venialis fiat per actum feruorosum charitatis animarum dicitur illud mereri, licet propriè nō sit peccatum

Obiectio. Solutio.

catum veniale, nisi abolitum per cõtrariatatem actus, non autem per modum meriti, cum enim veniale fiat per tepiditatem charitatis opponaturque feruori illius posito feruore in anima purgatorij, veniale expellitur, tanquam per contrarium, non autem tanquam per meritum. Etsi rursus quæras vtrum satisfacere possit, iã quod non mereri? Resp. secundum sententiã aliquorum affirmatiue, quia opus illarum est acceptabile coram Deo ad remissionem culpæ in quo distingũtur à damnatis quorum supplitium ad remissionem non acceptatur. damnati ergo solum possunt satisfacti, in purgatorio etiam satisfacere. Sed melius videtur dicendum in purgatorio tantum esse satisfactionem, quia satisfactio sonat actionem liberam exibitam in purgatorio autem non libere, sed inuite patiuntur licet per patientiam diuinæ iustitiæ cõformentur, satisfatiuntur autem, quia per pœnam fit satis ad culpam, in inferno autem, licet fit passio, sed non satis, quia nũquam completur solutio: siquidem pœna æterna semper amplius, & amplius soluenda. Etsi rursus quæras: vtrũ animæ in purgatorio, licet sint extra viã meriti sui sint sufficienter in via ad merendum alijs? Respon. negatiue. tum quia eadem est ratio meriti sui, & aliorum (vt dictũ est) si enim alijs mereri possent etiam & sibi, quia semel posito statu merendi melius, sibi mereri possint: tum etiam, quia ibi agunt personam rei. non enim congruit agere personam intercessoris, qua propter inquit D. Thom. 2.2. quæst. 83. art. 4. ad 3. non esse fundendas præces ad animas purgatorij, quia non sunt in statu intercedendi, tũ etiam inquit D. Thom. quia tales orationes animæ non innotescunt.

Dub. *Resp.* *Z. Melin; resp.* *Dub.* *Resp.* *D. Thom.*

Vltimo sequitur, idem dicendum esse de Enoch, & Elia, siue sint in Paradiso vt multi tenent, siue alibi, vt Deo placuerit, licet enim mortui non sint ex priuilegio, tamen habent quasi statum mortuorum, vnde sicut iam amplius ex tali priuilegio peccare, non possunt: ita nec mereri quia si tanto tempore meriti essent capaces plus vtique profeciissent in merito, quã beata virgo. Verum est tamen, quod quãdo redierint ad prædicandum contra Antichristum redibunt etiam ad statum merendi, & cessabit priuilegium, vnde maximum meriti matirij erit in illis mori pro Christo. Etsi contra omnia dicas, quod beati orant in patria pro nobis, & Christus Dominus similiter iuxta illud, aduocatum habemus apud patrem, & orationem obtinent, quod postulant. Respondetur, orationem consequi appetitum per modũ impetrationis cui ex liberalitate Deus arridet, nõ autem per modum meriti, quia ibi non habet locum. *Solutio.*

6. Corol. *Obiectio.*

Dubium. V.

Vtrùm ad rationem meriti requiratur, & operis condignitas, & Dei pactum interueniens?

IN hac re est prima sententia, principium meriti de iummi ex Dei pacto, itaque, nec summitur ex eo, quod est procedere à gratia, vel auxilio, sed ex pacto, & promissione Dei, verum est requiri operantem esse in gratia opusque ipsum esse bonum, quod tamen formaliter constituit esse meritorium est pactum interueniens: adeò vt si pactum accederet operi tantum moraliter bono à gratia non procedẽti eadem ratione esset meritorium, atque modo est opus à gratia procedens, quia id tãtum habet rationem pacti. Hãc tenet Scotus, in 1. dist. 17. quæst. 2. Gregor. quæst. 1. art. 2. Gabr. quæst. 3. art. 3. dub. 2. & in 2. dist 27. quæst. 3. art. 3. dub. 2. & in 4. dist. 49. quæst. 4. art. 2. concl. 3. Ocham, in 1. dist. 17. quæst. 2. Marsil. in 2. distin. 17. art. 3. concl, 1. Castro lib. 10. de hæresibus, verbo meritum, Vega opusc. de iustificatione, quæst. 5, ad 1. & 3. & alij multi quos referunt Vellarm. lib. 5. de iustificatione, cap. 12, & Zumel, & Vazquez hic. 1. *Sem.* *Scotus.* *Greg.* *Gabriel.* *Ocham.* *Marsil.* *Castro.* *Vega.*

Hæc sententia probatur primo ad Rom. 8. non sunt condignæ passiones huius temporis, &c. 2. Chorint. 4. quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur, ponit enim distãtiam inter opera, & præmiũ quanta est inter momentaneum, & æternũ leue, & magni ponderis, & sic videtur excludere condignitatem operis, & sic tantum reducendam ad Dei pactum, quod clarius 2. ad Thimot, 2. si nos negauerimus ille fidelis per manet se ipsum negare nõ potest. Ad Hæbr. 10. Fidelis est, qui repromisit, ad Titum 1. secundum spe vite eternæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Confirm. ex Concil. Trid. sess. 6. capit. 6. & sess. 14. cap. 8. & in cano. 26. sessionis *Arg.* 1. *Rom.* 8. 1. *Cor.* 4. 2. *Tim.* 2. *Ad Hab.* 10. *Ad Titum* 1. 1. *Conf.*

nis 6. prædictæ, vbi meritum operis reducitur in Dei misericordiam, & pactũ eius, & gratiam Christi, quia vt subdit Concil. ex Apostolo non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Confirmatur secundo, ex locis sanctorum. Athana. in vita Antonij ait, nec in vniuerso orbi renũtiantes dignũ aliquid habitaculis possumus compensare cælestibus. Idem Emise. homil. 3. ad Monachos. August. Psal. 93. & serm. 16. de verbis Apostoli ad Dei misericordiam, & pactum eius reducit meritum, vnde ait aliter nos dicere Deo debes mihi, atque hoc dicere homini, Deo dicimus debes, quia promisisti, vnde possumus exigere, quia promisisti, & quia fecimus, quod iussit, & lib. 1. confess. cap. 4. de Deo ait, redit debita nulli debens. Ansel. in prologo, cap. 10. & 11. dicit Deum iustum, quia reddit non quod debet, sed quod decet. Idem Bern. serm. de Annunt. & D. Tho. ex præsse hic dicit meritum reduci in Deum ex præsupositione ordinationis illius, & si in art. 3. sequenti dicit opera eo ipso, quod à gratia procedant sunt meritoria non intendit excludere pactũ imò nomine gratiæ non iustificãtem, sed gratuitam ordinationem intelligere possumus, vnde subdit, quod opus secũdum substantiam, & secundum quod procedit à libero arbitrio non habet condignitatem vitæ æternæ: certũ est autẽ, quod secundum substantiam actus consideratur à gratia, & arbitrio procedens: si ergo quoad substantiam dicit non habere condignitatem intendit, nec habere illam, nec ab arbitrio, neque vt gratia iustificante, sed solum vt ex pacto, vnde ad secundum ait reduci ad Dei misericordiam.

Confir. 2.

Secundo arg. ratione ad meritum requiritur iustitia (vt dictum est,) sed opus meritorium non habet rationem iustitiæ, nisi ex pacto ergo ratio meriti ex pacto procedit. Probatur mi. primo, quia secluso pacto nulla est æqualitas operis ad mercedem, merces enim magna nimis, maxime loquendo de obiectiua, quæ est ipse Deus per omnia infinitus opera autem, quod minus simum sunt in infinitum inferiora ipsi mercedi. Secundo probatur eadem. mi. Deus non manet obligatus ex vi operis, quia posset illud exigere multis alijs titulis, nihil retribuendo pro opere, sed tantum manet obligatus ratione suæ promissionis, & pacti: ergo iustitia in pactũ tantũ reducitur, patet cõseq. nãde ratione iustitiæ est ratio debiti: ergo si debitum reducitur in promissionem, & non in opus meritoriũ includens iustitiam in promissionem reducitur vt aqua habet rationem meriti mendicare.

Arg. 2.

Tertio arg. illa est ratio formalis alicuius, qua posita ponitur res, & qua ablata aufertur, sed ordinatio, & pactum est huius modi respectu meriti, ergo est ratio formalis constitutiua illius. Probatur min. quia opera Enoch. & Eliæ, & animarum purgatorij, & eorum qui sunt in cœlo à gratia procedunt: nihilominus meritoria non sunt defectu ordinationis, & pacti: si autem pactum adesset meritoria essent: ergo pactum est ratio formalis constitutiua meriti. Confirm. quia si Deus ab operibus existentium in gratia remoueret pactum non essent meritoria, & si operibus præintellectis ad gratiam habitualem Christi Domini applicaret pactum mereretur gratiam ipsam habitualem: ergo pactum accedens constituit meritum, pacto autẽ semoto meritum stare non potest.

Arg. 3.

Quarto arg. ratio meriti est aliquid rationis: ergo non consistit in aliquo valore intrinseco reali operis, sed summitur ex aliquo extrinseco quod non erit, nisi ordinatio, & pactum, antecedens prob. quia ad rationem meriti requiritur esse opus viatoris, esse autem viatorem aliquid rationis est prouenies ab extrinseco statuto determinante viam per tale tempus. Item meritum dicit fieri in obsequiũ alterius, quod similiter aliquid rationis est, cõsistit enim in extrinseca ordinatione agentis, & benebola receptione illius cui actio defertur. Item, quia eadẽ actio, sine mutatione reali potest transire ex meritoria inde meritoriam, vt patet ex comestione carnium feria quinta, vsque ad sextam: ergo aliquid rationis est ratio meriti. Item ratio meriti summitur ex dignitate personæ in Christo Domino, & ex valore gratiæ in nobis: ergo non est aliquid reale in ipsa actione, sed denominatio extrinseca, gratia enim, vel persona extrinseca est actui. Itẽ, quia ratio meriti summitur multoties ex aliquo rationis: ergo & ipsa est aliquid rationis, antecedens patet in actu obedientiæ, vel humilitatis quo quis se subdit Prælato, vel Regi cum esse Prælatum, vel Regem (a quo actus subiectionis habet meritum) sit aliquid rationis.

Arg. 4.

Secunda sententia est in alio extremo opera bona, eo ipso, quod a gratia procedant secluso quocunque pacto vel promissione habere rationem meriti per intrinsecum valorem, & condignitatẽ operis ad mercedem

2. Sent.

mercedem intantum, vt ex pacto nihil valoris operi acrescat. Hanc tenet Vazquez hic disp. 214. c. 4. & ipse dicit imo & Caietan. & Contra. hanc esse sententiam Diu. Tho. art. 3. sequenti, tenet illam idem Caiet, tomo. 3. opusc. tract. 10. cap. 9. Capre in 2. dist. 27. quæst. 1. artic. 3. ad 3. & ad 4. & 5. Ricard. eadem dist. art. 2. quæst. 3. Driedo lib. de captiuitate, & redemptione generis humani, tract. 2. part. 3. art. 3. propositio. 6. Soto 3. de nat. & grat. cap. 7. Ioannes Vincentius lib. de gratia Christi, quæst. 5. pag 40. & quæst. 6. pag. 766 Isti tamen auctores non eadem via procedunt. Aliqui enim sic excludunt pactum, quod neque explicitum, nec implicitum, nec ad rationem essentialem, neque ad cõplementum dicant pertinere. Alij dicunt quod licet pactum explicitum, neque ad essentiam, neque ad complementum requiratur, bene tamen pactum implicitum. Alij dicunt pactum explicitũ requiri ad cõplementum non tamen ad essentiam. Quatenus autem omnes isti conueniunt in exclusione pacti à ratione formali meriti, eorum sententia.

Vazquez. Caiet. Conrado. Capreo. Ricaráus. Driedo, Soto. Ioan. Vincen.

1. Arg. pro hac sent.

Probatur primo, regnum cælorum ponitur vt venale, sed emptio, & vẽditio cõsideratur ex intrinseco valore precij ad rem empram: ergo opera per intrinsicum valorem sunt meritoria vitę eternæ. quam mercantur. prob. min. namquod est ex pacto, vel promissione vltra ualorem intrinseum precij pertinet ad fidelitatem, vel liberalitatem, non autem ad rigorem emptionis, & venditionis, quæ valorem reitãtum considerat, maior vero prob. ex Clement. Alex. in Paralitico, & Basil. in homil. quam ponit in initio Prober. & Augustin. serm. 22. de verbis Apostol. & in Psal. 163. & 93. & Chrisost. homil. 9. de pœnitentia, & hom. 62. in Matth vbi elegnter ostendunt opera nostra habere rationem precij, & multa vtilia docent de eleemosina, qua mercatur regnum cœlorum, imò & illa maior habetur Matth. 20 in parabola vineæ in illis verbis, ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis, vbi supponit mercedem cõferendam iuxta valorem operis, & laboris.

2. Arg.

Secundo arg. seclusso omni pacto, & promissione saluatur ratio meriti: ergo nõ requiritur formaliter ad illud, consequentia patet, & antecedens prob. in oratione beati Stephani meritoria conuersionis Pauli, & in oratione sanctæ Monicæ meritoria conuersionis Agustini, & in oratione iustorum meritoria conuersionis peccatorũ, quibus tamen nullum pactum adest vt illa oratione stante talis effectus subsequatur.

3. Arg.

Tertio arg. opera mala ex seipsis, sine pacto merentur damnationem: ergo & opera bona, sine pacto merentur præmium, patet consequentia, quia non minus opera bona, dicunt ordinem ad præmium, quam mala ad suplicium, antecedens vero prob. quia communiter dicitur Deum punire vltra condignum: ergo talia opera merentur (v. g.) suplicium vt sex etiam si tantum conferatur, vt quatuor, tunc vltra illi duo gradus suplicij non inflicti sunt meriti. quia alias non diceretur punire citra, de illis autem duobus gradibus pactum non est, quia si esset infligerentur ne pactum falax esset: ergo secluso pacto ratio meriti ad suplicium reperitur. Confir. si Deus *Conf.* facerer pactum puniendi peccatum veniale in æternum non diceretur veniale mereritale suplicium, sed Deum pro sua voluntate, vt Dominum creaturæ de qua potest disponere inferre illud ergo pactum non constituit rationem meriti. antecedens prob. quia cum veniale non separet ab æterno bono non meretur æternum suplicium: ergo etiam interueniente pacto diceretur suplicium contingere ex Dei voluntate, non autem ex merito operis. quia pactum operis naturam non mutat.

4. Arg.

Quarto arg. multoties ponitur pactũ, & non ponitur meritum: ergo pactum nõ constituit rationem meriti, antecedõs prob. nam aliquibus operibus præcedentibus gratiam factis ab existente in mortali in quibus nulla ratio meriti potest reperiri adiungitur pactum conuersionis, & collationis gratiæ vt communiter tenent Theologi, vt dicit Magister Bañez 2. 2. quæst. 32. art. 4 dub. 1. concl. 6. & vt docet Caietan. Matth. 6. in illa verba si dimiseritis dimittemini, dimissioni adiunctum est pactum dimissionis, & Matth. 5. dicitur, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, & Hebreo 13. beneficentiæ. & cõmunicationis nollite obliuisci talibus enim hostijs promeretur Deus. quod explicat glossa de adeptione iustificationis, videatur D. Augustin. 10. de ciuit. cap. 5 Si resp. non sufficere pactũ ad meritum, licet sit ratio formalis, & principalis illius, sed requiri vt conditionem actionem alias esse bonam factam ab homine existente in gratia, quæ conditio deficit in operibus prædictis, quapropter etiam si sit pactum non est meritum. Contra arg. nam Genes. 22. promisit Deus Abrahæ

Matth. 6.

Matt. 5.

Ad Hab. 13.

Solutio.

Impug. Gen. 22.

brahæ incarnationem Verbi propter opus Abrahæ, vnde dicitur, quia fecisti rē hanc benedicentur in semine tuo omnes gētes, & tamen in tali opere non fuit meritum incarnationis de condigno, vt dicitur. 3. p. quæst. 2. art. 10. ergo pactum adiuntum etiam operi existentis in gratia non est ratio formalis meriti illis, consistet ergo in proportione intrinseca ipsius operis defectu cuius huiusmodi opera etiam si ex pacto non fuerunt meritoria incarnationis.

1. Arg. Quinto arg. opera ex gratia procedētia secluso pacto habent supernaturalitatem, & proportionem cum premio: ergo secluso pacto sunt meritoria illius, patet cōsequentia, nam ratio meriti supernaturalis & bonitate, & proportione supernaturali sequitur, sicut meritum naturale ex bonitate. & proportione naturali, bonū enim vt bonum includit meritum, vt dicit D. Thom. supra. q. 21. art. 3.

6. Arg. Sexto arg. existens in gratia, eo ipso, est filius Dei: ergo, & hæres vitæ eternæ, secundum illud Rom. 8. si filij, & hæredes, & ad Galat. 4. ergo si secluso pacto intelligitur filiatio consequenter, & ius hæreditatis, quod nihil aliud est, quam ratio meriti.

7. Arg. Septimo arg. si ratio meriti consisteret in pacto non posset esse meritum stante ignorantia pacti, sed etiam si quis pactū diuinū ignoret; nihilominus si existat in gratia per opera procedentia ab illa meretur: ergo meritum non consistit in pacto, maior patet in contractibus humanis, qui ex eo, quod in pacto consistunt pacto ignorato contractus non valet. Minor probatur, quia per opera bona iusti multa merentur. cum tamen pactum illorum ignorent, non enim iustus scit, quando operatur omnia conferenda pro illo opere maxime loquendo de præmio accidentaliter ergo non potest scire pactum illorum, quomodo enim sciet pactum illorum, quæ nō scit esse conferenda.

8. Arg. Vltimo arg. ratio alicuius non potest essentialiter consistere in aliquo præuio, vel omnino subsequenti ad ipsum, sed præeedit actionem, acceptatio subsequitur illam: ergo ratio essentialis meriti operis nō consistit in promissione, vel acceptatione. Maior patet, nam essentia rei debet esse intrinseca illi: ergo non potest consistere in aliquo præuio, vel omnino subsequenti, quia hæc sunt extrinseca.

3. Sent. Tertia sententia est rationem essentialem meriti consistere in bonitate intrinseca operis, quam habet ex dimanatione à gratia, & charitate: pactum vero esse conditionem, sine qua non, quia cum opus etiam bonum, & à charitate posset alijs titulis à Deo exigi si pactum de mercede redē da non interueniret meritum, & iustitia ad ipsum requisita non consisteret, qualiter enim ex iustitia exposcere posset mercedem pro opere, quod aliàs tenebatur facere. Hæc est communis inter Thomistas.

Nota. Pro resolutione notandum est, quod de præmio possumus loqui, dupliciter primo secundum gradus correspondentes valori operis, secundo secundum gradus correspondentes operi ex pacto, dicitur enim communiter, quod Deus præmiat vltra cō dignum, nimirum quod si opus valet, vt quatuor ex pacto Deus confert præmium vt sex: præmium ergo est vltra condignū pacti, poterit ergo loqui de præmio precisso secundum gradus, vt quatuor correspondentes operi ex propria ratione, vel de præmio secundū gradus, vt sex, vt correspondet operi ex adiunctione pacti.

2. Concl. D. Thom. Prima conclusio, opera iustorum, eo ipso, quod sunt à gratia, & charitate secluso promissione, vel pacto habent intrinsecum valorem, & condignitatem ad vitam æternam. Probatur Ioan. 4. Vbi gratia dicitur fons aquæ salientis in vitam æternā: nimirum quia opera ex gratia procedentia vitam æternam, per valorem, & cōdignitatem habent attingere, & Matth. 20. Vita æterna comparatur denario collato mercenario pro labore operis: ergo opera condignitatem habent ad vitam æternam sicut opus mercenarij ad denarium laboris, & ad Rom. 6. dicitur gratia Dei vita æterna, quod ideò dicitur, quia vt dicit D. Thom. art. 3. sequenti ad 3. gratia est semē vitæ æternæ, sicut ergo semē habet intrinsecam proportionem cum arbore nata ex ipso: ita gratia, & opera eius intrinsecam proportionem habent cum vita æterna aliàs similitudo non tenet, quia licet locutio sit methaphorica, non tamen hoc tollit veritatem proportionis, vt volebat Durandus. Item 2. Chorint. 1. signabit nos, & dedit nobis pignus, vbi nomine pignoris intelligit gratiam, & ad Ephes. 1. quod est pignus hæreditatis nostræ, super quē locum D. Tho. dicit pignus appellari gratiam, quia tantum valet quantum gloria, & hæreditas cuius est pignus. Item Ioan. 1. dicitur gratiam pro gratia, id est, gratia cō sumata, quæ est gloria pro gratia viæ, quæ est gloriæ incohatio, vt exponit August. Epist. 105. & lib. de gratia, & libero arb. cap. 9.

Ioan. 4. Matt. 20. Rom. 6. D. Thom. metaphorica 2. Chor. 1. Ioan. 1. D. Aug.

capit. 9. & hæc est expressa sententia D. Thom. in præsenti, & art. 3. sequenti, opera gratiæ ex eo, quod gratiæ habere condignitatem cum præmio. Secundo probatur ratione, constituere rationem formalem meriti in solo pacto, vel extrinseca Dei ordinatione est conuenire in sententia hæreticorum; vel maxime fauere illâ: ergo id non est asserendum. Antecedens probatur, nam hæretici ex sola Dei ordinatione, vel valore extrinseco iustitiæ Christi dicunt opera nostra esse meritoria, quæ aliàs ex se, & ex proprijs erãt peccata: ergo ponere rationem meriti in solo pacto est hæreticis fauere. Nota tamen non ideò prædictam sententiam esse hæreticam, nam hæretici asserunt omnia opera nostra ex se esse peccata, solum autem meritoria ab extrinseco, prædicta autem sententiâ fideliter asserit multa bona opera esse ex se, & requiri talia esse, vt sint meritoria, dicit tamen rationem meriti superuenientem bonitati operis desummi ab extrinseco pacto. Diximus ergo fauere hæreticis, quia in assignanda præcipua ratione meriti conuenit, cum illis, licet in materiali actus: vtrum debeat esse bonus, vel malus ex se, de quo loquitur fides disconueniat ab illis. Tertio prob. homo in puris naturæ per opera moraliter bona haberet condignitatem intrinsecam ipsius operis, cum sine naturali etiam secluso pacto: ergo similiter opera gratiæ ex se habent intrinsecam condignitatem, cum sine supernaturali, patet cõsequentia, quia sic se habent opera moraliter bona in puris naturæ respectu finis naturalis, sicut opera gratiæ respectu finis supernaturalis, nam talia opera supernaturalia sunt, sicut & finis, & multa illorum etiam, quantum ad substantiam supernaturalitatem habent. Antecedens probatur, tum ex proportione actus naturalis ad finem naturalem, tum etiam secundo, quia philosophi, etiam gentiles huiusmodi meritum in operibus moraliter bonis agnouerunt sic Plato lib. de Repub. Aristot. 2. Ethicor. cap. 1. vbi docent ad diuinam prouidentiam pertinere, & præmiare bona, & punire mala. De quo videatur Euseb. lib. 3. de præparatione euangelica cap. 7. & lib. 11. cap. 20. & lib. 12. cap. 6. Chrisost. hom. 4. de prouidentia. Tum tertio, quia & opera moraliter bona facta ab existenti in mortali secundum communem sententiam Theologorum habebunt præmia in die iudicij, quod non esset si talia opera ex se condignitatem ad præmiũ non haberent. Tandem hanc sententiã probant argumenta pro secunda sententia.

Plato. *Aristot.* *Eusebius.* *D. Chrisost.*

Secunda conclusio, ad meritum vt est de facto non solum requiritur valor, & cõdignitas operis, sed etiam pactum, & extrinseca Dei ordinatio. hãc tenet Suarez lib. 12. c. 17. & Lorca, disp. 43. memb. 2. hæc patet ex Scriptura, Conciliis, & sanctis pro prima sententia, vbi nõ solum fit mentio valoris operum, sed etiam diuini pacti. præcipue tamen constat. Matth. 20. in parabola vineæ vbi loquens de præmio sic ait, nonne ex denario conuenisti mecũ? & ad Ephes. 1. signati estis spiritu promissionis, ad Hebr. 6. imitatores eorum qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones. Sapient. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, & c. adepti sunt repromissiones. Iacobi. 1. hic accipiet, &c. quam repromisit, &c. hoc habetur in Concil. Tri. den. sess. 6. cap. vlti. & in Conc. Magun iñ cap. 8. vbi vtrunque expresse ponitur, & operis valor, & diuinum pactum, Videatur etiam D. August. serm. 16. de verbis Apost. & D. Tho. in hoc art. & supra q. 110. art. 3. ad 1. vbi ait, quod si Deus opus ex gratia non acceptaret faceret contra iustitiam, quam ipse statuit, & artic. 3. huius quæst. ad 2. dicit misericodiæ Dei nostrũ meritum subordinari, quod asserit propter pactum misericorditer factum. Secundo probatur ratione, meritum dicit rationem iustitiæ, sed in ordine ad vitam æternam, & ad Deum non est iustitia, nisi ex pacto, ergo sine pacto non est meritum, maior patet 2. Thimot. 4. de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. quem locum explicans August. Psalm. 83. dicit Deum indulgentiæ esse largitorem, coronæ autem debitorem, & ideo vt patrem tribuere indulgentiam, vt iudicem tribuere coronam, minor vero probatur, quia ratio iustitiæ, & debiti non est sine pacto, vt si aliquis, v. g. eat ad laborandum in vinea alterius, nõ facto pacto cum illo certum est non esse aliquod debitum illi labori ex iustitia. Si respondeatur, cum Vazquez disputatio. 214. cap. 10. & 12. quod si quis laboret vltro, nec sine pacto non debetur ex iustitia merces, si autem compellatur, vel trahatur, vel præcipiatur à Domino laborare in vinea eius ex iustitia tenetur redere precium laboris etiam si pactũ nõ interuenerit, cum ergo Deus præcipiat bona opera, etiam si non paciscatur de præmio ex iustitia correspondebit valori operis. Contra arg. quia licet hæc solutio valeat impercipiente valorem vineæ, quia merce-

2. Concl. *Suarez.* *Lorca.* *Matt. 20.* *Ad Eph. 1* *Ad Hab. 6.* *Sap. 11.* *Iacob. 1.* *Con. Trid.* *Con. Magũ* *iñ.* *D. Aug.* *D. Thom.* *2. Thim. 4* *D. Aug.* *Solutio.* *Vazquez.* *Impug.*

mercenarius non tenebatur exhibere laborem, respectu autē Dei nihil valet, quia cum posſit exigere illa opera alijs titulis, & ipſe ex illis teneatur illa facere, non inducitur illa obligatio ſolutionis ſecluſo pacto, ſicut etiam patet in mancipio cuius opera etiam præcepta non metentur pretium, quia illa titulo ſeruitutis tenetur facere, idem ergo reſpectu Dei habentis perfectiſsimum Dominium creaturarum, niſi pactum interueniat. Tertio prob. ſi propter aliquam rationem non requireretur pactum, maxime quia opera ex gratia habēt ex ſe ipſis proportionem, cum vita æterna etiam ſecluſſo pacto, ſed hæc ratio eſt nulla, ergo, prob. minor, quia vt eſt videre in Bellarm. in loco citato, c. 17. Guillermo Pariſien. tract. de meritis, cap. vnico, imò D. Th. hic & art. 3. ſequenti, beatitudo, & habet ratiō nē hæreditatis, & habet rationē premij quod conſtat ex D. Paul. quia ad Rom. 8. vocat illā hæreditatē dicēs, quod ſi filij, & hæredes, & 2. ad Timot. 4. vocat illam coronam dicens reposita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c. & in Trid. ſeſſ. 6. c. vltimo, vtrūque amplectitur dicens, quod bene operantibus proponenda eſt vita æterna, tanquam gratia filijs Dei miſericorditer promiſſa, & tanquam merces miſericorditer redenda, quapropter in ſanctis Patribus, & in ſacra Scriptura, quandoque fideles inducuntur, vt filij quandoque vt milites, & mercenarij, ſimiliter Deus quandoque deſcribitur vt pater, quandoque vt iudex, licet ergo opera ex gratia ſecluſſo pacto habeant proportionē, cū beatitudine, vt finis, & vt hæreditas, nō tamē cum illa. vt corona, & præmium, quia (vt dictum eſt) ſecluſſo pacto merces non debetur cū talis operatio aliàs poſsit exigi: ergo vt operatio habeat rationem meriti, & comparetur ad beatitudinē, vt præmiū pactum neceſſario requiritur. Confirm. opera Chriſti Domini prout illius habent proportionem, cum incarnatione patris, cum ſint infiniti valoris, nihilominus non merentur talem incarnationem ſolum defectu pacti, & ordinationis ad illam: ergo non ſufficit proportio ad meritum, ſed requiritur pactum.

Rom. 8. Thi. 4. videnti.

3. Conc.

Tertia concluſio, loquendo de merito ſecūdum graduscoæquales valoris operis pactum habet ſe, vt conditio neceſſaria, vel modus intrinſecus, ratio autē formalis meriti deſumitur ex valore intrinſeco ipſius operis. Probatur, illud eſt ratio formalis meriti, quod facit operationem condignam formaliter præmij, ſed valor intrinſecus, quem habet ex charitate facit operationem condignam præmij: ergo valor intrinſecus eſt ratio formalis meriti pactum autem habebit ſe vt conditio, probatur min. in rebus quæ emuntur, & venduntur, quod enim facit precium eſſe iuxtum formaliter eſt valor ipſius rei, pactum autem ſolum ſe habet, vt conditio, ſi enim non eſſet pactum, nec precium eſſet debitum, ſed ſi reſtanti, non valeret pactum nō ſufficeret: ergo ratio formalis æqualitatis in precio ſummitur ex valore, pactum autem ſe habet vt conditio. Denique hæc probatur argumentis ſecundæ ſententiæ, & primæ concluſionis.

4. Concl.

Quarta concluſio, ſi loquamur de gradibus ſuper excedentibus condignitatem operationis, vt ex gratia procedit, de quibus verificatur Deum præmiare vltra condignum reſpectu illorū ratio formalis meriti eſt pactum, valor autem ipſius operis habet ſe, vt conditio neceſſaria, quatenus, nec Deus de potentia abſoluta poteſt paciſci de prauis operibus ad præmium, nec de lege ordinaria poteſt paciſci de operibus tantum moraliter, bonis ad præmium ſupernaturale. Hæc prob, primo, ratio iuſtitiæ ad gradus ſuperexcedentes conſurgit ex promiſsione: ergo illa eſt ratio formalis, conſeq. patet, & anteced. prob. nam totus valor operationis non excedit quatuor: ergo tota ratio iuſtitiæ ad ſex ſolum deſumitur ex pacto ſupoſita, aliàs bonitate ſupernaturali actus. Secundo prob. illud eſt ratio formalis ad cuius menſuram conſurgit effectus, ſed quantitas graduum ſuper excedentium deſumitur ex quantitate pacti, non autem ex quantitate valoris operis, quia non ſe extendit vltra quatuor (v. g.) ergo ratio formalis reſpectu exceſſus deſumitur ex pacto. Denique hoc probant argumenta 1. ſent. & 2. concl.

Ex dictis ſequitur, quod ſi Deus faceret pactum de tribuenda vita æterna prooperibus bonis tantum moraliter, tale meritū, non eſſet eiuſdē rationis cū merito, quod modo eſt, quia tunc tota ratio meriti eſſet ex pacto, & nihil correſpōderet valori operis, modo autem ſecundum aliquos gradus correſpōderet valori ſecūdū aliquos ipſi pacto, quapropter tunc non eſſet vera ratio iuſtitiæ, ſed imperfecta, & ſecundū quid ſolum quatenus ex fidelitate Deus tenebatur cōferre, modo autē eſt vera ratio iuſtitiæ, quia opus eſt eiuſdē ordinis ex natura ſua habens proportionē, vnde adiuncto pacto vere merces operibus eſt debita de condigno, ſi autē opus eſſet tantum moraliter

Corol.

raliter bonum esset debitum præmium solum de congruo.

5.Concl. Quinta conclusio, pactum, quod requiritur ad præmium sufficit virtuale imbibitum in ipsa ordinatione hominis ad vitam æternam, mediante gratia, nec requiritur pactum esse explicitum. Prob. ad cõtractum matrimonij, & ad reliquos cõtractus humanos sufficit pactum virtuale, ergo similiter in præsenti, consequentia patet, nam (vt dictum est) etiam in merito intercenit, quidam contractus inter Deum, & hominem. Antecedens prob. quia tacẽte fœmina in traditione matrimonij cõtractus est validus, cum tamen non sit pactũ explicitum. Similiter, si aliquis mercenarius, qui ex suo labore alitur, & non sine precio solet suum laborem impendere eat ad laborandum in vinea tempore, quo Dominus operarios conducit videnter, & tacente Domino mercenarius adquirit ius ad mercedem ex labore: ergo pactum implicitum sufficit. Secũdo probatur, ad meritum sufficit voluntarium implicitum, & virtuale, vt patet ex supra dictis: ergo ad meritum, similiter sufficit pactũ virtuale,

Obiectio. & implicitũ, patet consequentia, quia nõ plus requiritur ad meritũ, quã ad demeritũ. Etsi cõtra arg. quia Matt. 20. In parabola de vinea fit mentio de pacto explicito, cum operarijs.

Solutio. Respondetur, huiusmodi parabolas, non esse interpretandas ad vnguem, sed tantum inspiciendo fines earum, quod ergo intendit Christus Dominus est ostendere repositum esse præmium operibus bonis, & quod præmium non datur, iusta mensuram temporis laboris, sed iuxta intensionem illius, quod autem dicit de pacto insinuat illud esse necessarium, non tamen explicat qualiter sit illud: vtrum implicitum, vel explicitum eo, vel maxime, quod dicit illud fuisse explicitũ, quia sic contingit regulariter, non autem semper: ita est necessarium.

Ad 1. arg. 1. Sent. Diu. Tho. Ad argumenta in principio posita respondetur, ad primum primæ sententiæ, cum Diuo. Thom. artic. 3. sequenti, Diu. Paulum loqui de operibus, prout à nobis, non autem prout à gratia, quod patet ex contextu, dixerat enim, & si compatimur, conregnauimus, subdit autem, existimo quod non sunt condignæ passiones, &c. quasi dicat non sufficit quæcumque passio, quia vt ex nobis condignitatem nõ habet, sed debet esse compassio, idest, simul cum Christo passio fundata in eius gratia,

2.Solutio. D. Thom. & illi adiuncta. Secundo respondetur, ex eodem Diuo. Thom. in 2. distin. 27. quæstion. 1. artic. 3. ad 1. Apostolum intendere, non esse operis ad gloriam æqualitatem intensiuam doloris, & gaudij, quasi gaudiũ non sit intensius in gloria, quam dolor in passione, non autem tollit æqualitatem valoris, & dignitatis, dolor enim passionis, licet remissior gaudio habet tamen virtualem valorem illius, & sic in dignitate coequatur illi. Doctrina est etiam D. Ambr. lib. de interpelatione. cap. 1. & Euseb. Emiseni, hom. 4. de Epipha. & Lobanicnsis, art. 11. Adami super illum locum, præcipue videatur August. in præfatione Psal. 120. & in illa verba Psal. 125. qui seminat in lacrimis, vbi aducit exẽplũ seminis fici, quod secundum quantitatem non adæquat cum arbore producta, in virtute tamen adæquat illi, & iuxta virtutem seminis arbor producitur, sic in operibus gratiæ, quæ semen est vitæ eternæ, si secũdum quantitatem considerentur minima sunt respectu præmij in virtute tamen secundum meritum est æqualitas, & condignitas talis præmij. Tertio resp. ex D. Chrisost. tom. 5. epist. 4. & ex August. Psalm. 93. in illa verba, qui fingis laborẽ in præcepto, Apostolum loqui de inæqualitate durationis qualiter loquutus est in alio loco alegato, ad Chorint. dicens, quod in præsenti est momentaneum, &c. passiones enim cito transeunt, præmium autem est æternum, hanc ergo differentiam proponit vt passiones agrediamur, non autẽ excludit æqualitatem valoris. Quarto respondetur, loqui de præmio prout de facto confertur vltra condignum, non ergo intendit excludere valorem ab operibus respectu aliquorum graduum præmij, sed excludit æqualitatem absolute, quia vt dictum est, Deus præmiat vltra condignum.

3.Solutio.

4.Solutio.

Ad 1. cõf. Ad primam confirmationem, respondetur, Concil. intendere distinctionem positam de beatitudine, quod nimirum consideretur, vt hæreditas filiorum, & vt merces laborantium, primo modo agendo de illa dicitur misericorditer dari, quia datur ratione gratiæ cõstituentis filios, quã Deus, sine meritis, sed ex misericordia infundit, non autem intendit tollere iustitiam operum respectu beatitudinis in ratione mercedis. Secundo resp. beatitudinem misericorditer dari, non quia sine iustitia, & valore operũ, sed quia iustitia, & valor operũ tãdẽ reducitur in misericordiam, quia (vt dictum est) iustitia, & valor operis nascitur ex gratia, quã misericoditer cõfert. Vnde Cõc. sess. 6. c. 16. dicit tãta est erga omnes homines Dei bonitas vt eorum

2.Solutio.

rum vellit esse merita, quæ ipsius sunt dona, quod etiam docuit August. lib. de correctione, & gratia, cap. 13. & epist. 105. ad Sixtũ, & lib. de gratia, & libero arbit. cap. 8. & 9. asserens, quod beatitudo, ideò vocatur gratia, quia licet detur propter opera vt propter merita, tamen opera prouenient ex gratia Dei, qui dixit sine me nihil potestis facere. Vnde Celestinus Papa, in epist. ad Episcopos Galiæ, cap. 12. & idem August. ait, quod Deus coronat dona sua quando coronat merita nostra, de quo longius videatur Iohannes Arborius, lib. suæ Theologiæ, cap. 17. vel potest responderi per quartam solutionẽ præcedentem, quod loquatur de excessu præmij in quo specialius resplendet misericordia. Ad secundã cõfir. resp. per hoc, quod sancti prædicti exposcant pactum non excludere valorem, quia (vt dictum est) cum valore requiritur pactum ad verba Diu. Thom. vltimo alegata resp. quod licet actus meritorius secundum substantiam sit à gratia, & à libero arbitrio, tamen alia ratione tribuitur gratiæ alia vero libero arbitrio, arbitrio tribuitur secũdũ entitatẽ, & substãtiã quasi materialẽ, gratiæ vero secundum supernaturalitatem, dicere ergo D. Thom. opus secundum substantiam nõ habere valorẽ intelligit de substantia qua si de substantia materiali, & prout à libero arbitrio, non autem prout à gratia.

Celestinus

Ad 2. cõf.

Ad 2. Ad secundum arg. resp. sicut ad primum, quod secluso pacto non est iustitia non quia pactum solum constituat illam, sed quia vltra valorem requiritur pactum, vt dictum est, ad improbationem, patet etiam ex dictis, quod licet opus sit minimũ, nec habeat æqualitatem actualem secundum intensionem doloris, & gaudij, habet tamen æqualitatem secundum virtutem, virtualiter enim per modum meriti in re finita, & parua continetur adeptio infiniti, & magni, quod sufficit ad iustitiam.

Ad 3. Ad tertium arg. respondetur, quod licet ablato pacto auferatur meritum, quia (vt dictum est) vltra operis valorem pactum requiritur, non tamen è cõuerso posito pacto, si valor auferatur ponitur meritum, nisi forsam decongruo, & alterius rationis (vt est dictum) vt ergo pactum esset ratio formalis solum positio, vel ablatio eius deberet esse sufficiens ad positionem, vel ablationem meriti decondigno, quod non ponitur, nisi simul cum pacto valor intercedat, quapropter negatur opera, antecedentia iustificationem adiuncto pacto posse habere rationem meriti decondigno, opera vero Enoch, & Eliæ defectu pacti, sicut conditionis necessario requisitæ meritoria non sunt, opera vero in purgatorio, vel in beatitudine, non solum deffectu pacti, sed quia in huiusmodi operibus non est proportio, & cõdignitas ad præmium per modum viæ, & tendentiæ, quod requiritur ad meritum, vt dictũ est, sed habent proportionem, & æqualitatem per modum termini, ex quo patet ad confirmationem.

Ad quartum arg. Vazquez, & qui tenent moralitatem esse aliquid rationis cõsequenter idem dicunt de merito, quia ratio meriti est ratio moralis, supponunt tamen fundamentum falsum, vt ostenditur, 3. part. quæst. 1. art. 2. videatur Magister Luna dub. 2. vbi ostenditur moralitatem esse aliquid reale consistens in ordine trãscendentali ad regulam rationis, vel in ordine ad obiectum consonum, vel dissonum rationi. Alij tuentes meritum esse aliquid rationis altero nituntur fundamẽto, quia sentiunt totam rationem meriti desummi ex pacto extrinseco. Sed hoc etiam ostensum est esse falsum, cum prærequiratur valor intrinsecus (vt dictum est.) Alij distingunt de merito aliud prouenies ex valore operis aliud vero ex dignitate personæ, primo dicunt esse aliquid reale secundum vero rationis, quia non est aliud quam denominatio extrinseca personæ. Falluntur etiam isti, quia licet persona sit extrinseca actuum, quod tamen ex persona redundat in actum intrinsecum est actui, sicut charitas extrinseca est actui alterius virtutis, quod tamen ex charitate redundat in talem actum intrinsecum est illi actui. De hoc videatur 3. part. quæstion. 1. artic. 2. vbi ostenditur ex persona Christi redundare in actus eius aliquis modus realis infinitatis ratione cuius realiter sunt infiniti valoris. His ergo omissis. Aliqui probabiliter respondent, quod licet valor tam operis, quam personæ sit aliquid reale, valor tamen prouenies ex pacto est aliquid rationis, quia (vt dictum est) vtrumque concurrit ad operis meritum. Melius tamen respondetur, iuxta nostram sententiam, quod si loquamur de merito respectu gradus præmij correspondentis ad opus secundum valorem operis: tunc ratio meriti, siue vt formaliter summitur à valore operis, siue vt modaliter, vel conditionaliter summitur à pacto est aliquid reale, quia pactum respectu illius gradus non est aliquid extrinsecum, quia nõ

Ad 4.

1. Solutio. Luna.

Impug.

2. Solutio. Impug.

3. Solutio.

Impug.

4 Solutio. Probabilis

5. Solutio. Verior.

sumitur pro actu diuino, sed pro effectu eius, qui est ipsa gratia mediante qua, intrinsice paciscitur de præmio æquali operi: si autem summatur meritum prout ex pacto, vt ex ratione formali ostenditur vltra condignum existimo, secundum illam rationem esse aliquid rationis in opere, quia tunc pactum solum importat actum extrinsecum Dei ordinantis opus vltra cõdignum, nec potuit aliquid intrinsecum in opere, quia si aliquid poneret dignitatis intrinsice in ipsa gratia perficiendo, & eleuando ad superiorem rationem opus ex tali gratia proueniens decondigno se extenderet, vsque ad vltimum gradum collatum in præmio: si ergo præmium dicitur excedere condignum aliquid habet ad quod opus se extendit solum ex extrinseca ordinatione, & respectu cuius non habet intrinsecam dignitatem, vnde ratio meriti prout ad gradum super excedentem se extendit erit aliquid rationis. Sigillatim ad posita in argumento resp. illud, quod ponitur in prima, & secunda probatione tantum concurrere ad meritum, vt conditio, & vt modus, vnde nihil interest esse aliquid extrinsecum, vt meritum sit aliquid reale, quia ratio formalis eius, nempe valor operis est aliquid intrinsecum, & hoc loquendo respectu gradus condigni ad opus, nam de superexcedenti, iam dictum est. Ad tertiam probationem resp. quod illa operatio est eadem in esse naturæ moraliter autem variatur, quia diuersimode se habet ad regulam rationis: hæc autem variatio est realis, quia moralitas realitas est. Ad illud de persona, iam dictum est, causare aliquid intrinsecum in opere sicut, & charitas in opere aliarũ virtutum. Ad vltimam probationem resp. bene stare esse aliquid reale, & nihilominus dicere habitudinem transcendentem ad aliquid rationis, vt patet in habitu logicæ, & in cõceptu entis rationis, quæ aliquid reale sunt dicunt, tamen habitudinem transcendentalem ad ens rationis, quod respiciunt, vt obiectum, sic ergo subiectio ad Regem, vel Prælatum importat valorem realem, licet respiciant aliquid rationis, quia esse Prælatum, vel Regem rationis est.

Ad 1. 2. sent. Ad argum. secundæ sententiæ resp. ad primum ex locis sanctorum resp. tantum intendere assignare rationem formalẽ meriti respectu præmij condigni ad opus, nõ autem intenduntexcludere pactum habẽs se vt conditio.

Ad 2. Ad secundum resp. meritum decondigno habens rationem iustitiæ, requirit pactum ratione cuius præmium debeatur posita autem in argumento sunt meritoria decongruo ad quod pactum non requiritur, quia iustitiæ debitum non important.

Ad 3. Ad tertium respaliter se habere opus malum respectu suplicij, atque bonum respectu præmij, malum enim sine pacto ledit ius alterius, vnde ex se petit recompensationem iuris læsi pervindictam, vel suplicium: opus autem bonum, sine pactonõ inducit ius in altero, quod enim iste operetur bene si alter non acceptet, vel pactum faciat recompensandi, ad præmium ergo cum debeat esse obligatio requiritur pactum, non autem ad suplicium, quia sine pacto habet ius, vt non ledatur per iniuriã.

Ad confir. Ad confirm. resp. quod in illo casu nõ mereretur illud suplicium, quia (vt dictum est) meritum suplicij non est ex pacto, sed ex grauitate in iuriæ, quæ in veniali non est ad suplicium æternum, quod autem citra condignum ex natura peccata puniãtur, hoc est ex pacto, & ex lege misericordiæ, quia vt condigne punirẽtur pactum non erat necessarium.

Ad 4. Ad quartum arg. bene ibi responsum est, ad replicam dici ur illa opera non esse meritoria incarnationis, licet sit pactũ, quia deest operis proportio, quæ necessario prærequiritur, vt pactum adiunctum compleat rationem meriti.

Ad 5. Ad quintũ resp. quod secluso pacto opera gratiæ habent proportionẽ cũ beatitudine, vt media cũ fine, vel vt lapis proportionem habet cum centro. vel habent proportionem cũ illa, vt cum hæreditate, secluso autem pacto non habent proportionem, meriti cum corona, nisi forsam in actu, & quasi in habitu, quia vt sint in actu secundo meritoria priori proportioni pactũ debet aduenire. Etsi dicas, quod in eo, quod sunt opera gratiæ, & ex se ipsis habent proportionẽ ad finẽ clauditur pactũ, & ratio debiti, quia medio debetur finis: ergo nihil aliud requiritur quã ex seà gratia procedere. Resp. debitũ esse duplex & consequẽter pactũ, aliud quasi naturale sicut reperitur inter causam, & effectũ, medium & finem, dispositionem, & formã aliud vero est debitũ iustitiæ, quod est debitum morale. ad debitum primi generis, non requiritur pactum amplius, quam naturale, bene tamen ad secundum, cum ergo debitum finis respectu medij sit debitum, quasi naturale, sine pacto reperitur inter opera gratiæ, & beatitudinem, si vt medium, & finis considerentur. Cõsidera

Obiectio.

Solutio.

ta

ta autem in ratione meriti, quod importat debitum morale iustitiæ pactum requirit vltra proportionem. Doctrina hæc manifesta est in dispositionibus gratiæ quibus debito naturali debetur gratia propter proportionem ad ipsam non autem debito iustitiæ de effectu cuius gratiæ dispositiones non sunt meritoriæ illius.

Ad 6. Ad sextum patet ex dictis, quod ex eo, quod sunt filij est debita beatitudo, vt hæreditas, non autem vt corona, & præmium qualiter respicitur à merito.

Ad 7. Ad septimum arg. resp. primo, inter homines debere esse pactum explicitum, vel implicitum cognitum à merente vt inducat iustitiam, quia alter non est Dominus voluntatis istius. Deus autem cum sit Dominus hominis voluntatis non necesse habet homo cognoscere præmium propositũ, sed sufficit operari ex motione Dei *1. Solutio.* ad præmium propositum ab illo. Secundo resp. clarius sufficere cognoscere præmiũ & pactum, proposito tamẽ exercitio, quatenus motus à Deo operatur propter præmium, quod ab illo sperat conformando se diuinæ motioni intendens consequi omne illud ad quod à Deo per talem motionem destinatur, non autem requiritur cognoscere illud in actu signato. Vel tertio clarius dicitur nõ requiri cognoscere præmium in particulari, sed sufficit in communi, & in confusso, scit enim per fidẽ Deum remuneratorem esse, vt patet ad Hæbr. 11. quando ergo ex gratia operatur cognoscit suum opus esse præmiandum, quid autem in particulari sit futurum præmium *Ad 8. arg.* ignorat, in confusso tamen intendit consequi omne destinatum à Deo.

Ad vltimum arg. resp. probare de ratione formali, non autem de conditione, quia tamen respectu gradus excedentis: diximus pactum esse rationem formalem respectu illius, respondetur pactum diuinum posse considerari, vel quantum ad substantiam, vel quantum ad respectũ rationis, quem importat ad effectum, prior modo pactum est æternum, & prebium ad opus, secundo autem modo est temporale cõcomitans ipsum opus, vnde potest esse ratio eius respectu excessus prædicti.

Dubium. VI.

Vtrùm vt opus sit meritorium requiratur, quod fiat in obsequium præmiantis?

Arg. RATIO dubitandi est, quia opera facta ab existente in gratia, & charitate, etiam si non sint directa ab illa in finem supernaturalem sunt meritoria secundum opinionem probabilem, quam infra discutiemus, cum tamen non fiant in obsequium creatoris supernaturalis, similiter opera moraliter bona facta ab existente in mortali meritoria sunt, quia nullum bonum manet irremuneratum: nihilominus non fiunt in obsequiũ Dei, quia esset habere illum pro vltimo fine, quod repugnat cum vltimo fine peccati mortalis, similiter operari in proprium commodum conseruando vitam meritorium est, & nõ fit in obsequium Dei, sed sui ipsius, similiter opera Christi Domini meritoria sunt, quæ tamen in obsequium Dei non fiunt, nam ad hoc requirebatur alteritas, & inferioritas, Deus autem homo qui meretur, neque inferior, neque alter ab eo, apud quem meretur.

Noti. Pro intelligentia not. est, quod vt cõstat ex D. Th. sup. q. 21. art. 3. meritum cũ importet rationem iustitiæ respicit alterũ, nam apud se ipsum nullus meretur: diuersi mode tamen meritum respicit alterum, atque satisfactio, vt dicitur 3. p. q. 85. art. 3. meritum enim respicit alterũ in ordine ad bonum propriũ merentis, quod expectat tribuẽdum ab altero apud quem meretur: satisfactio autem respicit alterum in ordine ad bonum illius, ad hoc enim tendit satisfactio vt recompenset in iuriam alterius vt restituat in bonum perditum, quantum fuit ex parte ledentis.

Concl. Concl. sit necessario requiritur ad meritum fieri obsequium alterius. Prob. quia meritũ necessario respicit alterũ, vt a quo ex iustitia præmium debet obtinere, sed vt ex iustitia ab alio præmium tribuatur necessario opus debet esse in obsequium illius: ergo. Prob. mi. quia nullus dicet aliquem teneri præmiare, quod in obsequiũ eius non fit.

Ad arg. Ad arg. resp. proprima parte falsam esse illam sententiam, sed requiri ad meritũ directionem formalem, vel virtualem charitatis in Deum, quod est fieri in obsequiũ eius, admissa tamen illa sententia dicitur: tunc esse directionem saltim habitualiter, quatenus operans est in gratia, vnde hoc est fieri in obsequiũ Dei, saltim habitualiter, eo enim ipso, quod sit in gratia habitualiter refert in Deum omnem actum referibilem in illum, dico referibilem, quia veniale ab existente in gratia, nec habitualiter refertur in Deũ, quia est actus irreferibilis. Etsi quæras quare existẽs habitualiter in mortali nõ dicitur referre habi- *Dub.*

bitualiter in finẽ peccati opus bonũ morale, quod facit, v.g. eleemosinã, & dicitur existẽs in gratia referre habitualiter in finẽ gratiæ opus bonũ morale per hoc solũ, quod sit in gratia. Respondetur, quod opus bonum cum ex natura sua tendat in finem bonum sufficit subiectũ esse in gratia, vt dicatur tale opus ab illa referri habitualiter in bonum finem, non autem sufficit esse in peccato, vt dicatur habitualiter retrahere opus bonum morale ad finẽ peccati, nisi sit relatio formalis, vel virtualis, quia cum hæc ordinatio boni operis in malum finem, quasi violenta, & contra naturam ipsius boni operis plus requiritur, quam vt trahatur per gratiam in finem bonum cum quo habet proportionem saltem subordinatam, quia finis naturalis supernaturali subordinatur. Ad secundam partem arg. respondetur, opera moraliter bona facta ab existente in mortali, sicut imperfecte sunt meritoria, ita imperfecte fiunt in Dei obsequium ad quod non requiritur constituere illum, vt vltimum finem, quia tantum est conuersio ineffi cax ad illum quod quidem non repugnat cum vltimo fine peccati ad quem perfecte manet conuersus. Ad tertiam partem respondetur, illud opus esse meritorium si se ipsum ordinet in bonum commune, & diuinum, & tunc vere illud opus fit in obsequium Dej, licet proxime tendat in propriam vtilitatem. Videatur Diuu. Thom. supra quæstion. 21. art. 3. & 4. Ad quartam partem respondetur, in Christo Domino esse alteritatem naturæ, & est duplex ratio subsistendi, secundum quã est suppositum diuinum, & humanum licet vnum, & secundum naturam humanã, per quam immediate meritorie operatur est inferior illi apud quem meretur, prædicta ergo alteritas, & inferioritas sufficit vt opera Christi dicantur meritoria, & in obsequium Dei facta. De quo videantur interprætes Diuu. Thom. 3. part. quæst. 1. art. 2. & ibi Magister Luna, & Magister Vincent, relectione de gratia Christi, fol. 359.

Resp.

Dubium. VII.

Vtrùm præter conditiones assignatas aliæ necessario requirantur ad meritum?

Arg. PROBATVR quod sic, nam vltra prædicta requiritur subiectum merẽs esse in gratia, aliàs enim opus non haberet proportionem, cum vltimo fine supernaturali, imò vltra gratiam requiritur influxus illius formalis, vel virtualis, vt infra dicetur: similiter requiritur opus nõ esse aliàs debitum, quia si quis, v.g. debeat Petro centũ soluendo illa non potest emere quam ab illo, cum ergo ratio meriti sit ratio cuiusdam emptionis præmij (vt dictum est) non poterit esse meritum per opus aliàs debitum, & hoc quidem de satisfactione dici solet. 3. part. loco alegato cuius quidẽ in hac parte par ratio est, atque demerito, imò hoc habetur in D. Paul. 1. Chor. 9. si Euangelizauero non est mihi gloria necessitas mihi incumbit, & subdit, quæ est ergo merces mea? &c. ac si diceret ratione alimenti teneor euangelizare, nullum ergo præmium euangelizationi correspondet cum sit opus aliàs debitũ ratione prædicta. Similiter requiritur opus nõ esse præceptum, quia quod sit ex præcepto fit minus libere, quod autem minuit liberum, minuit & meritum, licet non in totum auferat, vt patet ex illo Lucæ 17. cũ feceritis eaque præcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus, similiter requiritur, nõ exerceri opus in obsequium alterius ex puraliberalitate, sicut qui concomitantur principes, prætores, &c. & qui ex gratitudine beneficia impendunt, isti enim non merentur per talia opera præmium ex iustitia, si ergo omnia prædicta requiruntur ad meritum insufficienter numeratæ sunt conditiones supra numeratæ in dubijs præcedẽtibus discussæ.

In hac re aliqui dicunt vt opus sit meritorium requiri aliàs non esse debitũ, neque ex iustitia, neque ex pacto. *1. Sent.* Aliqui dicunt huiusmodi meritum ad minus minuere rationem meriti. *2. Sent.* Alij dicunt præter cõditiones positas superadendum hominem debere esse in gratia, & charitate loquendo de præmio supernaturali, sic Vtiarm. tom. 3. lib. 5. cap. 10. & Zumel, hic.

Prima conclusio, esse opus debitum ex iustitia, vel præcepto, neque tollit, neque minuit rationem meriti dummodo fiat ab existente in gratia. *Concl. 1. 2. Pars.* Prima pars est de fide definita in Concil. Tridentin. sess. 6. can. 10. & 16. & colligitur etiam Psalm. 18. In custodiendis illis (nempe præceptis) retributio multa, & Eccles. 15. Si volueritis mandata recipietis ecce vbi ponitur merces obseruãtiæ mandatorũ, vnde concluditur esse meritoriam, merces enim & meritum correlatiue se habent. *Triden. Psalm. 18*

habent. Secũdo prob. Christus Dominus meruit nostram redemptionem, & sui nominis exaltationem per passionem suã, tamen certum est habere præceptum moriendi: ergo debitum ex præcepto meretur meritum. Minor patet ex illo Pauli, humiliauit semetipsum, &c. factus obediens, &c. postea autem assignat præmium dicẽs propter quod, & exaltauit illum, &c. Tertio probatur, esse præceptum non tollit voluntarium in exercitio: ergo nec meritum, patet consequentia, quia voluntarie facere, quod posset non facere dignum est laude, & præmio. Secunda pars cõclusionis est D. Thom. 2. 2. quæst. 188. art. 6. vbi ait opus ex præcepto laudabilius esse, quam ex consilio, quod probat D. Th. quia quod fit ex præcepto, vel voto est opus perfectioris virtutis: ergo excellẽtius patet consequentia ex supra dictis, quo enim perfactior est virtus, similiter & actus eius. Antecedens vero probatur, nã si fiat ex voto, vel præcepto ieiunium, v. g. pertinet ad obedientiam, vel religionẽ, si autem ex consilio solum ad temperantiam: ergo ex præcepto, vel voto ad perfectiorem virtutem pertinet, quam si fiat ex consilio, religio enim, & obedientia perfectiores sunt temperantia. Videatur Magi
Magister. ster Soto, in 4. distin. 19. q. 1. art 1. ad 1. Secundo probat D. Thom. quia quod fit ex voluntate firmata in bono laudabilius & magis meritorium est, sed quod fit ex voto, vel præcepto est à voluntate magis firmata: ergo laudabilius. Tertio probatur, & confirm. quod fit ex voluntate firmata in malo est magis demeritorium, vt patet in peccato obstinationis, & in peccãtibus ex habitu: ergo similiter qui operatur ex voluntate firmata in bono magis meretur, patet consequentia, quia contrariorum eadem est ratio. Quarto prob. illud est melius cuius oppositum est peius, sed quod fit contra præceptum est peius, quã quod fit contra consilium: ergo quod fit ex præcepto est melius, quam quod fit ex consilio, videatur Suarez lib. 12. cap. 5.

Suarez. 2. Concl. Secunda concluſ. conditiones supra positæ ad meritum sufficiunt, nec alia requiritur. Hæc patet ex communi assignatione Doctorum, & quia si alia esset superadenda esset propter assignata in argumẽto, hoc autem non est necesse, vt patebit respondendo ad illud, ergo.

Ad arg. Ad arg. à principio respondetur, ad primam partem ita esse, quod requiritur esse in gratia, & charitate ad meritum, hoc autem clauditur in eo, quod opus debet esse honestum, & bonum debet enim intelligi de bonitate supernaturali proportionata ad finem supernaturalem, quod sine gratia, & charitate non est influente formaliter, vel virtualiter in tale opus. Ad secundam partem resp. esse debitum alias, tollere rationem meriti si pactum non adiungeretur, illa tamen adiunctio in opere libere exhibito ratio meriti reperitur, & idem contingeret in casu equi: si enim cõuenirent ex pacto per centum aureos, alias debitos posset equm emere, verum est hoc meritum non esse de rigore iustitiæ, quia sicut ad satisfactionem rigurosam requiritur opus non esse alias debitum, sic ad rationem meriti. Videatur Mag. Soto, in 4. dist. 19. quæst. 2. artic 1. circa finem, *Soto.* Suarez tom. 4. de pœnit. disp. 37. sect. 4. *Suarez.* & ad locum, D. Paul. resp. ex Caiet. ibidẽ quod opus ministri potest esse duplex, aliud debitum ex officio, aliud vero supererogationis: siquidem opus fit ex officio meretur præmium officij, sed non vltra: si autem fit super erogationis vltra meretur aliud præmium, quod quidem negat Paul. operanti ex officio, non autẽ negat præmium ex officio correspondẽs, & quãdo etiam opus secundi generis fit ex mercede recepta, vt ex alimento, v. g. negat etiam præmium secundi generis ex merce de recepta, & de hoc loquebatur Paul. Ad tertiam probationẽ resp. illud quod fit ex præcepto esset minus perfectum ex parte voluntarij, ex parte tamẽ operis superexcedere, quia (vt dictũ est) fit à meliori virtute, vnde licet ex vna parte minuatur ex altera vero crescit, vnde absolute dicendũ est opus perfectius, & magis meritorium. Secundo resp. præceptum non minuere libertatem, sed potius firmare in bono (vt dictum est,) quod potius iubat ad meritũ. Itaque hæc est differentia inter mouere voluntatem ab alia aliena qualibet, vel mouere à diuina præcipiente opus, quod aliena quælibet, quasi violenter trahit, & minuit proprium liberum, diuina autẽ mouet sume voluntarie potius firmando in bono, quam retorquendo proprium consensum, vnde sic moueri, nec libertatem tollit, nec minuit. Ad vltimam partem respon. opera gratiæ, & charitatis non fieri ex pura liberalitate, quia fiunt ex pacto inducente iustitiam, vt dictum est.

Art. II.

Vtrùm homo sine gratia pos-

sit mereri vitam æternam?

CONCLVSIO est, neq; in statu naturæ integræ, neq; in statu naturæ lapsæ potest mereri vitam æternam, sine gratia.

Conclusio Diu. Thom. si intelligatur de lege ordinaria est certa secundum fidē contra Pelagium, patet ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, quæ propositio intelligē da est in sensu causali, quod gratia est causa adeptionis vitæ eternæ, inquo sensu, explicatur illud Ioan. 4. Fiet in eo fons aquę (scilicet gratiæ) salientis in vitam æternam (nempe per meritum) definita est etiam in Concil. Milleuit. can. 8. & Arausica. cap. 18. vbi dicitur, debetur merces bonis operibus si fiant, sed gratia, quæ non debetur præcedit vt fiant, & in Trident. sesio. 6. can. 2. diffinitur, sine gratia non posse peruenire ad vitam æternam, & in Bulla Pij V. & Greg. XIII. contra Vazquez. Videatur Augustl. lib. de natura, & gratia, & lib. contra duas Epistolas Pelagianorum, & Diu. Bern. serm. 75. super cantica, vbi ait, nollo meritū, quod gratiam excludit, plura de hoc quantum ad legem ordinariam, videantur in Suarez lib. 12. cap. 14. solum ergo restat difficultas de potentia absoluta. Vnde:

Dubium. I.

Vtrùm conclusio D. Thom. verum habeat etiam de potentia Dei absoluta?

Arg. 1. PROBATVR quod non, primo, inimicus potest mereri in humanis, apud inimicum: ergo inimicus in peccato potest mereri apud Deum. Antecens probatur, in casu quo quis promitteret præmium liberanti filium suum à morte, tunc si inimicus illum liberaret præmium propositum mereretur, consequentia vero patet, quia Deus liberalior est hominibus. *Solutio.* Si respondeatur, posse exhiberi opera proportionata etiam ab inimico in humanis, non autem respectu præmij supernaturalis. *Impug.* Contra arg. quis res temporalis potest instituere valorem in pecunia vt voluerit, vt quod vnus argentus valeat sicut duo: ergo à fortiori Deus poterit instituere, vt opus naturale habeat valorem præmij supernaturalis: ergo sine gratia poterit esse talis proportio.

Arg. 2. Secundo arg. etiam si Christus Dominus non haberet gratiam habitualē opera eius moraliter bona essent meritoria vt probabiliter dicitur, 3. partquæst. 7. ergo & opera nostra moraliter bona ex eadem potentia poterunt esse meritoria sunt enim eiusdem rationis opera moraliter bona in Christo, & in nobis.

Arg. 3. Tertio arg. de potentia absoluta potest res naturalis physice causare gratiam, quæ superioris est ordinis vt patet in aqua baptismi: ergo similiter poterit facere ex eadem potentia, vt opus naturale meritorie pertingat præmium supernaturale, patet consequentia, quia plus est causare physice, quam meritorie, & aliàs eadem distantia est secundum ordinem rei naturalis ad gratiam, sicut moralis operis ad præmium supernaturale.

Arg. 4. Quarto arg. existens in peccato potest mereri aliquid supernaturale, vel naturale apud Deum: ergo similiter & vitam æternam, patet consequentia, nam si inimicitia impediret meritum vitæ æternæ, & similiter, & quodcūque aliud à Deo obtinendum, antecedens vero probatur, nam existens in peccato per actum feruentiorem fidei auget fidem, non nisi meritorie: ergo augmentum fidei, quod est aliquid supernaturale cadit sub merito existentis in mortali. Itē obstetrices Hæbreorum præmia temporalia meruerunt apud Deum cum aliàs essent in peccato infidelitatis.

Arg. 5. Quinto arg. etiam inimicus auctoris naturæ potest mereri apud ipsum aliquod præmium naturale: ergo etiā inimicus auctoris gratiæ potest mereri apud ipsum præmium supernaturale, maxime posita fide, & spe, quæ eiusdem ordinis sunt, cum vita æterna.

Arg. 6. Sexto arg. existens in peccato potest satisfacere: ergo similiter mereri, patet cōsequentia, quia non minus requiritur ad satisfactionem, quam ad meritum. Antecedēs vero probatur, in eo qui adimplet pœnitentiam impositam à confessario in peccato mortali.

Arg. 7. Septimo arg. gratia neque requiritur ex parte personæ, neque ex parte operis: ergo nullo modo. Prima pars antecedēn. probatur, quia si ratio meriti atenditur ex persona, quo gratia esset maior opus esset magis meritorium, quod est falsum cū existens in maiori gratia possit inopus minus meritoriū exire. Secunda pars etiam patet, quia gratia non datur ad operandum, sed ad esse: ergo non est necessaria ex parte operis.

In

1. Sent. Scoto. Gabr. Soto. In hac re Scot. in 1. dist. 17. quæst. 2. art. 2. Gabr. ibidem, quæst. 1. art. 2. part. 3. dub. 4. quod etiam videtur tenere Soto in 4. dist. 1. quæst. 3. art. 5. dicũt posse mereri aliquem, sine gratia vitam æternam solum per extrinsecam acceptationem Dei.

2. Sent. Zumel. 3. Sent. Medina. Ferra. Alij dicunt vt Zumel hic nõ requiri gratiam in esse qualitatis inhærẽtis, sed sufficere in esse gratia. Alij vt Medina hic, & Ferra. 3. contra gent. cap. 147. dicunt, sine gratia posse esse meritũ de cõdigno cõ dignitate extrinseca, licet non intrinseca.

4 Sent. Capreo. Vltimo tandem Capreo in 1. distin. 17. quæst. 2. ad 1. & 2. aureoli, & Duran. ibidem quæst. 2. dicunt omnino esse necessariam gratiam intrinsice inhærẽtem ad meritum de condigno.

1. Concl. D. Thom. Prima conclusio, homo existens in peccato mortali non potest mereri de condigno vitam æternam antequam suscipiat gratiam. Hæc est Diuu. Thom. hic patetque eius ratione, quia vita æterna est incompatibilis cum peccato (vt patet ex sua materia) ergo existens in peccato vitã æternam mereri non potest.

Solutio. Si respondeatur, existenti in mortali esse impossibilem beatitudinem, quantum ad consecutionẽ propter incompossibilitatem prædictam, non tamen quantum ad meritum, quod tãtum importat tendentiam.

Impug. Contra arg. meritum de condigno est tendentia, quasi naturalis ipsius operis, sed nõ potest aliquid connaturaliter tendere, nisi in connaturaliter conuenientes: ergo si existenti in peccato non est connaturalis beatitudo, sed potius repugnans, iuxta illud ad Rom. 6.

Rom. 6. Stipendia peccati mors, neque etiam connaturaliter per meritum de condigno tendere poterit. Maior patet, nã hoc est præmium de cõdigno esse, quod operi sit, quasi connaturaliter debitum. Minor patet in lapide cui ex eo connaturaliter conuenit descendere, quia esse deorsum est illi connaturale, & ideò ascendere non conuenit ei connaturaliter, quia esse sursum non cõuenit ei connaturaliter, sed repugnat: si ergo peccatori repugnat esse beatum, similiter, & mereri beatitudinem de condigno, quod est connaturaliter tendere in ipsam.

2. Conc. Secunda conclusio, etiam existens sine peccato, si non est in gratia (vt contingeret in puris naturæ, vel in natura integra per donum solum naturale) non potest mereri decondigno vitam æternam. Hæc est etiam Diuu. Thom. hic patetque eius ratione, opus illius hominis non esset supernaturale: ergo non esset meritorium decondigno vitæ æterne, consequẽtia patet, quia inter meritum decondigno, & præmium eius debet esse proportio, naturalis autẽ rei ad supernaturalia proportio non reperitur. Si respondeatur, posse Solutio. fieri proportionem per aliquid supernaturale, quod non sit gratia, & consequenter illam non esse vequisitam. Contra arg. supernaturale requisitum ad meritum debet Impug. esse significans personam, sed nullum est tale, sine gratia ergo. patet maior; ex illo Genes. respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, vbi dignitas personæ commendatur ad meritum, minor vero probatur, nam fides, & spes sunt in peccatore, quem tamen non dignificant defectu gratiæ, licet illa dona supernaturalia sint. Ex Corol. quo sequitur opus non esse meritorium, quantuncunque procedat a forma supernaturali quantumcunque excellentissima quod non sit gratia etiam si sit à charitate gratia nõ per intellecta, hoc dixerim propter vltimam dispositionem gratiæ, quæ vt dispositio est, natura antecedens, dato intelligatur procedere à pœnitentia, vel charitate non intelligitur meritoria, quia in illo priori, non intelligitur à gratia vt autem subsequitur meritoria est primæ gloriæ, licet oppositum teneat Paludan. in 4. distinctio. 14. quæstion. 3. & Gabr. ibidem, quæstion. 1. artic. 2. & Vega opusc. de iustificatione, quæst. 6. ad 9. sic tamen asseritur à Diu. Thom. supra quæstio. 112. art. 2. ad 1. De quo videtur Cano relect. de pœnit. part. 1. circa fin. Cano Corol. Ex quo sequitur, quod licet iustificatus in fine vitæ extra Sacramentum habeat totã gratiam, sine merito, non tamen totam primã gloriam, quia dispositio gratiæ, vt natura subsequitur illã est meritoria gloriæ, quod quidem consonat cum D. Paul. 1. Corint. 3. vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

3. Concl. Tertia Conclusio, gratia quæ requiritur ad meritum decondigno non sufficit esse extrinsecam amicitiam, sed intrinsice inhærens in ipso merente. Probatur, nam gratia requisita ad tale meritum debet esse significans personam (vt dictum est,) sed gratia extrinseca non significat: ergo. Minor patet. nam quomodocunque extrinseca se habeant, vel mutentur persona omnino manet eadem inuariata: ergo vt dignificetur, quæ digna non erat intrinsice debet gratificari. Secundo prob. meritũ procedit ab homine, vt à causa principali, ergo si homo constituitur per gratiam in esse merentis illa debet esse intrinseca, patet consequentia, nam causa principalis

nonper extrinseca,sed per intrinseca con stitui debet.

4.Concl. Medina. Zumel. Suarez. Quarta conclusio,probabile est sufficere gratiam inhærentem, siue permodũ habitus,siue permodũ qualitatis,siue per modum modi fatientis naturam aliter se habere. Sic tenet Medina, & Zumel hic disput. 1. concl. 5. & Suarez lib. 12.cap. 14. patetque omnibus rationibus suprapositis ad probandum sufficere prædictã gratiam ad hominem iustificãdũ,quod enim sufficit vt reddatur iustus,& exeat à peccato sufficit etiam ad meritum gloriæ iusto debitæ,qui ergo probabiliter tenent sufficere prædictam gratiam inhærentem saltẽ per modum modi sufficere ad iustificationem consequenter tenentur dicere sufficere etiam ad meritum.

5.Concl. Quinta conclusio,sicut probabilius est ad iustificationẽ eiusdem ordinis,quæ modo est requiri gratiam habitualem: ita probabilius est ad meritum de condigno eiusdem ordinis,quod modo est etiam de potentia absoluta requiri gratiam habitualem. Dixi eiusdem ordinis,nam sicut ad esse iustum alterius rationis sufficeret gratia modalis,ita ad meritum alterius rationis,nam cum esse iustum sit esse acceptum ad gloriam eomodo quo, quod iustificat sufficit ad esse principium meriti gloriæ. Hæc prob. nam vt dictum est, mereri est vt à causa principali, quæ sine habituali gratia bene non intelligitur. Secundo probatur, nam vt etiam est dictum persona mẽrens debet esse amica,sed talis non est sine gratia habituali ergo. Prob. mi. nam facere amicum est effectus secũdarius gratiæ habitualis: ergo non est sine illa, probatur consequentia,quia effectus secundarius licet possit supleri supposito primario, vt patet in Sacramẽto altaris,& in existentia Christi Domini,non tamẽ potest poni,vbi effectus primarius non est. Tertio probatur, nam aliàs vltima dispositio ad gratiam vt natura antecedit,esset meritoria,quia vt antecedit est à gratia per modum auxilij, vt dictum est,ergo si non est meritoria erit,quia requiritur vt sit à gratia habituali,vt habitualis. Tandem patet hæc conclusio omnibus argumentis supra positis ad probandum requiri ad iustificationem gratiam habitualem,quia vt dictum est,idem est iustificari,quod acceptari ad vitam æternam,& poni in statu merendi illam.

Not.

6.Concl. Sexta conclusio,sine gratia dummodo quis non sit in peccato per extrinsecã acceptationem potest aliquis mereri vitã æternam de congruo, itaque in peccato existit etiam si per possibile acceptaret Deus opus peccatoris non esset meritorium etiam de congruo, congruitas enim saltem requirit personã non esse inimicã, vt etiam si desit proportio ad condignum ratione pacti admitti ex bonitate naturali præsuppositã saltẽ sit de cõgruo meritũ.

Ad 1. Ad primum arg. a principio bene ibi respondetur est, & in superdicitur inimicũ hominis posse facere aliquid obligatoriũ inimici,inimicum autem Dei nihil posse exhibere obligatorium cui ex iustitia aliquid debeatur. Ad replicam autem resp. quod cum valor pecuniæ sit tantum à Rege per voluntatem eius potest augeri, valor autem meriti, vt dictum est, præcipue summitur ab intrinseco, vnde quocunque extrinseco variato nõ fit meritorĩũ,quod secũdum intrinseca manet naturale. Secũdo resp. quod sicut in casu pecuniæ nõ augeretur valor naturalis auri, vel argẽti sed tantum valor materialis, sic in casu, quod Deus faceret pactum de tribuenda vita æterna pro opere naturali esset, quidem in illo opere valor moralis, sicut modo reperitur, quia hic summitur ab intrinseco.

Solutio.

Ad 2. Ad secundum resp. sententiam fuisse aliquorum, sine gratia habituali etiam de potentia Dei absoluta Christum mereri non posse. verior tamen & communis est mereri potuisse, etiam sine illa, quia haberet gratiam eminentiorem, scilicet vnionis. vnde quando dicitur ad meritum requiri gratiam habitualem intelligitur, vel alia superior in qua gratia habitualis contineatur eminenter. Verum est, quod sicut gratia vnionis semota habituali faceret gratum,& sanctum gratitudine personali non formali, ita dicendum esset de ratione meriti, quod esset alterius rationis ab eo, quod à gratia habituali formaliter deriuatur. Videantur interprætes Diuu. Thom. 3. part. quæst. 7. art. 1. Zumel hic, disputatio. 2. & præcipue Magist. Vincẽtius relectione, de gratia Christi, quæst. 5. fol. 243.

Zumel. Ioan. Vin.

Ad 3. Ad tertium arg. respondetur, aliam esse rationem de Sacramentis, nam illa tãtum sunt instrumenta, quæ per virtutẽ alienam operantur, vnde vltra connaturalem Spheram se possunt extendere, mereri autem est causæ principalis, vnde merẽs in eodem ordine cum præmio debet constitui vt sit proportio ad causam principalem requisita.

Ad 4. Ad quartum arg. resp. aliquorum fuisse sententiam, quod peccator posset mereri

ri præmium temporale, licet non æternũ, imo aliquod supernaturale, quod non sit vita æterna. Vera tamẽ sentẽtia est, quod licet opus moraliter bonum ab existenti in mortali sit meritorium cũi præmium, & laus sit debita, operans tamen per tale opus non meretur defectu dignitatis personæ ad meritum requisitę (vt dictum est) & sic debet intelligi D. Thom. in 4. dist. 15. quæstion. 1. art. 3. quæstiun. 4. vbi in opere peccatoris admittit meritum de congruo intelligitur enim ex parte operis non ex parte operantis, quia vbi non est dignitas personæ non potest esse meritũ, nec de congruo, nec de condigno. Videatur Soto, 2. de natura, & grat. cap. 4. circa medium, & in 4. dist. 19. quæst. 2. artic. 5. concl. 2. Bañez 2. 2 quæst. 10. artic. 4. in princip. Ad illud autem de augmento fidei respondetur, non correspõdere actui præcedenti existentis in mortali per modum meriti, sed tantum per modum dispositionis.

D. Thom. *Soto.* *Bañez.*

Adarg. 5. Ad quintum patet ex dictis, etiam ab authoræ existẽs in mortali, nihil posse mereri, litet opus alias ex se sit meritoriũ.

Adarg. 6. Ad sextum arg. Scotus, & Gabriel tenent existens in mortali posse satisfacere pro pœna temporali per pœnitentiam impositam à confessario. Vera tamen sententia est, quod licet possit implere præceptum confessarij, non tamen satisfacere, quia ad satisfactionem vt ad meritum etiam requiritur dignitas personę. Ita. D. Th. in 4. dist 15. quęst. 1. art. 3. quæstiun. 2. & fauet Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. & can. 13. & 14. vbi ait satisfactionem hãc non esse opus meriti quasi ex nobis, sed esse opus gratię datę per Christũ, videatur etiã Soto in 4. dist. 19. quæstion. 1. art. 4. Cajet. tom. 1. opusc. tract. 6. q. 2. vtrum pœnitentia impleta in peccato reuiuiscat post gratiam ad venientem, ad causandum proprium effectum manet. sublite. Soto vbi supra tenet partem negatiuam: Cajet. loco alegato afirmatiuam, nunquam tamen in omnium opinione datur satisfacere, sine consortio gratię.

Adarg. 7. Ad septimũ arg. resp. vtroque modo requiri, ad primam improbationem resp. dignitatem personæ conducere ad meritũ, secundum quod influit in actionem, cum autem non influat, semper secundum omnem gradum, quem habet, sed iustam sura auxilij, vel connatus aplicantis ad opus, in defit ratione meriti nõ summi ex mẽsura gratiæ in habitu, sed ex mẽsura gratiæ in actu, siue formali, siue virtuali exercentis se in opus. Ad secundam improbationẽ resp. quod sicut essentia in naturalibus est radix operationis, non tamen principium proximum, sed hoc facit mediis potentijs, ita gratia habens rationem essentiæ, non immediate operatur, benetamen per charitatem, & virtutes, & illis mediãtibus operi tribuit valorem.

Dubium. II.

Vtrùm sine gratia posit homo mereri finem naturalem?

Arg. PROBATVR quod non, homo sine gratia omnino est seruus: ergo nihil potest facere, quod apud Deum ad meritum cõputetur, serui enim opera, meritoria non sunt.

In hac re aliqui tenent, quod sine gratia nullo modo potest esse meritum etiam finis naturalis.

Not. 1. Pro intelligentia tamẽ notandum est primo, quod possumus loqui de homine, sine gratia, vel existenti in peccato, vel in natura integra dono naturali sanata, vel in puris naturæ, de existenti in peccato certum est non posse mereri etiam finem naturalem propter inimiciam interuenientem (vt dictum est,) de existenti in natura integra, certum debet esse posse mereri finem naturalem, nam ex tali dono sanante collato manet ordinatus in illum finem. Illa ergo ordinatio cum proportione operis ad finem sufficit ad meritum eius, sicut dictum est, de operibus supernaturalibus respectu finis supernaturalis, remanet ergo difficultas de homine in puris naturæ.

Not. 2. Secundo notandum est quod (vt dictum est) beatitudo, siue naturalis, siue supernaturalis consideratur dupliciter, primo vt finis, secundo vt præmium, non ergo est dubium, quin in puris naturæ homo consequeretur viribus proprijs, sine gratia beatitudinem naturalem vt finis sicut lapis consequitur suum centrum, de quo supra egimus, quæst. 109. art. 6. restat ergo difficultas vtrum meritorie posset cõsequi talem finem naturalem, vt coronam sine gratia.

Not. 3. Tertio notandum est, quod licet in puris naturæ homo non possit habere amicitiam Dei, nam ista est effectus charitatis. vt dicitur 2. 2. quæst. 3. art. 1. nihilominus in puris naturæ posset habet amorem beneuolentiæ specialis circa Deum, per quem

quem posset exhibere opera quando non teneretur, vt inuocare Deum, & gaudere de bono illius, & alia, quæ essent extra rationem seruitutis rigurose dictæ.

Con. D. Thom. Conclusio sit, homo sine gratia in puris naturæ posset mereri finem naturalē. Probatur, nam opera moraliter bona sunt meritoria, secundum Diuu. Thom. supra quæst. 21. ar. 3. & 4. si impedimentum peccati non apponatur: ergo per illa mereri posset tunc finem naturalem, cum quo talia opera habent proportionem. Secundo probatur, homo per talia opera haberet ius ad finē naturalem: ergo mereretur illū, patet consequentia, quia mereri est adquirere ius ad præmium, antecedens vero probatur, nā sic se habēt opera moraliter bona respectu finis supernaturalis, sicut opera gratiæ respectu finis supernaturalis, sed per opera gratiæ adquiritur ius ad finē supernaturalem: ergo per opera moraliter bona adquiritur ius ad finem naturalem. Tertio probatur, aliter tunc consequeretur adultus finem naturalem, atque consequeretur paruulus, non nisi quia adultus meritorie per propria opera consequeretur talem finem vt præmium, & coronam: paruulus tantum, vt finem connaturalem, sine proprio opere: ergo dicendum est tūc posse adultum mereri talem finem.

Ad arg. Ad arg. à principio respondetur, non taliter hominem esse seruum, quod secundum beneuolentiam prædictam non posset exhibere opera quibus præmium deberetur (vt dictum est.)

Art. III.

Vtrùm homo in gratia constitutus possit mereri vitam æternam decondigno?

1. Conc. PRIMA conclusio, opera iustorum vt procedūt à libero arbitrio nō sunt decondigno meritoria vitæ æterne,

2. Conc. sed tantum de congruo. Secunda conclusio; si talia opera considerentur vt ex gratia, & motione Spiritus Sancti meritoria sunt decondigno vitæ eternæ.

Dubium. I.

Vtrùm secunda conclusio Diu. Thom. verum habeat?

Arg. 1. PROBATVR, quod non primo, bona opera, nec habent æqualitatem durationis, nec intensionis comparando dolorem præsentem, cum letitia futura (vt dictum est supra) ergo non vndequaque habent æqualitatem, vt dicantur meritoria decondigno. Confirmatur, ex Aristol. 8. Ethico. dicente, quod Dijs, parentibus, & magistris æquale redere non pōssumus ex parte Dei conferentis vitam æternā æqualitatem esse non potest, & consequenter; nec condignitas, quæ æqualitatem importat.

Arg. 2. Secundo arg. etiam suppositā gratia ex motione Spiritus Sancti vita æterna datur ex gratia: ergo bona opera non merentur illam decondigno, antecedens probatur, tum quia vita æterna gratia vocatur tum etiam, quia dicitur in sacra Scriptura dari ex misericordia, iuxta illud Psal. qui coronat te in misericordia, & miserationibus: tum etiam, quia sic loquuntur Sancti. D. Augustl. lib. de gratia, & libero arbitrio, cap. 8. & 9. Diuu. Fulgent. lib. 1. ad momum, imò Diuu. Tho. 1. part. quæstion. 21. ostendit, quod in omni opere Dei inuenitur iustitia, & misericordia: si ergo collatio præmij est maximum Dei opus in illo, etiam misericordia debet resplendere, & consequenter opera decondigno non merentur tale præmium.

Arg. 3. Tertio arg. visio beatifica ex cellentior est, quam gratia, & cōsequenter qūā opera ex gratia procedentia: ergo non potest esse condignitas vnius ad alterum, antecedens prob. nam visio beatifica includit ex parte termini Deum ptout in se, similiter ex parte principij, siquidem Deus prout in se vnitur in ratione speciei intelligibilis, hæc autē in gratia, vel in operibus eius non reperiūtur: ergo nō est equalitas vtriusque. Confirm. meritū summitur ex persona merente præmium ex persona præmiante sed inter hominem merentem, & Deum præmiantem, nulla est æqualitas: ergo neque in termeritum, & præmiū. Si

Conf. *Solutio.* respondeatur, probare de homine absolute respectu Dei non vero de homine grato, nam iste est quidam Deus Dei naturā participās (vt supra dictū est) vnde prout in gratia opera condigna præstare potest.

Impug. Contra arg. nā licet quis in gratia sit Deus est tantū participatiue talis, sed inter Deū participatiue, & Deum per essentiam non potest esse æqualitas, quia quod Deus est tantum participatiue, adhuc formaliter manet creatura: ergo. Confirmatur, nam ex eo dicitur, 3. part. quæst. 1. art. 2. & quæst. 89, quod etiam existens in gratia non potest

test satisfacere de rigore iustitiæ, quia tantum est Deus per participationem inter, quam & Deũ per essentiam æqualitas ad satisfactionem rigurosam non reperitur.

Arg. 4. Quarto arg. prædestinatio nõ est ex iustitia, ergo neque gloriæ collatio, patet consequentia, quia collatio gloriæ necessario cõnectitur prædestinationi, si ergo prædestinatio nõ est ex iustitia, neq; collatio gloriæ, quia sic se habet consequens sicut antecedens, si consequens necessario sequitur ex antecedenti.

Arg. 5. Quinto arg. Christus Dominus meruit sufficienter gloriã nostrã: ergo opera nostra non merentur illam decondigno patet consequentia, quia hoc esset derogare sufficientiæ meriti Christi.

Arg. 6. Vltimo arg. quia communiter dicitur Deum præmiare vltra cõdignum: ergo opera iustorum non sunt meritoria de condigno.

Sent. Greg. Albertus Pig. Marsil. Burgen. Duran. Vbalden. Propter argumenta posita tenent istã sententiam Greg. in 1. dist. 17. q. 2. Albertus Pigius, controuersia. 2. contra Lutherum. Marsil. in 2. dist. 28. art. 4. concl. 2. Burg. in Addit. ad Psal. 35. super illud, Domine in cælo misericordia tua. Durandus etiam citari solet pro hac parte in 1. dist. 17. quæst. 1. & in 2. dist. 27. quæst. 2. sed si bene inspiciatur negat meritum decondigno, quia nomine condigni intelligit de rigore iustitiæ, in re tamen nobiscum conuenit esse meritum de iustitia, similiter etiam solet citari pro hac parte Vbalden. lib. de sacramentali, titul. 1. cap. 7. quia dicit gloriã ex gratia conferri, sed si attente legatur nobis non aduersatur: scribit enim contra Vbicleph. asserentem opera nostra etiam sine gratia esse meritoria gloriæ. Statuit ergo contra illum gloriam dari ex gratia, vtique quia hæc requiritur ad meritum gloriæ semel autem gratia posita vt principium merendi contra Vbicleph. non negat opera ex gratia procedentia esse de iustitia meritoria gloriæ.

1. Not. Pro intelligentia notandum est primo, quod meritum est triplex, aliud de rigore iustitiæ, quod solum ponitur in Christo Domino, 3. part. quæst. 1. art. 2. & est illud, quod nullo modo fundatur in gratia neque in illo misericordia miscetur: aliud vero est meritum decondigno in quo licet misericordia misceatur in conferenda gratia, quæ principium meriti est, semel tamẽ illa posita iustitia, & æqualitas, & debitum ad præmium reperitur. Tertium est meritum decongruo cui ex iustitia præmiũ nõ debetur ex dignitate tamen personæ congruit, vt propter obsequium præstitum aliquid conferatur. Aliqui autem authores ponunt etiam meritum decondigno, sed est quæstio de nomine, vnde D. Bonauen. qui in 3. dist. 4. art. 2. quæst. 2. dicit beatã virginem meruisse decondigno per cõsensum humilem incarnationem Christi Domini, nomine de digno intelligit, quod nos de condigno, & non ex iustitia. Similiter Vbald. & Echius, qui locis citatis dicunt merita iustorum esse dedigno, non decondigno nomine de digno intelligunt, quod nos decondigno, & nomine decondigno, intelligunt de rigore iustitiæ, vnde intendunt iustos non mereri de rigore, bene tamen ex iustitia, quod nos vocamus decondigno, illi de digno. *D. Bonau.*

No. 2. Secundo notandum est, quod (vt supra dictum est) opus ex gratia, & habet aliquem valorem intrinsecum, quasi naturalem, & aliquem extrinsecum, quasi ex pacto, & acceptatione, quasi moralem: siquidem tantum loquamur de valore intrinseco: certum est non adæquare cum toto præmio, quod de facto confertur: siquidẽ ratione pacti præmiatur vltra condignum ad valorem intrinsecum, quod ergo manet sub dubio est: vtrùm etiam ad iusto pacto, & promissione opus adæquet, & sit cõdignum totius præmij de facto collati.

Not. 3. Tertio notandum est, quod æqualitas inter duo potest esse, vel geometrica, quæ consistit in proportione, vel arismetica, quæ consistit in omnimoda æqualitate rei ad rem.

1. Concl. Prima conclusio, opera ex gratia, & motione Spiritus Sãcti sunt meritoria decondigno, & omnino æqualia cũ præmio vitæ æternæ. Hæc conclusio est adeo certa, vt oppositum nõ sit tutum in fide. Probatur, quia sacra Scriptura præmium appellat mercedem, Genes. 15. Matth. 5. & 10. similiter vocat illud retributionem Psalm. 61. Tu redes vnicuique secundum opera eius. Ad Rom. 2. & Apoc. 21. eodẽ modo dicit etiam redi ex operibus, quod quidem sonat iustitiã, ex eo enim Paulus dicit gratiam non dari ex operibus, quia non ex iustitia, imò ex præsse gloria ex iustitia dari Paulus fatetur ad Thimot. reposita est mihi corona iustitiæ, & Prober. 12. Seminanti iustitiam, &c. hoc est merenti. Ad Hæbre. 11. sancti per fidẽ, &c. vsque operati sunt iustitiam, similiter in sacra Scriptura dicitur gloriam dari ex meritis. Eccles. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorũ, sed omnia ista nomina nõ *D. Thom. D. Bona. Scot. Ricard. Vega. Gen. 15. Matth. 5. & 10. Psalm. 61. Rom. 2. Prober. 12.*

recte,

recte. nec in rigore seruantur, nisi posita condignitate, & æqualitate: ergo illa est ponenda; quia vbi non sequitur absurditas, verba sacræ Scripturæ in rigore sunt interpretanda, imò hoc expræsse videtur

Ad Thessalo. 1. D. Paul. asserere ad Tesal. 1. vt digni habeamini, pro quo & patimini: si tamen iustum est, apud Deum retribuere retributionem, his qui tribulant vos, esse Paul dicit opus dignum esse suo præmio. Item facit comparationem inter punitionem malorum, & præmium bonorum, certum est mala opera de condigno mereri supliciũ: ergo intendit opera bona similiter habere

Con. Arausican. condignitatem ad præmium. Colligitur etiam conclusio, ex Concil. Arausic. can. 18. vbi dicitur debetur merces bonis operibus si fiant. Similiter ex Trident. sessio.

D. Aug. 6. cap. 16. & can. 32. idem docet D. Augustin. lib. de correct. & gratia, cap. 13. lib. de gratia, & libero arbit. cap. 6. 7. 8. & 9. lib. de spirit. & lite. c. 33. libr. contra duas Epist. Pelagian. cap. 7. Epist. 105. ad Sixtum, Epist. 106. ad Bonifacium, Diu. Ire-

Irinens. neus, lib. 4. contra hæres. caplt. 34. Basil.

D. Basil. Psal. 61. versu vltimo, Ambr. lib. 2. de vo-

D. Amb. catione gentium, cap. 2. & ad Rom. 8. D.

D. Chrisost. Chrisost. hom. 63. & 64. imperfecti, Diu.

D. Bern. Bernar. serm. 67. & 68. super cant. alia loca videantur in

Vega. Vega, lib. 15. cap. 16. est etiam conclusio Diu. Th. hic & omnium eius discipulorum, & communis Doctorũ in 1. dist. 17. & in 2. quæst. 27 & 28. & in 4. dist. 19. illam tenet D. Bonauen. in in 2. dist. 27. art. 2. quæst. 3. Scotus in 2. d. 17. q. 2. art. 1. Ricard. in 4. dist. 46. art. 1. quæst. 1. Vega. quæst. 4. & 5. de iustificatione, & omnes illi qui tenent esse valorẽ intrinsecum in operibus gratiæ. Prob. ratione. gratia est semẽ Dei, vt patet 1. Ioã. 3. faciens filios adoptiuos Dei. & consequẽter hæredes eius: ergo opus ex gratia eo, quod a bilia habet proportionem, & æqualitatem, cum vita æterna, vt cum hæreditate sibi debita. Secundo prob. gratia vel est perfectior, vel æqualis cum visione beatifica: ergo opus ex gratia participat æqualitatem cum gloria. Si resp. quod

Solutio. licet gratiæ ex eo, quod est participatio esse diuini, sit excellentior, vel æqualis cũ visione qua ratione posset operi communicare dignitatem æqualem, visio tamen excedit in actualitate, cum habeat rationem actus secundi, quapropter cum illa hac ratione in gratia æqualitas esse nonpotest, cum hæc tantum habeat rationem

Impug. habitus, & actus primi. Contra arg. quia hoc de gratia adiuncta, sibi motione Spiritus Sancti dici non potest, cum ratione talis motionis prodeat in actum secundũ, quapropter D. Tho. non dixit opus condignum solum ex gratia, sed vt ex illa, & motione Spiritu Sancti si mul. Vel secundò posset impugnari, quia licet gratia non habeat formaliter prædictum de visione habeat, illum tamen virtualiter, & vt in semine, vt dicit D. Th. quapropter operi potest cõmunicare æqualitatem cum visione conferenda.

Secunda conclusio, prædicta æqualitas meriti ad præmium æternum non solũ est geometrica, & proportionalis, sed etiã arithmetica, & rei ad rem. Itaque non solũ collatio præmij pertinet ad iustitiam distributiuam respicientem proportionem, sed etiam ad commutatiuam respicientem æqualitatem rei ad rem, vt infra dicetur. Hæc est contra Bellar. tom. 3. lib. 5. de iustificatione, cap. 18. ad 1. & 4. & contra Vazquez, hic disput. 214. cap. 11, & disputatio. 215. cap. 4. illam tamen tenet Suarez lib. 12. cap. 1. & multi quos ille citat, & Valentia, disputat. 8. quæst. 6. puncto 1. & 2. Pro intelligentia tamen eius dicta, quod meritum potest comparari ad vitam æternam, vel secundum gradus, vel quatenus visio importat ex parte principij, & termini Deum per essentiam vnitũ in ratione speciei, & terminantem per modum obiecti talem visionem: siquidem fiat cõparatio, primo modo est omnino æqualitas, quia tot, & non plures gradus gloriæ cõferuntur, atque illi, qui sunt in gratia habente adiunctum pactum, si autem comparetur meritum ad visionem, secundo modo aliquantulum deficit ab æqualitate arismetica, & miscetur aliquid æqualitatis geometriæ, quatenus proportionabiliter habent, vt in tantum, vel tãtũ vniatur Deus in ratione speciei, sicut in tantum, vel tantum est gratia augmentata, non tamẽ hæc proportio excludit, quo minus absolute habeant æqualitatem arismeticam, quia totum illud, quod formaliter est in visione præhabetur virtualiter in gratia, vnde solum est distinctio pænes diuersum modũ essendi formaliter, vel virtualiter, & ratione diuersimodi dicitur aliquantulum participare proportionem in quantum gratia formaliter non adæquat, quia tamen virtualiter totum illud præhabetur in gratia absolute dicendum est habere æqualitatem, & opera meritoria, simpliciter esse de condigno respectu vitæ æternæ, & præmij collati.

Contra Bellarm. Vazquez. Illam tenet Suarez. Valen. Not.

2. Conc.

Ad primum arg. à principio resp. in opi-

Ad 1. ap

opinione illorum, qui dicunt condignitatem, & æqualitatem esse proportionabilẽ non habere vires. Cæterum, quia nos diximus etiam esse æqualitatem rei ad rem, ideò dicimus meritum, & præmium posse considerari dupliciter, primo modo in ratione intensionis doloris, & gaudij, secundo in ratione valoris: primo modo non æquatur, bene tamen secundo modo, tantum enim valet dolor tẽporalis minus intensus, vt à gratia procedens, quam valeat beatitudo, & gaudium æternum, & multũ intensum. Vel dicitur, quod totus ille excessus præmij respectu meriti formaliter sumpti formaliter præhabetur in ipso merito virtualiter, vt dictum est, & ad æquiparandum in ratione durationis specialiter. Respondetur ex Diuu. Thom. supra quæst. 87. art. 3. ad 1. quod desumpsit ex D. Gregor. lib. 4. dialog. cap. 4. quod rursus repetit. 3. contra gent. capit. 114. & in 2. dist. 42. art. 5. quod sicut beatitudo dicit æternitatem, ita & opus ex gratia, quãtum est ex parte affectus charitatis licet per accidens finiatur fragilitate subiecti, eo enim ipso quod finem vltimũ ponit in Deo perpetuitatem importat, sicut & peccatum mortale, eo quod finem vltimũ ponit in creatura ex se importat perpetuitatẽ, nisi Dei misericordia resarciretur, quapropter iuxte suplicio æterno punitur. Vel dicitur aliter, quod sicut peccatum potest considerari, vel in exercitio quoad actum, vel in facto esse quoad maculam, remanente primo modo cito transijt, secũdo tamen modo perpetuum est: ita actus meritorius in exercitio est transiens, secũdum tamen ius, quod per opus adquiritur ad gloriam perpetuitatem habet, vnde saluatur æqualitas meriti ad præmium etiam in duratione. Ad confirm. resp. non posse reddi æquale precissa gratia, & misericordia, quantum est ex nobis, bene tamen illa supposita, vel dicitur non posse reddi æquale Deo, bene tamen æquale præmio collato a Deo.

1. Solutio. Ex D. Tho. & D. Gregor. 2. Solutio. Ad conf.

Ad secundum arg. respondetur, ex D. Thom. vitam æternam vocari gratiã, quia principium merendi vitam æternã est gratia: suppositâ tamen gratia, non ex gratia, sed ex iustitia gloria confertur, sic etiam Diu. August. epist. 105. & lib. de correptione. & gratia, cap. 13. vel dicitur etiam suppositâ gratia, & merito gloriã esse gratiam, & ex gratia per comparationem ad Deum, quia nunquam Deus manet debitor, vnde quia reddit præmia nulli debens præmium vocatur gratia, loquendo tamẽ

Ad 2. 1. Solutio.

de præmio respectu operis, cui ex iustitia præmium debetur non ex gratia, sed ex iustitia confertur, vel dicitur intelligendum de vita æterna secundum gradus excedentes cõdignitatem operis, quia (vt dicetur) Deus præmiat vltra condignum, non autem est intelligendum de vita æterna absolute, quod sit gratia, & non iustitia, & sic interprætandi sunt sancti allegati in argumento.

Ad tertium arg. bene ibi responsum est, ad replicam dicitur, quod licet Deus participatiue non possit æquari Deo per essentiam, bene tamen visioni Dei per essentiam, quæ etiam aliquid creatum est, & illa est præmiũ meritoriũ, & licet visio ex parte principij, & termini includat Deũ, per essentiam, hoc tamen quod Deus sic per essentiam vniatur præhabetur virtualiter, & meritorie in ipso opere gratiæ, & iuxta mensuram meriti tantum, vel tantũ Deus vnitur. Ad illud autẽ de satisfactione, & merito ex vna parte, & præmio ex altera, quod satisfactio crescit ex satisfactiente, præmium vero ex præmiante, cũ ergo merens, vel satisfactiens, quod est Deus participatiue non possit æquari cũ præmianti, quod est Deus per essentiam consequenter, nec meritum cum præmio. Respondetur, meritum, vel satisfactionem simpliciter crescere ex parte satisfactientis, quia cum persona satisfaciens subdatur, & oferatur in satisfactionem ipsi creditori læso, iuxta dignitatem personæ satisfactientis habet, & valorem ipsa satisfactio: præmium autem non simpliciter sumit quantitatem ex præmiante licet aliquantulum, & secundum quid crescat ex illo, licet ergo Deus sit infinitus, non tamen præmium collatum ab illo, quapropter licet inter hominem gratum satisfactiẽ tem, & Deum præmiantem non sit æqualitas, bene tamen inter meritum, & præmiũ quod inferius simpliciter manet ad præmiantem.

Ad 3.

Ad quartum arg. resp. quod gloria sequitur ex prædistinatione mediante gratia, & operibus ex illa, quapropter licet prædistinatio sit omnino gratis, non tamen glorificatio, itaque prædestinatio, & iustificatio quæ est primus effectus eius non cadunt sub merito, quia ante prædestinationem, vel iustificationem non præintelligitur aliquid in homine, quod possit esse principium talis meriti, cum omne meritum (vt dictum est) reducatur ad gratiam, respectu tamen glorificationis meritum esse non potest, quia præintelligitur

Ad 4.

gitur aliquid, nempe gratia ratione cuius
2. Solut. posit mereri. Quod clarius dicitur, quod glorificatio potest considerari secundum prædordinationem voluntariam Dei, & vt est in intentione illius, vel potest considerari vt in exercitio confertur, primo modo non datur meritũ, sed omnino gratiose, sic voluit Deus hominem ordinare in vitam æternam: secundo modo sub merito cadit, quia vt in exercitio gratia, & opera ex illa procedunt ratione quorum mereri possit, videatur D. Th. 1. p. quest. 19. art. 5.

Ad 5. Ad quintum arg. resp. quod sicut in naturalibus non derogat sufficientiæ primæ causæ esse secũdas, quæ in virtute primæ operentur: sic in moralibus nõ derogat sufficientiæ Christi Domini habentis se vt primam causam, & nos veluti causæ secũdæ significatæ ex illo operemur. Sic enim loquitur Cõcil. Trid. sess. 6. cap. 16. dicens, quod Christus tanquam caput in membra, & vitis in palmites influit in fideles, sine quo opera eorum, neque grata, neque meritoria existerent, cum ergo totus valor operum nostrorum summatur ex illo influente, vt prima causa, non
Dub. derogat sufficientiæ illius nos mereri. Si autem queras, si per se poterat quare vellit nos veluti causas secundas cooperari.
Resp. Resp. ex D. Dionis. cap. 3. Eccles. hier. Hierach. hoc Deum fecisse vt homines significaret, maxima enim hominis est dignitas esse cooperatorẽ Dei, & causam secũdam à Deo excellentis effectus. Propter vltimum arg.

Dubium II.

Vtrùm Deus præmiet opera iustorum vltra cõdignum?

Arg. 1. PROBATVR, quod non primo, voluntatem Dei non debemus interpretari, nisi prout innotescit nobis in sacra Scriptura, alias enim quis inuestigauit sensum Domini, sed in sacra Scriptura non habetur dari aliquid vltra condignum, imò oppositum dicitur ergo, maior est D. Thom. 3. part. quæst. 1. qua ratione probat Deum non incarnaturum fore si Adam nõ peccasset, quia sacra Scriptura semper dicit incarnationem in remedium peccati, in his autem quæ pendent ex libera Dei voluntate non debemus, sic vel aliter fore, nisi iusta locutionem sacræ Scripturæ. Minor autem prob. ad Rom. 2. reddet vnicuique secundum opera sua, in quo excessum præmij videtur negare, patet etiam omnibus locis iam ductis quibus probauimus equalitatem meriti ad præmium. *Rom. 2.*

Arg. 2. Secundo arg. Deus non punit citra condignum, ergo nec præmiat vltra. Patet consequentia. Nam si vltra præmiaret esset vt obstẽtaret misericordiam, sed hoc etiam currebat in punire citra condignũ si ergo non punit citra, non præmiat vltra, antecedens autem prob. Matth. non exibis inde donec reddas nouissimũ quadrantem, & Luc. 6. Qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, & Iacobi 2. Iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Apocal. 18. Quantum se glorificauit in delitijs, tantum date illi tormentorum. *Iacob. 2.*

Arg. 3. Tertio arg si Deus præmiat vltra cõdignũ ille excessus nec erit corona, neque præmium, quod est contra suppositũ quod præmiet vltra condignum, quia eo ipso quod excedat non est præmium: ergo non potest dici præmiare vltra condignũ quia hoc esset implicare in dictis.
Confirm. Confirm. totum quod redditur in vita æterna habet rationem præmij & coronæ: ergo nihil est vltra condignum. Patet consequentia, quia eo ipso quod excedat condignitatem operis, non est præmium eius.

Sent. Vega. Propter argumenta posita, tenet ista sententiam negatiuam Vega q. 5. de iustificatione.

Conclus. Conclusio tamen sit, absolute dicendum est Deum præmiare vltra condignum. Hæc est communis Doctorum in 4. dist. 46. ibi. D. Thom. quæst. 2. art. 2. & 1. part. quæst. 21. art. 4. ad 1. D. Bonauent. in 2. dist. 46. art. 2. quæst. 2. Ricard. art. 2. quæst. 8. Duran. quæst. 3. num. 7. Scot. loco citato, dub. præcedenti. D. Albert. Mag. art. 3 & est adeo certa propter auctoritatem omnium scolasticorum, vt oppositum sit temerarium, & probatur locis sacræ Scripturæ Sap. 9. Seminate vobis ad iustitiam & metite in ore misericordiæ, vbi insinuat quod sicut seminans semina ad mensuram saci, metit autem super effluentem ex liberalitate Dei, sic in meritis seminatur ad mensuram iustitiæ metitur autem effluenter à misericordia. Et Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Lucæ 6. Mensuram bonam confertam & coagitatam & super effluentem dabunt in sinum vestrum. Et ad Rom. 8.

D. Th. D. Bonau. Ricard. Duran. Scot. D. Alber. Sap. 9. Matth. 5. Luc. 6. Rom. 8.

Non

non sunt cõdignæ passiones, &c. quod etiam habet verum de operibus, vt à gratia vt supra explicatum est, colligitur etiã ex quadam Bulla Pij V. postmodum confirmata à Greg. XIII. vbi ad sedandas cõtentiones Lobaulen, damnatur ista propositio, opera bona iustorum non accipient in die iudicij ampliorem mercedem, quam iusto Dei iudicio mereantur accipere. Idem docet Doctores sancti, D. Basil. super Ps. 114 in illud conuertere animam meã in requiem tuam, Aug. in inch. c. 114. Hila. in illud Ps. 51. confitebor tibi in secula, Fulg. lib. lib. 1. ad monũ c. 10. Hugo de Sancto victore, sup. illud ad Rom 8. non sunt condignæ, &c. q. 2. Secũdo prob. ratione D. Th. 1. p. in illa q. 21. licet agens, & patiens debeant proportionari: nihilominus excessus agentis supra passum debet relucere, sed Deus præmians, & homo merens habent se vt agens, & patiens, Deus agens homo, vt patiẽs: ergo licet seruetur proportio in præmiando: nihilominus excessus Dei supra hominem debet resplendere, hoc autem non fit, nisi vltra condignum conferendo: ergo. Tertio prob. etiã ratione D. Th. ibidem a. 4. in omni opere Dei misericordia, quæ est propria eius debet relucere, si tantum iusta dignum præmiaret repleret iustitia, & nõ misericordia: ergo dicendum est præmiare vltra cõdignũ. Hæc concl. sicut iacet, vt dictũ est ab omnibus recipitur in explicatione, tamen eius maxime laborant, & variãr DD.

Pius V. D. Basil. D. Aug. Fulg. Hugo.

pbt.

1. Explicatio conclusionis. Vazq.

Prima explicatio est Vazq. hic disput. 215. c. 4. & Lorc. disp. 47. Belar. tom. 3. lib. 5. de iustit. c. 19. & in idem videtur inclinare Cai. hic & Pal. in 4. d. 46. q. vnic. a. 3. circa 4. concl. imò si non attente legatur D. Th. videtur idem dicere 1. p. loco citato. Quod videlicet si opera gratiæ, & motione Spiritus Sancti habent cõdignitatem ad quatuor Deus ex sua liberalitate tribuit vt quisque, vnde in quinto gradu præmiat vltra condignũ. & si non fit assignare gradum vltra cõdignum ad minus æterna duratio præmij, secundum adæquatum gradum ad meritum, non est ex merito tẽporali, & finito, sed ex misericordia conferentis talem perpetuitatem vltra condignũ Sed hæc explicatio nulla est, nec intelligi. D. Th. stare potest, nam D. Th. cõparat meritum semini præmiũ arbori, sed certũ est arborẽ non excedere virtutem seminis ergo, nec præmiũ virtutẽ meriti. Si respiciamus tantum intendere D. Th. ponere cõdignitatem cum gloria, sed non cum omni gradu gloriæ. Contra arg. quia si quis est gradus excedens condignitatem talis gradus non erit de condigno, sed tantum de cõgruo hoc est falsum omnis gloriæ gradus dignitati operis correspondet. Ex hoc etiam manet impugnata, explicatio Cai. 2. 2. q. 24. ar. 7. vbi dicit, quod cum in gloria amor sit extensior, & firmior, & diuturnior, quod non habet in via quantum ad hoc est præmium vltra condignum, quia in amore viæ. non reperitur, quod in amore patriæ. Eodem modo hoc impugnatur, quia totum hoc quod habetur in amore patriæ præhabetur meritorie, & veluti in semine in amore viæ vnde non saluatur esse vltra condignum.

Impug.

Solutio.

Impng.

Impug. Cai.

2. Explicatio.

Impug.

Secunda explicatio est aliorum, quod axioma theologorum est intelligẽdũ respectu operum vt à libero arbitrio, & tãtũ vt moraliter bona & non vt à gratia, sed hæc etiam explicatio nulla est, quia opera naturalia, etiã bona nõ sunt cõdigna vitæ æternæ, neq; gloria potest dici præmiũ illorũ. ergo nõ potest axioma prędictũ intelligi de huiusmodi operibus, quia quando dicitur Deum præmiare vltra cõdignũ supponitur esse præmium talium operum, & talia opera condignitatem habere.

3. Explicatio.

Impug.

Tertia explicatio est, ex vna parte verificari opera ex gratia habere cõdignitatẽ, & ex altera præmium esse vltra cõdignũ, primũ quidem loquẽdo de cõdignitate proportionali, secundum autẽ loquẽdo de condignitate rei ad rẽ. Hæc explicatio facilis est. sed quia diximus non solum esse æqualitatem proportionalem, sed etiam rei ad rem inter meritum, & præmiũ ideò sustineri non potest.

4. Explicatio.

Quarta explicatio est, quod gratia potest cõsiderari dupliciter, primo secũdum intensionẽ, & augmentum physicum, secũdo secundum augmentũ morale, v. g. quãdo quis habens gratiam intensam phisice, vt quatuor elicit opus meritorium vt duo, tunc quidem per tale opus nõ augetur gratia phisice, quia à proportione minoris in æqualitatis non fit actio, augetur tamẽ moraliter secundum acceptionem ad gloriã, quia ille acceptus est vt sex, comparando ergo gloriam ad gratiam moraliter sumptam secundum acceptationem est condignitas & æqualitas. si tamen comparetur ad gratiam secundum intensionem physicam præmium est vltra condignum, quia plus est in præmio, quam in gratia secundum gradus physicos. Hæc etiam explicatio nulla est. quia etiam qui tenent nõ indigere gratiam phisice per actum remissiorem dicunt in fine vitæ physice intendi

Impug.

dia Deo in omni gradu adæquante cũ omnibus actib⁹ meritorijs præcedẽtibus etiã remissioribus, vnde in collatione gloriæ, iam est æqualitas phisica inter gratiam, & gloriam, eo vel maxime, quod condignitas, non cõsideratur ex ratione phisica gratiæ, sed ex ratione morali acceptationis, secundum merita exercita, cum ergo gratia etiam remissior phisice adequat moraliter secundũ acceptationẽ per merita nõ saluatur qualiter Deus præmiet vltra cõdignũ.

5. Explicatio probabilis. Quinta explicatio est, quod gratia cum habeat (vt dictum est) æqualitatem cũ gloria, & proportionalem & rei ad rem, sistendo inæqualitate proportionis, quia secundum illam aliquantulum deficit ab omnimoda æqualitate, quia quod est formaliter in gloria tantum est virtualiter in gratia, ideò dici potest præmium esse vltra cõdignum, sed quia non tantum est proportionis æqualitas, sed ibi miscetur æqualitas rei ad rem (vt dictum est) etiam saluatur gloriam mereri de condigno, quod clarius dicitur gratia & gloria possunt comparari secundum illa, quæ formaliter claudũtur in vtroque, secundo quantũ ad illa, quæ claudũtur, siue formaliter, siue virtualiter, primo modo præmium est vltra condignum, quia plus est formaliter in gloria, quam sit formaliter in gratia (vt dictum est) secundo tamen modo est condignitas, & æqualitas in vtrũq; quia totũ quod est formaliter in gloria, præhabetur virtualiter, & velut in semine in gratia. Hæc explicatio probabilis est, & habet fundamentum in D. Thom. hic.

6. Explicatio vera. Vltima explicatio est iuxta sup. dicta, quod meritum potest considerari secundũ condignitatem intrinsecam gratiæ, vel secundo secundum condignitatẽ adiunctã ex pacto: siquidem consideretur opus ex gratia secundum valorem intrinsecum à gratia prouenientem, & extrinseco prouenientè à pacto est æqualitas & condignitas, quia non plus datur in gloria, quã correspondeat valori ex pacto operis. Si vero cõsideretur tantum secundum valorem intrinsecum, quem habet à gratia præmium est vltra condignum, quia (vt dictum est) aliquid præmij correspondet rationepacti quod nõ haberet opus precise vt à gratia. Hæc est legitima explicatio, & videtur esse D. Th. in 4. d. 46. q. 2. a. 2. q 1. ad 1. etiã illam sequitur Suar. lib. 12. cap. 32.

Corol. Ex dictis sequitur quomodo etiã sit intelligendũ illud proloquium Theologorum: ita commune sicut procedens, quod Deus punit citra condignum. Alij autem dicunt, quod cum in peccato sint duo, & auersio & cõuersio, ita similiter in punitione sunt duo & pœna damni, quæ correspõdet auersioni, & pœna sensus quę correspõdet conuersioni ex parte, quod est pœnæ damni æqualitas est cum auersione, ex parte vero pœnæ sensus non est æqualitas, sed minor est pœna quam esset culpa. Hæc explicatio non placet, quia vt dictum est, pœna damni non consistit in indiuisibili, sed est maior. vel min. ex parte causæ secũdũ maioritatem, vel minoritatẽ peccati, quod damnatur, potest etiam in pœna damni assignari in æqualitas ad auersionem, vt sic etiam in illa verificetur puniri citra cõdignũ. si enim Dei misericordia in præmiãdo non solum relucet in præmio accidentali, sed etiam essentiali, similiter & in punitione non solum misericordia debet relucere in pœna accidentali sensus, sed etiãin essentiali damni minuendo ipsam citra condignum, sicut & augendo essentialem beatitudinem vltra condignum. Vera ergo explicatio est citra condignum punire, quia sicut ratione pacti augetur in præmio vltra valorem intrinsecũ operis: ita ratione pacti diminuitur citra valorem intrinsecum operis respectu punitionis. Itaq; sicut meritum habet dignitatẽ ad gloriam, sed non ad totum gradum gloriæ, nisi ex pacto adiuncto, ita demeritum habet condignitatẽ ad pœnam, sed non ad tam parbam pœnam sed ad maiorem ad minorem autem ex pacto adiuncto. Etsi contra arg. quod in peccato est auersio & conuersio quorum primum est infinitum, secundum quid, secundum autem omnibus modis finitum, quibus tamen in pœna correspondẽt alia duo, pœna damni & pœna sensus, quorũ primũ simpliciter est infinitum, secundum autem infinitum in durationeergo non solũ pœna est minor debito, sed maior. *Obiectio.* Resp. aliquos tenere auersionem peccati in ratione offensæ esse simpliciter infinitam, secũdum quam sentẽtiam pœna correspondẽs non est maior. Vera tamen sentẽtia est offensam etiam in ratione offensæ, tãtum esse infinitam secundum quid. *Solutio.* Vtrum autẽ infinitas pœnæ damni sit maior, quam infinitas culpæ, vel æqualis (nã in infinitis secũdum quid aliud alio maius esse potest.) *Dub.* Aliqui dicunt non esse minorem pœnam damni, quam malitia culpæ, inde solum assignant ex parte pœnæ sensus minus citra condignum. *1. Sent.* Vera tamen sententia est etiam ex parte damni, quæ vt dictum est, nõ in indiuisibili consistit esse minus condigno culpæ, ex parte vero pœnæ sensus om- *2. Sent. vera.*

niam

nium est constans sententia esse citra condignum. Ad arg. autem dicitur conuersionem esse æternam, quantam ex parte effectus, & ex parte maculæ relictæ (vt dictũ est) vnde nõ fit excessus si pœna correspõdẽs sit æterna, est tamẽ minor ex parte intensionis doloris, quia maior peccato debebatur, itaque sicut actus meritorius licet formaliter, & in exercitio sit trãsiens, meritorie tamen continet æternitatẽ præmij (vt dictum est) ita actus demeritorius, licet formaliter transiens demeritorie tamen continet æternam durationem suplicij ratione iam dicta. Et si rursus arg. ex illo Isai. 40. suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis, & Apoc. 18. duplicate ei duplicia secundum opera eius. Et ex glos. super illud Psalm. 71. ex vsuris & iniquitate, &c. vbi dicit, quod Deus plus exigit iã pœnis, quam commisit in culpis, quod etiam asserit Aug. super eundem locum. Resp. ideò dicere suscipere duplicia, quia duplici pœna damni, & sensus punitur, non quia in duplo pœna culpæ correspondeat. Ad glos. & Aug. dicitur, loqui comparando durationem peccati ad durationem pœne, non autem ad demeritum, quia (vt dictum est) in actu tẽporali est demeritum æterni suplicij. Ad arg. a principio patet faciliter ex dictis.

Ad arg.

Obiectio.

Solutio.

Ad arg. à principio.

Dubium III.

Vtrùm præter condignitatem & valorem, quem habent opera meritoria ex gratia, & motione Spiritus Sãcti, habeant etiam aliquam excellẽtiã, & dignitatẽ ãChristo Domino, & meritis eius?

Arg. 1. PROBATVR quod nõ primo, gratia nobis collata à Christo, & collata Adamo, & Angelis nõ à Christo sunt eiusdem speciei: ergo nõ aliquid amplius habet collata à Christo, quam si non conferretur.

Arg. 2. Secundo arg. si propter aliquam rationem gratia collata à Christo haberet aliquam maiorem excellentiã, maxime, quia gratia & merita nostra reputãtur eius, quatenus membra sumus illius, sed hæc ratio est nulla: ergo. Prob. mi. primo, quia etiã si sic consideremur Christus Dominus est alia persona extrinseca à nobis: ergo non ponit dignitatem intrinsecam meritis nostris, dignitas enim operis à persona intrinseca, & non extrinseca sumi potest, secundo prob. eadẽ mi. quia inde sequeretur merita nostra esse infiniti valoris, & infinitæ sanctificationis, sicut & opera Christi Domini, nam si considerari, idem cum illo facit dignitatem personæ redundare in nostra opera cum valor personæ sit infinitas infinitum valorẽ nostris operibus tribuet.

Propter hæc arg. Vazquez hic disp. 114. c. 7. tenet partem negatiuam. Pro intelligentia not. est primo, non dubitari in præsenti ampliorem conferri nobis ex meritis Christi, quam conferretur si incarnatus, non esset iuxta illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, & ad Rom. 5, vbi abũdabit delictũ superabundabit & gratia. Sed quæritur vtrum gratia in eodem gradu collata ex meritis Christi habeat maiorem excellentiã & dignitatem, quam haberet si non à Christo, sed a solo Deo immediate cõferretur.

Sent. Vazquez. Not. 1.

Secundo not. est, quod merita nostra possunt considerari tripliciter, primo vt sunt a gratia absolute, sicut fuerunt in Adam, & in Angelis, secũdo quatenus sunt a gratia collata a Christo, tertio secundũ quod merita nostra reputantur idem, cum meritis Christi, quatenus vt membra eius sumus idem cum illa.

Not. 2.

Prima concluſ. opera nostra quatenus sunt a gratia collata ex meritis Christi habent aliquam excellentiam, & dignitatẽ, quam non haberent, si tantum procederẽt a gratia non collata a Christo. Hæc cõcl. videtur expressa D. Th. 3. p. q. 1. ar. 2. ad 2. vbi ait satisfactionẽ nostram habere efficatiam ex satisfactione Christi: ergo vltra procedere a gratia aliquid excellentiæ ponit in eo, quod deribẽtur a Christo Domino, sic tenent ibidem cũ illo omnes discipuli eius præcipue Cai. to. 3. opus. c. 9. Decan. Loban. art. 11. Osius in confes. Catholica, c. 38. Suar. lib. 12. cap. 19. & Lorca disput. 46. & alij multi quos refert Vazquez loco citato, c. 2. est etiã D. August. lib. de correct. & grat. c. 11. vbi ait, gratiam collatam a Christo esse potentiorem, & efficatiorem, insinuatur etiã in Cõcil. Triden. sess. 14. cap. 8. Et ratione probatur primo, causa secunda, & inferiora semper recipiũt aliquem influxũ a causis primis & a superioribus, sed gratia nostra est, quid inferius, & causa secunda respectu Christi Domini, qui est prima causa meritoria, & primum caput totius nostræ iustificationis: ergo nostra gratia recipit ex illo aliquem influxum, & perfectionem, ratione cuius opera procedentia ex tali

1. Concl.

D. Thom. Caiet. Decanus Osius. Suarez. Lorca. D. Aug. Triden.

tali gratia digniora sint, & perfectiora, quam si à gratia non deriuata à Christo talia opera dimanarant. Maior patet in imaginatiua, quæ à superiori ratione, & in scientia infusa Christi Domini, quæ à scientia beata perficitur, & in vniuersum, patet in omni causa, secunda physica, quæ influxum, & motionem perfectiuam participat à prima. Si respondeatur, hanc differentiam solum se tenere ex parte causæ, non autem secundum aliquid intrinsecum repertum in vna, & non in alia gratia. Cõtra arg. nam diuersitas causæ, & diuersus modus ex parte causæ refunditur in effectum: ergo. Probatur antecedens, in forma facta per creationem, vel per generationem, diuersimode enim causare facit formam intrinsice aliter se habere, siquidem creata non dependet in esse à materia, bene tamen genita, quod aliter est se habere secundum perfectionem intrinsecam formæ: sic ergo in præsenti causari, vel non causari a Christo perfectionem intrinsecam ponit in gratia ex peculiari influxu, quem habet qui est a Christo, quod ipsemet explicauit in illis verbis Ioan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic neq; vos, nisi in me manseritis; ego sum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo hic fert fructũ multũ, ecce in hoc vltimo, verbo excellentiam gratiæ in eo, quod dimanat ab illo. Secundo prob. ratione concl. gratia collata à Sacramẽto aliquam excellentiam habet, quam quæ confertur, sine Sacramento, imò quæ confertur a excellentiori Sacramento excellẽtior est, ergo similiter gratia collata a Christo erit excellentior, conseq. patet, nam esse excellentiorem, quæ a Sacramento confertur, non alia est ratione, nisi quia meritũ Christi per Sacramenta operatur, & excellentius per Sacramentum excellentius: ergo procedere ex merito Christi, vel non procedere, vel excellentius procedere maiorẽ excellentiam ponit, anteced. vero prob. ad longum, 3.p.q.62.art.2. & modo breuiter, quia si non magis, vel melius per Sacramentum, quam sine illo iustificaretur, non aliquid correspondere, Sacramento ex opere operato: ergo eo ipso, quod gratia sit a Sacramento habet aliquid excellẽtius ex opere operato, quod non haberet extra Sacramentum ex opere operãtis. In hac quidem concl. (vt dictum est) omnes Thomistæ conueniunt inter ipsos tamen est dissensio circa explicationem, & intelligentiam eius. Aliqui enim explicant prædictam maiorẽ excellentiã per hoc, quod gratia collata a Christo etiam in eodẽ gradu dignificat ad maiorẽ gloriã, ita vt etiã si gratia sit vt quatuor, quia tamen est ex Christo confertur gloria vt sex. Sed hæc sententia vera esse non potest, quia vt dicitur 1.p.q.12.art.6. gloria correspõdet quantitati, & intensioni gratiæ, & 2.2.q.95.art.4. iusta quãtitatẽ meriti gloria tribuitur, quantitas autem meriti docetur ibidem de summi ex quantitate gratiæ, & charitatis operantis in actu secundo, ergo nõ potest stare, quod gratia sit, vt quatuor, & gloria cõferatur, vt sex. Secundo impug. quia aliàs sequeretur, quod cũ æquali gratia obtineretur maior gloria, imò cum minori vt si gratia fidelis aliquantulum esset minor gratia alicuius Angeli, hoc autẽ videtur absurdum. Vera ergo sententia est huiusmodi dignitatem, & maiorem excellentiam consistere in eo, quod talis gratia gradum sibi coequalem gloriæ mereatur excellentiori modo, & peculiari titulo, quatenus ei vt membrum Christi incorporatum talis gloria est debita.

Solutio. *Impug.* *Yahiaegbr.* *1. Explicatio concl.* *Impug.* *2. Explicatio vera.*

Secunda concl. merita nostra formaliter vt procedunt à nobis vt sumus mẽbra Christi & idem cum illo, tanquam cum capite habent valorem infinitum, & merentur de rigore iustitiæ. Ista concl. est cõtra Zumel hic, qui tenet partem negatiuã, & contra Suarez 3.p.q.1.art.2.disp.4.sect.12. qui loquitur subdistinctione (inquit enim) quod merita nostra passiue, quidem sunt de rigore iustitiæ, quatenus Christus Dominus de rigore meruit talia nobis in esse merita, actiue autem non sunt de rigore, quia nos per illa, etiam vt cum Christo idem de rigore non meremur. Est tamen concl. nostra Cai. 3.p.q.1.a.2. & Soto in 4.dist.19.q.1.a.2.concl.3. Osij in confessio. Catholica, c.37. imò D.Th.3.p.q.1.a.2.ad 2. colligiturque ex illo etiam 3.p.q.48.a.1. & 2.ad 1. & q.49.a.1. vbi ait quod tota Ecclesia cum Christo, vt capite computatur, vt vna persona, vnde subdit, quod sicut si manus eliciat operationẽ meritoriam computatur, vt actio oculi deliquentis, vt per talem actionem satisfacere possit, ita similiter actio Christi computatur vt nostra, vt per ipsam satisfacere possimus prodelicto. Ex quo sic sumitur arg. in eadẽ persona actiones vnius mẽbri moraliter cõputãtur alterius, & maxime capitis, sed nos cũ Christo sumus mẽbra vnius personę: ergo actiones nostre cõputabuntur vt actiones Christi, & ecõuerso, sed actiones Christi sunt meritorię de rigore iusti-

2. Concl. *Contra Zumel, & Suarez.* *Illam tenet Cai. Soto. D. Thom.*

tiæ: ergo & nostræ prout illius, vel prout à nobis, vt idem cum illo. Cõf. quia sic semper iudicatur in moralibus, si enim aliquis alicuius communitatis, vt membrum eius soluat aliquod debitum dicitur totam communitatem soluisse: similiter quod Rex facit vt caput dicitur Regnum facere, etsi dux obtinet victoriam omnes similiter tã quam membra eius dicuntur vicisse: ergo similiter loquendũ est de nobis, & Christo facientibus vnum, vt membra cum capite. Secundo prob. peccata nostra dicũtur Christi, quia est caput nostrum: ergo merita eius dicuntur nostra, quia sumus membra illius. & consequenter nos, vt mẽbra, sicut & ipse mereri de rigore, anteced. patet, ex illo Iob, loquentis in persona Christi cum ait, vtinam apenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas, quã patior in statera, & hęc grauior appareret, hoc solum de Christo verificari potest, quod pęna excedat culpam, & etiam omnium hominum. Eodem modo loquitur Paul. cum ait, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in illo: quem locum explicat Aug. in inchir. c. 41. sic dicens, ipse ergo peccatum, vt nos iustitia, neque nostra sed Dei, neq; in nobis, sed in Christo fiat. Ex quo constat etiam Aug. tenuisse nostram sententiam, si enim loqueretur de iustitia imperfecta hæresim assereret, quod iustitia non in nobis, sed in Christo, saberet enim Lutheranis asserentibus, nos ab extrinseco iustificari iustitia Christi, necessario loquitur de iustitia perfecta, & rigorosa, quæ intrinsice tantum est in Christo, & qua nos extrinsice, vt mẽbra eius dici possumus de rigore satisfacere, cõsonat etiam, hęc doctrina dictis illius 3. de doctri. Christ. c. 30. & 31. vbi ponit regulã generalem quę in sacra Scriptura, quæ dicuntur de Christo possunt aplicari membris, & ècõuerso, & hoc etiam videtur insinuari ad Ro. 8. qui proprio filio suo non pepercit, &c. quomodo cum illo non omnia nobis donabit, ac si diceret sic Deus Christum destinabit. vt pro nobis pateretur. sua merita nostra esse voluit, & consequẽter nos per illa de rigore merebimur. Tertio prob. in sacra Scriptura dicitur nos surrexisse, & ad Dei dexteram consedisse, quia caput nostrum Christus surrexit, & consedit: ergo similiter dicẽtur mereri de rigore, quia ipse sic meruit, quia par ratio est. Quarto prob. merita nostra sapiunt naturam meriti Christi prout meritum nostrum est illius, & ab ipso vt propriũ ofertur, sicut dicitur Conc. Trid. sess. 14. c. 8. quod Christus Dominus ofert merita nostra, tanquam sua, sed hoc non est aliter, nisi quod merita nostra formaliter, vt illius sunt de rigore ergo, &c. Vlt. prob. actus imperati a charitate participant modũ, & dignitatem illius: ergo & actus nostri mẽbrorũ participant modũ, & dignitatẽ infinitã Christi Domini, patet conseq. quia magis iũgũtur ista, quam illa siquidem ex his fit vna persona moraliter, vt dictũ est.

Ex dictis sequitur primo, quod absolute & simpliciter dicẽdum est nostra merita esse finiti valoris, infinita vero secundum quid, quia de rebus iudicandum est secundum illud, quod habent formaliter intrinsice, & absolute meritum: ergo secundum iustitiam nobis intrinsecam, & absolute consideratam sunt finita: ergo absolute sic dicẽda sunt: considerare aut ẽ merita nostra prout Christi secundum, quod sumus membra eius est consideratio secundum quid, & non secundum aliquid formale. Itaque licet esse membrum in nobis sit aliquid morale, & phisicum, conuenit tamen nobis methaphorice ad cõpositum naturale, licet ergo esse membrum sit aliquid reale est tamen methaphoricum, esse autem Deo gratum, & amicum, quod est principium merendi absolute est secundũ proprietatem, & non methaphoram, cum ergo ex ratione propria finitatem habeãt rationem autem infinitam solum ex ratione methaphorica absolute dicenda sunt finiti valoris, & hoc videtur D. Tho. 3. p. quęst. 58. art. 4. ad 1. qui explicans illud ad Ephes. 2. consedere nos fecit, &c. dicit hoc esse quodammodo, quia membra eius. in illo verbo quodammodo denotat, hoc nobis conuenire secundum quid. 1. Corol. D. Thom.

Secundo sequitur, posse saluari propositionem Caietani 3. part. quæstion. 1. art. 2. quod nostra merita, vt à membris Christi, & vt idem cum illo, non solum adæquant valori meritorum Christi, sed etiam excedunt si merita Christi considerentur personaliter, & vt distincta à nostris meritis, quia merita Christi habent infinitatem, quantum ad sufficientiam, iste autem valor reducitur ad efficatiam per nostra merita, iuxta illud ad Colossen. 1. Ad impleo ea, quæ desunt passioni Christi, nempe efficatiam: quam ante opera Paulinon habebant: si ergo ex nostris meritis ponitur aliquid, quod fine illis nõ erat meritum Christi fit maius ex meritis nostris, licet & efficatia nostrorum meritorum reducatur in meritum Christi. 2. Corol.

bene ergo saluãtur nostra merita formaliter, prout coniuncta Christo habere maiorem perfectionem, quam merita illius secludendo à nostris.

3.Corol. Tertio sequitur, qualiter possit accepiari propositio aliquorum Theologorum, qui dicunt stare hanc propositionem veram, mereor ego iam non ego, sed meretur in me Christus, sicut dixerat Apostolus, viuo ego iam non ego viuit in me Christus, non sic intelligenda est, quod Christus solus mereatur, & nõ fideles, sed quod ipsis meritum Christi applicetur, quod est hæresis Lutheranorum, nec solum intelligitur, vt explicat Soto, 3. de nat. & gratia, cap. 8. quod dicatur Christũ mereri in nobis, quia principium meriti est à Christo, sed iuxta prędicta potest intelligi formaliter Christum in nobis mereri, considerantis nobis, vt membra, & vt idem cum illo, qua ratione nostra merita infinita sunt, & de rigore, vt sic enim potius dicitur Christum in nobis mereri, quam quod nos mereamur, quia hoc secundum videtur sonare considerationem nostri prout à Christo distinguimur, qua ratione de rigore meteri non possumus.

Obiectio. Etsi arg. contra prędicta, quia vnunquodque recipitur ad modum recipientis: ergo etiã si valor Christi sit infinitas, receptus in nobis finitus erit, & sic nulla ratione dici poterit nostrũ meritum infinitum.

Solutio. Resp. quod quando nostra merita considerantur, secundũ virtutem receptam à Christo considerantur, vt à nobis prout a Christo distincti, & ab alijs fidelibus. & sic valor est finitus, quia (vt probat argumentum) in nobis receptus, quando autem considerantur nostra merita vt infinita, & de rigore non considerantur secundum virtutem receptam, sed vt eiusdem virtutis, quia vt sic sunt, idem (vt dictum est.)

Obiectio. Etsi contra arguas, quia adhuc sic considerata merita non eliciuntur á persona Christi, sed a persona nostra ergo etiam, vt sic considerata non sunt infinita, quia valor cõsideratur a persona eliciente.

Solutio. Resp. personam Christi non considerari vt extrinsecam respectu nostri meriti formaliter vt illius, quia (vt dictũ est) procedit a nobis, vt idem in persona cũ illo.

Obiectio. Etsi rursus arg. quia sequeretur sic merita omnium esse æqualia.

Solutio. Resp. concedendo totum sufficit enim ponere diuersitatẽ meritorum absolute, secundũ quod a Christo, & inter fideles est distinctio.

Ad 1. Ad primum arg. à principio resp. negando conseq. bene enim stat specifice cõuenire, & modaliter secundum maiorẽ excellentiam differre. Ad secundum patet ex dictis. *Ad 2.*

Dubium IV.

Vtrùm actus meritorius, vt meritorius, sit actus elicitus à virtute iustitia.

RATIO dubitandi est 1. actus meritorius est actus iustitiæ (vt dictũ est) ergo elicitur à iustitia, patet conseq. quia eadem ratio formalis debet reperiri in actu elicito, & habitu eliciente. *Arg.1.*

Secũdo arg. ex eo, quod Deus præmiã dat facit æqualitatem licet non operemur, ex debito ponimus iustitiam cuius actus sit præmiare: ergo homo merens faciens æqualitatẽ cũ præmio, operatur ex iustitia. *Arg.2.*

Tertio arg. nam vt dictum est, meritũ habet rationem emptionis, & venditionis ergo est ab habitu iustitiæ. *Arg.3.*

Quarto arg. quia non potest assignari alius habitus a quo formaliter sit ratio meriti habentis rationem iustitiæ: ergo ponẽda est iustitia a qua procedat. *Arg.4.*

In hac re qui tenent in Christo Domino fuisse iustitiam commutatiuam dirigentem merita, & satisfactionẽ vltra cæteras virtutes elicientes actus meritorios habẽtes valorẽ à gratia & charitate: similiter dicunt in homine iusto vltra virtutes eliciẽtes proprios actus, & gratiam, & charitatẽ dignificantem illos requiri iustitiam dirigentem merita in præmium. *1.Sent.*

Alij vero dicunt in Christo Domino non requiri iustitiam ad rationẽ meriti, sed illam inesse operibus, eo ipso, quod à persona grata: dicunt consequenter in homine iusto opera virtutum meritoria esse, eo ipso quod sint à gratia, & charitate, sine aliquo influxu iustitiæ in talia opera. *2.Sent.*

Alij dicunt non requiri iustitiã, quia hæc inter hominem, & Deum non reperitur, requiri tamen vltra propriam virtutem elicitiuã actus, & charitatem dignificantem spes dirigẽs in Deũ præmiantem, proprium est enim spei respicere præmium, & beatitudinem, quam merita intendunt, inde dicunt rationem meriti radicaliter sumi à charitate, & gratia dignificãte, proxime autẽ à spe dirigente. *3.Sent.*

Alij iuniores dicunt non requiri iustitiã, nec tamen sufficere propriam virtutẽ eliciẽtem, vel charitatẽ dignificantem, sed requiri virtutẽ pietatis, quę inter Deũ, & hominẽ esse potest, & ab illa formaliter actus *4.Sent.*

virtu-

virtutũ habent rationẽ meriti, & iustitiæ.

Not. Pro intelligentia not. quod actus virtutum licet ex proprijs obiectis specie differant, nihilominus formaliter in ratione meriti conuenire, & esse eiusdem speciei, non ergo dubium quin si actus virtutum, quoad substantiã, & est pars obiecti, qua differunt considerentur sint eliciti vnusquisque à sua virtute propria, sed dubitatur: vtrum illa ratio formalis meriti in qua conueniunt, & in omnibus est eadem proueniat ab habitu iustitiæ, vel spei, vel pietatis, vel sufficiat charitas ex qua omnes actus virtutum sumunt valorem, vt etiam abilla dicantur habere rationem meriti.

1. Concl. D. Thom. Prima conclusio, in actibus meritorijs licet non sit perfecta iustitia est tamen ratio iustitiæ, vera & propria siquidẽ est æqualitas & præmium absolute ex debito correspondet. In qua conclusione omnes conueniunt, quia est expressa D. Th. art. 1. præcedenti. Etsi quæras vtrum ratio iustitiæ in merito sit commutatiuæ, an vero distributiuæ? Durand. in 4. dist. 27. quæst. 2. & Capreo. ibidem, quæst. vnica, art. 3. ad 1. dicunt esse iustitiæ commutatiuæ quod etiam videtur D. Th. 2. 2. q. 61. art. 4. ad 1. & in 4. dist. 46. q. 2. artic. 1. ad 1. quod autem sit iustitiæ distributiuæ, tenet Ferra. 1. contra gent. cap. 92. Soto, 3. de iust. q. 5. art. 4. ad 1. & videtur expressum etiam D. Th. 1. part. quæst. 21. art. 1. & 2. 2. loco citato. Nihilominus resp. & in merito esse modum, & similitudinẽ cõmutatiuæ, quatenus est æqualitas rei ad rẽ (vt supra dictum est) & etiam est ordo iustitiæ distributiuæ, secundum quod attenditur in distributione præmij dignitas personarum ex gratia aqua meritũ habẽt plus vel minus valoris ad præmium. Responsio est Caiet. 2. 2. q. 61. art. 4. ad 1. & sic concordantur diuersa loca D. Thom. & diuersus modus loquẽdi sacræ Scripturæ in quibus aliquãdo ratio meriti nominatur nomínibus importantibus iustitiã cõmutatiuã aliquando vero distributiuã, nimirũ quia ratio vtriusque seruatur in merito.

Dub. 1. Sent. Durand. Capreo. 2 Sent. Ferra. Soto. 3. Sent. Vera Caiet.

2. Concl. D. Thom. Secunda conclusio, ratio formalis meriti, & iustitiæ in merito reperta non elicitur ab habitu iustitiæ, neque ab illo regulatur. Hæc est communis Thomistarũ, & videtur expressa D. Tho. 3. part. quæstio. 85. art. 3. vbi ait, inter Deum, & creaturas non esse iustitiam propriè dictã, nec aliquam spem subiectiuam eius, sed tantũ esse speciem iustitiæ potentialis, vt pœnitentia, &c. similiter 2. 2. q. 80. art. 1. præcedenti huius quæst. dicit, quod cum iustitia dicat æqualitatem, & hæc non sit proprie inter Deum, & hominem consequenter, nec iustitia simpliciter. & in rigore loquendo. Tandem hoc probatur, 3. p. q. 1. art. 2. vbi licet aliqui probabiliter teneant in Christo fuisse iustitiam commutatiuã ad eliciendam rationem meriti in actibus virtutum, hoc autem negant in puro homine, quia inter Christum, & patrem erat æqualitas, simpliciter non autem inter purum hominem, & Deum. Etsi arg. quia licet non sit æqualitas inter hominẽ, & Deũ tamen æqualitas, simpliciter inter meritũ, & præmiũ: ergo ratio meriti respectu præmij erit à iustitia. Resp. quod vt esset a iustitia non sufficit habere æqualitatem, cũ præmio secundum se, sed cum illo, vt collatio à Deo, vt sic autem æqualitatem perfectam non habet, & consequenter, nec actus iustitiæ, solutio est Caiet. hic.

Obiectio.

Solutio.

3. Concl. Tertia conclusio, probabile est huiusmodi rationem meriti, & iustitiæ imperfectæ reperte in actibus virtutum elici à virtute pietatis. Hanc tenent aliqui moderni Theologi grauissimi, & probatur, ratio meriti est ratio iustitiæ, licet imperfectè: ergo debet reduci in iustitiam, si non perfectam qualis est commutatiua, vel distributiua imperfectã tamẽ, quæ alia inter Deũ, & homines assignari non potest, nisi pietas, quam ponit D. Th. 2. 2. q. 58. vt seruetur iustitia iustitia imperfecta inter patrẽ, & filium, pietatem quidẽ naturalem, vt seruetur iustitia in naturalibus, pietatẽ autẽ supernaturalem, vt seruetur iustitia insuper naturalibus inter patrem Deum, & iustum filium eius. Confirm. nam ex eo ponitur pœnitentia specialis virtus ad satisfaciendum Deo, quia satisfactio dicit rationem iustitiæ imperfectæ, quæ ad commutatiuam, vel distributiuam iustitiam reduci, non potest: si ergo in merito reperitur ratio iustitiæ imperfectæ ad specialẽ virtutẽ, debet reduci, quæ licet nõ sit cõmutatiua, vel distributiua sit tamẽ aliquo modo species eius saltẽ potẽtialis, & hæc erit pietas.

Ledesma.

4. Concl. Quarta conclusio, probabilius est rationem meriti, & iustitiæ illius elici à gratia mediante charitate, nec opus esse, vt proueniat à iustitia, pietate, vel spe non quidem à charitate precisse, sed vt habet adiunctum diuinum pactũ, quia licet charitas secundum se tantum respiciat Deum vt bonum tamen, vt iucludit pactum respicit Deum, vt præmiatorem, & consequenter potest esse principium actus in ratione meriti, & iustitiæ, & secundum quod ordinatur ad Deum vt præmiatorem. Itẽ probatur,

batur, nam actus virtutum eo ipso, quod procedant à gratia & charitate, vt includant pactum respiciunt præmium secundum æqualitatem, & debitam ergo nō est necessaria alia virtus ad rationem meriti in actu virtutis. Item prob. nam actus malus, eo quod malus, sine alia noua directione est demeritorius: ergo actus virtutis, eo ipso, quod est bonus supernaturaliter à charitate est meritorius; itaque sicut ratio demeriti est quædam generalis conditio actuum malorum, ita ratio meriti sit cōditio generalis actuum bonorum non pertinens ad specialem virtutem, quā ad charitatem facientem actus bonos supernaturaliter. Conf. opus bonū ex natura sua est dignum laude. sicut malum vituperio ergo eo ipso, quod bonus est meritorius habens rationem iustitiæ, sine aliqua speciali virtute dirigente. Itē prob. quia vbi nō est specialis difficultas non ponitur specialis virtus, quia hæc est ad vincendam difficultatem, sed actus virtutis procedēs à charitate ex pacto Dei non habet specialē difficultatem vt respiciat præmium: ergo ad hoc non est necessaria specialis virtus. Vltimo prob. nā probabilius est ad actus meritorios ex perfecta iustitia in Christo Domino non requiri iustitiam perfectam elicientem qualis est cōmutatiua: ergo simili ter probabiliuserit ad actus meritorios nostros ex iustitia imperfecta non debere poni iustitiam imperfectam elicientem qualis est pietas, patet cons. quia sic se habet ratio perfectæ iustitiæ respectu iustitiæ perfectæ, sicut ratio iustitiæ imperfectæ respectu iustitiæ imperfectæ: ergo si ad rationē iustitiæ perfectæ nō requiritur iustitia perfecta eliciens in Christo, neque ad imperfectam in actibus nostris requiritur iustitia imperfecta eliciens vltra charitatē ex pacto. Verum est ad rationem meriti prouenientem ex charitate, vt includit pactū præsupponi spem, negamus tamen elici ab illa. sicut actum pœnitentiæ, licet eliciatur à pœnitentia supponitur spes, quia vt sit actus pœnitentiæ debet esse cum spe veniæ, quod patet quia si tantum sit spes vt in peccatore non est meritum: ergo ratio meriti licet supponat spem, non tamen elicitur ab illa, quia si eliceretur posita spe talis actus meritorius posset poni. Nota tamen, circa prædictam conclusionem non eodem modo concurrere gratiam, & charitatem ad meritum. gratiæ enim correspōdet radicaliter, charitati vero proxime, sicut centrum correspondet formæ lapidis radicaliter grauitati vero, & descensui proxime, vnde forma lapidis mediante grauitate centrum consequitur; sic ergo in præsenti gratiæ correspondet vita æterna radicaliter, tāquam formæ proportionatæ, proxime uero charitati, unde consequitur talē finem gratia mediante charitate operāte. Ad fundamentum autē precedentis cōclusionis resp. inter patrem, & filium in naturalibus esse necessariam pietatē ad actus imperfectos iustitiæ, quia in filiatione nō intelligitur sufficiēs principium talis iustitiæ: inter filium autem, & Deum non necessaria est talis virtus, quia licet filiatio per gratiam secundum se non sit principiū sufficiens actus iustitiæ qualis est meritū: bene tamen quatenus filiatio habet pactū adiunctum. Ad secundam rationem dicitur in actu pœnitentiæ esse specialem difficultatem, vnde necessaria est specialis virtus in ratione tamen meriti posita charitate, & pacto non est specialis difficultas (vt dictum est) ac per consequens specialis virtus non requiritur.

Not.

Ad primum arg. à principio resp. dato in actu meritorio esset ratio formalis iustitiæ, non ideò requiri habitum iustitiæ eliciētem si ponatur principium supereminens in quo ratio iustitiæ contineatur, vt in meritis Christi non ponitur iustitia eliciens, quia ponitur dignitas personæ eminenter continens rationem talis virtutis, sic in præsenti cum ponamus charitatem ex pacto continentem eminenter rationē iustitiæ imperfectæ, non alia est necessaria, vt eliciat. Secundo respondetur, in actu meritorio tantum esse rationem iustitiæ imperfectæ, vnde sufficit assignare principium in quo ratio iustitiæ imperfecte contineatur huiusmodi est charitas ex pacto, vnde aliaquecūque superfluit. Tertio respondetur, actum meritorium esse actum iustitiæ obiectiuæ non formaliter, hoc est per actum meritorium fit aliquid præmiandum ex iustitia, non tamen ipse actus est iustitiæ, sicut solio vinearum nō est actus iustitiæ formaliter, sed obiectiue quia est opus cui ex iustitia merces est debita.

Ad 1. arg.

2. Solutio.

Ad secundum arg. respondetur, in Deo reperiri iustitiam, quia collatio præmij est homini ius suum tribuere, mereri autem non ita, quia per meritum non tribuit homo Deo ius suum.

Arg. 3.

Ad tertium arg. dicitur, quod inter meritum, & præmium est emptio, & venditio imperfecte, & similitudinariæ solū, vnde non est necesse ponere perfectam iustitiam ad meritum.

Arg. 2.

Ad

Ad 4. Ad quartum patet ex vltima conclusione, vbi assignatur à quo ratio meriti eliciatur.

Dubium V.

Vtrùm Deum præmiare sit actus elicitus iustitiæ proprie dictæ?

Arg. 1. PROBATVR quod non primo, in Deo non est iustitia proprie dicta, ergo collatio præmij in Deo, non est actus iustitiæ proprie dictæ: consequentia patet, nam vbi iustitia non est, nec actus elicitus ab illa, antecedens vero est D. Thom. 1. part. quæst. 21. ibique communiter probatur ab omnibus Theologis qualiter in Deo non sit iustitia commutatiua, quia hæc dicit rationem debiti & æqualitatem debitoris ad creditorem & quod iustitiam faciens abdicat à se dominium illius rei quã tribuit ex iustitia, quæ quidem in Deo reperiri nõ possunt, quia nec Deus potest esse debitor creaturæ, nec illi æqualis, nec abdicare dominium præmij etiam collati, semper omnium manet vniuersalis Dominus: nec etiam potest in illo esse iustitia distributiua, quia hæc est proportionaliter ad personas plus enim, vel minus tribuens secundum maiorem, vel minorem personæ dignitatem in collatione præmij non seruatur omnibus enim equaliter datur iusta gradũ gratiæ omni enim habenti gratiam, vt quatuor quisquis ille sit, non tribuitur, nisi gloria vt quatuor.

Arg. 2. Secundo arg. homo non meretur ex iustitia proprie dicta (vt supra dictũ est) ergo nec Deus præmiat ex iustitia proprie dicta. Prob. consequentia, quia mereri & præmiare dicũtur correlatiue vnde equale vinculum ex vtraque parte debet esse, si ergo ex parte hominis ad Deũ non est perfecta iustitia, nec econuerso.

1. Sentent. Vazquez. Lorca. Alensis. Scot. Gabr. D. Bonau. In hac re est prima sententia quam tenet Vazquez hic artic. 1 præcedenti, disput. 215. cap. 1. & 1. part. quæst. 21. art. 1. disput. 85. & 86. & part. 2. disput. 223 & Lorca disput. 44. Alensis 1. part. q. 39. memb. 1. Scot. in 1. dist. 46. quæst. 1. Gabr. dist. 49. quæst. 4. art. 3. dub. 3. D. Bonauent. distinct. 46. quæst. 2. artic. 2. quod videlicet in Deo non est iustitia proprie dicta, vt ab alijs virtutibus, vel attributis distinguitur, sed est iustitia, vt iustitia dicit conlecentiam & æquitatem, qua ratione quilibet actus virtutis dicitur iustitiæ & virtuose operans vocatur iustus, quæ comparatione ad iustitiã proprie dictam tantum metaphorice dicitur talis.

2. Sent. Ferrar. Soto. Capreolus. Secũda sententia est, in Deo esse quidẽ propriè iustitiã distributiuã in distributione bonorũ, siue naturaliũ, siue supernaturaliũ, siue etiã in collatione præmiorũ: negat tamen hæc sententia in Deo esse iustitiam commutatiuam proprie dictã. Hanc sententiam tenet Ferrar. 1. cont. Gent. cap. 93. Soto 3. de natura & grat. cap. 7. & 3. de iust. & iure, quæst. 3. art. vltimo ad 1. & Capreol. in 1. distinct. 45. quæst. 1. art. 2. concl. 14. imò videtur expressa D. Thom. 1. part. quæst. 21. art. 1. & 1. contra Gent. c. 93.

3. Sent. Molina. Suar. Tertia sententia est, quam tenet Molina 1. part. quæst. 21. art. 1. quod in Deo vtraque iustitia proprie reperitur, tam in collatione præmiorum, quam punitione peccatorum, imò potius (inquit) seruatur iustitia commutatiua, quam distributiua, idem tenet Suarez lib. 12. cap. 3. hæc sententia videtur D. Thom. 2. 2. quæst. 61. art. 2. ad 3. & in 4. dist. 46. quæst. 1. art. 1. ad 1.

Not. 1. Pro intelligentia notandum est ex D. Thom 2. 2. quæst. 58. art. 5. & qnæst. 61. quod iustitia secundum quod ab alijs virtutibus distinguitur est triplex, legalis inter ciues & rempublicam dirigens illos legibus. Distributiua quæ versatur in distributione bonorum communium secundum dignitatem personarum, alia est commutatiua, quæ versatur inter conciues & personas particulares faciens æqualitatẽ rei ad rem. De legali ergo hic non quæritur certum enim est hanc in præmiando non reperiri, sed de alijs duabus est quæstio.

Not. 2. Secundo notandum est, quod perfectio est duplex, alia simpliciter, quæ in suo conceptu formali & essentiali imperfectionem non includit licet ei ex parte subiecti possit adiungi, vt sapientia cui ex parte subiecti in creaturis cõiungitur esse accidens quod tamen ex sua ratione formali non importat, alia vero est perfectio secundum quid quæ in suo conceptu formali aliquam imperfectionẽ habet admixtam, vt rationalitas, quæ essentialiter importat discursum in quo imperfectio potentialitatis clauditur, perfectiones ergo in Deo simpliciter reperiuntur formaliter, quia imperfectio adiuncta ex

subiecto separatur, si in tali subiecto non ponatur; perfectiones vero secundum quid, non sunt in Deo formaliter, sed solum eminenter, quia cum imperfectio essentialiter ibi includatur ab illa denudari & separari non potest, vt in Deo collocetur. Dependet ergo, vt examinemus vtrum in Deo formaliter sit iustitia ab eo, vt examinetur vtrum sit perfectio simpliciter, vel secundum quid, de facto enim nulli dubiũ quin in creaturis iustitia multas imperfectiones inuolbat, nempe quod persona in qua est iustitia, sit capax dati, & accepti in propriam vtilitatem & commodum, & quod in executione iustitiæ dominium rei collatæ abdicetur, & quod ex vi iuris alterius ipse maneat debitor. Restat tamen examinandum, vtrum hæc coniungantur iustitiæ per accidens, an vero aliquid istorum includat essentialiter ex sua ratione formali, hoc autem dependet expositione & intelligentia propriæ definitionis explicantis essentiam, quam quidem ponit D. Thom. 2. 2. quæst. 58. art. 1. & art. 11. & quæst. 80. art. 1. videlicet, quod iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuere.

1. Conclus. Prima conclusio, iustitia vt est specialis virtus communis ad distributiuam formaliter reperitur in Deo. Hæc conclusio est contra primam sententiam, constat tamen ex multis locis sacræ Scripturæ, quæ hic adducit Medina & Zumel ex quibus

2. Tim. 4. pro nunc sufficiat illud ad 2. ad Timot. 4. de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, in eo quod dicit ex iustitia & Deum esse iudicem in Deo iustitiã ponit, actus enim iudicis actus iustitiæ est, nec licet recurrere ad iustitiam methaphoricam cum secundum regulam Sanctorum præcipue August. sacra Scriptura sit interpretanda in proprio sensu vbi nulla absurditas continetur. Ratione autem probatur, perfectio simpliciter formaliter reperitur in Deo, sed iustitia est huiusmodi ergo. Maior patet ex secundo notabili. Minor vero prob. ex assignata definitione iustitiæ in qua nihil imperfectionis clauditur quapropter omnes imperfectiones numeratas in secundo notabili quas includit ex parte subiecti per accidens ei adiunguntur. esse enim capacem dati & accepti in propriam vtilitatem habet subiectum creatum ex propria indigentia respectu tamen Dei non requiritur fieri in eius vtilitatem, sed sufficit fiant in eius obsequium, laudem, & gloriam, quod autem sit debitor etiam, non est essentiale, sed quod merces sit debita, quod autem dominium abdicet rei collatæ etiam prouenit ex dominio limitato creaturæ, quod autem dominium supereminens habet, vt Deus conferendo alteri dominium à se illud abdicare non potest, ratio est D. Thom. 1. cont. gent. *D. Thom.* cap. 93. & ex his habet etiam illam regulam celebrem 1. part. quæst. 21. art. 1. quã desumpsit ex D. August. lib. 1. confessio. cap. 4. & in medit. c. 29. quod Deus reddit debita nulli debens. Etiã contra arg. *Obiectio.* quia si merces est debita ex iustitia proprie dicta, ergo ab aliquo est debita, ergo ex vi iustitiæ importatur. Habentem illã esse debitorem, quod est imperfectio. Dicere autem Deum conferre debitũ, quod ipse non debet, non est ponere quod ipse faciat actũ iustitiæ proprie dictæ: si enim Petro debebantur centum & soluantur à Paulo qui non debebat illa ille actus solutionis non est actus iustitiæ proprie dictæ. Resp. ad rationem iustitiæ essentialiter loquendo sufficere debitum ex parte præmij non autẽ requiritur ex parte præmiantis verum est, quod ex debito præmij infertur connaturaliter debitũ in præmiante si præmians sit capax debiti, alias enim minime salua essentia iustitiæ, cum ergo Deus sit incapax debiti hoc non requiritur ex debito præmij, exemplum sit positum à Theologis 1. part. quæst. 13. art. 7. ex subiectione enim reali creaturæ ad Deum, & ex reali productione connaturaliter deberet sequi relatio realis dominij in Deo, quia tamen Deus est incapax nouæ relationis realis aduenientis illa non consurgit, sed tantum rationis, nihilominus ex illo fundamẽto reali realiter & essentialiter habet dominium, sic ergo in præsenti resultaret debitum si esset capacitas. ex incapacitate tamen præmium manet debitum Deus nihil debens & in debito præmij essentialiter consistit iustitia. Secundo resp. dato Deum esse de- *2. Solutio.* bitorem non inde sequi poni in illo imperfectionem, quia talis obligatio nõ est à iure adquisito ab aliquo extrinseco, sed à se ipso promitente & paciscente, quod potius est esse debitorem sibi quam creaturæ. Idem dicitur de traslatione dominij, taliter enim transfert, quod non abdicat & quia creatura adquirit dominium ex participatione collata Dei non ponit imperfectionem in Deo, sicut concursus primæ causæ, quod operetur media causa se-

Solutio.

rationes 6.

secundanō imperfectio est in prima, quia operatur per secundam habentem virtutem ex prima, si enim secunda mediaret determinando primam per aliquid, non esset à prima, esset imperfecto in prima, sic ergo in præsenti, quia tota ratio iuris & dominij in creatura prouenit ex parte Dei non ponit imperfectionem in Deo, ad hoc enim aliunde deberet summi. Ad illud autem de soluente centum, quæ non debebat. Respondetur primo, facere quidem actum iustitiæ cum satisfaciat iuri creditoris & debitum cesset, in ordine tamen ad debitorem liberalitatem exercet soluendo pro illo, Deus ergo soluens quod non debet, actum potest exercere iustitiæ. Resp. secundo, quod taliter soluens, vel soluit ex pacto quod fecit soluē di pro alio, vel non, si secundum, concedi tur non esse actum iustitiæ, sed nihil contra nos, quia Deus licet non debeat, soluit ex pacto, si dicas primum, dicitur facere actum iustitiæ ex tali pacto sicut dicitur de Deo.

1. Concl. 2. Pars cō clus. D. Tho.

Secunda conclus. tam iustitia cōmutatiua, quam distributiua formaliter reperiuntur in Deo, & vtraque exercetur, tam in collatione præmij, quam punitione vitij licet proprius & formalius distributiua resplendeat. Prima pars patet sicut & præcedens conclusio, quia ratio formalis & specifica, tam commutatiuæ, quam distributiuæ nullam imperfectionem importat, sed si quam habet ad mixtā, est ex parte subiecti creati, ergo seclusis imperfectionibus in Deo poterit reperiri. Itaque ratio iuris specificantis iustitiam in communi diuiditur in ius rigorose sumptam specificans commutatiuā, & in ius non ita rigorose sumptum, quod specificat distributiuam & sicut in definitione data iustitiæ in ordine ad ius nulla inuoluitur imperfectio formaliter, ita in definitione cōmutatiuæ in ordine ad ius rigorosum, vel distributiuæ in ordine ad ius non vita rigorosum nulla imperfectio importatur formaliter, sed si quæ est habet se materialiter ex parte subiecti creati. Secunda pars conclusionis est D. Tho. 2.2. quæst. 61. art. 4. ad 1. & probatur quod sit quidē cōmutatiua, quia præmium appellatur merces, quod sonat commutatiuam, item quia D. Thom. 3. part. quæst. 85. art. 3. dicit, quod in præmiando reperitur vtrunque scilicet cōmutatio cum æqualitate rei ad rem, hoc autem est quod requiritur ad cōmutatiuam ergo, quod autem sit distributiua est fere communis omnium, vt patet ex sententijs recensitis, & probatur quia vita æterna vocatur præmium & corona strenue pugnantium, quod quidem pertinet ad distributiuam. Item, quia in præmiando reperitur proportio & æqualitas geometrica (vt dictum est supra) ergo distributiua, quæ huiusmodi æqualitatem proportionalem respicit, &c. Confirmat. ex illa parabola vbi dicitur habenti decē mnas data fuisse alia decē, & habēti quinque alia quinque, & habēti duo alia duo, ecce æqualitatem proportionalem, nam sicut se habent decem ad decem ita quinque ad quinque. Et si contra arg. quia distributiua & commutatiua dicunt ad inuicem rationem oppositam & repugnantē, siquidem sunt duæ species iustitiæ, ergo in eodem actu præmiandi, vel puniendi reperiri non possunt. Resp. quod sicut practicum & speculatiuum prout in creatis important oppositionem & mutuam exclusionem quapropter idem habitus speculatiuus & practicus esse non potest, quia esse speculatiuum excludit principium operandi & ēconuerso formaliter autem & essentialiter hoc nō important, siquidem in scientia Dei vtrumque simul reperitur, siquidem est practica & speculatiua: & similiter in fide & Theologia, quia est participatio diuinę scientiæ vtrūque reperitur, vt ostēditur 1. part. quæst. 1. art. 4. Ita in præsenti mutua oppositio & exclusio, quæ imperfectionem importat non est essentialis commutatiuæ, vel distributiuæ, sed tantum eis conuenit pro vt increatis, vnde seclusa hac imperfectione in Deo reperiri possunt, & consequenter in eodem actu coaptari. Tertia pars conclusionis est contra Molinam, quia licet homo mereatur ex condigno & in operatione sit æqualitas cum præmio & illud sit debitum quod sufficit ad veram & propriam rationem cōmutatiuæ, opus tamen meritorium non est in vtilitatem Dei, nec facit ipsum debitorem. nec merens operatur ex proprijs, sed ex receptis à Deo, quod sufficit vt aliquantulum deficiat à commutatiua, & alias per operationem fit dignus præmio collato & illud tribuit Deus ex proprijs & indebitis, quod iuuat ad distributiuam; ergo licet vtraque sit proprie iustitia proprius tamen & formalius seruatur ordo distributiuæ.

Obiectio.

Solutio.

3. Pars cō clus. cōtra Molina.

De punitione tamen maior est difficultas in probando qualiter sit etiā actus iustitiæ cōmutatiuæ, vel distributiuæ & specialius distributiuæ, nā Suarez opusc.

De punitione prob. cō clusio contra Suar.

de

de iustitia Dei sect. 5. num. 16. dicitur, quod licet collatio præmij sit commutatiuæ, vel distributiuæ, & specialius distributiuæ in quo nobiscum consentit contra Molinam: in punitione tamen (inquit ipse) neutra harum iustitia reperitur, sed talis punitio pertinet ad iustitiam, quam ipse vocat prouidentialem, ad quam pertinet (secundum ipsum) vnicuique tribuere iusta exigentiã suæ dignitatis sine debito ex parte Dei, vt conferre Christo Domino gratiam infinitam, & Beatæ Virginis virtutes requisitas ad esse matrem pertinet ad prædictam iustitiam, ad eandem (inquit) pertinet punitio, quia vt pertineret ad commutatiuam, vel distributiuam talis punitio deberet esse debita & promissa, neutrum autem horum habet, sed infligitur, non vt debitum, sed vt supplitium, nec est promissum, sed conminatum. Ipse tamen, quia in veritate non stetit, sibi contradicit, oportet enim mendacem memorem esse, dixerat enim 3. part. quæst. 1. art. 2. disput. 4. punitionem & vindictam peccatorum, non constituere specialem iustitiam, sed pertinere ad commutatiuam, superflue ergo modo inuenta est ab ipso prædicta prouidentialis iustitia quidquid tamen sit de illo quod etiã in punitione commutatiua & distributiua, & non ista specialis reperiatur est D. Thom. 1. part. quæst. 21. art. 2. quod desumpsit ex D. Dionis. cap. 8. de diuin. nominibus, quod enim gubernator vnicuique tribuat pro dignitate personæ, siue puniendo, siue præmiando ad distributiuam pertinet (inquiunt prædicti Sancti) tenet etiam hanc sententiã Capreol. Princeps Thomistarum in 1. dist. 45. quæst. 1. art. 1. & Ferrar. 1. contra gent. cap. 93. Caiet. 2. 2. quæst. 61. artic. 4. & item D. Thom. in 4. dist. 46. quæst. 2. art. 1. q. 2. ad 1. Pro cuius intelligentia nota, quod iustitia vindicatiua in humanis non est species & pars subiectiua iustitiæ propriæ dictæ, sed tantum est pars potentialis distincta à distributiua & commutatiua, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 2. & ibi Caiet. itẽ 2. 2. quæst. 80. art. 1. dicit D. Thom. iustitiam vindicatiuam poni in læso ad petendam vindictam, poni tur etiam in ipso iudice ad exequendam vindictam, vt docet Mag. Bañes 2. 2. q. 61. art. 4. dub. 2. aliquando ergo iustitia vindicatiua sumitur pro ea, quæ est in læsso, aliquando vero pro ea quæ est in iudice, aliquando ergo, vt amplectitur vtramque, vt docet Caiet. 2. 2. quæstion. 108. art. 1. quæ licet in creatis raro in eodem coniungatur, quia nemo potest exequi vindictam ob propriam læsionem, vnde esse læssum & iudicem raro contingit, propria enim auctoritate, non licet vindictam sumere: in Deo autem vtrumque connectitur, ipse enim vt læssus petit vindictam, & vt iudex infligit illam, quia tamen in illa infligenda seruat æqualitatem pro in dignitate personę ideo in Deo non ponitur distincta à distributiua, quæ partitionem pro dignitate personæ respicit, fundamentum enim Suarez nullũ est, non enim solum est cõminatio supplitij, sed etiam pactum inclusum in taxatione pœnæ citra condignum, nec requiritur reddi ex debito (vt supra probatum est) ad rationem commutatiuæ, vel distributiuæ, ipsum autem supplitium debitũ est culpæ, quia (vt supra etiam est dictum) opus bonum ex intrinsecis habet condignitatem ad præmium, ita peccatũ ex proprijs habet condignitatem & rationem demeriti ad supplitium.

Not. S. Thom. Caiet. Bañes.

Caiet.

Ad arg. Suar. resp.

Ad primum arg. à principio resp. omnia in illo numerata importare imperfectionem ex parte subiecti, non autem formaliter (vt dictum est) imò etiam si in cõmutatiua formaliter prout determinatur ad iustitiam creatam abstractam à subiecto aliqua imperfectio inuoluereture, non tamen in commutatiua prout analogice dicitur de creata & increata, sicut substantia formaliter est in Deo licet in ratione substantiæ prout formaliter determinatur ad creatam aliqua imperfectio importetur, quia non includitur in ratione substantiæ prout Analogice dicitur de creata & increata.

Ad 1.

Ad secundum arg. resp. quod licet homo nõ mereatur ex habitu iustitiæ Deus tamen ex virtute iustitiæ operatur in præmiando, quia Deus potest facere æqualitatem perfectam & rigurosam homini, homo autem Deo non ita.

Ad 2.

Dubium vltimum.

Vtrùm homo per meritum inducat obligationem in Deo ita vt Deus maneat debitor, ex iustitia homini?

Arg. 1.

PRO parte affirmatiua arg. primo, si Deus non præmiaret: supposito pacto me-

meriti esset iniustus, ergo debitor est solutionis. Consequentia patet, & antecedens prob. tum ex D. Paul. ad Hebræ. 6. non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri. Quem locum etiam adducit Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. ad probandum opera nostra meritoria non esse inania, quia iniustus esset Deus, si non præmiaret illa. Tum etiam ex D. Thom. supra quæst. 112. art. 3. ad 1 vbi ait, quod si Deus non reciperet confugientem ad se per actum meritorium liberum ex gratia faceret contra iustitiam, quam ipse statuit. Tum etiam ratione, quia non præmiare esset actus contrarius actui virtutis iustitiæ qualis est præmiare, ergo ille esset actus iniustitiæ. Patet consequentia, nam actus contrarius actui virtutis pertinet ad vitium oppositum virtutis. Tandem prob. idem anteced. nam si Deus nō impleret promissum esset infidelis, ergo si non impleret pactum esset iniustus. Patet consequentia, nam sicse habet promissio ad fidelitatem sicut pactum ad iustitiam. Confirm. promissio inducit debitū in Deo ex fidelitate, ergo pactum inducit debitum ex iustitia. Antecedens conceditur ab omnibus: consequentia vero prob. vt præcedens, quia sic se habet promissio respectu fidelitatis sicut pactū respectu iustitiæ.

ad Heb. 6.

Arg. 2.

Secundo arg. esse Deum debitorem non dicit aliquam imperfectionē in Deo ergo. Antecedens prob. primo, quia tunc non esset debitor ab extrinseco iure obligante, sed ab intrinseco ratione sui pacti, ergo non esset imperfectio. Patet ista cōsequentia, nam ex eo esse debitorem ex fidelitate non dicit imperfectionem, quia obligatio fidelitatis sumitur ab intrinseco, nempe ex sua promissione. Secundo prob. idem antecedens, necessitas ex suppositione, non ponit imperfectionem in Deo, vt si vult producere hominem necessario debet producere animal rationale, ergo esse debitorem ex suppositione sui pacti, non est imperfectio in illo. Patet consequentia, nam eodem modo repugnat Deo necessitas sicut & debitum. Confirm. quia sic melius intelligentur supradicta qualiter sit in Deo iustitia formaliter & proprie, si in illo rationem debiti constituamus.

Arg. 3.

Tertio arg. aliter se habet conferēdo gloriam ex meritis, quam cōferendo gratiam ex dispositione, sed gratiam ex dispositione confert ex obligatione fidelitatis, ergo gloriam ex merito confert ex obligatione iustitiæ. Patet cōsequentia, quia alias nō assignatur maius vinculum in conferendo gloriam, quam in dando gratiam.

Arg. 4.

Quarto arg. præmium est debitū, ergo Deus est debitor. Patet consequētia, quia debitum & debitor correlatiue se habent. Si resp. habere rationem debiti præmium in ordine ad debitum nō in ordine ad Deum, itaque præmium debetur merito, sed Deus non debet homini præmium. Contra arg. quia obiectum iustitiæ potius debet versari inter quos est iustitia, quam inter præmium & mercedē, sed obiectum iustitiæ est ius debiti, ergo istud potius debet esse inter Deum & hominem, quam inter meritum & mercedē collatam ex iustitia.

In hac re propter argumenta posita tenet istam sententiam Suarez, opusc. in relectione de libertate diuina, disput. 2. num 37. & 40. & 3. part. tom. 1. disputat. 4. sect. 5. estque aliquorum Thomistarū, qui quidem affirmant de merito Christi Domini obligare Deum ad præmium.

Not.

Pro intelligentia notandum est hanc disputationem solum versari interponentes iustitiam proprie dictam in Deo, nam qui talem iustitiam non ponunt consequēter, nec Deum debitorem debent constituere, semel autem iustitia posita in illo controuertitur vtrum ratione illius Deus maneat debitor, vel non, & licet posset procedere quæstio communiter, vt se extendit ad essa debitorem simpliciter, vel secundum quid solum tamen discutietur, vtrum simpliciter maneat debitor, nam quod maneat secūdum quid dicito, quod malueris, nam Zumel hic art. 1. præcedēti dub. 3. tenet partem affirmatiuam, partē tamen negatiuā tenent alij doctissimi. Et vtrū dato quod secundū quid sit debitor debeat dici debitor sibi, vel creaturæ parū etiā interest, nam super adēdo, quod est debitor creaturæ secūdū quid ratione pacti & promissionis idē est, quod dicere esse debitorem sibi ratione fidelitatis & immutabilitatis. Item, non procedit quæstio de meritis precise cōsideratis ex proprijs, quæ habent secundum se secluso pacto, vt sic enim (vt supra dictum est) non inducere obligationem iustitiæ cum sit alias debita titulo creationis, vel dominij &c. est ergo dubium de meritis prout pactum diuinum habent adiunctum.

Conclus.

Conclusio sit, etiam suppositio pacto & iure quod est in opere meritorio Deus non est debitor solutionis talis meriti.

Hæc

D. Thom. Hæc conclusio videtur clare D. Thom. supra quæst. 111. art. 1. ad 2. & 1. part. quæst. 21. art. 1. ad 3. tenent illam grauiores ex Thomistis 3. part. quæst. 1. art. 2. ibi Mag. Luna, & Mag. Vincentius re-
Luna. *M. Vinçēt.* lectione de gratia Christi quæst. 5. dub. 3. concl. 2. fol. 381. & probatur ius hominis subordinatur diuino iuri, ergo ex iure hominis non manet Deus debitor solutionis, ita vt si non soluat faciat contra iustitiam. Antecedens patet, quia sicut omne dominiū subordinatur diuino, quia dominium creatum est illius participatio: ita ius creatum subditur diuino, quia eius est participatio. Consequentia vero prob. nam ex eo Deus non facit iniuriam auferendo à creatura rem cuius creatura dominium habet, quia creaturæ dominiū dependet & subditur diuino dominio, ergo similiter si ius creatum subditur diuino sine præiuditio iuris creati poterit Deus facere oppositum dico sine præiuditio iuris, quia non esset sine præiuditio suæ fidelitatis quapropter hic non negamus Deum teneri ex fidelitate, sed tãtum negamus obligari ex iustitia, vt enim ex fidelitate teneatur sufficit pactum & promissio eius: vt autem teneretur ex iustitia requirebatur, quod ex iure hominis maneret strictus, quod quidem dependentiam diceret à creatura quia esset illi per obligationem manere subiectũ sicut enim obligari à lege est subijci legi & illi manere inferiorem, quod importat imperfectionem in subdito, ita astringi iuri alterius est illi subdi & ratione obligationis manere inferiorem, quod Deo tribui non potest. *Solutio.* Si resp. quod vt Deus maneat debitor ex iustitia non requiritur obligari ab aliquo extrinseco quale est ius creaturæ hoc enim poneret imperfectionem, vt probat argumentum, sed sufficit resultet talis obligatio ex aliquo intrinseco tenente se ex parte Dei, nempe ex pacto & promissione licet, vt cõditio supponatur aliquid extrinsecum, nempe *Impug.* ius ipsius creaturæ. Contra arg. nam dicere quod obligetur ex aliquo intrinseco, & quod obligetur ex iustitia repugnat, nam hæc est differentia inter debitum fidelitatis & iustitiæ, quod primum sumitur ab intrinseco, nempe ex promissione ipsius debitoris, secundum autem sumitur ab extrinseco, nempe ex iure creditoris, ponere autem alterius ius solum, vt conditionem non satisfacit, quia etiam debitum fidelitatis importat aliquid extrinsecum, vt conditionem. ergo vt extrahatur à debito fidelitatis & induat debitum iustitiæ non solum debet poni extrinsecum, vt cõditio, sed etiam vt ratio formalis. Si aduc resp. cum Suarez 3. part. quæst. 1. art. 2. disput. 4. sect. 5. fol. 84. Argumentũ propositum probare Deum absolute nõ posse esse debitorem, non tamẽ probat, quod ex suppositione pacti & promissionis nõ maneat debitor hoc enim imperfectionẽ non importat. *Solutio.* Vel si secũdo resp. cum eo *2. Solutio.* dem probare debitum Dei non posse constitui proueniens ex iustitia hominis potest tamen constitui proueniens ex iustitia ipsius Dei quam diximus in illo formaliter reperiri. Contra primam solutionem arg. nam suppositio vt est pactum & promissio tantum pertinent ad fidelitatẽ hæc enim ex pacto & promissione resultat, ergo debitum etiam ex suppositione pacti & promissionis, non extrahitur à debito fidelitatis. Cõtra secundam etiam *2. Solutio impug.* solutionem arg. nam debitum iustitiæ ex iure alterius necessario debet oriri, ignorantia ergo erit dicere esse debitum iustitiæ & oriri ex debito ipsius debentis dicere autem, quod iustitia Dei simul cum pacto facit hoc debitum non est fugere flagellum rationis prædictæ, nam pactũ non est ad propositum debiti iustitiæ, sed fidelitatis, nec similiter iustitia debentis est ad propositum debiti, sed solutionis secundum æqualitatem, itaque iustitia Dei in hoc formaliter exercetur, quod ad æqualitatem recompenset & iuri hominis satisfactiat licet hoc non ex debito, quia hoc non requiritur ad iustitiam soluentis, sed (vt dictum est) necessario erat vt ius hominis cui satisfit per diuinam iustitiam comprehenderet & ligaret ipsum Deum quod implicatio est.

1. Solutio impug. *ad 1. arg.* Ad primũ arg. à principio resp. quod si Deus non præmiaret, non esset iniustus proprie loquendo, quia non faceret contra iustitiam, nam, vt dictum est, ius creatum semper manet subditum diuino & potest facere, quod voluerit sine præiuditio iuris creati, vt dictum est de dominio: loquitur ergo D. Paul. de opere præmiandi quantum ad exercitium secundum quod Deus procedit vt iudex, sic enim procedens ad æqualitatem debet præmiare & alias esset iniustus. Loquendo autem large de iniustitia pront etiam comprehendit fidelitatem, quod enim vt iudex procedat ratione pacti est, & hoc ad fidelitatem reducitur & ad hoc propositum adducitur etiam Concil. Trid. Ad primam rationem resp. quod licet præmiare sit actus iusti-

iustitiæ non præmiare, non est actus iniustitiæ, quia ad primũ sufficit facere æqualitatem & satisfacere iuri hominis, ad secundum autem requirebatur, quod ius hominis subijceret sibi Deum defectu, ergo talis subiectionis non præmiare, non est iniustitia, quãdo autem dicitur actum oppositum virtutis pertinere ad vitium oppositum, intelligitur quando qui operatur ex virtute tenetur ad tale opus, quia ergo Deus non tenetur ex iustitia, sed ex fidelitate non præmiare, non esset iniustitia, sed infidelitas. Ad secundã probationem resp. pactum non constituere iustitiam, nisi quando ius creditoris subijcit, sibi soluentem sin autem pactum tantum pertinet ad fidelitatem, & per hoc patet ad confirmationem.

Ad 2. Ad secundum arg. patet ex dictis qualiter ad debitum iustitiæ requiratur sumi ab extrinseco iure quod ponit imperfectionem, nec sufficere poni ab intrinseco scilicet ex pacto, nec est eadem ratio de necessitate, nam hæc etiam sumitur ab intrinseco, qua propter ex suppositione potest esse in Deo necessitas, non autẽ obligatio iustitiæ, quæ ab extrinseco prouenit. Ad confirm. respond. nos bene intelligere iustitiam in Deo per facere æqualitatem & satisfacere iuri hominis sine positione debiti, vt supra explicatum est.

Ad 3. Ad tertium resp. obligationem dandi gratiam ex dispositione & gloriam ex merito tantum esse obligationem fidelitatis, neque in hoc esse discrimen, differentia tamen consistit, quod tribuens gratiam facit actum liberalitatis, tribuens vero gloriam actum iustitiæ, sed debito connaturalitatis, ex parte autem Dei, tã gloria, quam gratia debetur ex fidelitate, neutra tamen ex iustitia.

Ad 4. Ad quartum arg. resp. præmium debitum non deberi à Deo propter incapacitatem. Ad replicam autẽ dicitur, quod ex debito præmij respectu meriti solum probare inter personas præmiantis & merentis debere poni iustitiam in vno ad merendum & in alio ad præmiandum, quod autem iustitiæ præmiantis adiũgatur debitum soluendi prouenit ex iure iustitiæ alterius, quod respectu Dei non habet locum, vnde sine debito ex iustitia soluit, vt dictum est.

Articulus IV.

Vtrum gratia sit principium meriti principaliter per charitatem quã per alias virtutes.

CONCLVSIO est. Meritũ primario pertinet ad charitatem, secundario autem ad alias virtutes secundum quod à charitate imperantur. *Conclus.*

Circa istum articulum notandum est primo, quod conclusio D. Thom. quantum ad id quod habet charitatem supereminere esseque perfectiorem omni virtute, actumque eius magis meritorium, ipsamque requiri ad rationem meriti, est de fide, vt patet 1. Corint. 12. excellentiorem viam vobis demonstro supereminentem charitatem. Et cap. 13. si linguis loquar hominum & Angelorũ, &c. Charitatem autem non habuero nihil sum. Ratioque huius veritatis sumitur ex eo, quod etsi intellectus physice proximius se habet ad essentiam animæ in qua subiectatur gratia: nihilominus moraliter proximius se habet voluntas cum respiciat finem à quo tota moralitas oritur, cum ergo charitas & fides perficiant intellectum & voluntatem potius in esse moris, & gratia similiter potius ad genus morale tendat proximius se habet charitas ad gratiã quam fides, & consequenter, quam omnis alia virtus fidem supponens. Verum est fidem præsuponi ad charitatem quasi speculatiue, qua ratione actus intellectus supponitur voluntati, quia nihil volitũ quin præcognitum, in ratione tamen valoris & dignitatis, quæ est consideratio moralis præsupponitur charitas ad fidem, cæteraſque virtutes taliter vt sine illa nihil extimentur, qua ratione D. Paul. 1. Corint. 13. actus omnium virtutum charitati tribuit dicens, quod charitas omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, &c. non quia tales eliciat, sed quia illos dignificat. *Not.* *1. Cor. 12 & 13.* *1. Cor. 13.*

Secundo notandum est, quod hic multa dubia possent moueri, primo, vtrum cũ gratia sine charitate, vel ẽconuerso cum charitate & sine gratis posset esse meritum? Sed de hoc supradictum est, & videatur D. Thom. quæst. 27. de verit. art. 2. præcipue ad 6. Secundo posset dubitari, vtrum stante eodem actu charitatis inuariato, si ponatur obiectum alterius vir- *Not 2. ex D. Th.* *2. dub.*

virtutis maius, vel minus adaugeatur meritum ex augmento obiecti alterius virtutis, vt si cum eodem actu charitatis alter exerceat opus fortitudinis commune, alter vero opus fortitudinis eximium quale est martirium, vel si cum eodem actu charitatis alter exerceat vnum actum alterius virtutis, alter vero duos, vel tres simul, sed de hoc videatur 2. 2. quæst. 24. art. 6. & præcipue ibi Mag. Bañes vbi resolutorie dicit in istis casibus nō esse plus meriti quantum ad præmium essentiale, sed tantum quantum ad accidentale, nempe aureolam Martyris, &c. Tertio etiam potest dubitari, vtrum difficultas in operando ex parte operantis adaugeat meritum, vt si alter facilius, altero exequatur idem præceptum Prælati, vel alter altero difficilius ieiunet in Quadragesima, sed de hoc videatur Caiet 2. 2. quæst. 186. artic. 5. ad 5. Soto in 4 distin. 19 quæst. 2. artic. 1. ad 2. & D. Thom. in addit. quæst. 15. art. 1. ad 2. modo ergo.

Bañes.

3. dub.

Dubium est.

Vtrum ad rationem meriti requiratur relatio charitatis, quod aliis verbis solet dici Vtrum ad rationem meriti requiratur necessario esse actum elicitum, vel imperatum à charitate?

1. Sentent. Soto. Victoria. Capreol. Vazquez. Suarez.

IN hac re est prima sententia Mag. Soto 3. de natura & gratia, cap. 4. & vt refertur Mag. Victoria, quæ etiam tribuitur Capreolo in 2. dist. 40. art. 1. concluſ. 2. & illam tenet Vazquez hic disp. 217 cap. 2 præter solitum bonis viris adiunctus, & Suarez lib. 12. cap. 10. quod videlicet ad rationem meriti sufficit esse hominem in gratia & charitate & exercere opus virtutis etiam si tale opus à charitate in Deum non referatur.

Arg. 1. Hæc sententia probatur primo, nam si talis relatio esset necessaria sequeretur, quod tantum in actu charitatis, vel relatione illius sit meritum nullum autem in opere alterius virtutis conseq. est falsum ergo. prob. min. 1. Corint. 15. vbi opera virtutum commendātur tāquam fructuosa, & in Concil. Trid. sess. 6. capit. 16. & Matth. 6. Commendatur eleemosyna, & similiter Isai. & illi promittitur merces dicens, pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Sequela vero probatur, nam vel intelligitur aliquid meriti in opere alterius virtutis vltra illud, quod correspōdet actui charitatis referenti, vel non. si primum ergo iam intelligitur aliquid meriti, non ex relatione charitatis, si secundum ergo non est plus meriti quam actui charitatis correspondeat. & sic tantum talis actus est meritorius qualiter enim actus alterius virtutis meritorius diceretur si non amplius præmium ei correspondet, quam actui charitatis debeatur.

Arg. 2. Secundo arg. vt satisfiat & impleatur lex diuina sufficiunt opera exibita ab existente in gratia & charitate ergo, vt meareatur, antecedens habetur in Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. Consequentia vero prob. nam per impletionē legis vita æterna meretur iuxta illud si vis ad vitam ingredi serua mandata. Si resp. Concil. dixisse per talia opera legem impleri, si in Deo fiant in quo videtur insinuare relationem charitatis respectu talium operū esse requisitam. Contra arg. nam Can. 32. Eadem doctrina reperitur & solum penitur ad impletionē legis requiri esse Christi membrum viuum, quod vtique fit per esse in gratia & charitate etiam nulla relatione illius posita respectu actuum aliarum virtutum. Confirm. opera iusti eo solum, quod sit in gratia sunt satisfactoria pœnæ debitæ peccato. ergo & meritoria consequentia patet ex paritate rationis. Antecedens vero prob. ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 8.

Solutio.

Impug.

Arg. 3. Tertio arg. ex eo quod requiratur relatio charitatis sequuntur multa inconuenientia, ergo non est ponenda. Antecedens prob. nam primo sequeretur pœnā nullum mereri, quia paucissimi sunt qui huiusmodi relationem cognoscant secundo sequitur posse adultum sine proprio merito obtinere vitam æternam, vt si iustificatus per Sacramentum post modum prorumpat in actus aliarum virtutum nō tamen habeat prædictam relationem & moriatur, tunc quidem cum in gratia decedat obtinet gloriam, nec tamen meretur de effectu relationis prædictæ, si illa est necessaria. Tertio sequitur, quod si quis subito rapiatur ad martyrium, ita vt non possit referre prædictum opus nō mereatur vitam æternam.

Arg. 4. Quarto arg. ad meritum sufficit dignitas personæ, sed hæc stat per gratiam etiam

etiam non stante prædicta relatione, ergo illa non est necessaria. Maior probatur ex illo, respexit Dominus ad Abel & ad munera eius, vbi insinuatur opera accepta ex dignitate personæ, & supra etiã dictum est dignitatem personæ redundare in actionẽ, quapropter actiones Christi Domini dicuntur infiniti valoris ex dignitate personæ. *Solutio.* Si resp. quod dignitas personæ non communicatur, nec transijt in actionem, nisi media prædicta relatione operis. *Impug.* Contra arg. nam sufficit colligatio virtutum, vt charitas dicatur forma illarum etiam si actualiter nihil influat in illas, ergo similiter vt actus alterius virtutis dicatur charitate informari, & consequenter esse meritorius sufficit charitatem & gratiam esse in subiecto, licet nullus sit influxus actualis per relationẽ talis operis. *Confir.* Confir. ex D. Th. in 2. dist. 40. art. 5. in corpore, qui ait actũ bonum moraliter in eo qui non habet gratiam esse indifferentem ad meritorium, & non meritorium, in eo, vero qui gratiam habet nequaquam, sed debet esse meritorius, vel demeritorius, si autem prædicta relatio requireretur etiam in habente gratiã posset actus cũ tali indifferentia, esse vt si faceret eleæmosynam, non referendo illam. Et ne interpretetur quod loquatur Diu. Thom. in communi, non autem in singulari, stat in contra quæst. 2. de malo, art. 5. ad 7. vbi ait, non omnis actus humanus etiam in singulari consideratus est meritorius, vel demeritorius, & hoc dico propter eos qui charitatem non habent, sentit ergo quod etiam in singulari dictus actus indifferens respectu meriti in non habente charitatem, non autem in habente illam, quod expressius quæst. 14. de veritate, art. 5. ad 13. dicit in habente charitatem non posse esse actum virtutis, non confirmatum charitate, quod non haberet verum si prædicta relatio requireretur, cum possit multoties operari non referendo.

Arg. 5. Quinto arg. existens in gratia si operetur opera virtutis, solo fine virtutis crescit iniustitia, ergo ad meritum non requiritur relatio charitatis. Patet consequentia, quia iustitia non augetur sine merito, ergo si operando solo fine virtutis iustitia augetur, solo tali fine meretur. Antecedens vero prob. ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 10. vbi desic operantibus dicitur, quod ibunt de virtute in virtutem, de die in diem, vt ait Apostolus, & rursus ait, cooperante fide bonis operibus crescunt atque magis iustificantur, iuxta illud, qui iustus est iustificetur adhuc.

Arg. 6. Sexto arg. actus virtutum moralium infusarum sunt meritorij sine tali relatione, ergo & adquisitarum, consequentia patet ex Concilio Tridentino locis citatis vbi indifferenter loquitur de actibus vnius, vel alterius virtutis. Antecedens vero prob. nam prædictæ virtutes infusæ manant, vt propriæ passiones à gratia & charitate quapropter ex sua ratione participant valorem illius, habentque respicere finem eius, versantur enim circa media finis charitatis, ac per consequens ex se habent tendere in talem finem, nam medium ex se tendentiam habet in finem, ergo secluſa relatione actus virtutis infusæ habent tendere in finem charitatis, & consequenter esse meritorij. *Confir. 1.* Confirmatur primo, nam actus virtutis infusæ maiorem colligationem habet ex se cum charitate, ex eo quod virtus infusa sit passio eius, quam habeat actus virtutis adquisitæ per relationem cum hæc sit extrinseca tali actui, ergo si actus adquisitæ ratione talis relationis habet respicere finem charitatis similiter actus infusæ ex se haberet idem. *Confir. 2.* Cõfirm. secundo, quia nulla esset differentia inter actum infusæ & adquisitæ si in vtroque relatio est necessaria ad meritum.

Arg. 7. Septimo arg. si talis relatio est necessaria, sequitur quod actus fidei & spei vt natura antecedunt iustificationem, non sint meritorij, consequens est falsum ergo. Sequela patet, nam prout sic antecedunt, non possunt habere prædictam relationem. Minor vero prob. nam prædicti actus ex propria ratione respiciunt finem vltimum supernaturalem cum sint à virtutibus Theologicis, quæ à moralibus in hoc distinguntur, quod istæ versantur circa media illæ vero circa finem, & quia huiusmodi virtutes ita immediate respiciunt gratiam sicut, & charitas, ergo ex eo erunt tales actus meritorij etiam non posita relatione.

Arg. 8. Octauo arg opus bonum eo quod sit ab existenti in gratia habet omnes conditiones requisitas ad meritum ergo. Probatur antecedens, nam est opus amici bonum, & acceptum & liberum.

Arg. 9. Nono arg. opus moraliter bonum ex se tendit in Deum, & ex eo quod operans sit in gratia refertur in Deũ vt in vltimum

timum finem, ergo hoc sufficit sine alia relatione superadita. Minor prob. quia vt supra dicitur quæst. 1. art. 6. quidquid operans operatur propter vltimum finem, cui est affectus, si ergo per gratiam est affectus Deo, vt vltimo fini, eo ipso quando operatur bene moraliter, operatur propter talem vltimum finem nulla alia relatione superadita.

Arg. vlt. Vltimo arg. opus moraliter bonum est meritorium, vt dicitur supra quæst. 21. artic. 4. ergo tanto erit magis meritorium, quanto ex principio excellentiori processerit, sed opus bonum existentis in gratia etiam non posita relatione procedit à principio excellentiori, quam si fieret à non grato, ergo habet rationem excellentiorem meriti, quam haberet in non grato, hæc non potest assignari, nisi quia in non grato tantum esset meritorium præmij temporalis, in grato vero etiam præmij supernaturalis, ergo non posita relatione saluatur ratio præmij supernaturalis.

2. sent. Secunda sententia est in alio extremo actus bonos non esse meritorios præmij supernaturalis, nisi actualiter & formaliter à charitate in talem finem referantur. Hæc est Durádi in 2. dist. 46. quæst. 2. cui videtur assentiri Scotus dist. 41. quæst. 1.

Duran. Scot.

Arg. 1. pro hac sent. Probatur primo hæc sententia locis sacræ Scripturæ, ad Galat. 5. nec circumcisio, nec præputium aliquid valet, sed fides, quæ per dilectionem operatur, & 1. Corint. 13. numeratis virtutibus & donis, fidei fortitudinis, Prophetiæ, &c. tandem concluditur, charitatem autem non habeam nihil sum, & 1. Corint. 2. nec oculis vidit, &c. quæ præparauit diligentibus se, ecce quomodo tota ratio meriti in charitatem reducitur. Si resp. reduci in charitatem, sed non actualiter & formaliter operantem, hoc enim loca adducta non dicunt. Contra arg. nam Ioan. 15. dicitur iustos per charitatem vniri Christo, sicut palmites viti, sed vt palmes ferat fructum requiritur actualis & formalis influxus vitis, ergo prædicta loca non possunt explicari, nisi de formali influxu charitatis in opera.

Solut.

Impug.

Arg. 2. Secundo à g. opera virtutum non sunt meritoria, nisi charitate informentur, hac enim ratione charitas dicitur forma virtutum à Diu. Thom. 2. 2. quæst. 4. artic. 3. & quæst. 23. artic. 8. sed non informantur charitate, nisi per hoc, quod charitas eleuet tales actus in superiorem finem ipsius charitatis quem talia opera ex proprijs virtutibus non habebant attingere, ergo talis eleuatio & relatio charitatis est requisita.

Arg. 3. Tertio arg. opus meritorium habet duo & esse bonum & esse meritorium primum habet ex proprio obiecto, secundum autem ex charitate, sed primum non est, nisi ex actuali tendētia ad obiectam, ergo secundum non erit, nisi ex actuali & formali directione charitatis. Patet consequentia, nam eodem modo summitur bonitas ab vno sicut meritum ab altero. *Confir.* Confirm. virtutes intellectuales, vt fides non habent bonitatem moralem, nisi habeant actualem influxum voluntatis, sed ratio meriti est ratio moralis, ergo requiritur actualem influxum charitatis, non quomodocunque, sed per charitatem operantis, ergo talis influxus formalis charitatis necessario est requisitus.

3. sentent. Guiller. Altisiod. Tertia sententia est, quam tenet Guillermus, Altisiodoren. lib. 3. §. 12. cap. 1. quæst. 2. vt refert Belarmin. lib. 5. de iustificatione, cap. 5. quod vt opera virtutum sint meritoria non sufficit fieri ab existenti in gratia, sed neque requiri relationem charitatis, sed sufficere & requiri relationem fidei à qua (inquiunt) principalius summitur meritum, quam à charitate fides enim includit amorem primæ veritatis etiam prout à charitate distinguitur quapropter vt sic opera virtutum in Deum quem amat potest fides referre.

4. sentent. Lorca. Quarta sententia est aliorum qui distingunt dicentes opera virtutum moralium adquisitarum & virtutum Theologarum requirere relationem charitatis in vltimum finem, non autem opera virtutum moralium infusarum. Ita Lorca hic. Alij virtutes Theologas non separant ab infusis moralibus, sed vtrasque dicunt non requirere relationem, sed illam requirere virtutes morales adquisitas, ita Magister Zumel hic disputatione 1.

5. sent. Quinta sententia est communis Thomistarum, quam sequitur Lorca disput. 48. omnem actum virtutis, siue adquisitæ, siue infusæ, siue moralis, siue Tgeologicæ requirere relationem charitatis, non solum habitualem, sed etiam actualem, non quidem formalem, sed tantum virtualem, inter ipsos tamen est dissensio nam aliqui dicunt sufficere virtualem proueniente ab actu præcedenti quantumcun-

cunque antiquato etiam si habuerit talem relationem charitatis tantum in principio vitæ. Alij vero dicunt non sufficere antiquatam, sed requiri virtualem præcedentem ex actu formali proxime & paulo ante præcedente.

Not. 1. Pro intelligentia suponendum est actus meritorios necessario præter gratiã & charitatem in subiecto requirere speciale auxilium supernaturale, nec sufficere illud quod datur ad opera tantum moraliter bona. Hoc dixerim cõtra Vazquez *Contra Vazq.* hic & supra q. 19. art. 2. disp. 190. vbi ait ad opera moraliter bona requiri auxiliũ supernaturale, quod sufficit etiam ad opera meritoria, & idem sufficere ad opera meritoria, vt in exercitio fiant: fallitur tamen & forsam contra fidem, nam in Concil. Arausic. 2. cap. 18. dicitur, debetur merces bonis operibus si fiant, sed gratia Dei præcedit vt fiant, ecce qualiter ponitur necessaria gratia sumpta pro auxilio supernaturali, non solum vt actus virtutum meritorij dirigantur in finem charitatis, sed etiam vt in exercitio fiant. Item can. 7. dicitur, si quis per naturæ vigorem bonum aliquod quod ad salutem pertineat vitæ æternæ cogitare, aut eligere posse confirmat, hæretico fallitur spiritu, in quo duo insinuantur primo quod ad opera moraliter bona sufficiat naturæ vigor, non autem ad meritoria vitæ æternę, sed requiri vigorẽ supernaturalẽ: vnde secundo insinuat, non equalem vigorem sufficere ad vtrunque, sed ad opus meritorium maius auxilium requiri. Itemque insinuatur in Concil. Trid. sess. 6. cap. 16. hoc ergo suppositio quod ad meritum specialius auxilium requiratur quod vertitur in dubium est, vtrum etiam requiratur influxus actualis charitatis referentis tale opus in finem vltimum supernaturalem.

Not. 2. Secundo notandum est, quod relatio charitatis est triplex, prima habitualis, quæ non aliud est quam esse charitatem in subiecto ordinans illud ad finem vltimum supernaturalem, licet in operationem alterius virtutis influxum non exerceat, quod clarius dicitur actionem referri habitualiter nihil aliud esse quam fieri apersona relata licet ipsa operatio non referatur. Secunda relatio est actualis quando charitas per actum elicitum refert operationem virtutis in finem ipsius charitatis, quæ quidem duplex est altera quidem formalis, quæ simul manet cum operatione relata, altera vero est virtualis manens ex aliqua relatione præcedenti actuali & formali, & hæc etiam adhuc est duplex altera manens ex actu formali proxime præcedenti, altera vero manens ex formali diu antiquata, & potest dici virtualis, quæ manet ex relatione formali habita in principio iustificationis non amissæ.

Prima conclusio, ad meritum non sufficit relatio habitualis, sed necessario requiritur actualis influxus. *1. Conclus.* Prob. primo, in sacra Scriptura dicitur semper ad meritum requiri, quod fiat in Deo, vel propter Deum, vel propter nomen eius, sed hoc non fit nisi actus virtutis à charitate in Deum dirigatur, ergo talis directio & relatio est necessaria. Maior patet Matth. 10. qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, &c. Et Marci 9. Qui dederit calicem aquæ frigidæ in nomine meo, &c. Et Lucæ 9. Qui recipit vnum ex his pusilis in nomine meo. Et Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum. Quod etiam consulit D. Paulus 1. Corint. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue quidquid aliud facitis omnia in gloriam Dei facite. Et ad Colossens. 3. Omnia quecunque facitis in opere & sermone omnia innomine Domini nostri Iesu Christi facite, & in Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. dicitur de operibus bonis, quæ in Deo facta sunt, nihil deesse ad meritum, ecce ait non sufficere opera bona, sed facta in Deo, quod denotat relationem charitatis in illo. *Si Solutio* respond. fieri in Deo, vel propter Deum relatione habituali posita per hoc tãtum, quod fiant ab existenti in gratia. Contra arg. quia esse gratiam, vel charitatem in subiecto si non sit actualis influxus illius ad opus est quasi non esse & omnino materialiter se habere, nec illud meretur nomen relationis, relatio enim, vel ordinatio actum importat, & non concomitanter solum esse in eodem subiecto. Si resp. dignitatem personæ informatæ gratia & charitate redundare in ipsam operationem quapropter amplius habet ex gratia existente in subiecto quam si ibi non esset vnde inter circunstantias ponitur circũstantia personæ. Cõtra arg. *Impugt.* nam dignitas personæ isto modo tantum se habens, dignificat operationem ex circunstantia extrinseca, non autem dignificat operationem intrinsice, nisi per relationem actualem, sed ad meritum nõ sufficit dignitas extrinseca, sed intrinseca ipsius operis, ergo præter relationem ha-

bitualem requiritur actualis. Itaque licet illa dignitas personæ extrinseca operi dignificet tale opus intra limites sui obiecti, non tamē extendit ipsum ad altiorem finem, nisi per relationem actualem per quam intrinsice tale opus ad altiora transcendat. *Solutio.* Si resp. quod si Christus Dominus non haberet gratiam habitualem, nec actualem directionem charitatis in opera virtutis, illa tamen essent meritoria & dignificata dignitate personæ, ergo dignitas personæ non solum dignificat operationem intra limites sui obiecti. *Impng.* Contra arg. quia prædicta solutio non est contans sententia, multi enim tenent, quod in illo casu etiam dignitas personalis esset infinita, & tantum dignificaret opera virtutum intra proprios limites naturales sui obiecti. illa tamen sententia admissa non est eadem ratio de Christo Domino, quia cum talis dignitas personæ in illo sit infinita potens est dignificare opera, tam in ordine ad proprium obiectum & finem naturalem, quam in ordine ad finem supernaturalem, & sic reddere illa meritoria, quæ ratio non currit de dignitate personæ iusti alterius. Secūdo prob. conclus. vt opus sit meritorium requiritur vt fiat in obsequium Dei vt retributoris supernaturalis (vt supra dictum est) sed non sic fit, nisi dirigatur à charitate respiciente Deum supernaturalem retributorem ergo. Tertio prob. vt opus sit meritorium debet informari gratia, vt ait D. Thom. in 2. distinct. 40. artic. 5. ad 3. sed non potest informari gratia, nisi mediante operatione charitatis, vt ait Diu. Thom. quæst. 14. de veritate allegata, quia gratia ex se non est operatiua, ergo non posito actu charitatis non ponitur ratio meriti.

2. Concl. D. Th. Secunda conclus. vt opus sit meritorium non requiritur actualis & formalis directio charitatis. Hæc est Diu. Thom. in 2. distinct. 40. artic. 5. ad 6. & quæst. vnica de charitate, artic. 11. ad 2. quia nō est possibile (inquit Diu. Thom.) semper formaliter cogitare de Deo, quod requireretur vt esset formalis directio charitatis in omnibus actibus. Idem asserit 2. 2. quæst. 83. artic. 13. loquens de oratione ad cuius meritum dicit sufficere primam intentionem à principio, nec requiri semper actualem formalem continuatam. Et ratione probatur, nam esset nimis scrupulosum talem formalem relationem requirere. Item patet, nam in omnibus negotijs humanis prædicta virtualis intentio sufficit. Similiter patet in voto, verbi gratia, eundi D. Iacobum, quis enim dicat vt tot actus itineris & laboris sint meritorij in quolibet repetendum esse intentionem voti præmissi? Idem patet in confectione Sacramentorum, vel in receptione illorum, quis enim audeat dicere Sacramentū non confici si ex parte ministri, vel non fructuosum esse si ex parte suscipientis, non fit formalis intentio in actuali susceptione illius.

Tertia conclus. probabile est, quod vt opus sit meritorium sufficiat directio virtualis manens ex formali præcedenti quantumcunque antiquata etiam habita in principio iustificationis. Hæc videtur D. Thom. in 2. distinct. 40. artic. 5. vbi ait, quod comedere seruato ordine temperantiæ meritorium erit in eo qui habet charitatem, quæ Deum vltimum finem vitæ suæ constituit. Ecce ait sufficere relationem charitatis præcedentem, vtcunque sufficere ad meritum. Et solutione ad 6. dicit, quod querere quando debeat fieri relatio charitatis operum in Deum est querere quando obliget præceptum charitatis, ac si diceret relationem charitatis non esse necessariam, nisi quando adest præceptum eius, cum ergo ab instanti iustificationis possit transire multum tempus in quo præceptum charitatis nō obliget sine formali directione illius repetita, actiones subsequentes erunt meritoriæ. Idem videtur asserere ex presse quæst. 2. de malo, artic. 5. ad 7. & 11. Idem tenet D. Bonauent. in 2. distinct. 41. artic. 1. quæst. 3. Gabri. quæst. vnica, art. 3. dub. 2. Maior quæst. vnica, concl. 5. Adria. quodlib. 10. art. 3. Capreol. in 2. distinct. 40 quæst vnica, artic. 1. & forsam sic intelligendus est. Caiet. 1. part. quæst. 63. artic. 6. & Soto vbi supra, quod loquuntur de huiusmodi intentione virtuali. Et ratione probatur, sic se habet intentio finis in actibus humanis sicut relatio charitatis in actibus meritorijs, sed semel posita intentione finis quandiu non reuocatur manet virtualiter in omnibus actibus subsequentibus, vt dicit D. Thom. supra quæst. 1. art. 3. ad 3. & quæst. 8. & 9. sepe, ergo similiter ad actus meritorios sufficit relatio charitatis præcedens in initio iustificationis quandiu non manserit reuocata.

3. Concl. D. Th. *D. Bonau. Gabr. Maior. Adrian. Capreol. Caiet. Soto.* *Vasquez.*

Vltima conclus. probabilius est, non sufficere prædictam relationem virtualē, sed requiri illam manentē ex formali proxime, & parum tempore ante præcedente.

4. Concl. D. Th.

te. Ita tenent communiter Thomistæ Magist. Cano, & Zumel. & Lorca hic, videturque expressa Diu. Thom. in 2. distinct. 38. quæstione 1. artic. 1. ad 4. vbi ait, quod ad opus meritorium requiritur virtualis relatio, quæ sit virtus relationis præcedentis adhuc manens in subsequentibus operibus, sicut manet ordinatio artis in operibus artificialibus, ecce quomodo D. Thom. ponit virtutem relationis præcedentis posse manere adhuc vel non manere, quod non fit nisi per antiquationem, vt patet in exemplo artis allato ab illo, ordinatio enim artis antiquata non sufficit ad artificiale, sed proxime præcedens. Ratione patet, nam (vt dictum est) vt opus sit meritorium debet illi communicari relatio charitatis, sed si illa fit multum antiquata non communicatur tali operi ergo. Probatur min. Tum in naturalibus vbi si impetus sagittæ, vel lapidis multo ante præcesserit non perseuerat. Tum etiam in moralibus vt contingit in omnibus negotijs, similiter in confectione Sacramẽtorum certum enim est non sufficere intentionem consecrandi pro tota vita, imò pro toto anno, sed necessario debet quandocunque frequentius reiterari, vt dicatur virtualiter permanere, ergo idem dicendum est de relatione charitatis respectu actus meritorij, quod nam tempus sit, quod possit transire nõ potest ad vnguem assignari, sed moraliter est consideradum, vnde optimum consilium est quotidie seipsum, & sua in Deum referre, nec ideo quis debet manere scrupulosus, nam cum secundum Diu. Greg. Charitas otiosa nõ sit ipsa se multories ad actum explicat etiam si ab operante non experiatur.

Cano. Zumel. Lorca.

Ad fund. prec. conc.

Ad fundamentum autem præcedentis conclusionis resp. ad primum locum D. Thom. solum intendere sufficere & requiri præcedentem formalem actum charitatis adhuc virtualiter manentem, non autem assignare quis nam ille debeat esse antiquus, vel proximus. Ad illud quod superadditur ex solutione ad 6. dicitur tantum intendere non esse aliquem obligatum reiterare actum dilectionis etiam per multum tempus, non autem intendit non debere reiterare si vult mereri. Itaque aliud est teneri ad referendum, aliud vero debere referri si vult mereri, non ergo tenetur per multum tempus debet tamen referre si vult mereri, vnde potest exercere bonum actum moraliter nõ meritorium defectu proximæ relationis, quæ tamen non sit peccatum, quia talem relationem exercere non tenetur, imò potest otiosum existens in gratia habere, quod non contingeret si relatio antiquata sufficeret, & ideo est talis, quia ex proxima relatione ad finem vltimum nõ ordinatur. Ad rationem tamen ibi positam resp. similiter loquendum esse de intentione finis, quod si antiquata sit non sufficit ad electionem mediorũ, vnde quãdo voluntas in electionem prorrumpit à posteriori colligendũ est non multo autem tempore ante processisse quapropter nunquam datur operari sine fine. Et si cõtra arg. nam hæc est differẽtia inter actus intellectus & voluntatis, quod primi sunt transeuntes, non solum quantum ad fieri, sed etiam quantum ad effectũ & causalitatẽ: actus vero voluntatis quantũ ad effectum habent permanentiam quandiu nõ reuocatur, vt patet in positione terminorum, & in conditione legis, & firmatione testamenti, quæ quia à volũtate dependent perpetuitatem habent quandiu voluntas præterita non reuocatur, similiter ergo erit dicendum de intentione. Resp. actum voluntatis quantum ad effectum operatũ adextra, vt in prædictis casibus habere perpetuam permanentiã reuocatione nõ interueniente, quia tantum sunt effectus morales, vnde non reuocatio sufficit, vt actus voluntatis dicatur moraliter permanere, actus autem imperati cum sint effectus intentionis etiam in esse physico requiritur intentionem, quæ causa est illorum etiam physice permanere, vel formaliter, vel virtualiter, & vt physice permaneant requiritur nõ diu præcesisse. Vel secundo resp. ad arg. principale aliã esse rationẽ de relatione charitatis respectu operis virtutis meritorij, atque de intentione respectu actuum moralium, nam tendẽtia actuum moralium est in finem connaturalem, vnde sufficit semel ponatur intentio vt ab illa dicantur in talem finem dirigi, quia tendẽtia in proprium finem facilior est, tendentia autem meriti est in finem supernaturalem in quem potentia nõ connaturaliter tendit, sed præternaturam, quapropter vis relationis dirigentis in talem finem fortior & efficatior debet esse, quam si in connaturalem finem tenderet, & sic non sufficit semel poni, sed renouari alias cessabit. Exemplũ sit in lapide, qui vt descendat toties quoties se obtulerit non necesse habet, nisi grauitatem semel posita à generante, quæ semper adhunc effectum dicitur virtuliter perma-

2. Solut.

nere in grauitate, quia descensus est respectu finis connaturalis, vt autem ascendat, quia tendit in finem non connaturalem non sufficit semel ponatur impetus vt proijciens semper dicatur viriliter permanere, sed requirit multoties renouari, alias si aliquantulum in veteraſcat impetus cessat virtutis proijcientis, & cõsequenter motus sursum, tendentia ergo meriti licet non sit violenta, est tamen præternaturalis & ad finem non connaturalem & sic quantum ad hoc accommodatissimum est exemplum.

5. Concl. D. Th. Vltima tandem conclusio, quod dictum est de virtutibus moralibus adquisitis dicendum est omnino de virtutibus infusis etiam Theologicis. Hæc est Diu. Thom. hic ad 3. vbi ait, quod actus fidei non est meritorius, nisi fides per dilectionem operetur. Idem repetit 2. 2. quæst. 2. artic. 9. ad 1. & probatur, nam sic se habet charitas ad actus meritorios sicut voluntas ad actus liberos, quia in supernaturalibus charitas habet rationem voluntatis in ordine ad alias virtutes, vt ait Diuu. Thom. 2. 2. quæstione 4. articul. 3. & quæstion. 23. articul. 8. sed nullus actus potest esse liber, nisi ex motione voluntatis, vt asserit ipse Diuu. Thom. supra quæstion. 1. articul. 6. quæstion. 8. & 9. ergo nullus actus potest esse meritorius, nisi ex motione charitatis. Secundo probatur vt actus sit meritorius debet respicere Deum, vt vltimum finem, meritum enim tendentia est in finem, & præmium vitæ humanæ, sed nullus actus etiam virtutis Theologicæ respicit Deum vt finem, sed solum vt obiectum secluſa relatione charitatis, ergo nullus actus sine tali relatione est meritorius. Dixi virtutes Theologicas respicere Deum vt obiectum, quia in hoc distinguuntur à moralibus, vt finis autem solum respicitur à charitate. *Solut.* Si respond. saltem spem respicere Deum vt finem, quia respicit illum vt bonum, bonum autem & finis secundum D. Thom. sunt idem. *Impug.* Contra arguitur, tum quia licet identificentur formaliter tamen distinguuntur vnde potest attingi à spe, in ratione boni, non autem in ratione finis. Tum etiam quia finis non est bonum vtcunque, sed vt in se: spes autem non respicit Deum vt bonum in se, sed vt bonum nobis, quia tendit in illum vt assequibilem, charitas autem est circa Deum vt in se bonum, vnde respicit illum vt finem vltimum, & si alius actus in Deum vt finem debet tendere hoc debet esse ex relatione charitatis.

Ad primum argumentũ, pro prima sententia respond. præmium correspondere, non solum actui charitatis, sed etiam actibus aliarum virtutum prout tamen à charitate referuntur, vtrum autem præmium debitum actui charitatis & actui virtutis imperati sit idem, vel diuersum, vel si essentiale correspondeat actui charitatis accidentale vero actui virtutis imperatæ, & vtrum debeat præmium commensurari actui charitatis, vel actui virtutis imperatæ, & vtrum relatio charitatis sit ratio formalis meriti actui virtutis imperatæ, vel solum conditio, agitur 2. 2. q. 24. art. 6. *Ad 1. 1. sent.*

Ad secundum argumentũ respond. negando consequentiam, potest enim legi satisfieri & præcepta etiam fidei quãtum ad substantiam implere in peccato mortali, non autem mereri, nec oppositum, asserit Concil. dicit enim per opera meritoria satisfieri legi non autem è conuerso. Secundo respond. Concil. loqui de impletione legis perfecta hæc enim meritoria est, sed non sine charitate. quia plenitudo legis est charitas, & sine illa tota lex impleri non potest. Ad confirmat. respond. aliam esse rationem satisfactionis pœnæ & meriti gloriæ, satisfactio enim solum respicit pœnam abolendam vnde sine relatione charitatis fieri potest: meritum autem respicit vltimum finem, quod sine charitate ad quam finis pertinet non fit. Et si Concil. dicit, quod satisfactionis cõ gloscabitur, non est quia in ratione satisfactionis immiscatur meritum, sed quia per satisfactionem auferetur impedimentũ (nempe pœna soluenda) ad glorificationem, quia nihil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum. Vel etiam posset dici secundum aliquos Theologos, non posse fieri satisfactionem sine relatione charitatis, sicut nec ratio meriti, quia concomitanter se habent. *Ad 2. 2. Solut. Ad conf. Explic. Trid.*

Ad tertium arg. negatur antecedens, ad primam impugnationem dicitur non requiri vt cognoscatur talis relatio ad meritum, sed vt fiat, quod multoties fit, vt dictum est, sine experimento talis relationis. Ad secundam impugnationẽ resp. nõ esse morale, vt gratia Sacramentalis non prorrumpat in actu media charitate, quæ ociosa non est, illo tamen admisso resp. quod ille consequeretur gloriam, non vt præmium & coronam correspondentem merito, sed vt hæreditatem correspondẽtem filiationi per gratiam, solum autem ha- *Ad 3.*

haberet rationem præmij meriti Christi cuius effectus est illius hominis gratia sicut dicitur de glorificatione parauli, nec hoc est inconueniens asserere de adulto, nam si in somnis Sacramento iustificaretur, & ante vigiliam moreretur hoc erat necessarium respondendum, si autem à Theologis dicitur adultum non cõsequi gloriam, nisi ex merito loquuntur quando iustificantur ex opere operantis, vel loquuntur regulariter non in particulari casu prædicto. Ad tertiam impugnationem resp. quod si teneamus martyrium iustificare ex opere operantis dicendum est requirere relationem charitatis & alias non consequi gloriam, nec palmã martyrij, iusta illud, si tradidero corpus meum, ita vt ardeat charitatem autem nõ habuero nihil mihi prodest. Doctrina est
D. Thom. Diuu. Thom. 2. 2. quæstion. 124. artic. 2. ad 2. Si autem teneamus martyrium iustificare ex opere operato dicendum est sicut de iustificatõ per Sacramentum, quod gloria correspõdebit gratiæ collatæ per martyrium, vt præmium Christi & hæreditas martyris non autem, vt præmium eius si actum charitatis non habuit.

Ad 4. Ad quartum arg. bene ibi responsum est, ad impugnationem dicitur potius sequi nostram conclusionem, quia si ad dignitatem habituum requiritur colligatio illorum habitualis cum charitate, similiter ad dignificationem operum requiretur colligatio actualis cum actu charitatis, quia hic comparatur actus cum actu
Ad confir. sicut habitus cum habitu. Ad confirmationem respond. D. Thom. tantum intendere de merito præmij abstrahendo à temporali, vel æterno, sic enim omne opus iustum bonum etiam sine relatione charitatis meritorium est saltem præmij temporalis, non autem æterni, de quo hic loquimur. Vel si loquitur D. Thom. de merito vitæ æternæ, interpretandus est de merito congrui qualiter supra articul. 3. præcedenti dixit Diu. Thom. Opera iusti vt à libero arbitrio esse meritoria de congruo vitæ æternæ, non autem intelligendus est de merito condigni de quo nunc loquimur, sine relatione enim charitatis tale meritum non consistit, vel si loquitur D. Thom. de merito condigni intelligendus est regulariter, nam (vt dictum est) cum charitas non sit otiosa sæpe sæpius prorrumpit in actum referendi bona in Deum, vnde nullum opus bonum iusti, est non meritorium quia nullum est non relatum si autem semel ponatur in casu particulari, non referri consequenter ponendum est non esse meritorium.

Ad quintum arg. resp. quod virtus *Ad 5.* moralis præter considerationem habitus in esse virtutis considerãtur dupliciter, vel moraliter, vt à prudentia imperata, vel Theologicæ, vt informata charitate, quando ergo Concil. dicit per actus virtutum fieri augmentum status iustitiæ, loquitur de virtutibus Theologicæ sumptis in qua consideratione claditur relatio charitatis qua actus virtutum informantur, si autem moraliter solum virtutes considerentur actus illarum nihil ad augmentum iustitiæ, vel ad rationem meriti conducunt.

Ad sextum argument. respond. quod *Ad 6.* virtutes infusæ, quia sunt passiones gratiæ & naturalem habent colligationem cum charitate dicuntur ex se esse meritoria opera illarum, quia ex propria ratione imbibunt relationem charitatis, in quo distinguuntur à virtutibus adquisitis, quæ cum talem colligationem non habeant non dicuntur ex se opera illarum esse meritoria, quia sine relatione charitatis esse possunt. Vnde necessum est superaddere ad meritum illarum requiri relationem charitatis, sicut dicitur de electione quod ex se participat intentionem, quia ex se electio ex intentione procedit, virtutes ergo infusæ sunt habitus electiui in ordine ad finem charitatis, vnde ex proprijs habent dimanare à charitate respiciente talem finem, & in hoc distinguuntur ab adquisitis. Si autem per possibile, vel impossibile actus virtutis infusæ esset sine relatione charitatis meritorius non esset, & per hoc patet ad primam & secundam confirmationem, maior enim colligatio, & distinctio inter infusam & adquisitam non consistit in eo, quod infusa non requirat relationem, sed in eo quod ex proprijs includit huiusmodi relationem, quod non habent adquisitæ, sed solum ab extrinseco.

Ad septimum argumentum respond. *Ad 7.* huiusmodi actus vt natura gratiam antecedunt non esse meritorios defectu talis relationis, quia licet respiciant Deum hoc tantum est vt obiectum, non autem vt finis quod requirebatur ad meritum, vt dictum est.

Ad octauum resp. huiusmodi opus *Ad 8.* non esse acceptum ad finẽ supernaturalẽ

deffectu relationis charitatis eleuantis ipsum ad talem finem vnde hæc cõditio deficit.

Ad 9. Ad nonum arg. resp. opus bonũ morale exse tendere in Deum, vt auctor naturalis est, non autem vt supernaturalis, nisi ex charitate vnde illa præcissa nõ est meritorium vitæ æternæ, sed tantum præmij temporalis.

Ad vltim. Ad vltimum autem resp. sicut ad præcedens esse meritorium præmij temporalis, verum est huiusmodi opus aliqualem maiorem excellentiam habere in homine iusto, quam in peccatore ex cõsortio habitualis gratiæ, sed hoc inter proprios limites naturales, vt enim illos transiliat & ad supernaturalia transcendat concursus actualis gratiæ & charitatis erat necessarius.

Ad arg. 2 sent. Ad argumenta secundæ sententiæ resp. probare requiri relationem actualẽ charitatis non autem debere illã esse formalem. Ad illud autem, quod habet difficultatem. quod ad bonitatem actus requiritur formalis tendentia in obiectum, ergo ad meritum requiritur formalis tendẽtia in finem resp. primo, quod bonitas ex obiecto est intrinseca actui, ratio autem meriti extrinseca quapropter plus requiritur ad primum, quam ad secundum, vnde etiam si ad bonitatẽ requiratur formalis tendentia ad meritum sufficit virtualis. Vel secundo dicitur, quod tendentia in obiectum potius est naturalis, tendentia vero in finem potius est moralis, cum ergo in naturalibus potius esse atendatur secundum formale, in moralibus autem sufficiant virtualia & taciturnitas quædam, hinc est ad bonitatem ex obiecto requiri tendentiam formalem, in finem vero sufficere virtualem. Vel tertio dicitur, quod bonitas ex obiecto supponit, vel identificatur cũ entitate ipsius actus, hæc autem consistit in formali tẽdentia, actus enim consistit in fieri & in formaliter tendere in suum obiectum hinc est bonitatem ex obiecto, non posse stare sine formali tendentia in illud, hæc autem ratio non currit de ratione meriti, entitas enim actus, quæ supponitur ad meritum non est formalis tendentia in finem, sed formalis tendentia in obiectum per quã constituitur actus, semel ergo posita entitate actus per formalem tendentiam in obiectum sine formali tendentia in finem solum posita virtuali ratio meriti potest adue-

1. *Solut.*

2. *Solut.*

3. *Solut.*

Ad 3. arg. sent. nire.

Ad argumentũ tertiæ sententiæ Guillelmi resp. quod fides importat affectionem Dei, vt primæ veritatis, nõ autem vt vltimi finis & vt boni in se hoc enim pertinet ad charitatem, cum ergo ad rationẽ meriti concurrat directio affectionis finis, ad charitatem & non ad finem pertinet relatio requisita ad meritum.

Articulus V.

Vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam?

Conclusio est negatiua.

Dubium I.

Vtrum cõclusio ista D. Thom. sit vera?

PROBATVR quod non primo, si propter aliquam rationem non caderet prima gratia sub merito, maxime quia implicat gratiã esse ex debito, quod requititur ad mercedem debitam, sed hæc ratio est nulla ergo. Probatur minor, nã gloria corporis Christi sicut & animæ aqua fluit datur ex meritis & consequenter ex debito & alias ex gratia ratione cõ naturalitatis: similiter gratia nostra ex meritis Christi & alias ex gratia. Similiter remissio peccati fit ex gratia, & alias ex debito, quia contritio etiam vt antecedit gratiam est satisfactoria pro culpa ex iustitia vnde ex debito videtur illi deberi, de quo videatur 3.p.q.1.art.2.& q.85 vbi multi probabiliter tenent hanc sententiam. *Arg.1.*

Secundo arg. si propter aliquam rationem hoc esse non potest, maxime etiã propter aliam rationem D. Thom. quia opera antecedentia primam gratiam non habent proportionem cum illo quod requirebatur ad opus meritorium, sed hæc ratio est nulla ergo. Prob. min. nam hæc ratio tantum currit de operibus naturalibus, non autem de supernaturalibus disponentibus ad gratiam, istæ enim proportionem habent alias enim non essent dispositiones, nec potest dici habere proportionem dispositionis non autem meriti, quia non potest assignari, quæ nam maior proportio ad meritum requiratur, quã ad dispositionem, quam requiritur esse *Arg.2.*

su-

supernaturalem, & eiusdem ordinis cum forma introducenda, & insuper habere rationem pacti diuini inducendi formam tali dispositione posita, quod videtur inducere debitum complens rationem meriti. *Confir.* Confirm. nam si negatur primam gratiam cadere sub merito tantum est vt fugiamus errorem Pelagij initium nostræ iustificationis esse ex nobis, & vt firma sit veritas Pauli gratiam non ex operibus, sed ad hoc sufficit negare meritum operibus ex facultate naturæ, quia etiam si daretur meritum operibus supernaturalibus disponentibus, non sequitur esse ex nobis, nec dari ex operibus vt à nobis, sed totum refunditur in Deum, quod non est extrahere gratiam à ratione gratiæ ergo. *Solut.* Si resp. istam rationem D. Tho. assignatam fuisse pro actibus ex facultate naturæ, pro actibus supernaturalibus antecedentibus gratiam, assignasse aliam, nempe impedimentum peccati quo stante opus etiam supernaturale meritorium esse non potest, qualiter enim inimicus *Impug.* meteri poterit? Contra arg. nam hæc ratio tantum procedit de actibus supernaturalibus tempore præcedentibus ipsam iustificationem, non autem de actibus concomitäter & simultaneæ disponentibus, isti enim vt natura antecedunt gratiam nõ habent huiusmodi impedimentum in illo enim priori licet non intelligatur gratia, non tamen intelligitur peccatum, ergo prout in illo priori non stante prædicto impedimento & alias posita proportione supernaturalitatis talium actuum poterunt esse meritorij gratiæ postea naturæ *Solut.* inducendæ. Si resp. tunc etiam deficere aliud quod etiam assignauit D. Thom. nẽ pe subiectum esse gratum, quia gratia est *Impug.* principium meriti. Contra arg. nam illa *Solut.* contritio est efficienter à gratia facitque hominem sanctum, ergo nõ est deffectus gratiæ ad meritum talis actus. Si resp. illã contritionem supponere gratiam in genere causæ efficientis, non autem in genere causæ materialis, sed potius ipsa supponitur ad gratiam quapropter licet talis contritio vt in genere efficientis subsequitur gratiam sit meritoria primæ gloriæ, non tamen prout in genere causæ materialis gratiam antecedit, quia vt sic gratiam nõ *Impug.* supponit. Contra arg. quia supposita opinione quam supra sumus secuti, contritionem etiam, vt antecedit & disponit procedere efficienter à gratia si non habitualiter sumpta tamen ab illa vt habet rationem auxilij, vnde gratia in ratione auxilij præintelligitur ad contritionem etiam vt disponentem & antecedentem gratiam habitualem in genere causæ materialis, quatenus, ergo illa contritio disponens procedit à gratia habente rationem auxilij poterit esse meritoria. Si resp. ad meritum non sufficere vt opus procedat à gratia vt cunque, sed à gratia vt habitualis, quia vt sic tantum facit hominem gratum & non si solum in ratione auxilij consideretur. *Solut.* *Impug.* Contra arg. nam ad meritum sufficit procedere a gratia in ratione auxilij ergo solutio nulla prob. antecedens, quãdo quis meretur augmentum gratiæ, v.g. vt quatuor cum haberet duo tunc illud opus meritorium, vt quatuor non procedit à gratia habituali, vt quatuor, quia gratia vt quatuor non supponitur ad illud opus, sed potius subsequitur vt præmium & merces & effectus talis operis, sed illud opus tantum procedit à gratia præexistenti ex diuino auxilio adiuncto vt quatuor ergo procedere ex gratia in ratione auxilij sufficit vt opus sit meritorium.

Tertio arg. vltima dispositio meretur primam gloriam, ergo etiam primam gratiam, prob. consequentia, nam prima gloria & prima gratia connectuntur & vna alteri correspõdet, ergo quod est meritorium, vnius est meritorium alterius. Item prob. nam sic se habet prima gratia respectu primæ gloriæ sicut se habet augmentum gratiæ ad augmẽtum gloriæ, sed opus quod meretur augmentum gloriæ meretur etiam augmentum gratiæ, ergo similiter opus quod meretur primam gloriam meretur primam gratiam. *Arg. 3.*

Quarto arg. ei qui operatur merces, non imputatur secundum debitum & ex debito, vt patet ad Rom. 4. Sed prima gratia datur ex operatione disponente ad ipsam, quia iustificatus libere consentit iustificationi & non mere passiue se habet, ergo gratia datur ex debito & ex merito talis operis. *Arg. 4.*

Quinto arg. saltem per opera subsequentia ad gratiam potest mereri, ergo non negandũ est absolute cadere sub merito. Antecedens prob. in omnibus commutationibus vbi prius traditur merces & postea pretium. *Arg. 5.*

Vltimo arg. quia de potentia Dei absoluta potest quis iustificari & fieri gratus sine gratia habituali iustificante, siue per intrinsecum auxilium, seu motionẽ, siue per extrinsecam aceptationẽ de quo supra actum est, sed sic iustificatus posset *Arg. vlt.*

elicere opera meritoria, ergo saltem ille posset mereri primam gratiam iustificantem habitualem.

1. Sentent. Pelagij. In hac re fuit prima sententia Pelagij, quod homo per opera naturalia merebatur iustificationem sicut viribus naturæ ad ipsam se poterat disponere.

2. Sentent. Secunda sententia est, quam hic refert D. Thom. primam gratiam posse mereri per opera subsequentia ad ipsam.

3. Sentent. Ricard. Vazquez. Tertia sententia est Ricard. in 4. dist. 17, art. 1, quæst. 7. & Vazquez hic disp. 219. cap. 1. quod si vltima dispositio ad gratiam non procederet efficienter ab illa qua ratione est posterior, sed aliunde efficienter proueniret, sic vt antecederet ipsam primam gratiam esset meritoria illius.

4. Sentent. Quarta sententia est, quod licet de facto prima gratia non cadat sub merito, quia gratia est principium meriti, de potentia tamen absoluta sub merito cadere posse, quia de potentia absoluta posset poni aliud principium merendi.

Not. Pro intelligentia notandum est, hic non agere contra Pelagium de operibus naturalibus & ex viribus naturæ de hoc enim supra actum est huiusmodi opera non posse disponere ad gratiam quanto magis mereri ipsam, non etiam agimus de operibus supernaturalibus tempore præcedentibus gratiam & remote disponentibus ad ipsam quia cum huiusmodi opera simul sint cum peccato ex impedimento illius meritoria esse non possunt, sed tãtum procedit quæstio de dispositionibus simultaneis quatenus natura gratiam antecedunt in quo priori talia opera & supernaturalia sunt, nec impedimentũ peccati intelligitur, ex quo sequitur, nec etiã procedere quæstionem de gratia auxiliante, sed de iustificante, de auxiliante enim certum est secundum fidem non cadere sub merito, vt patet Isai. 65. inuentus sum à non querentibus me, palam apparui his qui non me interrogabant. Vbi loquitur de gratia auxiliante ad minus, & hanc dicit inuentam à non querentibus, scilicet per meritum, vt explicat D. Aug. D. Ambr. Isai. 65. August. lib. de Ecclesiasticis dogmat. cap. 40. & Ambros. epist. 8. & Diu. Thom. opusc. 2. & quia dicere huiusmodi gratiã cadere sub merito esset incidere in errorem Pelagij, antecedenter enim ad gratiã auxiliantẽ opera pure naturalia sunt, solum ergo est dubium de gratia iustificante, ex eo quod iam auxilians præcessit ratione cuius opera existunt supernaturalia antecedentia ad primam gratiam iustificantem.

Prima conclusio, de fide tenendum est non posse hominem mereri de condigno primam gratiam etiam per opera vltimo disponentia ad ipsam. Conclusionem tenet absolute Capreol. in 4. distinct. 4. quæst. 2. art. 3. ad arg. Henrrici. Soto 2. de nat. & grat. cap. 4. Medina & Zumel hic, disput. 1. Valentia tom. 2. disput. 8. quæst. 6. puncto 4. §. 2. Vega lib. 8. cap. 10. & 11. Belarm. lib. 1. de iustifi. cap. 21 & lib. 5. cap. 21. & Suarez lib. 12. cap. 24. nõ tamen cõueniunt in censura, quia Suarez ait non esse de fido, nihilominus conclusio hæc patet ex tota fere epist. ad Rom. vbi passim repetit D. Paul. gratiam non dari ex operibus. Et ad Ephes. 2. iustificati gratis per gratiam ipsius, & ad Titum 3. non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, &c. Et ad Galat. 2. idem repetitur, & in tota sacra Scriptura aduertetis, secũdum D. August. lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 5. quod gratia nunquam appelletur merces licet multoties merces appellatur gratia, quia licet in præmio nõ sit ratio meriti est tamen multum gratiæ, in gratia autem, quia nihil est præmij, sed totum ex gratia nunquam appellatur merces, sed semper gratia. Est etiam definita in Concil. Trid. sess. 6. cap. 8. vbi dicitur gratis iustificamur, quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue operatio gratiam iustificationis promeretur. Ecce qualiter non solum opera naturalia, sed etiam supernaturalia (vt fides) præcedentia gratiam dicit, non esse meritoria illius. Et in Concil. Arausic. cap. 17. dicitur, charitas diffusa est in cordibus nostris nullis meritis illam præcedentibus, & cap. 18. merces debetur bonis operibus si fiant, sed gratia, quæ non meretur præcedit vt fiant, ecce qualiter ponit gratiam principium totius meriti, nec aliquid illam præcedere posse. Nec valet solutio Vazquez, quod licet veritas sit primam gratiam non cadere sub merito, hoc tamen (inquit) non est de fide, quia Concil. solum definit contra Pelagium, vnde ab operibus naturalibus solum excludit meritum, non autem à supernaturalibus dispositionibus ipsius gratiæ, sed hoc disputationi Theologicæ relinquit Concil. Hæc inquam solutio non valet, quia licet Concil. primario contra Pelagium procedat, de facto tamen de omnibus operibus præcedentibus & antecedenden-

1. Concl. Capreol. Soto. Medina. Zumel. Valentia. Vega. Belarm. Suarez. Ad Ephes. 2. Ad Tit. 3. Ad Gal. 2 D. Aug.

Concil. Arausic.

Sol. Vazq.

Impug.

dentibus gratiam definiuit, vt patet ponendo illud verbum, siue fides, quæ actus supernaturalis est. Patet etiam concluſ. ex doctrina Sanctorum, ſic enim habet
D. Ambr. D. Ambr. 1. de vocatione gentium cap. 5. & ſuper cap. 11. ad Rom. Auguſt. multis in locis, ſed ſpecialiter lib. de prædeſtinatione Sanctorum per totum, præcipue videatur cap. 5. & 6. & lib. de natura & gratia etiam per totum, ſed præcipue cap. 4. etiam in præfatione ſuper Pſal. 31. ſed inſignis locus videatur apud ipſum epiſt.
D. Hier. 46. fere per totam. Hieron. epiſt. ad Da-
D. Greg. maſum de filio Prodigo. Greg. 18. moral. cap. 24. & 25. D. Bernar. ſerm. 67. & 68. ſuper Cant. Vltimo probatur ratio-
Caiet. &c. ne D. Thom. nam gratia eſt primum principium meriti, vt ſupra dictum eſt, ergo ipſa non poteſt cadere ſub merito. Patet conſeq. quia quod cadit ſub merito habet rationem termini. Hanc rationem dicit Cartagena lib. de prædeſtinatione, diſp. 9. pag. 267. apud ipſum eſſe parui momenti. benedixit apud ipſum, quia cecus non iudicat de coloribus, & ratio efficaciſſima eſt conuincens intellectum bene diſpoſitum.

1. Corol. Ex hac concluſione ſequitur, idem dicendum eſſe de prima vocatione, & de prima charitate, & de prima infuſione gratiæ, de vocatione quidem docet expreſſe Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. de virtutibus autem infuſis patet, nam vt dictũ eſt conſequuntur vt propriæ paſsiones ad gratiam, ergo ſi prima infuſio gratiæ eſt ſine merito etiam & prima infuſio virtutum eadem enim actio productiua formæ eſt etiam productiua propriæ paſsionis talis formæ.

2. Corol. Secundo ſequitur falſitas illius ſententiæ Vazquez, quod ſi vltima diſpoſitio non procederet à gratia illius meritoria, ſequitur in quam falſitas huius, quia etiam ſi procederet ab auxilio diſtincto à gratia, vt probabilis aſſerit opinio ſupra relata, nihilominus, non eſſet meritoria defectu pro penſionis, debet enim eſſe actio grati & amici formaliter loquendo, vt ſit meritoria.

2. Concl. Secunda concluſio, etiam per opera ſubſequentia ad gratiam, non poteſt mereri de condigno infuſio primæ gratiæ.
D. Aug. Hanc docet Auguſt. lib. de prædeſtina-
D. Hier. tione Sanctorum, cap. 5. & 12. Hieron. ſuper illud ad Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus Sancti: non dixit quia futuri ſumus Sancti, ſed vt eſſemus, vt denotet ſanctitatem & iuſtificationem correſpondere diuinæ electioni tantum & nullo modo noſtris meritis. Inſuper prob. quia eſſet contra D. Paul. aſſerentem gratiam omnino gratis conferri, ſi enim caderet ſub merito etiam operum ſubſequentium non gratis conferretur, ſed ex debito talium operũ. Item prob. quia non intelligitur qualiter ſemel accepta gratia omnino gratis poſtmodum mereatur, quia ad præteritũ per ſubſequens. iam non eſt potentia, & tantum poteſt probari in operibus ſubſequentibus meritum continuationis ipſius gratiæ de quo infra art. 9. & præcipua ratio huius concluſionis eſt facta pro præcedenti, quia ſi prima gratia eſt principiũ meriti, ſiue antecedens, ſiue ſubſequens, non poteſt eſſe meritorium illius.

Tertia concluſio, etiam per potentiã Dei abſolutam fieri non poteſt, vt gratia cadat ſub merito alicuius operis, ſiue antecedentis, ſiue ſubſequentis gratiã. Hæc eſt contra Zumel hic diſput. 1. conclus. 4 & prob. implicat idem eſſe cauſam & effectum reſpectu eiuſdem, ſed gratia eſt cauſa neceſſaria meriti, ita vt etiam de potentia abſoluta fieri non poſsit, vt ſit meritũ de condigno non procedens à gratia, vt ſupra dictum eſt, ergo gratia non poteſt eſſe effectus operis meritorij, quod tamẽ eſſet ſi eſſet merces illius. Secundo prob. vt opus ſit meritorium debet eſſe proportionatum mercedi, vt termino quem intẽdit per intrinſecam proportionẽ, ſed nullum opus etiam per potentiam abſolutam poteſt intelligi habere huiuſmodi proportionem cum gratia, ergo nullum poteſt intelligi eſſe meritorium illius. Maior prob. ex differentia proportionis requiſitæ ad meritum & ad diſpoſitionem, proportio enim diſpoſitionis non requiritur, quod ſit in operatione, vt ab operãte recipiente formam, ſed vt ab agente inducente formam cum eiuſdem ſit formam inducere & ad illam diſponere, quapropter ſi ex parte auxilij tenentis ſe ex parte Dei actio habet proportionem ſupernaturalitatis ad gratiam ſubijcienter proportionatur ei in ratione diſpoſitionis meritum autem debet habere proportionem cum præmio, vt talis operatio eſt ab operante & recipiente tale præmium, qua propter forma, quæ debet eſſe principiũ meriti, non tantum debet ſe tenere ex parte Dei, vt auxilium, ſed etiam ipſius operantis, vt forma cooperans illius. Vnde probatur min. principalis, quia cum ſola gratia ſit forma cooperans tenens ſe ex par-

3. Concl. contra Zumel.

parte operantis sola illa potest esse principium meriti, & nullum opus non procedens ab illa, non potest esse meritorium, & ab illa procedens meritorium illius esse non potest ratione iam dicta, quia merces debet esse terminus actionis, non autem principium. Confirm. nam dispositio non est à recipiente formam, vt à causa principali, meritum autem debet esse à mente, vt à principali causa, ergo plus requiritur ad meritum, quam ad dispositionem, nempe quod principium meriti teneat se ex parte merentis constituendo illum in esse causæ principalis, hoc autem esse non potest sine gratia, si enim tantum ponatur auxilium, nõ ponitur forma ex parte operantis ergo. *Solutio.* Si resp. posse de potentia absoluta Deum ponere aliquã formam supernaturalem tenentem se ex parte operantis. quæ tamen non esset gratia, *Impug.* & illa esset principium meriti gratiæ. Cõtra arg. quia meritum nihil aliud est quam quædam inclinatio ad mercedem, sed etiã posita tali forma ante primam gratiam nõ potest esse inclinatio ad gratiam, ergo nec meritum gratiæ. Prob. min. nam gratia dat primum esse supernaturale, ergo sicut ad primum esse inclinatio esse non potest, ita nec ad primam gratiam, quapropter recte dixit August. quod sicut quis ante quam sit esse mereri non potest ita ante gratiam, quæ dat esse supernatu- *2. Impug.* rale meritum esse non potest. Quod clarius impugnatur, quia gratia (vt dictum est) necessario est principium meriti, ergo quacunque alia forma supernaturali posita etiam tenente se ex parte operantis ante gratiam meritum esse non potest. Tãdem prob. conclusio, quia si de potentia absoluta hoc esset possibile non esset vnde priuari posset de facto non fieri, vnde rationes quæ probant de facto gratiam non cadere sub merito, probant etiam de potentia absoluta fieri non posse.

Ad 1. arg. Ad primum arg. à principio resp. illam rationem esse optimam. Ad primam impugnationem Christi Domini dicitur gloriam quoad corpus statim fuisse consecuta, vnde licet connaturaliter deberetur propter gloriam animæ habitã à principio, potuit tamen illam mereri, & illi duplici titulo correspondere, respectu autẽ primæ gratiæ non est eadem ratio, quia semel habita mereri non potest, ante quam habeatur autem, non est proportio ad me- *3. Solutio.* ritum eius. Ad secundam impugnationẽ resp. nos nõ negare primam gratiam dari ex meritis Christi, sed ex meritis nostris, vnde respectu nostri est gratia, respectu Christi iustitia repugnaret autem respectu eiusdem habere vtrunque. Ad tertiã resp. primam contritionem vt antecedit gratiam non sic satisfacere quod illi remissio peccati debeatur, quia tunc intelligitur imperfecta, imò aliqui dicunt quod satisfactioni vtcunque considetate non debetur remissio, importat enim satisfactio debitum pro quo satisfacit, sed non debitum remissionis collatæ propter satisfactionẽ. Secundo tamen melius resp. quod *2. Solutio.* culpa consideratur dupliciter, primo modo vt malum operantis, secundo vt offensa Dei, remissio ergo culpæ etiam consideratur dupliciter, primo vt ablatio culpæ vt malum operantis, secundo ablatio culpæ vt malum Dei, satisfactioni ergo correspondet remissio culpæ vt ablatio peccati vt malum Dei, non autem remissio peccati vt malum hominis, vt sic enim tollitur per infusionem gratiæ, quapropter consequentia non valet, quod si debeatur satisfactioni remissio debeatur gratia quia remissio correspondens satisfactioni non est remissio correspondens primo *Obiectio* & per se infusioni gratiæ. Si autem instes quia infusio gratiæ & remissio culpæ, vt malum hominis quatenus gratiæ correspondet sub merito non cadat, quia vt supponitur ad satisfactionem tendentem in remissionem peccati vt malum Dei, tamẽ remissio peccati vt Dei malum sub merito cadere poterit, quia vt sic iam supponit satisfactionem præsuponentem gratiam & remissionem peccati vt malum operantis. Resp. ad meritum requiri amicitiã (vt *Solutio.* dictum est) vnde licet præintelligatur ad opus satisfactorium infusio gratiæ & remissio culpæ vt malum operantis, non tamen præintelligitur amicitia, quæ subsequitur ad remissionem culpæ vt offensa Dei, opus ergo satisfactorium prout antecedit talem remissionem & amicitiam meritorium esse non potest, itaque plus requiritur ad meritum quam ad satisfactionem, quod enim se habet vt terminus satisfactionis, nempe amicitia & ablatio culpæ vt offensa Dei præsupponitur ex parte principij ad meritum & ad merendum, vnde satisfactio iam debet esse completa, & in termino vt meritum elicere possit.

Ad secundum arg. principale resp. optimam etiam esse illam rationem, nec solum procedere ex actibus ex facultate naturæ, sed etiam ex dispositionibus supernaturalibus, non solum tempore præceden-

dentibus, sed etiam simultaneis, quia licet prædictæ dispositiones proportionentur in ratione dispositionis, non tamen in ratione meriti. ad dispositionem enim (vt dictum est) sufficit concurrat homo vt motus, quia est proportio tenens se ex parte agentis inducentis formam, ad meritum autem requiritur proportio ex parte ipsius hominis, quia in merito procedit, vt se mouens, & vt causa principalis, ad primum, ergo sufficit auxilium, ad hoc autē secundum requiritur gratia cooperans.

Ad confir. Ad confirm. dicitur, quod licet primo & per se Pelagius intendat operibus ex facultate naturæ mereri gratiam, maxime tamen accedit ad errorem illius dicere opera non informata gratia etiam supernaturalia mereri primam gratiā, vnde vtrūque damnauit Concil. (vt dictum est) & vtrunque negat D. Paul. dicens gratiam non dari ex operibus, vt ex merito, vt ista tima dicemus. Vel secundo resp. vt ibi responsum est, ad replicas autem positas optima sunt solutiones ibi datæ. Ad vltimā

1. Solutio. resp. quod de augmento gratiæ possumus loqui dupliciter, vel in esse physico, vel in esse morali, siquidem loquamur in esse physico videatur Mag. Bañes 2. 2. quæst. 24. art. 6. dub. 1. Si producatur à gratia

Bañez. præexistente, vel ab auxilio super addito, vel si non producatur si non sit feruētior actus charitatis præcedens tale augmentum modo hic non loquimur, nisi moraliter, & sic dicimus gratiam & charitatem augeri meritorie, non solum ex diuino auxilio, sed etiam ex gratia iustificante præcedēti, cui auxilium superadditur, gratia enim etiam, vt duo superaddito auxilio, vt quatuor potest esse principium merendi vt quatuor, quia iam per illā gratiam præexistentem etiam minorem intelligitur subiectum gratum sufficiens ad merendum & ex additione auxilij, vt quatuor intelligitur moraliter sufficiens principium ad merendum vt quatuor, vbi autem nulla gratia iustificans præsupponitur vt in dispositionibus præcedentibus ad illam ex sola positione auxilij, non intelligitur principium requisitum, vel sufficiens ad merendum.

Ad 3. Ad tertium resp. per vltimam dispositionem, vt subsequitur gratiæ meretur primam gloriam, vt definitur in Trid. sess. 6. can. 32. vbi dicitur iustum mereri vitam æternam, & augmentum gratiæ, & augmentum gloriæ, ecce quo modo de gratia & gloria dixit augmētum cadere sub merito, de gloria autem solum dixit absolute cadere sub merito, non autem de gratia, quia prima gloria & non prima gratia sub merito cadit. Ad arg. ergo dicitur, quod licet ratione primæ gratiæ sit ius primæ gloriæ, quia tamen non statim confertur datur locus vt per opus subsequenter se habens ad collationem gratiæ mereatur collationem primæ gloriæ ad quā antecedenter ad tale opus ex gratiæ infusione ius habebat, quapropter collatio primæ gloriæ duplici titulo correspōdet & titulo meriti & titulo hæreditatis per infusionem gratiæ vt patet ex Trid. sess. *Trid.* cap. 16. hoc autem respectu primæ gratiæ locum non habet, quia semel accepta per opera subsequentia mereri non potest, antecedentia autem proportionem non habent. Ad primam autem improbationem positam in arg. resp. aliam esse rationē respectu augmenti gloriæ, & gratiæ, atque de prima gloria & prima gratia (non autē augmentū gratiæ ideo mereri potest, quia augmentum gloriæ illi correspondens cadat sub merito) sed quia ad augmentū gratiæ præintelligitur principium merendi, nempe gratia præexistens, quod non curritur respectu primæ gratiæ, quā gratia præcedere non potest cum ipsa sit prima, vnde licet prima gloria non tamen prima gratia cadat sub merito, augmentum gratiæ, siue gloriæ mereri potest ratione iam dicta.

Ad quartum arg. resp. in iustificatione quidem antecedenter ad gratiam operari quidem iustificationem dispositiue, non autem meritorie, vnde licet gratia detur ex debito connaturalitatis correspondentis dispositioni, non tamen ex debito iustitiæ, quod requiritur ad meritum, imò ad debitum connaturalitatis non correspondet homini, sed Deo, quia dispositio non est dispositio vt ab homine, sed vt à Deo inducente formam gratiæ: debitum autem meriti, homini debet correspondere, quia in merito habet se, vt causa principalis (vt dictum est) ad dispositionem autem sufficit concurrat vt motus & non vt se mouens, nisi dispositio in ratione actus vitalis consideretur qua ratione forma gratiæ non correspondet actui. *Ad 4.*

Ad quintum arg. resp primo ex D. Thom. hic ad tertium posse quidem aliquem equm acceptum post modum meriti, quia meritum non correspondet equo, vt principium merendi, nisi forsam instrumentaliter, principaliter autem correspōdet industriæ militis qui cum indifferenter se habeat ante & post receptionē equi me- *Ad 5. 1. Solutio D. Th.*

mereri potest illum, siue ante, siue post receptionem illius: gratia autē cum sit principale principium meriti necessario præsuponitur ad meritum, vnde nunquam potest mereri, quia tunc non esset principium, sed terminus, & idem dicendum est in omnibus commutationibus ciuilibus cum enim à re accepta non sumatur pretium & meritum eius potest illam soluere & mereri, siue ante, siue post receptionē illius. Secundo resp. quod in iustitia commutatiua idem est, quod solutio præcedat, vel subsequatur, in distributiua autē necessario debet præcedere meritū, quia non distribuitur, nisi pro dignitate personæ, vnde dignitas debet præsuponi ad distributionem, cum ergo meritum, non solum pertineat ad commutatiuam, sed etiā principalius ad distributiuam (vt dictum est) necessario supponitur dignitas ad meritum, vnde necessario præsuponitur gratia dignificans personam, & sic ante illam nullum potest esse meritum.

S. Solut.

Ad vlt. Ad vltimum arg. resp. quod etiam de potentia absoluta mereri non potest de condigno primam gratiam per quancunque formam supernaturalem collatā quia (vt dictum est) meritum importat inclinationem ad præmium & per proportionē formæ subordinatæ operanti præcedentis ad præmium, nulla autem forma potest esse homini subordinata, quæ importet inclinationem ad infusionem gratiæ, vnde per nullam formam mereri potest ipsam gratiam.

Dubium II.

Vtrū prima gratia cadat sub merito de congruo?

V. Sent. Scot. Gabr. Adrian.

IN hac re est prima sententia Scoti in 4. dist. 14. quæst. 2. & in 2. distin. 28. quæst. vnica, quam etiam tenet Gabri. in 2. distinct. 27. quæst. 1. art. 4. Adrian. quotlibet. 7. quæst. 4. & communiter nominales, opera moraliter bona etiam ex facultate naturæ facta esse meritoria de congruo infusionis primæ gratiæ. Hæc sententia prob. primo, meritum de congruo non importat debitum, sed quādam decentiam & congruitatē, sed opera prædicta habent talem congruitatem licet illis iustificatio, non debeatur ergo. Prob. min. quia cōgruum est tam ex parte Dei, quam ex parte hominis, vt facienti, quod in se est etiam viribus naturæ conferatur gratia, sed per talia opera facit, quod in se est ergo maior illius probationis probatur quō ad primam partem ex illo D. Anselm. cum parcis malis justus est, non quia illorum meritis, sed quia tuæ voluntati cōgruum est. Secunda vero pars prob. quia per huiusmodi opera homo magis recedit a peccato & accedit ad gratiam, redditurque minus indignus illa maxime si tale opus sit pœnitudinis peccati, ergo inducit congruentiam, nam magis remoto à peccato & magis accedenti ad gratiam congruentius est, vt illa conferatur, quam magis elongato ab illa.

Arg. 1. pro hac sens.

Arg. 2. Secundo arg. homo per huiusmodi opera impetrat remissionem peccatorum ergo meretur saltim de congruo illam. Patet consequētia ex D. Augusti. epist. 105. vbi pro eodem reputat impetrare & de cōgruo mereri dicens, sed neque ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Anteced. vero prob. nā in sacra Scriptura consulitur oratio, & eleæmosyna & remissio iniuriæ vt quis à proprio delicto educatur, ergo oratio, vel eleæmosyna habent impetrare remissionem delicti, nec valet respondere tolli cōgruentiam à talibus operibus ex indignitate per peccatum cui subiacet, non (inquam) valet, quia dignitas personæ ad meritū de cōdigno conducit & sufficit, ergo ad meritum de congruo, quod est minus quam de condigno non requiritur dignitas personæ. Et præcipue habebit vires hoc argumentum, si homo ponatur in puris naturæ absque peccato.

Arg. 3. Tertio arg. si propter aliquam rationem opera absque gratia non sunt meritoria etiam de congruo, maxime quia gratia est principium totius meriti, siue de condigno, siue de congruo, vel quia gratia nullo modo sub merito cadere potest etiā de cōgruo, sed neutra ratio est sufficiens ergo. Prob. min. quoad primam partem, nam incarnatio Christi Domini est principium totius meriti, & tamen Patres antiqui de congruo meruerunt illam ergo. Secunda etiam pars prob. nam debitum, quod repugnat gratiæ est debitum iustitiæ, alias deberi potest, vt vltimæ dispositioni debetur (vt dictum est) sed debitū congrui non est debitum iustitiæ, ergo bene potest ex congruo mereri.

2. Sent. Secunda sententia est, quam videtur tenere D. Thom. in 2. dist. 27. quæst. 1. artic. 4. ad 4. quam sequitur D. Bonauent.

D. Bonau. Aegid. Henricus. Ferrar. Vega. Defensis. Vazq. Suar.

uent. eadem dist. quæst. 2. art. 2. Aegid. art. 4. ad 4. Henriquus quodlib. 4. quæst. 19 Ferrar. 3. contra gent. cap. 149. Vega quæst. 7. de iustificatione. Rofensis 1. cõtra Lucher. Vazquez hic disp. 218. cap. 1. & 2. & sequentibus, opera supernaturalia tempore præcedenti à gratiam, quæ remota disponunt ad illam atque ab auxilio supernaturali tantum proueduat mereri de congruo primam gratiam, idem tenet Suarez lib. 12. cap. 24. & 37.

Aug. 1. pro 2. sent.

Hæc sententia prob. primo, nam præ dicta ex sacra Scriptura posita in secundo argumento præcedentis sententiæ ad minus debẽt explicari si supernaturalia sint ex diuino auxilio procedentia, ergo talia erunt meritoria de congruo, & hoc videtur insinuare D. August. loco citato, cum dicit remissionem non esse sine aliquo merito, quia fides impetrat illam. Item Iacobi 2. dicitur non tantum ex fide, sed etiam ex operibus iustificari, quod ad minus debet explicari de operibus supernaturalibus antecedentibus gratiam, & quod intelligatur de merito congrui, idẽ est enim secundum D. Paul. aliquid dari ex operibus, & ex merito, cum ergo D. Iacobus nõ possit intelligi iustificari ex operibus, quod importet meritum condigni debet explicari iustificari ex operibus, quod importet meritum congrui. Idem videtur asserere D. Dionys. c. 9. de cœlesti hierar. dicens ipsa leuis participatio prosuscipiẽtibus meritis varia fiunt.

2. Arg.

Secundo arg. opus bonum morale est meritorium præmij temporalis etiã si fiat sine gratia solum ex viribus naturæ, ergo opus supernaturale ex diuino auxilio factum etiam ante gratiam erit meritorium præmij supernaturalis, eadẽ enim debet esse proportio operis naturalis in naturalibus & operis supernaturalis in supernaturalibus, sed non potest assignari aliud præmium supernaturale, nisi infusio gratiæ, ergo illa debetur talis operibus saltim ex congruo.

3. Arg.

Tertio arg. talia opera sunt eiusdem ordinis cum gratia & aliqualiter illi proportionantur, ergo aliqualiter merentur illam videlicet de congruo, quod aliquantulum meritum est.

Vlt. Arg.

Vltimo arg. meritum de congruo nõ requirit debitũ iustitiæ, ergo poterit correspondere talibus operibus ex congruo etiam si illis gratia non debeatur.

3. Sent.

Tertia sententia est, saltim vltimas dispositiones simultaneas esse de congruo meritorias primæ gratiæ. Hanc tenent à fortiori Auctores secundæ sententiæ, specialius tenet illam Magister in 2. dist. 27. Ossius tom. 2. confessionis fidei cap. 13. Couarru. super cap. alma mater, parte 1. §. 4. num. 5. Belarm. lib. 5. de iustificat. cap. 21. & lib. 1. secundi, quæ prob. nam huiusmodi dispositiones habent naturalem connexionem & infallibilem cõsequentiam gratiæ quæ illis debetur saltim debito connaturalitatis, ergo merentur illam de congruo, præ dicta enim sufficiunt ad congruentiam, maxime si suponatur illa sententia probabilis huiusmodi dispositiones non procedere efficienter à prima gratia, sed ab auxilio præcedenti, tunc enim non poterit euadi gratiam non mereri illis dispositionibus, quia tenet se ex parte principij illarũ, quia supponitur ex parte principij tantum auxilium bene poterit assignari prima gratia ex parte termini.

Maiist. Ossius. Couar. Belarm. Arg.

4. sententia Lorca.

Quarta sententia est Lorca disputatione 50. quod si loquamur stricte de merito, nec de condigno, nec de congruo potest mereri prima gratia, bene tamen loquendo large de merito bene potest dici mereri de congruo & sic intendit componere oppositas sententias.

1. Conclus.

Prima conclusio, opera moraliter bona facta ex viribus naturæ nullo modo sunt meritoria etiam de congruo infusionis primæ gratiæ. Hæc probatur testimonijs sacræ Scripturæ & Conciliorum quibus absolute dicitur gratiam non dari ex merito vbi tam de condigno, quam de congruo excluditur. Secundo prob. huiusmodi opera nullo modo sunt dispositiones gratiæ etiã remote, (vt dictum est supra q. 109. art. 6.) ergo nullo modo sunt meritoria. Patet consequentia, quia plus requiritur ad meritum, quam ad dispositionem, vt dictum est, si ergo defectu proportionis excluduntur à ratione dispositionis à fortiori etiam à ratione meriti. Tertio prob. quia sic initium iustificationis esset à nobis, ponere enim meritum de congruo, est ponere aliquale principium. Quarto prob. ex eo intendebat Pelagius ponere meritum respectu gratiæ in operibus ex facultate naturæ, vt sic Deus non esset acceptator personarum, vt refert August. lib. 2. contra duas epist. Pelagianorum cap. 7. & 8. Sed Concilia & sancti Patres si semel admitterent meritum de congruo, cessabat ratio Pelagij, quia posset dici hunc iustificari illũ vero non quia iste de congruo meruit iustificationẽ ille vero non, & consequenter Deũ

D. Aug.

non

non acceptare personas, non autem Concilia ad prædictam rationem concurrunt, sed ad liberam Dei voluntatem, ergo sentiunt nullũ dari meritum de congruo respectu primæ gratiæ, quapropter Scotus loco citato, q. 2. art. 2. vtens ratione Pelagij de acceptatione personarũ, vt in prædictis operibus ponat meritum de congruo, non bene consonat cum sana doctrina.

2. Concl. Secunda conclusio, opera præcedẽtia gratiam quãtumuis supernaturalia sint siue tempore præcedant, siue simultaneæ disponant nullo modo sunt meritoria de congruo primæ gratiæ. Hanc tenet Capreol. in 4. dist. 14. quæst. 2. art. 3. ad argumenta Henri. Soto de natura & gratia cap. 3. & 4. D. Albertus Magnus in 2. dist. 28. art. 2. Conra. & Molina hic & supra q. 109. ar. 6. estque communis Thomistarum, imò videtur expressa ipsius D. Thom. hic vbi absolute respondet gratiam non cadere sub merito, si autem intellexisset de condigno, non autem de cõgruo, locutus esset sub distinctione sicut art. sequenti interrogans, vtrum aliquis alteri possit mereri primam gratiam, respondet de condigno non mereri bene tamen de congruo, ergo si idem vellet affirmare respectu gratiæ sui ipsius eandem distinctionem præmisisset in hoc articulo, vnde si absolute dicit nõ cadere sub merito vtrũque meritum negat. Idem videtur constare ex Concil. Trid. sess. 6. c. 8. vbi dicitur gratis hominẽ iustificari, quia nihil eorum quæ iustificationẽ præcedunt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiã promerentur, ecce absolute negat meritum in operibus antecedentibus gratiam. Idẽ habet Aug. epist. 105. ad Sixtum, quod est hominis meritũ ante gratiã cũ omne meritum nostrũ non faciat in nobis, nisi ipsa gratia? Et super Psal. 43. exponens illud à facie inimici & persequentis, &c. dicit quod sicut antequã esset homo nõ potuit mereri, vt esset ita antequã esset iustus non potuit mereri, vt esset iustus. ac si diceret, quod sicut ad operationẽ necessario supponitur esse, ita ad operationẽ supernaturalem meritoriã necessario supponitur gratia, quæ dat esse supernaturale. Et lib. 2. de gratia Christi & peccato originali, c. 24. dicit, quod Deus purificat nos per spiritũ fide & charitate, qui vbi vult spirat nõ merita sequens, sed merita faciens, vnde subdit nõ esse gratiã Dei vllo modo, si non esset gratuita omni modo, vnde Bern. ser. 67. super Cant. nõ-

Capreol. Henricus. Soto Al. Maz. Conrad. Medina.

Trid.

D. Aug.

D. Bern.

lo meritũ, quod gratiã excludit. Ratione prob. meritũ de cõgruo importat debitũ amicabile, sed antequã intelligatur gratia non est huiusmodi debitũ, ergo nec prædictũ meritũ. Minor patet, nã amicitia est per gratiã. Maior prob. quia tota cõgruitia cõcessionis fundatur in amicitia. Et si contra arg. quia tunc nulla esset differẽtia inter meritũ de congruo & de condigno, quia meritum de cõdigno nõ amplius requirit, quã gratia, si ergo meritum de congruo minus requirit, quã de condigno nõ requiret gratiã & amicitiam præcedere. Resp. adhuc esse differentiã inter vtrunque, meritũ de condigno enim requirit, nõ solũ dignitatẽ personæ, sed esse dignitatẽ & proportionẽ ipsius operis ad præmium, de congruo autẽ sufficit esse opus bonum morale à persona digna & grata, etiã si ipsum opus talẽ dignitatẽ non habeat, itaque ad meritũ de condigno supponitur gratia, non solum in habitu, sed etiã in actu formali, vel virtuali referens ipsum opus, vt dictũ est, ad meritum autẽ de congruo sufficit gratia habitualis etiã si opus ab illa non referatur, vnde opera moraliter bona ab existenti in gratia etiã si ab illa non referatur, sunt meritoria de congruo, licet non de condigno, vt supra dictũ est. Secundo prob. cõclusio, meritum intrinsice dicit debitum ex parte præmij eo modo quo est meritum, sed gratia nullo modo est debita, quia est omnino gratis, vt patet ex Conciliis & sacra Scriptura allata, ergo nullo modo est meritũ etiã de congruo, quia vt sic aliquale debitũ importaret. Vltimo prob. iustificatio dicitur creatio in sacra Scriptura, quia sicut creatio est ex nihilo, ita iustificatio ex non meritis, sed sic est, quod in creatione nullum prorsus esse debet supponi, siue substantiale, siue accidẽtale, siue simpliciter, siue secundum quid, ergo si iustificatio est creatio cõparatione ad meritũ, nullum meritum præsupponitur ad ipsum siue simpliciter, siue secundum quid, hoc siue de condigno, siue de congruo.

Obiectio.

Solutio.

3. Concl. Tertia conclusio, de potentia Dei absoluta bene potest prima gratia cadere sub merito de congruo. Prob. quia licet de facto nullum opus acceptetur etiam de congruo, nisi gratia supposita in subiecto (possit tamen Deus opera existentis in puris naturæ) vel in natura integra existentis sine peccato, maxime si fierent ex auxilio supernaturali (quod libere Deus posset conferre) acceptare ad infusionẽ gratiæ, & tũc essent meritoria illius.

in

in quo etiam resplendet maxima differentia inter meritum decongruo, & decondigno, quod istud necessario etiam de potentia Dei absoluta supponit gratiam aqua procedat, cum debeat proportionari præmio per intrinsecum valorem, & proportionem, quam nisi à gratia procedendo habere non potest, illud vero licet de facto, non tamen de possibili supponit gratiam, vt dictum est.

Corol. Ex dictis in hoc art. sequitur idem dicendum esse de prima gratia auxiliante, etiam decongruo non mereri, quia si prima iustificans, quã opera supernaturalia præcedunt mereri non potest qualiter mereri poterit prima gratia auxilians, quam nisi opera pure naturalia, & existentis in peccato non præcedunt, præter quam quod sic habetur in Triden. sess. 6. cap. 5. loquẽs de vocatione sic ait qui nullis eorum existentibus meritis vocantur, nullis (inquã) vt tande condigno, quam decongruo excludat.

Ad 1. Ad primum arg. primæ sententiæ respond. talia opera ponere minorem repugnantiam ad gratiam ex parte subiecti ad integrandum ipsum (vt supra dictum est) nõ autem per modum dispositionis, vel meriti, cum non supponat gratiam (vt dictum est) & si aliquando vocantur dispositiones sunt quasi negatiuæ, non autem positiue, & proprie: si ergo rationem dispositionis non attingunt, nec meriti quod plus requirit, vt dictum est.

1. Sent.

Ad 2.

Ad 3. Ad secundum arg. respondetur aliam esse rationem impetrationis, aliam vero meriti, primum fundatur in Dei misericordia precisse, secundum importat rationem debiti quale fuerit meritum, vt dictũ est, licet ergo talia opera sint impetratoria, nõ sequitur esse aliquo modo meritoria, differentia est D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 16. ad 2. vbi dicit orationem peccatoris esse impetratoriam, non tamen meritoriam. vbi impetrationẽ à merito distingit, quod primum importat talem misericordiam secundum vero rationem meriti. Ad impugnationem, iam patet ex dictis, qualiter licet meritum decongruo supponat gratiã, nihilominus multum à merito decondigno distinguitur,

Ad 3. Ad tertium arg. resp. vtranque rationem esse bonam. Ad primam impugnationem dicitur, quod incarnatio Christi Domini aliter fuit principium merendi patribus antiquis, aliter vero nobis, antiquis enim in genere causæ finalis, nobis vero etiam in genere causæ efficientis, quæ ratione principium est meriti sub merito cadere non potest, sumpta ergo finaliter ab antiquis non merebatur, sumpta vero efficiẽter potuit ab illis decongruo mereri, quia vt sic non erat principium meriti illorum, à nobis autem modo potest mereri, quia etiam efficienter est principium nostri meriti, Quod clarius dicitur incarnatio, vt subest diuinæ ordinationi, & intentioni, non cadit sub merito antiquorum, non enim propter illorum opera decreuit homi nem fieri, & vt sic antecedebat, & erat principium meriti illorum. Secundo vero modo potest considerari secundum existentiam, & in exercitio, & in re facta Incarnatio, & sic sub merito, antiquorum cadit, quia propter illorum opera facta est congruenter, & vt sic non erat principium meriti illorum, quia prius non poterat dependere aposteriori, nunquam ergo datur, quod principium meriti cadat sub mertio, cum ergo gratia iustificans in re existens sit principium meriti, quod in ea fundatur, & in re existat mereri non potest. Ad secundam impugnationem respondetur, debitum dispositionis, & connaturalitatis formæ non repugnare gratiæ, debitum autem meriti sic, quia totius rationis meriti gratia est principium, & quia licet debitum congrui non sit debitum iustitiæ perfectæ, bene tamen imperfectæ, & reducitur, habet enim rationem iustitiæ potentialis, vnde debitum congrui etiam gratiæ repugnat loquendo de facto, vt dictum est.

2. Solutio.

Ad primum argumentum, secundæ sententiæ respondetur, illam sententiam non esse Diuu. Thom. in illo enim loco loquebatur secundum sententiam aliorum, suam autem ibi, non posuit, sed illam ponit in isto articulo, quam nos defendimus, & si ibi loquutus est ex propijs, loquebatur de merito large prout solet sonare obtentionem, vt dicitur, quod Crux meruit portare Christum, quia obtinuit, & quod Thomas Apostolus meruit tangere Christum, quia obtinuit, quia propriè tunc cum in peccato esset infidelitatis mereri non poterat. Vel loquebatur de merito congrui tenente se ex parte operis, non vero, vt dicit congruentiam etiam ex parte operantis, vt enim operans congruenter mereatur, non sufficit congruentiam operum per esse personale, sed vltra requiritur congruentia personæ per gratiam, vel tandem dici potest, hic mutasse sententiam. Ad rationem autem pro illa

Ad 1. 2. Sent.

2. Solutio.

3. Solutio.

sententia patet ex dictis, qualiter illa opera sint impetratoria, vel disponētia ad gratiam, non autem meritoria, etiam decongruo, quia ad hoc supponi debet gratia. Ad D. August. resp. vt ad D. Thom. vel aliter quod ipse loquebatur de augmento gratiæ, & ipse se explicat Epist. 106. ad Bonifacium augmentum enim gratiæ remissio peccatorum solet vocari, iuxta illud amplius laua me ab iniquitate mea, vbi de augmento non de infusione loquebatur, iam enim audierat. trāstulit Dominus peccatum tuum. Ad illud Iacobi dicitur, quod tantum intendit dispositiones gratiæ, non tantum esse fidem, sed etiam charitatem, non autem intendit aliquid illorum mereri gratiam antecedenter ad ipsam. Ad D. Dionis. dicitur loqui de glorificatione, quam appellat participationem lucis, vel loquitur de augmento gratiæ, vt diximus ad D. Aug. eo vel maxime non inspiciendum esse, vbi sancti obiter loquūtur, quia tunc non multum curant proprietatis sermonis, vbi autem ex professo de hoc agebant omne meritum excludunt, vt patet ex conclusionibus.

Ad 2. Ad secundum arg. resp. opus bonum morale proportionari per modum meriti præmio temporali, opus autem supernaturale absque gratia non proportionari præmio supernaturali. quia vt dictū est, principium omnis meriti supernaturalis est gratia, quæ ad præmium naturale non requiritur.

Ad 3. Ad tertium resp. huiusmodi opera proportionari gratiæ per modum dispositionis, non autem per modum meriti, vt dictū est, quia ad hoc plus requiritur, quam esse eiusdem ordinis.

Ad 4. Ad quartum resp. ad meritum cōgrui requiri debitum iustitiæ saltem imperfectę, & potentialis, quod nihil gratia præcedente esse non potest,

Ad arg. 3. sentent. Ad argumenta tertiæ sententiæ resp. vltimam dispositionem habere infallibilitatem, & connexionem connaturalitatis, cum gratia, non autem meriti illius defectū prædictorum, quia ad connexionem merita plus requiritur, vt dictum est.

Art. VI.

Vtrùm possit aliquis alteri mereri primam gratiam?

1. Concl. PRIMA conclusio, Christus Dominus meruit omnibus primam gratiam decondigno. Secunda conclusio, purus homo non potest alteri mereri primam gratiam decondigno. Tertia cōclusio, homo iustus potest alteri mereri primam gratiam decongruo. *2. Concl.* *3. Concl.*

Prima conclusio est de fide de illa agitur, 3. p. q. 1. art. 2. q. 8. & q. 19. & q. 64. a. 4. vbi solet disputari vtrum de potētia absoluta possit communicari gratia capitis alteri, quam Christo Domino ad iustificationem aliorum, agūt etiam de hoc Scholastici, in 3. dist. 8. & 19. Videatur Vega super Trid. lib. 4. c. 4. & 5. & lib. 7. c. 7. vbi ostendit ex infinitate meriti Christi Domini ordinari ad collationem primæ gratiæ aliorū, imò & ad collationē omniū dispositionum illius. Verum est, quod Caprolus in 3. dist. 18. q. 2. ad arg. Scoti cōtra 4. conclusionem, & Ferra. 4. cōtra Gētil. c. 55. & Contra. in hoc a. & Dried. lib. de captiuitate. & redemptione generis human. tom. 2. c. 4. Ruardus, tom. 1. art. 6. de satisfactione, fol. 41. & 42. dicunt, quod licet Christus Dominus mereatur omnibus primam gratiam non tamen omnes dispositiones illius. Sententia tamen illorum nullo modo est sequenda, videtur enim aperte contra Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. vbi prima dispositio gratiæ, & primus effectus prædestinationis, qui est vocatio tribuitur Christo Domino, sed de hoc ad longū locis citatis. Circa secundā cōclusionē vero. *Vide Vega.* *Sent. Caprco. Ferra. Contra. Dried. Ricard. Impug.*

Dubium est primum.

Vtrùm secunda conclusio Diu. Thom. vera sit?

PROBATVR, quod non primo, opera iusti habent proportionem, & æqualitem cum gratia alterius: ergo possunt mereri illam decondigno, patet cōsequentia, quia non plus videtur requiri ad meritum decondigno, quam intrinsecus valor, & proportio. *Arg. 1.*

Secundo arg. vnus homo potest satisfacere pro altero ex iustitia: ergo mereri decondigno: conseq. videtur clara, quia vt dictū est, debitū ex iustitia correspōdet merito decondigno, anteced. communiter asseritur à Theologis, & sic intelligūt illud Paul. ad Colo. 1. adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea. *Arg. 2.*

Tertio arg. primus parens demeruit omnibus alijs decondigno, imò & decondigno primam gratiam mereretur, si ipse in iustitia originali stetisset, ergo non repugnat *Arg. 3.*

repugnat vnum alteri primam gratiam de condigno mereri.

Conclusio. Conclusio tamen D. Thom. omnino
D. Thom. Trid. est certa, vt patet ex Trid. sess. 6. c. 7. vbi anumerando causas nostræ iustificationis dicitur solum Christum Dominū esse causam principalem efficientem meritoriā nostræ iustificationis, & patet
1. Reg. 16 1. Reg. 16. cū orasset Samuel pro Saul, ait Dominus, quousque tu luges Saul, quem ego proieci à facie mea, ex hoc fit arg. quod id quod quis meretur decondigno obtinet infaliBiliter, quia est meritum de iustitia; si ergo Dominus multoties gratiam, alterius etiam cum lacrimis à iusto postulatam negat: certe non meretur apud Deum decondigno gratiā alterius. Ratione autē prob. primo, nam mereri alteri primam gratiam decondigno pertinet ad gratiam capitis infinitam, sed nullus purus homo habet gratiam capitis: ergo nullus potest alteri primam gratiam decondigno mereri. Secundo probatur præmiā decondigno datur à Deo secundum dispositionem, & dignitatem recipientis ipsum præmium, sed alter iustificandus non habet dignitatem, vt recipiat gratiam: siquidem est in peccato: ergo gratia illi collata non habet rationem
D. Thom. præmij decondigno, ratio est D. Tho. in 4. dist. 45. quæst. 1. quæst. 1. Si resp. non esse dignitatem in recipiente talem gratiā
Solutio. esse tamen dignitatem in iusto merente illam, vnde licet non possit habere rationē præmij decondigno respectu alterius iustificati, bene tamen respectu iusti merentis
Impug. talem iustificationem. Contra arg. ratione D. Thom. in hoc art. nam ad meritum decondigno requiritur proportio, & inclinatio intrinseca ad præmiū, sed gratia hominis iusti, non inclinatur secundū intrinseca ad iustificationem alterius: ergo iustificatio alterius non habet rationem præmij decondigno. Minor prob. quia gratia tantum inclinatur secundum intrinseca in bonum habentis illam, & in beatitudinem obtinendam ab eodem non ab alio, in tantum enim gratia importat propensionem in vitam æternam, in quantum est participatio diuini esse, & ad filiationem consequitur hæreditarium ius, sed gratia tantum est participatio diuini esse in habente illam: ergo tantum est ius hæreditarium in illam habente, & ex intrinsecis solum inclinatur in bonum, & præmium obtinēdum ab eodem, cum ergo meritum decondigno prædictam intrinsecam inclinationem requirat, tantum respectu sui, & non alterius potest esse. Hæc ratio adeo efficax est, vt probet etiam de potentia absoluta, licet enim aliqui, 3. part. quæst. 1. artic. 2. ponant Deum posse constituere purum hominem caput aliorum, qui illis mereretur primam gratiam decōdigno, ex ordinatione Dei ordinantis gratiam huius ad alios, licet non mereretur de rigore iustitiæ, vt Christus Dominus meruit ratione infinitatis suæ gratiæ. Nihilominus op
Impugn. positum est tenendum quantuncunque esset aliorum caput, & gratia illius hominis ad alios ordinaretur, hoc esset secundum extrinseca, natura enim cum sit inuariabilis, secundum intrinseca mutationem non patitur, vnde licet facta illa ordinatione, nō intrinsice ad iustificationem aliorum inclinabatur, & consequenter, nec mereba-
tur illam decondigno. Verum est aliquid amplius habere, tunc quam meritum decō gruo precisse requirat, istud enim fundatur solum in liberalitate, & consequenter non habet infalibilem connexionem, cum præmio, multoties enim deficit ex appositione impedimenti alterius (vt dicemus dubio sequenti) meritum enim illius hominis constituitur, vt caput ratione pacti, & Dei ordinationis esset infalibile.

Sent aliquorum.

Ad primum arg. respondetur, quod licet si: proportio intet gratiam istius, & gratiam alteri conferendam, deficit tamen ad rationem meriti decondigno, quod altera in ista virtualiter contineatur, hoc enim deberet esse secundum inclinationē intrinsecam istius in alterā, vt dictū est.
Ad 1.

Ad secundum arg. resp. aliam esse rationem satisfactionis, & meriti decondigno, satisfactio enim solum consistit in redi
Ad 2. tione æqualis à quocunque: ergo à quocū que æquale redatur fit satisfactio, vt si Petro à Paulo centum debeatur, siue à Paulo, siue ab alio pro ipso redantur Petro cē tum manet satisfactio, meritum autem vltra prædictam æqualitatem (vt dictum est) importat ordinationem, & inclinationem intrinsecam meriti ad præmium, quæ non est in gratia istius respectu alterius, vnde conseq. facta à satisfactione ad meritū nulla est, quia tenet à minori ad maius, qualiter autem debeat explicari locus D. Paul. siue de prædicatione illius, qua mediante passio Christi Domini aplicabatur fidelibus, siue de satisfactione iustorum, vel respectu sui, vel respectu aliorum, vel de depositio meritorum in thesauro Ecclesiæ, vt alio applicentur, explicat optime D. Th. super eundem locum lectio. 6.

Ad tertium resp. quod licet D. Thom.
Ad 3. 2. 2. quæst. 163. art. 3. ad 2. & in 2. d. 21.

quæst. 2. art. 2. ad 3. asserat & communiter cum eo Theologi, primum parentē de meruisse decondigno posteris collationē præmij gratiæ, & quod si originalem iusti tiam retineret posteris illā mereretur, nō tamen intelligendus est demerito condigni stricte loquendo. sed hoc dicitur, quia esset infalibilis consecutio ex Dei ordinatione fundata in eo, quod primus parens erat caput, & primum in esse naturæ, quapropter collatio, vel ablatio gratiæ posterorum potius est secundum traductionem vt ait D. Thom. supra q. 81. art. 1. & in 2. dist. 20. q. 2. art. 3. ad 3. quam per modum meriti decondigno.

D. Thom.

Dubium II.

Vtrùm tertia conclusio D. Th. vera sit?

Arg. 1. PROBATVR quod nō primo, ex D. Hilar. can. 27. super illud Matth. 25. ne forte nō sufficiat, &c. vbi ait, quod alienis meritis nemo iubatur.

Arg. 2. Secundo arg. meritum habet infalibilem connexionem cum præmio, sed vt alteri conferatur prima gratia, non habet connexionem infalibilem, cum oratione iustorum: ergo nō cadit submetito illius. Probatur minor, nam multoties petit iustus alterius iustificationem, quæ tamen non fit vt experientia constat, vt patet in Samuele orante pro Saul.

Arg. 3. Tertio arg. nō potest iustus mereri, sibi etiā decongruo, vt si inciderit in peccatū resurgat ab illo: ergo nec id merebitur alteri, antecedens constabit art. sequent. consequentia patet, tum exparitate rationis, tum etiam, quia meritum multo magis prodest ipsi merenti, quam alteri.

Arg. 4. Quarto arg. eodem modo requiritur ad meritum status viæ, sicut status gratiæ (vt supra dictum est) sed status viæ requiritur, tam ex parte merentis, quam ex parte illius cui meretur, quapropter animabus purgatorij mereri non possumus, licet satisfacere, quia sunt extra viam: ergo similiter requiritur status gratiæ, tā ex parte merentis, quam ex parte illius, cui meretur, & consequenter iustus existenti in peccato mereri non poterit, vt ab illo resurgat.

Arg. 5. Quinto arg. quod impedit ad recipiendum præmium impedit, vt meritū in exercitio ponatur, sed existens in peccato habet impedimentum, vt recipiat gratiā per modum præmij: ergo habet impedimentū vt ponatur in exercitio meritum talis collationis gratiæ præstitum à iusto.

Arg. vlt. Vltimo arg. vt vnus satisfaciat pro altero requiritur, quod alter sit in gratia, ergo vt moreatur alteri similiter, consequentia patet, quia vt dictum est plus requiritur ad meritum, quam ad satisfactionem. Concl.

D. Thom. Conclusio autem Diu. Tho. est vera communis omnium tradita à sanctis Doctoribus, & insinuata multoties in Sacra Scriptura, sic Aug. serm. 1. de S. Stephano, vbi ait, quod si Stephanus non orasset Ecclesia Paulum nō haberet, & D. Ambros. lib. 5. super Lucam c. 5. asserit magnus Dominus, qui aliorum meritis ignoscit alijs. Insinuatur etiam à Diu. Paul. ad Rom. 10. vbi ait, voluntas cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis ad salutem: vbi ponit conclusionem orationem iusti prodesse ad salutem alteri, hoc est ad iustificationem illius, insinuatque eius rationem in illo verbo, volūtas cordis mei, quasi diceret, quod ait D. Th. hic, meritū iusti ex natura sua non ordinariad alterū, bene tamen ex voluntaria directione exercentis tale meritum. Insuper prob. ratione D. Th. nam inter amicos æquum, & congruum est, vt ad inuicem petita concedant: ergo petente iusto iustificationem alterius æquum erit concedi à Deo.

D. Aug. Rom. 10. Prob.

Ad primum arg. resp. cū Sixto Senen. lib. 6. à notat. 17. quod loquebatur de his qui cum per totam vitam negligenter egerint post mortem requirūt auxilia sanctorum, tunc enim illis non prosunt, vt videre est in diuite, & Lazaro, vel potest interpretari, quod loquebatur de merito condigni. Ad 1.

Ad secundum resp. meritum decōgruo non habere infalibilem connexionem cū præmio, hoc enim proprium est meriti decondigno, sed habet connexionem congruam, quæ multoties impediri potest ex peccato alterius, & eius indispositione: itaque meritum congrui est sufficiens, non tamen efficax, nec mirum, quod sufficientia ad efficatiam non semper reducatur: siquidem & hoc in merito Christi contingit, quod cum sit infinitum, quantum ad sufficientiam, non tamen omnibus prodest, quantum ad efficatiam. Ad 2.

Ad tertium patebit ex dicēdis art. seq. non enim est eadem ratio vt ibi ostēdetur. Ad 3.

Ad quartum resp. aliter requiri ad meritum statum viæ, & statum gratiæ, status quidem viæ necessario, quia præmium habet rationem termini, vnde qui illum Ad 4.

illum consequi debet, debet esse in via tẽdens ad illud: cum ergo præmium etiã sit meritum ab alio, debeat consequi ab illo, cui alter meretur non solum alter merens, sed etiã cui meretur viator debet esse, gratia autem concurrit ad meritum dignificãdo personam merentem, cum ergo persona merens sit alter, & non isti cui gratia cõfertur gratia sufficit ponatur in altero merente, & non in isto cui meritum alterius aplicatur.

Ad 5. Ad quintum resp. recipientem gratiam ex merito alterius esse impeditum vt recipiat illam, vt præmium sibi correspondẽs, non autem esse impeditum, vt recipiat illã vt præmium correspondẽs alteri iusto merenti, talem gratiam. Vel dicitur arg. probare, non mereri à iusto collationem gratiæ impio inmediate, sed mediante dispositione, vel Sacramento, quibus iam aptatur, vt gratiam recipiat. Itaque mereri alteri primam gratiam est mereri, vt a Deo illę dispositiones, & auxilia conferantur, vel si paruulus est vt illi Sacramẽtũ aplicetur

Ad 6. Ad vlt. resp. quod remissio pœnæ non est sine remissione culpę, quapropter satisfactio. quæ est pœna supponit remissam culpam, etiãin altero, pro quo est satisfactio: meritum vero solum requirit dignitatem in merente (vt dictum est) vnde alteri primam gratiam mereri poterit.

Tertio posset dubitari.

Si postquam homo iustus meruit alteri primã gratiam de congruo ipse labatur in peccatũ antequam alteri gratia conferatur: vtrum desinat conferri, an vero de facto conferatur propter meritum iusti præcedens?

Sent. aliquo. 1. Arg. IN qua re aliqui dicunt, quod tunc talis gratia non conferretur, & ratio illorum est, quia in humanis sic contingit quod si aliquis propter amicitiam alteri aliquid concedat si rixentur concessio cessat, si non erat impleta, ergo similiter in casu præsenti. Et secundo prob. quia peccatũ illius iusti mortificat omnia opera eius præcedentia inordine ad proprium præmium: ergo à fortiori inordine ad præmiũ alteri conferendum.

2. Arg.

Concl. Hæc sententia probabilis est, sed opposita videtur probabilior, magis probatur respondendo ad contraria argumenta.

Ad 1. arg. Ad primum resp. Deum non esse vt homo semel enim acceptum non repudiat, si ne culpa illius pro quo est acceptatum, vnde si nouum impedimentum ex parte iusti ficandi non inter sit, etiamsi illi meruit in peccatum sit lapsus meritum eius semel acceptum obtinebit effectum. Ad secundũ resp. quod cum inordine ad proprium præmium sit impedimentum tantum per peccatum commissum opera præcedentia manent mortificata, & impedita, vt non sortiantur effectum, sine ablatione talis impedimenti, inordine autem ad præmium alteri conferendum, si non est nouum peccatum illius non est impedimentum, vt gratia ab alio illi merita conferatur. *Ad 2. arg.*

Quarto posset dubitari.

Vtrùm idem sit de beatis, quod dicitur de iustis quod possint mereri de congruo iustificationem aliorum?

Not. IN quare præsupponendum est, tanquam certũ beatos intercedere, & orare pro iustificatione aliorum, & illam multoties obtinere, & de Christo quidem patet ad Hæbr. 6. & 9. de Sanctis etiam, Iob 5. & 2. Machabeo vltimo, de quo videantur Scolastici, in 4. dist. 15. & Diu. Thom. 2. 2, quæst. 83. art. 4. an vero talis intercessio, & obtentio sit dicenda meritum, vel non? quæstio videtur de nomine, vt. unque potest dici? Melius tamen dicitur cum D. Thom. in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 6. quæst. 2. ad 3. quod talis intercessio & obtentio est per modum impetrationis non autem per modũ meriti, ad hoc enim (vt supra dictum est) requiritur esse viatorem, verum est, quod in via meruerunt sancti, inquit D. Thom. vt post modum in cælo illud per modum impetrationis obtinerent, tenet cum D. Thom. D. Bonauen. in 4. dist. 45. art. 3. quæst. 2. Palud. ibidem quæst. 2. art. 3. conc. 2. & 3, Ricar. ibidem art. 7. quæst. 3. ad 3.

Ad Hæb. 6 & 9. *Iob 5.* *2. Macha. vlt.* *Vide Diu. Thom.* *D. Bona. Palud. Ricar.*

Quinto posset dubitari.

Vtrùm idem dicendum sit de animabus purgatorij, quod per modum impetrationis obtineant iustificationem aliorum?

RICAR. vbi sup. q. 2. & 3. Gab. super Can. lect. 58. ad fin. Medina Cõplutensis, C. de pœnitent. tract. de oratione, tenent partem affirmatiuam, quæ videtur iubare deuotionem animarum: fundanturque in eo, quod Patres in Symbo, etiam si a visione essent excluſi orabant multoties pro viatoribus, vt patet de Hieremia. secundi Machabeor. vltimo,

Sent. Ricard. Ioan. Medina. 2. Macha. beo. vlt.

Ezec. 14. Hiere 15 & de Moise, & Samuele. patet Ezechiel 14 & Hier. 15. Nihilominus oppositam

Sent. vera sententiam tenet D. Tho. in 4. dist. 15. q.

D. Thom. 4 art. 5 & 2. 2. q. 83. art. 4 ad 3. & art. 9.

Alensis. ad 2. & Alensis, 4. part. quæst. 99. memb.

Navarro. 1. art. 3. Navarrus, in repetitione, c. quan

Abuled. do. & de consecratione, dist. 1. cap. 1. A-

Sylvester. bulen. super Matth. tom. 3. quæst. 93. Syl ü est verb. *oratio*, §. 3. congruentiaque in eo consistit, quod existens in tortura non est in statu petendi a rogante, in sanum enim esset sit ortus à Prætore beneficiũ, vt alteri conferretur postularet, nec est eadē ratio de Patribus in limbo, illi enim non erant in tortura, sed omino purgati, & solum visione carebãt defectu apertionis cæli, non autem ex impedimento proprio vt existentes in purgatorio, qui quoadvsque pœnam soluant cælum intrare nõ possunt quia nihil coinquinatũ illuc intrare potest

Vltimo posset dubitari.

Vtrùm quando aliquis iustus postulat iustificationem alterius, quæ tamen à Deo non conceditur, nec fit talis depræcatio sit meritoria de congruo?

Concl. IN qua re quæstio est de nomine, melius tamen dicitur affirmatiue, quia meritum de congruo (vt dictum est) non consistit in efficacia, sed in sufficientia, cũ ergo talis depræcatio sit sufficiens etiã si effectum non obtineat de congruo meritoria dicetur.

Corol. Ex dictis in hoc art. sequitur differẽtia inter meritum, & satisfactionem quod meritum respicit futurum satisfactio vero præteritum. Item meritum proprie, & in rigore solum est respectu sui satisfactio vero: ita proprie, & in rigore est respectu alterius, sicut respectu sui, solum enim satisfactio dependet ex aplicatione operantis, siue sibi, siue alteri, ex quo sequitur, quod cum satisfactio sortiatur effectum ex aplicatione operantis: tunc habet efficatiam, quando fit aplicatio, & exercetur opus, neque potest opus modo exerceri, & post modum fieri aplicatio, sed aplicatio consistit in intentione, & directione operis in exercitio ipsius operis. Vnde si in exercitio illius non dirigatur, vel aplicetur, iam ab illo manet indepẽdens repositũ in Thesauro Ecclesiæ à Papa disponendum de illo: quapropter inepta est sententia illorũ, qui dicunt posse modo Missam celebrari pro eo, qui cras contulerit eleemosinã applicando ex nunc pro tunc, quia licet ille non sit præsens notitiæ celebrantis est tamen præsens Dei notitiæ, & hoc sufficit, vt possint modo aplicari pro illo. Hæc tamen sententia à communi consensu recedit, nec ratio illorum aliquid valet, non enim debet attendi ad mensurã diuinæ cognitionis, sed ad mensuram notitiæ celebrãtis, qua opera illorum mensurantur, & ex sententia supra dicta multa inconuenientia sequerentur. Primumquidem, quod pari ratione posset aplicari crastinã Missam pro conferenti hodie eleemosinam, quia Missa crastina præsens est Deo, ac si hodie celebraretur. Item sequeretur, quod si alicui Sacerdoti sint præsentes centũ formæ indistinctæ, & confusæ possit consecrare septuaginta nõ designatas, sed quas crastina die populo contulerit, nam Deus scit, quæ nã sint illę: nec sufficit respõdere ad cõsecrationẽ requiri materiam determinatam, quia in dei cognitione determinata est, & si hoc non sufficit, nec in casu Missæ, quia etiam requiritur determinata persona, cui fiat aplicatio. Item sequeretur, quod quis possit modo satisfacere pro peccatis post modum committendis, vt modo ieiunare, & orare, & eleemosinas cõferre, vt sibi prosint pro peccatis futuris postquã ab ipsis resurrexerit, hęc sequela pro. quia magis Dominus est homo suorum actuũ, quam valoris missæ: ergo si valorem Missæ potest in post modũ reseruare à fortiori valorem operum suorum. Item sequeretur, quod posset modo celebrare pro nascituris. Item hoc esset simplicem Sacerdotẽ habere potestatem supra thesaurum Ecclesiæ, quod solum Papæ conceditur. Sequela patet, nam Missa hodie celebrata vsque ad crastinum, quando aplicatur vbi est, nisi in thesauro Ecclesiæ, si ergo amedependet vt crastina die Petro aplicetur, certe manum intromito in thesauro Ecclesiæ, si ne claue, quam solus Papa habet, vel Episcopus iure diuino. Tandẽ hoc esset cẽsum præbere cupiditati aliquorũ, qui possent numerum missarum ad indias mittere, vt inde pro illis ingens stipendium iuxta consuetudinem terræ reportetur,

Sent. aliquorũ impug.

Art. VII.

Vtrùm possit aliquis sibi ipsi mereri reparationem post lapsum?

CONCLVSIO est, nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum neque de cõdigno, neq; de congruo.

Hæc

Hæc conclusio quantum ad id, quod dicit non posset mereri de condigno reparationem, est certa secundum fidem, vt cõmuniter tenent Doctores in 2.dist.27.& 28.quia communiter in sacra Scriptura, & Sanctis reparatio tribuitur diuinæ gratiæ, & nullo modo meritis, & sic habetur in Trid. sess.6.cap.14.& can.29, & ratione patet, nam reparatio post lapsum includit primam gratiam, sed (vt dictum est) prima gratia secundum fidem non cadit submerito condigni: ergo nec reparatio post lapsum. Item sequeretur quemcunque semel iustificatum obtinere gloriam, quia sic existens in gratia meretur vt si cadat resurgat, tãdem debet in gratia decedere ab hac vita, quia aliàs meritum condigni illius vltimæ reparationis defraudabitur, quod in merito condigni non admittitur, quia cum sit ex iustitia est infalibile, falsitas autem consequentis patet in multis de quibus constat gratiam habuisse, post modum autem fuisse condẽnatos. Hoc supposito.

Trid.

Dubium I.

Vtrùm in instanti iustificationis possit aliqua operatio, (verbi gratia) contritio esse meritoria de condigno remissionis culpæ mortalis, & pœnæ æternæ?

Arg.1. PROBATVR quod sic primo, contritio est satisfactoria pro culpa, ita vt probabiliter multi teneãt remissionẽ culpæ ex iustitia illi deberi: ergo est meritoria illius, patet consequentia, quia si nõ posset esse meritoria, maxime quia gratis confertur, sed hoc non tollit ex iustitia correspõdere satisfactioni, ergo nec merito.

Arg.2. Secundo arg. remissio culpæ est posterior infusione gratiæ, saltim natura: ergo potest contritio intelligi media inter vtrũque posteriorad gratiam, & prior ad remissionem: ergo sic considerata poterit esse meritoria remissionis consequentis ad ipsam, ista consequentia patet, nam tunc contritio iam intelligitur gratia informata, vt sit meritoria remissionis culpæ subsequentis. Primum autem antecedens est Diu. Thom, quæst. præced. art. 8. & probatur, nam remissio culpæ est effectus infusionis gratiæ: ergo posterior saltem natura.

Arg.3. Tertio arg. de remissione pœnæ, talis remissio est effectus secundarius infusionis gratiæ, & remissionis culpæ: ergo potest contritio præintelligi ad talem remissionem, vt meritoria illius, quia non poterit dici non præintelligi, vt procedens à gratia perfecta, quia cum ante remissionẽ penæ præintelligatur, & infusio gratiæ, & remissio culpæ iam præintelligitur perfecte amicus, vt opus eius sit meritorium. *Conf.* Confirmatur, quia hac ratione prima gloria cadit submerito, quia est effectus secundarius supponens perfectam amicitiã, scilicet infusionem gratiæ, & remissionem culpæ quibus positis opus potest esse meritorium primæ gloriæ subsequentis ad prædicta. sed idem supponitur ad remissionem penæ eternæ: ergo.

Arg. vlt. Vltimo arg. & confirmatur, præcedens, prima gloria cadit submerito, ergo etiam non priuari illa: ergo meretur remissionem penæ æternę, patet ista consequẽtia, quia pœna æterna potissime consistit in priuatione visionis, & idem est remitti pœna, quod tolli talis priuatio, ergo quod meretur non priuari visione meretur remissionem pœnæ.

Sent. Ricard. Propter hæc argumenta Ricar. in 4. dist. 17. art. 1. quæst. 2. ad vlt. dicit per talem contritionem mereri, & remissionem culpæ, & pœne æterne.

1. Conc. Prima conclusio, remissio culpæ nullo modo cadit submerito talis contritionis. Hæc est certa, & communis sententia *Vazquez. Suarez.* Doctorum in 3. dist. 2. & Modernorum, vt est videre in Vazq. disp. 219. & Suar. lib. 12. cap. 24. & patet ex illo Psalm. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, quem locum adducit D. Paul. ad Rom. 4. *Rom. 4.* Vt remissionem fieri gratis. Item ex illo Psalm. 55. Pro nihilo salues facies illos, *Psalm. 55.* scilicet absque merito donos peccata, vt explicat Diuu. Augustin. hom. 15. de verbis Apostoli, & lib. de patientiæ, cap. 20. *D. Aug.* & Hieron. super illud ad Titum. 2. apparuit gratia Dei, &c. Item habetur in Tri- *D. Hier. Trid.* dentin. sess. 16. cap. 7. & 8. & 9. Vbi dicitur, necessarium esse credere, nec remitti, nec remissa vnquam fuisse peccata, nisi gratis ex diuina misericordia propter Christum. Item asserit totam iustificationẽ fieri gratis, constat autem ex Diuu. Thom. *D. Thom.* supra q. 113. art. 6. imò ex eodem Concil. cap. 7. in iustificatione claudi remissionem peccatorum, ergo hæc secundum Cõcil. sit omnino gratis. Secundo probatur

ratione. homo non meretur primam gratiã, vt patet ex supra dictis: ergo nec remissionem culpæ. patet consequentia, quia remissio culpę est effectus intimus, & intrinsecus primæ gratiæ. Tertio prob. ante remissionem culpæ non intelligitur homo amicus Dei, nec perfecte gratus, ante talem remissionem non intelligitur meritum, patet consequentia, quia vt dictum est, meritum supponit amicum & gratum. Quarto prob. ante remissionem culpę omnis operatio est à gratia operante: ergo nulla talis est meritoria, patet consequentia, quia meritum est effectus gratiæ cooperantis (vt supra dictum est) antecedens vero probat. quia remissio culpæ est effectus gratiæ operantis, vt docet D. Th. 3. part. q. 86. art. 4. ad 2. ergo à fortiori operationes præcedentes ipsam remissionem.

2. Con. Trid. Secunda conclusio remissio pœnæ æternæ non cadit sub merito de condigno. Hæc est certa, & communis sicut præcedens, & habetur in Trid. sess. 6. capit. 14. vbi dicitur, quod pœna æterna simul cum ipsa culpa remittitur. Ratione autẽ prob. remissa culpa non manet homo dignus pœna æterna, sed remissio culpæ fit omnino gratis, vt patet ex præcedentibus: ergo & remissio pœne æterne. Maior prob. nam dignitas pœnæ æternæ tantum correspondet inimico non amico: item quia naturali consecutione consequitur remissio pœnæ æternæ ad remissionem culpæ, ergo non stat vnam remitti, & non alteram.

Ad 1. Ad primum arg. resp. quod vt patet ex supra dictis, peccatum importat malum Dei, & malum hominis, primo modo tollitur per opus satisfactorium, secundo vero modo per gratiam, cum ergo contritio subsequatur infusionem gratiæ, & cõsequenter ablationem mali hominis, & tãtum habeat post se peccatum abolendum, vt malum Dei, tantum habet locũ, vt possit esse opus satisfactorium, non autẽ meritorium. quia in hoc distinguntur, meritum & satisfactio, quod primũ respicit bonum proprium, secundum autem bonũ alterius resarciendo iniuriam eius. Ad illud autem, quod talis remissio debetur ex iustitia illi contritioni: ergo est meritoria talis remissionis. Resp. tale debitum esse secundum, quid & imperfectum insufficiẽs ad meritum, quia (vt dictum est) meritum superadit requisita ad satisfactionem, sicut & superadit ad debitum dispositionis. Vel

2. Solutio. secundo resp. quod quando dicitur satisfactionem esse ex iustitia non intelligitur, quod remissio ex iustitia debeatur, sed quod satisfactio facit iustitiam intendens æqualitatem per restaurationem honoris, quem abstulerat, meritum autem non, si solum est ex iustitia, quia faciat iustitiã, sed quia ex iustitia illi merces est debita.

Ad 2. Ad secundum arg. resp. ad meritum non sufficere præcedere gratiam operantem, sed etiam cooperantem requiri, cum ergo contritio remissionem antecedẽs sit gratiæ operantis, quia non est cooperans, quoadvsque culpa sit remissa, hinc est talẽ contritionem meritoriam esse non posse remissionis consequentis ad ipsam, quod clarius dicitur remissionem tenere se ex parte principij merendi, vnde nõ posse cadere sub merito, quia hoc esset tenere se ex parte termini.

Ad 3. Ad tertium resp. quod cum remissio pœnæ consequatur ad remissionem culpæ, sicut hæc non meretur, nec illa, quod est dicere remissionem pœnæ tenere se ex parte principij, sicut & remissio culpæ, quapropter non posse mereri, quia (vt dictũ est) quod meretur debet se tenere ex parte termini. Et per hoc patet ad cõf. prima enim gloria aliter consequitur ad primã gratiam, quod tenet se ex parte termini, remissio autem pœnæ aliter consequitur vt remaneat ex parte principij, vnde licet prima gloria mereatur, nõ tamen remissio pœnæ, quapropter non est ratio alegata cadõ d. sub merito, quod prima gloria sit quid consequutum vel nõ, sed quod sit quid cõsequutum ex parte termini.

Ad conf.

Ad vlt. Ad vltimum resp. prouare quod si quãdo meretur primam gloriã remaneret dignitas pœnæ æterne pertale meritum aboleretur, quia non stat meritum primæ gloriæ cum condignitate talis pœnæ, verum pro illo, tunc meritum primæ gloriæ non est talis cõdignitas pœnę, quia supponitur iam ablata ex parte principij talis meriti, quia (vt dictum est) non est principiũ sufficiens meriti quoadvsque culpa sit remissa, & consequenter condignitas pœnæ ablata: si ergo quando meritum aduenit condignitas pœne in principio talis meriti fuit ablata non potest esse terminus illius meriti. Vel

2. Solutio. secundo resp. quod qui meretur primam gloriam meretur, similiter nõ habere negationem illius, non autem meretur, non habere priuationem illius, consecutio enim gloriæ essentialiter excludit negationem illius, non autem priuationẽ moralem, quia potest talis priuatio non esse, cum ergo dignitas pœne sit priuatio visionis, & non solum negatio, non sequitur quod qui meretur primam gloriam mereatur

tur

reatur remissionem pœnę licet mereatur exclusionem negationis visionis.

Dubium II.

Vtrùm possit aliquis decõgruo mereri reparationem post lapsum?

Arg. 1. Ad Hæb. 6. PROBATVR quod sic primo ex illo ad Hæb. 6. nõ enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quem locum D. Thom. dicit ibidem lect. 3. intelligendum esse de operibus antecedẽtibus lapsum, ad quæ Deus attendendo multoties hominem reparat à culpa.

Arg. 2. Secundo arg. argumento primo, D. Thom. quod iuste petitur à Deo videtur cadere sub merito talis petitionis saltim de congruo si petitio fiat in gratia, sed existens in illa iuste petit, cum Dauid Psalm. 70. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me: ergo talis petitio est meritoria de congruo talis reparationis.

Arg. 3. Tertio arg. (vt supra dictum est) probabiliter dicitur existentẽ in peccato per dispositiones gratiæ decongruo mereri iustificationem: ergo idem poterit dici de existenti in gratia ante lapsum, patet consequentia, quia ex parte principij est idẽ, nempe gratiæ infusio, ex pare vero merẽtis melius se habet in nostro casu, quia ponimus illum esse in gratia, quando meretur posteriorem infusionem illius.

Arg. 4. Quarto arg. (vt supra dictum est) vnus alteri meretur reparationem decongruo lapsus: ergo fortiori id sibi poterit mereri, patet consequentia, quia efficatius est meritum, sibi quam alteri. Si resp. cum Diu. Thom. non esse eandem rationem, quia respectu sui apponitur impedimentum ex parte merentis, respectu autem alterius nõ ita. *Solutio.* *Impug.* Contra arg. ad meritum non debet attendi ad instans collationis præmij. sed ad instans exercitij operis, sed quando exercet opus, quod dirigit ad propriam reparationem post modum faciendam est in gratia: ergo non est impedimentum ex parte merentis, vt talem reparationem mereatur. *Solutio.* Si resp. valorem talis operis prius in gratia exerciti interrumpi, & cessare per peccatum subsequens, vt hic respõdet D. Thom. *1. Impug.* Contra arg. quia quando quis alteri meretur reparationem, etiam si post meritum incidat in peccatum ante reparationem alterius, alter reparabitur (vt supra dictum est) quia sufficit fuisse in gratia in exercitio meriti, etiam si iam sit lapsus merens, quando præmium est conferẽdum: ergo similiter in nostro casu, etiam si modò sit in peccato sufficit fuisse in gratia vt per opera, tunc facta mereatur præsentem reparationem. *2. Impug.* Secundo impugnatur solutio, in præscitis qui vere merentur vitam æternam, quando in gratia existunt licet post modum apponatur impedimentũ peccati ad consecutionem illius: similiter in prædestinatis, licet enim post merita vitæ æternæ labantur in peccatum, tamẽ postea resurgentes, & beatitudinem obtinentes, talis beatitudo datur, non solum correspondens operibus factis in vltima gratia, sed etiã factis in priori amissa per peccatum, illa enim per posteriorem gratiam reuiuiscunt: ergo subsequens peccatum, licet sit impedimentum consecutionis præmij, non tamen vt opus præcedens dicatur absolute, & essentialiter meritorium illius ad quod dirigitur.

Sent. D. Bonau. Gabr. Vega. Suarez. Propter argumenta posita tenent partem affirmatiuam D. Bonauent. in 2. dist. 28. quæst. super litteram Magistri, Gab. dist. 27. quæst. vnica, art. 3. & Vega de iustificatione, quæst. 6. ad 6. & illis consentit Suarez l. b. 12. cap. 38.

Not. Prò intelligentia notandum est, quod meritum duplicem dicit habitudinem ad præmium, alteram aptitudinalem, seu trãscendentalem, per quam essentialiter constituitur in esse meriti: alteram vero dicit actualem, & in exercitio, quando præmiũ consequitur, & hæc quidem est accidentalis, per accidens enim est, vt consequatur, vel non consequatur de facto, vt opus dicatur meritorium illius: præsciti enim dũ sunt in gratia de fide est mereri vitam æternam, licet illam non consequantur, quia opera illorum pro tunc secundum præsentem iustitiam dicunt ordinem habitualem ad vitã æternam: exemplum est in albedine, quæ & importat habitudinem, habitualem ad corpus, per quam essentialiter constituitur in ratione accidentis; & importat actualem habitudinem, & exercitium, quando cum corpore vnitur, & talis habitudo extra essentiã albedinis est. Nõ est ergo dubium in præsenti, quod peccatũ subsequens impediat habitudinem exercitã ad præmium, hoc est cõsecutionem illius. Sed dubitatur vtrum, sicut peccatum subsequens non impedit habitudinem essentialem præcedentis meriti vitæ æternæ, ita peccatum subsequens non impediat essen-

tialem ordinem actuum præcedentium in gratia, vt dicantur meritorij posterioris reparationis.

Conclusio. Conclusio tamen sit, nullo modo etiam de congruo iustum posse sibi mereri reparationem post lapsum. Hanc tenet D. Thom. hic & omnes eius discipuli, cum illo, & D. Albert. Magnus, in 2. dist. 28. art. 2. Alensis, 3. part. quæst. 69. memb. 5. art. 2. imò multi quitenent primam in gratiam cadere sub merito congrui, tenentno stram conclusion, & aliter sentiunt de reparatione post lapsum, vt est videre in Vazquez hic. Prob. primo, prima gratia non cadit sub merito, etiã de congruo (vt supra dictum est) ergo nec reparatio post lapsum, patet consequentia, nam in reparatione post lapsum includitur prima gratia, per quam debet reparari. Secũdo probatur ratione D. Thom. actio & motio cuiuscunque operationis iusti interrumpitur, & impeditur per peccatum subsequẽs, ergo non potest durare, vt attingat reparationem post ipsum peccatum, consequẽtia pater, nam non potest aliquid operari quando non est. antecedens vero probat. nam per tale peccatum fit persona indigna ergo interrumpitur, quodcunque meritũ eius, meritum enim supponit dignitatem personæ. Circa quam rationem nota cum Caiet. quod indignitas, dupliciter potest interuenire in merito, vno modo ex parte illius cui meretur; alio vero modo ex parte illius, qui meretur, prima enim non tollit rationem meriti, licet possit tollere a secutionem præmij, vt quando iustus alteri meretur reparationem, indignitas tantum se tenet ex parte alterius cui debet applicari præmium, & illa non tollit meritũ in isto, si tamen post meritum istius, rursus alter peccauerit non destruet meritum huius; bene tamem assecutionem præmij illius: secũda autem indignitas, scilicet ex parte merentis, non solum destruit assecutionem præmij, sed etiam rationem meriti, qnia dignitas personæ necessario requiritur ad meritum (vt supra dictum est) cũ ergo lapsus qui supponitur futurus in isto iusto, non solum se teneat ex parte recipiẽtis præmium, sed etiam ex parte merentis, non solum materialiter, sed etiam formaliter, cum se teneat ex parte obiecti merendi (vt statim explicabimus) absolute dicendum est rationem meriti destruere. Pro quo secundo amplius nota ex eodẽ, quod peccatum subsequens dupliciter se potest habere, primo vt quodam medium interueniens, inter meritum, & præmium, secundo vero vt se tenens ex parte ipsius præmij, & aliquid inclusum in ipso obiecto præmij. Primo modo non destruit essentiam meriti, quia non destruit proportionem meriti ad præmium, & obiectũ, destruit tamen assecutionem, quia quandiu tale peccatũ durat præmium obtineri nõ potest, vt contingit quando quis meruit vitam æternam post modum pereat illud peccatum destruit assecutionem, quandiu non tollitur, non tamen destruit rationem meriti præcedentis, quia non tollit proportionem eius ad vitam æternam, secundo vero modo peccatum subsequens non solum tollit assecutionem, sed etiam rationem essentialem meriti, obiectum enim in se claudens peccatum, & indignitatem ipsius operantis non intelligitur proportionatum vt mereatur; cum ergo reparatio, post lapsum lapsum fit obiectum omino improportionatum, vt mereatur, vnde dicere, quod mereatur reparationem est inuoluere contradictionem.

Not. ex Caiet.

2. Not. ex Cai.

Ad primum arg. resp. quod Apostolus ibi loquitur de reuiuiscentia operum præcedentium in charitate respectu vitæ æternæ, ablato enim peccato subsequenti iterum redeunt, quia vt dictum est, illud peccatum impediebat à secutionem, non tamen meritum, non autem loquebatur respectu reparationis, ita Chrysost. hom. 9. & Caiet. imò idem insinuat Trid. sess. 6. cap. 16. Secundo resp. quod si Apostolus loquebatur in ordine ad reparationem intelligendus est per modum cuiusdam impetrationis, non autem per modum meriti propriè loquendo, vnde D. Thom. si vsus est nomine meriti, hoc est large loquẽdo, vt comprehendit etiam impetrationẽ, & si aliud voluit hic mutauit sententiam, vbi expresse vtrunque meritũ negat respectu reparationis. Aut loquitur Apostolus in ordine ad futuram vitam iustos igni non esse tradendos, quia non est Deus iniustus, vt obliuiscatur, &c. sic Vega libr. 13. super Trid. cap. 10. Aut si loquitur de reparatione loquitur de diuitibus facientibus eleæmosinam pauperibus iustis, & tunc ait Deum non obliuisci, &c. quatenus per orationes pauperum diuites multoties restaurantur, itaque refertur meritũ decongruo ad pauperes orantes pro diuitibus peccatoribus facientibus eleæmosinam, non autem ad ipsos diuites peccatores, in quo sensu art. præcedenti ad 3. explicuit D. Tho. illud Christi facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cũ defeceritis recipiãt vos in eterna tabernacula.

Ad 1. *Chrys.* *Cai.* *Trid.* *2. Solutio.* *Vega.*

Ad

Ad 2. Ad secundum respondetur, iustã petitionem impleri si impedimentum non apponatur, petitioni autem reparationis apponitur impedimentum, scilicet lapsus, vnde non habet efficatiam, nisi forsam per modum impetrationis (vt dictum est.) Ad locum autem Psalm. respondetur Dauid ibi non loqui de reparatione post lapsum, sed de collatione auxilij tempore tribulationis, & necessitatis, exposcit enim, vt quando propriè vires. vel auxilia præcedentia non sufecerint noua superadantur. Explicatio est communis ita Aug. conc. 1. & Lyra super illum locũ, & si loquatur de reparatione intelligitur per modũ impetrationis, vt locus D. Pauli.

Ad 3. Ad tertium arg. resp. etiam supposita illa sententia consequentiam non valere, quia post dispositiones gratiæ non apponitur impedimentum ad ipsam gratiã, vnde propter tale naturale consequium dici poterunt de congruo meritoria gratiæ: in nostro autem casu necessario inuoluitur subsequens impedimentum tenentem se ex parte obiecti merendi (vt dictum est) vnde talis & sic præcedens meritoria esse non potest.

Ad 4. Ad quartum bene ibi responsum est, ad duas vltimas impugnationes resp. Ad primam quidem aliqui dicunt in illo casu alterum non iustificari ex impedimento peccati merentis iustificationem illius. Alij vero dicunt (vt nos supra) illum iustificari si fuit semel acceptum meritum iusti, etiam si postea iustus peccauerit, quia ille ad peccatum subsequens omnino peraccidens se habet, quia non se tenet ex parte merentis formaliter cuius dignitas debet attendi pro instanti meriti, nec se tenet ex parte recipientis præmium cum non sit peccatum iustificandi ex merito iusti, sed quęcunq; sententia supponatur, nihil cõtra nos peccatum enim in casu argumenti aliter se habet atque in casu dubij, in casu enim argumenti peccatum subsequens non se tenet ex parte termini, & obiecti merẽtis, vnde non tollit rationem meriti præcedentis, licet præmium possit impedire secundum sententiam primam alegatam, in casu autem dubij peccatum se tenet ex parte obiecti (vt dictum est) vnde non solum assecutionem, sed etiam rationem meriti habet destruere, & per hoc patet ad secundã impugnationem, peccatum enim subsequens ad meritum vitæ æternæ, siue in præscitis, siue in prædestinatis habet impedire consecutionem, quandiu non tollitur: non autem rationem meriti destruere, quia non se tenet ex parte obiecti merendi, vt explicatum est in fine conclusionis: unde ad illud quod dicitur in argumẽto inspiciendum esse tantum ad instãs meriti. Respondetur, quod pro instanti iustitiæ posset iustus mereri si semel supponatur obiectum proportionatum merito, reparatio autem est obiectum improportionatum, & implicat ratione peccati inclusi in illo, vnde etiam pro instanti iustitiæ iusti mereri non potest.

Art. VIII.

Vtrùm homo possit sibi mereri augmentum gratiæ, vel charitatis?

Conclusio est affirmatiua. *Conclusio.*

CONCLVSIO D. Thom. vt iacet est de fide. vt habetur in Triden. sess. 6. cap. 1. & can. 25. & expressius can. 32. quam veritatem de umplit Conc. ex illo Apoca. lib. vltimo. qui iustus est iustificetur adhuc, & Eccles. 8. ne vereatis iustificari vsque ad mortem, & ex illo Ps. 83. Ibunt de virtute in virtutem: quibus in locis, licet non dicatur augmentum fieri ex meritis sui, tamen semper intellectum est ab Ecclesia assumpto fundamento, ex illo Iacob 2. videtis quoniam ex operibus iustificatur homo. Vbi de augmento iustitiæ loquitur non de prima infusione hæc enim non est ex operibus (vt supra dictum est) de fide tenendum. Ratioque conclusionis est clara, quia nihil potest assignari deficiens ad rationem meriti augmenti gratiæ, & charitatis, omnes enim conditiones reperiuntur ex actu præcedenti gratiam noui gradus aduenientis, sed de hoc videatur Vega de iustificatione libr. 10. cap. 2. Hoc supposito. *Trid.* *Eccl. 8.* *Psal. 83.* *Iacobi 2.*

Dubium est primum.

Vtrùm homo iustus mereatur de condigno augmentũ suæ gratiæ, & charitatis?

PROBATVR quod non primo, si propter aliquam rationem augmentum gratiæ mereretur de condigno, maxime propter rationem Diu. Thom. quia *Arg. 1.*

gratia

gratia per opera præcedentia ab illa, non solum tendit ex motione Spiritus Sancti in vltimum finem gloriæ, sed etiam in progressum ad illum, progressus autem est per augmentum, sed hæc ratio est nulla: ergo. Probatur minor, quia perseuerãtia in gratia, & reparatio post lapsum pertinent necessario ad progressum vitæ æternæ; nisi enim in gratia perseueret, & post lapsum reparetur gloriam obtinere non potest, sed nihilominus perseuerantia nõ cadit submerito, vt dicetur artic. sequenti, nec reparatio post lapsum, vt dictum est art. præcedenti ergo ratio assignata est nulla. *Solutio.* Si respon. supponi non se debere tenere ex parte principij merendi: sicut enim prima gratia submerito non cadit, ita nec quod ex parte illius se tenet, perseuerantia autem, vel reparatio tenet se ex parte principij merendi: nempe primæ gratiæ, quia perseuerantia: nihil aliud est, quam prima gratia semel infusa, & continuata, & reparatio similiter primam gratiam includit, inde ergo est: hæc submerito cadere non potest, bene tamen augmentum gratiæ, quod non ex parte principij, sed ex parte termini se tenet. Contra arg. *Impug.* quia etiam augmentum gratiæ se tenet ex parte principi. meriti: ergo etiam submerito cadere non potest. Antecedens probatur, nam augmentum gratiæ, nihil aliud est quam ipsa prima gratia magis intensa, intensio autẽ non videtur extrahere ab essentiali ratione primę gratię: ergo.

Arg. 2. Secundo arg. meritum & præmium non possunt esse simul in eodem instanti, sed augmentum gratiæ est in eodem instãti cum actu quo augetur, ergo talis actus, non potest est esse meritorius talis augmẽti. Maior est, commune axioma Theologorum. Minor patet, quia augmentũ gratiæ, vel charitatis est instantaneus, quia spiritualis: ergo in eodem instanti est augmentum, in quo est actus quo augetur. Si *Solutio.* respondeatur, illud axioma habere verũ de præmio vltimo, illud enim non potest in eodem instanti quo meretur haberi, vt docet D. Thom. 1. part. quæst. 62. art. 4. quia in eodem instanti non potest esse viator, quod requiritur ad meritum, & simul comprehensor, quod requiritur ad vltimum præmium, nec potest simul habere fidem, quod requiritur ad viatorem: & simul visionem per modum habitus, quod requiritur ad comprehensorem, de alijs autem præmijs cum hæc inconuenientia, non currant simul cum merito illorum esse possunt. *Impug.* Contra arg. quia inde sequetur contritionem posse mereri primã gratiam cum sit in eodem instanti cum illa, & ab illa procedens, & hoc tantum inconueniens, quod sint simul possit assignari, cũ meritum & præmium simul habere nõ possint.

Tertio arg. nam sequeretur, quod in eodem instanti esset gratia magis, & minus intẽsa, v. g. simul vt quatuor & vt sex, hoc autẽ est impossibile: ergo. Sequela prob, nam si datur talis actus meritorius augmẽti, cum ille procedat à gratia prexistenti vt quatuor iam gratia est in tali gradu, cũ autem terminetur ad gratiã, vt sex etiam est in gradu vt sex, ergo simul est, vt quatuor & vt sex. *Arg. 3.*

Quarto arg. meritum decondigno importat proportionem, & æqualitatem cum præmio, sed actus procedens à gratia præexistenti, vt quatuor non potest habere talem proportionem, & æqualitatem cũ augmento vt sex: ergo talis actus non potest mereri decondigno illud augmentum. maior patet ex differentia inter meritum de congruo, & decondigno supraposita. Mi. prob. gratia est principium formale meriti: ergo non potest esse actus maioris meriti, quam sit intensio gratiæ aqua procedit, sed gratia præexistens aqua procedit ille actus tantum est, vt quatuor: ergo ipse nõ potest essa decõdigno meritorius vt sex, & consequenter augmentum vt sex non meretur decondigno per actum precedẽtẽ à gratia præexistenti, vt quatuor. *Arg. 4.*

Vltimo arg. meritum decondigno debet procedere à gratia cooperante, sed ille actus quo gratia augetur quantum ad excessum gratiæ præexistentis non procedit à gratia cooperante, ergo quantum ad excessum augmenti non est meritorius decõdigno. Mai. prob. ex sup. dictis, ex eo enim dispositiones gratiæ non sunt meritoriæ prout natura antecedunt, quia vt sic tantum procedunt à gratia operante cum se teneant ex parte generantis, meritũ autem debet se tenere ex parte merentis, & sic gratia cum sit principium eius debet esse cooperans tenens se ex parte hominis operantis. Min. vero prob. nam ille actus quantum ad excessum procedit ab auxilio adiuncto gratiæ præexistenti, vt quatuor, vt sup. docuimus ex Cai. q. 111. a. 2. auxilium autem gratiam operans est non cooperans. *Arg. vlt.*

Propter argumenta posita D. Bon. in 2. dist. 27. art. 2. q. 2. & Rica. eadem dist. quæst. & art. tenent augmentum gratiæ, & charitatis solum mereri decongruo. *Sent. D. Bon. Ricar.*

Pro

Not. Pro intelligentia notandum est, quod augmentum gratiæ potest summi dupliciter, primo pro augmento status, quatenus omnis gratia in termine. & in patria accedit ad perfectionem, quã in via habere nõ potest. de qua Dominus loquebatur cũ diceret, qui autẽ minor est in Regno cœlorũ maior est illo, & de hoc augmento gratiæ, non dubitatur quin cadat submerito decõ digno sicut, & ipsa gloria cui necessario, & intrinsice anectitur tale augmentum, & maior perfectio. Secundò sumitur augmẽtum pro augmento viæ secundum maiorẽ intensionem eiusdẽ gratiæ, quatenus crescendo accedit ad maiorem gradum, & de tali augmento procedit præsens quæstio.

Concluſ. Vazquez. Lorca. Conclusio sit, augmẽtum gratiæ & charitatis cadit submerito de condigno. Hæc est communis, videatur Vazq. disp. 220. c. 3. & Lorca, disp. 51. Prob. primo ex locis sacræ Scripturæ adductis in princip. art. vbi absolute dicitur hominem mereri augmentum suæ gratiæ: meritum autem absolute sumptum stat pro famosiori significato, scilicet merito condigni, qui enim decõ digno non merẽtur absolute dicuntur nõ mereri, licet prima gratia secundã aliquos decongruo mereatur absolute dicitur nõ mereri, quia de condigno non meretur: sic ergo augmentum gratiæ, quia absolute dicitur mereri de condigno meretur. Couſ. *Trid.* quia in Trid. sess. 6. can. 32, dicitur iustum mereri augmentum gratiæ vitam æternam & augmentum gloriæ, sed de vita æterna, & augmento eius certum est mereri decõdigno, ergo pariter dicendum est de augmento gratiæ, cum Concil. æqualiter, & indifferenter de vtroque loquatur. Secundo prob. ratione D. Th. meritum cõdigni est, quod procedit ex infusione, & cõnaturali inclinatione gratiæ, sed gratia connaturaliter inclinatur, nò solum in vitã æternam, sed etiam in proprium augmentum, tanquam in propriam perfectionem, ergo non solum decongruo, sed etiam decõdigno meretur tale augmentũ. Tertio prob. quod habet rationem termini potest cadere submerito condigni, sed augmentã gratiæ habet rationem termini: ergo mai. patet ex sup. dictis, ex eo enim gloria fit potest mereri, & nõ prima gratia, quia illa habet rationem termini, ista vero rationem principij. Mi. vero prob. nam ante augmẽtum gratiæ præexistit gratia, ergo potest inter vtrunq; actio interuenire, quæ à prima procedat, & ad secundam auctam terminetur. Itaq; augmentum gratiæ licet habeat rationẽ principij respectu meriti augmenti gloriæ, h abet tamen rationem termini respectu actus præcedentis, & procedentis à præexistenti gratia. vnde licet nõ habeat esse terminum vltimum, habet tamen esse terminum inter medium, quod sufficit vt absolute habeat rationem termini, & possit cadere submerito condigni. Vltimo prob. in simili ex naturalibus, licet enim quis non possit adquirere proprium esse, bene tamen genitum potest propria virtute augeri, ergo similiter licet prima gratia dans esse non possit mereri, quod esset ab homine adquiri, semel tamen habita per generationem diuinam iustificantem ab ipso genito, & iustificato poterit augeri meritorie, quantum ad hoc aducitur exemplum quoniam in naturalibus augmentum est efficienter physice ab ipso genito, hoc autem non est certum in augmento gratiæ, sed quod dispositiue, & meritorie fit ab ipso iusto; efficienter autem physice multi tenent à Deo causari circa, quod propriam sententiam infra explicabimus.

Ad primum arg. à principio respondetur, bonam esse solutionem ibi datam, ad replicam dicitur, quod licet augmentum gratiæ, & prima gratia in esse entis sint eiusdem rationis, & speciei, in esse tamẽ termini distinguntur, augmentum enim potest terminare actionem merendi, non autem prima gratia, quia (vt dictum est) hæc se tenet ex parte principij merendi, non autem illa. Sit exemplum si alicui conferãtur duo scuta, alterum ex liberalitate, alterum vero per modum solutionis ex debito; in esse pecuniæ eiusdem rationis sunt, non autem in ratione termini illarũ actionum, vnum enim scutum est materia liberalitatis, vt terminat actionem liberalem, alter vero est materia iustitiæ, vt ex debito confertur, similiter homo genitus, & creatus in esse rei sunt eiusdem rationis, non autem in ratione termini diuersarum actionum. Etsi contra dicas, quia etiam in tensior gratia est gratia, ergo etiam nõ potest esse terminus meriti, sicut nec prima gratia. Respondetur, aliter esse gratiam, atque primam, dicitur enim gratia, quia supponit gratiam, & actio intensiua eius debet procedere ex gratia, sicut & hac ratione gloria appellatur gratia, non autẽ, quia omnino gratis, sine merito conferatur, sicut prima gratia, vel dicitur gratia, quatenus entitatiue, & realiter est idem, cum prima gratia, non autem quia formaliter, & vt augta gratis conferatur.

Ad *Obiectio* *Solutio*

Ad secundum arg. etiam bene ibi respon-

Ad

ſum

ponsum est. Ad replicam dicitur contritionem non desinere esse meritoriam primæ gratiæ, quia sit simul in eodem instanti, cum illa, sed quia prima gratia est principium meriti, quapropter meriti, terminus esse non potest, quia ratio non cutrit de augmento gratiæ, hæc enim cum non sit principium merendi formaliter, vt augmentum est respectu actus præcedentis ipsum, inde est mereri posse per actum, etiam simultaneum solum natura præcedentem.

Ad 3. Ad tertium arg. resp. non esse in eodem instanti gratiam, vt quatuor tantum, & vt sex simul, sed solum ratione consideratur, vt quatuor principians actũ, & vt sex terminans ipsum, sicut in generationis instãti materia non est nuda, & vestita forma, bene tamen ratione intelligitur nuda, vt præcedit natura ipsam formam in genere causæ materialis, & vestita vt natura subsequitur in genere causæ formalis.

Ad 4. Ad quartum resp. quod gratia præexistens, licet formaliter sit minor, quam augmentata ex adiunctione, tamen diuini auxilij maioris virtualiter adæquat, cum augmento sebsequenti, & sic potest prorrumpere in actum proportionatum, & adæquatum, & meritorium augmenti maioris, vt diximus de gratia respectu gloriæ, quod licet secundum quantitatem sit minor, quam gloria secundum virtutem tamen adæquat cum illa, sicut semen cum arbore nata, & sic potest prorrumpere in actum condignum, & adæquatum cum gloria. Et si contra arg. quia secundum Diuu. Augustin. in his quæ mole non magna sunt & virtute, idem est esse maius virtute, & perfectione, quod esse maius quantitate, si ergo gratia præexistens, vt quatuor nõ adæquat in quantitate, cum gratia vt sex, nec etiã virtute. Resp. quod gratia vt quatuor, & vt sex possunt comparari induplici genere, vel in genere physico, vel in genere moris, & meriti: siquidem in genere physico comparentur, sicut gratia vt sex est maior quantitate: ita perfectione & virtute, in genere tamen moris, & in esse meriti gratia præexistens, cum adiuncto auxilio maiori, sicut adæquat in virtute cum gratia subsequenti, vt sex ita, & perfectione, & quantitate est æqualis, vnde semper saluatur, dictum D. Augustin. quod idẽ est excedere, vel excedi quãtitate, atque perfectione & virtute in illo genere in quo excedit, vel exceditur.

Arg. vlt. Ad vltimum resp. quod ille actus quo augetur gratia procedit à gratia cooperante, quia procedit à gratia præexistenti, & licet quantum ad excessum procedat ab auxilio adiuncto præexistenti gratiæ, quod quidem non est gratia cooperãs, sed tantum operans, nihilominus semel posita gratia cooperante, licet in minori gradu, qui requiratur ad meritum excedens illud auxilium potest esse principium talis meriti, quantum ad excessum, itaque auxilium, vel gratia operans per se sumpta non potest esse principium meriti adiuncta, tamen gratiæ cooperanti potest augeri meritum vltra gradum, quem cooperans precisse sumpta posset. Sit exemplum in merito Christi Domini, verbum enim solitarie sumptum in propria natura mereri non potest, sed necessario requiritur natura aliena creata ad meritum, semel autem posita natura humana assumpta, quæ sit principium merendi, verbum extendit meritum, vt sit infinitum ad quod natura humana, necessario requisita ad merẽdũ pertingere non posset, si separata à verbo poneretur. Quod clarius dicitur substantia meriti summitur ab humanitate, quantitas vero, & infinitas a verbo vnito humanitati. Sic ergo in præsenti, actus meritorius a cooperante præexistenti, vt quatuor excessus, vltra quatuor ab operanti adiuncta cooperanti, vnde operans, quæ separata non posset adiuncta cooperante, potest extendere meritum, & cooperans ex coniunctione operantis proprios terminos transilire non potest & attingere gradum ad quem per se sumpta solum virtutem non haberet.

Obiectio.

Solutio.

Dubium II.

Vtrùm quantitas meriti essentialis desummatur solũ ex parte charitatis, ita vt etiã si sit inæqualitas exparte obiecti, vel intensionis actus, vel difficultatis illius, si tamen fiant inæquali charitate meritum essentiale sit æquale?

PARS affirmatiua prob. primo ex D. Th. 1.p.q.95.a.4. & in 4.d.49.q.1. art.4.q.4. ad 2. & ad 3. & q. 3. art. 1. & art. 5. quæst. 3. & super Epist. 1. ad Corin-

Arg. 1. pro parte affirmatiua.

rint. cap. 3. lect. 2. vbi expresse docet meritum essentiale desummi à charitate, quæ autem actui contingunt ex parte obiecti, vel difficultatis, &c. conducere ad meritum accidentale, & specialiter adducit exẽplum in loco vltimo sententiarum de duobus martiribus, quorum si alter cum maiori charitate, minus durum martirium, alter vero cum minori charitate acrius tormentum patiatur, primus plus habebit præmij essentialis, minus vero de aureola martyris, secundus autem è conuerso maiorem aureolam, & minus de visione, quę est prę mium essentiale, ecce qualiter D. Thom. præmium essentiale, tantum venatur ex charitate, præstantia vero actus fortitudinis ex parte obiecti, vel difficultatis tantum dicit facere ad præmium accidentale quale est aureola.

Arg. 2. Secundo arguitur, gratia & charitas sunt principium formale meriti: ergo tantum ex parte gratiæ, & charitatis attenditur essentialiter quantitas meriti. Antecedens probatur, ex supra dictis, qualiter omnis actus meritorius, cuiuscunque virtutis in ratione meriti a charitate, vt à proprio principio formali eliciantur, quia quicunque actus virtutis secluſſa directione charitatis manet improportionatus vitæ æternæ, siue sit actus virtutis adquisitæ, siue infusæ (vt supra etiam dictum est.) Consequentia vero probatur, nam ex eo quantitas visionis beatificæ, tãtum attenditur ex parte luminis gloriæ, qualitercunque sit inæqualitas ex parte intellectuum, quia lumen gloriæ est principium formale visionis: ergo si charitas est principium formale merendi, qualitercunque alias actus virtutum sint inęquales posita æqualitate charitatis in actu erit æqualis ratio meriti, quãtũ ad essentialia illius.

Arg. 3. Tertio arg. perfectio Christiana essentialis consistit in charitate: ergo meritum essentiale tantum attenditur ex charitate, patet conseq. quia meritum procedit ex Christiana perfectione. Antecedẽs est D. Tho. 2. 2, q. 184. art. 1. ad quod probandum adducit illud ad Colosen. 3. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et illud Matth. 22. In his duobus præceptis (vtique dilectione Dei, & proximi) vniuersa lex pendet, & ratione patet inquit Diuu. Thom. nã perfectio rei consistit in attingendo propriũ vltimum finem, sed vltimus finis vitę Christianæ non attingitur, nisi per charitatem ad quam pertinet vltimus finis supernaturalis: ergo perfectio Christianæ essentialis tantum attenditur ex charitate.

Ad Col. 3. *Matth. 22*

Arg. 4. Quarto arg. quantitas meriti essentialis non potest desummi ex continuatione actus: ergo ex nullo alio, quam ex charitate, patet consequentia, quia inter cætera præcipue attenditur actus continuatio, ergo si illa non facit ad meritum essentiale nullum aliud faciet ad illud. Antecedens vero prob. primo, nam si duo incipiant actum fortitudinis (v. g.) inæquali charitate, & intensionis cæteriſque omnibus æqualibus, & alter moriatur in dimidia hora: alter vero continuet actum per aliã dimidiam, tunc tantum meretur essentialiter primus, sicut secundus: ergo meritum essentiale non desummitur ex continuatione. Istud vltimum antecedens prob. quia voluntas pro facto reputatur: ergo quod mortuus sit non tollit meritum volẽtis per horam in actu durare, qua ratione sup. q. 18. & 19. dicunt Theologi actum exteriorem nõ addere bonitatem essentialem ad interiorem, quia bonitas essentialiter in voluntate consistit, vbi non adest facultas exterius operandi. Secundo prob. antecedens principale, nam si meritum essentiale desumeretur ex continuatione actus, sequeretur continuationem (v. g.) per horã facere meritum infinitum: consequens autem est falsum: ergo. Sequela prob. nã fieri actum in instanti importat meritũ essentialiter: ergo si continuatio superadit fieri in duobus instantibus erit meritum esse maius: ergo continuari per infinita instantia, quæ sunt in hora faciet meritum crescere in infinitum. *Solutio:* Si respondeatur, quod licet in hora sint infinita instantia, hoc tãtum in potentia, in actu tamen continuitas horæ finita est, quapropter meritum continuatum continuatione finita in actu meritum finitum. *Impug:* Contra arg. nam tunc sequeretur, quod coutinuari actum per aliquam determinaram partem temporis nõ augeret meritum essentiale, atque si tantum actus fieret in instanti, consequens est contra oppositum asserentes: nam tũc erat ponere continuationem meritum nõ augere. Sequela autem probatur, si continuatio per horam importat meritum finitum sit (verbi gratia) vt decem & tunc diuidatur hora in decem partes, cuilibet parti respondebit meritum vt vnum, sed si fieret in instanti, non esset minus meriti, quã vt vnum: ergo datur tempus designatum in quo continuatio actus non superadat ad meritum in instanti, quod est contra ipsos.

In oppositum sunt alia argumenta, ad pro-

Pro parte negatiua. probandum, quod non solum à charitate, sed aliunde etiam meritum essentiale de summi possit, & primo. *Arg.1.* Arg. ex Diuu. Thom.2.2.quæstion.26. art.2.vbi ex maiori excellentia obiecti ponit maius meritum, quapropter dicit dilectionem Dei magis meritoriam esse, quam proximi, & amici, quam inimici, & in hac quæstion.art.4.ad 2.tenet, quod quanto obiectum fuerit difficilius, tanto opus erit magis meritorium, & 3.part.quæst.89.art.2. & 5.assignat augmentum meriti ex parte intensionis actus, & cum non loquatur, cum limitatione, sed absolute de merito, videtur absolute intelligendum de essentiali merito.

Arg.2. Secundo arguitur, nam ex opposita sententia sequeretur tantum actum charitatis esse meritorium contra supra dicta artic.4. Nam si quomodocunque se habeat actus virtutis, non correspondet præmium, nisi intensioni charitatis solum actus charitatis præmiatur, & non actus aliarum virtutum. Item sequeretur solam vitam cotemplatiuam præmiari præmio essentiali, non autem actiuã, nam vita contemplatiua consistit in dilectione Dei, actiua in dilectione proximi: ergo si præmiũ nulli actui correspõdet, nisi prout subest dilectioni Dei, tantum præmium dilectioni Dei correspondet.

Arg 3. Tertio arguitur, præmium essentiale correspondet perfectioni Christianæ, sed hæc non solum consistit in dilectione Dei, sed etiam in obseruantia aliorum præceptorum: imò & consiliorum: ergo, &c. Probatur minor, ex illo Christi Domini, si vis ad vitam ingredi serua mandata, & Iacobi.1. Dicitur de patientia, quod ha- *Iacobi. 1.* bet opus perfectum, & Marth. 19. per cõsilium dicitur, si vis perfectus esse vade, & vende, quę habes, &c. Item paret ratione, nam virtutes sunt connexæ: ergo in omnibus simul consistit perfectio.

Arg.4. Quarto arguitur, nam si solum charitati præmium essentiale correspondet sequitur, quod si cum æquali charitate Petrus conferat pauperi buccellam panis, & Paulus patiatur martyrium non plus præmij, secundo quam primo correspondeat, quod vtique videtur durum, & ad tepiditatem virtutum exercitij conducere.

Solutio. Si respondeatur, quod qui eximium opus exercet semper habet eximiam, & maiorem charitatem: quapropter non stat quod qui maius opus non plus mereatur.

Impug. Contra arguitur, nam illa maior charitas reperta in oppere eximio, vel habet se consequenter, vel antecedenter ad tale opus, si consequenter, & ex parte termini est intentum, quod scilicet per opus eximium alterius virtutis gratia, & charitas augeatur, & plus gloriæ essentialis correspondeat charitati consideratæ: si autem dicas se habere antecedenter voluntarie asseritur, nam etiam cum æquali charitate tribuentis buccellam ipse potest martyrium pati, quæcunque charitas diligit Deum super omnia, & sic ex quacunque charitate potest propriam vitam contemnere, propter Deum patiendo martyrium, & sic posita æquali charitate vtriusque cutrit argumentum. Confirmatur, *Conf.* nam in probabili sententia, quod martyrium causat gratiam ex opere operato solum cum attritione: tunc præmium essentiale correspondet operi fortitudinis: ergo. Antecedens probatur, nam tunc martyrium charitas non precesit: ergo præmium correspondens martyrio est propter propria ipsius martyrij.

Quinto arguitur, nam sequeretur quod *Arg.5.* qui in vna hora per interruptionem confabulationis habuit quatuor actus charitatis, vt duo habeat plus meriti essentialis, quam qui per totam horam continuam durabit in eodem actu charitatis, vt duo consequens non est admittẽdum, quod diuersio confabulationis patrocinetur ad meritum. Sequela vero probatur, nam primus habuit quatuor actus vt duo, secundus vero tãtum vnicum actum in eodem gradu, ergo si meritum essentiale tantum attenditur ex actibus charitatis secundum intensionem, cum in primo sint quatuor actus, vt duo merebitur vr octo, secundus vero qui tantum habuit vnicum actum, vt duo *Solutio* merebitur vt duo. Si resp. non esse cætera paria, quia licet primus excedat in numero actuum, secundus excedit in continuatione eiusdem actus, & plus est habere vnum actum continuatum per horam, quã quatuor interruptos in eadem hora. Con- *Impug.* tra arg. quia hoc iam est incidere in nostrũ intentum, quod meritum essentiale nõ solum ex intensione charitatis desummatur, sed quod aliunde prouenire possit: siquidem iam vos assignatis prouenire ex continuatione temporis,

Vltimo arg. nam actus aliarum virtu- *Arg. vlt.* tum si semel cum charitate adiungantur transeunt ad esse supernaturale, siue talis actus consideretur, secundum bonitatem obiecti, siue secundum difficultatem, siue secundum intensionem, ergo

si semel adiungantur charitati per omnia præcepta essentialiter merentur. Patet cõsequentia, quia his positis in ordine supernaturali non apparet, quid eis deficiat ad meritum.

1. Sent. Bañez. D. Bonau. In hac re est prima sententia Magist. Bañes 2. 2. quæst. 24. artic. 6. & D. Bonauent. in 2. distinct. 40. artic. 2. quæst. 3. quod meritum essentiale tantum extenditur ex actu charitatis, reliqua vero tantum conducere ad præmium accidentale.

2. Sent. Medina. Secunda sententia est Magist. Medinæ hic & aliorum Thomistarum, non solum meritum essentiale desumi ex actu charitatis, sed etiam ex proprijs ipsius actus alterius virtutis, vt ex obiecto, &c. si hæc semel cum charitate adiungantur.

3. Sent. Tertia sententia est media aliorum, quod aliæ virtutes à charitate sunt in duplici differentia, aliæ adquisitæ, aliæ vero infusæ, in actibus priorum solum extenditur meritum essentiale ex actu charitatis dirigente talia opera, in actibus vero posteriorum, non solum ex charitate, sed etiam ex proprio obiecto habent essentialiter mereri. Rationem discriminis assignant, nam virtus adquisitæ pertinent ad ordinem naturæ, infusæ vero ex propria ratione respiciunt finem supernaturalem à quo meritum essentiale specificatur, seu sumit specificationem.

Not. 1. Pro intelligentia notandum est primo, ex supradictis nullum opus virtutis esse meritorium, nisi charitas adiũgatur, non solum secundum concursum habitualem, sed etiam actualem, quod autem dubitatur est, si semel charitate adiuncta solũ ex illa, an vero aliquid ex parte actus virtutis imperatæ desumatur.

Not. 2. Secundo notandum est, non etiam loqui de collatione præmij essentialis de facto, vtrum qui cum æquali charitate exerceat melius opus alterius virtutis de facto recipiat maius præmium essentiale, sed vtrum maius mereatur, nam secundum aliquos consequentia non valet meretur maius, ergo recipit maius, nam qui tenent per actus remissiores non augeri gratiam & charitatem dicunt, quod licet per tales actus augmentum mereatur, non autem augmentum consequitur quoad vsque se disponat ad illud, abstinendo ergo ab huius discussione vsque ad inferius, solum inquirimus vtrum per melius opus adiunctum æquali charitati maius præmium essentiale mereatur.

Not. 3. Tertio notandum est, quod præmiũ essentiale potest dupliciter considerari, primo materialiter vt visio beatifica est, cuius mensura & quãtitas ex lumine gloriæ pensatur: secundo modo in ratione præmij formaliter qua ratione dicit habitudinem ad merita, vt enim supra diximus in paruulis decedentibus ante vsum rationis, & in Christo Domino reperitur beatitudo in ratione visionis, & non in ratione præmij: inquirimus ergo vtrum in casu dubij mereatur maius præmium essentiale saltẽ formaliter in ratione præmij posset enim contingere vt esset maius in ratione præmij formaliter licet non in ratione visionis, vt quando plutibus titulis correspõdet idem gradus gloriæ, tunc quidem inesse præmij maius est licet inesse visionis non augeatur.

1. Concl. Prima conclusio, quantitas præmij essentialis, tam materialis inesse visionis, quam formaliter inesse præmij solum desumitur ex quantitate actus charitatis imperantis, non autem ex quantitate actus imperati, sed excessus in isto solum conducit ad maius præmiũ accidentale. Hæc conclusio communis est inter Thomistas, & habetur in Diu. Thom. loco citato in primo argumento, & probatur argumentis primo loco factis, & insuper, quia si cum æquali charitate esset maius meritum essentialiter, quia opus imperatum est maius, verbi gratia, martyrium quam collatio aquæ frigidæ, tunc aliquis gradus meriti non reduceretur in charitatem, quod est plusquam falsum. Sequela prob. nam si magis meretur mereatur, verbi gratia, vt sex faciens martyrium, vt quatuor tantum qui contulit aquam tunc sic arguitur, ille excessus vt duo non reducitur in charitatem, quia non est maior quam in conferente aquam, ergo solum reducitur in propria ipsius martyrij, & consequenter aliquid meriti essentialis est, quod in charitatem non reducatur. Si resp. vt supra responsum est, non stare quod æqualis charitas, vel minor prorrumpat in melius opus imperatum. Contra arg. vt supra, nam minimus gradus charitatis sufficit ad exercitium cuiuscunque operis quantumcunque eximij, vt docet Diu. Thom. in 3. distinct. 31. quæst. 1. & in 4. distinct. 49. quæst. 5. artic. 1. ad 2. vnde inferunt Thomistæ cum suo Magistro 2. 2. quæst. 24. quod charitas non est augmentabilis extensiue, sed solum intensiue, quæcunque enim charitas omnia potest licet non in-

Solutio

Imgug.

tense in quo distinguitur ab habitibus adquisitis qui vtroque modo sunt augmentabiles, quia non quilibet habitus Logicæ, verbi gratia, ad quamcunque demonstrationem se extendit vnde augeri potest etiam extensiue. Si secundo resp. quod licet opus virtutis imperatæ præcise sumptum non habeat rationem meriti semel tamen adiuncta quacunque charitate ponitur meritum iuxta quantitatem bonitatis ipsius operis imperati, vnde si opus imperatum maius est similiter & meritum essentiale illius. Contra arg. quia bonitas actus imperati in qua meritum essentiale fundatur, non est bonitas propria ex proprio obiecto, sed bonitas supernaturalis prouenies ex charitate imperante quandiu, ergo bonitas ex charitate prouenies æqualis est similiter, & meritum essentiale, & maior bonitas actus ex proprio obiecto, solum faciet ad maius meritum accidentale, certe resolutio hæc eadem debet esse cum illa, quæ habetur supra quæst. 20. de bonitate actus interioris & exterioris, quod licet actus exterior sit bonus, non tamen ampliori bonitate, quam actus interior, ita ergo dicendum est de merendo, quod actus aliarum virtutum qui respectu charitatis se habeant, vt exteriores in ratione meriti dicendum erit, quod licet meritorij sint, non tamen alio & ampliori merito, quam in ipso actu charitatis imperante reperitur, & sic tenent conclusionem Diu. Thom. Conra. Caiet. & moderni Vazquez p. 2. disput. 16. cap. 2. Suarez lib. 12. cap. 6.

Solutio

Impug.

5. Concl. Secunda conclusio, probabile est meritum essentiale non solum desumi ex quantitate charitatis, sed etiam ex quantitate actus imperati, ita vt semel adiuncta charitate meritum crescit ad augmentum operis & hoc probabilius sustineri potest de actibus virtutum infusarum iuxta tertiam sententiam.

Hæc conclusio probatur argumentis factis secundo loco, & ex fundamento tertiæ sententiæ, & vt hæc conclusio defendatur pro fundamēto debet poni, charitatem non se habere vt rationem formalem meriti, sed vt causa vniuersalis, reliquæ vero virtutes vt causæ particulares, sicut ergo effectus non potest esse posita causa particulari, & secunda, si non ponatur causa vniuersalis, semel tamen posita quantitas effectus non desumitur ex vniuersali causa, sed ex quantitate virtutis causæ secundæ. Ita similiter in præsenti non posita charitate, non ponitur meritum defectu concursus causæ vniuersalis, semel autem posita charitate quantitas meriti desumitur ex quantitate virtutis imperatæ proxime concurrentis ad actum, vnde in hac sententia sistendo respondetur ad argumenta posita in principio primo loco.

Ad primum resp. opus virtutis imperatæ considerari dupliciter, primo secundum propriam speciem, ex proprio obiecto, secundum propriam bonitatem charitate præcisa, secundo modo vt prædicta recipiunt influxum charitatis; si primo modo considerentur tantum merentur præmium accidentale, si vero secundo modo etiam essentiale, & sic intelligendus est Diu. Thom. loco allegato. Secundo resp. loqui Diu. Thom. de actibus exterioribus comparatione ad interiores, quia (vt supra dicitur quæst. 20.) actus exterior non addit bonitatem essentialem supra interiorem, sed solum accidentalem, vnde si duo apetant martyrium æqualiter & vnus rapiatur, alter vero nō essentialiter merentur æqualiter, accidentaliter autem plus meretur qui patitur in re, non autem loquitur de actu imperante & imperato sistendo solum in actibus exterioribus de huiusmodi inæqualitate præmij accidentalis aureolæ, verbi gratia, per in re pati, vel non pati, videatur D. Thom. 2. 2. quæst. 124. & Thomistæ in additionibus proprio tractatu de aureolis. Soto in 4. distinct. 49. quæst. 5. Resp. 3. hanc secundam conclusionem tantum esse probabilem extra Scholam D. Thom. nam prima conclusio sine dubio est sententia illius, vnde non opus est respondere ad loca eius.

Ad 1. pro parte affirmatiua.

2. Solutio.

Vi. D. Th. Soto.

Ad secundum arg. resp. quod cum charitas non sit ratio formalis adæquata, sed vniuersalis, & prima cum qua concursus alterius virtutis debet adiungi vt causa secunda, inde est non solum ex charitate desumi quantitatem meriti in visione beatifica, cum lumen gloriæ sit ratio formalis adæquata ex illo solum sumitur quātitas visionis.

Ad 2.

Ad tertium resp. perfectionem christianam primo & per se consistere in charitate, non tamen negari potest complete etiam consistere in alijs virtutibus, tendentia enim viatoris non solum importat attingentiam finis quæ fit per charitatem, sed etiam mediorum, quod fit mediantibus alijs virtutibus, quoniam autem finis principaliter consideratur in tendentia, ideo

Ad 3.

ideo principaliter perfectio Christiana in charitate consistit.

Ad 4. Ad quartum respondetur, etiam ex continuatione actus charitatis desumi quantitatem meriti essentialis, quia vt probat argumentum est ex præcipuis, quæ tali actui possunt contingere. Ad primam autem impugnationem resp. in illo casu non tantum mereri qui moritur in mediatione horæ, sicut qui continuat per totam horam actum. Illud autē, quod voluntas pro facto reputatur habet verum facta comparatione actus interioris ad exteriorem, si enim operis exterioris desit facultas nihilominus meritum essentiale per internam voluntatem exeundi in opus retinetur: non autem habet verum respectu ipsius actus interioris, ita vt qui vellit habere actum volendi tantum mereatur, sicut qui vult non enim tantum meriti est concupiscere desiderare iustificationes Domini sicut de facto illas desiderare. Et ratio huius est, quoniam cum actui exteriori non adsit alia libertas, nisi actus interioris, ideo non est alia ratio meriti essentialiter cum hæc ex ratione voluntarij desumatur, in actibus autem ipsius voluntatis cum continuatio maior includat magis voluntarium in actu inde est & includere maius meritum, alias qui vellet durare in dilectione Dei per mille annos etiam si tantum duraret in illa per instans tantum mereretur sicut qui per mille annos in tali dilectione perduraret, quod à certo sensu videtur alienum.

Ad secundam impugnationem bene ibi responsum est, ad replicam dicitur, quod meritum finitum durans per horam licet partiri possit in partes finitas non tamen in adeo minimam, vt correspondens alicui parti temporis non sit maior quam quæ solum esset in instanti, ponuntur autem gradus meriti charitatis in gratia, non autem quia deuenire fit ad aliquem gradum vltra quem minor esse non possit, vt contingit in successiuis, verbi gratia, calore disputationis gratia, in illo assignantur gradus in re tamen nunquam est deuenire ad minimum calorem citra quem minor & minor esse non possit licet totus calor finitus sit, sed quoniam primā conclusionem diximus probabiliorem esse & veram & certam in Schola Diu. Thom. Ideo resp. ad argumenta facta secundo loco, quæ militant contra illam.

Ad 1. 2. loco posit. Ad primum argum. respondetur D. Thom. tantum intendere in alijs actibus virtutum reperiri rationem meriti, non autem dicit meritum ex proprijs ipsarum prouenire, vt enim supra dictum est artic. 4. non solum actus charitatis, sed etiam aliarum virtutum meritorij sunt, meritum autem illorum ex charitate prouenit, vt ex ratione formali, vnde solum ex charitate sumitur quantitas meriti sicut ex lumine gloriæ quantitas visionis.

Ad 2. Ad secundum respondetur, ex doctrina dicta negando sequelam, probat enim solum charitatem esse rationem formalē merendi, non autem quod meritum ex charitate actibus aliarum virtutum non communicetur, vnde non solū actus charitatis, sed alij etiam præmiantur essentialiter tamen vt charitate procedunt, & idem de actiua respectu contemplatiuæ dicendum est.

Ad 3. Ad tertium respondetur, primo & per se perfectionem Christianam solum reperiri in charitate, in alijs autem virtutibus secundum quid, & vt à charitate procedunt. Itaque in actibus aliarum virtutum prout in sua specie tantum correspondet meritum accidentale, essentiale autem solum vt à charitate imperante, vnde Christus Dominus illi iuueni, vt vitam æternam consequeretur, non vtcunque dixit vende omnia, sed superaddit veni & sequere me, vt insinuet actibus aliarum virtutum non obtineri vitā æternā, nisi prout à charitate procedunt. Doctrina est Diu. Thom. 2. 2. quæst. 184. ex quo sequitur idem dicendum esse de peccato opposito, verbi gratia, temperantiæ quod si consideretur præcisse vt oppositum propriæ virtuti solum destruit perfectionem Christianam accidentalem & secundariam, prout tamen indirecte quodlibet mortale destruit charitatem quodlibet mortale opponitur Christianæ perfectioni essentiali primæ & formali. D. Thom.

Ad 4. Ad quartum respondetur, quod regulariter ad eximium opus alterius virtutis intensior charitas requiritur, nihilominus vt probat argumentum ex quacunque minima charitate potest prorrumpere in quodcunque opus eximium. Vnde ad arg. dicitur quod posita æquali charitate, etiam si in actibus aliarum virtutum sit inæqualitas meritum essentiale est æquale, & hoc non est infirmare exercitium virtutum maiorum, sed potius incitare ad conatum maioris charitatis, quod

præcipue considerationis est, eo vel maxime quod superadditio maioris præmij accidentalis per opus maioris virtutis nō est parui momenti, nam licet respectu immensi boni, quod est præmium essentiale accidentale nuncupetur, absolute tamen adeo ingens est, vt etiam de tali accidentali præmio habeat verum, quod nec oculus vidit, &c. Ad confirm. resp. quod in illa opinione datur gloria ex opere operato, non per modum meriti sicut qui recepto Sacramento mortuorum solum cum atritione obijt, hic autem agimus de merito & collatione præmij ex opere operantis, & hoc tantum dicimus primo & per se & formaliter tantum actui charitatis correspondere & iuxta quantitatem illius mensurari.

Ad confir.

Ad quintum resp. qui plures actus habet in hora plus essentialiter mereri, quia cum in quolibet actu sit ius ad vitam æternam multiplicatis actibus multiplicantur iura, vnde præmium essentiale erit maius saltem formaliter ineſſe præmij, nec illa maioritas correspondet intermissioni actus, sed re assumptioni eiusdem continuato autem per horam solum maius accidentaliter ratione continuationis correspondet. Secundo melius resp. habere se sicut excedens & excessum qui multiplicat & continuat per horam, vnde multitudo actuum aliquid amplius habet quam actus vnitas: è conuerso etiam aliquid amplius difficultatis habet per horam continuare, quam interruptè habere prædictum actum; à toto tamen genere melior est continuatio, nā hæc pertinet ab substantiam ipsius actus voluntatis & quo magis continuationis magis voluntarij habet, & consequenter magis meriti.

Ad 5.

2. Solut.

Ad sextum arg. resp. sicut ad primum & secundum probare non solum in actu charitatis, sed etiam in alijs ex charitate imperatis meritum reperiri, non autē probat rationem totalem meriti formaliter à charitate non prouenire.

Ad 6.

In fine huius dubij notandum est circa secundam conclusionem, non ex illa sequi nullum esse meritum accidentale. Aliqui enim inferunt, quod si meritum essentiale, non solum ex charitate, sed etiam ex actibus aliarum virtutum desumitur, non erit vnde meritum accidentale accrescere possit, hoc certe non sequitur, nam etiam si meritum essentiale desumatur ex proprijs & essentialibus actuū aliarum virtutum remanent circunstantiæ & aliqua accidentaliter adiuncta prædictis actibus ex quibus meritum accidentale desumi possit.

Not.

Aliud Dubium solet in præsenti moueri.

Vtrùm stante æqualitate actus cum inæqualitate gratiæ & charitatis sit amius meriti in actu habentis maiorem gratiam?

IN qua re Mag. Victoria, & Mag. Peña in expositione huius artic. asserunt habētē maiorem gratiam plus mereri etiam cum æquali actu non in tanto gradu sicut est gratia in aliquo tamen maiori quam sit actus, vt si, verbi gratia, habet charitatem vt sex, actum vero vt tria ex perfectione maioris habitus accrescet actus in dignitate vt vnum & merebitur vt quatuor.

1. Sent. Victoria, Peña.

Opposita tamen sententia est Mag. Cano in hoc artic. quem sequitur Medina etiam hic & est probabilior & tenenda, nihil amplius esse meriti, quam sit actus quomodocunque habitus sint inæquales. Hæc sententia prob. ex illo proloquio Theologorum, quod habitibus, nec meremur, nec demeremur, vnde in sacra Scriptura meritum semper actibus attribuitur, vt patet ad Rom. 2. & 14. vnusquisque accipiet mercedem secundū proprium laborem. Et Hierem. 31. est merces operi tuo. Vnde 2. Corint. 9. loquens de actibus dicitur, qui parce seminat, parce & metet. Et ad Galat. 6. quæ seminauerit homo hæc & metet. Et Matth. 20. iubetur reddi mercedem operarijs in parabola vineæ. Item patet, nam si ex habitu aliquid amplius in actum descenderet hoc deberet esse iuxta totalem quantitatem ipsius habitus, voluntarie enim dicitur vnum gradum communicari supra quantitatem actus, & non omnem gradū qui in habitu reperitur. Itaque licet præsuponatur gratia & dignitas personæ ad meritum, quantitas tamen meriti non desumitur ex quantitate dignitatis in habitu, sed ex quantitate muneris, vt patet in humanis vbi licet amicitia requiratur ad acceptationem muneris, semel tamen amicitia posita iuxta propriam quantitatem quodlibet munus acceptatur.

S. Sēt. vera Cano. Medina. 1. arg. Rom. 2. & 14. Hier. 31. 2. Cor. 9 Ad Galat. 6. Mat. 20. 2. Arg.

Aliud

Aliud Dubium solet moueri.

Vtrùm vt actu homo mereatur sit necessarium speciale, & actuale auxilium vltra requisitum ad rectitudinem operis?

SED de hoc videantur supradicta quæst. 109. art. 9.

Aliud dubium solet moueri.

Vtrùm per actus remissos, & minus intensos quam sit gratia augeatur & intendatur?

SED de hoc etiam videantur interpretes, Diu. Thom. 2. 2. quæst. 24. artic. 6. & nos etiam supra in materia de virtutibus.

Articulus IX.

Vtrùm homo possit sibi mereri perseuerantiam?

1. Concl. PRIMA conclusio, perseuerantia per gratiam consumatam, quæ est in in gloria cadit sub merito.

2. Concl. Secunda conclusio, perseuerá tia gratiæ, quæ est in via non cadit sub merito.

Dubium I.

Vtrùm perseuerantia de condigno mereri possit?

Arg. 1. PROB. quod sic primo, si propter aliquã rationem non sic mereretur, maxime, quia vt dicit Diu. Thom. perseuerantia tenet se ex parte principij merendi, sed hoc est falsum ergo. Prob. min. nam perseuerantia, vt dictum est supra quæst. 109. artic. 10. est speciale donum distinctum à prima gratia, quæ est principium merendi, ergo perseuerantia nõ est est principium meriti si cum prima gratia non conuertitur.

Arg. 2. Secundo arg. iustus per opera charitatis potest mereri de condigno martyrium pro Christo, ergo & perseuerantiam. Prob. consequentia, nam perseuerantia clauditur in martyrio. Antecedens vero asserit Diu. Ambros. lib. de Resurrect. cap. 8. explicans illud Psalm. 115. præciosa est in conspectu Domini, &c. & D. Augustin. serm. 3. D. Laurentij.

Arg. 3. Tertio arg. peccator frequentatione peccatorum meretur cordis in durationem (vt supra dictum est) ergo iustus frequentatione bonorum operum merebitur perseuerantiam in gratia. Patet consequentia, nam potentior est gratia in bonum, quam malitia propria in malum.

Concl. Conclusio tamen sit, nullo modo perseuerantiam posse mereri de condigno.

D. Thom. Hæc est Diu. Thom. hic, & adeo certa vt oppositum sit proximum errori & illam acceptant omnes moderni, insinuatur enim in Trid. sess. 6 cap. 13. & Can. 16. docet illam Diu. Augustin. lib. de bono perseuerantiæ, cap. 2. & 21. & 24. vbi contra Pelagium ostendit perseuerãtiam esse singulare & specialissimum Dei donum, quod non haberet verum, si de condigno mereri posset. Secundo prob. ratione Diu. Thom. perseuerantia tenet se ex parte principij merendi, ergo non meretur. Consequentia patet, & antecedens prob. nam perseuerantia, vel est idem cum prima gratia sicut conseruatio rei cum productione illius, vel est donum, & auxilium concomitans gratiam, quod etiam vt principium datur operandi, ergo perseuerantia tenet se ex parte principij. Tertio prob. meritum condigni (vt supra dictum est) fundatur in pacto & lege, sed nullum pactum, vel lex est de dã da perseuerantia etiam operanti ex gratia, ergo non potest cadere sub merito cõdigni. Vltimo prob. quod meretur de condigno infallibiliter datur, sed operanti ex gratia, non infallibiliter perseuerantia confertur, ergo perseuerantia non meretur de condigno. Min. prob. nam alias semel habens gratiam nunquam amitteret illam.

Ad 1. Ad primum argumentum respondetur, dato perseuerantiã esset auxiliũ, vel donum nihilominus tenere se ex parte principij & propterea non mereri.

Ad 2. Ad secundum respondetur negando antecedens cum Diu. Augustin. lib. de bono perseuerantiæ cap. 2. imò cum Diu. Paulo ad Philipens. 2. dicente, vobis datum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini, æqualiter ponit donatum, & non ex meritis habere fidem & martyrium pati. Ad auctoritatem autem Sanctorum resp. lo-

qui large de merito prout etiam extenditur ad impetrationem.

Ad 3. Ad tertium resp. negando consequentiam, quia cum demeritum sumatur ex nobis possumus indurationem promereri, non autē perseuerantiam, quæ à *D. Aug.* Deo prouenire debet. Solutio est Diu. Augustin. epist. 105. ad Sixtum dicentis, quærimus meritum in durationis, & inuenimus, at vero ad perseuerantiam requiritur specialissima Dei motio continuans gratiam vsque ad finem.

Dubium II.

Vtrùm perseuerantia possit mereri saltem de congruo?

Arg 1. PROBATVR quod sic primo ex Diu. Augustin. lib. de bono perseuerantiæ, cap. 6. dicente, perseuerantiam mereri posse, amiti non posse. Et ex Diu. Thom. quæst. 28. de verit. artic. 5. ad 18. dicente, iustitiā & primam gratiam non correspondere operibus vt mercedē, bene tamen augmentum & continuatio iustitiæ, continuatio nihil aliud est quam perseuerantia.

Arg. 2. Secundo arg. potest aliquis de congruo mereri alteri primam gratiam, ergo & propriam perseuerantiam. Patet consequentia, quia maius bonum est infusio gratiæ quam perseuerare in illa. *Solutio* Si resp. gratiam alterius posse habere rationem termini respectu operationis iusti præsuponentis gratiam & principium merendi, perseuerantia autem non ita, quia tenet se ex parte principij meriti, quia continuatio & conseruatio non ponunt in numero cum re producta, vnde nec perseuerantia cum prima gratia cuius est con*Impug.* tinuatio. Contra arg. quia licet conseruatio rei non ponat in numero cum ipsa re nihilominus supponit illam & habet se consequenter, & posterius, ergo potest habere rationem termini respectu primæ gratiæ præsuppositæ ad continuationem eius. Patet consequentia, nam ex eo augmentum potest habere rationem termini, quia licet augmentum non ponat in numerum cum ipsa re supponit tamen ip*Solutio* sam. Si resp. quod licet continuatio supponat infusionem nihilominus semper se habet vt principium operandi, vnde licet posterius adueniat, non potest habere rationem termini, hoc autem non curit in augmento, quia non solum habet posterius aduenire, sed etiam, nec rationem principij habet. Contra arg. pri- *Impug.* mo, quia perseuerantia subsequitur omne opus, quia confertur in vltimo vitæ, ergo nullius operis est principium, sed omnium terminus, & consequenter mereri potest. Secundo impugnatur, quia dato perseuerantia sit principium alicuius meriti, non tamen totius meriti, ergo licet illius cuius est principium non possit esse merces, illius tamen cuius principium non est præmium esse poterit. Patet consequentia, tum in augmento gratiæ, quod quia est principium meriti subsequentis augmentum non autem præcedentis per subsequens mereri non potest bene tamen per antecedens. Tum etiam in incarnatione Christi Domini prout in exercitio, quia licet sit principium meritorum subsequentium non tamen antecedentiū illā, quapropter licet per opera subsequentia nō possit mereri bene tamē per antecedentia opera antiqnorum Patrum de congruo est merita. Antecedens vero impugnationis prob. nam cum perseuerantia non statim fit ab infusione gratiæ, potest prima gratia in multa opera exire quorum perseuerantia non sit principium.

Tertio arg. homo potest per propria *Arg. 3.* opera impetrare perseuerantiam, vt contrarij concedunt, ergo & mereri. Patet consequentia, quia si ponatur impetrata ponitur vt terminus impetrationis, & alias talis impetratio procedit ex gratia, ergo non solum terminatur ad perseuerantiam vt impetratio, sed etiam vt meritum. Patet ista consequentia, quia si solum remaneret, inesse impetrationis hoc deberet esse, quia non procederet ex gratia, vt contingit in operatione impetrante iustificationem, si ergo opus impetratorium perseuerantiæ ex vna parte terminatur ad ipsam ex alia vero procedit ex gratia nihil deesse videtur ad rationē meriti.

Vltimo arg. confirmatio in gratia *Arg. vlt.* potest mereri, ergo & perseuerantia. Patet consequentia, nam in confirmatione includitur perseuerantia. Antecedens vero prob. quia confirmatio est quodam auxilium & perfectio præexistentis gratiæ sicut & augmentum eius non habent rationem principij operādi, ergo poterit mereri.

Propter hæc arg. posita tenent hanc sen-

Sent. Vega. Zumel. Vazq. M. Vinc. Suar. Not.

sententiam Vega lib. 12. de iustificatione cap. 24. circa finem, & lib. 15. cap. 2. quem sequitur Zumel hic dub. 2. conel. 4. Similiter Vazquez qui dicit conclusionem, & rationem Diu. Thom. tantum probare de Merito condigni, non autem congrui, idem tenet Mag. Vincentius re lectione de gratia Christi, pag. 467. & Suar. lib 12. c. 38.

Pro intelligentia notandum est, perseuerantiam multipliciter sumi posse, primo pro perseuerantia alterius, secundo pro perseuerantia propria ipsius merentis. Rursus hæc dupliciter intelligi posse vt mereatur. Primo vt si cadat resurgat ad gratiam in qua decedat. Secundo, vt gratiam semel habitam non amittat. Rursus hæc gratiæ continuatio potest summi dupliciter. Primo formaliter vt importat habere gratiam in instanti mortis continuatam cum gloria. Secundo, potest summi continuatio vt importat seriem auxiliorum & donorum quæ post gratiam acceptam conferuntur, vt nunquam amittatur, sed vt in illa vsque ad gloriam perseueret. In præsenti ergo non dubitamus de perseuerantia alterius hæc enim mereri potest sicut & iustificatio illius meretur de congruo, nec ratio D. Thom. de hac probat, ista enim non est principium, sed terminus meriti: nec etiam loquimur de perseuerantia, vt importat recuperationem gratiæ in qua decedat, quia cum reparatio post lapsum etiam de congruo nõ mereatur, nec etiam perseuerantia huiusmodi reparationem includens: de perseuerantia etiam sumpta pro continuatione, vt importat seriem auxiliorum certum est etiam de congruo mereri non posse, nam huiusmodi dona & auxilia ad operationem conferuntur, vnde cum ex parte principij se teneant nulli dubium quin mereri non possint: restat ergo difficultas de perseuerantia sumpta pro conseruatione gratiæ in vltimo instanti vitæ formaliter vt cum gloria continuetur post quam nulla operatio viatoris est, sed omnem operationem subsequitur.

Concl. D. Thom. D. Anton. Viguer. Arboreus.

Conclusio sit, homo iustus etiam de congruo huiusmodi perseuerantiam mereri non potest. Hæc est D. Tho. hic vbi absolute negat cadere sub merito si enim de congruo mereretur id exprimeret D. Thom. sicut expressit de iustificatione alterius, quod licet de condigno non mereatur bene tamen de congruo, illum sequuntur communiter omnes eius discipuli, illam enim tenet D. Antoninus 4. part. titulo 9. cap. 7. Viguerius cap. 3. §. 5. & Arboreus lib. 14. suæ Theologiæ cap. 19. & prob. ratione D. Thom. supra inducta, nam perseuerantia tenet se ex parte principij meriti, sed principium meriti mereri non potest (vt supra dictum est) ergo. Maior prob. nam perseuerantia importat continuationem & conseruationẽ primæ gratiæ, ergo tenet se ex parte principij. Patet ista consequentia. nam secundum Diuum Thomam 1. part. quæst. 104. artic. 1. ad 4. eadem est actio productiua, & conseruatiua rei, ergo perseuerantia, quæ conseruatio est gratiæ terminus est ipsius actionis productiuæ gratiæ. Tunc vltra, ergo mereri non potest. Patet consequentia, nam quod meretur debet esse terminus actionis procedentis à gratia, nam (vt supra dictum est) meritũ est actio gratiæ cooperantis, si ergo conseruatio gratiæ non est actio ipsius gratiæ, sed potius actio productiua gratiæ talis actio conseruatiua gratiæ non est meritoria, & sic perseuerantia cadere sub merito non potest. Itaque aliter se habet augmentum gratiæ & perseuerantia in illa respectu actionis diuinæ, ad augmentum enim concurrit mediante operatione ipsius gratiæ, ad perseuerantiam autem immediate per actionem productiuam gratiæ, quapropter actio augmentatiua est gratiæ cooperantis, & consequenter meritoria, actio vero conseruatiua cum sit à Deo immediate gratiæ operantis est, & consequenter meritoria esse non potest. Confirm. arg. ex eo dicitur continuationem incarnationis mereri non posse à Christo Domino, quia incarnatio ab ipso non fuit merita & continuatio cum re non ponit in numero, sed idem currit in præsenti ergo. Nec valet solutio aliquorum, quod incarnatio est principium totius meriti, siue de condigno, siue de congruo, quapropter continuatio reputata idem cum incarnatione nullius meriti potest esse terminus; gratia autem non est principium meriti de congruo necessario, vnde licet perseuerantia non ponat in numero cum gratia terminus meriti cõgrui esse poterit. Nõ (inquam) valet quia vt (supra dictum est) etiam meritum de cõgruo in gratia fundatur amicitiamque supponit.

Ad primum arg. resp. D. August. posse intelligi de merito large sumpto pro impetratione, quam aliqui dicunt posse esse respectu perseuerãtię. Sic explicat Driedo lib. de concordantia iustitiæ nostræ

Ad 1.

cum libero arbitrio, parte 2. cap. 3. Ad Diu. Thom. dicitur non loqui de continuatione vltima, quæ est perseuerantia, sed de aliquali perseuerantia inclusa in ipsa adquisitione, vel augmento ipsius gratiæ. Vel dicitur textum esse mendacem, aliqui enim magis correcti non habent continuatio, sed executio, vnde fit sensus, quod sicut non solum gloria, sed eius consecutio, ita non solum augmentum gratiæ, sed etiam illius assecutio metetur.

Ad 2. Ad secundum arg. bene ibi responsum est, ad duas vltimas impugnationes dicitur. Ad primam, quidem quod perseuerantiam non dicimus esse principium meriti, sed tenere se ex parte principij meriti quatenus non ponit in numero cũ ipsa prima gratia terminans actionem eandem productiuam gratiæ, & quia terminare non potest actionem aliquam à gratia prodeuntem, quod ad meritum requirebatur. Itaque licet in exercitio prius sint opera meritoria quam perseuerantia, non tamen correspondet talibus operibus, sed formaliter correspondet actioni infusiuæ gratiæ, vt explicatum est in prima ratione conclusionis. Ad secundam dicitur incarnationem prout in exercitio (vt supra dictum est) posse habere rationem termini respectu operum antiquorum, quia vt sic non se tenet ex parte principij illorum, hæc autem ratio non currit in præsenti.

Ad 3. Ad tertium resp. transeat antecedens & negatur consequẽtia impetratio enim non supponit gratiam, sed meritum, vnde licet terminus impetrationis sit, non sequitur posse esse terminum meriti, quia si vt sic esset terminus deberet præintelligi actio procedens ex gratia tendens in ipsam perseuerantiam, hoc autem esse non potest, quia cum perseuerantia reputetur idem cum ipsa prima gratia solum potest terminare actionem productiuam illius, quæ quidem meritoria non est cum à gratia non procedat.

Ad 4. Ad quartum resp. etiam donum confirmationis mereri non posse, est enim specialissimum priuilegium & præter communia, meritum autem circa regularia versatur.

(?)

Dubium III.

Vtrùm perseuerantia possit infallibiliter consequi per modum impetrationis.

IN hac re est prima sententia affirmatiua quam tenet Vazquez, quæ prob. 1. ex illo Ioan. 13. & 14. & 15. quidquid petieritis in nomine meo hoc faciet. Et Matth. 7. & Marci 11. petite, & accipietis, ergo si perseuerantia petatur à iustis impetrabitur. 1. Sent. *Vazq.* *Arg. 1. pro illa.* *Ioan.* 13. 14 & 15 *Mat.* 7. *Mar.* 11.

Secundo arg. potest quis impetrare propriam iustificationem (vt supra dictũ est) ergo & perseuerantiam. Patet consequentia, quia vt etiam est dictum perseuerantia reputatur idem cum prima gratia. Confirm. esse principium meriti non tollit esse principium impetrationis, vt patet in prima gratia, ergo id poterit dici de perseuerantia. *Ad 2.* *Confir.*

Tertio arg. nam infallibilis consecutio gratiæ ex dispositionibus non tollit omnino conferri gratis & sine meritis, ergo quod perseuerantia infallibiliter consequatur impetrationem, non tollit omnino gratis & liberaliter conferri. *Arg. 3.*

Secunda sententia est negatiua quam tenet Medina, quæ prob. primo, nã si quis potest impetrare propriam perseuerantiã potuerit etiam impetrare confirmationem in gratia, hoc autem nullus Theologorum dixit ergo. Maior probatur, nã perseuerantia non est minus donum, quam confirmatio, imò perseuerantia videtur includere confirmationem, ergo qui potest vnum poterit aliud. 2. Sent. *Medina.* *Arg. 1. pro illa.*

Secundo arg. quia sequeretur aliquẽ posse ex coniecturis scire propriam perseuerantiam, quod est contra Concil. Trident. sess. 6. Canon. 24. vbi dicitur hoc citra reuelationem scire non posse. Sequela prob. nam potest aliquis ex coniecturis scire se habere gratiam (vt supra dictum est) ergo si perseuerantia impetratur sicut gratia ex coniecturis etiam operum cognosci poterit esse obtentam. *Arg. 2.*

Conclusio sit, vtranque opinionem esse probabilem, vnde sistendo in secunda opinione respondetur ad arg. primæ. *Concl.*

Ad primum, dicitur orationem esse impetratiuam petiti pertinentis ad viam, perseuerantia autem cum sit in termino viæ continuata cum gloria potius videtur pertinere ad alteram vitam, quam ad præsentem viam. *Ad 1. 1. sent.*

Ad

Ad 2. Ad secundum resp. quod cum perseuerantia importet vltimam confirmationem gratiæ, aliquid amplius dicit, quã infusio gratiæ amissibilis, vnde non sequitur qui potest istud, posse illud; quia qui potest minus, non sequitur posse maius, eo vel maxime, quod cũ ex parte nostra aponantur dispositiones gratiæ per tales dispositiones gratia poterit impetrari: respectu autem perseuerantiæ nulla ex parte nostri potest proxima dispositio apponi, quapropter non sequitur impetrari posse. *Ad confir.* Ad confirm. resp. non excludi ab impetratione precise ex eo quod se teneat ex parte principij, sed quia (vt dictum est) est excellentissimum donum potius pertinens ad alteram quam ad præsentem vitam.

Ad 3. Ad tertium resp. similiter non excludi ab impetratione quia impetratio importet debitum, sed (vt dictum est) quia non cõputatur inter impetrabilia huius vitæ.

Ad 1. 2. sent. Subsistendo tamen in prima sententia ad argumenta secundæ resp. Ad primum dicitur, non esse eandem rationem de dono confirmationis, quia (vt dictum est) est ex extraordinarijs: perseuerantia autem est donum commune prædestinatorum.

Ad 2. Ad secundum resp. aliam esse rationem de perseuerantia, vt non possit ex coniecturis cognosci licet prædicto modo gratia cognoscatur, gratia enim habita habet rationem præsentis, quod per effectus dignosci poterit, perseuerantia autem habet rationem futuri in vltimo vitæ, vnde non est qua parte cognoscatur, imò etiam si impetrabilis esset alia ratione non sequitur posse cognosci, nam impetrabilia non habent infallibilem connexionem cum impetratione: vnde etiam si opera gratiæ per quæ perseuerantia posset impetrari cognoscerẽtur adhuc perseuerantia non esset cognita.

2. Resolut. dubij. Aut aliter potest resolui quæstio cum Suarez lib. 12. cap. 38. quod perseuerantia non potest etiam de congruo mereri vnico actu habẽte infallibilem effectum, vt patet à posteriori siquidem iusti multoties petunt perseuerantiam cum tamen illam non obtineant, pluribus tamen actibus possunt mereri illam de congruo quatenus modo obtinet, vt ab hac tentatione liberetur & postea meretur auxilium vt alias vincat, & sic prosequendo potest pro qualibet vice aponere rectas circumstantias bonæ orationis vt semper quod petitur concedatur vsque ad vltimam occasionem proximam morti quam etiam ex congruo merito potest euadere, & sic per seuerantiam obtinere.

Dubium IV.

Vtrùm auxilium efficax ad operandum cadat sub merito?

CONCLVSIO sit. Auxiliũ primum disponens ad gratiam nullo modo posse mereri, auxilium autẽ post gratiam habitam ad exercitium operum collatum vt per talia opera gratia augeatur non potest de condigno mereri bene tamen de cõgruo. *Concl.* *1. Parti.* Prima pars prob. nam sicut prima gratia nullo modo potest mereri, similiter neque auxilia præcedentia ipsam, quæ sunt quasi incoationes illius, imò minus antecedit per quod possit mereri tale auxilium, quam per quod possit mereri gratia cum talia auxilia sint primo eleuantia naturam. *2. Pars.* Secunda pars prob. nam meritum de condigno importat pactum & legem, & intrinsecam inclinationem ad præmium; sed nullum opus gratiæ habet prędicta in ordine ad auxilium conferendum vt aliud opus exerceatur, ergo tale auxilium de condigno mereri non potest. Secundo prob. operatio ad quam datur auxilium non est merita de condigno, ergo neque auxilium collatum ad ipsam. Patet consequentia, nam auxilium efficax tenet se ex parte ipsius operationis, imò identificatur cum illa. Antecedens vero prob. nam præmium non se debet tenere ex parte merentis, sed ex parte præmiantis, operatio autem ex parte ipsius merentis se tenet, ergo licet talis operatio sit meritum alterius præmij ipsa tamen non est merita. Tertio prob. nam ex opposita sententia sequitur perseuerantiam posse mereri, nam qua ratione meretur auxilium subsequens ad operationem secundam ita poterit ad tertiam & sic deuenire ad vltimam in qua perseuerantia consistit. Quarto prob. nam tunc sequeretur quod existentes in æquali gratia æqualiter debeant semper operari, nã si auxilia subsequentia merentur de condigno semper idem auxilium ab vtroque recipitur, & sic semper æqualiter operabuntur, consequens autem est contra experientiam, quod æqualiter justus, imò iustior solet labi minus iusto permanente in gratia. Vltimo prob. huiusmodi auxilia se tenent ex parte principij operatio-

tionis, ergo non merentur de condigno.

3.*Pars cō.* Patet consequentia ex supradictis. Tertia pars concluſ. prob. nam quotidie petitur & iubemur petere ne nos inducas in tentationem, hoc eſt, ne permitas, quod vtique fit per collationem auxilij, ergo talis collatio ſaltem de congruo meretur, quia quod iuſte ab amico petitur con-

Obiect. gruum eſt vt conferatur. Etſi contradicas, nam augmentum gratiæ cadit ſub merito de condigno, ergo auxilium efficax ad operandum ex gratia. Patet conſequē tia, nam tale auxilium tenet ſe ex parte augmenti ad quod ordinatur. Reſp. tale

Solutio auxilium pertinet ad augmentum per modum principij operis augmentantis, vnde per operationem augmentatiuam mereri non poteſt, nec etiam per alia opera antecedentia, quia hæc (vt dictum eſt) non ad auxilium ſubſequentium operum ordinantur. Iuxta prædicta debet intelli-

D. Aug. gi D. Auguſt. Pſal. 7. explicans illa verba, iuſtum adiutorium meum à Domino, vbi dicit adiutorium dici iuſtum, quia ex merito, debet intelligi de congruo, non de condigno, vnde ly iuſtum, non debet ſummi ſtricte, vt dicit debitum, ſed large vt dicit æquitatem. Similiter intelligendus eſt D. Thom. qui art. ſequenti dicit omnia media requiſita ad beatitudinem cadere ſub merito condigni, debet intelligi de habentibus rationem termini, non de habentibus rationem principij inter quæ auxilia computantur.

Articulus X.

Vtrùm bona tẽporalia cadant ſub merito?

1.*Concl.* PRIMA concluſio, bona temporalia quatenus vtilia ſunt ad cōſecutionem vitæ æternæ cadunt ſub merito directe & ſimpliciter.

2.*Concl.* Secunda concluſio, bona temporalia ſi conſiderentur ſecundum ſe non cadunt ſub merito ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Not. Pro intelligentia art. ſupponendum eſt hic, non agi de peccatore cum enim talis etiam vita temporali ſit indignus ex indignitate perſonæ etiam temporalia mereri non poteſt. Nec etiam loquimur de operibus etiam factis ab exiſtente in gratia ſi mala circunſtantia etiam venialia vitientur: iam enim ſupradictum eſt talia opera merito ſpoliari. Procedimus ergo de operibus gratiæ vndequaque bonis. Quo ſuppoſito.

Dubium I.

Vtrùm homo iuſtus bona temporalia poſſit mereri de condigno?

PROB. quod non primo, meritum condigni tria importat pactum & legem, ſecundum inclinationem intrinſecam ad præmium, tertium infallibilem conſecutionem illius cum ſit opus iuſtitiæ, ſed nullum iſtorum requiritur in opere iuſti reſpectu bonorum temporaliū ergo. Ma- *Arg.1.*
ior patet ex ſupradictis. Min. prob. prima pars quidem quia ſi eſſet pactum non deficeret, Deus enim fidelis eſt videmus enim iuſtos vt in plurimum pauperes. Secunda pars prob. quia opera gratiæ non habent proportionem cum bonis temporalibus, opera enim gratiæ excellentiora ſunt, excellentius autem ad minus perfectum ordinari nō poteſt nihil enim inclinatur, niſi ad perfectius quo perfici poſſit. Tertia pars prob. ſicut prima, nam iuſtos potius ſequitur paupertas & æqualiter operantibus inæqualiter bona temporalia contingunt, ergo non eſt infallibilis conſecutio.

Secundo arg. auxilia interna non merentur de condigno, vt ſupra dictum eſt, *Arg.2.*
ergo nec bona temporalia. Patet conſequentia, nam bona temporalia vt media ad vitam æternā quædam auxilia extrinſeca ſunt.

Tertio arg. quia alias ſequeretur ſimiliter carentiam bonorū tẽporalium cade- *Arg.3.*
re ſub merito condigni, quia & hæc multoties conducit ad vitam æternam, conſequens autem eſt falſum ergo. Prob. min. quia carentia cū non ſit ens cōſequenter, nec bonum, ac proinde, nec mereri poterit, quia meritū alicuius boni debet eſſe.

Propter argumenta poſita Mag. So- *Sent.*
to in 4. diſt. 15. quæſt. 2. artic. 4. ad 3. & *Soto.*
Vazquez hic, & alij Doctores in 2. diſt. *Vazq.*
27. & 28. tenent partem negatiuam, & tā tum dicit D. Thom. intelligendum eſſe de merito congrui.

Concluſio, bona temporalia collata *Concl.*
ex vi prædeſtinationis & conſiderata, vt media ad vitam æternam merentur de cō digno. Hæc eſt Diu. Thom. hic, quia dicit mereri directe & ſimpliciter ſicut & augmentum gratiæ, augmentum autem de condigno meretur, & meritum cōgrui non poteſt directe & ſimpliciter meritum appellari. Ratione prob. huiuſmodi bona vt media ad vitam æternam cadunt ſub in-

inclinatione intrinseca gratiæ, ergo merentur de condigno. Patet consequentia, ex supradictis. Antecedens vero prob. nam inclinatio mobilis non solum est ad finem, sed ad media requisita ad finem, ergo si huiusmodi bona sunt media motio Spiritus Sancti inclinans ad vitam æternam per gratiam, similiter inclinat ad prædicta bona. *Solutio* Si resp. huiusmodi bona non esse media necessaria licet sint vtilia, inclinatio autem intrinseca solum est ad media necessaria. *Impug.* Contra arg. quia licet secundum se prædicta bona non sint media necessaria, supposito tamen, quod sint effectus prædestinationis, vt dicit Diu. Thom. esse 1. part. quæst. 23. art. 8, media necessaria sunt ad talem finem, ergo inclinatio intrinseca est ad illa. Antecedens patet, ieiuniũ promissũ ex voto licet secundum se ad religionem non pertineat bene tamen supposito voto, ergo similiter in præsenti supposita prædestinatione poterunt necessario prædicta bona ad vitam æternam conducere, quæ secundum se taliter non conducebant.

1. Corol. Ex hac conclusione sequitur primo, bona temporalia non cadere sub spe secũdum se bene tamen vt ad vitam æternam conducunt. Sic docet Diu. Thom. 2. 2. quæst. 17. art. 4. similiter non cadere sub oratione secundum se, sed vt ad vitam æternam conducunt, *D. Thom. Prou. 20.* sic Diu. Thom. 2. 2. quæst. 83. artic. 6. & patet Prouer. 20. mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria ne forte satiatus alitiar ad negandum, & dicam quis est Dominus, aut egestate compulsus iurem & periurem nomen Dei mei. Ecce qualiter orat pro bonis temporalibus in ordine ad vitam animæ.

2. Corol. Secundo sequitur etiam in præscitis huiusmodi bona cadere sub merito condigni, sicut enim secundum præsentem iustitiam possunt mereri vitam æternam, & augmentum gratiæ, similiter & bona temporalia, quæ respectu horum media sunt necessaria, si non ex suppositione prædestinationis, quæ in illis nõ est, ex suppositione tamen peculiaris prouidentiæ adducentis illos, vt in præsenti vitam æternam & augmentum gratiæ mereantur.

3. Corol. Tertio sequitur similiter dicendum esse de carentia horum bonorum sicut de consecutione illorum, quod si talis carentia, vt medium ad beatitudinem consideretur sub merito condigno cadere potest vt remouens prohibens licet non vt causa per se consecutionis gloriæ; qua ratione dicitur Matth. 5. Beati pauperes, &c. paupertas enim nihil aliud est quam carẽtia horum bonorum, quam dicit beatitudinem quia medium est ad illam.

Ad primum arg. resp. negando minorem, ad primam probationem dicitur in lege collationis vitæ æternæ per talia media esse imbibitam legem de ipsis medijs. *Ad 1.* Ad secundum dicitur eodem modo, quod inclinari ad finem includit inclinationem ad media cum ergo bona temporalia ex diuina prædestinatione sint media ad vitam æternam, gratia quæ intrinsice inclinatur ad vitam æternam consequenter etiam intrinsice inclinatur ad bona temporalia, vt habent rationem mediorum. Ad tertiam resp. quod quando dicitur bona temporalia mereri de condigno, idem valet quod dispositio bonorum temporalium, siue per positionem, siue per ablationem illorum prout in diuersis diuersimode disponuntur, in alijs quidem fit dispositio consecutionis vitæ æternæ per diuitias: in alijs vero per paupertatem prout cuilibet expedit, merentur ergo de cõdigno bona temporalia quibus assignatur vt media, & merẽtur de condigno priuatio illorum quibus priuatio vt medium competit, & hinc prouenit inæqualitas diuitiarum inæqualiter iustis, hæc autem non esset si positiue bona temporalia haberent rationem mediorum, & non etiam illorum priuatio. Ad illud autem, quod opera gratiæ sunt improportionata bonis temporalibus resp. proportionem tantum requiri cum fine vltimo, non autem cum intermedio absolute sumpto, nisi forsam vt sapit naturam finis ultimi, bona autem temporalia cum sint finis intermedius nõ requiritur secundum se habere proportionem, sed sufficit quatenus ordinantur in vitam æternam: exemplum est in incarnatione Christi Domini respectu nostræ salutis, quam aliqui dicunt respicere vt finẽ intermedium, cum tamen incarnatio sit quid excellentius.

Ad secundum resp. quod si auxilia interna possent habere rationem termini, quia sunt media caderent sub merito condigni sicut augmentum gratiæ: auxilia autem externa vt diuitiæ ex vna parte sunt media vitæ æternæ, & ex alia possunt habere rationem termini, quia nõ sunt principium merendi, vnde sub merito condigni cadere possunt. *Ad 2.*

Ad tertium patet ex dictis, nomine bonorum etiam comprehendi carentiam illorum vt vnicuique expedit, vel habere, *Ad 3.*

re, vel non habere. Ad improbationem dicitur, quod licet carentia formaliter sit non ens, præsuppositiue tamen entitatem & bonitatem importat ex parte diuinæ dispositionis, sicut permissio peccati formaliter est non ens, supponit tamen diuinam voluntrtem non conferendi auxilium qua ratione permissio peccati cadit sub prouidentia, & ad salutem æternam potest ordinari. Vel secundo dicitur carentiam bonorum Physice non esse bonum, moraliter autem bonum esse potest vt remouens prohibens consecutionem vitæ æternæ, & sufficit vt cadat sub merito.

Dubium II.

Vtrùm bona temporalia secundum se etiam si vt media ad vitam æternam non cõsiderẽtur possint mereri de condigno?

Arg. 1. PROBATVR pars affirmatiua primo ex Diu. August. 17. de Ciuitate, cap. 2. & Hieronym. super cap. 1. & 6. Isaiæ, & Caiet. super Psalm. 37. imò ex Diu. Thom. supra quæstione 99. articulo 6. vbi absolute dicunt prædicta bona mereri nulla mentione facta, quod sint, vel non sint media vitæ æternæ.

Arg. 2. Secundũ argumentũ, vita æterna meretur de condigno, ergo etiam bona temporalia secundum se. Patet consequentia, nam ista sunt minus bonum & qui potest maius, potest & minus. Si resp. potius sequi oppositum, quia cum requiratur proportio ad meritum, quod tantum est bonum secundum quid sub merito simpliciter quale est condigni cadere nõ potest, quæ solutio est Diu. Thom. hic.

Solutio

Impug. Contra est argumentũ, nã ex hoc tantum sequitur non simpliciter mereri de condigno, non autem, quod secundum quia non mereantur, vt etiam videtur dicere Diu. Thom. hic secundo impugnatur, nam obiectum Logicæ est ens secundum quid, & ipsa est scientia simpliciter, ergo meritum condigni, quod est meritum simpliciter bene potest versari circa bonum temporale, quod est bonum secundum quid. Tertio impugnatur, in merito Christi Domini, quod simpliciter & rigurose est meritum nostræ iustificationis & glorificationis, cum hæc sint bona secundum quid respectu Christi Domini & meritis eius.

Arg. 3. Tertiũ argumentũ, per aliud extremum, quod est principium meriti non potest mereri, sed inter bona temporalia cõputatur vitæ longeuitas, ergo ista saltem mereri non poterit non solum de condigno, sed neque etiam de congruo.

1. Concl. D. Thom. Prima conclusio, bona temporalia secundum se considerata, non possunt de condigno mereri. Hæc videtur Diu. Tho. hic negantis huiusmodi bona simpliciter mereri, si autem de condigno mererentur simpliciter mererentur. Et ratione patet', meritum condigni atenditur secundum motionem Spiritus Sancti, & intrinsecam inclinationem gratiæ, sed gratia solum intrinsice inclinatur in vitam æternam cuius est semen, quod insinuatur in illo Ioan. fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, & consequenter inclinatur in media talis finis, ergo quod neque est finis, nec consideratur vt medium ad finem vt sunt bona temporalia secundum se de condigno mereri non possunt, quia neque gratia ad illa inclinationem potest habere.

2. Concl. D. Thom. Secunda conclusio, bona temporalia secundum se, non possunt mereri de congruo. Hæc etiam videtur D. Thom. hic dicentis huiusmodi bona tantum mereri secundum quid, meritum autem congrui absolute & simpliciter est meritum licet comparatione ad condignum secundum quid soleat nuncupari. Ratione probatur, meritum congrui procedit ex directione gratiæ & charitatis saltem extrinseca ex parte operantis, sed in ordine ad bona temporalia secundum se talis directio esse non potest ergo. Prob. min. directio charitatis est in ordine ad proprium finem vltimum, ergo implicatio est dicere, quod talia bona respiciantur à charitate per directionem & quod secundum se & non vt media considerentur. Confirm. actus respiciens bona temporalia secundum se, & non vt media ad vitam æternam est actus peccaminosus contra illud Pauli, quidquid facitis in gloriam Dei facite, ergo talis actus etiam de congruo meritorius esse non potest. Patet consequentia, nam actus meritorius etiam de congruo debet esse actus ex gratia (vt supra dictum est) peccatum autem quale est ille actus ex defectu circunſ-

Confir.

cunstantiæ finis ex gratia esse non potest.

3. Concl. Tertia conclusio, bona temporalia secundum se possunt mereri secundum quid sumpto merito abusiue extra limites condigni & cõgrui, prout etiam extra gratiam, & in peccatoribus potest reperiri. Hæc conclusio videtur D. Thom. hic, & 2. 2. quæst. 122. artic. 5. ad 4. & Diu. August. lib. contra mendatium cap. 15. & patet in exemplis allatis à Diu. Thom. & Diu. August. de obstetricibus Hebræorũ quibus Deus domos edificauit in præmium defensionis paruulorum Hebræorum, & etiam de Romanis quibus propter bonam gubernationem Deus contulit imperium totius mundi, & in illo 4. Reg. 12. de Geu cui Deus Regnum Israel contulit, quia destruxit domum Achaz, & Iezabel. Prædicta autem opera certum est facta fuisse extra gratiam, ac per consequens, nec habuisse meritum condigni, neque congrui: remanet ergo solum prædictum meritum assignatum. Si autem quæras, vtrum extra gratiam prædicta bona mereantur, nõ solum per actus moraliter bonos, sed etiã per malos ex circunstantia licet secũdum substantiam bonos.

D. Thom. D. Aug. 4. Reg. 12 Dub.

1. Sent. Alensis. Alensis & alij tenent partem negatiuam, quia quomodocunque opus sit meritorium debet esse beneplacens ei apud quem meretur: opus autem malum etiam ex circunstantia bene placens Deo esse non potest, nullo ergo modo erit meritorium.

2. Sent. Duran. Partem tamen affirmatiuam tenet Durand. & Medina supra quæst. 21. art. 4. dub. vlt. ad 2. imò videtur expressa Diu. Thom. hic ad 2. & 2. 2. quæst. 110. art. 2. ad 4. in exemplo de obstetricibus, vbi dicit opus illorum fuisse meritorium, cum tamen constet fuisse peccatum vtique, quia mendatium. Nihilominus resp. in tali opere posse duo considerari, & substantiam bonam, & circunstantiam malam, ex parte primi etiam si opus sit malum, ex parte secundi potest esse nihilominus meritorium secundum quid licet formaliter ex parte circunstantiæ malæ etiam prædictum meritum habere non possit. Verum est quod licet Diu. Gregor. 18. Moral. cap. 2. prædictam doctrinam insinuet dicens, illud mendatium fuisse vtile, & ex hac parte fuisse præmiatum licet non vt mendatium. Nihilominus Diu. August. lib. contra mendatium, cap. 15. & Hieronym. super illum locum, & Lyra, & Diu. Thom. 2. 2. quæst. 110. artic. 4. ad 4. rectius aduertit in obstetricibus duo fuisse, & Regimentitas fuisse, & prius paruulos conseruasse, præmiabit ergo Dominus hoc secundum, non illud primum. Ad rationes autem in contrarium stando in nostra media sententia resp. ad priorem dicitur sufficere esse opus beneplacens secundum substantiam, vt habeat prædictum meritum adeo imperfectum, deberet autem esse beneplacens vndequaque, vt de condigno, vel congruo esset meritorium. Ad inducta autem pro parte negatiua patet ex distinctione posita, illa quidem opera etiam mala Deus præmiasse non vt mala, sed vt secundum substantiam bona erant. Et si rursus quæras, in quo fundetur hoc meritum secundum quid repertum etiam in operibus prauis ex parte operantis? Resp. fundari in ordinatione auctoris naturæ, sicut enim meritum condigni, vel congrui fundatur in ordinatione auctoris supernaturalis, ita illud meritum secundum quid intra limites naturæ fundatur in ordinatione auctoris naturæ. Et si rursus dicas qualiter opus prauum sit à Deo etiam auctore naturæ ordinabile? Resp. esse ordinabile quoad substantiam qua parte est bonum, non vero vt ab operante qua parte est malum, vnde præmium correspondet quidem operi non autem operanti, & si Deus vt præmiet opus concedit præmium etiam operanti hoc Deus facit ex liberalitate, vt opus ex se bonum non maneat in præmiatum.

Resolut. D. Greg. D. Hier. Lyra. D. Thom. Ad arg. 1. Sent. Obiectio. Solutio.

Ad primum arg. à principio resp. loca Sanctorum intelligenda esse de bonis temporalibus, vt habent rationem medij vitæ æternæ, nõ autẽ de illis secundũ se. Ad 1. à princ.

Ad secundum bene ibi responsum est, ad primam impugnationem dicitur, huiusmodi bona secundum se, nec mereri simpliciter, nec secundum quid merito condigni, quia huiusmodi meritum fundatur in inclinatione gratiæ, quæ solum est ad vltimum finem, & media illius vnde nullo modo ad prædicta bona secundum se potest inclinare. Ad secundam dicitur, quod cum ratio scientiæ desumatur ex modo procedendi Logica simpliciter est scientia etiam si obiectum sit ens secundum quid, quia simpliciter habet modum scientiæ, scilicet procedere per demostrationem, ratio autem meriti condigni desumitur ex inclinatione gratiæ, vt dictum est, cum ad prædicta bona se-

Ad 2.

cun-

cundum se nullo modo inclinetur, nullo modo cadunt sub merito condigno illius. Ad tertiam dicitur, quod gratia nostra etiam si non sit adeo perfecta sicut gratia Christi est tamen eiusdem rationis, & hæc proportio sufficit vt sub merito condigno illius possit cadere: prædicta autē bona secundum se non pertinent ad ordinem gratiæ, vnde nullo modo sub merito illius cadere possunt.

Ad 3. Ad tertium arg. respondetur, quod qui gratus existit beneficio, meretur vt in illo conseruetur, cum ergo honorando parentes existat quis gratus beneficio ab illis recepto per generationem & collationem vitæ talis meretur, vt in vita cō-
D. Thom. seruetur, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 122. artic. 5. ad 4. Ad improbationem autem dicitur vitam præsupponi ad meritum vt subiectum, non autem vt principium significans operationem sicut gratia: vnde etiam si gratia quia taliter est principium meriti non possit benetamē vitæ prolongatio.

Dubium III.

Vtrùm iustus mereatur bona temporalia, & Deus conferat illa quæ tamen postea nocitura sunt?

Arg. PROB. quod non, quia Deus est medicus, vt patet Lucæ 5. ergo non meretur apud ipsum, nec ipse debet concedere quæ nocitura sunt. Confirm. Lucæ 12. vbi dicitur, si Filius petierit à Patre piscem nunquid scorpionem porriget illi?

Not. Pro intelligentia supponendum ex D. Thom. ad Rom. 8. lect. 5. circa illud, quid oremus sicut oportet nescimus, quod multoties iusti petunt à Deo nocia, quæ si concederentur essent ocasio-
Mat. 20. nes damnationis. Hoc patet Matth. 20. de filijs Zebedei, quibus dictum est, nes-
D. Greg. citis quid petatis. Idem supponit D. Gregor. lib. 6. Moral. cap. penultimo circa illud Iob, ingredieris in abundantia sepulchrum, & adducit exemplum de demoniaco curato Lucæ 8. volente statim sequi Christum cui tamen dictum est, prius vade domum & narrā quæ contigerunt tibi. Non enim (inquit Gregor.) expediebat vt prius contemplatiua quā vitam actiuam sequeretur, Quod autem habet difficultatem est, vtrum prædictæ petitiones si fiant in gratia petente ignorante nocumentum venturum sint meritoriæ, & Deus talem petitionem ex iustitia concedat?

Ad hoc dubium dico regulariter Deū *Concl.* non concedere huiusmodi petitiones in quo maxime habet petentibus, nihilominus multoties concedit Deus, & talis concessio est ex merito atenta præsenti iustitia, est enim proportio & condignitas inter petitionem & rem petitam, quod autem postea sequatur nocumentum est per accidens, & si homo condemnetur ocasione talis præmij, hoc erit malitia recipientis, non autem ex præmio collato. Ex quo sequitur prædicta bona nunquam petenda esse absolutæ, sed sub con-
ditione saltem implicita, si expediant ad efficatiam & cōsecutionem finis vltimi, vt docet Diu. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. *D. Thom.* 5. & 6.

Ad arg. patet ex dictis, quod si Deus *Ad arg.* conferat seruat præsentem iustitiam, si autem neget vtitur medici misericordia, quam non semper tenetur exercere.

Dubium IV.

Vtrùm existens in gratia possit mereri existenti in peccato bona temporalia?

CONCLVSIO est affirmatiua *Concl.* intellecta de merito congrui, vt patet Genes. 18. vbi dicitur, quod *Gen. 18.* Deus parceret Sodomitis à morte, si in eis quinquaginta iusti inuenirentur, & propter Habraham liberatus est Loth. Item patet, quia peccator potest alteri demereri bona temporalia, ergo à fortiori iustus poterit peccatori mereri illa. Patet consequentia, nam pronior est Deus ad miserandum, quam ad puniendum. Antecedens patet 2. Reg. 12. vbi filius Da- *2. Reg. 12.* uid occisus est propter iniquitatē patris. Similiter filij Sodomitarum propter peccata parentum. Et Genes. 9. Canaam ma- *Gen. 9.* ledictus est à Noe propter peccatum patris. Tandem Exod. 20. dicitur, ego sum *Exod. 20.* Deus Zelotes visitans peccata patrum in filijs vsque ad tertiam & quartam generationem. Et si contra argumentum, nam *Obiectio*

Eze-

Ezech. 18 Ezechieli 18. dicitur, anima quæ peccauerit ipsa morietur, filius non portauit iniquitatem patris, &c. super quem locum Diu. Hieronym. quem etiam sequitur Magist. in 2. distinct. 36. dicit, pœnam patris non communicari filijs, nisi culpæ sint participes. *Solutio* Resp. intelligendum esse de pœna spirituali, hæc enim non infligitur, nisi propria culpa, pœna autem temporalis etiam culpa aliena, quia cum pœna temporalis sit medicina præseruatiua, etiam sanis potest adhiberi. De quo videatur Diu. Thom. 2. 2. quæst. 118. artic. 4. ad 1. & Adrian. quotlib. 2. artic. 1. Si plura desiderantur huius artic. videatur Diu. Thom. ad Rom. lect. 6. super illud, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & opusc. 20. lib. 3. cap. 4. & in 4. Sent. distinct. 15. quæst. 1. art. 3. gloss. 4. Chrisost. hom. 67. ad populum & Diu. August. 5. de Ciuit. cap. 19. cap. 19. Soto 4. de iustitia & iure, quæst. 4. articulo 2.

Vi. D. Tho.
D. Chrisost.
D. Aug.
Soto.

FINIS.



INDEX



INDEX
QVAESTIONVM, ARTICVLORVM, ET DVBIORVM HVIVS TERTII TOMI SS.P.M.F. Gregorij Martinez in Primam Secundæ S. Thomæ.

F, folium. C, columnam indicat.

QVAESTIO XC. DE PRINCIPIIS exterioribus actuum humanorum, scilicet de legibus, fol. 1. ibi proœmium & explicatio tituli.

Articulus I. Vtrùm lex sit aliquid pertinens ad rationem? f. 2. c. 2.

Dubiũ I. Vtrùm lex essentialiter pertineat ad intellectum, an vero ad volũtatem? ibidem.

Dubium II. Vtrùm lex sit actus intellectus qui est iuditiũ, an vero actus qui est imperium, distinctus à iuditio? f. 5. c. 2.

Articulus II. Vtrùm lex ordinetur semper ad bonum commune? f. 9. c. 1.

Dubium I. Vtrùm conclusio sit vera? ibi.

Dubium II. Vtrùm Princeps possit cõdere legem in bonum particulare ipsius sine vtilitate, & commodo reipublicæ, & regni? f. 14. c. 2.

Articulus III. Vtrùm ratio cuiuslibet sit factiua legis? f. 16. c. 1.

Dubium I. Vtrùm sint, & fuerint legitimi, & veri Reges in mundo? ibid.

Dubium II. Vtrùm in republica sit potestas condendi leges ciuiles? f. 19. c. 1.

Dubium III. Vtrùm persona particularis possit condere leges, an vero solum pertineat ad rempublicam, vel personam publicam curam habẽtem reipublicæ, leges ferre? f. 22. c. 2.

Dubium IV. Vtrùm potestas condendi leges sit ex natura rei in aliqua persona particulari, an vero solũ sit ex natura rei in republica, in particularibus autem vt in Regibus, & alijs sit solum participata per specialem commissionem? f. 25. c. 1.

Dubium V. Vtrùm condere leges solum pertineat ad communitatem nõ subiectam alteri communitati, & ad Regem, vel Principem gubernatorẽ illius? f. 30. c. 1.

Dubium VI. Vtrùm Imperator possit condere leges totum mundum obligantes? f. 31. c. 2.

Dubium VII. Vtrùm quando fœmina habet Regnum per hæreditatẽ, tunc si nubat habeat vir eius potestatem legislatiuam, an vero maneat in ipsa fœmina etiam nupta? f. 34. c. 2.

SECVNDA PARS TRACTATVS de potestate legis Ecclesiastica. f. 37. c. 2.

Dubiũ I. Vtrùm in Ecclesia sit potestas ferendi leges Ecclesiasticas? ibid.

Dubium II. Vtrùm potestas Ecclesiastica condendi leges collata sit à Deo aliquibus personis in particulari?

Dubium III. Vtrùm potestas legis Latiua Ecclesiastica sit in homine peccatore, vel hæretico? f. 54. c. 1.

Dubium IV. Vtrùm potestas ciuilis sit subordinata potestati Ecclesiasticæ? f. 56. c. 1.

Articulus IV. Vtrùm promulgatio sit de ratione legis? f. 59. c. 1.

Dubium I. Vtrùm promulgatio sit de ratione, & essentia legis? ibid.

Dubium II. Vtrùm ad solemnem promulgationem legis tam ciuilis, quam Ecclesiasticæ sufficiat in curia Principis publicari, an vero requiratur fieri promulgationē etiam in diuersis Prouintijs, & Diœcesibus? f. 62. c. 2.

Dubium III. Vtrùm leges reuocatoriæ eandem promulgationem requirant atque aliæ leges, an vero maiorem, & minorem? f. 66. c. 1.

Dubium IV. Vtrùm vt priuilegium valeat debeat notificari ipsi præuilegiato? f. 69. c. 1.

Dubium V. Vtrùm ad substantiam & essentiam legis humanæ, sit necessaria humana publicatio, quam vsque adeo explicuimus, an vero suppleri possit, & sufficiat promulgatio diuinitus facta? f. 70. c. 1.

Dubium VI. Vtrùm sit de substantia & essentia legis humanæ esse scriptam, & non solum in voce fieri publicationem eius? f. 70. c. 2.

Dubium VII. Vtrùm leges tam Pontificiæ quam ciuiles Imperatoriæ, vel regales obligent statim atque solemniter sunt promulgatæ, an vero aliquis lapsus temporis sit expectandus ad sui obligationem? f. 71. c. 2.

QVAESTIO XCI. DE LEGVM diuersitate. f. 73. c. 1.

Articulus I. Vtrùm sit aliqua lex æterna, ibi.

Dubium vnicum. Vtrùm prima conclusio sit vera? ibidem.

Articulus II. Vtrùm sit in nobis aliqua lex naturalis? f. 80. c. 2.

Dubium vnicum. Vtrùm lex naturalis vere, & propie sit lex, & in quo ratio talis legis consistat? ibidem.

Articulus III. Vtrùm sit aliqua lex humana? f. 88. c. 1.

Articulus IV. Vtrùm fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam? ibi. col. 2. & expositio illius.

Articulus V. Vtrùm lex diuina sit vna tantum? f. 89. c. 1. expositio art. c. 2.

Articulus VI. Vtrùm sit aliqua lex fomitis? f. 90. c. 1. ibi expositio illius.

QVAESTIO XCII. DE EFFECTIBVS legis f. 93. c. 1.

Articulus I. Vtrùm effectus legis sit facere homines bonos? ibi.

Dubium vnicum. Vtrùm conclusio D. Thomæ sit vera? ibidem.

Articulus II. Vtrùm legis actus conuenienter assignentur? f. 97. c. 1.

Dubium vnicum. Vtrum conclusio D. Thomæ, & dictam in articulo verum habeant? ibi. c. 2.

QVAESTIO XCIII. DE LEGE æterna. f. 101. c. 1.

Articulus I. Vtrùm lex æterna sit summa ratio in Deo existens? ibi.

Articulus II. Vtrùm lex æterna sit omnibus nota? ibidem c. 2.

Articulus III. Vtrùm omnis lex deriuetur à lege æterna? f. 102. c. 1.

Dubium vnicum. Vtrùm prima conclusio D. Thomæ verum habeat? ibidē.

Articulus IV. Vtrùm necessaria, & æterna subijciantur legi æternæ? f. 104. c. 1.

Dubium vnicum. Vtrùm actiones Dei legi æternæ sint subiectæ? ibidem.

Articulus V. Vtrùm naturalia contingētia subijciantur legi æternæ? f. 105. c. 2.

Articulus VI. Vtrùm omnes res humanæ subijciantur legi æternæ? f. 106. c. 1. Duæ dubitationes breues, ibid. c. 2.

QVAESTIO XCIV. DE LEGE Naturali. f. 107. c. 2.

Articulus I. Vtrùm lex naturalis sit habitus? ibidem.

Articulus II. Vtrùm lex naturalis contineat plura præcepta, vel vnum tantum? f. 108. c. 1.

Articulus III. Vtrùm omnes actus virtutum sint de lege naturæ? ibidem.

Dubium vnicum. Vtrùm doctrina huius articuli sit vera? ibi. c. 2.

Articulus IV. Vtrùm lex naturæ sit vna apud omnes? f. 111. c. 2.

Dubium vnicum. Vtrùm doctrina huius articuli sit vera? ibidem.

Articulus V. Vtrùm lex naturalis mutari possit? f. 113. c. 2.

Dubium I. Vtrùm lex naturæ humana lege, vel consuetudine mutari possit? f. 114. c. 2.

Du-

Dubium II. Vtrùm Deus de potentia sua absoluta possit legi naturæ derogare, & in præceptis eius, maxime decalogi dispensare possit? f. 115. c. 2.
Articulus VI. Vtrũ lex naturalis possit à corde hominis auoleri? f. 118. c. 1.

QVAESTIO XCV. DE LEGE HVmana. ibi.
Articulus I. Vtrùm fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus? ibidem.
Articulus II. Vtrùm omnis lex humanitus posita à lege naturali deriuetur? ibi. c. 2.
Dubium I. Vtrùm lex humana aliquid possit præcipere, quod lege naturali, aut diuina præceptũ non fuerit? ibid.
Dubium II. Vtrùm lex humana deriuetur à naturali, tanquam conclusio deducta ex illa, an solum vt determinatio illius? f. 122. c. 1.
Articulus III. Vtrùm Isidorus conuenienter qualitates legis positiuæ describat? f. 123. c. 1. expositio art. 1. ibidem.
Dubium vnicum. Vtrùm lex debeat esse possibilis ex obiecto, vel materia? f. 125. c. 1.
Articulus IV. Vtrùm Isidorus cõuenienter ponat diuisionem humanarum legum? f. 127. c. 1.
Dubium vnicum. Vtrùm ius gentiũ naturale, & ciuile sint diuersa legum genera, & qualiter differant interse? ibi c. 2.

QVAESTIO XCVI. DE POTESTAte legis humanæ. f. 133. c. 2.
Articulus I. Vtrùm lex humana debeat poni in communi? ibidem.
Dubium I. Vtrùm conclusio D. Thomæ verum habeat? f. 134. c. 1.
Dubium II. Vtrùm rescripta, seu respõsa Principum, tam secularium, quam Ecclesiasticorũ, in casu singulari sint veræ leges etiam pro alijs casibus similibus institutæ? f. 137. c. 2.
Articulus II. Vtrùm ad legem humanam pertineat communia vitia cohibere? f. 139. c. 2.
Articulus III. Vtrùm lex humana præcipiat omniũ virtutũ actus? ibidem.
Dubium I. Vtrùm conclusio 2. & 3. art. verum habeat? f. 140. c. 1.
Dubium II. Vtrùm non solum sit materia legis, & præcepti actus virtutis, sed etiã mod⁹ implẽdi ipsam legẽ, vel præceptũ per actũ virtutis? f. 143. c. 1
Dubium III. Vtrùm actus ex sua specie indifferentes sint materia quam lex humana possit præcipere, vel prohibere? f. 144. c. 1.
Dubium IV. Vtrùm legis canonicæ & ciuilis sit eadem materia; ita vt quidquid potest præcipere, vel prohibere vna; possit & alia? f. 145. c. 1.
Dubium V. Vtrùm lex humana actus mere internos possit præcipere, vel prohibere, vel punire? f. 146. c. 2.
Articulus IV. Vtrùm lex humana impõnat homini necessitatẽ in foro conscientiæ? f. 154. c. 1.
Dubium I. Vtrùm obligatiõ per se & necessario conueniat legi, & qualiter se habeat ad essentiam illius? ibi. c. 2.
Dubium II. Vtrũ lex humana obliget in conscientia ad mortale, an vero solũ ad veniale, & vnde sumatur obligatio mortalis, vel venialis? f. 156. c. 1.
Dubiũ III. Vtrũ grauitas, vel leuitas materiæ ex aliquo possit colligi ad cognoscendã obligationẽ mortalem, vel venialem legis humanæ? f. 161. c. 2.
Dubium IV. Vtrũ lex facta à tyrano sit valida, & obliget in conscientia? f. 165. c. 1.
Dubium V. Vtrùm lex fundata in falsa præsumptione, obliget in conscientia? f. 167. c. 2.
Dubium IV. Vtrùm lex humana obliget cum periculo, & dispendio vitæ? f. 169. c. 2.
Dubium VII. Vtrùm lex Carthusianorum de abstinentia à carnibus obliget cum periculo vitæ? f. 175. c. 1.
Dubium VIII. Vtrùm obligatio legis pendeat à consensu & acceptatione populi? f. 179. c. 1.

De obligatione legis pœnalis.
Dubium IX. Vtrùm pœnalis lex obliget transgressores ad culpam, an vero ad solam pœnam? f. 183. c. 1.
Dubium X. Vtrùm transgressor legis pœnalis ante accusationem statim ac legem transgreditur teneatur subire pœnam legis? f. 188. c. 2.
Dubium II. Vtrùm reus pœnalis legis iam accusatus, iuridiceque interrogatus, negans cõmissionem criminis, teneatur in conscientia soluere pœnam sententiæ ferendæ si crimen esset cõfessus, etiã si sententia propter sui negationem non sit lata? f. 199. c. 1.
Dubium XII. Vtrùm reus post sententiam teneatur in conscientia soluere pœnam taxatam à iudice? ibi. c. 2.
Dubium XIII. Vtrũ sit aliqua lex hu-

mana irritans actũ, vel contractũ ante iudicis sẽtẽtiã ipso iure? f. 220. c. 2
Dubium XIV. Vtrùm iudex teneatur secundum legem iudicare pœnamque legè taxatam infligere? f. 205. c. 1.
Dubiũ XV. Vtrùm in dubio legis, aut præcepti teneatur subditus obedire? f. 207. c. 2.
Dubium XVI. Vtrùm dicta Sanctorũ, saltem quæ in decreto Gratiani continentur habeant vim, & obligationem legis? f. 210. c. 1.
Articulus V. Vtrùm omnes subijciantur legi? ibi. c. 2.
Dubiũ I. Vtrùm legislator taliter subijciatur suis legibus, quod in cõscięctia teneatur obseruare illas? f. 211. c. 1.
Dubiũ II. Vtrùm clerici, & religiosi lẽgibus ciuilibus obligẽtur? f. 217. c. 1
Dubium III. Vtrùm Ecclesiastici sint exempti à legibus ciuilibus positis in 1. conc. dub. 1. & alijs consimilibus, iure diuino, aut humano? f. 218. c. 2.
Dubium IV. Vtrùm obligatio qua tenẽtur Ecclesiastici seruare leges ciuiles à quibus exẽptionẽ non habẽt, sit ex iure naturæ, an ex ipso iure positiuo ciuili, quod in illis casibus tenentur obseruare? f. 220. c. 2.
Dubiũ V. Vtrùm Ecclesiastici in transgressione legum ciuiliũ, quas obseruare tenentur, a Principe seculari puniri possint? f. 222. c. 2.
Dubium VI. Vtrùm ciuis absens teneatur leges & statuta sui oppidi obseruare: & vtrùm Prælatus possit ponere legem, aut statutum obligans ciuẽ absentẽ in alio territorio? f. 225. c. 1.
Dubiũ VII. Vtrùm peregrini & aduenæ obligẽtur legibus & cõsuetudini b^o loci in quo peregrinãtur? 230. c. 1
Dubium VIII. Vtrùm Christiani etiã iusti & perfecti sint subiecti legibus humanis? f. 235. c. 1.
Articulus VI. Vtrùm ei qui subditur legi liceat præter legis verba agere? f. 237. c. 1.
Dubium I. Vtrùm lex possit interpretari vt aliquis præter verba legis licite operetur? ibi. c. 2.
Dubium II. Vtrùm possit quilibet legem interpretari, vt præter verba ilius operetur? f. 240. c. 1.
Dubium III. Vtrùm liceat in aliquo casu per epicheiam præter verba legis agere? ibi. c. 2.
QVAESTIO XCVII. DE MVTATIONE legum. f. 243. c. 1.
Articulus I. Vtrùm lex humana sit mutabilis aliquo modo? ibi. c. 2.
Dubium I. Vtrùm lex humana mutari possit? ibidem.
Dubium II. quis nam possit legẽ semel institutam abrrogare? f. 245. c. 1.
Articulus II. Vtrùm humana lex semper sit mutanda quando occurrerit aliquid melius? f. 246. c. 1.
Dub. vnic. Vtrũ sine causa iusta possit legislator legem abrrogare? ibid.
Articulus III. Vtrùm cõsuetudo possit obtinere vim legis? f. 247. c. 2.
Dubium I. Vtrùm conclusio D. Tho. verum habent? ibid.
Dubium II. Vtrùm quælibet cõsuetudo sufficiat abrrogare legẽ? 254. c. 1.
Articulus IV. Vtrùm rectores multitudinis possint in legibus humanis dispẽsare? f. 262. c. 2. ibid. expositio art.
Dubium I. Vtrùm possit fieri dispensatio nulla existente causa? f. 265. c. 1.
Dubiũ II. Qui nã sint qui in lege humana dispensare possint? f. 276. c. 2.
Dubium III. Quot modis potestas dispensandi ex cõmissione, aut ipsa dispensatio cesset, & finiatur? f. 280. c. 2
QVAESTIO XCVIII. DE LEGE VEteri, f. 283. c. 2
Articulus I. Vtrùm lex vetus fuerit bona? ibi.
Dubium vnicum. Vtrùm conclusio D. Thomæ sit vera? ibidem.
Articulus II. Vtrùm lex vetus à Deo data fuerit? f. 288. c. 2.
Dubium vnicum. Vtrùm tota lex vetus sit diuina, à Deoque data? ibi.
Articulus III. Vtrùm lex vetus data fuerit per Angelos? f. 291. c. 1.
Dubium vnicum. Vtrùm conclusio D. Th. verum habeat? ibi.
Articulus VI. Vtrùm lex vetus dari debuerit soli populo Iudæorum? f. 293. c. 1. expositio articuli ibi.
Dubium vnicũ. Vtrũ illa lex vetus nõ solum ad Iudæos, sed etiam ad Christianos pertineat? f. 294. c. 2.
Articulus V. Vtrũ omnes homines obligentur seruare legem veterem? f. 296 c. 1. expositio illius ibi.
Articulus VI. Vtrùm lex vetus conuenienter data fuerit tempore Moysis? f. 297. c. 2. expositio illius ibi.
QVAESTIO XCIX. DE PRAECEPtis veteris legis. f. 298. c. 2.
Articulus I. Vtrùm in lege veteri contineatur solum vnum præceptũ? ibidẽ cum expositione illius.

Ar-

Articulus II. Vtrùm lex vetus contineat præcepta moralia? f. 299. c. 1. cum commentario, ibi.
Articulus III. Vtrùm lex vetus contineat præcepta cæremonialia præter moralia? ibidem.
Articulus IV. Vtrùm præter præcepta moralia, & cæremonialia sint etiam præcepta iudicialia? f. 300. c. 1.
Articulus V. Vtrùm aliqua alia præcepta cõtineãtur in lege veteri præter moralia, iudicialia, & cæremonialia? ibi. c. 2.
Articulus VI. Vtrũ lex vetus debuerit inducere ad obseruationẽ præceptorũ per temporales promissiones & cõminationes? f. 301. & expositio art. ibid.
Dubium vnic. Vtrùm in veteri testamẽto solum temporalia, & non vitam æternam promittantur? ibi. c. 2.
QVAESTIO C. DE PRAECEPTIS moralibus veteris legis. f. 303. c. 1.
Articulus I. Vtrùm omnia præcepta moralia pertineant ad legẽ naturæ? ibid.
Dubiũ vnic. Vtrùm fuerint de lege veteri præcepta fidei, spei, & charitatis? f. 304. c. 1.
Articulus II. Vtrũ præcepta moralia veteris legis sint de omnibus actibus virtutũ? f. 305. c. 2. expositio art. ibid.
Articulus III. Vtrùm omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi? f. 306. c. 1. comment. ibi.
Articulus IV. Vtrùm præcepta decalogi cõuenienter distinguantur? f. 307. c. 1. expositio art. ibidem.
Articulus V. Vtrùm præcepta decalogi conuenienter enumerẽtur? f. 308. c. 1
Articulus VI. Vtrùm conuenienter ordinentur? f. 309. c. 1.
Articulus VII. Vtrùm præcepta decalogi conuenienter tradantur? ibi. c. 2.
Articulus VIII. Vtrũ præcepta decalogi sint dispensabilia? f. 310. c. 1.
Articulus IX. Vtrũ modus virtutis cadat sub præcepto legis? ibid. cõment. art.
Articulus X. Vtrũ mod⁹ charitatis cadat sub præcepto diuinę legis? f. 311. c. 1
Articulus XI. Vtrùm conuenienter distinguantur alia moralis præcepta legis præter decalogum? ibi. c. 2.
Articulus XII. Vtrùm præcepta moralia veteris legis iustificarẽt? f. 312. c. 1
QVAESTIO CI. DE PRAECEPTIS cæremonialibus secundum se f. 313. c. 1.
Articulus I. Vtrùm ratio præceptorũ cæremonialium in hoc consistat, quod pertinent ad cultum Dei? ibid.
Articulus II. Vtrùm præcepta cæremonialia sint figuralia? f. 314. c. 1.
Articulus III. Vtrùm debuerint esse multa cæremonialia præcepta? ibi. c. 2.
Articulus IV. Vtrũ cæremoniæ veteris legis conuenienter diuidantur in sacrificia, Sacramenta, sacra & obseruantias? f. 315. c. 1.
QVAESTIO CII. DE CAVSIS cæremonialium præceptorum, ibi. c. 2.
QVAESTIO CIII. DE DVRATIONE præceptorum cæremonialium. f. 316. c. 1.
Articulus I. Vtrùm cæremoniæ legis fuerint ante legem? ibidem.
Articulus II. Vtrùm cæremoniæ veteris legis haberent virtutem iustificandi tempore legis? f. 317.
Dubium vnic. Vtrùm iusti in lege naturæ, aut scriptæ habuerint gratiã habitualem inhærentem? f. 318. c. 1.
Articulus III. Vtrũ cæremoniæ veteris legis cessauerint in aduentu Christi? f. 319. c. 1.
Dubium I. Vtrùm conclusio D. Th. verum habeat? ibidem.
Dubiũ II. Vtrùm lex vetus post aduentũ Christi, etiã ante mortẽ illius iam cessauerit obligare? f. 322. c. 1.
Dubiũ III. Vtrũ lex vetus in ipsa morte Christi cessauerit obligare? f. 324. c. 2.
Articulus IV. Vtrùm post Passionem Christi legalia possint seruari sine peccato mortali? f. 327. c. 2.
Dubium I. Vtrũ legalia post Passionẽ etiã si non obligent, tamen aliqua vtilitatẽ habuerint, an vero sint mortua, & nullius vtilitatis? f. 329. c. 1.
Dubium II. Vtrùm post Passionẽ Christi lege veteri abrogata, & vtilitate carente esset licitum ea vti? f. 331. c. 1
Dubium III. Vtrũ licentia seruandi legalia tantum duraverit vsque ad Pẽtecostem quando fuit facta generalis promulgatio Euangelij, aut eo amplius per maius tempus vsque hodie durent? f. 338. c. 2.
QVAESTIO CIV. DE PRAECEPTIS iudicialibus. f. 341. c. 2.
Articulus I. Vtrùm ratio præceptorum iudicialium cõsistat in hoc quod sint ordinantia ad proximum? ibidem.
Articulus II. Vtrũ præcepta iudicialia aliquid figurent? f. 342. c. 1.
Articulus III. Vtrũ præcepta iudicialia veteris legis perpetuam obligationẽ habeant? ibi. c. 2.
Articulus IV. Vtrũ præcepta iudicialia

possint habere aliquam certam diuisionem? f. 343. c. 1.

QVAESTIO CV. DE IVDICIALIVM praeceptorum causa & ratione, ibi. c. 2.

Articulus I. Vtrùm conuenienter lex vetus de Principibus ordinauerit? ibidē cum comment.

Articulus II. Vtrùm cōueniēter fuerint tradita præcepta iudicialia quantū ad populārem conuictum? f. 345. c. 2.

Articulus III. Vtrùm iudicialia præcepta sint conuenienter tradita quantum ad extraneos? f. 346. c. 1.

Dubiū vnic. Vtrùm statuta quæ in quibusdam Ecclesijs, & religionibus obseruantur, vt qui ex Iudæis, vel Sarracenis originem trahunt ad religionis, vel Ecclesiæ ingressum non admittantur, licita sint, & cōuenientia? ibi, c. 2.

Articulus IV. Vtrùm conuenienter lex vetus præcepta ediderit circa domesticas personas? f. 348. c. 2.

QVAESTIO CVI. DE LEGE EVANgelica. f. 349.

Articulus I. Vtrùm lex noua sit lex scripta. ibi.

Dubium vnic. Vtrùm cōclusio D. Th. verum habeat? ibidem.

Articulus II. Vtrùm lex noua iustificet? f. 352. c. 1.

Articulus III. Vtrùm lex noua debuit dari à principio mundi? ibi. c. 2.

Dubium vnic. Vtrùm lex noua, & Euāgelica ceperit obligare à die Pentecostes? ibidem.

Articulus IV. Vtrùm lex noua sit duratura vsque ad finē mundi? f. 357. c. 1.

Dubium vnic. Vtrùm conclusio D. Th. sit vera? ibidem.

QVAESTIO CVII. DE COMPARAtione legis noua ad veterem. f. 358. c. 2.

Articulus I. Vtrùm lex noua sit alia à lege veteri? f. 359. c. 1. expositio illius, ibidem.

Articulus II. Vtrùm lex noua legem veterem impleat? f. 360. c. 2.

Articulus III. Vtrùm lex noua in veteri contineatur? f. 362. c. 1.

Articulus IV. Vtrùm lex noua sit grauior quam vetus? ibidem.

QVAESTIO CVIII. DE HIS QVAE continentur in lege noua f. 363. c. 2.

Articulus I. Vtrùm lex noua aliquos actus exteriores debeat præcipere, vel prohibere? ibidem.

Articulus II. Vtrūm lex noua sufficienter exteriores act? ordinauerit? 364. c. 2

Articulus III. Vtrùm lex noua hominē circa interiores actus sufficienter ordinauerit? f. 365. c. 1.

Articulus IV. Vtrū conuenienter in lege noua consilia quædam determinata sint proposita? f. 365. c. 2.

Dubium vnic. Vtrùm lex Euangelica sit vera lex, veraque contineat præcepta? f. 366. c. 1.

QVAESTIO CIX. DE EXTERIORI principio actuum humanorum, scilicet gratia. f. 369. explicatio tituli ibidem.

Articulus I. Vtrùm sine gratia homo possit aliquod verum cognoscere? f. 371. expositio art. ibi.

Dubium I. Vtrùm homo viribus naturæ possit cognoscere omnes veritates speculatiuas diuisiue? f. 372. c. 1.

Dubium II. Vtrū omnes huiusmodi veritates possit homo cognoscere viribus naturæ etiam collectiue? f. 374.

Dubiū III. Vtrū possit homo viribus naturæ omnes veritates practicas cognoscere? f. 377. c. 1.

Dubium IV. Vtrùm sine gratia possit homo cognoscere aliquod supernaturale, & assētiri rebus fidei? f. 379. c. 2.

Articulus II. Vtrūm aliquis possit, sine auxilio gratiæ velle, & facere bonū? f. 390. c. 2. expositio art. ibi.

Dubium I. Vtrùm in puris naturæ, & natura lapsa sit eadem potentia operandi, an vero plus possit in illo statu quam in isto? f. 391. c. 2.

Dubium II. Vtrùm homo in natura lapsa sine auxilio supernaturali Dei possit facere aliquod bonum morale, vndequaque bonum simpliciter loquendo? f. 400. c. 1.

Dubium III. Vtrùm homo in natura integra posset generali solū auxilio naturali facere omne bonum morale etiam collectiue? f. 409. c. 2.

Articulus III. Vtrùm homo possit diligere Deum super omnia viribus naturæ sine gratia? f. 411. c. 1. expos. art. c. 2.

Dubium I. Vtrùm homo in puris naturæ posset diligere Deū super omnia, ita vt vere seruaret hoc præceptum? f. 413. c. 1.

Dubium II. Vtrùm in natura lapsa possit homo diligere Deum authorē naturæ super omnia propijs viribus, & solo auxilio naturali? f. 417. c. 1.

Dubium III. Vtrùm possit homo viribus

bus naturæ sine aliquo auxilio intrinseco recepto in voluntate per auxilium extrinsecum fidei ex parte intellectus, videlicet sola fide suppositâ, diligere Deum auctorem gratiæ, etiã imperfecte, vel alia bona supernaturalia appetere? f. 422. c. 2.

Articulus IV. Vtrùm homo sine gratia per sua naturalia possit implere legis præcepta? f. 428.

Dubium I. De veritate primæ conclusionis, & maximè de eius intelligentia? ibidem.

Dubium II. Vtrùm homo in natura lapsa, sine auxilio supernaturali possit seruare omnia præcepta naturalia, etiam collectiue, quantum ad substãtiam? f. 432. c. 1.

Dubium III. Vtrùm ad obseruantiam præceptorum supernaturalium, vel omnium naturalium requiratur auxilium gratiæ iustificantis, vel sufficiat auxilium per modum auxilij non iustificans? f. 437. c. 1.

Articulus V. Vtrũ homo sine gratia possit mæreri vitam æternam? f. 442. c. 2.

Articulus VI. Vtrùm homo possit seipsum ad gratiã præparare per seipsum absque auxilio gratiæ? ibidem.

Dubium I. Vtrùm possit homo disponere se ad gratiam? ibidem.

Dubium II. Vtrùm possit homo disponere se ad gratiam propia, & vera, & positiua dispositione? f. 445. c. 1.

Dubium III. Vtrùm homo ex viribus naturæ possit apponere huiusmodi dispositionem propiam, & passiuam, an vero vt se disponat necessario requiratur auxilium supernaturale? f. 447. c. 1.

Dubium IV. Vtrùm facienti quod in se est ex viribus naturæ detur gratia infallibiliter ex aliquo pacto, vel lege diuina? f. 445. c. 1.

Articulus VII. Vtrùm homo sine gratia Dei possit resurgere à peccato? f. 457. c. 1. expositio art. ibi.

Dubium vnicũ. Vtrùm homo propijs viribus possit sibi restituere ordinationẽ, & rectitudinẽ naturalem, quã peccando amisit? ibi. c. 2.

Articulus VIII. Vtrùm homo sine gratia possit non peccare? f. 460. c. 1.

Dubium vnic. Vtrũ homo iustus possit vitare omnia venialia collectiue? ibi. c. 2.

Articulus IX. Vtrùm homo gratiam cõsequutus possit absque alio diuino auxilio bonum facere, & vitare peccatum? f. 467. c. 1.

Dubium I. Vtrùm auxilium actuale requisitum vltra gratiã habitualem debeat esse supernaturale, & ordinis gratiæ, an vero sufficiat generale naturale? ibidem.

Dubium II. Vtrùm sufficiat ei quodlibet auxilium supernaturale ad huiusmodi opera prædicta, an vero requiratur aliquod speciale auxilium præter cõmune ordinis gratiæ? f. 468. c. 2

Articulus X. Vtrùm homo in gratia constitutus indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum? f. 471. c. 1.

Dubium I. Vtrùm tertia conclusio D. Th. sit vera? ibidem.

Dubiũ II. Vtrùm Deus paratus sit conferre omnibus auxilium perseuerantiæ? f. 476. c. 1.

Dubium III. Quid nam sit perseuerantia & in quo consistat? f. 478. c. 1.

QVAESTIO CX. DE GRATIA DEI quoad eius essentiam. f. 481.

Articulus I. Vtrùm gratia ponat aliquid in anima? ibi.

Dubiũ I. Vtrùm gratia sit aliquid creatũ, an vero sit ipse Deus per seipsum immediate gratificans animam? ibid.

Dubiũ II. Vtrùm gratia sit aliquid realiter inhærens in anima, & non solũ denominatio rationis extrinseca? f. 483. c. 1.

Articulus II. Vtrũm gratia sit qualitas f. 487. c. 2.

Dubium I. Vtrùm gratia sit qualitas habitualiter permanens? f. 488. c. 1.

Dubiũ II. Vtrùm gratia sit perfectior simpliciter quam anima; vel Angelus? f. 491. c. 1.

Dubium III. Vtrùm gratia sit specialis participatio diuinæ naturæ per quam filius Dei constituatur? f. 495. c. 2.

Dubiũ IV. Vtrùm gratia sit participatio immediata, & formalis naturæ diuinæ secundum propietates illius incommunicabiles creaturis, vt quod sit ipsum esse per essentiam, ipsum intelligere, esse infinitum, & æternum, & irreceptibile, &c. f. 499. c. 1.

Dubium V. Vtrùm gratia sit specialis participatio diuinæ naturæ, non tantum secundum propietates essentiales, sed etiam personales & notionales? f. 504. c. 1.

Dubiũ VI. Vtrùm gratia ex natura sua habeat facere Deo gratum, & acceptum ad gloriam? f. 506. c. 2.

Articulus III. Vtrùm gratia sit idē quod virtus? f. 512. c. 2.
Dubium vnic. Vtrùm conclusio D. Th. sit vera? f. 513. c. 1.
Articulus IV. Vtrùm gratia sit in essentia animæ tāquam in subiecto? f. 518. c. 1.
Dubium I. Vtrùm conclusio D. Th. sit vera? ibidem.
Dubium II. Vtrùm aliqua alia creatura quam rationalis possit esse subiectū gratiæ etiam de potentia Dei absolutæ? f. 523. c. 2. & Angeli gratia, & illa quæ in diuersis naturis Angelorum reperitur? 527. c. 2.
Dubium III. Vtrùm differat spēcie ex parte subiecti? f. 527. c. 2.
QVÆSTIO CXI. DE DIVISIONE gratiæ. f. 529. c. 2.
Articulus I. Vtrùm gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam? ibi.
Dubium vnic. Vtrùm eōclusio D. Th. sit vera? ibidem.
Articulus II. Vtrùm gratia conueniēter diuidatur in operantem & cooperantem? f. 532. c. 1.
Dubium vnic. Vtrū conclusio D. Th. in qua ponit diuisionem gratiæ in operantem, & cooperantem verum habeat? ibi. c. 2.
Articulus III. Vtrùm conuenienter diuidatur gratia in præuenientem, & subsequentem? f. 537. c. 2. expositio art. f. 538. c. 1.
Articulus IV. Vtrùm gratia gratis datā conuenienter diuidatur ab Apostolo Paulo? f. 539. c. 2.
Articulus V. Vtrùm gratia gratis data sit dignior quam gratia gratum faciens? f. 540. c. 1.
QVÆSTIO CXII. DE CAVSA gratiæ. ibi.
Articulus I. Vtrùm solus Deus sit causa efficiens gratiæ? ibidem.
Dubium I. Vtrùm prima conclusio D. Th. verum habeat? ibidem.
Dubium II. Vtrùm Deus sit causa particularis gratiæ, an vero vniuersalis, & communis sicut omnium aliarum rerum? f. 549. c. 2.
Dubium III. Vtrùm de potentia Dei absoluta possit aliqua creatura esse causa principalis gratiæ f. 553. c. 1.
Dubium IV. Vtrùm gratia creetur, an vero educatur de potentia animæ rationalis? f. 555. c. 2.
Dubium V. Vtrùm natura intellectualis habeat aliquam efficaciam ad conseruandam gratiam? f. 561. c. 2.
Articulus II. Vtrùm requiratur aliqua dispositio ad gratiā ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij? f. 564. c. 1.
Dubium I. Vtrùm prima conclusio D. Th. verum habeat? ibi.
Dubium II. Vtrùm de potentia Dei absoluta possit infundi gratia sine omni prorsus dispositione? f. 571. c. 2.
Articulus III. Vtrùm necessario detur gratia se præparanti ad illam, vel facienti quod in se est? f. 575. c. 2. expositio art. ibi. cum duobus dubiolis.
Dubiū III. Vtrū contritio, & dilectio disponentes ad gratiam procedant à gratia iustificante, & habitu charitatis & pœnitentiæ, an vero solum ex auxilio supernaturali gratiam præcedente? f. 577. c. 1.
Dubiū *IV.* Vtrū possit cōtingere quod vltima dispositio ad gratia sit in hac vita, & nihilominus ipsa gratia non detur nisi in altera vita? f. 589. c. 2.
Articulus IV. Vtrùm gratia sit maior in vno quam in alio? f. 591. c. 1.
Dubium I. Vtrùm dicta in hoc articulo verum habeant? ibidem.
Dubium II. Vtrùm gratia sit augmentabilis in infinitum, ita vt non quam detur tanta qua non possit esse maior? f. 595. c. 1.
Articulus I. Vtrùm aliquis possit scire se habere gratiam? f. 599. c. 1.
Dubium I. Vtrùm possit aliquis certo scire se habere gratiā certitudine, cui non possit subesse falsum? ibidem.
Dubium II. Vtrùm quilibet fidelis certo & infallibiliter cognoscat se habere fidē diuinā, & infusam? f. 608. c. 1.
QVÆSTIO CXIII. DE EFFECTIV gratiæ operantis, quæ est iustificatio impij. f. 614. c. 2.
Articulus I. Vtrùm iustificatio impij sit remissio peccatorum? ibid. expositio articuli
Dubium vnic. In iustificatione propie remittatur peccatum, & omnino tollatur, & non solum dicatur remitti quia tegitur, vel quia non imputatur? f. 617. c. 2.
Articulus II. Vtrùm ad remissionem peccatorum, quæ est iustificatio impij requiratur gratiæ infusio? f. 620. c. 1.
Dubium I. Vtrùm peccatum mortale & gratia opponantur Physice ex natura

Dubium II. Vtrùm peccatum expellat efficienter Physicè gratiam? f. 625. c. 1.

Dubiũ III. Vtrùm de potentia Dei absolutâ possit remitti peccatum sinè infusione gratiæ receptæ & inhærentis? f. 629. c. 2.

Dubium IV. Vtrùm per diuinam potẽtiam peccatum & gratia possint esse simul? f. 640. c. 1.

Articulus III. Vtrùm ad iustificationem impij requiratur motus liberi arbitrij? f. 645. c. 1. expositio art. c. 2.

Dubium I. Vtrùm de potentia Dei absolutâ possit aliquis iustificari sine actu & motu liberi arbitrij? f. 645. c. 2.

Dubium II. Vtrùm actus liberi arbitrij requisitus ad iustificationem debeat esse perfectè liber, an verò sufficiat libertas imperfecta? f. 648.

Articulus IV. Vtrùm ad iustificationem impij requiratur motus fidei? f. 649. c. 2.

Dubium vnic. Vtrùm fides supernaturalis non solùm requiratur, sed etiã sufficiat ad iustificationem? f. 650. c. 1.

Articulus V. Vtrũ in iustificatione impij requiratur motus liberi arbitrij in peccatũ? f. 654. c. 2. expositio art. ibi.

Dubium I. Vtrùm requiratur ad iustificationẽ formalis detestatio peccati? f. 655. c. 2. Vtrùm requiratur in particulari omnium? ibidem.

Dubium II. Vtrum detestatio peccati, & directio Dei sint duo actus liberi arbitrij? ibidem.

Dubium IV. Vtrùm ad iustificationem requiratur necessariò habere formaliter actũm spei, an verò sufficiat habere illum virtualiter solùm? f. 656. c. 1.

Dubium VI. Vtrũ forma adæquata iustificationis sit habitus, an verò actus? f. 663. c. 2.

Dubium VII. Vtrùm forma iustificans sit vnus simplex habitus gratiæ, an verò multiplex, vel ex multis compositus? f. 669. c. 2.

Articulus VI. Vtrùm remissio peccatorum debeat munerari inter ea quæ requiruntur ad iustificationem impij? f. 673. c. 1. expositio art. ibi.

Dubium I. Vtrùm iustificatio impij cõsumatur in remissione culpæ; & an ista se teneat ex parte termini ad quem? ibi. c. 2.

Dubiũ II. Vtrùm iustificatio sumat speciem à remissione culpæ? f. 676. c. 1.

Articulus VII. Vtrùm iustificatio impij fiat in instanti? f. 678. c. 1.

Dubium vnic. Vtrùm prima conclusio D. Th. verum habeat? ibidem.

Articulus VIII. Vtrùm infusio gratiæ sit prima ordine naturæ inter ea quæ requirũtur ad iustificationem impij? f. 682. c. 1.

Articulus IX. Vtrùm iustificatio impij sit maximum opus Dei? ibi.

Dubiũ vnic. Vtrùm dicta in hoc articulo verum habeant? ibidem.

Articulus X. Vtrùm iustificatio impij sit miraculosa? f. 686. c. 1.

Dubium vnic. Vtrùm iustificatio impij sit miraculum? ibidem.

QVAESTIO CXIV. DE MERITO. f. 688.

Articulus I. Vtrùm homo mæreri possit aliquid à Deo? ibi. expositio art.

Dubium I. Vtrùm homo simpliciter & absolutè possit mæreri? f. 689. c. 1.

Dubium II. Vtrùm ad veram rationem meriti requiratur esse actum liberũ? f. 691. c. 1.

Dubium III. Vtrũ requiratur vt actio sit meritoria quod sit bona & honesta? f. 695. c. 1.

Dubium IV. Vtrùm vt opus sit meritorium requiratur necessariò esse opus viatoris? f. 697. c. c. 1.

Dubium V. Vtrùm ad rationem meriti requiratur, & operis condignitas, & Dei pactum intercedens? f. 700. c. 2.

Dubium VI. Vtrũ vt opus sit meritorium requiratur quod fiat in obsequium præmiantis? f. 709.

Dubium VII. Vtrùm præter conditiones assignatas aliæ necessariò requirantur ad meritum? f. 710. c. 1.

Articulus II. Vtrùm homo sine gratia possit mereri vitam æternam? f. 711. c. 1.

Dubium I. Vtrùm conclusio D. Th. verum habeat etiam de potentia Dei absolutâ? ibidem.

Dubium II. Vtrùm sine gratia possit homo mereri finẽ naturalem? f. 715. c. 2.

Articulus III. Vtrùm homo in gratia cõstitutus possit mereri vitam æternam de condigno? f. 716. c. 1.

Dubium I. Vtrùm secunda conclusio D. Th. verum habeat? ibidem.

Dubium II. Vtrùm Deus præmiet opera iustorum vltra condignum? f. 720 c. 1.

Du-

Dubium III. Vtrùm præter condignitatem & valorem quem habent operà meritoria ex gratia & motione Spiritus sancti, habeant etiam aliquam excellentiam, & dignitatem à Christo Domino, & meritis eius? f. 723. c. 1.
Dubium IV. Vtrũ actus meritorius, vt meritorius sit actus elicitus à virtute iustitiæ? f. 726. c. 2.
Dubium V. Vtrùm Deum præmiare sit actus elicitus iustitiæ propiæ dictæ? f. 729. c. 1.
Dubium VI. Vtrùm homo per meritũ inducat obligationem in Deo, ita vt Deus maneat debitor ex iustitia homini? f. 733. c. 2.
Articulus IV. Vtrùm gratia sit principium meriti principaliter per charitatem quam per alias virtutes? f. 734. c. 2.
Dubium vnic. Vtrùm ad rationem meriti requiratur relatio charitatis? f. 736. c. 2.
Articulus V. Vtrùm homo possit sibi mereri primam gratiam? f. 744. c. 2.
Dubium I. Vtrùm cõclusio ista D. Th. sit vera? ibidem.
Dubium II. Vtrùm prima gratia cadat sub merito de congruo. f. 750. c. 1.
Articulus VI. Vtrùm possit aliquis alteri meriti primam gratiam? f. 754. c. 1.
Dubium I. Vtrùm secunda conclusio D. Th. vera sit? ibidem.
Dubium II. Vtrum tertia conclusio D. Th. vera sit? f. 756. c. 1.
Dubium III. Vtrùm etiam si iustus labatur in peccatum gratia quam alteri de congruo meruit de facto conferatur? f. 757. c. 1.
Dubium IV. Vtrùm idem dicendũ sit de beatis quod de alijs iustis dictum est? ibi. c. 2.
Dubium V. Vtrũm idem dicendum sit de animabus purgatorij? bidem.
Dubium VI. Vtrùm deprecatio iusti illius quod in re non sit sit meritoria de congruo? f. 758. c. 1.
Articulus VI. Vtrùm aliquis possit mereri sibi ipsũ reparationem post lapsum? ibi. c. 2.
Dubium I. Vtrùm in instanti iustificationis possit aliqua operatio esse meritoria de condigno remissionis culpæ mortalis, & pœnæ æternæ? f. 759. c. 1.
Dubium II. Vtrùm possit aliquis de cõgruo mereri reparationem post lapsum? f. 761. c. 1.
Articulus VIII. Vtrùm homo possit sibi mereri augmentũ gratiæ, vel charitatis? f. 763. c. 1.
Dubium I. Vtrùm homo iustus mereatur de condigno augmẽtum suæ gratiæ & charitatis? ibidem.
Dubium II. Vtrùm quantitas meriti essentialis desumatur solũ ex parte charitatis? fol. 766. c. 2.
Dubium III. Vtrùm stante æqualitate actus cum inæqualitate gratiæ sit maius meritum? f. 772. c. 2.
Articulus IX. Vtrùm homo possit sibi mereri perseuerantiam? f. 773. c. 1.
Dubium I. Vtrùm perseuerantia de cõdigno mereri possit? ibidem.
Dubium II. Vtrùm perseuerantia possit mereri saltem de congruo? f. 774. c. 1.
Dubium III. Vtrum perseuerantia possit infallibiliter consequi? f. 774. c. 2.
Dubium IV. Vtrùm auxilium efficax ad operandũ cadat sub merito? f. 775
Articulus X. Vtrùm bona temporalia cadant sub merito? f. 776. c. 1.
Dubium I. Vtrùm homo iustus bona tẽporalia possit mereri de condigno? ibidem c. 2.
Dubium II. Vtrùm bona temporalia secundum se, etiam si vt media ad vitam æternam non considerentur possint mereri de condigno? f. 780. c. 1.
Dubiũ III. Vtrùm iustus mereatur bona temporalia & Deus conferat illa quæ postea nocitura sunt? f. 782. c. 1.
Dubium IV. Vtrùm existens in gratia possit mereri existenti in peccato bona temporalia? ibi. c. c.

IN-

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE QVAE IN HOC volumine explicantur.

Litera F, folium. C, vero columnam designat.

Ex Genesi.

Cap. 1. *Faciamus hominem & o. & præsit piscibus maris. f. 25. c. 1.*

Cap. 2. *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quacunque die comederis morte morieris. f. 185. c. 2.*

Cap. 3. *Cur præcepit vobis. 163 c. 1.*
Vidit mulier quod esset bonum. f. 286. c. 2.
Sub viri potestate eris f. 18. c. 1.

Cap. 8. *Sensus & cogitatio humani cordis prona sit in malum f. 141. c. 1.*
Nequaquam ultra maledicam terræ. ibi.

Cap. 9. *Omne quod movetur & vivit erit vobis in cibum. f. 316. c. 2.*

Cap. 12. *Merces tua magnanimis f 689. c. 2.*

Cap. 22. *Nunc cognovi quod timeas Dominum f. 604. c. 2.*

Cap. 25. *Annunciate Patri meo universam gloriam meã. f. 501. c. 2.*

Cap. 26. *Vidimus tecum esse Dominum, & idcirco nũc diximus, &c. f. 297 c. 2.*

Cap. 27. *Descendam in infernum lugens filium meum. f. 302. c. 1.*

Ex Exodo.

Cap. 1. *Quia timuerunt obstetrices Dominum ædificavit illis domos. f. 404. c. 2.*

Cap. 3. *Dabo gratiam populo huic f. 369. c. 2.*

Cap. 12. *Si quis peregrinus ad vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrauit. f. 297. c. 1.*

Cap. 20. *Ego sum Deus Cœlotes visitans peccata patrũ in filijs vsque ad tertiam & quartam generationem. f. 782. c. 2.*
Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra. f. 288. c. 1.

Cap. 25. *Facies & propiciatorium de auro mundissimo. f. 316. c. 1.*

Ex Leuitico.

Cap. 19. *Sancti eritis quoniam ego sanctus sum. f. 293. c. 2. & 299. c. 1.*

Ex Numeris.

Cap. 27. *Prouideat Dominus Deus spiritum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc. f. 344. c. 2.*

Ex Deuteronomio.

Cap. 4. *Non addetis verbum f. 40. c. 2.*
Quæ est alia gens sic inclita vt habeat cerimonias iustasque iudicia, & vniuersam legem. f. 293. c. 2.

Cap. 5. *Ego sequester vester. f. 293. c. 1.*

Cap. 6. *Hæc sunt præcepta, & cæremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester, vt docerem vos, & faciatis f. 305. c. 1.*

Cap. 10. *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te nisi vt timeas Dominum Deum tuum. f. 295. c. 1.*

Cap. 17. *Cum constitutus fuerit Rex non multiplicabit sibi equos, neque reducet populum in Aegyptum. f. 15. c. 1.*
Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio moriatur f. 4. c. 2.

Cap. 18. *Prophetam suscitabit Dominus, &c. ipsum audite f. 353 c. 2.*

Cap. 19. *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi non est suprate. f. 287. c. 2.*

Ipse

Cap. 32. *Ipse est Deus tuus qui fecit te, & creauit te. f. 568. c. 1.*
Cap. 33. *Igneā lex f. 8. c. 2.*

Ex 1. Regum.

Cap. 7. *Præparate corda vestra Domino. f. 443. c. 1.*
Cap. 8. *Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos. f. 345. c. 1.*
Cap. 12. *Hoc est ius Regis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis f. 14. c. 2. & f. 16. c. 1.*
Cap. 16. *Homines vident quæ patent, Dominus autem intuetur cor. f. 310. c. 2.*
Vsquequo tu luges Saul? f. 755. c. 1.

Ex 2. Regum.

Cap. 5. *Tu pasces populum meum Israel, & eris Princeps super eum. f. 41. c. 1.*
Cap. 16. *Hæc est gratia ad amicum. f. 369.*

Ex 1. Paralipomenon.

Cap. 15. *Erit merces operi vestro. f. 689. c. 2.*

Ex 2. Paralipomenon.

Cap. 19. *Amarias Sacerdos, & Pontifex in omnibus quæ ad Deum pertinent præsidebit. f. 58. c. 1.*

Tobiæ.

Cap. 12. *Vitam illam expectamus quam Deus daturus est, his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. f. 302. c. 1.*

Iudith.

Cap. 15. *Tues gloria Hierusalem. f. 501. c. 2.*

Esther.

Cap. 14. *Ne tradas Domine Regnum tuum his qui non sunt. f. 501. c. 1.*

Iob.

Cap. 4. *Quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt. f. 186. c. 2.*
Cap. 6. *Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui. f. 689. c. 1.*
Cap. 9. *Si iustificare me voluero os meum condemnabit me, si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. f. 602. c. 1.*
Non iustificabitur homo compositus Deo. f. 619. c. 2.
Cap. 10. *Manus tuæ Domine fecerunt me. f. 371. c. 1.*
Cap. 19. *Credo quod Redemptor meus viuit. f. 302. c. 1.*
Spoliauit me gloria mea f. 501. c. 2.
Cap. 27. *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. f. 461. c. 1. & f. 465. c. 2.*
Cap. 38. *Vsque huc veniens, & non procedes amplius. f. 76. c. 1.*

Ex Libro Psalmorum.

Psalm. 2. *Constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. f. 23. c. 2.*
Dabo tibi gentes hæreditatem. f. 38. c. 1.
Reges eos in virga ferrea. f. 41. c. 1.
Psalm. 4. *Multi dicunt qui ostendunt nobis bona. f. 378. c. 1.*
Psalm. 7. *Non est Deus in conspectu eius inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. f. 407. c. 2.*
Psal. 18. *In custodiendis illis retributio multa. f. 710. c. 2.*
Psal. 22. *Dominus regit me. f. 38. c. 1.*
Psal. 24. *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. f. 370. c. 1.*
Dulcis, & rectus Dominus propter hoc legem dabit delinquentibus in via. f. 4. c. 1.
Legem statuit in via quam elegit. ibidem.
Psal. 26. *Adiutor meus esto Domine ne derelinquas me. f. 469. c. 2.*
Psal. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates. f. 759. c. 2.*
Psal. 33. *Declina à malo, & fac bonum. f. 457. c. 2.*
Psal. 39. *In capite libri scriptum est de me vt faciam voluntatem tuam, & legem tuam in medio cordis mei. f. 2. c. 2.*
Psal. 44. *Constitues eos Principes super omnem terram. f. 43. c. 2.*
Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filij. ibidem. & f. 58. c. 2.
Gloria eius ab intus. f. 366. c. 2.
Psal. 48. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei. f. 301. c. 1.*
Psal. 50. *Domine labia mea aperies. f. 450. c. 2.*
Psal. 55. *Pro nihilo salvos facies illos. f. 759. c. 2.*
Psal. 58. *Misericordia eius præueniet me. f. 538. c. 1.*
Psal. 70. *Vsque in senectam & senium ne derelinquas me. f. 469. c. 2.*
Psal. 77. *Vt ponam in Deo spem meam. f. 74. c. 1.*
Psal. 78. *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ. f. 538. c. 1.*
Psal. 80. *Aperi os tuum & implebo illud. f. 450. c. 2.*
Psal. 81. *Deus stetit in Synagoga Deorum. f. 17. c. 1.*
Psal. 83. *Ibunt de virtute in virtutem. f. 763. c. 2.*

Re-

Psal. 84. *Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.f.619.c.1.*

Psal. 87. *Mane oratio mea præueniet te.f.538.c.1.*

Psal.102 *Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel voluntates suas.f.2.c.2.*

Psal.103 *Terminum posuisti quem nō transgredientur. f.76.c.1.*

Psal,108 *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech.f.320.c.1.f.357.c.1.*

Psal. 118 *Lucerna pedibus meis verbum tuum. f.4. c.1.*
Præueni in maturitate & clamaui. f. 538. c.1.

Psal.142 *Doce me facere voluntatem tuam.f.2.c.2.*
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.f.462.c.2.

Prouerbiorum.

Cap. 8. *Per me Reges regnant, & rēgum conditores iusta decernunt, per me Princeps imperant. f. 4.c.1.f.17.c.1.& f.20.c.1.& f.27.c.2.f. 92.c.2.& f.102.c.2.*
Legem ponebat aquis ne transiret fines suos. f. 71.c.1.
Ego diligentes me diligo f.431.c.1.

Cap. 14. *Septies in die cadit iustus.f.462.c.2.*

Cap. 16. *Hominis est animum præparare. f.443.c.1.*

Cap. 17. *Non vereris iustificari vsque ad mortem. f. 596.c.1.*

Cap. 20. *Mēdicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. f. 779. c.1.*

Cap. 27. *Laudet te alienus & non os tuum.f.351.c.2*

Cap. 30. *Qui vehementer emungit elicit sanguinem. f. 126.c.1.*

Canticorum.

Cap. 8. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs affluens innixa super dilectum suum? f. 470. c.1.*

Sapientiæ.

Cap. 3. *In paucis bexati in multis bene disponentur.f. 690.c.2.*

Cap. 4. *Placita erat Deo vita illius.f.484.c.2.*

Cap. 6. *Cum essetis ministri regni eius.f 10 c.2.*

Cap. 7. *Cum sit vna omnia potest, & in se permanens omnia mutat.f.103.c.2.*
Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.f.521.c.2.

Cap. 8. *Sciui quoniam aliter nō possem esse continens, nisi Deus det.f.142.c.1.*

Cap. 9. *Cogitationes mortalium timidæ. f.375.c.2.*
Seminate vobis ad iustitiam, & mitte in ore misericordiæ.f.720.c.2.

Cap. 10. *Reddidit iustis mercedem laborum suorum.f. 116.c.2.*
Idco iusti tullerunt spolia impiorū, ibidem.

Cap. 13. *A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horū videri.f.373.c.2*

Cap. 14. *Odio est Deo impius & impietas eius.f.618. c.2.*

Cap. 16. *Oportet prævenire Solem.f.162.c.2.*

Cap. 17. *Vna catena tenebrarum erant colligati.f.106 c.2.*

Eccles.

Cap. 1. *Cuncta res difficiles non potest ea homo explicare sermone.f.375.*

Cap. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccatum.f.455.c.1.& 457 c.1.*

Cap. 7. *Deus fecit hominem rectum.f.458.c.2.& 469.c.2.*
Non est homo iustus in terra qui non peccet f. 462.c.2.

Cap. 8. *Ne verearis iustificari vsque ad mortem.f. 763.c.2.*

Cap. 9. *Nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit. sed omnia in futurum reseruantur incerta. f.602.c.1.*
Quodcumque potest agere manus tua instanter operare.f.697.c.2.

Cap. 11. *Potens est Deus subito honestare pauperem. f. 449.c.2.*
Si ceciderit lignum ad Austrum, aut Aquilonem in quocumque loco ceciderit ibi erit. f. 697.c.2.

Cap. 14. *Melius est duos esse simul quam vnum. f. 17. c.2.*

Cap. 15. *Reliquit hominem in manu consilij sui. f. 26. & 692.c.1.*

Cap. 17. *Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam & iudicia sua.f.357.c.1.*

Cap. 24. *Qui operātur in me nō peccabunt.f.465.c.2.*

Isaiæ.

Cap. 3. *Non sum medicus, & nolite me constituere Principem populi.f.124.c.2.*

Cap. 20. *Dabo claues domus Dauid super humerum eius.f.38.c.1.*

Cap. 25. *Consilium tuum antiquum fiat.f.361.c.1.*

Cap. 28. *Manda remanda.f.300.c.2.*

Cap. 30. *Erit lux Lunæ sicut lux Solis.f.353.c.1.*
Oculi tui videbunt præceptorem tuū.f.362. c.2.

Cap. 33. *Ipse est Rex noster, ipse est legifer noster.f.38. c.1.*

Cap. 41. *Aperiam in supremis montibus flumina. f. 362.c.2.*

Cap. 48. *Ego sum qui deleo iniquitates vestras.f.551. c.1.*

Cap. 51. *Lex à me exiuit, & iudicium in lucem populorum requiescet.f.10.c.2.*

Cap. 57. *Abscondite faciem meā, & indignatus sum, & abijt profugus in viā cordis sui. f.434.c.1*

Cap. 64. *Oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit.f.382.c.1.*

Ie-

Ieremiæ.

Cap. 3. *Conuertimini filij reuertentes, & sanabo vos. f.667.c.1.*

Cap. 7. *Non loquutus sum cum patribus vestris, nec præcipi eis cum eduxi eos de terra Aegypti. f. 288.c.1.*

Cap. 18. *Sicut lutum in manu figuli sic & nos in manu mea f.544.c.c.1.*

Cap. 31. *Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, & dabo legem meam in visceribus eorum scribam eam f.71.c.2. f.71.c.2.f. 350.c.1.f.382.c.1.f.484.c.2.*

Cap. 32. *Timorem meum dabo in cordibus eorum ne discedant à me.f.472.c.2.*

Threnorum.

Cap.1. *Peccatum peccabit Hierusalem propterea instabilis facta est.f.434.c.1.*

Cap. 4. *Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.f.177.c.1.*

Cap.5. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. f.449.c.2.*

Baruch.

Cap.2. *Statuam illis testamentum alterum. f. 357. c.1.*

Cap.6. *Te oportet adorare Domine.f.162.c.2.*

Ezechielis.

Cap. 2. *Dedit eis præceptanon bona. f.402.c.2.*

Cap. 16. *Vicisti sorores tuas peccatis tuis f.615.c.1.*

Cap. 23. *Impietas impij non nocebit ei in quacũque die conuersus fuerit.f.576.c.1.*

Cap. 30. *Non propter eos faciam, sed propter nomen meum.f.576.c.2.*

Cap. 34. *Væ pastoribus Israel qui pascunt semetipsos; nonne greges à pastoribus pascuntur. f. 15. c.1.*

Cap. 36. *Dabo vobis cor nouũ, & spiritum nouum ponam in medio cordis vestri. f.484.c.2.& f. 618.c.1.*

Cap. 46. *Non accipiet Princeps de hæreditate populi, nec de possessione eorum, sed de hæreditate sua dabit filijs suis.f.15.c.1.*

Danielis.

Cap.3. *Non oportet nos de hac re respondere tibi. f. 162.c.2.*

Cap.4. *Peccata tua eleamosynis redime.f.145.c.1. & f.457.c.1.*

Cap.9. *Vsque ad dimidium hebdomadæ pactum. f. 325.c.2.*

Cap. 12. *Multi de his qui dormierunt in terræ pulvere euigilabunt.f.302.c.1.*

Oseæ.

Cap. 2. *Sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum.f.117.c.1.*

Cap. 3. *Perditio tua ex te Israel, in me tantummodo auxilium tuum.f.477.c.1.*

Cap. 7. *Versi sunt vt essent absque iugo.f.501.c.1.*

Cap. 13. *Dabo tibi Regem in furore meo.f.345.c.1.*

Ioelis.

Cap. 2. *Conuertimini ad me f.443.c.2.*

Micheæ.

Cap. 2. *Ascendit iter pandens ante eos. 362.c.1.*

Zachariæ.

Cap. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. f.576.c.1.*

Malachiæ.

Cap. 1. *Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra.f.320.c.1.*

Cap. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius quia Angelus Domini exercituum est.f.291.c.2.*

Ex Matheo.

Cap. 5. *Non veni soluere legẽ, sed ad implere. f. 107. c.2.f.285.c.1.*
Beati pauperes.f.779.c.2.
Si quis te percusserit in vna maxilla. f. 163. c.1.
Merces vestra copiosa est in cœlis.f.720.c.2.

Cap. 6. *Fiat voluntas tua.f.2.c.2.*

Cap. 7. *Non omnis qui dicit Domine Domine, &c. sed qui facit voluntatem Patris mei.f.85.c.1*

Cap. 9. *Confide fili remittuntur tibi peccata. f. 651. c.2.*

Cap. 10. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, &c.f.739.c.2.*
Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.f.478.c.2.

Cap. 11. *Iugum meum suaue est.f.95.c.2.f.126.c.1*
Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida. f. 592. c.2.

Cap. 12. *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei. f. 85.c.1.*
In Beelcebud Principe Dæmoniorũ.f.18.c.2

Cap. 13. *Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.f.106.c.2.*

Cap. 14. *Quod Deus coniunxit homo non separet. f. 368.*

Cap. 16. *Tibi dabo claues Regni cœlorum. f. 38.c.1. & f.41.c.1.*

Cap. 17. *Ergo liberi sunt filij.f.16.c.2.& f.18.c.1. & f.219.c.2.*

Cap. 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei.f.318.c.1.*

Cap. 22. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari f.17.c. 2.& f.18.c.1.*

Dili-

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo f. 661. c. 1.

Cap. 23. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. f. 55. c. 1. f. 119. c. 2. f. 285. c. 1.*
Alligant onera grauia & importabilia. f. 38 c. 1. f. 125. c. 2.

Cap. 27. *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. f. 34. c. 2.*

Ex Marco.

Cap. 9. *Qui dederit calicem aquæ frigidæ in nomine meo. f. 339. c. 2.*

Cap. 16. *Data est mihi omnis potestas f. 38. c. 1.*
Qui non crediderit condemnabitur. f. 651. c. 1.

Ex Luca.

Cap. 2. *Incedentes in omnibus mandatis Domini sine querela. f. 461. c. 1. & 465. c. 2.*
Inuenisti gratiam apud Deum. f. 369. c. 2.
Exijt edictum à Cæsare Augusto. f. 32. c. 2.

Cap. 6. *Elegit duodecim ex ipsis quos & Apostolos nominauit. f. 41 c. 2.*
Mensuram bonam confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum. f. 720. c. 2.

Cap. 7. *Non potest arbor mala bonos fructus facere. f. 407. c. 2.*
Remittuntur ei peccata multa f. 667. c. 1.

Cap. 9. *Qui recipit vnũ ex his puerulis in nomine meo. f. 479. c. 2.*

Cap. 10. *In lege quid scriptum est? f. 2. c. 1.*
Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. f. 38. c. 1.

Cap. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. f. 652. c. 1.*

Cap. 16. *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. f. 320. c. 2.*

Cap. 20. *Non mea voluntas sed tua fiat. f. 2. c. 2.*

Cap. 22. *Reges gentium dominantur eorum. f. 14. c. 2. f. 16. c. 1. & 2.*

Ex Ioanne.

Cap. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri. f. 652. c. 2.*
Lex per Moysem data est. f. 290. c. 1. f. 293. c. 1.

Cap. 4. *Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. f. 85. c. 1. & f. 2. c. 2.*
Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. f. 502. c. 1. fol. 666 c 2.

Cap. 6. *Non ne ego vos duodecim elegi. f. 41. c. 2.*
Quæ ego loquutus sum vobis spiritus & vita sunt. f. 94. c. 2.
Omne quod dedit mihi Pater non perdam. f. 479. c. 1.
Hoc est opus Dei vt credatis. f. 382. c. 1.

Cap. 7. *Nemo ex vobis facit legem. f. 2. c. 1.*
Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum f. 94. c. 2.
Nondum erat spiritus datus quia Iesus nondum erat glorificatus f. 352. c. 2.

Cap. 8. *Qui facit peccatum seruus est peccati. f. 120. c. 1.*

Cap. 9. *Venit nox in qua nemo operari potest. f. 697. c. 2.*

Cap. 14. *Qui diligit me diligetur à Patre meo. f. 661. c. 1. & f. 667. c. 1.*

Cap. 15. *Sine me nihil potestis facere. f. 371. c. 1. & f. 449 c. 2.*

Cap. 17. *Pater sancta seruа eos quos dedisti mihi. f. 470 c. 1.*

Cap. 19. *Non haberes potestatem aduersus me vllam nisi tibi datum esset desuper. f. 27. c. 2. & f. 102. c. 2.*

Cap. 20. *Sicut misit me pater & ego mitto vos. f. 38. c. 1 & f. 41. c. 2.*

Cap. 21. *Pasce oues meas. f. 41. c. 1.*

Cap. 31. *Sunt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, & f. 351. l. 2.*

Actuum Apostolorum.

Cap. 3. *Vos estis filij Prophetarum & testamenti. f. 298 c. 1.*

Cap. 7. *Accepistis legem in dispositione Angelorum. f. 291. c. 1.*

Cap. 15. *Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus. f. 125. c. 2 f. 362. c. 1.*
Visum est Spiritui Sancto & nobis. f. 38. c. 2. f. 289. c. 1. f. 321. c. 2.

Cap. 17. *Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorũ, & mortuorum. f. 368 c. 2.*

Cap. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. f. 43. c. 1. f. 58. c. 2.*

Ex epistola ad Romanos.

Cap. 1. *Fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. f. 34. c. 2.*
Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. f. 373. c. 2.

Cap. 2. *Gentes quæ legem non habent ostendunt opus legis scriptum cordibus suis. f. 378. c. 1. & f. 86. c. 2. & f. 87. c. 2.*

Cap. 3. *Per legem cognitio peccati. f. 1. c. 1. & f. 297 c. 2.*
Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. f. 501. c. 2.

Cap. 4. *Ei qui operatur merces non imputatur secundum*

dum gratiam, sed secundum debitum, f. 370. c. 1.
Non ei qui ex lege est solum, sed ei qui ex fide est Habrahæ. f. 305. c. 1.
Iustificati ex fide vt secundum gratiam sit promissio. f. 600. c. 1.
Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. f. 618. c. 1.
Cap. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum. f. 424. c. 2. & f. 484 c. 2.
Cap. 6. Gratia Dei vita æterna. f. 369. c. 2. & f. 703 c. 2.
Cum serui essetis peccati liberi fuistis iustitiæ. f. 22. c. 1.
Cap. 7. Peccatum non cognoscerem nisi per legem. f. 1. c. 1.
Video aliam legem in membris meis. f. 3. c. 2.
Lex sancta mandatum iustum. f. 300. c. 2.
Quis me liberauit de corpore mortis huius? f. 434. c. 1.
Velle ad iacet mihi, perficere non inuenio. f. 462. c. 2.
Cap. 8. Adinbat infirmitatem nostram. f. 451. c. 2.
Diligentibus Deum omnia cooperamur in bonum. f. 533. c. 1.
Quos præsciuit & prædestinauit. f. 544. c. 2. f. 497. c. 1.
Quod si filij, & hæredes. f. 705. c. 1.
Spe saluifacti sumus. f. 653. c. 1.
Cap. 9. Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis f. 45e. c. 1.
Cap. 10. Nunquid potest dicere vas figulo cur me fecisti sic. f. 544. c. 1.
Voluntas cordis mei & obsecratio ad Deum fit pro illis ad salutem. f. 756. c. 2.
Cap. 12. Vnicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei. f. 530. c. 2.
Cap. 13. Non adulterabis, non occides, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut te ipsum. f. 411. c. 2.
Omnis anima potestatibns sublimioribu. subdita sit. f. 17. c. 1.
Non solum propter iram, sed propter conscientiam ibi. c. 2. & f. 186. c. 2.
Non est potestas nisi à Deo. f. 27. c. 2. & f. 102 c. 2.
Induimini Dominum Iesum Christum. f. 618, c. 1.

Ex epistola prima ad Corinthios.

Cap. 1. Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine. f. 472. c. 2.
Cap. 2. Nemo scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. f. 383. c. 1.
Cap. 4. Vultis in virga veniam ad vos? f. 38. c. 2.
Quid habes quod non accepisti? f. 370. c. 1.
Quis te discernit? f. 455. c. 2. & f. 576. c. 2.
Qui autem iudicat me Dominus est. f. 602. c. 1.
Cap. 6. Sed abluti estis. f. 618. c. 2.
Cap. 7. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. f. 100. c. 2. & 155. c. 1.
Præcipio non ego, sed Dominus. f. 120. c. 2.
Cap. 8. Si quis diligit Deum hic cognitus est à Deo. f. 441. c. 2.
Cap. 9. Si volens hoc ago mercedem habeo. f. 692. c. 1.
Cap. 10. Nolo vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt. f. 295. c. 2.
Siue manducatis, siue quidquid aliud facitis omnia in gloriam Dei facite. f. 739. c. 2.
Cap. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto. f. 371. c. 2.
Diuidens singulis prout vult. f. 530. c. 2.
Si totum corpus oculus vbi auditus. f. 49. c. 1.
Cap. 13. Si nouerim mysteria omnia & charitatem autem non habuero nihil sum. f. 407. c. 2. f. 501. c. 1. & f. 652. c. 1. & 603. c. 2.
Dei adintores sumus. f. 533. c. 1.
Cap. 14. Si quis videtur Propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis quia Domini sunt mandata. f. 289. c. 1.
Cap. 25. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei. f. 107. c. 2.
Gratia Dei in me vacua non fuit. f. 370. c. 1.
Gratia Dei mecum. f. 533. c. 1. & f. 522. c. 2.

Ex epistola secunda ad Corinthios.

Cap. 1. Signauit nos, & dedit nobis pignus. f. 703. c. 2.
Cap. 3. Non sumus sufficiens cogitare aliquid ex nobis. f. 576. c. 2.
Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non attramento, sed spiritu Dei viui. f. 530. c. 2.
Cap. 4. Habentes eundem spiritum credimus. f. 289. c. 2.
Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei. f. 470. c. 1.
Quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. f. 690. c. 2.
Cap. 5. Pro Christo legatione fungimur. f. 41. c. 2.
Cap. 9. Qui parce seminat parce & metet. f. 772. c. 2.
Cap. 13. Vos metipsos tentate, an non cognoscitis vos metipsos, quia Christus Iesus in vobis est. f. 600. c. 1.
Absens scripsi ne præsens durius agam. f. 38. c. 2.

Ex epistola ad Galatas.

Cap. 2. *Quia reprehensibilis erat. f. 337. & seq.*

Cap. 3. *Lex data per Angelos in manu mediatoris. f. 291. c. 2. & f. 297. c. 2.*
Lex autem non est ex fide. f. 305. c. 1.

Cap. 4. *Ergo iam non est seruus, sed liber. f. 318. c. 2.*
Quoniam estis filij misit Deus spiritum filij sui in corda vestra. f. 519. c. 2.

Cap. 5. *Vos in libertatem vocati estis fratres. f. 653. c. 1.*
Nolite iterum iugo seruitutis contineri. f. 22. c. 1.
Si circuncidimini Christus nihil vobis proderit. f. 332. c. 2. & seq.
Qui talia agunt regnum Dei non consequentur. f. 367. c. 1.

Cap. 6. *Quæ seminauerit homo hæc & metet. f. 772. c. 2.*
Alter alterius onera portate. f. 367. c. 2.

Ex epistola ad Ephesios.

Cap. 2. *Iustificati gratis per gratiam ipsius. f. 746. c. 2.*
Creati in Christo Iesu in operibus bonis. f. 544 c. 1.
Gratia estis saluati per fidem. f. 546. c. 1.
Ipse est pax vostra. f. 485. c. 1.
Legem mandatorũ decretis euacuans. f. 298. c. 2. & f. 361. c. 2.

Cap. 4. *Quosdam posuit in Ecclesia primum quid. m Apostolos. f. 41. c. 1.*

Cap. 6. *Filij obedite parentibus. f. 120. c. 2.*

Ex epistola ad Philippenses.

Cap. 1. *Vobis datum est per Christum non solum vt in eum credatis. f. 546. c. 1.*
Qui cæpit in vobis opus bonum ipse perficiet vsque in diem Christi Iesu f. 473. c. 1.

Cap. 2. *Deus est qui operatur in vobis velle & perficere. f. 424. c. 1. & f. 451. c. 1. & 533. c. 2.*

Ex epistola ad Colossenses.

Cap. 1. *Eripuit nos de potestate tenebrarum. f. 623. c. 1.*

Cap. 3. *Omnia quæcunque facitis in opere & sermone omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. f. 739. c. 2.*
Expoliantes vos veterem hominem. f. 318. c. 2.
Filij obedite parentibus per omnia. f. 120. c. 2

Ex epistola secunda ad Thessalonicenses.

Cap. 1. *Vt digni habeamini regno Dei pro quo & patimini. f. 718. c. 1.*

Ex epistola prima ad Timotheum.

Cap. 1. *Finis præcepti est charitas. f. 295. c.*
Scimus quia bona est lex si quis ea legitime vtatur. f. 285. c. 1.

Ex epistola secunda ad Timotheum.

Cap. 4. *Reposita est mihi corona iustitiæ. f. 705. c. 1.*

Ex epistola ad Titum.

Cap. 2. *Mulieres subditæ sint viris suis. f. 18. c. 1.*

Ex epistola ad Hebræos.

Cap. 2. *Si sermo qui per Angelos dictus est. f. 291. c. 2.*

Cap. 5. *Didicit ex his quæ passus est obedientiam. f. 107. c. 2.*

Cap. 6. *Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. f. 40. c. 2.*

Cap. 7. *Melioris testamenti sponsor factus est Iesus. f. 119. c. 2.*
Nihil ad perfectum adduxit lex. f. 285. c. 1. & 326. c. 2.
Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. f. 320. c. 2. & f. 323. c. 2.

Cap. 9. *Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. f. 289. c. 2.*

Cap. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum. f. 303. c. 1.*
Habentes itaque firmam fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi f. 357. c. 2.

Cap. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo. f. 302. c. 2 f 651 c. c. 1.*

Cap. 12. *Habemus gratiam per quam seruiamus placentes f. 370 c. 1.*

Cap. 13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci. f. 689. c. 2.*

Ex epistola Iacobi.

Cap. 1. *Omne datũ optimum & omne donum perfectum desursum est. f. 551. c. 1.*
Suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras. f. 94. c. 2.
Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis. f. 497. c. 1.

Cap. 2. *Si tamen legem perficitis Regalem secundum Scripturã diliges proximum tuum sicut te ipsum f 327. c. 1. & 2.*
Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo. f. 761. c. 2.

Cap. 3. *In multis offendimus omnes. f. 262. c. 2.*

Cap. 5. *Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Ecclesiæ. f. 368. c. 1.*

Ex epistola prima Petri.

Cap. 2. *Regale sacerdotium.f.58.c.1.*
Quasi modo geniti infantes lac concupiscite.f.544.c.1.
Quasi liberi non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.f.653.
Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.f.683.c.1.
Qui regenerauit nos in spem vitam. f.424.c.2.

Cap. 4. *Vnusquisque nostrum sicut accepit gratiam in alterutrum administrantes.f.530.c.2.*

Cap. 5. *Pascite qui in vobis est gregem Dei.f.18.c.2.*

Ex epistola secunda Petri.

Cap. 1. *Magna & pretiosa vobis promissa donauit vt per hæc effitiamini diuinæ consortes naturæ.f.496.& seq.*

Cap. 2. *A quo quis superatus est huius & seruus est.f.444.c.1.*

Ex epistola prima Ioannis.

Cap. 1. *Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus est vt remittat nobis.f.667.c.1.*
Si dixerimus quod peccatum nō habemus ipsi nos seducimus.f.462.c.2.

Cap. 2. *Qui dicit se nōsse Deum & mandata eius non seruat mendax est.f.412.c.1.*

Cap. 3. *Qui natus est ex Deo peccatū non facit.f.461 c.1.& 465.c.2.& f.484.c.2.*
Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres.f.600.c.1.& f.661.c.1.

Cap. 4. *Ipse prior dilexit nos.f.653.c.1.*
Vt filij Dei nominemur & simus.f.551.c.1.
Qui manet in charitate in Deo manet.f.431.c.1.

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. *Habet claues mortis.f.38.c.1.*

Cap. 22. *Qui iustus est iustificetur adhuc.f.592.c.1.*
Qui in sordibus est sordescat adhuc.f.443.c.2.& f.615.c.1.

IN-

INDEX
PRAECIPVARVM
RERVM, ET SENTENTIARVM
QVAE IN HOC VOLVMINE continentur.

Litera F, folium. C vero, columnam indicat.

A.

Abbas.

ABBATES seculares habentes potestatem quasi Episcopalem possunt condere leges in sua Diœcesi. f. 46. c. 1.

Abbates Monachales non possunt condere leges, sed tantum statuta ad regimen pro suo tempore. f. 46. c. 1.

Absens.

Absens à propio territorio non tenetur legibus propij territorij, nisi sit præsens, vel ratione delicti, vel ratione personæ, vel ratione rei. f. 229.

Tenetur ad leges illius territorij in quo est formaliter & non tantum materialiter & physice. f. 229.

Actiones Dei.

Actiones Dei non subduntur legi æternæ. f. 104. c. 2.

Actus.

Actus legis numerãtur. à f. 97. vsque 100 & præcipue f. 98. c. 2.

Actus mere internus lege humana præcipi, vel vetari nõ potest. f. 148. & seq.

Actus virtutum qualiter sint de lege naturæ. f. 108. & seq.

Actus intrinsece boni, vel mali ante imperium solum incoatiue & radicaliter sunt præcepti, vel prohibiti. f. 74. c. 1.

Nullus actus potest esse forma iustificans. f. 666. & seq.

Adam.

Adam fuit institutus Rex humani generis. f. 18. c. 2.

Aduena, verb. Peregrinus.

Animæ beatorum, verb. Beati.

Animæ purgatorij.

Animæ purgatorij, neque per modum impetrationis obtinent hominum viatorum iustificationem. f. 757.

Apostoli.

Apostoli habuerunt potestatem condendi leges supra totam Ecclesiam. f. 41. c. 1.

Archiepiscopi.

Archiepiscopi & Patriarchæ non possunt condere leges in Diœcesi suffraganeorum, bene tamen in sua Diœcesi. f. 46. c. 1.

Authores.

Authores qui tractant de legibus. f. 1. c. 2.

Qui tractant de gratia. f. 371. c. 1.

Qui agunt de merito. f. 688. c. 1.
Author composuit tractatum de beneficijs sine ipsius nomine ab alijs æditū. f. 154. c. 1.

Auxilium supernaturale, verb. Gratia.
Auxiliū supernaturale requiritur ad credendum. f. 382. c. 1.
Est quid distinctum ab habitu. f. 384. c. 2
Et non solum est ex parte intellectus, sed etiam ex parte voluntatis etiam ad fidem informem. ibidem, & seq.

B.

Beati.
Beati orant, & multotiens obtinent aliorum iustificationem, & talis intercessio est per modum impetrationis, nō per modum meriti. f. 757. c. 2.

Bona temporalia.
Bona temporalia qualiter cadant sub merito. a f. 777. vsque 783.

Bruta.
In brutis inclinatio appetitus est vera lex, eo modo quo in ipsis lex esse potest. f. 90. c. 1.
Etiam de potentia Dei absoluta gratia in eis, aut in quocunque subiecto, nō intellectuali subiectari non potest. a f. 524. vsque 527.

Burgensis, verb. D. Thom.

C.

Causa, verb. Causa gratiæ, & verb. Deus, & verb. Gratia.
Causæ secundæ vere operantur, non tamen sine concursu primæ. f. 371. c. 1.

Cardinales.
Cardinales etiā in Sedevacante non possunt condere leges. f. 45. c. 2.

Capitulum.
Capitulum Ecclesiæ Cathedralis potest facere statuta ad regimen sui Capituli, non tamen leges obligantes populum. f. 52. c. 2.

Carthusianus.
Carthusianus regulariter loquendo peccat mortaliter comedendo carnes, in extremis autē quid possit circa hoc. & ad quid teneatur? a f. 177. & seq.

Certitudo gratiæ.
Impossibile est quod quis certo & infallibiliter cognoscat suam gratiam, neque certitudine naturali, neque fidei supernaturalis, neque certitudine Theologica cui non possit subesse falsum; bene tamen certitudine coniecturali. a f. 599. vsque 607.
Probabile est aliquos deuenire ad tātam sanctitatem, quod omnino sint certi de sua gratia, licet probabilius sit nullum quātumcunque santissimum habere huiusmodi certitudinem infallibilem secluſa reuelatione. f. 604.
Quilibet fidelis certo cognoscit se habere fidem. a f. 608. vsque 614.

Cœli motus.
Cessante motu Cœli motus corporales cessarent. f. 371. c. 2.
Quod omnes motus corporales reducendi sunt ad motum Cœli explicatur. ibidem.

Charitas, verb. Dilectio Dei.
Ad meritum requiritur influxus actualis charitatis. a f. 735. vsque 744.

Christus.
Opera nostra habent specialem dignitatem eo quod sunt ex meritis Christi. f. 723.
In quantum Deus non subditur legi æternæ bene tamen vt homo. f. 107. c. 1.

Ciuilis lex.
Leges ciuiles etiam obligant in foro conscientiæ. f. 119. c. 2.
Censuræ latæ ante omnem sententiam iudicis incurruntur. f. 193. c. 2.

Ceremonia, verb. Vetus lex.
Secundum fidem est certum quod ceremoniæ veteris legis cessarunt in Aduentu Christi. f. 320.

Clerici.
Clerici non omnibus, bene tamen aliquibus legibus ciuilibus tenentur. f. 217 c. 2.
Exemptio ista quoad aliquas leges est de iure diuino quoad alios de iure humano. f. 219.

Communitates.
Communitates, & oppida Regibus subiecta non habent potestatem condendi leges. f. 30. c. 2.

Ne-

Neque etiam Commites. f. 31. c. 1.
Aliquæ tamen sunt communitates clericorum, & Collegiorum, & Vniuersitatum, quæ leges possũ condere respectu talium communitatum. f. 53. c. 2.

Concilium generale.

Concilium generale etiam rite congregatum non habet potestatem condendi leges obligantes Papam, neque totã Ecclesiam. f. 49. c. 2. & f. 50. c. 2.
Tempore schismatis potest facere statuta & quæ fuerint necessaria ad deponendum, & eligendum Papam, non tamẽ durant per modum legis Papa iam electo. f. 51. c. 2.
Concilia nationalia, & Prouincialia ex iure humano possunt condere leges pro sua Prouincia, vel Diœcesi. f. 52.

Consuetudo.

Consuetudo præter legem habet vim legis. f. 250.
Consuetudo contra legem habet vim legis derogantis priorem, siue in totum siue in partem secundum extensionẽ consuetudinis, etiam si in priori lege expresse derogetur consuetudo contraria futurã, à f. 250. vsq. 254.
Quid requiratur vt consuetudo sit sufficiens derogare priorem legem, & habeat rationem legis à f. 254. vsq. 262

Contritio an procedat à gratia, verb. *dilectio.*

D.

Damnati.

Damnati legi æternæ sunt subiecti. f. 106. c. 2.

Deus, verb. præmium, & verb. causa gratiæ.

In Deo est lex æterna, quæ propriè est lex, f. 77.
Est aliquid ratione distinctum ab idea, & prouidentia, f. 78.
Dei actiones non subduntur legi æternæ. f. 104. c. 2.
Deus propriè loquendo non potest dispẽsare in lege naturæ. f. 116. c. 1. & seq.
Deus est causa gratiæ principalis, à f. 540 vsq. 548.
Et ex parte modi producendi, & rei productæ est causa proprie particularis gratiæ, licet ipsa complete, & perfecte nõ sit effectus proprius, & particularis Dei. f. 550. & 551.
Deus præmiat vltra condignum, à f. 720. vsq. 722.
In Deo reperitur formaliter iustitia cõmutatiua, & distributiua. f. 730. vsq. 732
Non tamen est debitor etiam supposito pacto, & iure. f. 733. & 734.

Dicta Sanctorum.

Dicta sanctorum quæ in decreto Gratiam continentur habent vim per ius canonicum. f. 210.

Dilectio Dei.

Dilectionem Dei super omnia nõ posset homo habere in puris naturæ per multum tempus, & firmã, benè tamen ad breue tempus, f. 414. c. 1.
Homo in natura lapsa existens in peccato mortali non potest viribus naturæ habere dilectionem Dei authoris naturæ efficacem, & perfectam, sed solũ inefficacem imperfectam, & cõditionatam. f. 218.
Ad dilectionem Dei authoris gratiæ requiritur auxilium supernaturale ex parte voluntatis. f. 424.
Licet sit probabile contritionem, & vltimam dispositionem ad gratiam nõ procedere ab illa, probabilius est realiter & efficiẽter ab ea procedere, à f. 577. vsq. 589.
Per se loquendo actus explicitus charitatis requiritur ad iustificationem, à f. 660. vsq. 663.

Discipuli.

Septuaginta discipuli non habuerunt põtestatem condendi leges supra totam Ecclesiam. f. 42. c. 2.

Dispensatio.

In suis legibus possunt dispensare rectores multitudinis, à f. 262. vsq. 264.
Si ad dispensationem requiratur causa, & illa debeat esse cognita, & si facta sine causa sit valida, & si peccet dispensando sine causa, & an subditus possit vti dispensatione facta sine causa, aut iam cessante causa, quæ fuerat à principio, & si petens dispensationem sine causa peccet, & vtrũ existente causa superior teneatur dispensare. à fol. 263. vsque 276.
Quis possit dispensare in lege potestate ordinaria vel excommissione. à f. 276. vsq. 280.
Quot modis cesset potestas excõmissione ad dispensandum, aut cesset ipsa dispẽsatio. f. 28. & seq.

Dispositio.

Homo vere se disponit ad gratiam, neque se habet mere passiue. f. 443. & 444.
Disponit se homo ad gratiam vera, & pro

pria dispositione cui connaturaliter debetur, f. 445. & 446.
Non potest viribus naturæ se disponere ad gratiam dispositione positiua, neque vltima, neque remota, etiam ad gratiam collatam in Sacramento, sed necessario requiritur auxilium supernaturale gratiæ non extrinsecum, sed intrinsecum. f. 447. vsq. 454.
Quæ dispositio requiratur ad gratiam. f. 565. vsq. 571.
Sine dispositione actuali per modũ actus & operationis infundi potest gratia de potentia Dei absoluta. f. 572. vs. 575.
Nõ est necessaria aliqua dispositio ex parte hominis ad gratiã excitatẽ. f. 576.
Dispositiones ad gratiam probabilius est, quod procedunt efficienter ab illa. fol. 577. vsq. 589.
Dispositio quæ est ex natura rei ad gratiã non potest non esse in hac vita, quin in illa sit ipsa gratia, de alijs autẽ dispositionibus vtrunque probabiliter tenetur. f. 589. c. 2. & f. 590.

Diuina lex, verb. *Legis diuisio.*

Necessariũ est esse legẽ diuinã. f. 88. c. 2.
Lex diuina distinguitur in legem veterẽ, & nouam. f. 89. c. 1.

Dominicana Religio.

In Religione Dominicana Prælatus potest submortali præcipere, quæ ad obseruãtiã professionis cõducũt. f. 48. c. 1

Dubium, verb. *Subditus.*

Stante dubio de potestate Prælati ante possessionem sedis subditus non tenetur legi obedire, post possessionem autem tenetur. f. 208.
Si est dubiũ de re præcepta, si est licita, aut nõ, si est cõtra legẽ vel non, nõ tenetur subditus obedire legi. f. 208. & 209.
Si est dubium secũdum verba legis, quid præcipiat, aut si præcipiat sub mortali, vel veniali, si dubium est speculatiuum non tenetur legem seruare secundum rigorem. f. 209.
Si sit dubium facta sufficienti diligẽtia si sit talis lex vel non, subditus non tenetur facere secundũ legem dubiã. f. 209.
Si sit dubium de obligatione legis, certitudo autem quod sit talis lex, subditus tenetur obedire legi. f. 210.

E.

Ecclesia.

Ecclesia habet potestatem ferendi leges Ecclesiasticas obligantes in conscientia. f. 37. c. 2. Hæc potestas est in pueris naturæ, & naturæ integræ, & naturę lapsæ, & in lege scripta. f. 40. c. 1.
In tota Ecclesia & cætu fidelium est potestas legislatiua. f. 49. c. 1.

Ecclesiastici. verb. *Clerici.*

Ecclesiastici ab aliquibus legibus ciuilibus sunt exempti non iure diuino, sed humano. ab aliquibus verò nõ. f. 217.
Ecclesiastici in causis meręe Ecclesiasticis iure diuino sunt exempti à potestate ciuili. f. 219. Summus Pontifex est exẽptus iure diuino ab omni potestate, & lege ciuili. f. 219, Ecclesiasti ex vi legũ ciuilium quibus subduntur, quia non sunt exẽpti, tenẽtur illas seruare, f. 221

Epichia.

Per virtutẽ Epicheiæ in aliquo casu quis potest imò & tenetur contra verba legis agere. f. 242. c. 1. Hæc virtus est perfectior quam iustitia legalis. f. 253. c. 1
Habet locum etiam in legibus diuinis positiuis, ibid.

Errores.

Errores circa Regum potestatẽ. f. 16. c. 2.
Circa potestatẽ condendi leges. f. 19. c. 2.
Circa legem Euangelicam. f. 357.
Circa bona opera. f. 401.
Circa nostram iustificationem. f. 618. c. 1
Circa meritum æternæ vitæ. f. 689. c. 2.

Effectus legis.

Effectus legis iustæ est facere bonos simpliciter, legis autem tyranicæ, & iniustæ est facere bonos secundum quid. f. 93. vsq. 96.

Episcopi.

Habent potestatem condendi leges in suis Diœcæsi collatam immediate à Christo. f. 43. c. 1. Est tamẽ subordinata Papę, vnde ipse potest sibi reseruare, quod voluerit. f. 45. c. 1. Non possunt Episcopi condere leges contra ius commune. f. 45. c. 1. Eas tamen possunt condere independenter à Synodo. f. 45. c. 2.

Æterna lex.

Lex æterna est ratio diuinæ sapientiæ directiua omnium in vltimum finem. fol. 101. c. 1. Est tantum vna. ibi. col. 2. In se tantum à Deo cognoscitur, in suo autem effectu vt in lumine rationis cognoscitur ab omni creatura rationali. f. 1002. c. 2. Omnis lex ab æterna deriuatur. f. 109. c. 1. Necessaria creata subijciuntur legi æternæ non autem necessaria diuina, neque etiam actiones liberę Dei vt teneant ex parte illius. f. 104. c. 1. & 2. Contingẽtia & libera creata etiam futura subijciuntur legi æternę. f. 105. c. 2. Creatura rationalis subditur legi æternæ actiue, & passiue, & per modum cognitionis, boni quidem perfecte,

fecte, mali autem imperfecte. f. 106. c. 1. & 2. verb. *Christus*.

F.

Facienti quod in se est viribus naturæ Deus confert gratiam ex pura misericordia, & non ex aliqua lege, vel pacto, neque talia opera sunt meritoria etiam de congruo. f. 455. & 456.

Fœmina.

Fœmina habens regnum per hæreditatem tantum habet potestatem dominatiuã si non est nupta, post nuptias autẽ vir solus habet talẽ potestatem. f. 35. & seq.

Fides.

Fides requiritur non tamen sufficit ad iustificationem. f. 650. vsq. 654.

Quilibet fidelis certo cognoscit se habere fidem. & qualiter hoc contingat. f. 608. vsq. 614.

Fomitis lex.

Lex fomitis in homine non est directe, & proprie lex, sed potius deuiatio à lege. f. 90. c. 1.

G.

Generales.

Generales ordinum possunt condere leges pro suo ordine in capitulo generali ex cõsensu maioris partis. f. 47. c. 1.

Gratiæ nomen, & necessitas, verb. *Natura humana*, verb. *Veritates*.

Gratiæ cognitio maxime necessaria. fol. 469. c. 1. Nomen gratiæ octo modis accipitur. ibi. c. 2. Quo sensu dicatur à D. Thoma principium extrinsecũ. f. 370. Non requiritur gratia iust. ficans ad cognitionem etiam supernaturalium. f. 372. c. 1. Ad seruanda omnia præcepta naturalia & supernaturalia, non solum collectiue, sed diuisiue per multum tempus requiritur gratia iustificans, & insuper auxiliũ speciale actuale. f. 432. vsq. 442. Et simiiliter ad meritũ vitæ æternæ. f. 442.

Non potest homo sine gratia resurgere à peccato, neque reparare rectitudinem etiam naturalem simpliciter loquendo, bene tamen secũdum quid. f. 457. vsq. 460. Sine gratia habituali solum ex auxilio posset homo in natura integra vitare omne peccatũ mortale, & veniale, in natura autem lapsa potest per gratiam habitualem vitare omnia mortalia, non autem omnia venialia, etiam ex obiecto collectiue per multũ tempus secundum leges communes gratiæ. fol. 460 vsq. 463. Secundum priuilegium bene potest quis per gratiam vitare omnia venialia etiam collectiue. vt de facto habuit Beatissima Virgo Maria. Hoc autem priuilegium alteri concedere etiam Baptistæ, temerarium est. f. 464. vsq. 466.

Gratia habitualis cũ auxilio generali ordinis gratiæ sufficiebat in statu iustitiæ originalis ad faciendum omne bonum, & vitandum omne malum, in natura autem lapsa licet id sufficiat ad breue tempus, ad longum autem vltra requiritur auxiliũ speciale, quod Deus paratus est conferre. f. 469. vsq. 470. Ad perseuerandum vsque in finem vitæ vltra gratiam habitualẽ, & auxilium generale, & speciale requiritur aliud specialissimum, quod Deus paratus est conferre. f. 471. vsq. 478.

Gratia essentia.

Impossibile est Deum vnire in ratione gratiæ. f. 482. Gratia est aliquid intrinsece receptum & reale in ãima inhærens. f. 484. Est qualitas habitualis permanẽter existens in ãima. f. 488. Id tamẽ nõ est de fide expressũ. est tamen adeò certum vt oppositum sit nõ solum temerarium, sed etiã errori proximum. f. 489. Gratia simpliciter, & absolute est perfectior quacũque substantia creata, etiam spirituali, licet illa sit perfectior secũdum quid. f. 491. vsq. 495. Per gratiam fit homo similis Deo & particeps naturæ illius. fol. 496. Neque est effectus eius primarius. f. 508. Gratia est specialis formalis, & immediata participatio naturæ diuinæ, est ipsũ intelligere. f. 500 Et etiã proprietatũ naturę Dei, vt quod sit ipsum esse per essentiam, infinitũ, æternũ, &c. f. 501. vsq. 504. Non tamen est participatio proprietatũ personalium, sed tantum eorum quæ absolute Deo conueniunt. f. 505. Ex natura sua habet gratia facere gratũ, & acceptum ad gloriam tanquam effectum secundarium. f. 507. Licet sine qualitate gratiæ possit Deus de potentia absoluta facere hominẽ gratum. & dilectum. f. 509. Charitas & gratia non solum formaliter, sed etiã realiter tanquam res a re distinguũtur. f. 513. vsq. 518.

Est in essentia animæ tanquam in subiecto. f. 519. vsq. 522. Non potest etiã de potentia Dei absoluta esse in subiecto non intellectuali. f. 523. vsque 526. In quacunque natura recipiatur est eiusdem speciei. f. 327. & 528.

Gratia diuisio, & causa effectus, & ad illam dispositio, eiusque æqualitas.

Gratia conuenienter diuidi tur in gratiã gratum facientem; & gratiam gratis datam. f. 529. vsq. 532.

In operantẽ, & cooperantẽ. f. 5333. vsq. 537. Similiter in præuenientem, & subsequentem. f. 538.

Nullus præter Deum authorem supernaturalem potest esse causa principalis gratiæ. f. 540. vsq. 545.

Idque est verum etiam de potẽtia Dei absoluta. f. 544.

Gratia non creatur, nec cõcreatur. f. 557.

Sed producitur per quandam actionẽ supernaturalem mirabilem authoris gratiæ. f. 558. & seq.

Neque in fieri, neque in facto esse habet subiectum efficientiam circa gratiam f. 562. & 563.

Est de fide quod gratia non datur, nisi media dispositione ex parte hominis. Et quænam dispositio ad illam requiratur, f. 565. vsq. 571.

De potentia tamen Dei infundi potest sine dispositione actuali. f. 572. vsque 575.

Est certum secundum fidem quod gratia est inæqualis, & maior in vno quam in alio. f. 592.

Secundum propriam speciem, & naturam non habet terminum, vnde de potentia absoluta potest crescere in infinitum. f. 595. vsq. 598.

De certitudine gratiæ. verb. *Certitudo.*

Gratia physice, & ex natura rei opponitur peccato. f. 620. vsq. 625

Alia circa hoc verb. *Peccatum.*

Gratia est causa formalis adæquata iustificationis. f. 664. vsq. 668.

Sine gratia non potest esse meritum vitæ æternæ. f. 712. & 713.

Sed tamen sine gratia homo in puris naturæ posset mereri finem naturalem. f. 715. c. 2. & 716. c. 1.

Homo in gratia constitutus potest de congruo mereri vitam æternam. f. 716. vsq. 720.

Prima gratia non potest cadere submerito de condigno. f. 744. vsq. 750.

Neque cadit submerito decõgruo. f. 751. vsq. 753.

Vnus purus homo non potest alteri mereri primam gratiam de congruo. f. 754.

Bene tamen de congruo. f. 756. verb. *Meritum.*

Gratiæ augmentum. verb. *Augmentum.*

H.

Hispani.

Hispanos non obligat lex imperialis. fol. 53. c. 2.

Secus quando fit contractus in alia Prouincia. f. 34. c. 1. Homo. verb. *Natura humana.*

Humana lex.

Aliqua est lex humana. f. 88. c. 1.

Conueniens est aliquas leges humanas esse. Et ille a lege naturali deriuantur. f. 118. c. 1. & 2. & f. 122. & 123.

De fide tenendum est leges humanas Ecclesiasticas, & ciuiles obligare in cõscientia etiam non stante lege naturali, vel diuina de illa materia. f. 119. vsque 122.

Lex humana debet esse de obiecto & materia possibili. f. 125. & 126.

Debet poni in communi, quoad negotia personas, & tempora. f. 133. vsque ad 137.

Non prohibet communia vitia. f. 139. c. 2. Potest præcipere aliquos actus omnium virtutum, sed non omnes cuiuscunque virtutis, & idem dicendũ est de aliis oppositis. f. 139. c. 2. vsque 142.

Potest præcipere non solum substantiam actus, sed modum. f. 143 Et actus indiferentes. f. 144. c. 2. Lex humana ciuilis, & Ecclesiastica versantur circa diuersam materiam formaliter licet materialiter possint circa eãdem esse. f. 145. & 146.

Lex humana actus mere internos nõ potest præcipere, vel vetare. f. 148. vsq. 154.

Obligatio est in separabilis ab illa. f. 154. & 155. Aliquãdo ad mortale aliquãdo ad veniale, & vnde hoc desumatur f. 156. vsq. 165.

Lex facta à tyrano permanente resistẽtia Regni non obligat in cõscientia, cessante autẽ resistẽtia iã obligat. f. 166.

Lex humana fundata in falsa præsumptione non obligat. f. 168. & 169.
Regulariter humana lex non obligat cũ vitæ periculo, licet in aliquibus casibus obliget. f. 270. vsq. 174.
Multæ sunt leges humanæ irritantes actũ vel contractum ante iudicis sententiá licet nõ omnis lex prohibens eo ipso sit irritans; sunt enim regulæ ad cognoscendum, quando sit irritans, vel solum prohibens. f. 201. vsq. 204.

I.

Imperator, verb. *Promulgatio.*

Imperator non potest condere legem obligantem totum mundum, sed solum Regna sibi subiecta. f. 32. c. 2.
Leges Imperiales debent seruari per modum exemplaris licet non per modũ obligationis in Regnis non subiectis Imperio, quando non est lex particularis illius Regni. f. 33. c. 2.
Quando est lex Regni non subiecti imperio aduocati non possunt alegare leges Imperiales sub pœna capitis, bene tamen quando lex particularis illius Regni non est. f. 33. c. 1.
Imperiales leges contractuum obligant etiam extraneos celebrantes contractum in territorio Imperiali etiam si causa iudicetur in Hispania. f. 34. c. 1

Imperiũ. Distinguitur à iuditio. f. 6. c. 2.

Interpretatio. verb. *Epicheia.*

Per interpretationem potest quis multoties præter verba legis operari, licet interpretatio non ad omnes pertineat. f. 237. vsq. 245.

Intellectus.

Intellectus obiectum est idem analogice solum. f. 386. c. 2.
Intellectus perficitur per fidem in ordine ad obiectum etiam naturale. f. 372. c. 2.
Phylosophus quando assignat operationes intellectus non loquitur de practico. f. 8. c. 2.

Isidorus.

Isidorus conuenienter ponit qualitates legis positiuæ. f. 123. c. 2.
Et diuisionem humanarum legum. f. 127 & seq.

Index.

Iudex qualiter teneatur secundum legem iudicare. f. 206. per totum.
Potest minuere pœnam taxatam per legẽ sine damno tertij & ex iusta causa, fol. 207. c. 1.

Iusgentium.

Iusgentium vere, & proprie sumptum est lex humana, & ius positiuum à iure naturali distinctum. f. 132. c. 2. & 133.
In quo differat à iure ciuili. ibidem.

Iusti.

Iusti & perfecti tenentur seruare leges humanas & Ecclesiasticas, & ciuiles. fol. 235. & 236.

Iustitia.

Ratio iustitiæ reperta in merito nõ est ab habitu iustitiæ. f. 727.
Iustitia tam distributiua, quam commutatiua formaliter reperiuntur in Deo. fol. 730. vsq 732.

Iustificatio.

Hoc nomen iustificatio multas habet significationes. f. 615. c. 1. De fide est in iustificatione non tantum non imputari peccatum, sed vere & proprie tolli. f. 618. & 619. Requirit motum liberi arbitrij; bene tamen potest Deus peccatorem iustificare, sine actuali cõuersione, f. 646. & 647. Et licet communiter conuersio debeat esse perfecte libera, cum imperfecta hominis libertate potest à Deo iustificatio fieri. f. 648. Actus fidei, & spei qualiter ad illam requirantur. verb. *Fides.* verb. *Spes.* Gratia est forma adequata iustificationis. fol. 665. Est vnus simplex habitus. f. 669. vsq. 672. Culpæ remissio se tenet in iustificatione ex parte termini ad quẽ. f. f. 673. vsq. 675. Ab illaque sumit speciem licet non substantialem. f. 676.
Iustificatio stricte sumpta fit in instanti. f. 678. vsq. 680. Absolute est perfectior quam creatio, imo & quam illvminatio cæci, & quam glorificatio precise sumpta. f. 682. & 685. Iustificatio vt communiter fit non est miraculosa. f. 687.

L.

Legati.

Legati possunt condere leges in Prouincia in qua sunt legati. f. 46. c. 2.

Legalia.

Legalia qualiter cessarũt in morte Christi, & an sint non solum mortua, sed etiã mortifera. f. 329. vsq. 340.

Legislator.

Legislator non potest legem imponere cũ voluntate nõ obligãdi. f. 155. c. 1. & f. 157. c. 2. Obligatur vi directiua ad obseruantiã suarum legum. f. 214. & seq. De dispensatione. verb. *Dispensatio.* De legislatoris potestate. verb. *Potestas.*

Lex.

Legũ cognitio ad quos pertineat, f. 1. c. 2.
Lex tripliciter accipitur. f. 2. c. 1. Vnde deriuetur nomen. ibi. Essentialiter est actus intellectus. fol. 4. c. 1. Præsupponit actũ voluntatis. ibi. c. 2. & f. 5. c. 1. & f. 7. c. 2. Non consistit in actu intellectus; qui dicitur iudicium. f. 6 c. 1. Sed in imperio. f. 7. c. 1. Lex habitualiter permanens est aliquid reale morale. f. 8. c. 1.
Mortuo legislatore perseuerat. ibi. c. 2.
Necessario debet respicere bonum commune. f. 9. c. 2. Cessante fine legis respectu personæ particularis non idcò cessat lex. f. 13. c. 2. Lex inutilis non est lex ibi. Idẽ dicendum de lege captiosa. f. 14. c. 1. Potestas iurisdictionis sufficit ad condendũ legem, f. 24. c. 2. Potestas legislatiua est in viro etiamsi fœmina hæreditario iure Regnum obtinuerit. f. 36. c. 1. Lex qualiter debeat promulgari. fol. 59. & seq. verb. *Promulgatio.* Lex alia est æterna de qua. fol. 75. & seq. verb *AEterna lex.*
Alia naturalis, de qua f. 80. verb. *Naturalis lex.* De lege humana, & diuina. f. 88. & seq. verb. *Diuina lex.* & verb. *Humana lex*, & verb. *Noua lex*, & ver. *Vetus lex.* Septem diuisiones legũ habentur. f. 91. & 92. Propriusse effectus legis est facere bonos subditos. f. 94. c. 2. & seq. verb. *Effectus legis.* De legis actibus. f. 98. verb. *Actus legis.*
Lex creata deriuatur a lege æterna. fol. 102. c. 2. De lege ciuili, verb. *Ciuilis lex.* Lex fomitis, verb. *Fomitis lex.*
In dubio legis an teneatur subditus obedire. f. 208. verb. *Dubium.*
Non omnis lex prohibens eo quod prohibens simul est irritans. f. 203. c. 2.
Verb. *Mutatio.* & verb. *Obligatio.* & verb. *Consuetudo.*

M.

B. V. Maria.

Beatissima Virgo Maria nunquam peccauit venialiter propter maximã perfectionem gratiæ, & manutenentiam Dei. f. 464.

Materiæ grauitas.

Materiæ grauitas, vel leuitas vnde cognoscatur. f. 161. c. 2. vsq. 165.
Quæ materia sit requisita vt præcepta obligent. f. 47. c. 2.

Meritum.

Meritum quid significet. f. 688. c. 2. quid sit ibidem.
Est certum secundum fidem hominẽ mereri posse. f. 689.
Ad rationem meriti requiritur actum esse liberum, f. 691, vsq. 694.
Et esse bonum, quod qualiter sit explicatur. f. 696.
Meritum essentiale necessario debet esse in viatore. f. 697.
Secluso pacto opera habent condignitatem, non tamen sunt meritoria sine pacto, & extrinseca Dei ordinatione. f. 704. vsq. 708.
Necessario requiritur ad meritum mereri in obsequium alterius. f. 709.
Non requiruntur aliæ conditiones ad meritum. f. 710. & 713.
Sine gratia esse non potest meritum æternæ vitæ. f. 710. vsq. 714.
Sine illa autem homo in puris naturæ posset mereri finem naturalem. fol. 617.
Opera hominis existentis in gratia sunt meritoria de condigno vitæ æternæ. f. 716. vsq. 720.
In actibus meritorijs est ratio veræ, & propriæ iustitiæ, licet non perfectæ. Vnde non est ab habitu iustitiæ, sed est probabile, quod est a pietate, & probabilius quod est a gratia mediante charitate. f. 726. vsq. 728.
Ad meritum requitur actualis influxus charitatis. f. 735. vsque 744.

Non

Non potest homo sibi mereri primã gratiam neque per opera antecedentia, neque subsequẽtia illam. f. 744. vsq. 750.
Opera naturalia non sunt meritoria de cõgruo primæ gratiæ, imò neque opera supernaturalia, licet per Dei potẽtiam bene possit prima gratia cadere submerito decongruo. f. 751. & 752.
Vnus alteri illam mereri non potest decõdigno, f. 754.
Bene tamen decongruo. f. 756.
Differentia quæ est inter meritum, & satisfactionem. f. 758.
Neque etiam decongruo potest iustus mereri reparationem post lapsum. f. 762. col. 1.
Augmẽtum gratiæ, & charitatis cadit sub merito decondigno. f. 764. vsq. 766.
Et quantitas præmij solum desumitur ex charitate. f. 767. vsq. 772.
Nullo modo decondigno mereri sibi quis potest perseuerantiam. f 773. c. 2.
Quid autem dicendum sit de merito congrui. f. 774. vsq. 776.
Bona temporalia qualiter cadant sub merito. f. 777. vsq. 783. verb. *temporalia.*

Modus.

Modus charitatis cadit sub præcepto charitatis. f. 311.
Humana lex potest modum actus præcipere. f. 143.

Mutatio.

Qualiter lex humana mutari possit. f. 243 & 244.
Debet legis humanæ mutatio fieri causa maioris boni, si tamen fiat sine causa factum tenet, f. 246. & 247.
Quis possit legem mutare, vel abrogare. f. 245.

N.

Naturale.

Naturale multis modis accipitur. f. 372.

Natura humana. verb. *Gratiæ necessitas.*

Si homo conderetur in puris naturæ haberet rebellionem carnis sicut habet in natura lapsa. f. 395.
Etiam tunc esset remedium vt homo exiret à peccato, f. 396.
Qui morereturin peccato mortali condẽnaretur ad pœnam æternam. f. 396.
Qui autem sine mortali obtineret beatitudinem naturalem perfectam. f. 597.
Homo in natura lapsa habet multa impedimenta ad bene operandum, quæ non haberet in puris naturæ licet possit idẽ quod tunc posset. f. 397. vsq. 399.
In natura lapsa etiam sub peccato potest homo viribus naturæ sine omni auxilio supernaturali, & absque aliquo naturali habito per auxilium facere aliquod opus bonum morale, non tamen omnia collectiue. f. 400. vsq. 409.
In naturâ integra posset homo viribus naturæ sine auxilio supernaturali seruare omnia præcepta naturalia etiam collectiue. f. 409. & 410.
In puris naturæ illius viribus posset homo ad breue tempus diligere Deum super omniã, non autem ad multum tempus. f. 411. vsq 416.
In natura lapsa existens in peccato mortali potest viribus naturæ habere dilectionem Dei super omnia imperfectam & inefficacem non tamẽ perfectam, & efficacem. f. 417. vsq. 422.
Ad actum supernaturalem requiritur supernaturale in intrinsecum auxilium, ex parte voluntatis. à f. 423. vsq. 427.
In natura integra poterat homo seruare omnia præcepta naturalia quantum ad substantiam ex viribus naturæ, non tamen in natura lapsa: in vtroque statu indiget auxilio gratiæ vt illa meritorie faciat; præcepta autem supernaturalia etiam quantum ad substantiam in nullo statu sine auxilio gratiæ seruare potest. fol. 428. vsq 432.
In natura lapsa existens sub mortali peccato non potest seruare ex viribus naturæ omnia præcepta naturalia collectiue, imo neque diuisiue per multum tẽpus moraliter loquẽdo. f. 432. vsq. 436
Non potest seruare in isto statu naturalia præcepta, sine gratia iustificãte, neque sufficit auxilium gratiæ actuale. f. 437. & 438. Et præterea requiritur auxiliũ gratiæ actuale ad vitanda omnia mortalia. f. 439. vsq. 442.

Naturalis lex.

Lex naturalis quid sit. f. 82. vsq, 87. Aliqualiter est habitus nõ tamẽ proprie. f. 107. c. 2. Omnes actus virtutum vt studiosi sunt de lege naturæ, non tamẽ secundum proprias species. f. 108. vsq. 111. Lex naturalis quantum ad communissima principia est eadẽ apud omnes, non autem quantum ad particularia. f. 111. c. 2. usq. 113. Potest mutari per alicuius præcepti obliuionem nõ autem per ablationem. f. 113. vsq. 114.
In lege naturę nõ potest Deus dispẽsare propriè loquẽdo, bene tamẽ impropriè mutando

tando materiam in aliquibus non autē in omnibus, f. 116. & 117.
Quantum ad principia communissima nō potest deleri a corde hominū, bene tamen quantum ad principia particularia, & secundaria. f. 118.

Nomen.

Nomen legis vnde deriuetur. f. 2. c. 1.
Diuersus significationes habet. ibidem.
Nomen gratia octo modis accipitur. fol. 369. c. 2.
Nomen iustificatio quas significationes habeat. f. 615.
Nomen meritum qualiter accipiatur. fol. 688. c. 2.

Noua lex.

Lex noua, & Euangelica principaliter est in corde secundario vero scripta. f. 349 vsq. 352.
Quantum ad gratiam quam causat iustificat, sumpta autem pro præceptis non iustificat. f. 352.
Statim post mortem Christi obligauit Apostolos, & quemcunque cui sufficienter esset proposita, à die autem Pentechostes obligauit totum mundum. fol. 352. vsq. 336.
Duratura est vsque ad finem mundi, fol. 357. & 358.
Est alia à lege veteri. f. 359. & 360.
Illam implet. 361.
In illa continetur. f. 362.
Quantum ad actus interiores est grauior, quantum ad actus vero exteriores lex vetus erat grauior. f. 362. & 363.
Lex noua aliquos actus exteriores debuit præcipere quos sufficienter ordinauit. f. 363. & 364.
Sufficienter etiam ordinauit hominē circa actus interiores. f. 365.
Conuenienter quædam consilia proponit f. 265.
Et similiter vt vera lex vera præcepta cōtinet. f. 366. vsq. 368.

O.

Obligatio.

Obligatio est intrinseca, & inseparabilis à lege. f. 154. c. 2.
Lex rite promulgata obligat etiam renuēte, & non acceptante populo. à f. 179. vsq. 182.
Lex pœnalis siue pura, sine mixta, si verè est lex obligat in conscientia, si autem est pure pœnalis, & non propriè lex solum obligat ad pœnam, & non ad culpam. f. 186. & 187.
Reus legis pœnalis ad quid possit à iudice obligari. à f. 189. vsq. 100. verb. *Pœna.*

Oratio.

Oratio qualiter debeat esse attenta, fol. 150. c. 2. & f. 151.

P.

Papa. verb. *Ecclesiastici.*

Papa habet potestatem condendi leges supra totam Ecclesiam. f. 42. c. 2.
Non potest præcipere, nisi quæ conducunt ad obseruantiam legis diuinæ, fol. 48. c. 2.
Iure diuino est exemptus ab omni iure ciuili. f. 218. c. 2.

Paupertas.

Paupertas Euangelica sub præcepto humano cadere non potest. f. 41. c. 2.

Pax.

Pax domestica secundum Philosophum ad pacem communem debet ordinari. f. 10. c. 1.

Peccator, & peccatum.

Peccator etiam hæreticus non amittit potestatem Ecclesiasticam legislatiuā donec deponatur. f. 55. c. 1.
Peccatum in iustificatione vere tollitur. f. 618. & 619.
Opponitur physice, & ex natura rei gratiæ. à f. 620. vsq. 625.
Non solum moraliter, sed etiam effitiēter physice gratiā expellit. f. 625. vsq. 629
Impossibile omnino est remitti peccatū sine infusione gratiæ saltim per modū doni supernaturalis transeuntis. f. 630 vsq. 640.
Implicat contradictionem etiam per potentiam absolutam gratiam, & peccatū esse simul. f. 641. vsq. 644.
Remissio culpæ nullo modo cadit sub merito contritionis, quæ est in eodem instanti. f. 759.

Pœna.

Lex pœnalis mixta obligat in conscientia. f. 186. c. 1.
Lex pure pœnalis non est proprie lex, neque obligat in cōscietia. f. 187. c. 1.
Illa quæ requirit actionem ad sui executionem non obligat in conscientia ad sui executionem ante iudicis sententiā. f. 192. & seq.
Secus autem de illis quæ in pura priuatio consistunt. f. 193. c. 2.

Permissio.

Permissio non est pura negatio præcepti f. 99. c. 2.

Perseuerantia, verb. Meritum.

In quo consistat donum perseuerantiæ, & qualiter distinguatur à dono confirma-

firmationis in gratia. à f. 478. vsque 481.
Ad perseuerandum requiritur specialissimum auxilium. à f. 472. vsque 475.
Deus est paratus omnibus dare perseuerantiam. f. 477. c. 1.

Peregrinus.

Peregrinus obligatur legibus peregrinorum & legibus communibus, non autem legibus ciuium. f. 231. vsq. 233.

Potestas.

Potestas alia dominatiua alia iurisdictionis. f. 24. c. 1.
Hæc secunda sufficit ad condendam legem. ibi. c. 2.
Residet in republica non habente Regẽ, vel in ipso Rege. ibidem.
In nulla persona particulari est talis potestas ex natura rei, sed solum in communitate. f. 25. c. 2.
Fuit à principio in toto genere humano, & forsitam modo durat. f. 26. c. 1.
Est in qualibet republica perfecta alteri non subordinata. f. 27. c. 1.
Est immediate collata à Deo communitati non per aliam voluntatem, quã per illam qua producitur. f. 27. c. 2.
Potest a republica delegari Principibus. f. 29. c. 1.
Potestas Regia est ex iure humano. f. 29. c. 2.
Semel tradita potestate Regia ipse solus potest condere leges, nisi aliud a principio statueretur. f. 27. c. 2. & f. 30. c. 2.
Potestas Ecclesiastica cõdendi leges primo fuit collata D. Petro. f. 41. c. 1.
Potestas ciuilis subiecta est potestati Ecclesiasticæ, Papæ, & Episcoporum. f. 57. c. 1.
Hæc subiectio est in ordine ad spiritualia non autem in temporalibus. f. 58. c. 2

Præmium.

Deus præmiat vltra condignum. a f. 720. vique 722.
Præmiare in Deo est actus iustitiæ. a f. 727. vsque 732.

Præceptum, verb. Vetus lex.

Præceptum est quid superius ad legem. f. 25. c. 1.
Præcepta decalogi non sunt dispensabilia. f. 310.
Prælati Religiouum non possunt ponere præcepta, nisi de his quæ conducunt ad obseruantiam suæ professionis. f. 48. c. 2.

Princeps, verb. Rex.

Non potest Princeps instituere legẽ, aut dirigere regimen solum in propium commodum. f. 14. c. 2.
Principes Regibus subiecti non habent potestatem cõdendi leges, nisi ex cõmissione ipsius Regis, tales sunt Comites, & Marchiones. f. 31. c. 1.

Propiciatorium, verb. D. Thomas.

Prouinciales.

Prouinciales possunt condere leges pro sua Prouincia in Capitulo Prouinciali ex consensu maioris partis. f. 47. c. 1.

Promulgatio, & publicatio legis.

Promulgatio legis est necessaria, vt obliget. f. 60. c. 1.
Non est eadem in omni lege. ibi. c. 2.
Non est determinata ex natura rei. f. 62. c. 1.
Solemnis publicatio non est de essentia legis, sed modus necessarius ex natura rei. ibi. c. 2.
Publicatio legis Papæ pro tota Ecclesia ex natura rei, & ex iure humano sufficit, vt fiat in Curia Romana. f. 64. c. 1.
Pro Religionibus vero in Capitulis Generalibus. f. 64. c. 2.
Publicatio legum Imperatoris requiritur ex iure humano, vt fiat in omnibus Prouincijs. f. 65. c. 1.
Principum vero non subiectorum Imperio sufficit, vt fiat in Curia cuiuscunque illorum. f. 65. c. 1.
Non est necessaria publicatio reuocationis, vt lex reuocata non obliget. f. 66 c. 2.
Si fiat per legem contrariam non cessat obligatio legis reuocatæ vsque ad publicationem legis contrariæ ex iure positiuo. f. 68. c. 1.
Lex humana si diuinitus publicetur etiã humana publicatione non facta obligat. f. 70. c. 2.
Publicatio legis non est necessarium, vt fiat in scriptis. f. 71. c. 1.
Leges Imperiales non obligant nisi post duos menses a publicatione. f. 72. c. 2
Leges Pontificiæ, & ciuiles Regum non subditorum Imperio statim a publicatione obligant, nisi expresse ab ipsa lege, vel consuetudine tẽpus assignetur. f. 73. c. 2.

Lex

Lex æterna ab æterno est publicata. f. 79 c. 1.

Priuilegium.

Independens à voluntate priuilegiati nõ est opus vt priuilegiato notificetur vt valeat, secus est si ex eius voluntate dependeat. f. 70. c. 1.

R.

Remissio culpæ, verb. iustificatio, & verb. peccatum.

Rescripta.

Rescripta, seu responsa Pontificũ, & Principum quando interpretantur ius cõmune habent rationem legis in consimilibus casibus, & idem est quando de tali materia non existit lex peculiaris circa illam materiam. à f. 137. vsque 139.

Respublica.

De fide tenendum est quod in republica est potestas condendi leges. f. 2. c. 1.

Ad rempublicam vel eius vices habentẽ pertinet condere leges. f. 22. c. 2.

Regnum, & Rex.

Regnum nõ est propter Regem, sed Rex propter Regnum. f. 15. c. 1.

Inter Regem, & tyranum sola est differẽtia quod Rex bonum commune, tyranus propiam vtilitatem quærit. ibidem. c. 2.

Rex non à regnando, sed à regendo dicitur ex Augustino. f. 18. c. 1. fine.

De fide est modo esse, & fuisse veros, & legitimos Reges, potestatemque Regiam esse bonam. f. 17.

Verb. Potestas, verb. Promulgatio, & verb. Obligatio.

Reuocatio, verb. Promulgatio.

S.

Satisfactio.

Satisfactio qualiter differat à merito. f. 758. c. 1.

Spes.

Actus formalis & explicitus spei non est necessarius in puncto iustificationis, bene tamen virtualis. f. 656. vsque 659.

Statutum.

Statutum Religionum, & Ecclesiarum, & Collegiorum, & sanctæ Inquisitionis quod qui originem trahunt à Iudæis, aut Sarracenis non admittãtur, conuenientissimũ est. f. 347. & 348.

Subditus, verb. Dubium.

Subditus si facta sufficienti diligentia dubitat de existentia legis. f. 209. c. 2.

Quando est dubium de re, &c. tenetur obedire. f. 208. c. 1.

Quando est de potestate ante possessionẽ Sedis non tenetur, secus postquam possessionẽ Sedis acceperit. ibidem.

Subiectus legibus quis sit vide verb. Legislator, verb. Ecclesiastici, verb. Summus Pontifex.

T.

D. Thomas.

D. Thomæ doctrina per totum librum commendatur, & defenditur, & explicatur.

Burgensis a Doctoribus grauissimis dicitur conuersus a iudaismo ex lectione quæstionum de legibus Primæ Secundæ D. Thomæ. f. 316. c. 1.

Non asseruit D. Thom. propitiatorium fuisse tabulam lapideam. ibidem.

Tyranus.

Tyranus adhuc bella gerens non potest legem ferre, neque subditi tenentur illi obedire. f. 166. c. 1.

Armis tamen depositis leges illius validæ sunt, & obligant in conscientia. ibidem.

V.

Veritates, verb. *Gratia necessitas.*

Sine gratia potest homo aliquas veritates naturales cognoscere. f. 371. vsque 373.

In natura lapsa bene potest homo viribus naturæ cognoscere omnes veritates speculatiuas etiam collectiue potentia physica, non autem potentia morali, à f. 374. vsque 376.

Viribus etiam naturæ potest homo cognoscere omnes veritates practicas diuisiue, non autem collectiue, f. 377. vsque 379.

Veritates supernaturales, & res fidei supposita promulgatione potest homo viribus naturæ cognoscere sub motiuo naturali, non autem sub motiuo & ratione sub qua supernaturali. f. 379. vsque 384.

Præter habitum virtutis, vel alterius doni supernaturalis eleuantis, requiritur auxilium actuale ex parte intellectus & voluntatis ad cognoscendas veritates supernaturales sub ratione & motiuo supernaturali. à f. 384. vsque 391.

Vetus lex.

Lex vetus fuit iusta & bona licet imperfecta. à f. 283. vsque 288.

Quoad communissima sua præcepta fuit immediate data à Deo, & nō à Moyse, vel senioribus. f. 288. vsque 290.

Fuit data per Angelum agente personā Dei. f. 291. & 292.

Et soli Iudæorum populo. f. 293. & 294.

Et quantum ad obseruantiam solum pertinebat Iudæos, quantum autem ad finem principalem pertinet ad Christianos. f. 295.

Quantum ad præcepta naturalia obligabat omnes nationes, vt præcepta naturalia erant. f. 296.

Aliæ nationes ad illam transire poterant. f. 296.

Et ex illa alias sibi leges cōstituere obligantes ex institutione propriæ reipublicæ, & non vt erant legis Iudæorum. f. 297.

Lex vetus conuenienter fuit data tempore Moysi. f. 298.

Materialiter continet plura præcepta, finaliter autem sunt vnum. f. 298.

Continet præcepta moralia, & cæremonialia. f. 299.

Et iudicialia, & ad ista tria alia reducuntur. f. 300.

Inducebat ad eorum obseruantiam per temporales promissiones & comminationes. f. 301.

Erat tamen tunc cognitio alterius vitæ, & promissio æternæ fœlicitatis, comminatioque æterni supplicij. f. 302.

Præcepta moralia veteris legis pertinent ad legem naturæ licet diuersimode. f. 303.

Non cōtinebantur in illa præcepta fidei, spei, & charitatis, sed supra illā erant. f. 304.

Explicantur in ea omnes actus virtutum quædam quæ pertinent ad præceptum, quædam vero ad consilium. f. 305.

Omnia præcepta moralia legis veteris reducuntur ad 10. præcepta, quæ conuenienter distinguntur, enumerantur, ordinantur, & traduntur. f. 306. vsque 309.

Talia etiam præcepta præter decalogum conuenienter distinguntur. f. 311.

Moralia præcepta non iustificabant. f. 312.

Cæremonialia pertinebant ad cultū Dei. f. 313.

Erant figuratiua. f. 314.

Debebant esse multa. ibidem.

Conuenienter diuiduntur cæremoniæ in sacrificia sacramenta, sacra & obseruantias. f. 315.

De causis cæremoniarum. 316.

Non fuerunt ante legem. ibidem.

Non habebant virtutem iustificandi licet tunc essent multi iusti per gratiam inhærentem. f. 317. & 318.

Cæremonialia veteris legis cessarunt in aduentu Christi. f. 319. vsque 321.

Lex vetus non cessauit ante mortē Christi. f. 322. & 323.

Sed in ipso puncto mortis Christi. f. 325. vsque 328.

Sacramenta veteris legis post Passionem Christi nullam vtilitatem habebant ex vi legis veteris, sed ex vi legis naturæ. f. 329. & 330.

De cessatione legalium, verb. *Legalia.*

Præcepta iudicialia veteris legis ordinabant ad proximum, aliquidque figurabant legis nouæ vnde non erant perpetua. f. 341. vsque 343.

Habent etiam certam diuisionem. f. 353.

In lege veteri conuenienter erant posita iudicialia circa Principes, & populares, & domesticos, & extraneos, à f. 343. vsque 346. & 349.

Vicarius.

Vicarius Episcopi ipso mortuo, manet cum potestate dispensand. sibi data. f. 282. c. 2.

Virginitas.

Virginitas sub præcepto humano cadere non potest. f. 141. c. 2.

Virtus.

Virtus existens in vna potentia potest elicere actum in alia. f. 5. c. 1.

Voluntas diuina.

Voluntas diuina qualiter sit regula actionis humanæ. f. 4. c. 1.

Votum.

Votum propter malum finem qualiter validum. f. 12. c. 1.

DEO GRATIAS.

VALLIS-OLETI

Ex Typographia sancti Pauli,
Anno Dñi. M.DC.XXXVII.

ESTANTE 14
Tabla 1.ª
N.º 16

22
52

MARTINEZ
COMMENT.
IN L. II. D. TH.
TOM. III.

5.757